www.e-rara.ch

Omnes quae extant D. Hieronymi Stridonensis lucubrationes

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Basileae, [1536-1538]

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: FM1 II 1-6

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-62470

[Tomus primus - alter tomus]

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

F M¹ II 1.

Ex libris Academiae Basiliensis Bibliothecae

Geschenk

CATALOG

OMNES QVAE EXTANT

D. HIERONYMI

STRIDONENSIS LVCVBRATIONES VNA CVM PSEVDEpigraphis, & alienis admixtis, in nouem digeſtæ tomos, ſed multò quàm antè uigilantius per DES. ERASMVM ROTERODAMVM nunc poſtremum emendatæ, locis non paucis feliciter correctis, quibuſdam etiam locupletatis, duntaxat in ſcholijs.

CVRA lector, ut nobis ſit fauſtum ac felix tantum laborum & impendiorum ſuſcepiſſe. Erit autem, ſi theſaurum magno uſui futurum libenter emeris.



BASILEAE
ANNO M. D. XXXVII.
Menſe Auguſto.

HIER. FROBENIVS ET NIC. EPISCOPIVS
candido Lectori S.

Quod parens olim noſter & ſocer Io. Frobenius in huius operis ueſtibulo dixit, δευτέρων ἀμεινόνων, eo quòd altera diuini huius autoris Lucubrationum editione priorem ſuam longè uiciſſet: idem nos optimo iure hic poſſe repetere cenſemus, qui hac noſtra, quæ omnium poſtrema eſt, & eandem & eam quam nuper Gallia dedit ſuperauimus: quæ tamen gloria non noſtræ induſtriæ, ſed uenerandæ memoriæ DES. ERASMI ROTERODAMI indefatigabili diligentiæ eſt adſcribenda: qui quum ne in Pariſienſi quidem impreſsione, ultra quam tunc ei operi nullam in poſterum adhibere ſtatuerat manum, ſibi ſatisfeciſſet, denuo iſtas tanti uiri uigilias uigilanter recognouit, nobisq; commiſit typis euulgandas: Ibi pro noſtra uirili dedimus operam, ne ulla in parte noſtro deeſſemus officio, utq; præter aliorum neceſſariorum curam doctos præficeremus uiros cum operi caſtigando, tum indici quàm elaboratiſsimo cõſcribendo, tum ut Pſalterio Hebræo præter puncta accentus etiam adderẽtur: in ſumma, ut omnia quàm liceret optime fierent. Cæterum ordo tomorum idem eſt ſeruatus qui ſuperioris erat editionis, niſi quòd Gennadij catalogus ex quarto tomo in finem primi ſub Hieronymi, quem De uiris illuſtrib. inſcripſit, catalogum, propter ſimile argumentum eſt translatus: præterea indicem, quòd creberrime in manibus uerſetur, in proprium uolumen minore forma & charta ob commodiorem uſum ſeorſum excudimus. Bene uale lector beneuole, & nos ama. Ex chalcographia noſtra Idib. Auguſti M. D. XXXVII.

BIBL. PUBL. BASILEENSIS.

INDEX OMNIVM OPE

RVM S. HIERONYMI CVM CENSVRIS IN QVINQVE DI/
gestus ordines per Des. Erasmum Roterodamum.

QVO magis perspicuum fiat, quantum Christianus orbis debeat Hieronymo, uisum est indicem omnium quæ scripsit attexere, quem in quinq; digessimus ordines. Primus habebit τὰ γνήσια, de quibus nulla dubitatio sit, quin ab Hieronymo sint ædita. Secundus habebit τὰ ἀμφιβόλως νόθα, de quibus iure quis addubitet illius sint nec ne. Tertius τὰ ψευδεπίγραφα, quæ falso titulo Hieronymū autorē mentiunt: atq; huius ordinis tres erunt classes. Prima indicabit erudita nec indigna lectu. Secunda impudentissime tributa Hieronymo aut alijs autoribus. Tertia docta, sed suis titulis autorem testantia, quæ tamen Hieronymianis lucubrationibus fuerant admixta. Quartus ordo ostendet ex Hieronymianis & alienis commixta, seu ut uerius dicam confusa. Quintus indicabit ea quæ aut culpa temporum interciderunt, aut certe nondum prodierunt in lucem, ut hinc ad uestigandum incitentur studiosi.

PRIMVS ΤΩΝ ΓΝΗΣΙΩΝ ID EST EORVM QVAE VERE SVNT HIERONYMI.

Ad Heliodorum exhortatio de laude uitæ solitariæ. Quanto amore. Tomo primo. Fol. 1
De uita clericorum ad Nepotianum. Petis à me to.1 11
Epitaphium Nepotiani ad Heliodorum auunculum. Grandes materias to.1 21
Institutio monachi ad Rusticum Gallum. Nihil Christiano to.1 42
Ad Florentium monachum familiaris. Quantus beatitudinis to.1 52
Ad eundem familiaris. In ea mihi parte to.1 53
Institutio filiæ infantulæ ad Lætam. Apostolus Paulus to.1 54
De custodia uirginitatis ad Demetriadem. Inter omnes materias to.1 62
De seruanda uiduitate ad Saluinam. Vereor ne officium to.1 73
De uiduitate seruanda ad Furiam. Obsecras literis to.1 79
De monogamia ad Gerontiam. In uetere uia to.1 87
Institutio infantulæ, ad Gaudentium. Causa difficilis to.1 98
Institutio monachi ad Paulinum. Bonus homo to. 101
De laudibus Asellæ ad Marcellam. Nemo reprehendat to.1 116
Marcellæ uiduæ epitaphium ad Principiam. Sæpe & multum to.1 117
Inuitatio ad secessum bethlehemiticū sub noie Paulæ & Eustochij. Mēsurā charitas to.1 123
Eadem de re ad eandem suo nomine. Ambrosius quo to.1 129
De xeniolis missis ad Eustochium. Parua specie to.1 131
Eadem de re ad Marcellam. Vt absentiam corporum to.1 132
Laus integræ senectutis ad Paulum Concordiensem. Humanæ uitæ to.1 eod.
De custodia uirginitatis ad Eustochium. Audi filia to.1 134
De conuersione Blesillæ ad Marcellam. Abraham tentatur. to.1 154
De exitu Leæ ad Marcellam. Cum hora fermè to.1 156
Epitaphium Blesillæ filiæ ad Paulam. Quis dabit capiti to.1 157
Consolatio super obitu uxoris ad Pammachium. Sanato uulneri to.1 162
Epitaphium Paulæ ad Eustochium filiam. Si cuncta corporis to.1 169
Exhortatio ad perfectam uitam ad Lucinum Beticum. Nec opinanti to.1 192
Epitaphium Lucini Betici ad Theodoram uxorem. Lugubri nuncio to.1 195
Epitaphium Fabiolæ ad Oceanum. Plures anni sunt to.1 197
Familiaris epistola ad Theophilum. Ex eo tempore to.1 203
Consolatio cæcitatis ad Abigaum presbyterum. Quamuis mihi multorum. to.1 eod.
Eadem de re ad Castrutium. Sanctus filius meus to.1 204
Consolatio in rebus aduersis ad Iulianum. Filius meus frater to.1 205

De relinquendo ſeculo ad Exuperantium. Inter omnia quæ to.1 205
Reconciliatio materteræ Caſtorinæ. Ioannes idem apoſtolus to.1 eod.
Familiaris ad Iulianum diaconum. Antiquus ſermo to.1 211
Familiaris ad anachoritas Syriæ ad Theodoſium. Quàm uellem to.1 212
Familiaris ad uirgines Hermonenſes. Chartæ exiguitas to.1 eod.
Gratulatio de aduentu Ruffini & laus Bonoſi. Plus deum tribuere to.1 213
Familiaris ad Nitiam amicum. Turpilius comicus to.1 215
Laus Bonoſi ad Chromatium. Non debet charta to.1 216
Familiaris ad Chryſogonum. Qui circa te affectus to.1 218
De humilitate ad Antonium. Dominus noſter to.1 eod.
De non diuellendo matrimonio abſq; mutuo cõſenſu ad Ruſticũ. Quod ignotus. to.1 219
De uitando ſuſpecto contubernio. Retulit mihi quidam to.1 224
Contra Sabinum uirginis ſacræ ſollicitatorem. Samuel quondam to.1 228
De miraculo mulieris ſæpius ictæ, ad Innocentium amicum. Sæpe à me to.1 233
Vita Pauli eremitæ. Inter multos ſæpe to.1 237
Vita Hilarionis monachi. Scripturus uitam to.1 241
Vita Malchi captiui monachi. Qui nauali prælio to.2 255
Catalogus ſcriptorum illuſtrium ad Dextrum. Hortaris Dexter to.1 261
Idem opus Græce uerſum à Sophronio to.1 eod.
De perpetua uirginitate Mariæ aduerſus Heluidium. Nuper rogatus To.2 5
Defenſio uirginitatis aduerſus Iouinianum. Pauci admodum to.2 17
Aduerſus eundem liber ſecundus. Secunda propoſitio to.2 69
Aduerſus eundem ad Pammachium apologia. Quod ad te hucuſq; to.2 101
Aduerſus defenſorem Iouiniani ad Domnionem. Literæ tuæ & amorem to.2 113
Exhortatio ad ſtudium diuinæ ſcripturæ ad Pammachium. Chriſtiani interdum. to.2 117
Velitatio in errores Vigilantij Galli ad Riparium. Acceptis primum literis to.2 118
Aduerſus Vigilantium de uigiliis ad ſepulchra martyrum. Multa in orbe to.2 120
Aduerſus errores Montani ad Marcellam. Teſtimonia de Ioannis to.2 128
Ad Riparium de hæreſibus expugnandis. Chriſti te aduerſum to.2 129
Aduerſus Arianorum hypoſtaſes, ad Damaſum. Quoniam uetuſto to.2 131
Eadem de re ad eundem. Importuna in euangelio to.2 133
De pœnitentia lapſi epiſcopi & rebaptizandis dialogi. Proxime accidit to.2 135
De erroribus Origenis ad Auitum. Ante annos circiter to.2 149
Aduerſus Ioannẽ Hieroſolymitanũ epiſcopũ ad Pammachiũ. Si iuxta Paulum to.2 162
Aduerſus eundem ad Theophilum. Epiſtola tua to.2 183
Aduerſus Origeniſtas ad Pammachium. Schedulæ quas to.2 189
Expoſtulatio cum Ruffino de figuratis laudibus. Diu te Romæ to.2 195
Aduerſus Ruffinum apologia ad Pammachium & Marcellam. Et ueſtris to.2 196
Aduerſus eundem liber ſecundus. Hucuſq; de criminibus to.2 212
Reſponſio ad duas inuectiuas Ruffini. Lectis literis to.2 230
Aduerſus Pelagianos ad Cteſiphontem. Non audacter to.2 250
Aduerſus eoſdem dialogus primus. Scripta iam to.2 260
Aduerſus eoſdem dialogus ſecundus. Multa quidem to.2 279
Aduerſus eoſdem dialogus tertius. Delectatus ſum to.2 297
Familiaris ad Marcellam. Vt tam paruam to.2 312
Aduerſus Vigilantij conuicia. Iuſtum quidem fuerat to.2 eod.
Quatenus legendus Origenes ad Tranquillum. Maiora ſpiritus to.2 314
Aduerſus Arianos de ſua fide, ad Marcum. Decreueram quidem to.2 315
De oppreſſione Origeniſtarũ per Theophilũ ad Pãmachiũ. Rurſum oriẽtalibus. to.2 316

De Pelagianis oppreſſis, ad Auguſtinum & Alipium. Sanctus Innocentius to. 317
Ad eundem de re ſimili. Omni quidem to.2 eod.
Rurſum ad eundem. Multi utroq; to.2 318
Qui ſcripſerunt de origine animæ ad Marcellinum. Tandem ex Africa to.2 eod.
De matrimonio poſt baptiſmum imputato ad Oceanum. Nunquàm fili to.2 319
Quatenus adhibẽdæ literæ gentilium ad oratorem Magnum. Sebeſium noſtrũ. to.2 326
De gradibus presbyteri & diaconi ad Euagrium. Legimus in Eſaia to.2 329
De diſſidio Petri & Pauli ac de mendacio ad Auguſtinum. Tres ſimul to.2 536
Inuitatio ad mutuum amorem ad Auguſtinum. In ipſo profectionis to.2 345
Simili de re ad eundem. Crebras ad me to.2 347
Familiaris ad eundem. Virum honorabilem to.2 351
De cucurbita in Iona ad eundem. Cum à ſancto to.2 352
Commendatio amici ad Auguſtinum. Anno præterito to.2 362
Aduerſus calumnias æmulorum ad Aſellam. Si tibi putem to.2 363
Aduerſus Onaſum obtrectatorem librorum ſuorum. Medici quos to.2 364
De optimo genere interpretandi ad Pammachium. Paulus apoſtolus to.2 365
Aduerſus calumniatores emendatæ ſcripturæ ſacræ ad Marcellam. Poſt priorem. to.2 372
De ſtudio diuinæ ſcripturæ ad Paulinum. Frater Ambroſius. To.3 5
In pentateuchum uerſum præfatio. Deſyderij mei to.3 15
In Ioſue præfatio. Tandem finito pentateucho to.3 15
In libros Regum præfatio. Viginti & duas literas to.3 16
In Paralipomena præfatio. Si ſeptuaginta interpretum to.3 18
Altera in idem opus præfatio ad Domnionem. Quomodo Græcorum to.3 20
In Eſdrã & Neemiã præfatio ad Domnionẽ & Rogatianũ. Vtrum difficilius ſit to.3 21
In Tobiam præfatio ad Chromatium & Heliodorum. Mirari non deſino to.3 22
In Iudith præfatio. Apud Hebræos liber Iudith to.3 eod.
In Heſter præfatio. Librum Heſter uarijs to.3 23
In Iob præfatio. Cogor per ſingulos to.3 23
In Iob è ſeptuaginta uerſum, ſed additis notulis. Si aut fiſcellam to.3 24
In Prouerbia Salomonis. Iungat epiſtola to.3 25
In eccleſiaſten uerſum præfatio. Memini me ante to.3 eod.
In Eſaiã ex Hebræo uerſum præfatio ad Paulã & Euſtochiũ. Nemo cũ pphetas. to.3 26
In Hieremiam uerſum præfatio. Hieremias propheta to.3 eod.
In Ezechielem præfatio. Ezechiel propheta to.3 27
In Danielem præfatio. Danielem prophetam to.3 27
In duodecim prophetas uerſos præfatio. Non eſt idem ordo to.3 29
In Iohelem præfatio. Sanctus Iohel to.3 29
In quatuor euangelia caſtigata ad Damaſum. Nouum opus to.3 eod.
De tribus quæſtionibus ad Damaſum. Poſtquàm epiſtolam to.3 33
De Melchiſedek ad Euagrium. Miſiſti uolumen to.3 38
De quadraginta duabus manſionibus ad Fabiolam. In ſeptuageſimo ſeptimo to.3 41
De ueſtibus ſacerdotalibus ad Fabiolam. Vſq; hodie in lectione to.3 56
De terra promiſſionis ad Dardanum. Quæris Dardane to.3 66
De Ephod bad ad Marcellam. Epiſtolare officium eſt to.3 70
De iudicio pueri Salomonis ad Ruffinum. Multum in utranq; to.3 74
De Salomone & Achaz ante tempus patribus ad Vitalem. Zenon nauclerus to.3 76
Re Tharſis in ueteri teſtamento ad Marcellam. Nuper cum Rheticij to.3 77
De ordine ac titulis pſalmorum ad Sophronium. Scio quoſdam putare to.3 78
Emendatio pſalterij in certis locis ad Suniam & Fretelam. Vere in uobis to.3 79

De decem mysticis nominibus dei ad Marcellam. Nonagesimum psalmum to.3 94
Quid sint Alleluia,Amen,Maranatha,ad eandem. Nuper cum pariter essemus to.3 95
Quid sit sela,hoc est diapsalma ad eandem. Quæ acceperis to.3 96
Explanatio psalmi octogesiminoni ad Cyprianum. Prius te Cypriane to.3 97
Explanatio psalmi quadragesimiquarti ad Principiã uirginẽ. Scio me Principia to.3 104
Expositio psalmi centesimi uicesimisexti ad Marcellam. Beatus Pamphilus to.3 113
Expositio primæ uisionis Esaiæ ad Damasum. Et factum est to.3 115
De seraphim & calculo ardenti ad eundem. Septuaginta to.3 121
Quid sonet Hebræis osanna ad Damasum. Multi super hoc to.3 123
De prodigo filio apud euangelistam ad Damasum. Beatitudinis tuæ to.3 126
De tribus quæstionibus ad Amandum. Breuis epistola to.3 134
De quatuor quæstionibus ad Marcellam. Magnis nos prouocas quæstionibus to.3 137
De blasphemia in spiritum sanctum ad eandem. Breuis est quæstiuncula to.3 139
Ad duodecim quæstiones Hedibiæ. Ignota uultu to.3 140
Ad undecim quæstiones Algasiæ. Filius meus to.3 156
In Canticum canticorũ homiliæ duæ ex Origene uersæ. Origenes cũ in cæteris to.3 176
Expositio loci apud Paulum,omnes quidem dormiemus sed non omnes &c. In ipso iam profectionis articulo. Ad Minerium & Alexandrum to.3 189
De duabus quæstiunculis ad Paulinum. Voce me prouocas to.3 197
Epistola familiaris ad Desyderium. Lecto sermone to.3 198
Interpretatio alphabeti Hebraici ad Paulam Vrbicam. Nudiustertius cum to.3 199
Quæstiones seu traditiones Hebraicæ in Genesim. Qui in principijs to.3 200
Nonnihil suspicor hoc opus à studioso quopiam abbreuiatum fuisse. Nam id plerisq; studio est,omnia ad compendium redigere,propterea quod Hieronymus in locis Hebraicis subinde relegãs nos huc, testatur se copiosius quædam in hoc libro tractasse, cum ea aut prorsus non inueniantur,aut paucissimis attacta.

Esaias propheta iuxta translationem Septuaginta,& iuxta ueritatem Hebraicam unà cum commentarijs Hieronymi in octodecim uolumina digestis,quorum initium est. Expletis longo uix tempore. Ad Eustochium To.5 3
In Hieremiam iuxta utranq; æditionem commentariorum libri sex ad Eusebium. Initium Post explanationes duodecim. to.5 261
In Ezechielem iuxta utrãq; æditionem libri quatuordecim. Initium. Finitis in Esaiam decem & octo. Ad Eustochium to.5 377
In Danielem cõmentarij ad Pammachiũ & Marcellã, Contra prephetã Danielẽ. to.5 567
In Osee libri cõmentariorũ tres ad Pãmachium. Initium. Si in explanationibus To.6 3
In Iohel liber unus ad Pammachium. Non idem est ordo to.6 65
In Amos libri tres ad eundem. Amos propheta qui sequitur to.6 85
In Abdiam liber unus ad eundem. Cum essem paruulus to.6 136
In Ionam liber unus ad Chromatium. Triennium circiter fluxit to.6 145
In Micheam libri duo ad Paulam & Eustochium. Micheas in quem nunc to.6 161
In Nahum liber unus ad easdem. Iuxta Septuaginta interpretes to.6 198
In Habacuc libri duo ad Chromatium. Primum Chromati to.6 217
In Sophoniã liber unus ad Paulã & Eustochiũ. Antecq; Sophoniam aggrediar to.6 248
In Aggeum liber unus ad easdem. Secundo anno Darij to.6 271
In Zachariam libri tres. Vltimo iam autumni to.6 284
In Malachiam liber unus. Vltimum duodecim prophetarum to.6 349
In Ecclesiasten cõmentariorũ liber unus ad Paulã & Eustochiũ. Memini me To.7 39
In euangelium Matthæi ad Eusebium. Plures fuisse qui to.9 6
In epistolam Pauli ad Galatas libri tres ad Paulã & Eustoch. Pauci admodum to.6 158

In epistо/

In epistolam ad Ephesios libri tres ad Paulam & Eustochiũ. Si quicq̃ est Paula. to.9 fol. 202
In epistolam ad Titum liber unus ad easdem. Licet non sint digni to.9 242
In epistolam ad Philemonem liber unus. Qui nolunt inter epistolas Pauli to.9 258
De spiritu sancto liber unus Didymi, interprete Hieronymo. Initium: Cum in Babylone. Opus ipsum. Omnibus quidem quæ to.9 245
Loca Hebraica uersa ex Eusebio. Eusebius qui à beato: Et
Nomina Hebraica secundũ ordinem literarum ex Philone, sed omissis quibusdam, nonnullis immutatis, demum additis nonnullis à Hieronymo, ut ipse testatur in præfatione. Citatur ab eo locis aliquot, liber Hebraicorũ nominũ, & quædam interpretationes reprehenduntur, quas tamen inuenimus in hoc opere. Initium operis est: Philo, uir disertissimus
Chronica Eusebij Hieronymo interprete, unà cum his quæ ipse adiecit Hieronymus, & post hunc Prosper & alij nonnulli, per quos mihi uidetur operis cõfusa ratio, nihilũ obstãte adiuratione quam operi præmiserat. Initium: Vetus ille disertorum. Operis initium, Moysen gentis Hebraicæ.
In Hieremiã homiliæ quatuordecim. In Ezechielem totidem ab Hieronymo uersæ. Quamq̃ haud scio quo factum sit consilio, ut homilijs in Hieremiam adempta sit Hieronymi præfatio, cum alteris adsit sua. Certe stilus non reclamat esse Hieronymi: & ipse in Catalogo scriptorum testatur se uertisse uigintiseptem homilias in Hieremiã & in Ezechielem, porrò quatuordecim & tredecim, uigintiseptem conficiunt: unde de his nihil addubitandum.
Homiliæ in Lucam trigintanouem ab Hieronymo translatæ: in præfatione Hieronymi numerus est omissus. Sic aũt refertur hic locus à Ruffino inuectiuæ suæ libro secundo. Saltem triginta nouem, Adamantij nostri in Lucam homilias, sicut in Græco habentur, interpretor.
In epistolam Pauli ad Romanos, commentariorum Origenis libri decem Hieronymo interprete. Initium. Volentem me paruo.
Vetus testamentũ omne Hebraicæ reddidit ueritati. Tametsi ea qua nunc utimur æditio non uidetur eruditis usq; quaq; incorrupta, quod quædam illic deprehendantur addita quæ Hieronymus negat apud Hebræos haberi: quædam secus uersa quàm Hieronymus scripsit fuisse uertenda, ut semel atq; iteũr subindicauimus in scholijs, quæ traditionibus Hebraicis addidimus. Quamq̃ ex libris Esdræ uidet unum duntaxat uertisse, iuxta Hebræos, Neemiã & Esdram unico uolumine cõplectens. Sic em̃ scribit in præfatione: Nec quemq̃ moueat quod unus à nobis liber est æditus, nec apocryphorũ tertij & quarti libri somnijs delectet. Tobiam quẽ inter hagioprapha recenset, ex Chaldæo uertisse uidetur, quẽadmodum & Iudith.
Psalterium bis correxit ex æditione Septuaginta, obelo signatis quę supererant, asteriſco quæ ex Hebraicis uoluminibus addidisset. Testis est præfatio cuius initium: Psalterium Romæ dudum positus.
Prouerbia Solomonis & Ecclesiasten ex Hebraica ueritate transtulit.

TA AMΦIBOΛΩΣ NOΘA. SECVNDVS ORDO.

QVAE post hæc dicentur, eiusmodi sunt, ut ambigi possit, Hieronymi sint nec ne. Cum in urbe leges. Stilus nullo modo resipit Hieronymum, similior Augustinia no, nec clausula quidẽ epistolæ cõcordat cum Hieronymi cõsuetudine: Ad quod nos perducat, qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen. to.1 fol. 213
Anno præterito. In hac Alipium cũ Papam appellet, eundem tamen fratrem nominat, quum Hieronymus presbyter duntaxat fuerit, non episcopus. Alioqui stilus non admodum dissonat ab Hieronymiano. to.2 fol. 362
Nescio qua tentatione. Apparet ab aliquo familiariũ Hieronymi scriptã fuisse, fortasse nomine Hieronymi. Nã character nõnihil dissidet. Hanc tamen suo reliquimus loco. to.2 139
Meminit beatitudo tua. In his aliquot epistolis Theophili ad Hieron. Hieronymi ad Theophilum, annotanda est æqualitas ac similitudo stili. Cum Theophilus ni fallor Græce scri-

pſerit:apparet hæc ex actis ſynodicis, aut certe actorum uice fuiſſe deſcripta. Verum liberum eſto ſuum cuiq; iudicium:nos nihil immutauimus to.2 fol. 310

Liber iſte.Præfatiũcula in Baruch. Nõ opinor eſſe Hieronymi,nec eſt in tomis, ſed in Biblijs apponuntur ſingulis prophetis minoribus uariæ præfationes, quæ partim ambiguæ ſunt, quod ad autorem attinet,partim ex prima illa præfatione cuius initium: Frater Ambroſius, decerptæ:eo quod eſſent minutula,non curauimus ſigillatim recenſere.

In Machabæorum libros præfationes duæ eodem initio: Machabæorum libri, mihi non uidentur eſſe Hieronymi.

Traditiones Hebraicæ in libros Regum & Paralipomenon, quãq; Hieronymus in præfatõe quã præfixit traditionibus Hebraicis in Geneſim,polliceri uidet ſe ſimilia traditurũ in omnes ſacræ ſcripturæ libros,tamen mihi nõ uidetur hoc opus eſſe Hieronymi,quãuis eruditũ & ad cognitionẽ ſacræ ſcripturæ uehementer cõducibile. Primũ nulla præfatio teſtatur autorem: deinde ſtilus dilutior eſt ac facilior Hieronymiano.Ad hæc Hieronymus diligentius docet, & plus inculcat Grẽcarũ & hebraicarũ uocũ.Poſtremo hic quiſquis fuit alicubi propemodũ fatetur ſe neſciſſe ſermonẽ Hebraicũ.Proinde an hæc è Græco fortaſſis Euſebij, doctus aliquis uerterit,an ex Hieronymianis & aliorum commentarijs collecta ſint, omiſſis his quæ lectorẽ Latini tantũ ſermonis gnarũ torquere poterãt, alijs cõiectandũ relinquo. to.3 230

Loca ex actis apoſtolorũ.Hoc opus ob eruditionẽ mihi plane Hieronymi uideretur,niſi quodam in loco citaret Hieronymũ, uerũ hoc ipſum haud ſcio an marginali ſpacio annotatum in contextum traductum ſit,quemadmodum ſæpenumero factum deprehendimus.

Symbolum fidei ad Damaſum. Credimus in deum to.4 97

Symbolum fidei ad Cyrillum. Credimus in unum deum to.4 98

In Geneſim homiliæ ſeptemdecim ex Origene uerſæ,incertũ per quẽ. Gennadius in Ruffino indicat tres fuiſſe operũ Origenis interpretes,Ruffinũ & Hieronymum, quorũ uterq; præfatione addita,ſua ſibi uindicarit. Tertiũ neſcio quem qui prologos addere noluerit. Quod ſi uerum eſt,nimirũ liquet has homilias non eſſe uerſas ab Hieronymo,cum careant præfatione, etiam ſi Aldina æditio teſtetur nonnihil prologorum in nonnullis repertũ exemplaribus ſed adeo elegantium ut puditum ſit apponere.Mirum autem cum Hieronymus teſtetur alicubi ſe iuuenem aliquot Origenis homilias trãſtuliſſe, nullã huius rei ab eo fieri mentionem in Catalogo ſcriptorum illuſtriũ,quem ſcripſit non admodũ iuuenis, niſi forte maluit ea ſupprimi quemadmodum ſuppreſſit priores in Abdiam commentarios.

In Exodũ homiliæ tredecim,& hæ carentes prefatione, neq; ſtilo præ ſe ferentes interpretem

In Leuiticum homiliæ ſedecim,& hæ ſine prologo. (Hieronymum

In Numeros homiliæ uigintiocto ſine prologo, quas omnes Merlinus interpreti Hieronymo tribuit impudentius quàm eruditius.

In Ieſum Naue homiliæ uigintiſex.Addita eſt his præfatio, ſed quæ magis Ruffinũ referat q̃ Hieronymũ. Et haud ſcio an in uetuſtis exẽplarib. Ruffini nomẽ ſcriptũ habeat quorũ dum hæc nobis ſcriberent nõ erat copia.Certe Merlini iudicio nõ admodũ fido hac ſane in parte.

In libros Iudicum homiliæ nouem,ſine præfatione, nec uidentur eſſe Hieronymi interpretis.

Commentariorum in Iob libri tres,nullo interpretis titulo. Cæterũ præfatio ſatis indicat non eſſe Hieronymi.

In Matthæum homiliæ triginta ſex Origenis, etiãſi in æditione Badiana ſint trigintaquinq;, poſtremis duabus uti conijcio in unam confuſis,adeo prolixa eſt. Hieronymus in præfatione quam præfixit Origenicis homilijs in Lucam à ſe uerſis, indicat ſe fuiſſe rogatũ à Bleſilla ut eas Latinas faceret,tomos appellans nõ homilias. Eſt enim plus eruditionis in tomis Origenis quàm in Homilijs.An poſtea uerterit,incertum:nam in Catalogo nõ meminit,& quoniam hic nulla additur præfatio,uero propius eſt,alium huius operis fuiſſe interpretem.

Duæ præfationes in Pſalterium,quarum alterius initium: Dauid filius Ieſſe,alterius:liber pſalmorum,mihi non uidentur eſſe Hieronymi.

Duæ præ/

Duæ præfationes in Prouerbia Solomonis, alterius initium: Tribus nominibus: alterius, tres libros, mihi non uidentur esse Hieronymi.

ΨΕΥΔΕΠΙΓΡΑΦΑ DOCTA

In hoc ordine quæ falso fuerant inscripta Hieronymo, sic digessimus, ut erudita paulatim desinant in ea quæ magis ad proximum ordinem pertinebant: sed maluimus in hanc peccare partem. In secundo tomo censuras nostras adiecimus singulis: quæ si cui non satisfaciant, suo quisq; iudicio fruatur.

Vetus scripturæ celebrata. To.1 fol. 107. Character palam arguit non esse Hieronymi, quamuis autorem præ se fert eruditum & eloquentem. Dicerem esse Paulini, sed huius ad diuum Augustinum epistolæ non habent eundem sermonis nitorem. Vehementer conuenit phrasis, cum ea quæ in quarto tomo, primum habet locum.

In terra quidem habitasse Iob. Præfatio in Iob, uerum falsò tributa Hieronymo, in Tomis non habetur, sed in uulgatis codicibus, quos uulgus Biblia uocat.

Marcus euangelista. Præfatio in Marcũ, non est Hieronymi, licet sit erudita. Apparet è Græco uersam. Et in uetustissimis codicibus manu scriptis non erat asscriptũ Hieronymi nomen.

Lucas Syrus. Præfatio in Lucæ euangelium, ipsa satis arguit ab interprete non optimo uersam esse è Græco, sicuti docuimus plenius Tom. 3. fol. 51.

Hic est Ioannes. Præfatio in Ioannis euangelium, falsò inscribitur Hieronymo: cuius nomen non erat asscriptum in uetustissimis codicibus, quemadmodum nec in superiore. Additur & altera nomine Augustini, sed hoc quoq; falso, ni fallor.

In lamentationes Hieremiæ libri tres, quos priore æditione recensueramus inter gnesia, credentes totum commentariorũ opus unius esse autoris, quemadmodum & in cæteris prophetis.

Doctus quidam admonuit sibi uideri Bedæ, cuius hoc præcipuum fuit studium, ut ex ueterum libris contexeret suorum commentariorum ueluti centones. Et in his quædam reperias ex Gregorij libris ad uerbum descripta. Initium: Habes in lamentationes. to.5 351

In Prouerbia Solomonis, libri tres: quos uel hinc apparet non esse Hieronymi, quod in his citetur Gregorius, quamquã & alioqui omnia longe lateq; dissident ab Hieronymianis. Is qui adornauit Venetam æditionem, graue putat argumentum, quod hinc quædam citantur in epistolis Decretalibus Hieronymi nomine. Suspicatur autẽ à Beda è diuersis collectũ opus: cui coniecturæ non admodum reclamo. Initium: Parabolæ Solomonis to.7 5

In euangeliũ Marci, cõmentarius: in quo nihil inuenies quod iure tribuas Hieronymo. Quod ni quædam admixta fuissent non indigna cognitu, in proximum ordinem eram reiecturus. Initium: Omnis scriba doctus in regno cœlorum to.9 87

De uirginitate ad Demetriadem, cui censuram nostram apppositimus. Si summo ingenio pariq; to.4 12

Ad Geruntij filias de contemnenda hæreditate. Cuncti mei sensus to.4 29

Consolatio in aduersis ad Marcellam. Magnam humilitati nostræ to.4 31

Consolatio exilij. Si deus ac dominus noster to.4 35

Consolatio ægrotantis. Quamquam certissime nouerim to.4 56

De uiro perfecto. Ecce iterum ad te to.4 43

De cognitione diuinæ legis. Præsumptionem meam to.4 58

De tribus uirtutibus. Treis quodammodo uirtutes to.4 64

De assumptione deiparæ uirginis. Cogitis me to.4 67

Eadem de re sermo. Scientes fratres to.4 77

De honorandis parentibus. Parentum meritis to.4 78

De septem gradibus ecclesiæ. Sufficere quidem to.4 79

De laude uirginitatis. Quantam in cœlestibus to.4 87

De membris dei. Omnipotens deus to.4 95

De cereo

De cereo paschali. Nulla res uetus. Vide censuram nostram to.4 116
De uera circuncisione. Superiore epistola to.4 119
De celebratione paschæ,quæ eadē extat inter epistolas August. Lectis literis tuis to.4 130
In Susannam lapsam. Puto leuius esse to.4 139
Ad Euagrium obiurgatio, Nisi uererer beatissime to.4 144
Et si ignotus tibi sim facie. De militando Christo to.4 145
De decem tentationibus Israelitarum. Hæc sunt uerba to.4 147
Expositio psalmi quadragesimiprimi. Omne psalterium to.4 148
Expositio psalmi centesimi decimiseptimi. In omni psalmo to.4 149
De musicis organis. Cogor à te to.4 150
De resurrectione domini. Exulta cœlum to.4 151
De natiuitate Christi. Hodie uerus sol to.4 153
De epiphania domini sermo. Dies epiphaniorum to.4 154
De quadragesima. Quòmodo miles semper to.4 155
De esu agni. Hodie fratres to.4 eod.
De resurrectione domini. Non queo to.4 157
De uinculis Petri. Sæpissimo rogatu to.4 158
De obseruatione uigiliarum. Dignum est fratres to.4 161
Ex hac homilia bonam partē transcripsit in regulam monachorum Lupus quispiam, alba quod aiunt amussi,quiduis congerens,quo longius redderet uolumen
Qui Æthiopem. Exhortatio to.4 163
De pœnitentia. Ad te surgo to.4 165
De generibus leprarum. Admirabile diuinæ to.4 166
De filio prodigo. Omnium quidem to.4 168
In cantica canticorum homiliæ quatuor,absq; præfatione, in nonnullis exemplaribus Hieronymum autorem preferebant, quemadmodum testatur & Merlinus autor æditionis apud Lutetiam Parrhisiorum,operum Origenis. Verum Hieronymi non esse, primum ipse stilus palàm arguit: deinde quod nulla sit addita præfatio, quod modo in duas homilias non neglexit. Neq; uero Hieronymus in Catalogo testatur se scripsisse quatuor homilias in Canticа,sed duas duntaxat:nimirum ex Origene uersas. Præterea an Origenis sit hoc opus,addubitari potest, quod Hieronymus in præfatione quam præfixit duabus illis à se translatis testatur Origenem bis scripsisse in Canticumcanticorum,adolescentem homilias duas: deinde copiosissimum commentarium,decem explicitum uoluminibus. Hoc autem quatuor absolutum est homilijs,nisi forte præfationi tribuuntur duo uolumina, & singulæ homiliæ, bina uolumina complectuntur.
Commentarij in epistolas Pauli,collecti à studioso quopiam non indocto, sed admixtis quibusdam alterius parum eruditi: sed præfationem addiderat nescio quis,ad Heliodorum Hieronymi nomine,uehementer insulsam & infantem,cuius initiū est: Literis tuis to.9 265
Commentarij in Iob itidem à studioso quopiā è uarijs collecti,fortassis à Beda:nam liber caret præfatione,cuius initium: Iob qui dolens uel magnus interpretatur to.7 100
Reperiuntur & alij commentarij in Marcum Hieronymi titulo, sed in his deprehenduntur quædam è Gregorio decerpta.

ΨΕΥΔΕΠΙΓΡΑΦΑ INDOCTA.

IN his quæ proximus habebat ordo, quædam inerant lectu digna, quædam utcunque ferenda:nonnulla in hunc magis ordinem reijcienda. Cæterum in hoc catalogo nihil reperies,quod non sit ex æquo indoctum,infans,& impudens. Proinde mea quidem sententia,nullum omnino lectionis operæpreciū. Sed inuicta est imperitorum hominum pertinacia,cui plus satis datum est à nobis, in huius operis æditione, magnoq;

magnoq; nobis constat aliena stulticia. Adiecimus Censuras: quæ si cui non probabũtur, non scripsimus illi.
De morte filiæ consolatio. Benedicto & dilectissimo. to.4 312
De ferendis opprobriis. Diuersorum opprobria. to.4 314
De uita clericorum. Sophronius Eusebius. to.4 317
Damasus Hieronymo, & Hieronymus Damaso, falsissimo utrunq; titulo. to.4 319
De scriptoribus aliquot ecclesiasticis. Vis nunc acriter, to.4 320
De uirtute psalmorum. Quia me dulcissimæ. to.4 321
De oblatione altaris. Nouerit tua autoritas. to.4 322
Regula monacharum. Tepescens in membris. to.4 323
Impudentissimus impostor, quisquis is fuit, fingit hanc regulam ab Hieronymo centenario scriptam, cum Prosper tradat eum unum & nonaginta natum annos, uita decessisse, nisi forte reuixit, ut hanc etiam tam bellam scriberet regulam.
De natiuitate uirginis Mariæ, cum duabus ficticiis epistolis. Petitis à me. to.4 340
De morte Hieronymi, nomine Eusebij. Patri reuerendissimo. to.4 345
De transitu & laudibus Hieronymi, nomine Augustini. Glorioſissimi Christianæ fidei athletæ. to.4 363
De miraculis Hieronymi, nomine Cyrilli. Venerabili uiro. to. 367
Vita Hieronymi incerto autore. Pleroscq; nimirum. to.4 386
Repperimus & alia quædam inscripta Hieronymo, prorsus indigna quouis Hieronymi discipulo. Quandoquidem apparet hoc solenne fuisse librariis, ut huius unius titulo quemlibet librum emptori commendarent. uerum ea quoniam antehac nunquam fuerant excusa formulis, addenda nõ putauimus. Nihil à nobis prætermissum est eorũ quæ priores habebant æditiones. Nimis multa sunt addita huius sane generis. Inuiti dedimus hoc illorũ iudicio, qui nullo sunt iudicio. Sed quorsum attinet aduersus torrentẽ niti? Spero fore ut aliquando seculum expergiscatur, id si fiat, bona pars laborum studiosis adimetur, non nisi in optimis autoribus bonas horas bene posituris.
Comperimus martyrologium, præfixa Hieronymi præfatione, Longobardicis scriptum literis: sed alia quadam lingua quàm Latina, Hispanica opinor, plerisq; uocibus in aliã formam deflexis ac deprauatis.

ALIENA.

POST hoc succedunt quæ fuerãt intermixta lucubrationibus Hieronymianis, sed suis tamen titulis, quæ nec à nobis sunt amputata, sed in suum semota locum.
Catalogus scriptorũ illustrium per Gennadiũ. Iacobus presbyter to.1. fol. 314
Dño dilectissimo. Epistola Epiphanij, Salaminæ Cypri episcopi to.2. fol. ~~186~~ 156.
Scio quamplurimos. Præfatio Ruffini in libros Origenis περὶ ἀρχῶν, quam adiunximus, quò facilius intelligerentur apologiæ sancti Hieronymi. to.2 187
Sanctus aliquis. Epistola Pammachij & Oceani ad Hieronymum. to.2 188
Dominus qui locutus est. Epistola Theophili Alexandrini episc. ad Epiphaniũ. to.2 309
Nunquam æque quisquam. Epistola Augustini ad Hieronymum. to.2 330
Habeo gratiam. Eiusdem ad eundem. to.2 332
Ex quo cœpi ad te. Eiusdem ad eundem. to.2 335
Audiui peruenisse. Eiusdem ad eundem. to.2 345
Quamuis existimem. Eiusdem ad eundem. to.2 348
Sicut præsens. Eiusdem ad eundem. to.2 352
Iampridem charitati tuæ. Eiusdem ad eundem. to.2 352
Dormientem te. Damasus Hieronymo. to.3 32
Commentaria cum legerem. Idem ad eundem. to.3 123

Euange-

Euangelium Lucæ ſine commentarijs,ſed ex uetuſtis exemplaribus aliquanto emendatius, in hoc additum,ut reſpondeat Canoni quatuor euangelijs communi tom.9 fol. 114
Euangelium Ioannis,eodem adiectum conſilio,ſine commentarijs. to.9 85
Dominæ debitis. Epiſtola Auguſtini ad Iulianam Demetriadis matrem. to.4 26
Damaſi ſymbolum. to.4 97
Ruffini ſymbolum. to.4 101
Epiſtola Paulini ad Sebaſtianum eremitam Sancto & merito. to.4 171
Apologia Pamphili pro Origene. Cognoſcendæ ueritatis. to.4 172
De adulteratis Origenis libris Ruffinus. In his quæ in ſuperiori libro. to.4 194
Eadem de re,ex Origenis epiſtolis. Verba Origenis. to.4 195
Libri περὶ ἀρχῶν Origenis,Ruffino interprete. Scio quàmplurimos to.4 198
Ruffini epiſtola ad Anaſtaſium pro fide ſua. Audiui quoſdam. to.4 201
Anaſtaſij epiſtola de Ruffino. Probatæ quidem affectionis. to.4 202
Inuectiuarum Ruffini in Hieronymum libri duo. Perlegi ſcripta. to.4 203
Auguſtini quæſtio ex epiſtola Iacobi. Quod ad te ſcripſi. to.4 234
Eiuſdem de ratione animæ. Deum noſtrum qui. to.4 238
Eiuſdem de origine animarum. Quamuis tuæ ſanctitatis. to.4 244
Eiuſdem de paſtoribus. Spes tota noſtra. to.4 249
De ducenda uxore,titulo Valerij. Loqui prohibeor. to.4 260
Regula monachorum ex Hieronymi ſcriptis conſarcinata, per Lupum quendã Oliuetanum, cum approbatione Martini pontificis. Fratres chariſſimi. to.4 263
Dialogus Hieronymi & Auguſtini per quendam ineptum, ex ipſorum ſcriptis collectus. Cum apud uos cœleſtis. to.4 295
Homilia de corpore & ſanguine Chriſti,incerto autore. Magnitudo cœleſtiũ. to.4 300
Homilia ſuper euangelium Matthæi,incerto autore. Sanctus euangeliſta. to.4 502
Laudatio Hieronymi per Petrum Vergerium. Sanctiſſimum doctorem. to.4 305

MIXTA.

SEQVVNTVR EA QVAE FALSO TITVLO non unius ſunt autoris.

INTER mixta recenſeri poterat regula monachorum, nõ ex Hieronymianis tantum collecta ſcriptis, uerum eam alio loco poſuimus.

Commentarij quos habemus in omne pſalterium Hieronymi titulo, palam ipſi præ ſe ferunt,quod nõ ſint unius autoris.Si quis autem meũ requirat iudiciũ,nihil illic eſſe arbitror Hieronymi, uerum una pars eſt hominis quiſquis fuit plane docti, & ſermonis expoliti,longe tamen diſcrepantis ab Hieronymiano.Nam hic minus habet nitoris ac lenitatis,plus neruorum,deinde ubiq; copioſior,ac diligentior,ac magis oſtentans ſuas opes.Altera pars eſt locutulei cuiuſpiam,ac penè dixerim rabulæ,& niſi me fallit naſus, eiuſdem qui ſermones ſuos Auguſtini nomine nobis dedit,præter alia multa bella. Cuius rei ſi quis guſtũ cupiat ſumere,in ipſa ſtatim præfatione,cõferat initia cũ fine, & uidebit ſubito nouũ ſcriptorem. Quamquã & ea coniectura arguebat nõ eſſe Hieronymianum opus,quod nec titulus, nec epiſtola cuiuſquã habeat nomen. Vnde ſuſpicor,illum ſua nullo ædidiſſe titulo,& librarios Hieronymi nomen addidiſſe.Et fortaſſis hic eſt ille cuius meminit Gennadius, quẽ ait nonnulla uertiſſe Origenis,ſed data opera titulis ademptis: cuius eſſe ſuſpicor & annotationes in libros Regum ac Paralipomenon.Sed ut quod cœperam,abſoluã: qui uoluerit impoſturã deprehendere,legat attẽte commentariũ in pſalmũ ſeptuageſimumſeptimũ. Rem quidem ille ſumpſit ex commentarijs in Matthæum, cæterũ eam ſuis ornauit floſculis, Ineptit ſuis dialogiſmis, delirat exclamationibus, balbutit acyrologijs,ſuperfluit periſſologijs: legat in pſalmũ octogeſimum,

in pſalmum

in psalmum nonagesimum,ubi docte scilicet exponit, quid sit σύμπτωμα, cum plures cadunt. Verum ut in genere dicam,ipsa battologia & dictionis character hominem ubiq; arguit.

EORVM QVAE PERIERVNT, INDEX.

POSTREMO loco recensebimus, quæ uel temporum iniuria, uel hominum incuria,uel æmulorum inuidia interciderunt.

Libri Clementis apostolorum comitis in Latinum uersi sermonem, efflagitante Gaudentio: cuius operis meminit in peroratione commentariorum Origenis, in epistolam ad Romanos.

Interpretatio in prophetam Abdiam prior,quam scripsit adolescens: & nondum satis in diuinis exercitatus literis. Meminit huius operis in præfatione quam præmisit posterioribus in eundem prophetam commentarijs.

Libri quatuor περὶ ἀρχῶν Origenis, quos testatur à se uersos: deinde corruptos librariorum uitio, ad Pammachij preces denuo transtulit: quos opinor ob inuidiã Origeniani nominis suppressos:nam quos hodie legimus,Ruffini sunt interpretis.

Epistola quędam ad Paulam,cui annexuerat indicem, siue elenchon omnium operum Origenis,cõferens ea cum operibus Marci Varronis πολυγραφωτάτου: cuius & alibi meminit.Ex eo Ruffinus hæc recenset secũdo Inuectiuę suę libro: Quæritis uidelicet,ut ad Adamantium nostrumq; calcenterum ueniamus: qui tanto in sanctarum scripturarum labore sudauit, ut iustè Adamantij nomen acceperit: Vultis nosse quanta ingenij sui reliquerit monumenta? se quens titulus indicat, Scripsit in Genesim libros,& cætera. Nam extat liber in Tomo huius operis secundo inter aliena.

Euangelium Hebraicum, Nazarenorũ, siue Ebionitarũ, quod sibi exhibitum ex Bibliotheca Cæsariensi,transtulit in linguã Græcam ac Latinã,& ex eo, locis cõpluribus quædã adducit.

In libro Hester quem uertit ex Hebræis, alphabetũ addiderat ex minio usq; ad theta literam, diuersis in locis,ad eum modum, ordinẽ Septuaginta notans studioso lectori:cum ipse Hebraicum ordinem sequi mallet.Atq; hæc laboris pars nobis perijt.

Librum Iob bis uertit:Primũ ex æditione Septuaginta, obelis iugulans, quæ apud Hebræos non haberentur,& asteriscis illustrans,quæ ex Hebræorum uoluminibus essent addita.Atq; huius laboris,qui nobis perijt,extat tamen testis præfatio,cuius initium:Si aut fiscellam iunco texerem.Rursus ex ipsis fontibus,hoc est,Hebræo,Arabico,Syroq; sermone, quod is liber mixta quadam lingua conscriptus sit. Huius laboris extat præfatio testis, cuius initium: Cogor per singulos.Hoc obiter admonere uisum est,quod in uulgatis codicibus inuerterint has præfationes.Cæterum hæc æditio qua nunc utimur,utra sit,mihi parum liquet.

Psalterium bis correxit,primum Romæ agens:rursum in Bethlehemitico rure, obelis & asteriscis notans,quæ supererent in æditione Septuaginta,aut quæ ipse ex Hebræorum fontibus addidisset.Quanquam sunt qui dicant,hunc laborem extare.

Prouerbia Salomonis & Ecclesiasten prius ex æditione Septuaginta castigarat per obelos & asteriscos.Qui labor nobis perijt.Testatur in præfatione,cuius initium:Iungat epistola.

Danielem Hebraicis scriptum literis,sed sermone Chaldæo,ex ipso fonte transtulit:sed obelo iugulatis historia Susannæ,hymno trium puerum,& fabula Draconis.Notas abiecimus.

Nouum testamentum Græcæ fidei reddidit:qui labor si extaret,aut non fuisset nobis eadem in re laborandum:aut certe illius studio plurimum fuissemus adiuti.Condidit & canonẽ quatuor euangeliorum,quid inter illos conueniret,aut dissonaret,quid cui deesset.

In Catalogo scriptorum illustriũ testatur se scripsisse tractatus sex à psalmo decimo, usq; ad decimũsextum,hoc est,in singulos illius ordinis tractatus singulos.Sic em̃ legitur in uetustissimis exemplaribus,assentiente & interprete Græco Sophronio. Id operis apparet interisse. Nec enim has breues quas habemus annotatiunculas in psalmos, uero consentaneum est ab eo tractatus uocari:maxime cum habeamus aliquot eiusdem tractatus,uelut ad Cypria-

num,in psalmum octogesimumnonum.Ad Principiam,in quadragesimum.Ad Marcellam, in centesimũ uigesimũsextũ.Atq; huius fuisse generis probabile est,quos ibi dixit tractatus.
Scripturam diuinam suæ linguæ hominibus tradidit,hoc est, Dalmatice uertit. At hodie piaculum existimant,sacras literas uulgata legi lingua.
Theophili liber paschalis eruditus & eloquens ab Hieronymo uersus, ut indicat in epistola, cuius initium. Ex eo tempore.
Canon Hebraicæ ueritatis,cuius meminit in epistola ad Lucinum.
Emendauit æditionem Septuaginta,ut testatur in eadem.
Bis scripsit in Matthæum,ut indicat in epistola,cuius initium: Satis miror.

Sæpius mihi monẽdus est lector, ne protinus stomachet & reclamet,sicubi à nostro dissentit iudicio. Sunt emꝫ quidã indoctiores,quàm ut hisce de rebus iudicare possint:& tamen nulli omnium iudicant præfractius.Sunt quidam adeo præcipites,ut pronuncient,antequam rem expendant.Legant prius nostras in quartum tomum præfationes,legant Censuras: mox loca conferant,idq; integro animo,semota contentione,studio,aut odio,quibus rebus omne iudicium exoculatur:atq; ita demum aut nobiscum sentiant, aut à nobis dissentiant. Nos quod nobis uisum est,in commune proposuimus,nec omnino supine, ni fallor, nec arroganter. Si quis nostra sic reiiciet ut adducat meliora,uolentes ac libentes amplectemur. Tantum abest, ut errorem obstinate tueri uelimus.Sedulo bonaq; fide laboratum est à nobis,& optimis fratribus Amorbachijs,ut diuus Hieronymus quamminime deprauatus,aut contaminatus exiret in manus studiosorum,non ausim affirmare nos assecutos omnia. Illud non uerebor dicere,intra triginta annos nullum opus excusum typis,pari fide,pari cura, pari impendio. Proinde æquum,ut quam nos adhibuimus diligentiam in restituendo,eandem cæteri quoque præstent in tuendo quod restitutum est.Alioqui si licebit impune deprauare,miscere, confundere principum ecclesiæ libros,nulla certa fuerit ullius autoritas in libris excudendis: quoniam protinus unicum exemplar in duo milia propagatur,ut singula errata,bis mille fiant.Maxime conueniebat Irenæi obtestationem præfigere,quam chronicis Eusebij præmisit Hieronymus. Ea est huiusmodi.

ADIVRO TE QVICVNQVE HOS DESCRIPSERIS libros,per dominum nostrum Iesum Christum,& gloriosum aduentum eius,in quo ueniet iudicare uiuos & mortuos,ut conferas quod scripseris,& emendes ad exemplaria,ea de quibus scripseris diligenter, & hoc adiurationis genus transcribas,& transferas in eum codicem, quem descripseris.

INDEX IVXTA ORDINEM

TOMORVM COMPLECTENS SIMVL ET INITIVM OPERIS, ET Argumenti ſummam,& nomen eius ad quem ſcribitur.

INDEX PRIMI TOMI.

QVanto amore & ſtudio. De laude uitæ ſolitariæ. Ad Heliodorũ ſodalẽ fol. 1
Petis à me Nepotiane. Inſtitutio clerici. Ad Nepotianum 11
Grandes materias. Epitaphium Nepotiani. Ad Heliodorum 21
Nihil Chriſtiano felicius. Inſtitutio monachi. Ad Ruſticũ Gallum. 42
Quantus beatitudinis tuæ. Familiaris epiſtola. Ad Florentium 52
In ea mihi parte. Familiaris & hæc. Ad Florentium. 53
Apoſtolus Paulus ſcribens. Inſtitutio infantulæ. Ad Lætam. 54
Inter omnes materias. De ſeruanda uirginitate. Ad Demetriadem. 62
Vereor ne officium. De ſeruanda uiduitate. Ad Saluinam. 73
Obſecras literis. De uiduitate ſeruanda. Ad Furiam. 79
In uetere uia. De monogamia. Ad Gerontiam. 87
Cauſa difficilis. De educatione infantulæ. Ad Gaudentium. 98
Bonus homo. Inſtitutio monachi Ad Paulinum 101
Vetus ſcripturæ. Inſtitutio matrisfamilias,incerto autore. Ad Celantiam 107
Nemo reprehendat. Laudes Aſellæ. Ad Marcellam. 116
Sæpe & multum flagitas. Marcellæ uiduæ epitaphiũ. Ad Principiã uirginẽ. 117
Menſuram charitas. Sub nomine Paulæ & Euſtochiĳ. Ad Marcellam. 123
Ambroſius quo chartas. De fugiendo ſeculum. Ad Marcellam. 129
Parua ſpecie. De xeniolis. Ad Euſtochium 131
Vt abſentiam corporum. Eadem de re. Ad Marcellam. 132
Humanæ uitæ breuitas. Laus familiaris ſenis. Ad Paulum Concordienſem eodẽ
Audi filia. Inſtitutio uirginis ſacræ. Ad Euſtochium 134
Abraham tentatur. De conuerſatione Bleſillæ. Ad Marcellam 154
Cum hora ferme. De morte Leæ. Ad Marcellam. 156
Quis dabit capiti meo. Conſolatio ſuper morte filiæ. Ad Paulam. 157
Sanato uulneri. Conſolatio ſuper morte uxoris. Ad Pammachium. 162
Si cuncta corporis mei. Epitaphium Paulæ. Ad Euſtochium. 169
Nec opinanti mihi. Exhortatio ad piam uitam. Ad Lucinum. 192
Lugubri nuncio. Epitaphium Lucini Betici. Ad Theodoram. 195
Plures anni ſunt. Epitaphium Fabiolæ. Ad Oceanum. 197
Ex eo tempore. Familiaris epiſtola. Ad Theophilum. 203
Quamuis mihi multorum. Conſolatio cæcitatis. Ad Abigaum. eodẽ
Sanctus filius meus. Conſolatio cæcitatis. Ad Caſtrutium. 204
Filius meus,frater tuus. Conſolatio in aduerſis. Ad Iulianum. 205
Inter omnia quæ mihi. Exhortatio ad Chriſti militiam. Ad Exuperantium. 210
Ioannes idem apoſtolus. Reconciliatio offenſarum. Ad Caſtorinam. eodem
Antiquus ſermo eſt. Familiaris & iocoſa. Ad Iulianum 211
Quàm uellem. Familiaris & pia. Ad Theodoſium 212
Chartæ exiguitas. De obtrectatione. Ad uirgines Hermonenſes eodem
Cum in urbe leges. Familiaris eſt. Ad Auguſtinum. 213
Plus deum tribuere. Laus Bonoſi. Ad Ruffinum eodem
Turpilius comicus. Familiaris. Ad Nitiam. 215

Non debet charta. Exhortatio exemplo Bonoſi. Ad Chromatium. fol. 216
Qui circa te affectus meus. Familiaris. Ad Chryſogonum. 218
Dominus noſter. De modeſtia. Ad Antonium. eod.
Quod ignotus. Caſtigatio relapſi. Ad Ruſticum. 219
Retulit mihi quidam. Vitandum uirgini ſuſpectum contubernium. 224
Samuel quondam. Obiurgatio Diaconi impudici. Ad Sabinianum. 228
Sæpe à me. De muliere ſepties icta. Ad Innocentium. 235
Inter multos ſæpe. Vita Pauli eremitæ. 237
Scripturus uitam. Vita Hilarionis. 241
Qui nauali prælio. Vita Malchi captiui monachi. 255
Hortaris Dexter. Catalogus ſcriptorum illuſtrium. Ad Dextrum. 261
Idem uerſus à Sophronio Græce. eod.
Iacobus presbyter cognomento. Catalogus ſcriptorum illuſtriũ per Gennadium. 514

INDEX SECVNDI TOMI.

NVper rogatus. De perpetua uirginitate Mariæ. Aduerſus Heluidium 5
Pauci admodũ. De excellentia uirginitatis. Aduerſus Iouinianum. 17
Secunda propoſitio. Aduerſus Iouinianum, liber ſecundus. 69
Quod ad te hucuſq; Apologia ſuperiorũ uoluminum. Ad Pammachiũ 101
Literæ tuæ & amorem. Aduerſus calumniatores. Ad Domnionem. 113
Chriſtiani interdum. Aduerſus eoſdem. Ad Pammachium. 117
Acceptis primum literis. Aduerſus Vigilantium uelitatio. Ad Riparium. 118
Multa in orbe. Aduerſus Vigilantium. De colendis martyrum reliquijs. 120
Teſtimonia de Ioannis. De montani erroribus. Ad Marcellam. 128
Chriſti te aduerſum. Exhortatio aduerſus hæreticos. Ad Riparium. 129
Neſcio qua tentatione. Simile argumentum. Ad Apronium. 130
Quoniam uetuſto. De hypoſtaſibus Arianorum. Ad Damaſum. 131
Importuna in euangelio. Eadem de re: Ad eundem. 135
Proximè accidit. Aduerſus Luciferianos. Dialogus. 135
Ante annos circiter. De Origenis erroribus. Ad Auitum. 149
Domino dilectiſſimo fratri. Aduerſus Origeniſtas. Ad Ioannem Hieroſolymit. 156
Si iuxta Paulum. Aduerſus Ioannem epiſcopũ Hieroſolymit. ſuſpectum Arianum. 162
Epiſtola tua hæreditatis. Aduerſus eundem. Ad Theophilum. 183
Scio quàm plurimos. Præfatio Ruffini in libros περὶ ἀρχῶν. 187
Sanctus aliquis. Excitatio ad defenſionem ſui. Ad Hieronymum. 188
Schedulæ quas. Aduerſus Origeniſtas. Ad Pammachium & Oceanum. 189
Diu te Romæ. Expoſtulatio de figurata laude. A Ruffinum. 195
Et ueſtis & multorum. Aduerſus Ruffini calumnias, liber primus. Ad Pammachium 196
Hucuſq; de criminibus. Aduerſus Ruffini calumnias, liber ſecundus. 212
Lectis literis. Eadem de re, Ad ipſum Ruffinum. 230
Non audacter. Aduerſus Pelagianos. Ad Cteſiphontem. 250
Scripta iam ad Cteſiphontem. Aduerſus eoſdem, Dialogorum liber primus. 260
Multa quidem de ſcripturis. Aduerſus eoſdem, liber Dialogorum ſecundus. 279
Delectatus ſum tuorum. Aduerſus eoſdem, liber Dialogorum tertius. 297
Dominus qui locutus. De damnandis Origeniſtis. Theophilus. 309
Meminit beatitudo. Eadem de re. Hieronymus. 310
Sanctus epiſcopus Agatho. De damnatis Origeniſtis. Ad Hieronymum. eod.
Nuper tuæ beatitudinis. Eadem de re. Ad Theophilum. eod.
Duplicem mihi gratiam. Eadem de re. Ad Theophilum. eod.

Didici quod & ſanctitas. Eadem de re. Ad Hieronymum. 311
Generalis epiſtola. Eadem de re. Epiphanius Hieronymo 311
Vt tam paruam. Familaris ad Marcellam 312
Iuſtum quidem fuerat. Hortatur ut reſipiſcat. Ad Vigilantium. eod.
Maiora ſpiritus uincula. Quatenus legendus Origenes. Ad Tranquillinum 314
Decreueram quidem. Fidei ſuæ declaratio. Ad Marcum 315
Rurſum orientalibus. De opprimendis Origeniſtis. Ad Pammachium 316
Sanctus Innocentius. De extincta Celeſtiana hereſi. Ad Auguſtinum 317
Omni quidem rempore. Extimulat aduerſus hæreticos. Ad Auguſtinum eod.
Multi utroque. Eadem de re. Ad eundem 318
Tandem ex Aphrica. Familiaris epiſtola. Ad Marcellinum eod.
Nunquam fili Oceane. An qui alteram uxorem à baptiſmo duxerit, poſſit fieri ſacerdos Ad Oceanum 319
Sebeſium noſtrum. Quatenus utendum literis prophanis. Ad Magnum 316
Legimus in Eſaia. De gradu presbyteri & diaconi. Ad Euagrium 329
Nunquā æque quiſquā. De mendacio & trāslatione ex Hebraica ueritate. Auguſtinus. 330
Habeo gratiam. Eadem de re. Auguſtinus 332
Ex quo cœpi. Eadem de re. Auguſtinus 335
Tres ſimul. De mendacio in ſacris literis. Ad Auguſtinum 336
Audiui peruenisſe. Excuſatio. Auguſtinus Hieronymo 345
In ipſo profectionis. Satisfactio. Hieronymus Auguſtino eod.
Crebras ad me. Familiaris epiſtola. Hieronymus Auguſtino 547
Quamuis exiſtimem. Adhortatio ad concordiam. Auguſtinus 348
Virum honorabilem. Familiaris & hæc. Ad Auguſtinum 351
Sicut præſens. Familiaris. Auguſtinus Præſidio 352
Cum à ſancto fratre. Adhortatio ad concordiam. Hieronymus Auguſtino eod.
Iampridem charitati. Rurſum de mendacio. Auguſtinus Hieronymo eod.
Anno præterito. Commendatio amici. Ad Auguſtinum 362
Si tibi putem. Deprecatur crimen amoris in Paulam. Ad Aſellam 363
Medici quos uocant. In Onaſum obtrectatorem. Hieronymus 364
Paulus apoſtolus. De optimo genere interpretandi. Ad Pammachium 365
Poſt priorem epiſtolam. Defenſio interpretationum. Ad Marcellam 372

INDEX TERTII TOMI.

FRATER Ambroſius. De ſtudio diuinæ ſcripturæ. Ad Paulinum fol. 5
Deſiderij mei. Præfatio in Pentateuchum uerſum 13
Tandem finito. In Ioſue uerſum præfatio 15
Viginti duas. In libros Regum uerſos præfatio 16
Si ſeptuaginta. In Paralipomena uerſa præfatio 18
Quomodo Græcorum. Altera in idem opus præfatio. Ad Domnionem & Roga. 20
Vtrum difficilius. In Eſdram & Neemiam præfatio. Ad eoſdem 21
Mirari non deſino. In Tobiam præfatio. Ad Chromatium & Heliodorum 22
Apud Hebræos. In Iudith præfatio eod.
Librum Heſter. In Heſter uerſum præfatio 23
Cogor per ſingulos. In Iob præfatio ex Hebræo uerſum eod.
Si aut fiſcellam. In Iob è Septuaginta uerſum præfatio 24
Iungat epiſtola. In prouerbia Solomonis præfatio 25
Memini me. In eccleſiaſten uerſum præfatio eod.
Nemo cum. In Eſaiam ex Hebræo uerſum præfatio. Ad Paulam & Euſtochium 26
Hieremias propheta. In Hieremiam uerſum præfatio eod.

Ezechiel propheta. In Ezechielem uersum præfatio. fol. 27
Danielem prophetam. In Danielem uersum præfatio 27
Non est idem. In duodecim prophetas uersos præfatio 29
Sanctus Ioel. In Ioelem præfatio eod.
Nouum opus. In quatuor euangelia castigata præfatio. Ad Damasum eod.
Dormientem. Quæstiones tres ueteris legis. Damasi 32
Postquam epistolam. Ad superiores quæstiones responsio. Ad Damasum 33
Misisti uolumen. De Melchisedek. Ad Euagrium 38
In septuagesimo. De quadraginta mansionibus Israelitarum. Ad Fabiolam 41
Vsq; hodie. De uestibus sacerdotalibus. Ad eandem 56
Quæris Dardane. De terra promissionis. Ad Dardanum 66
Epistolare officium. De Ephod Bad. Ad Marcellam 70
Multum in utramq;. De iudicio Salomonis pueri. Ad Ruffinum 74
Zenon nauclerus. De Solomone & Achaz ante tempus patribus. Ad Vitalem 76
Nuper cum Rheticij. De Tharsis. Ad Marcellam 77
Scio quosdam. De ordine & titulis psalmorum. Ad Sophronium 78
Vere in uobis. Emendatio psalterij in certis locis. Ad Suniam & Fretelam 79
Nonagesimum psalmum. De decem mysticis nominibus dei. Ad Marcellam 94
Nuper cum patiter. Quid Hebræis sit alleluia. Ad eandem 95
Quæ acceperis. Quid sit Sela. Ad eandem 96
Prius te Cypriane. Expositio psalmi octogesiminoni, Ad Cyprianum 97
Scio me Principia. Expositio psalmi quadragesimiquarti. Ad Principiam 14
Beatus Pamphilus. Expositio psalmi centesimi uigesimisexti. Ad Marcellam 113
Et factum est. Expositio primæ uisionis Esaiæ. Ad Damasum 115
Septuaginta. De Seraphim & calculo ardenti. Ad eundem 121
Commentaria. Quæstio de Osanna. Damasi 123
Multi super hoc. Super eadem quæstione responsio. Ad Damasum eodem
Beatitudinis. De frugi & luxurioso filio. Ad eundem 126
Breuis epistola. De tribus quæstionibus. Ad Amandum 134
Magnis nos. De quatuor quæstionibus. Ad Marcellam 137
Breuis est. De blasphemia in spiritum sanctum. Ad eandem 139
Ignota uultu. De duodecim quæstionibus. Ad Hedibiam 140
Filius meus. De undecim quæstionibus. Ad Algasiam 156
Origenes cum. Homiliæ duæ Origenis à Hieronymo uersæ. Ad Damasum 176
In ipso iam profectionis articulo. Expositio loci apud Paulum in epistolam ad Galatas. Ad Minerium & Alexandrum 189
Voce me prouocas. De duabus quæstiunculis. Au Paulinum 197
Lecto sermone. Epistola familiaris. Ad Desiderium 198
Nudiustertius. Interpretatio alphabeti Hebraici. Ad Paulam Vrbicam 199
Qui in principijs. Traditiones seu quæstiones Hebraicæ in Genesim 200
Fuit uir unus. Traditiones seu quæstiones Hebraicæ in libros regum 230
Eber nati sunt. Traditiones seu quæstiones Hebraicæ in Paralipomenon 250
Eusebius qui. Loca Hebraica 269
Acheldemach. Loca actorum 295
Philo uir. Nomina Hebraica 299

ORDINEM TOMORVM

INDEX QVARTI TOMI.

SI ſummo ingenio. De uirginitate. Ad Demetriadem 12
Dominæ debitis. Superioris epiſtolæ caſtigatio. Ad Iulianam 26
Cuncti mei ſenſus. De contemnenda hæreditate. Ad Geruntij filias 29
Magnam humilitati noſtræ. Conſolatio in aduerſis. Ad Marcellam 31
Si deus ac dominus noſter. Conſolatio exilij. Ad uirginem quandam 33
Quanquam certiſsime nouerim. Conſolatio. Ad amicum ægrotum 56
Ecce iterum ad te ſcribo. De uiro perfecto. Ad amicum ægrotum 43
Præſumptionem meam. De cognitione diuinæ legis. Ad amicum quendam 58
Treis quodammodo uirtutes. De tribus uirtutibus 64
Cogitis me ò Paula. De aſſumptiõe beatæ Mariæ ſermo. Ad Paulã & Euſtochium 67
Scientes fratres. Eadem de re ſermo 77
Parentum meritis ſubiugans. De honorandis parentibus 78
Sufficere quidem. De ſeptem gradibus eccleſiæ 79
Quantam in cœleſtibus. De laude uirginitatis 87
Omnipotens deus. De membris dei 93
Credimus in deum. Symboli explanatio. Ad Damaſum 97
Credimus in unum explanatio. Ad Damaſum 98
Credimus in unum deum. Explanatio fidei. Ad Cyrillum * 99
Mihi quidem. Symbolum Ruffini 101
Nulla res uetus. De cereo paſchali. Ad Præſidium 116
Superiore epiſtola. De uera circumciſione 119
Lectis literis. De celebratione Paſchæ 130
Puto leuius eſſe. In Suſannam lapſam 139
Niſi uererer beatiſsime Obiurgatio. Ad Euagrium 144
Et ſi ignotus tibi ſim. De militando Chriſto 145
Hæc ſunt uerba. De decem tentationibus Iſraelitarum * 147
Omne pſalterium. Expoſitio pſalmi quadrageſimiprimi 148
In omni pſalmo. Expoſitio pſalmi centeſimi decimiſeptimi 149
Cogor à te. De muſicis organis. Ad Dardanum 150
Exulta cœlum. De reſurrectione domini ſermo 151
Hodie uerus ſol. De natiuitate domini ſermo 153
Dies epiphaniorum. De epiphania domini ſermo * 154
Nuomodo miles ſemper. De Quadrageſima ſermo 155
Hodie fratres chariſsimi. De eſu agni eod.
Non queo fratres chariſsimi. De reſurrectione domini 157
Sæpiſsimo rogatu. De uinculis Petri. Ad Euſtochium 158
Dignum eſt fratres. De obſeruatione uigiliarum 161
Qui Æthiopem inuitat. Exhortatio. Ad Pammachium Oceanum 163
Ad te ſurgo hominem. De pœnitentia 165
Admirabile diuinæ diſpoſitionis. De generibus leprarum 166
Omnium quidem. De filio prodigo 168
Sancto & merito. Paulini ad Sebaſtianum eremitam epiſtola. 171
Cognoſcendæ ueritatis. Apologia Pamphili pro Origene 172
In his quæ in ſuperiori libro. Ruffinus de adulteratione librorũ Origenis. Ad Macariũ. 194
Verba Origenis. Eadem de re ex Origenis epiſtolis 195
Scio quàm plurimos. Libri περὶ ἀρχῶν, Origenis, Ruffino interprete. Ad Macariũ 198
Audiui quoſdam. Ruffini epiſtola pro fide ſua. Ad Anaſtaſium 201

Probatæ quidem affectionis. Anastasij epistola de Ruffino. Ad Hierosolymorum epi/scopum 202
Perlegi scripta tua. Inuectiuarum Ruffini in Hieronymum,liber primus 202
Superiore quidem libello. Inuectiuarum Ruffini in Hieronymum,liber secundus 219
Quod ad te scripsi. Augustini quęstio ex epistola Iacobi. Ad Hieronymum 234
Deum nostrum qui. Eiusdem de ratione animæ Ad Hieronymum 238
Quamuis tuæ sanctitatis. Eiusdem de origine animæ Ad Optatum 244
Spes tota nostra. Eiusdem de pastoribus homilia 249
Loqui prohibeor. Valerius de non ducenda uxore.Ad Ruffinum 260
Martinus episcopus. Regula monachorum ex Hieronymi scriptis consarcinata, per Lupum quendam Oliuetanum, cum approbatione Martini pontificis 265
Cum apud cœlestis. Dialogus Hieronymi & Augustini per quendam ineptum ex ipsorum scriptis collectus 295
Magnitudo cœlestiũ beneficiorũ. Homilia de corpore & sanguine Christi,incerto autore 300
Sanctus euangelista. Homilia super euangelium Mathæi,incerto autore 302
Sanctissimum doctorem. Laudatio Hieronymi per Petrum Vergerium 305
Benedicto & dilectissimo. Consolatio super morte filiæ. Ad Tyrasium 312
Diuersorum opprobria. De ferendis opprobrijs. Ad Oceanum 314
Sophronius Eusebius. De uita clericorum. Ad Oceanum 317
Damasus episcopus Ad Hieronymum,titulo Damasi 319
Beatissimo Papæ. Ad Damasum,titulo Hieronymi. eodem
Vis nunc acriter. Catalogus scriptorum ecclesiasticorum. Ad Desiderium 320
Quia me dilectissimæ filiæ. De uirtute psalmorum. Ad Paulam & Eustochium 321
Nouerit sancta autoritas. De oblationibus altaris. Ad Damasum 322
Tepescens in membris. Regula Monacharum 325
Dilectissimo fratri. De natiuitate beatæ Mariæ Heliodori & Chromatij quęstio. Ad Hieronymum 339
Dominis sanctis. Super eadem quæstione responsio. Ad Heliodorum 340
Petitis à me. De natiuitate uirginis Mariæ eodem
Patri reuerendissimo De morte Hieronymi. Ad Damasum 345
Glorioſissimi Christianæ. De transitu & laudibus Hieronymi. Ad Cyrillum 363
Venerabili uiro. De miraculis Hieronymi. Ad Augustinum 367
Plerosque nimirum. Vita diui Hieronymi,incerto autore 386

INDEX QVINTI TOMI.

EXpletis longo. In Esaiam commentariorum,liber primus: iuxta utranq; translationem. Ad Eustochium 3
Finito in Esaiam. In eundem commentariorum,liber secundus 15
Sufficit mihi. In eundem commentariorum,liber tertius 28
Inæquales dictamus.In eundem commentariorum,liber quartus 41
Plures anni sunt. In eundem commentariorum,liber quintus 51
Quod in præcedenti. In eundem commentariorum,liber sextus 72
Septimus liber. In eundem commentariorum,liber septimus 86
Sextus & septimus. In eundem commentariorum,liber octauus 102
Varijs molestijs. In eundem commentariorum,liber nonus 115
Decimus liber. In eundem commentariorum,liber undecimus 141
Nullus tam imperitus. In eundem commentariorum,liber duodecimus 154

Multi

Multi casus. In eundem commentariorum,liber tertiusdecimus 168
Dominus. In eundem commentariorum,liber quartusdecimus 183
Crebro Eustochium. In eundem commentariorum,quintusdecimus. 197
Egregia. In eundem commentariorum,liber decimussextus 210
Quanta mysteria. In eundem commentariorum,liber decimusseptimus 225
Duodeuicesimus. In eundem commentariorum,liber decimusoctauus 242
Post explanationes. In Hieremiam commentariorum,liber primus. Ad Eusebium 261
Secundum frater. In eundem commentariorum,liber secundus 276
Lernæum anguem. In eundem commentariorum,liber tertius 292
Semper diabolus. In eundem commentariorum,liber quartus 507
Quintus commentariorum. In eundem commentariorum,liber quintus 522
Prolixitas.In eundem commentariotum,liber sextus 537
Habes.Primus commentariorum in lamentationes Hieremiæ 551
Primam partem. Secundus commentariorum in lamentationes Hieremiæ 562
Extremus liber. Tertius commentariorum in lamentationes Hieremiæ 569
Post lamentationem. Præfatio commentariorum in orationem Hieremiæ 574
Finitis in Esaiam. In Ezechielem commentariorum,liber primus. Ad Eustochium 577
Secundi explanationum. In eundem commentariorum,liber secundus 590
Nihil longum. In eundem commentariorum,liber tertius 400
Vellem si fieri. In eundem commentariorum,liber quartus 412
Ne librorum numerus. In eundem commentariorum,liber quintus 425
Putabam quod. In eundem commentariorum,liber sextus 436
Olim pueri. In eundem commentariorum,liber septimus 449
Quid aliis prosit. In eundem commentariorum,liber octauus 464
Consequens erat. In eundem commentariorum,liber nonus 477
Vellem ut. In eundem commentariorum,liber decimus 489
Vndecimus. In eundem commentariorum,liber undecimus 501
Trepidationem. In eundem commentariorum,liber duodecimus 519
Tertiusdecimus. In eundem commentariorum,liber tertiusdecimus 5331
Quod in principio. In eundem commentariorum,liber quartusdecimus 55
Contra prophetam Danielem. Commentarij in Danielem. Ad Pammachium & Marcellam. 567

INDEX SEXTI TOMI.

SI in explanationibus. Liber primus commentariorum in Osee. Ad Pammachium. 5
Qui sæpe nauigat. Liber secundus commentariorum in Osee 24
Non ignoro Pammachi. Liber tertius commentariorum in Osee 45
Non idem ordo est. Commentarij in Ioelem. Ad Pammachium 65
Amos propheta. Liber primus commentariorum in Amos. Ad eundem 85
Legi in quadam. Liber secundus commentariorum in Amos. 101
Præpostero ordine. Liber tertius commentariorum Amos 118
Cum essem paruulus. Commentarij in Abdiam. Ad eundem 136
Triennium. Commentarij in Ionam. Ad Chromatium 145
Micheas. Liber primus cõmentariorum in Micheam. Ad Paulam & Eustochium 161
Semper inuidis. Liber secundus commentariorum in Micheam 179
Iuxta Septuaginta. In Nahum commentarij. Ad easdem 198
Primum Chromati. Primus liber cõmentariorum in Habacuc. Ad Chromatium 217
Alterum mi. Secundus liber commentariorum in Habacuc 232

Quæſtiones in Habacuc incerto autore. fol. 246
Antequàm Sophoniam. Commentarij in Sophoniam. Ad Paulam & Euſtochiũ. 248
Secundo anno. Commentarij in Aggæum. Ad eaſdem. 271
Vltimo iam. Liber primus commentariorum in Zachariam. Ad Exuperium. 284
Ab obſcuris. Liber ſecundus commentariorum, in eundem 303
Vrget me frater. Liber tertius commentariorum, in eundem. 324
Vltimũ duodecim, Commentarij in Malachiam. Ad Minerium & Alexandrum 546

INDEX SEPTIMI TOMI.

PArabolæ Salomonis. Commentarij in parabolas Salomonis 3
Memini me. Commentarij in Eccleſiaſten. Ad Paulum & Euſtochium 62
Epithalamium libellus. Quatuor homiliæ in Cantica, nomine Origenis 101
Iob qui dolens. Commentarij in Iob. Ad Vecterium incerto autore 150

INDEX OCTAVI TOMI.

PRoxime cum Origenis. Commentarij in Pſalterium 3
Scio quoſdam. Pſalterium iuxta Hebraicam ueritatem. In Appendice.

INDEX NONI TOMI.

CAnones euangeliorum Euſebij 5
Plures fuiſſe. Commentarij in Matthæum. Ad Euſebium. 11
Omnis ſcriba. Commentarij in Marcum 87
Quoniamquidem. Euangelium iuxta Lucam 114
In principio. Euangelium iuxta Ioannem 139
Pauci admodum. Liber primus commentariorum in epiſtolam ad Galatas. Ad Paulam & Euſtochium. 158
Quod in primo. Commentariorum ſecundus, in eandem. 172
Tertium ad Galatas. Commentariorum tertius, in eandem 188
Si quicquam. Liber primus commentariorum in epiſtolam ad Epheſios. Ad Paulam & Euſtochium 202
Secundum orationibus. Secundus commentariorum, in eandem 215
Satis abundeq; Tertius commentariorum, in eandem 228
Licet non ſint. Commentarij in epiſtolam ad Titum. Ad Paulam & Euſtochium 242
Qui nolunt. Commentarij in epiſtolam ad Philemonem. Ad eaſdem. 258
Literis tuis. Commentarij in omnes Paulinas epiſtolas, incerto autore. 265
Cum in Babylone. Didymi de ſpiritu ſancto, liber à Hieronymo uerſus. 597

Indicis iuxta ordinem tomorum finis.

D. ERASMI ROTERODAMI AD LECTOREM PRAEFATIO.

QVANQVAM ab ipsa pueritia, non tam iudicio, quàm arcano quodam naturæ sensu, diui Hieronymi scripta sum admiratus: eaq; admiratio mihi semper cum accessione ætatis &, si qua est, eruditionis accreuit: tamen cum illius epistolas tum castigandi, tum scholijs illustrandi prouinciam susciperem, uariam illam & ex omni linguarum, disciplinarum ac literarum recondita supellectili constructam opulentiam nondum penitus introspexeram. Quid enim est in ullo librorum genere, seu paruum, seu magnum, seu sacrum, seu prophanum, quod ille non habuerit in numerato? Itaq; fateor me non uno modo peccasse, qui ad tam arduum negocium, nec parem eruditionem, nec iustam curam attulerim. Quum enim primum uenissem Basileam, de nouo testamento uertendo ne cogitaram quidem: scholia modo nonnulla paucis uerbis annotaram, atq; his decreueram esse contentus: In Hieronymum ferè nihil attuleram præter animi propositum. Hic mea facilitate, aut uerius temeritate, abusus fœlicis memoriæ IOANNES FROBENIVS, utrunq; opus compluribus prelis aggressus est: quum hoc corpusculum uix quartæ laborum parti par esset. Atq; id temporis parabã illa, non hominibus eruditis, sed quibusdam pijs quidem illis, uerum illiteratis, apud quos compereram Hieronymum sic undequaq; deprauatũ, ut ne legi quidem posset: cuius incogitantiæ me non semel & puduit, & piguit. Supererat igitur ut ad prouerbium confugeremus, quo posteriores curæ dicuntur esse meliores: & quod priore negligentia commissum erat, posteriore diligentia sarciremus: id quod à nobis iam semel atq; iterum factum est. Porrò quum acciperem apud Parisiorum Lutetiam rursus excudi epistolarum uolumina, ut ex tempore licuit, quædam loca pridem à me notata recognoui, missiq; in publicam studiorũ utilitatẽ: non conquieturus, donec æquo candidoq; lectori probarim fidem & industriam meam. Ingratis enim & iniquis, qui uel dissimulantes tam multa bene dicta, tantum arrodunt si quid incautius excidit: uel quod est improbius, ne legunt quidem nostra, sed tamen occlusis oculis & obturatis auribus ingenti uociferatione damnant quod nesciunt, nihil aliud optabo quàm mentem dari meliorem diuinitus, θεοὶ δίτε πάντα δύναντται. Interim non tam regium est, quàm Christianum, quum bene facias, audire male. Quum hæc adornaretur æditio, incomparabilis heros GVLIELMVS VVARAMVS, Archiepiscopus Cantuariensis, ac totius Angliæ primas, terras reliquit, & in cœleste contubernium emigrauit, uir ex omni uirtutum & ornamentorum genere cõcinnatus: siue spectes in tanto rerum fastigio comitatem etiam infimis obuiam, siue in tanta rerum affluentia spontaneam uictus sobrietatem, siue in tantis negociorum undis perpetuam animi tranquillitatem (id quod diuinæ cuiusdam mẽtis esse uidetur) siue syncerũ erga pietatem ac religionem affectum, quam semper summo studio, nullo supercilio tũ docuit, tum præstitit. Nemo uidit illum nihil agẽtem. Quis autẽ non facile condonasset tali uiro, si quando animum negotijs externis delassatum, iocis aut lusibus relaxasset? At illi pro uenatu, pro aucupio, pro alea, pro chartis, pro morionibus, procq; cæteris auocamentis uulgaribus, erat aut frugifera lectio, aut cũ erudito uiro colloquium. Iam uero benignitatem quum in omnes, tum præcipue in studiosos, quid referam? De me nihil dicam, qui non ita multum ab illo accepi, idq; obtrusum uerius quàm datum: nisi quod in acceptis numero quicquid ille obtulit: obtulit autem frequenter uera fronte, fortunarum omnium communionem. Sed in alios quàm non fuerit illius parca liberalitas, uel illa uox arguit quam paulo ante mortem emisit. Nunciantibus enim famulis, in thesauro uix esse triginta aureos signatæ pecuniæ: gratulabundus dixit, bene habet: sic mori semper fuit in uotis: sat est uiatici mox hinc emigraturo. O mentem summo episcopo dignam. Ex tanta fortuna minimum impendit sibi: mensa erat & pro more regionis, & pro dignitate tanti præsulis splendida, sed in medijs delicijs ipse uulgaribus libentius utebatur, atq; hoc ipsum parcissimè. Cœna tam

na tam erat frugalis,ut propè nulla fuerit: uinum perquam raro guſtabat uerius quàm bibe/bat,contentus tenuiſſima ceruiſia, quam illi uulgo Biriam appellant. Eadē in cultu frugalitas, nunquam holoſericis utebatur niſi rem diuinam peragens: adeo ut quum ſub Caroli Cæſaris & regis Angliæ conuentum, qui fuit ante annos ni fallor undecim Caletij, edicto Cardinalis Eboracenſis,non epiſcopi tantum,ſed & inferioris gradus homines cogerentur magnis impendijs ornare ſeſe Byſsinis ac Damaſcenis, ſolus omnium ille contempto Cardinalis edicto, pilum in cultu ſuo non mutarit. Quid eſſe poſſit illo pectore incorruptius? Nunc felix illa anima,ſicut eccleſiæ præclarum lumen fuit,ita cœleſti Hieroſolymæ ſidus illuſtre addit.Frequenter apud ſuos hanc uocem ſolet emittere, Vtinam mihi contingat, priuſquam hinc emigrem, ſemel uidere complectiq; meum Eraſmum,nunquam ſinerem illum à me diuelli. Votum erat mutuum, ſed neutri contigit quod optauit. Vtinam illud concedat Chriſti miſericordia,ut nos inuicem breui complectamur illic ubi nulla eſt futura diſtractio, neq; quiſquam erit,qui uel illum mihi,uel me illi inuideat.

Bene uale quiſquis es qui hæc legis.

FRIBVRGI BRISGOIAE
Anno M. D. XXXIII.

OPVS EPISTOLARVM

DIVI HIERONYMI STRIDONENSIS, VNA CVM SCHOlijs DES. ERASMI ROTERODAMI, nunc postremum per illum non uulgari cura recognitum, correctum ac locupletatum.



APVD INCLYTAM BASILEAM
ex officina Frobeniana.
An. M. D. XXXVII.

REVERENDISSIMO PATRI AC DOMINO D.
Guilelmo, archiepiscopo Cantuariẽsi &c. Erasmus. Rot. S.D.

QVanquàm in prima editione, sic aduigilatum erat, ut uix ulli spes esset, posterioribus curis, quas prouerbio dicunt meliores, quicquam adiungi posse, Præsul incomparabilis: tamen ego magnopere cupiens, hoc opus, quod nomini tuo ceu monumentum, utinam uicturum, erexerã, omnibus quantum fieri posset numeris absolutum exactumq; reddere: curaui ut denuo separatim excuderetur & chartis & formulis elegantioribus: quanquã IOANNES FROBENIVS sic se gesserat antea in excudendo HIERONYMO, ut non solum omnium suffragijs antecederet omnes, uerum etiam uix ipse sibi locum relinqueret uincendi sui. Nos in HIERONYMI scriptis penè nihil deprehendimus quod esset corrigendũ. In nostris scholijs nõnulla correximus, quædã sustulimus, adiecimus non pauca. Restant tamen adhuc loca, sed ea perpauca, in quibus mea diuinatio non omnino satisfecit animo meo: Quæ si quis me felicior uel ingenio, uel exemplariorum copia, restituerit, libenter & hominis industriam exosculabimur, & publicæ gratulabimur utilitati. In hoc labore duæ quædam res exortæ magnam nostræ laudis portionem decerpserunt. Primum quod per omnes totius orbis regiones sic efflorուerunt linguæ cum bonis literis, ut in multis non perinde necessaria uideatur opera nostra. Deinde quod hoc seculo plurimorum ingenijs ad cruentas istas & gladiatorias λοιδομαχίας auocatis, neq; studio, neq; frequentia pari uersantur homines in pratis saluberrimis ac uiridarijs amœnissimis ueterum autorum. Cæterum laudis quidem iacturam facillime ferrem, nisi cum publico dispendio studiorum esset coniuncta. De rerum euentu uiderit CHRISTVS. Nos certe bonam præstitimus uoluntatẽ, quã & præstabimus usq; ad extremum uitæ diem. Bene uale. Basileæ, Id. Iulijs Anno.

M. D. XXIIII.

DES. ERASMVS ROTERODAMVS SACRAE THEOLOGIAE PROFESSOR, REVERENDISSIMO patri ac domino D. Guilielmo Vuaramo, archiepiscopo Cantuariensi, totius Angliæ primati S. D.

TANTA semper fuit literarum apud ethnicos quoq; ueneratio, Guilielme præsulum decus, & uirtutum ac literarum antistes, ut disciplinarũ omnium origines, haud alijs quàm dijs autoribus consecrandas ducerent: eaq; cum primis cura summis ac florentissimis regibus digna uideretur, si excellentium uirorum libros, quo pluribus usui esse possent, in diuersas linguas transferendos curarent: hinc uidelicet & sibi uerissimam certissimamq; laudem, & regno præcipuum ornamẽtum accessurum rati, si bibliothecam quàm optimis simul & emendatissimis codicibus instructam posteritati traderent. Nec ullam grauiorem iacturam accidere posse iudicabant, quàm si quid ex id genus opibus intercidisset. Proinde ne, qui suis ingenijs, suisq; uigilijs tantopere de mortalibus uniuersis meriti fuissent, horum memoria, temporum iniuria nihil non obliterantium intermoreretur, autores ipsos statuis ac picturis expressos, passim in porticibus ac bibliothecis ponebant, qua certe licuit illos ab interitu uindicantes. Tum eorundem apophthegmata, marmori, æriq; passim insculpta, mortalium oculis ingerebant, libros ingenti redemptos precio, magnaq; fide uel religione potius descriptos, cedrinis inclusos capsulis, tum cedri succo oblitos in templis reponebant: partim ut rei tam sacræ tamq; diuinæ custodia, non alijs quàm ipsis numinibus concrederetur: partim ne quid situs aut caries illa monumenta uitiaret, quæ sola principum gloriam à situ carieq; queunt asserere: & impune intermorerentur, quæ præstant omnibus immortalitatẽ. Fuerunt qui nec hac contenti diligentia, codices ceu thesaurum incomparabilem, in altissimis terræ latebris reconderent: tanta cura, ut nec incendijs, nec bellorum procellis, quibus omnia sacra prophanaq; misceri solent, interirent, & posteris certe superessent. Nimirum perspexerũt hoc, non minus sapientia quàm regno clari principes, barbaricum esse, cadauera defunctorum unguentis, aromatibus, ac uitro nonnunquam tam diligẽter oblini, ne computrescant: cum ea ne referat quidem seruari: quippe iam nec figuram oris aut corporis imaginem referentia, quod saxeæ tamen faciunt imagines: nec parem curam adhiberi seruandis animorum reliquijs: Proinde multo iustius eam curam in excellentium uirorum libros transferri, in quibus orbi supersunt etiam defuncti: & ita supersunt, ut & pluribus & efficacius loquantur mortui quàm uiui. Cõfabulantur, docent, adhortantur, deterrent, consulunt, erigunt, consolantur, sic ut nulli nec fidelius, nec paratius. Deniq; tum nobis uerissime uiuunt, postea quàm sibi uiuere desierunt. Equidem sic opinor, si quis cum M. Tullio (ut hunc exempli causa nominem) complureis annos domesticam egisset consuetudinem, minus nouerit Ciceronis, quàm faciunt hi qui uersandis Ciceronis scriptis cum animo illius quotidie confabulantur. Porrò si hic honos est habitus superstitiosis etiam uoluminibus, ueluti Numæ ac Sibyllæ: aut rerum ab hominibus gestarum memoriam complectentibus, uelut apud Aegyptios: aut aliquam humanæ sapientiæ portionem tradentibus, ueluti Platonis & Aristotelis: quanto iustius est idem facere principes Christianos & episcopos in seruandis eorum monumentis: qui sacro afflati spiritu, non tam libros quàm oracula nobis reliquerunt? Et tamen haud scio qui factum sit, ut non alia in re magis cessatum uideatur à maioribus nostris. Sit sanè leuis ethnicorum autorum iactura, quæ tantum efficit, ut minus eruditi simus, aut minus eloquentes, non ut minus pij: cæterum ex tot eximijs uereq; sacrosanctis autoribus, quos nobis uel erudita dedit Græcia, uel huius æmula prodidit Italia, uel olim studijs florentissima produxit Gallia, uel ingeniosa peperit Aphrica, uel laboris patiens ædidit Hispania, rara quadam eruditione suspiciendos, eloquentia claros, uitæ sanctimonia uenerandos: quæso te quàm pauci supersunt,

Honos olim habitus libris et autoribus.

Libri sacri.

Libri præcipuæ ſanctorũ reliquiæ

caſu ſeruati magis quàm noſtro beneficio : atque hi rurſum ipſi , quàm fœde mutili, quàm contaminati , quàm prodigioſis mendis undique ſcatentes, ut non magni referat ſic ſupereſſe . Equidem ut non aſpernor ſimplicem uulgi pietatem , ita non poſſum non mirari tam præpoſterum multitudinis iudicium.Calceos ſanctorum & ſudariola mucco ſordentia exoſculamur, & eorundem libros, ſanctiſſimas & efficaciſſimas diuorũ reliquias, neglectos iacere patimur. Tuniculam,aut induſiolum ſanctorum, aureis gẽmatiſcꝫ thecis reponimus: & libros ab illis elaboratos , in quibus id quod illorum fuit optimum, nobis adhuc uiuit ſpiratcꝫ,cimicibus,tineis,ac blattis impune rodendos relinquimus . Neque uero difficile ſit huiuſce rei cauſam coniecturis aſſequi . Poſteaquam principũ mores planè iam in barbaricam quandam tyrannidem degeneraſſent , tum epiſcopi prophanam ditionem magis cœpiſſent amplecti,quàm ab apoſtolis traditum docendi munus: mox uniuerſa docendi prouincia in iſtos quoſdam eſt relegata,qui charitatis & religionis cognomẽ, hodie ceu peculiare ſibi uindicant:iam negligi cœptę bonæ literæ , faſtidita Græcanici ſermonis peritia , multocꝫ magis Hebraici:ſpretum eloquẽtiæ ſtudium:quin & ipſa lingua Latina ſic conſpurcata eſt, ſubinde noua barbarie, ut iam nihil minus eſſet quàm latina:nec hiſtoriæ, nec geographiæ, nec antiquitatis ulla cura. Tantum ad ſophiſticas quaſdam argutias contracta res literaria: & eruditionis ſumma penes ſummularios quoſdã collectores ac excerptores eſſe cœpit: hoc nimirũ impudentiores , quo minus habebant eruditionis . Proinde ueteres illos ſcriptores facile uel antiquari paſſi ſunt: uel quod uero propius eſt, ipſi abolendos curarunt:ut quos iam fruſtra legerent, nimirum his rebus deſtituti, ſine quibus illi non queant intelligi . Et tamen ex illis utcunꝫ decerpta quædam,ſuis commentarijs admiſcuerunt: qua gratia magis etiam in rem iſtorum erat illos interire,ne quando uel plagij conuincerentur,uel inſcitiæ.Scilicet tanti erat antiquari Clementem,Irenæum,Polycarpum,Origenem,Arnobium:ut horũ uice Occam, Durandum,Capreolum,Lyranum,Burgenſem,& his etiam indoctiores legeret orbis.Sub horum igitur diutina tyrannide, tanta fuit bonarũ literarum ac bonorũ autorũ πανολεθρία, ut è doctorum ordine pelleretur,qui uel paulum literaturæ melioris attigiſſet . His rebus factum eſt,ut tot orbis lumina,quorum titulos duntaxat,nec id ſine lacrimis legimus,funditus interierint. Et ſi quos contigit ſuis ſupereſſe fatis,hi ſic modis omnibus deprauati ſunt, adeo truncati,contemeraticꝫ,ut felices uideri poſſint,qui perierunt.Atcꝫ id profecto cum mihi uehemẽter indignum uidetur in omnibus eruditis , tum longe indigniſſimum in Hieronymo, cuius tam multæ tamcꝫ eximiæ dotes promerebantur,ut uel ſolus & totus & incorruptus ſeruaretur.Nam cæterorum quidem alios aliæ commendant dotes:in hoc uno συλλήβδην, ut aiunt,coniunctum fuit,eximium fuit,quicquid in alijs per partes miramur. Et cum in ſingulis egregium eſſe,magnum ſit ac rarum,hic ſic excelluit in omnibus, ut longe pręcurrat in ſingulis,ſi illum cum cæteris cõferas:ſin ipſum ſecum componas,in nullo præmineat. Tanta eſt rerum omnium ſummarum temperatura . Etenim ſi naturæ felicitatem expendas,quid illius ingenio uel ardentius ad diſcendum, uel acrius ad iudicandum, uel fœcundius ad inueniendum? Deniq; quid dexterius aut feſtiuius,ſi forte res delectationem deſideret? Sin eloquentiæ laudem requiras,in hac certe Chriſtianos ſcriptores uniuerſos tanto poſt ſe reliquit interuallo,ut nec hi cum Hieronymo conferri queant,qui uitam omnem in uno bene dicendi ſtudio contriuerunt: ac prorſus tantum abeſt , ut quiſquam ſit noſtræ religionis ſcriptor , quem cum hoc poſſis componere:ut meo iudicio, Ciceronem etiam ipſum ſuffragijs omnium eloquentiæ Romanæ principem, nõnullis dicendi uirtutibus ſuperet: quod quidẽ in ipſius uita copioſius demõſtrabimus.Mihi ſanè hoc ipſum ſolet uſu uenire in Hieronymo, quod olim in M.Tullio:cum quo ſi quem contulero, per ſe quantumuis diſertum, repente uelut obmuteſcere uidetur:& cuius linguam,citra contentionem uehementer admiror, ad hunc compoſitus & admotus, elinguis uidetur & balbus.Sin doctrinam exigas,quæſo te,quem habet uel eruditiſſima Græcia ſic abſolutum in omni doctrinæ genere , ut cum Hieronymo ſit cõmittendus

Librorũ interitus unde

Excellentia Hieronymi

tendus? Quis unquam pari felicitate omnes totius eruditionis parteis coniunxit & absoluit? Quis unquam in tot linguis antecelluit unus? Cui tanta historiarum, tanta geographiæ, tanta antiquitatis noticia cõtigit unquam? Quis unq; sacrarum aut prophanarũ omnium literarum, & parem & absolutam sciẽtiam est assecutus? Sin memoriam examines, quis autor seu uetus seu nouus, quem ille non in promptu habuerit? Quis angulus diuinæ scripturæ, quid tam abditũ, quid tam uarium, quod ille non uelut in numerato habuerit? Sin industriã, quis unquam tantũ aut euoluit aut scripsit uoluminum? Quis sic uniuersam diuinam scripturam edidicit, imbibit, concoxit, uersauit, meditatus est? Quis æque sudauit in omni doctrinę genere? Iam si morum sanctimoniã spectes, quis Christũ spirat uiuidius? Quis docuit ardentius? Deniq; quis eum uita magis expressit? Poterat hic unus pro cunctis sufficere latinis, uel ad uitæ pietatẽ, uel ad theologicæ rei cognitionẽ, si modo integer & incolumis extaret. At nunc haud scio, an quisq; omnium tractatus sit indignius. Bona pars uigiliarum illius intercidit. Quod superest, non deprauatũ erat, sed prorsus extinctum & obliteratum: idq; partim quidem illiteratorum uitio scribarum, qui solent ex emendatis inemẽdata describere, ex mendosis mendosiora reddere: prætermittere quod non legunt, corrumpere quod non intelligunt, uelut Hebræa Græcaq; uocabula: quæ frequenter intermiscet Hieronymus: sed multo scelleratius, à sacrilegis haud scio quibus, studio detruncata permulta, addita nõnulla, mutata praq;, deprauata, sordidata, confusa penè omnia: ut uix ulla sit periodus, quam eruditus inoffense possit legere. Imo quod est pestilentissimũ uitiandi genus, perinde quasi parum esset, tot insulsissimas nugas iuxta infantes atq; ineruditas, in hominis eloquẽtissimi pariter ac doctissimi nomen ac titulum contulisse, mediis illus commentariis, passim admiscuerunt suas nænias, ne quis repurgare posset. Nam librum falso inscriptum permulta sunt quæ coarguant. Cæterum fragmenta sparsim intermixta, ueluti frumẽto confusum lolium, quo tandem cribro repurget aliquis? Atq; hæc omnia sic esse facta, docebimus mox in operum illius catalogo, tum secundi Tomi duabus præfationibus ac censuris. Commouit itaq; me, partim tam insignis ecclesiæ doctoris non ferenda contumelia: in cuius immortalia monumenta, sic impune debacchati sint isti plusquam apri Calydonij: partim publica studiosorũ utilitas, quos uidebam à tam eximijs epulis hisce rebus submoueri: ut epistolarum uolumina, quæ quo plus habebant eruditionis & eloquentiæ, hoc fœdius erant deprauata, pro mea uirili restituerem: haud quaquã ignarus, quàm duram & arduam adirem prouinciam. Iam primum enim ipsa tot uoluminum inter se collatio, quantum habeat tedij, norunt hi, quibus usu uenit in hoc pistrino uersatos esse. Et sæpe cum his uoluminibus erat res, quæ uel legere non mediocris esset negotij, quippe literarum figuris uel carie situq; obliteratis, uel tinearum ac blactarum iniuria semirosis ac mutilis: uel Gotthorũ aut Longobardorum more depictis, ut in formis etiam noscitandis mihi fuerit repueraſcendum: ut ne commemorem interim, quòd illud ipsum animaduertere, ac uelut olfacere, si quid parum resipiat germanam ac ueram lectionem, hominis sit, mea sententia, nec ineruditi, nec stupidi, nec oscitantis. Atqui super hæc longe difficillimum est, aut ex uarie deprauatis, quid ab autore positum fuerit, conijcere: aut ex qualibuscunq; figurarum fragmentis ac uestigijs, primam diuinare lectiõem. Ac rursus ea res, cum ubiq; plurimum habet difficultatis, tum uero potissimum in libris Hieronymianis. Idq; pluribus de causis accidit. Primum quod ipsum dicendi genus, haud quaq; triuiale sit, sed sententijs uariegatum, epiphonematis argutũ, strophis obliquũ ac uafrum, argumentis densum & instans, allusionibus festiuum, nonnunquam uarijs rhetorum schematis ueluti lasciuiens, ubiq; doctum, & artificem præ se ferens. Vnde factum est, ut quo longius huius oratio abest à simplicium intelligentia, hoc pluribus mendis fuerit cõtaminata: dum hic scribit, non quod legit, sed quod intelligit: ille deprauatũ existimans quicquid non assequitur, utcunque uisum fuerit, mutat scripturam, animi modo sui secutus somnium. Rursum alius forte deprehendens, corruptam esse scripturam, dum ex leui coniectura niti/

Hieronymi opera quàm indigne tractata

Quantũ laboris in castigãdo Hier.

Iudicium difficile

ctura nititur emendare, pro unico mendo, geminum inducit: & dum uulnusculo mederi studet, uulnus infligit immedicabile. Accedit ad hæc uaria quædam & admirabilis omnium rerum mixtura: quam affectauit etiam Hieronymus, sed omnino felicissime, pia nimirũ ambitione, & sancta quadam ostentatione iactitans opes suas, quo magis ueternum nobis excutiat, & oscitabundos ad arcanæ scripturę studium expergefaciat. Quid enim est usquam in ullo uel autorũ uel literarũ genere, quod ille passim non aspergat, inculcet, infulciat? Hebraica, Græca, Latina, Chaldaica, sacra, prophana, uetera, noua. Denique quid non? Sic ille uelut apicula per omnia circumuolitans, ex uno quoq; quod esset eximiũ, ad operis sui mellificium congessit, ex uarijs flosculis hinc illinc decerptis, serta concinnans: aut uelut ex uersicoloribus tessellis, musaicum opus contexens. Et in his quod maxime retrusum est, id libentissime cõsueuit intertexere. Quid enim tam abditũ in prophetarum inuolucris, in totius instrumenti ueteris mysterijs, quid in euangelicis aut apostolicis literis, quod ille non ceu notũ adhibeat: nonnunquam sic alludens, ut nec animaduertatur, nisi ab eruditis & attentis? Quid in Hebræorũ aut Chaldæorum monumentis, quid in rhetorũ, cosmographorũ, poetarum, medicorũ, philosophorũ, deniq; hęreticorum libris, unde non aliquid suo attexat uolumini? Ea cum intelligi non queant, nisi undiquaq; doctis, etiã si forent emẽdatissima: quid fieri credis, cum ita uitiata, mutilata, confusaq́; sunt omnia: ut si ipse reuiuisceret Hieronymus, libros suos, nec agnosceret nec intelligeret? Super hæc omnia, fuit & illud incõmodũ, quod maxima pars autorũ è quorũ fontibus sua mutuatus est Hieronymus interijt: quorũ præsidijs utcunq; sarciri poterat, quod erat iam toties deprauatum, aut etiam omissum. Siquidem in extremis rerũ difficultatibus, ad hanc ceu sacram ancorã confugere solent eruditi. Nam me quidem, posteaq̃; neq; gloriæ neq; quæstus gratia laboris hoc suscepimus, non perinde mouebat, quod alium fortasse procul ab huiusmodi negotio capessendo deterruisset. Quid istuc inquies? Nẽpe quod, ut nõ alius est labor, qui plus adferat tedij molestięq́;, ita rursum nullus est unde minus ad suum redeat autorẽ, uel glorię uel gratiæ, propterea quod omnis huius laboris utilitas, sic redit ad lectorẽ, ut non modo nõ sentiat nostros sudores, quibus fruitur, sed ne suum quidem cõmodũ, nisi si quis forte nostra cum uulgatis codicibus contulerit. Ac dum ille in pratis amœnissimis ociosus errat, ludit, & currit inoffensus, haud æstimat, quamdiu, quàm odiose nobis luctandũ fuerit cũ spinis ac uepribus, dum illi campũ hunc repurgamus. Nec expendit, quamdiu uel unica uocula nonnunquam torserit emendatorem, nec uenit in mentẽ quàm multa nos offenderint, hoc molientes, ne quid sit quod illũ remoretur? Quantis difficultatibus parata sit illa facilitas, quantis molestijs constiterit, quod ille nihil sentit molestiæ. Sed ne molestus sim, omneis huius negotij molestias persequens, unum illud & uere dicam & audacter, minoris arbitror Hieronymo suos cõstitisse libros conditos, quàm nobis restitutos: & paucioribus uigilijs apud illũ natos fuisse, quàm apud nos renatos. Iam ex hoc cætera sibi quisq; conijciat. Quid hic cõmemorẽ ingratissimam quorundam hominũ imperitiam, qui nihil omnino nouari uolunt in bonis autoribus: qui cum ipsi nihil agant, aliorum præclaris conatibus semper obstrepunt: homines adeo pingui iudicio, ut his mendosum sit, quicquid rectum est: contra nitidum & elegans, quod sordidissime conspurcatum: ad hæc adeo peruerso, ut cum eruditis non patiantur esse ius, magno studio deprauata corrigendi: tamen ijdem quibuslibet nebulonibus permittant, impune suo arbitratu, summorũ uirorum libros cõtaminare, fœdare, perdere. Proinde necessum est fieri, ut à plerisq; nullã referas gratiam, ab his postremis, malam etiam pro bono officio gratiã reportes. At quæstum quidem, facile negligit generosus animus: gloriam & laudẽ facile contemnit Christianus. Porrò gratiam pro meritis expetunt & optimi quiq;. Quis ferat, pro beneficio rependi calumniã? Hæc omnia cum non ignorarem, tamen apud me tantum ualuit Hieronymi uindicandi studium, tantum utilitas eorum, quibus cordi sunt arcanæ literæ, tantum denique tuæ celsitudinis & iudicium & uoluntas, quem præ cæteris assiduum huius negotij & impulsorem habebam & efflagitatorem

Ex summo labore quàm minimũ gloriæ

efflagitatorem,ut contemptis difficultatibus omnibus, Herculano quodam animo laborio/ sissimam quidem,sed pulcherrimam adirem prouinciam,unus propémodum cum tot men/ darum portentis depugnaturus. Nec enim tantundem laboris exantlatum arbitror, in pau/ cis edomandis monstris Herculi,quàm mihi in tollendis tot mendarum milibus.Neq; uero paulo plus utilitatis hinc orbi profecturum existimo , quàm ex illius omnium ore celebratis laboribus.Primum enim complurium,sed præcipue ueterũ collatione uoluminum,nonnun/ quam ex apicum uestigijs addiuinantes,mendas sustulimus, & germanam reposuimus scri/ pturam.Græca quæ uel omissa fuerãt,uel perperam addita,restituimus: quod idem fecimus & in Hebraicis,uerum hac sanè in parte,quod minus nostro Marte poteramus, aliorum sup petijs præstitimus,præcipue fratrum Amerbachiorum,Brunonis, Basilij,& Bonifacij, quos optimus pater Ioannes Amerbachius uelut instaurandis bonis autoribus genitos, trium lin/ guarum peritia curauit instruendos.Atque hi sanè paternum animum & expectationem ui/ cerunt etiam,nihil antiquius ducentes Hieronymi gloria,& hac gratia nec impendio parcen tes,nec ualitudini. Quorũ equidem auxilio libenter sum usus, quod Hebræorum literas de/ gustassem uerius quàm didicissem.Et tamen curauimus, ne quid deesset auido lectori,etiam si quid deesset nobis: quodq; nostris uiribus erat diminutum, id ex aliorum suppetijs abun/ de sarsimus. Cur enim nos pudeat id facere in uindicando tanto autore , quod haud pudet facere summos monarchas in recipiendis , imò in perdendis oppidulis? Adiecimus singulis libellis aut epistolis argumenta, ueluti fores aperientes ingredi uolentibus. Deinde quando non omnibus contigit tot linguarum ac literarũ cognitio , si quid remorari poterat lectorem mediocriter eruditum , id scholijs additis illustrauimus , quæ geminam utilitatem adferant: alteram quod tam insignis autor, qui antehac nec ab eruditissimis legi poterat,posthac à se/ midoctis poterit intelligi: alteram , quod iam non perinde procliue fuerit cuiuis deprauare, quod ab alijs est restitutum.Nec his contenti, quæcunq; falso Hieronymi titulo circumfere/ bantur,eaq; magna ex parte talia,ut non Hieronymum autorem, sed impudentissimum si/ mul & insulsissimum rabulam opificem præ se ferrent, non recidimus,ne quid omnino desi/ deraret,auidus magis quàm elegans lector: hoc est,ut dicam crassius,ne non haberent simi/ les labra lactucas:sed in suum relegauimus locum,nullo alioqui digna loco.Denique totum opus,de ea loquor portiõe,quam nobis proprie sumpsimus, in quatuor digessimus uolumi/ na.Primo προτρεπτικὰ & παραγγελτικὰ complexi:quod eorũ quæ ad uitam instituendam pertinẽt,oporteat primam esse curam . Quartum in tres diuisimus classes, in quarũ primam retulimus quædam non inerudita quidem illa nec indigna lectu , sed tamen falso inscripta Hieronymo. In proximam aliena, sed quæ suis titulis autorem testentur.In tertiam uelut in sentinam reiecimus ineptissimas ineptias impostoris,haud scio cuius: de quo merito dubites: infantior ne sit , an indoctior , an impudentior . Is mihi certe quisquis fuit, uidetur dignissi/ mus, quem publicis odijs prosequantur omnia secula, qui de omnium ætatum ingenijs tam male senserit, ut sperarit neminem futurum, qui possit insani rabulæ nænias ab eloquentissi/ mi,doctissimi,sanctissimiq; uiri libris dignoscere. Secũdum uolumen dedimus ἐλεγκτικοῖς & ἀπολογετικοῖς, nimirum his quæ ad refellendos hæreticorum errores, & maleuolorum calumnias pertinẽt. Tertium tribuimus ἐξηγηματικοῖς, uidelicet quæ sacrorum uoluminum habent enarrationem.Non dissimili studio nuper dedimus nouum instrumentum,adiectis annotationibus nostris : cuius lucubrationis nuncupationem Leoni Pont . Max . tuęq; cel/ situdini communem facere uisum est , quo nouum opus duorum totius orbis summatum nomine,tum munitius,tum commendatius exiret in manus omnium. At Hieronymum ue/ lut ab inferis in lucem reuocatum,tibi proprie dicatum esse uolumus: uel quod citra excepti/ onem uni tibi mea debeam omnia , uel quod tu Hieronymi glorię soleas unice fauere: nimi/ rum prudẽter intelligens , nihil esse secundũ euangelicas & apostolicas literas dignius quod legatur à Christianis. Equidem crediderim ipsum Hieronymum sibi nonnihil hoc nomine

Symmachi in Hiero. restitu endo

Digestio epi/ stolarum

Archiepiſcopi Cantuarienſis laus

gratulari,quod fauſtiſſimis tui nominis auſpicijs mundo reuixerit,tam inter theologos ſummus,quàm tu inter laudatos epiſcopos nulli ſecundus.Etenim ut ille doctrinę orbem numeris omnibus feliciſſime abſoluit: ita tu uirtutum omnium epiſcopalium circulum & harmoniam mire temperaſti.Cætera quidem pulchre congruũt,unum illud uereor,ne noſtra mediocritas non ſatisfecerit uel Hieronymi dignitati,uel tuæ celſitudini. Nec enim uſquam magis ingenioli mei tenuitatem ſentio, quàm ubi contẽdo tuis eximijs uirtutibus, & ampliſſimis in me meritis utcunq; reſpondere.Sed quid facerem tot ac tantis nominibus obſtrictus tibi,ut ne capitis quidem auctione facta, ſim ulli portioni ſoluendę par futurus? Feci quod ſolent, qui cum prorſus ſoluendo non ſint,data quantulacunq; æris portione ſeſe magis etiã aſtringunt: & rem, non animum ſibi deeſſe teſtificantur, malæ fortunæ potius, quàm malæ fidei debitores: & ob hoc ipſum iudicum fauorem emereri ſoliti, quod miſeri ſint uerius quàm ingrati.Atq; in hoc ſanè genere rerum una eſt referendæ gratiæ ratio, ſi quis ingenue libenterq; debeat: & agnoſcere creditorem,ex parte retuliſſe eſt. Imò ut quod ſimilius eſt conferam,eorum conſilium ſequutus,qui malunt uerſuram facere,quàm in neruum ire: ab Hieronymo ſumpſi mutuum, quod tibi dependerem. Quanquam cur id iam mutuum uideatur, ac non potius meum? Nam multæ res ſoli uel occupatione uel præſcriptione demigrant in ius alienum. Cæterum in hoc rerum genere Hieronymus ipſe nobis legem præſcripſit: in ea præfatione quam libris Regum præpoſuit,iterum atque iterum illud opus ſuum appellans, propterea quod quicquid corrigendo, legendo, crebroq; uerſando noſtrum fecimus,id iure nobis uindicamus.Hac lege cur non & ipſe mihi ius uindicem in Hieronymianis libris,quos tot iam ſeculis pro derelictis habitos uelut in uacuũ ueniẽs,non æſtimandis ſudoribus ueræ theologiæ ſtudioſis aſſerui? Aureum flumen habet, locupletiſſimam bibliothecam habet, quiſquis unum habet Hieronymum. Atq; hunc rurſum non habet, quiſquis habet,cuiuſmodi ferebatur antehac, undiquaque confuſum & contaminatum. Non quod auſim confirmare,nihil uſquam ueterum mendarũ,hoc eſt,nulla priſtinę ruinę ueſtigia reſidere:quod haud ſcio an ipſe præſtare queat Hieronymus: niſi contingant exemplaria caſtigatiora,quàm nobis adhuc habere licuit. Illud ſummo adnixi ſtudio cõſequuti ſumus,ut non multum ſuperſit. Et ut nihil aliud, certe noſter conatus nonnullos extimulaturus eſt, ne poſthac nullo delectu quicquid in libris offenderint,quantumuis corruptũ à quocunq; impoſtore,quocunq; titulo ſubditum amplectantur,legant, approbent,ac uelut oraculum citent.Atq; utinam eruditi omnes totis uiribus in hoc incumbant negocij, ut quicquid nobis ex tot nauftagijs utcunq; reliquum eſt bonorum autorum,id quoad fieri poteſt, priſtinæ integritati reſtituatur. Nolim tamen hanc adire prouinciam,niſi qui non minus fide,religione,iudicio, curaq; polleant,quàm eruditione:quod nulla ſit acerbior bonorum uoluminum peſtis,quàm ſemidoctus aut oſcitabundus,aut pręceps,aut infelici iudicio caſtigator. Vtinamq; principibus cunctis eadem mens eſſet,quæ tibi, ut omiſſis inſaniſſimis pariter ac miſerrimis bellorum tumultibus,ad ſeculum ſuum pacis artibus illuſtrandum conuerterent animum: & ad huiuſmodi ſaluberrimos labores, eruditorum ſtudium præmijs accenderent. Videremus nimirum id breui toto orbe fieri, quod hiſce non ita multis annis in tua factum eſt Britannia, quæ iam olim uiris,opibusq; potens,nuper etiam religione, iuſticia,uitæq; cultu:denique literarum ueterum omni genere ſic exculta eſt, ſic enituit, ſic effloruit, idq; tua potiſſimum opera, ut ab orbe ſemota inſula, cultiſſimis quoque regionibus ad honeſtiſſimarum rerum ſtudium calcar addere poſſit. Bene uale in Chriſto Ieſu, præſulum ornatiſſime, quem ille inſtaurandæ pietati, ac prouehendis bonis literis quàm diutiſſime ſeruet incolumem.Baſileæ, Anno ſalutis M.D.XVI. Kaleñ. April.

EPISTOLAE NVNCVPATORIAE FINIS.

EXIMII DOCTORIS

HIERONYMI STRIDONENSIS VITA,

ex ipsius potissimum scriptis contexta

per DES. ERASMVM ROTERODAMVM.

EQVIDEM haud sum nescius, ueterum permultos in hac fuisse sentẽtia, ut pium & officiosum esse ducerent, in commodum publicum apte confictis narrationibus abuti: nempe uel ad uitam recte pieq; instituendam, uel ad erigendos & inflammandos ad honesti studium animos, uel ad fulciendam quorundam imbecillitatem, uel ad territandos impios: quos neque ratio corrigit, neque mouet charitas: uel ad illustrandam miraculis sanctorum hominum gloriam. Atque hoc fuci genus nec Platoni displicuit, nec Origeni, nec alijs horum dogma sequutis. Certe obijcit hoc HIERONYMVS Ruffino, atque hic uicissim in HIERONYMVM regerit, malens alterum eodem conspurcare luto, quàm in se coniectum lutum abstergere. Est quidem mira quædam uulgi credulitas, imò nescio quid penitus insitum animis mortalium, ut ficta lubentius audiant quàm gesta: & commenticijs supraq; ueri fidem fabulis libentius assentiantur quàm ueris: adeo ut olim uiri prudentes quicquid uehementer commendatum esse uellent multitudini, id fabulosis miraculis celebrarent: uelut numinum religionem, origines urbium aut gentium, exordia nobilium familiarum, exempla clarissimorum principum. Hoc igitur imperitorum affectu, ad ipsorum abuti commodum, permittebant illi, sed non nisi sapienti uiro, propterea quod huius rei fructus omnis pereat, si semel suboleat artificium mentiendi. Verum hac quidem in parte haud grauatim in Augustini sententiam pedibus eo: non solum ob eam causam, quam ille sane grauem adducit, ne si semel in Christianorum literis suborta fuerit mendacij suspicio, fiat ut nec his habeatur fides, quorum autoritatem modis omnibus indubitatam & inconuulsam esse oportet: sed multo magis, quod meo iudicio, ne possit quidem uir probus ac sapiens esse, qui tam male sentiat tum de sanctis uiris, tum de lectoribus. De sanctis quidem, quos aut usqueadeo iudicarit propriæ domesticeq; laudis inopes, ut alienis mendacijs putarit illustrandos: aut adeo κενοδόξους stultéque glorioſos, ut Aesopicæ corniculæ ritu uelut in proscenio gaudeant ostentari, ficticijs laudibus ceu plumis alienis adornati. De lectoribus autem, quos omnes aut ita stupidos ac muccosis naribus arbitrati sint: ut cum ueritas semper habeat suam faciem, nullis imitabilem fucis, non queant excogitatam artificio fabulam à uero dignoscere: aut certe adeo gratis etiam nequam ac peruersos, ut scientes ac uolentes faueant uanitati. Quod si uitari non potest, quo minus istiusmodi fabulamenta misceantur nostris uoluminibus, certe quod proximum est, optarim. Quid istud inquies? Nimirum plasten eximium ac prudentem, catumq; mentiendi artificem. Quandoquidem iuxta Socratis sententiam, nemo sit ad mentiendum accommodatior, quàm qui ad uera dicendum est appositissimus: quod eiusdem artificis partes esse ducat, certissime ueridicum esse, & nihil omnino ueri dicere. Hoc quidem consilio suam historiam contexuit Herodotus, hac ratione Xenophon Cyri descripsit institutionẽ, non ad historiæ fidem, sed ad exemplum probi principis. Nec aliò spectasse uidetur Homerus ille, quem iure fabularũ Oceanum possis dicere. Verum hi quẽadmodũ ingenij quidem & eloquentię laudẽ fingendo promeriti sunt: ita dum malũ uirtutis exemplar effingunt, ac proponunt, non mediocriter offecerunt uitæ mortalium. Siquidem Herodotus stultos plerosq;

facit

Mendaciũ officiosum

Augustinus hostis mendacij

Si fingendũ est, probũ exemplar est fingendum

facit principes. Xenophon uafrum quempiam & ἀγκυλομῆτιν expressit, potius quàm uere prudentem ac salutarem principem. Homerus eiusmodi facit deos, cuiusmodi nolit magistratus bene morata ciuitas. Deinde tales depinxit uxores deorum, qualem nemo probus ciuis coniugem aut optet domi suæ, aut ferat. Denique tales finxit deorum filios, ut nemo sanus paterfamiliâs similes sibi liberos uelit obtingere, ut non abs re Plato locum illi negarit in sua republica. Neque uel tantillum erat causæ cur Alexander ille magnus inuideret Achilli, talem laudum præconem, si penitus intellexisset, quid sit uere magnum ac salutarem agere principem. Ego nihil arbirror esse rectius, quàm eiusmodi describere sanctos, cuiusmodi fuerunt ipsi, in quorum uita si quid etiam errati deprehenditur, hoc ipsum nobis uertitur in exemplum pietatis. Cæterum si quis omnino figmentis delectetur, is si prudenter effingat pij uiri simulacrum, quocunq; nomine, non sacco, cilicio, flagris, prodigiosis ieiunijs, uigilijs non credendis, sed ex ipsis Christi decretis, sic ut primum Christianæ pietatis uim penitus habeat cognitam ac perspectam, deinde scite illius exprimat imaginem, is mihi fortasse tolerabitur. Etiamsi quantumuis gemmæ nitorem ac lucem effingat artifex, certe natiuam gemmæ uim nunquam assequitur imitatio. Habet suam ἐνάργειαν ueritas, quã nullum æquat artificium. At istos quis ferat, qui plusquam anilibus deliramentis, infantibus, indoctis, ineptis diuos nobis non celebrant, sed contaminant? At diuus HIERONYMVS, nisi quod abunde iuxta Græcorũ prouerbiũ, αὐτὸς αὑτὸν ἤυλησεν, hac parte parum erat felix: propterea quod quum unus præcipue dignus esset, ut pari doctrina pariq; facundia posteris commendaretur, qui tam erudito tamq; mellito ore Christi sanctorũq; præconia cecinisset: haud scio quonam fato, in rabulam quendam incidit, sic undiq; sui similem, & Hieronymi dissimilem, ut nescias quid in eo potissimũ admireris, liuguæ ne prodigiosam infantiam ac balbutiem, an insignẽ literarum inscitiam, an miram mentiendi impudentiam. Hominem profecto dignum, quem si uiuat, publicitus omnes omnium mortaliũ manus saxis impetant: qui mortales uniuersos pro saxis, non pro hominibus habuerit. Quis enim illius legens nænias, ni planè truncus sit, non protinus sentiat personatũ histrionem: qui Vertumnũ quendam aut Proteum nobis referens, nunc Eusebius est Cremonensis, nunc Cyrillus, nunc Augustinus, nunc Ambrosius: nonnunquam si libeat Damasus, aliquoties ipse, si superis placet, Hieronymus. Sed quibuscunq; plumis nobis opertus prodit, uox ubique sui similem coccycem arguit. Idem ubique dicendi lepos, eadem sermonis Venus. Cuius stuporem, ut nihil accedat, hinc certe palam cernere est, quod Hieronymum pauloante mortem facit Damaso cõmendantem suos commentarios: quem ipse Hieronymus non uno in loco testatur ante se decessisse uita. Sed hic de quo plura dicentur alias, tam indoctus & elinguis, ut rebus quamlibet claris ingenij sui culpa tenebras possit offundere: tam stupidus, ut ne uerissima quidem uerisimiliter queat efferre: ridicula miraculorum portenta, & impudentissimę uanitatis fabulas confert in Hieronymum, nec has tamen ab se repertas: in quo nonnulla laus fuisset ingenij, sed è uulgatissimis historijs huc non minus ridicule, quàm improbe detortas. O fortunatum tam insigni præcone Hieronymum. Neque uero defuit dignũ patellæ operculum. Reperit hic scriptor suos lectores, reperit à quibus citetur: & quo magis mireris, eruditos, Platinam & Volaterranum, quos equidem uel hinc suspicor ea nunquam legisse, sed aut audisse in concionibus, aut hinc excerpta fragmenta modo uidisse. Imitati sunt impudentissimum scriptorem unus & item alter: sed adeo præclare, ut eiusdem hominis uideri possint omnia. In quibus nihil agnoscas, nec eruditionis, nec eloquentiæ, nec prudentiæ, nec diligentiæ: super hæc omnia nihil minus quàm id quod in primis exigitur in historiographo, nempe fidem. Vtrum quæso istud est, diuorũ uitas describere, an contaminare potius? Nos igitur, licet impares argumẽto, tum nullis adiuti cõmentarijs, quibus fidi poterat, tamẽ bona fide, quãque licuit diligẽtia, uitam sanctissimi uiri ex Prospero, Seuero, Orosio, Ruffino, tametsi

Stulte confi-cta uita Hieronymi

no,tametsi calumniatore: & si qui sunt alij non omnino contemnendæ fidei autores collegimus, sed potissimum ex ipsius Hieronymi libris, Hieronymum uestigauimus. Quis enim rectius nouerit Hieronymum, quàm ipse Hieronymus? Aut quis eum fidelius expresserit? Si rerum à se gestarum certissimus autor est Iulius Cæsar, quanto iustius est Hieronymo, sua narranti fidem habere? Ex huius igitur libris omnibus lustratis, quod sparsim annotare licuit, in narrationis ordinem redegimus, nihil admentientes, quod arbitremur abunde magnum esse miraculum, ipsum Hieronymum tot egregijs uoluminum monumentis sese nobis exprimentem. Quod si cui nihil absq; miraculorum portentis placere potest, is legat Hieronymianos libros: in quibus tot penè miracula sunt, quot sententiæ. Natus est igitur uir eximius Hieronymus, anno à Christo nato, trecentesimo trigesimoprimo, sub imperatore Constantino in oppido Stridonis, quod iam tum à Gothis omnia populantibus euersum fuisse,testis est ipse in catalogo scriptorum illustrium, olim Dalmatiæ Pannonięq; confinium. Id hodie nonnulli, quorum de numero Blondus est, idem esse uolunt cum eo, quod hac tempestate uulgus Sdrignam appellat, oppidulũ in Histria,Italiæ regione,situm inter Petram pilosam,Portulam & Primontem,ut horum temporum utamur uocabulis. Addunt in huius rei fidem, ibidem ostendi monumentum Eusebij patris, cum epitaphio laminis insculpto,ni mirum id agentes,ut Hieronymum Italiæ suæ uindicent. Mihi studium & affectus istiusmodi parum dignus uidetur grauibus uiris, imò in totũ Christianis. Qui in libris Hieronymianis erit diligẽtissime uersatus, qui uitã Hieronymianã proxime exprimet, is sibi iure uindicet Hieronymum,etiam si porro ultra Britannos natus fuerit. Erat illi frater natu minor,nomine Paulinianus:nam sororis nomen tacuit. Matertera Castorina,cum qua dissidij nescio quid interceserat,ob rem (ni fallor) familiarem: quam tamen humanissimis literis ad concordiam inuitat.Patri nomen fuisse Eusebio,declarat ipse,quod Græcis à pieta te dictum est, non absq; præsagio: quod pulchre conueniat,ut ex pio nascatur ille sacri nominis heros. Nam id sonat εὐσέβνυμον. Atq; ea demũ est digna Christiano nominis gloria, quæ non ex stemmatis aut imaginibus, nõ ex oppidis euersis, aut concisis copijs,sed ex uita pie sancteq; acta nascitur. Cæterum nihil addit,plebeius ne fuerit an patricius,tenuis an locuples, priuatus an magistratus, cum hoc quidam asseuerent, illum nobilissimis ortum parentibus, sed ut eadem opera potuerint illum urbis præfectum facere. Consentaneum est autem, ante dirutam patriam,mediocri loco fortunaq; fuisse.Matris nomen nusquam ædidit: non tacens tamen se parente utroq; Christiano genitũ. Ab his domi diligenter institutus,unà cum Bonoso inter ipsos statim parẽtum amplexus,& nutricũ blanditias, Christum imbibit: ac mox Christianæ pietatis rudimentis imbutus, simulq; bonis literis: quarum ea tum ætas capax esse poterat, puer adhuc Romam missus est, uelut ad primariam eo seculo, tum religionis, tum eruditionis magistrã, liberalibus studijs erudiendus, quod ipse declarat enarrans Ezechielis caput undecimũ. Quamuis enim illis temporibus & apud Gallos,Hispanos,& Afros, florerẽt literarum studia, tamen in prouincijs pro gentis ingenio,nonnihil degenerantes,Romę uelut in suo fonte puriores adhuc erant & incorruptiores. Atq; hoc nomine Rustici monachi matrem collaudat ipse,quod post Galliarum licet florentissima studia, filium Romam miserit, quo Gallicanæ dictionis nitorem ac luxum, Romana grauitas temperaret. Intellexisse uidentur prudentissimi parentes, plurimum referre, inter quos primum & à quibus instituaris. Quæ sunt optima,nunquam discuntur felicius,quàm rudibus illis annis,& non minus tenacibus, quicquid insculpseris, quàm in omnem sequacibus habitum. Itaque perinde quasi iam tum intelligerent sese puerum eum orbi communiter genuisse, non sibi: ita publicis utilitatibus, non suis priuatis affectibus educandum curarunt. Græcas ac latinas literas, ab ipsis statim incunabulis didicit, quemadmodum ipse testatur: & hoc didicit felicius, quo maturius. Sentias enim nescio quid duriusculum, & subacerbum in his qui serius se contulerunt ad discendas literas. Proinde non abs re sibi gratulatur

Patria sancti Hieronymi

Pater qui

Romæ doctus

Hieronymus

Hieronymus,quod à puero inter grammaticos & rhetores fuerit penè detritus: quorũ alteri docuerunt emendate pureq; loqui: alteri, splendide, grauiter & sapienter. Horum institutioni debemus incomparabilem ecclesiæ doctorem,nõ loquacium sophistarũ scholis. Quis non iam nunc in summam erectus spem, nouum quiddam de hoc præsagiat puero? Primũ reputans talem parentum animum,deinde felicissimam indolem,ingenium fœcundum ac facile,pectus ardens & infatigabile.Præterea Romam educatricem,id temporis opinor aliquãto quàm nunc incorruptiorem,Deniq; præceptores eximios, Donatum in grammaticis,Victorinum in rhetoricis.Etiamsi uideo quosdam ambigere,num hic fuerit Donatus ille,cuius extant in Terentium ac Maronem eruditissimi commentarij.Tum an Victorino præceptore sit usus,non satis liquet ex Hieronymi uerbis,quibus utriusq; meminit in appendice annalium Eusebij hũc in modum. Victorinus rhetor & Donatus grammaticus,præceptor meus, Romæ insignes habentur:è quibus Victorinus etiam statuam in foro Traiani meruit. Hactenus Hieronymus, magis exprimens alterum nempe Donatum sibi præceptorem fuisse quàm utrunq;,dicturus alioqui præceptores mei.Ad eandem cõiecturam facit, quod idem nec in catalogo scriptorum illustrium,nec usquam alibi quantum commemini, Victorini faciens mentionem,præceptorem appellet. Quin totam Victorini dictionem, parum approbasse uidetur Hieronymus: id quod haud quaq; obscure declarat in epistola, quam scripsit ad Paulinum monachum, cum ait:Inclyto Victorinus martyrio coronatus, quod intelligit, eloqui non potest.Et rursum in catalogo scriptorum illustrium.Victorinus (inquit) natione Afer,Romæ sub Constantio principe rhetoricam docuit:& in extrema senectute, Christi se tradens fidei,scripsit aduersus Ariũ libros more dialectico,ualde obscuros,qui & ab eruditis modo intelliguntur.Verum de Victorino quidem lectoris facio iudicium.Cæterum ipse de Donato dubitationẽ omnem ademit in Apologia priore aduersus Ruffinum, hisce uerbis: Puto quod puer legeris Aspri in Vergilium & Salustium commentarios,Vulcatij in orationes Ciceronis, Victorini in dialogos eius,& in Terẽtij comœdias præceptoris mei Donati, æque in Vergilium, & aliorum in alios. Citat eundem enarrans caput Ecclesiastæ primum. Sub huiusmodi præceptoribus,iam adultior in bonis literis,nullum doctrinæ genus intactũ reliquit.Porphyrij εἰσαγωγὴν,Aristotelicam,Platonicam,Stoicam,ac cæterorum omnium philosophiam attigit. Verum hæc delibauit,non his semet addixit.nec in his uelut ad scopulos Sirenes consenuit: quibus hodie plærique immoriuntur. In rhetorica tamen sese studiosius exercuit,degustatis omnibus, sed his præcipue quæ propius ad eam conferant facultatem,historia,cosmographia,& antiquitatis noticia:partim quod intelligeret apud latinos ad id usque temporis penè infantem esse theologiam,& ob hanc causam permultos à diuinorũ uoluminum abhorrere lectione,sperans futurum ut plures sacris literis delectarentur,si quis theologiæ maiestatem, dignitate sermonis æquasset: partim ut esset aliquando quod ethnicis obijci posset,christianos ut infantes & elingues despicientibus. Testatur id multis in locis: & si non testaretur, libri clamitant, illum in declamatoria palæstra diligentissime uersatum fuisse,puerum in fictis controuersijs & obliquis rhetorum strophis lusisse.Studiorum sodales inter cæteros,hos præcipuos habuit.Pammachium summo natum loco,postea Paulę generum,Paulinæ maritum:qui defuncta uxore,monachi sumpsit institutum, tantę integritatis,ut ad summi pontificij fastigium flagitaretur.sed in illo,ut alibi scribit Hieronymus, pulchrius fuit,eam dignitatẽ promeruisse,q; possedisse. Bonosum, & hunc summo genere,postea monachum. Heliodorum, quem deinde sua uirtus ad episcopi functionem pertraxit.

Præceptores Hieronymi.

Philosophiæ studium

Romæ baptizatus.

Hic interim apparet Hieronymum Christo renatum,in illius iuraſſe uerba, ut hoc certe nomine Roma, iure sibi posset hunc uirum asserere: quandoquidem à baptismo deniq; censemur Christiani.Id satis indicat in epistola quadam ad Damasum papam, testificãs sese eius urbis fidem uelle sequi,in qua Christi uestem accepisset. Nec enim de presbyterio sentit,opinor,sed in baptismo uestis candida dabatur,symbolum innocentiæ, & lotis mandabatur, ut cando-

ut candorem ueſtium ſuarum illibatum ſeruarent. Igitur in prophanis literis, quas quidam ſeculares uocant, ad plenum eruditus, ad grauiora ſtudia iam adñciens animum: hac etiam parte laudatiſſimos uiros eſt imitatus: uelut Pythagoram, Platonẽ, Apollonium, ut luſtran/dis regionibus ſapiẽtiæ ſupellectilem redderet auctiorem. Gallias omneis ſic undiq; luſtra/uit, ut nonnullis locis habitaſſe uideatur: adeo & locorũ ſitum ac nomina tenet, & multorum ſibi conciliauit amicitiam. Atq; in epiſtola quadam ad Florentium, teſtatur ſe Treueris in/gens Hilarij uolumen de ſynodis ſuapte manu deſcripſiſſe: quod aliquanto poſt iubet ſibi remitti, iam in eremo quæ Syriam à Saracenis dirimit agens. Atq; huius peregrinationis comitem habuit Bonoſum, ut alicubi declarat ipſe. Ad hũc itaq; modum ſtudioſe luſtratis bibliothecis omnibus, & cõgreſſus cum his, quos uel eruditio, uel integritas morum reddide/rat inſignes: & undiquaq; nonnihil decerpens, quod ad Chriſtianum inſtitutum facere uide batur: tandem uelut induſtrius & auidus negociator, non auro ditior, ſed uſu rerum, literis, ac pietatis ardore locupletior, utramq; reuiſit patriam: & eam in qua natus fuerat, & eam in qua renatus. Sub hæc cœpit de deligendo uitæ genere, deq; loco commodo cogitare: quod haud neſciret hinc præcipuam hominis pendere felicitatem, ſi inſtitutum ingenio accommodum, iudicio, non caſu ſumeret. Sunt enim qui ſe præcipites dant in uitæ rationem, priuſquam ſibi noti ſint ipſi. Et ſunt è diuerſo, quos cunctantes ac deliberantes mors occupat. Reputabat animo, Romam adhuc ueterem ſapere paganiſmum: & inter eius urbis delicias parum eſſe tutam adoleſcentiam, ut quam alicubi Babylonem appellet: deinde ſuam quoq; patriam barbaricis uoluptatibus eſſe corruptam: quod ipſe non diſſimulans in epiſtola quadam: In mea, inquit, patria ruſticitatis uernacula, deus uenter eſt, & in diem uiuitur: & ſanctior eſt ille, qui ditior eſt. Proinde communicato cum ſodalibus conſilio, de receſſu cogitauit, quo libe/rius & expeditius ſe totum ſacris ſtudijs & Chriſto dedicaret. Iam tum pium adoleſcentis animum offendebat mundus, qui ea tempeſtate Chriſtianos ethnicis habebat admixtos. Vnde fieri neceſſum erat, ut qui Chriſtum profitebantur, pleriq; titulo magis q̃ uita eſſent Chriſtiani: & uere probis mentibus, pie uiuendi uotum adeſſet uerius quàm facultas. In ma/trimonio, ut nihil aliud accideret, certe libertatis naufragium perſpiciebat: ad hæc clerico/rum & epiſcoporum ſtatum, quod hos quoq; uolentes, nolentes, honos, opes, & negocia mundi inuoluerent, ac tranſuerſos raperent, grauiſſimis periculis obnoxium eſſe. Et multo/rum uita diſplicebat, iam tum priſca illa pietate ſacerdotum ad tyrannidem ac faſtum degene rante. Penſitatis igitur omnibus ac circumſpectis, monachi placuit inſtitutum: quod ne quis in hoc erret, id temporis longe diuerſum erat, ab hoc quod hodie uidemus, ceremonijs ob/ſtrictum: imò quibus maxime libertas erat cordi, hi monachi profeſſionem ſuſcipiebant. Pri/mum enim res manebat integra, ſi quis ita cenſuiſſet: manebat commigrandi remigrandiq; quò uellent poteſtas: manebat dulciſſimum ac liberrimum ocium: ad ſtudium, ieiunia, pſal/mos, uigilias aut ſuopte incitabantur animo, aut exemplis inuitabantur, non cogebantur ho minum conſtitutiunculis. Veſtitus erat ſimplex, nec is tamen præſcriptus, ſed ſuo cuiq; arbi/trio ſumptus: non qui prodigioſa nouitate faceret inſignem, & digito notandum: ſed qui ſim/plicitatem Chriſtianam præ ſe ferret. Votorũ nulla uincula, niſi quę ſunt cuiuſq; pure Chri/ſtiani. Deniq; ſi quem forte ſui inſtituti pœnitentia cepiſſet, tota demum pœna erat, incon/ſtantiæ nota. Cuius rei ſi quis fidem requirat, legat Hilarionis uitam: legat inſtitutionem mo nachi ad Ruſticum, & item ad Paulinũ: legat in epiſtola, cuius initium: Audi filia: deſcriptum triplex apud Aegyptios monachorum genus. Quin inter alia præſtabat & hæc commoda illud uitæ genus. Huius prætextu honeſtius licebat ab affinium & cognatorũ uinculis temet excutere, graui nimirum onere, ei cui nihil dulcius ocio ſtudiorum. Etenim qui monachum erant profeſſi, à publicis functionibus, à munijs & officijs imperialis aulæ prorſus habeban/tur excuſati. Poſtremo minus patebant epiſcoporũ quorundam iam tum inſoleſcentiũ tyran nidi. Iam hic titulus nec à functione clericatus quicquam remorabatur: & ex nullo ordine ſæ

Peregrinatio Hieronymi

Vitæ genus

Monachi quales olim

pius deligebantur episcopi. Nec aliud quicquã erat tunc monachi professio, quàm priscę libe ręq́ uitę meditatio, ac pure Christianę. Hæc obiter admonẽda duxi: ne qui mos est plerisq́, Hieronymum sui instituti faciant autorem, ad quos ille nihil attinet. Conatus est ad eandẽ uitę rationẽ capessendam sodales aliquot pellicere. Verum Pammachius in studiorũ contubernio semper unanimis, in uitæ genere deligendo plurimum dissentiebat. Hieronymo placuit summa libertas, Pammachius coniugij uinculis innecti maluit. Bonosus cõpositis rebus relicta patria, parentibus & amicis, solis libris comitatus, in desertam insulam, & undiq́ circumfrementibus undis horridam secessit: ac præuolauit quidẽ Hieronymum, & prior mundi laqueis extricatus, in libertatẽ se recepit Christi, sed ab Hieronymo primũ inflammatus. De quo cum alias meminit: tum in epistola, cuius initium: Plus deum: Bonosus, inquiens, tuus, imò meus: & ut uerius dicam, noster, scalam præsagiatam somniante Iacob, iam scandit. Portat crucem suam, nec de crastino cogitat, nec post tergum respicit. Seminat in lachrymis, ut in gaudio metat: & sacramento Moysi, serpẽtem in eremo suspendit. Cedant huic ueritati, tam Græco quàm Romano stilo mendacijs ficta miracula, Ecce puer honestis seculi nobiscum artibus institutus: cui opes affatim, dignitas apprime inter æquales erat: cõtempta matre & sororibus, & charissimo sibi germano, insulam pelago circumsonãte naufragam, cuius asperę cautes, & nuda saxa, & solitudo terrori est: quasi nouus quidam paradisi colonus insedit. Nullus ibi agricolarum, nullus monachorũ, ne paruulus quidẽ quem nosti Onesimus, quo uelut fratre in osculo fruebatur, in tanta uastitate adhæret lateri comes. Et aliquãto post: Vt ego & ille pariter à tenera infantia, ad florentẽ usq́ adoleuerimus ætatẽ: ut ijdem nos nutricum sinus, ijdem amplexus fouerint baiulorũ: & dum post Romana studia adirẽ semibarbaras ripas, eodẽ cibo, pari frueremur hospitio: ut ego primus cœperim uelle te colere. Memento quæso hunc bellatorẽ tuum mecũ quondam fuisse tyronẽ. Et hactenus quidem Hieronymi uerba recensuimus, qui & in alia item epistola, Bonosum laudibus uehit, suam solitudinẽ cum illius uita cõferens. At non multo post Bonosi secessum & ipse Hieronymus, ordinatis domi rebus, conflato uiatico: cum primis aũt locupletissima bibliotheca, summo studio comparata, Syriam adijt, Heliodoro tum itineris comite, tum propositi consorte. Quem aliquãdiu cum eo cõmoratum in Syria, quibus de causis incertũ, cepit eius uitæ pœnitudo: non quòd damnaret, sed quòd pro uarietate ingeniorũ, alijs alia magis cõgruũt. Nec magni refert quo tramite curras, modo ad Christũ properes. Heliodorus itaq́ mutato cõsilio, reuersus est ad suos: ad quem paulo post elegantissimã illam scripsit epistolã de laudibus & commodis uitæ solitariæ, mira ubiq́ ciuilitate suspicionẽ incõstantiæ depellens ab amico, & suis imputans commissis, quod ille discessisset: ut obiter & hoc laudis annotem in Hieronymo: quem quidã è suis moribus æstimãtes, tetricũ quẽpiam & inciuilem fuisse somniant: cum eo nihil unquam fuerit nec humanius, nec urbanius. Sic enim scribit ad Iulianum diaconũ: Sanctus frater Heliodorus hic adfuit, qui cũ mecũ uellet incolere, meis sceleribus fugatus abscessit. Et propemodũ colligere licet, illos primũ unà uisisse Hierosolymam: & lustratis sacris locis, redemptoris adorasse uestigia. Erat aũt id temporis, urbis Hierosolymitanæ tanta apud omnes religio: ut parum pius sibi uideretur, qui Hierosolymis non fuisset. Deinde destitutus sodali charissimo, cum & morbis ob cæli uitæq́ nouitatẽ contractis, & peregrinationis molestia grauiter affligeret, monachorũ quorundã humanitate refocillatus est, præsertim Euagrij: cuius etiam hospitio aliquãdiu est usus. Restitutus pristinæ ualetudini, toto pectoris ardore ad susceptam Christi militiam accinctus, procul in horridã solitudinẽ abdidit sese: quæ inter Syros & Agarenos, nunc corrupto uocabulo Saracenos dictos, uastum limitem ducit: in qua præter feras & serpentes & sparsim habitantium monachorum greges, nullus incolebat. Quanquam huc quoq́ semotũ, crebro solitus est inuisere Euagrius. Inter hæc Ruffinus, qui post ex intimo sodali, factus est hostis acerrimus, monachus & ipse, Nitriam Aegypti sese contulerat: cuius aduentum gratulatur in ea quam modo citauimus epistola. Eam hac finit

Prima in Syriã migratio

Solitudo, non sine amicis

finit clauſula: Obſecro te,ne amicum qui diu quæritur, & uix inuenitur, difficile ſeruatur,pariter cum oculis mens amittat.Et paulo inferius:Amicitia quæ deſinere potuit,nunquam uera fuit: ceu iam tum præſagiens futurum, ut ab amicitia deſciſceret Ruffinus.Sub idem fermè temporis,Hieronymi ſoror uirginis inſtitutum arripuit,inſtigante Pauliniano fratre:ſed multum & hoc diſſimile ab harum conditione, quas hodie ferreis cancellis, ceu feras indomitas incluſas tenent. Non quod damnem publicam ſeculi conſuetudinem, ſed quod doleam huc deniq; delapſam Chriſtianorum pietatem, ut uirginũ integritas clauſtris ferreis & repagulis murorum ſit extorquenda: cum ea demum religio ſit accepta Chriſto, non quæ ui extunditur,ſed quæ ultro à uolentibus offertur. Eius rei meminit in epiſtola ad Chromatium, cuius initium: Non debet charitas diuidere:ſignificans illam à Iuliano confirmatam, cui uehementer illam cõmendat,ætati lubricæ omnia etiam tuta timẽs. Quin innuit eam nonnihil etiam fuiſſe lapſam primis annis adoleſcentiæ,ſcribens in hęc uerba:Hanc mihi Ieſus pro eo uulnere, quod diabolus inflixerat, præſtitit, uiuam reddendo pro mortua:non quod prolapſa ſit in ſtuprum,ſed quod à propoſito uirginitatis uacillans,de coniugio cogitarit. Neque uero ſatis compertũ eſt,quo tempore Paulinianus HIERONYMI frater natu minor, huic propoſito acceſſerit, quem teſtatur ſibi chariſſimũ fuiſſe, & Syriam adeunti fuiſſe comitem etiamnum adoleſcentem:& in Bethlehemitico monaſterio pariter ſeruiſſe CHRISTO.Mihi probabilius uidetur,id ſecundo in Syriam reditu factũ,quod HIERONYMVS affirmet epiſtolam ad Heliodorum,cuius initium:Quanto amore:ſibi adoleſcenti ac penè puero ſcriptam fuiſſe, niſi forte iam admodum ſeni, grandior etiam ætas pueritia uidebatur. Verum is Paulinianus iuuenis adhuc, hoc eſt,uix triginta natus annos,presbyteri meruit honorem, quo nomine poſtea calumniam HIERONYMO ſtruxit Ioannes epiſcopus Hieroſolymitanus, quod infra legitimam ætatem ad hoc honoris eſſet euectus: uerum illius calumnijs abunde reſpondit HIERONYMVS. Porrò fratris mentionẽ facit & in epiſtola, cuius initium: Sanato uulneri. Compulſi ſumus, inquit, fratrem Paulinianum ad patriam mittere, ut ſemirutas uillulas, quæ Barbarorum effugerunt manus, ac parentum communium habent cineres, uenderet. Rurſus in epiſtola, cuius exordium: Diu te Romæ. Paulinianus, inquit, nec dum è patria reuerſus eſt: puto quod eum Aquilegiæ apud ſanctum Chromatium papam uideris. Sed plura ſuper hoc in epiſtola, cuius initium: Epiſtola tua hæreditatis. Cæterum quanquam in procliui non eſt, quo quicque tempore acciderit ad liquidum perſequi,tamen ex uarijs HIERONYMI ſcriptis coniectare licet, illum ubi primum in Syriam demigrarat, non ſtatim uno ſediſſe loco, ſed aliunde aliò uertiſſe ſedem: quo tandem circumſpectis omnibus, habitaculũ ſuis accommodum uotis deligeret: & primum aliquandiu uixiſſe Hieroſolymis, nonnihil temporis Antiochiæ:ſed hinc demigraſſe, partim offenſum celebritate loci, partim quod Antiochena eccleſia à tribus epiſcopis, Miletio, Vitale, atque Paulino diſtraheretur. Nec in Chalcidis ſolitudine, nam in hac ſedere conatum,indicat in Abdiæ commentarios præfatio, dabatur tranquilla ſedes ob uiciniam Campenſium, qui cum Tharſenſibus Arianis ſentiebant. Horum improbitate uir ſanctiſſimus mire diuexabatur,dum quotidie citatus examinatur de fidei ratione: exiguntur tres hypoſtaſes, nondum audita Latinis uocabula: quod ſatis indicat in duabus ad Damaſum epiſtolis,quarum alteri principium eſt: Quoniam uetuſta: alteri: Importuna in Euangelio: obteſtans illum & obſecrans ut ſibi præſcribat, cui debeat in Syria communicare, cum uix uſquam conſpiceret Romanæ fidei ſynceritatem. Denique ſic agitatus eſt his turbis, ut non ſemel pœnituerit aditæ Syriæ. Tandem uelut in ſemotiſſimam eremum abdidit ſeſe, quæ Syriam, ut dictum eſt, à Saracenis diſterminat: ſatius eſſe ducens, cum feris ac prædonibus barbaris habere commercium, quàm cum eiuſmodi Chriſtianis. Hic annos quatuor ab hominum frequentia ſemotus,cum ſolo CHRISTO, cumq; libris habebat commercium: ac ſero iam & totis, ut aiunt, neruis quod deſtinarat, agebat: ut nobis egregium illud Chriſtianæ

Monachæ nũc incluſæ

Soror Hierõnymi lapſa

Olim ante trigeſimũ annũ nullus erat maturus honori presbyterij

In ſolitudinibus Syriæ quatuor egit annos

pietatis exemplar absolueret. Primum erat studium: adolescentiæ lapsus lachrimarum imbre diluere: & laborum asperitate,ueluti nitri acrimonia, cõtractas per ætatis incogitantiam sordes detergere. Inedia, uigilijs, & incredibili totius austeritate uitæ rebellantem carnem, & subinde repullulantem ætatis lasciuiam cohercebat,corpus spiritui seruire docens: ne quid obstreperent affectus cœlestem molienti uitam, ipse sibi rigidus exactor supplicij, & instantissimus pensorum efflagitator atq; ἐργοδιώκτης, ut uocat alicubi: prorsusq; iuxta Paulum, rationalem uictimam immolabat, deo cultum longe gratissimum. Tempus omne studijs & orationibus partiebatur, bonam etiam noctium partem his operis addens: minima portio dabatur somno, minor cibo, nulla ocio. Studij lassitudinem recreabat deprecatio, aut hymnus:mox uelut integer ad intermissam lectionem redibat. Relegebat uniuersam bibliothecam suam, ueterum studiorum memoriam sibi renouans, sacras literas ad uerbum ediscebat. Meditabatur in prophetis, in eruendis oraculorum mysterijs uigilantissimus.Ex euangelicis & apostolicis literis,uelut ex purissimis fontibus, Christi philosophiam hauriebat.Primus enim ad pietatem gradus est, scire autoris tui dogmata.Cæteros interpretes adhibito delectu iudicioq; legebat,nullum omnino scriptorem prætermittens,unde non aliquid decerperet, non ethnicos, non hæreticos. Nouerat enim uir prudentissimus ex sterquilinio legere aurum: nouerat è fruticibus melleum desumere succum, araneæ sua relinquens uenena: & iam tum ab Aegyptijs quicquid poterat conuasabat: hostium opibus domini templum locupletaturus. Quoq; certior esset memoria & paratior usus: quicquid legerat,id in locos digerebat:cõpositis singulis,ut affinitatis aut pugnantiæ ratio postulabat.Felicibus ingenijs,dictu mirum, quantopere fauerit, præsertim quæ facundiæ quoq; dos commendabat,adeo ut hæreticos etiam laudibus ornaret,libenter,si licuisset,fidei uitium eruditioni cõdonaturus: cum primis autẽ Origenis, quem suum appellat, & cuius homilias aliquot adolescens adhuc Latinitate donauit. Lectioni miscebat scribendi studium,ceu iam tum uelitans ac præludens tractandis literis diuinis. Quàm feliciter aũt præluserit, indicat uel unus ille libellus, quo sodalem Heliodorũ desiderat: in quo sic licet agnoscere tyronem,ut tamen appareat, qualis sit futurus imperator. Hoc tempore, ni fallor, allegorice interpretatus est prophetam Abdiam, cum historiam nondum intelligeret: quemadmodum palàm ipse testatur in præfatione posterioris interpretationis, qua iuuenilem illam præcipitationem sarcit ac pensat: idq; magnorum uirorum exemplum sequutus. Quo quidem in loco, cum alia multa præclare, tum illud festiuissime scripsit: Fateor, miratus sum, quod quantũuis aliquis male scripserit,inuenit similem lectorẽ sui. Ille prædicabat,ego erubescebam.Ille quasi mysticos intellectus ferebat ad cœlum: ego demisso capite confiteri meum pudorem prohibebar. Quid multis? Nihil omnino prætermissum est,quod ad inclytum ecclesiæ doctorem, ac uere magnum theologum instituendum pertinebat: ne quid usquam deesset eruditioni: aut necubi uita parum emendata,doctrinæ minueret & eleuaret autoritatem. Proinde cum ipsa re compertum haberet,literas arcanas nec intelligi posse, nec tractari,quemadmodum oportet: nisi cognitis his linguis,quibus primum nobis proditæ sunt,sermonis Hebraici difficultatem improbo studio peruicit: & barbarę peregrinæq; linguæ non solum intelligentiam, sed & peculiarem sonum ac uernaculum stridorem est assequutus, usus ad eam rem doctissimis Hebræorum, quos ingenti mercede conducebat, marsupium exhauriens, ut pectus eruditione locupletaret. Horum neminem nominatim designat, præter unum Bar hanina, quem tamen post iam natu grandis adhibuit, qui illi Nicodemum quendam exhibebat, ut ipse scribit:quod nocturna hominis opera soleat uti: nõ tam ob eam causam, quod puderet Christianũ à Iudęo discere(tantus enim erat ardor discendi,ut undecunq; discere,magnificũ & glorioſum existimaret)quàm quod homo Iudæus inuidiam suæ gentis declinaret,si rem Christianam adiuuare uideretur. Id studium,quod plurimũ haberet sudoris ac tedij,in præfatione quadam ipse pistrinum appellat. Nec his contentus,Chaldaicam item linguam Hebræ finiti

Omnia legenda, sed primũ optima

Progymnasmata Hieronymi qualia

Hebraicæ linguæ peritia

brææ finitimam aggreſſus eſt: quod Daniel & Iob, cumq; his alij nonnulli ueteris inſtrumenti libri, literis quidem Hebraicis, ſed tamen Chaldæo ſermone deſcripti ſint. Cæterum hanc, quod intelligeret eius uſum non perinde late patere, hactenus modo ſecutus eſt: ut intelligere poſſet uerius quàm ſonare. Quin & peculiarem Syrorum linguam attigit ob gentis cõmercia, non nihil & hanc Hebræo ſermoni confinem: cuius teſtimonium aliquoties adducit in enarratione nominum, uelut in mãmona. Inter hæc uero dum immodico quodam & iuuenili calore, & puerilium amore ſtudiorum, plus ſatis indulget exprimendis M. Tullij Platoniſq; dialogis, nam id tum, ni fallor, agebat, & hos magis nititur effingere quàm ſermonem apoſtolicum, ſomnio diuinitus immiſſo, raptus ad tribunal dei, accuſatus quod Ciceronianus eſſet, non Chriſtianus, deniq; plagis emendatus, ſibi redditus eſt, ut ipſe refert in epiſtola, cuius initium: Audi filia. Qua de re quid ſentiam, fortaſſe nonnihil dicturi ſumus, cum ad eum locum erit uẽtum. In his ſanctiſſimis laboribus, in hoc uitæ rigore, cum annos aliquot duraret, tamen fatetur nullum uitæ genus ſibi fuiſſe iucundius. Paulatim enim, ut fit, quod initio durum & aſperum uidebatur, dulceſcebat: & quod per ſe erat optimũ, reddebatur aſſuetudine iucundiſſimum: & adeo non deſiderabat Romanas delicias, ut ſibi frequenter uideretur, non in eremo uerſari, ſed intereſſe choris angelorum. Nam ſtulte quidam triſtem quandam fingunt uitæ ſolitudinem, que ferarum potius eſt quàm hominum: & inſanum reddat citius, quàm pium. Viſebatur nonnunquam ab amiculis, uicinos monachos inuiſebat aliquoties: & literarum uiciſſitudine fruebatur amicis abſentibus. Porrò quanquam hoc ocium ille perpetuum optabat, ut felicius ac tranquillius, tamen è re Chriſtianorũ omnium erat, tam inſignem athletam Chriſti aliquãdo produci in arenam: neq; committi, ut tam eximium orbis lumen diutius ſub modio conderetur. Itaq; licet inuitus ac renitẽs, diuino conſilio rebus humanis proſpiciente, è Syria Romam retractus eſt, idq; per Epiphanium Salaminæ Cypri, & Paulinum Antiochenæ urbis epiſcopum: quos ob certas eccleſiæ neceſſitates imperator Romam exciuerat. *Reditus ad Romam*

Sunt qui tradant eum uiginti natum annos ad preſbyterij honorem uocatum ab Liberio tum Romanæ urbis epiſcopo: quod quando mihi parum compertum eſt, neq; refellere neque probare eſt conſilium. Cæterum quod addunt presbyterum Cardinalem ordinatum: haud ſcio an illis temporibus Cardinalis titulus fuerit repertus. Ipſe Hieronymus presbyteri cognomẽ multis locis agnoſcit: cardinalis nuſquã. Cæterum in epiſtola, cuius initium eſt: In uetere materia: teſtatur ſeſe iuuenem etiamnum Damaſo pontifici Romano à libellis ſynodicis fuiſſe. Ante annos, inquit, plurimos, cum in chartis eccleſiaſticis iuuarem Damaſum Romanæ urbis epiſcopum, & Oriẽtis atq; Occidentis ſynodicis conſultationibus reſponderem. Proinde deplorat alibi, quod eremo relicta, denuo mundo ſeruiſſet. *Hieron. preſbyter*

Interea nobilium matronarũ familiaritatem eſt nactus, in primis Marcellæ, quæ prima fœminarum auſa eſt Romæ monachæ inſtitutum profiteri: cum id uocabuli uehementer inuiſum eſſet Romanis auribus. Conceperat autem mulier hunc ardorem potiſſimum ex Athanaſio, ac cæteris Aegypti ſacerdotibus, qui tum Arianę factionis perſecutionem declinantes, Romam uelut ad tutiſſimũ communionis ſuæ portum confugerant. His enim referentibus Antonij uitam (cuius etiamnum uiuentis mira fuit nominis celebritas) ac monachorum in Thebaide uerſantium, uirginum item ac uiduarum didicerat inſtitutum. Eadem autem ad æmulationem propoſiti ſui complureis allexit, tum matronas, tum uirgines, cum primis autem Sophroniam, Principiam, Paulam & Euſtochium: ac breui tantus accreuit numerus mundi contemptum profitentium fœminarum, ut quod prius ob nouitatem inuidioſum erat, poſtea cœperit eſſe glorioſum. Has omneis Hieronymus ad diuinæ ſcripturę ſtudium inflãmauit, inflãmatas ſua doctrina prouexit, quo fœdius eſſet ab epiſcopis ſacros libros negligi, quos ſexus infirmior amplecteretur. Marcellę ſtudium teſtatur in ipſius epitaphio, hiſce fermè uerbis: Et quia tunc alicuius nominis eſſe exiſtimabar ſuper ſtudio ſcripturarum, nunquam me conuenit quin de ſcripturis aliquid interrogaret. Ac *Nobilium fœminarum notitia*

paulo inferius. Hoc ſolum dicam, quod quicquid in nobis longo fuit ſtudio congregatum, & meditatione diuturna quaſi in naturam uerſum, hoc illa libauit, didicit atq; poſſedit: ita ut poſt profectionem noſtram, ſi in aliquo teſtimonio ſcripturarum eſſet oborta contentio, ad illam iudicem pergeretur. Hiſce rebus ſic inclaruit apud uniuerſos Hieronymiani gloria nominis, ut omnium ſuffragijs dignus acclamaretur, qui Damaſo ſuccederet. Verum ut umbra nuſquam eſt, niſi cum adeſt lumen: ita celebritas ſanctiſſimi uiri non caruit inuidia. Vrit enim ſplendore ſuo, qui prægrauat artes infra ſe poſitas. Non deerant qui primum illum in Syriam ſeceſſum calumniarentur, & abſentem uirulentæ linguæ telis peterent. Cæterum Romæ Damaſo pontifici præter cæteros charus & in precio habitus, tum Paulæ primariæ nobilitatis fœminæ triennium arctiſſima familiaritate coniunctus, maiores inuidiæ faces excitauit: & tot iam exantlatis laboribus, Herculis ritu, comperit excetram ſupremo fine domandam, ut inquit Oratius: quæ primum tecte uirus ſuum afflabat, donec ſimulata beneuolentia in magnum erumperet incendium. Irrepſerant clanculum in urbem Arianæ factionis quidam, ſed mutato iam nomine Origeniſtæ, ut diuerſus eſſet titulus, error idem. Ii quo ſuas parteis communirent, in nobilium matronarum familiaritatem & amicitiam inſinuare ſeſe, & dogmatis ſui uenenum ſpargere: Hieronymum, quod is Origenis ingenio præter cæteros delectatus, laudibus extuliſſet hominem, in ſuæ factionis conſortium pertrahere: hoc nocentiores inimici, quod ſub amicitiæ prætextu pluſquam hoſtilia molirentur, adeo ut deſerendæ Romæ conſilium cœperit. Nam quod à nonnullis literis proditum uideo, de ſuppoſita ueſte muliebri: quam cum imprudens pro ſua induiſſet Hieronymus, atque ad eum ornatus modum, in cœtum eccleſiaſticum noctu prodierit, & riſum & ſtupri ſuſpicionem ſibi conflauerit, mihi non fit ueriſimile. Neq; enim uſq; adeo ſuis aduerſarijs parcere ſolitus eſt Hieronymus, ut hac de re tam inſignite contumelioſa, nullam omnino facturus fuerit mentionem: præſertim cum id ad tuendam innocentiæ famam tantopere pertineret, ut diſſimulare tacitum, hominis fuerit parum bene ſibi conſcij. In epiſtola, cui principium: Si tibi putem: multa querens de uarijs inuidorum in ſe calumnijs, ſuper hac re nullum uerbum facit, Verum inter alia multa hæc commemorat: Ego probroſus, ego uerſipellis & lubricus, ego mendax & ſatanæ arte decipiens. Quid enim eſt tutius, hæc uel credidiſſe uel finxiſſe de inſontibus, an etiam de noxijs credere noluiſſe? Oſculabantur mihi manus quidam, & ore uipereo detrahebant, & dolebant labijs, corde gaudebant. Ac mox: Alius inceſſum meum calumniabatur, & riſum: ille uultui detrahebat, hic in ſimplicitate aliud ſuſpicabatur. Ego, ut de Roma relinquenda cogitaret, multas cauſas fuiſſe crediderim. Primum ocij priſtini deſiderium, & guſtatæ ſemel tranquillitatis memoriam, deinde moleſtam urbis celebritatem, moleſtiores delicias, luxum, ac faſtum, harum rerum comitem. Iam tum enim paulatim creſcẽtibus opibus eccleſiæ, decreſcebat Chriſtiana ſimplicitas. Tum indies magis ac magis gliſcentium Origeniſtarum aduerſum ſe inuidiam: præſertim cum id temporis Ruffinus ageret in urbe, nunquam ille quidem ſyncerus amicus, ut ego ſentio, tum uero inſidiator peſtilentiſſimus. Neq; mediocrem inuidiam conflauerat Hieronymo liber ad Euſtochiũ de uirginitate, quod in eo ſalſiſſime taxet clericos & monachos ac uirgines ſuo indignas nomine. Demũ eò ueſaniæ proceſſit res, ut illi crimen impingerent, quod in Paulã Euſtochij matrem deperiret, ob intimam cum illa uitæ conſuetudinem, ſed eam pietatis & ſanctiſſimorum ſtudiorũ commercio conciliatã, non turpi uoluptatis conſortio. Qua de re ſic ipſe meminit in ea quam modo citauimus epiſtola: Penè certe trienniũ cum eis uixi. Multa me uirginũ crebro turba circũdedit: diuinos libros ut potui, nonnullis ſępe differui. Lectío aſſiduitatẽ, aſſiduitas familiaritatẽ, familiaritas fiduciam fecerat, Dicant quid unquam aliter in me ſenſerint, quàm Chriſtianum decebat? Pecuniam cuiuſq; accepi? Munera uel parua uel magna non ſpreui: in manu mea æs alicuius inſonuit? Obliquus ſermo, oculus petulãs fuit? Nihil mihi aliud obijci tur, niſi ſexus meus. Hactenus ille. Exacerbabat odiũ huius rumoris monachorum nomen, tum apud

Liuor ex gloria

Crimina Hieronymo intentata

tum apud plurimos inuisum, quibus haud ferendum uidebatur tot primarias eius urbis fœminas,religionis prætextu subduci familiæ, subduci affinibus. Id propemodũ indicauit Hieronymus cum addit,eodem quem modo retuli loco:Et hoc nunquam obijcitur,nisi cum Hierosolymam Paula & Melania proficiscũtur. Indicat ibidem, subornatũ ab æmulis aliquem, ut opinor,ex Paulæ seruis,qui Hieronymum insimularet stupri:& fœdum rumorem,in uulgus ebuccinaret. At idem ad quæstionem uocatus, inter tormenta negauit: subijcit enim in hunc modum. Isti crediderunt mentienti, cur non credunt neganti? Idem est homo ipse qui fuerat:fatetur insontem, qui dudum noxium loquebatur. Et certe ueritatẽ magis exprimunt tormenta quàm risus,nisi quod facilius creditur,quod aut fictum libenter auditur,aut non fictum, ut fingatur impellitur. Antequam domum sanctæ Paulæ nossem, totius in me urbis studia consonabant,omnium penè iudicio dignus summo sacerdotio decernebar. Beatæ memoriæ Damasus meus sermo erat,dicebar sanctus,dicebar humilis & disertus. Nunquid domum alicuius lasciuioris ingressus sum? Nunquid me uestes sericæ,nitentes gẽmæ, picta facies aut auri rapuit ambitio? Nulla fuit alia Romæ matronarum, quæ meam posset edomare mentẽ, nisi lugens atq; ieiunans,squalens sordibus,fletu penè cæcata,quam continuis noctibus misericordiam domini deprecantem, sol sæpe deprehendit? cuius canticum, psalmi: sermo, euangelium:deliciæ, continentia: uita, ieiunium? Nulla me potuit delectare nisi illa, quam manducantẽ nunquam uidi: sed posteaquam eam pro suæ merito castitatis uenerari, colere, suspicere cœpi,omnes me ilico deseruere uirtutes? O inuidia primũ mordax tui. O satanæ calliditas semper sancta persequens. Nullæ aliæ urbi Romæ fabulam præbuerunt nisi Paula & Melania,quæ contemptis facultatibus,pignoribusq; desertis,crucem domini,quasi quoddam pietatis leuauere uexillum. Et in hanc sententiam illic plura, quę ne longior æquo sim,prætermitto. Hisce de causis Hieronymum tandem urbis odium cepit indignæ tam eximij uiri cõsortio. Itaq; relicta Roma,Syriam repetijt,an unà cum Melania & Paula,parum mihi liquet: nisi quod conijcio matronas priores illuc se contulisse, & aut mox secutum Hieronymum,aut diuerso itinere eodem perueniss e. Reditum suum quandoquidem & hunc calumniatus est Ruffinus, ipse describit in Apologia uerbis his. Vis nosse profectionis meæ de urbe ordinem? narrabo breuiter. Mense Augusto, flantibus Etesijs, cum sancto Vincentio presbytero & adolescẽte fratre, & alijs monachis qui nunc Romæ commorantur, nauim in Romano portu securus ascendi, maxima me sanctorũ frequentia prosequente. Veni Regium, in Scylleo littore paulum steti, ubi ueteres didici fabulas, & præcipitem fallacis Vlyssis cursum,& Sirenarum cantica,& insatiabilem Charybdis uoraginem. Cumq; mihi accolæ illius loci multa narrarent,darentq; consilium,ut non ad Protei columnas, sed ad Ionæ portum nauigarem: hunc enim fugentium & turbatorum, illum securi hominis esse cursum: malui per Maleas & Cycladas Cyprum pergere. Vbi susceptus à uenerabili episcopo Epiphanio, cuius tu testimonio gloriaris, ueni Antiochiam, ubi fruitus sum communione pontificis confessorisq; Paulini,& deductus ab eo media hyeme & frigore grauissimo, intraui Hierosolymam: uidi multa miracula, & quæ prius ad me fama pertulerat, oculorum indicio comprobaui. Inde contendi in Aegyptum,lustraui monasteria Nitriæ: & inter sanctorũ choros, aspides latere perspexi. Protinus cõcito gradu, Bethlehem meam reuersus sum, ubi adoraui præsepe,& incunabula saluatoris. Vidi quoq; famosissimũ lacum:nec me inerti tradidi ocio, sed multa didici quæ ante nesciebam. Hactenus ille. Verum erit fortassis qui putet hæc ad primam illam Hieronymi in Syriam profectionem pertinere: mihi probabilius uidẽtur ad posteriorem referri: tum ob id quod cum Hieronymus penè puer,ut ipse scribit, adierit Syriam,non admodum cõsentaneum est, illum & ignotum & id ætatis, tanto honore fuisse exceptum ab episcopis eius regionis celeberrimis:tum quod huius profectionis & lustratæ Syriæ atq; Aegypti descriptio mire congruat cum itinere Paulæ, quod in illius describit epitaphio:cui tum Hieronymum fuisse comitem, ex ipsa narratione licet deprehẽdere. Nec enim

Reditus in Syriam

animi causa suscipiebat hunc peragrandi regiones laborem,sed partim,ut ex plũribus arripe ret exempla pietatis, partim ut inspectis locis, quorum in diuinis literis fit mentio, penitius intelligeret quod esset scriptum, quod ipse testatur in præfatione quadam. Nec pietatis, nec sacræ scientiæ sibi magister esse uoluit: diuq; discendum putauit, quod doceret: à multis di/ scere curauit, sed à summis. At rursum sic horum doctrinam est amplexus, ut quorun/ dam contentiosum dogma non sequeretur, Quandoquidem illo factiosissimo seculo uix quisquam eximie doctus hæreseos suspitione carebat. Gregorium Nazianzenũ præcepto/ rem suum appellat, & hoc interpretante, se sacras didicisse literas, testatur. Verum ubi nam audierit hominen, aut quanto tempore, parum mihi compertum est. Nam is uitæ mutauit institutum, & sponte cedens episcopi locum,ruri abditus, monachi uitam exegit,autore Hie ronymo in Catalogo uirorum illustrium. Apollinarium, Antiochenæ apud Syros ecclesiæ episcopum, frequenter audiuit Antiochiæ, & domesticam cum illo consuetudinem egit, ad/ hortante Paula, & sumptuũ, ut coniicio, partem suppeditante, uerum id iam ætate proue/ ctior. Postremo eius impulsu, Alexandriam sese contulit, iam semicanus: quo uidelicet ex Didymi consuetudine,quem,quòd à puero captus esset oculis,uidentem appellat,summam imponeret manum studio sacrarum literarũ. Etiam si Ruffinus calumniatur Hieronymum non plus mense,Didymi cõsuetudine usum fuisse,sed ridicule tamen, ut iam uere. Nec enim refert quanto tempore uerseris apud præceptorem,sed quantum proficias.Ruffinus sex illis annis quos iactat,& tot egregijs præceptoribus, quos Hieronymus ne de facie quidem nos/ set, superior, ipsa tamen eruditione multo est inferior. Demum ascito Bar hanina Iudæo, quod in literis Hebraicis aut diminutum erat aut exciderat, suppleuit & instaurauit. Iam itaque longo rerum usu comparata prudentia,multorumq; doctissimorum hominum con/ gressu iusta eruditiõe collecta, ad tractandas diuinas literas accinxit sese.His instructus præ/ sidijs uir prudentissimus, Theologi munus aggressus est: cum hodie quidam omnium bo/ narum literarum prorsus rudes & ἄμαθοι,pauculis sophismatibus,& male degustata Aristo telis philosophia freti,pedibus ac manibus illotis irruant in theologiæ professionem. Bethle hem iuxta domini sui præsepe uenturæ senectuti sedem delegit. Quem locum iam religione celebrem orbi,scriptis & uirtutibus suis longe celeberrimum reddidit. Is abest ab Hierosoly/ mis sex passuum milibus contra meridianam plagam iuxta uiam quæ ducit Chebron,estq; ciuitas Dauid in tribu Iuda. Iuxta hanc Paula quatuor condidit monasteria: tria mulierum, quibus ipsa præfuit:quartum uirorum,in quo diuus Hieronymus cum pijs ac doctis amicu/ lis & studiorum adiutoribus non minus iucundam quàm sanctam uitam multis egit annis, ut ipse testatur in epitaphio Paulæ: quæ uiginti annis pie peractis Bethlehem, mortem im/ mortalitate commutauit. Melania quæ se eodem contulerat, incertum quibus de causis,mu/ tata sententia, Romam repetijt.Ruffinus calumniatur, illi parum conueniisse cum Hierony/ mo. Et consentaneum est, opera Ruffini dissidium incidisse, ad quem mulier desciscens, po/ stea parteis æmulorum adiuuit: & haud scio an hæc sit in quam Hieronymus locis aliquot oblique stomachatur,nomen nigredinis notans. Marcella tametsi & ipsa Bethlehemitico ru re relicto, Romam se recepit metu barbarorum,omnia passim uastantium ac populantium, tamen in amicitia fidelissime perstitit,Hieronymianas parteis acerrime defendẽs.Cuius ope ra, Origenistarum factio sensim insinuans sese, Romæ primum & prodita est, & oppressa. Hic omne uitæ tempus aut sacris dabatur psalmis,aut uertendis sacris uoluminibus,aut edis/ serendis diuinis literis, quas fratribus ac mulieribus assidue prælegebat. Ruffinus obijcit, illũ & nobilium pueros sibi cõmissos, in Poëtarum ac Rhetorum literis instituisse. Et id crimen adeo nõ timet Hieronymus,ut nec refellere dignetur.Etenim cum Paulus glorietur se omnia factum omnibus, ut omneis Christo lucrifaceret: quod flagitium, si diuus Hieronymus o/ mnibus prodesse cupiens,omnibus nationibus,omni sexui,omni ætati semet accõmodauit? Confluebat huc ex toto undiq; terrarum orbe frequens hominum multitudo,quos omneis pro suis

Hieronymi in theologia præceptores

Sedes senectuti delecta Bethlehem

pro ſuis facultatibus uir ſanctiſſimus Chriſtiana accepit benignitate, neminem arcens à ſuo contubernio,præter palàm hæreſeos inuſtos cauterio. Prorſus exoptanda uita, ni felix ociũ tot hæreticorum & calumniatorum inſultus labefactaſſent. Quoniam aduerſum multorũ errores acerrime ſcripſerat, nullus erat hæreſiarcha, qui non Hieronymum pro hoſte duceret: quem quiſq; ſibi male conſcius,etiam intactus (ut ait Oratius) horrebat & oderat, aliorum exemplo territus. Nullum fuit unquam ſeculũ ſeditioſius,neq; confuſius:& ſic omnia cõtaminarant hæreticorum errores ac diſſidia, ut magnæ cuiuſdam artis fuerit orthodoxum eſſe. Verum in primis Arianorum factio,literis,armis & imperatorũ præſidijs,totum Orientem, imò totum orbem in diſſidium pertraxerat. Id mali utcunq; ſopitũ, poſtea mutato cognomine, per Origeniſtas renatum eſt, ut ante dixi,& in ipſam uſq; Romanam urbem mire irrepſerat: non palàm, ſed cuniculis quibuſdam ſeſe furtim inſinuans: cuius rei dux ac ſignifer Ruffinus Aquileienſis, cum quo puer puero Hieronymus arctiſſimam habuerat conſuetudinem, & mirus quidam amor interceſſerat: id quod facile liquet ex epiſtola, cuius initium: In ea mihi eremi parte. Verum euenit iuxta prouerbium Ariſtotelicum: ut qui ſeſe impenſiſſime dilexerant, acerrimis item odijs proſequerentur. Poſt primam ſimultatem, utcunq; reditum eſt in gratiam, Hieronymo quidẽ modis omnibus adnitente,ne uel caſus aliquis maleuolentiæ ſuſpitionem præberet:& diſſimulante interim clancularias illius machinas ac uirulentas obtrectationes. Cæterũ ubi iam fidei quoq; labem hæreſeos aſpergere niteretur Ruffinus, & Hieronymum in ſuæ infamiæ conſortium inuoluere, reclamante uiro ſancto, & figuratas,ut ipſe uocat,laudes ſumma libertate reijciente,reſciſſa eſt male ſarta gratia:& inſyncera neceſſitudo in apertam erupit ſimultatem: ac diruptis omnibus pudoris ac modeſtiæ uinculis,uterq; in alterũ ſic debacchatus eſt: ut in Hieronymo propemodum fateare uerum eſſe, quod Publius ille mimographus ſcripſerat: Furor fit læſa ſæpius patientia. Primũ,ipſa ſcripta clamitant, Hieronymo uehemens & ardens fuiſſe ingenium, humaniſſimũ quidem, ſed liberum: hoc impatientius contumeliæ, quod nulli malum moliretur. Deinde hæreſeos ea eſt inſimulatio, in qua tolerantem eſſe,impietas ſit,non uirtus. Accedebant ad hæc tot faces, quæ uel leniſſimum ingenium ualeant iritare. Sunt qui Ruffino nõnihil tribuant. Mihi nec eruditio ſatisfacit,& mores olfacere uidcor uirulentos ac uafros minimeq; liberales. Certe cum Hieronymus illum talibus pinxerit coloribus, infantiam,imperitiã, ac ſtuporem hominis ubiq; ridens & inſectans, aut talem Ruffinum fateamur oportet, aut Hieronymum Sycophantam faciamus. Quo magis admiror, quid Gennadio uenerit in mentem, qui non contentus Ruffinum immodicis uexiſſe laudibus,huiuſmodi coronidem adiecit,ni fallor, in Hieronymũ. Sed & obtrectatori opuſculorũ ſuorũ reſpondit duobus uoluminibus,arguens & conuincẽs ſe dei intuitu & eccleſiæ utilitate,auxiliante domino, ingenium agitauiſſe: illum uero æmulationis ſtimulo incitatum,ad obloquium ſtilum uertiſſe. Conſtat Ruffinum duobus libris inuectum in Hieronymum: nec dubium eſt quin de his ſenſerit Gennadius: qui cum Ruffinum inter præcipuos eccleſiæ doctores ponat, Hieronymum obtrectatorẽ facit, & Ruffiniani nominis inuidentem gloriæ. Dolebat, opinor, homini Gallo, Vigilantius ab Hieronymo parum ſuauiter acceptus,& Palladius locis aliquot arreptus mordicus,quorum uicem hac ratione uoluit ulciſci. Sed ut ad id quod inſtitueram recurrat oratio: nihil non machinatus eſt in Hieronymum Ruffinus. Subornarat permultos, qui uirum excellentiſſimum conuicijs laceſſerent, Vigilantium Gallum, Palladium Galatam, tum Magnum oratorem urbis Romæ. Deniq; Domnionem & Pammachium, qui libros Hieronymi ſuppreſſerunt ne uenirent in manus hominũ: & admonuerunt literis,ut quędam emendaret in æditis uoluminibus, præſertim in quibus propenſior uideretur in laudem uirginitatis: & huius ſtudio nuptijs iniquior,quàm uellẽt pleriq;. Quibus ita reſpõdet, ut ipſis parcens, acriter inſectetur eos à quibus ſentiebat illos ſubornatos & impulſos. Ac tantum ualuit æmulorum malicioſa calliditas, ut nec ipſe diuus Auguſtinus, Hipponenſis epiſcopus, optime ſenſiſſe uideatur de fide

Ruffini inimicitia

Auguſtinus dubius amicus

de fide Hieronymi, priuſquam propius & interius noſſet hominis & uitam & eruditionem. Hinc illa de mendacio cauillatio, hinc liber de animarum origine, hinc interpretationis ex Hebræo ſuggillatio, hinc ſimultatis cum Ruffino deploratio: quibus aduerſus Hieronymum ceu uelitabatur, euocare cupiens ad dogmatis ſui profeſſionem. Id ſubodoratus uir minime ſtupidus, diu grauatus ad ea reſpondere, tandem reſpondet acerbius, parumq; blande. Verum ſimul atq; uterq; alteri penitus cepit eſſe cognitus, iunctis animis ac ſtudijs, communi opera fidem catholicam aduerſus hæreſiarcharū inſultus tuebantur: & minus ſibi placuit Auguſtinus, ubi Hieronymi magnitudinē pernouerat, ex exploratore factus diſcipulus. Ita ex initio qualicunq;, ſumma inter illos conflata eſt neceſſitudo. Cæterum cum Ruffinianis planè, quod aiunt, ἄσπονδος πόλεμος erat, quorum ueſania eò progreſſa eſt, ut fictam epiſtolam, uelut ab Hieronymo ſcriptam, in uulgus ſpargerent: in qua deploraret uitæ ſuperioris errores, ac damnaret operam olim inſumptam uertendis ex Hebræo ſacris uoluminibus: uelut huc inductus à Iudæis nonnullis impoſtoribus. Sed actum eſſet de rebus humanis, ſi maliciæ par animo ſuppeteret nocēdi facultas. Stilum Hieronymianum hiſtriones illi aſſequi non poterant, illo ſeculo nulli, ſicut opinor, imitabilem, nedum Ruffini ſodalibus. Quod ſi potuiſſent, prorſus Hieronymiana fuiſſet epiſtola. Iam quantum uirulentiæ ſit in libris Ruffini, quos in ſanctiſſimum uirum ſcripſit: quiſquis legerit, facile perſpicit. His addiderat epiſtolam, præter indigniſſima conuicia, diras minas, iudicia, exilium, mortem denicq; denunciātem, ni taceret. Ea quanquam intercidit, tamen ex apologia Hieronymi quàm atrox fuerit, licet conijcere. Eodem è fonte profectum eſt diſſidium illud acerbiſſimū, quod illi fuit cum Ioanne epiſcopo Hieroſolymitano, ad cuius diœceſim attinebat Bethlehem: adeo ut ipſe cum ſuis abſtineret ab epiſcopi communione, quod is in manifeſtam ueniſſet ſuſpicionem Arianæ factionis, homo ſycophanta, uafer, ac lubricus, & tyrannicæ cuiuſdam inſolentiæ. Ad hæc hulcera accedebant, qui frigidam quoq; (quemadmodum dici ſolet) ſuffunderent: & exaſperatum tot iniurijs animū, literis inſuper ſuis inſtigarent: hinc Riparius, illinc Marcella, aliunde Paula, Pammachius, Domnio, Oceanus, Auguſtinus, & præter hos alij cōplures: Purga famā, compeſce hæreſim, ſuccurre fidei. Sic uiſum eſt Chriſto: ut inclyti militis uirtus tot exagitata procellis, clarius eniteſceret: ac ipſe uelut aurum igni probatū, perpetuis exercitus malis, per infamiam & bonam famam graſſaretur ad immortalitatis brabeum. Aderat luctanti, qui periculis obijciebat: & idem uires dabat, qui daturus erat præmium. Hinc ille uelut annoſa ualido cum robore quercus, undiq; propellentibus calumniatorum uentis, aut Marpeſia cautes, quæ fluctibus undiq; tunditur, pectore inuicto infractoq; ſtabat: & adeo non dimouebatur ab honeſto, ut quo magis oblatrabant æmuli, quo moleſtius obſtrepebant inuidi, hoc acrius extimularetur ad ſtudium pietatis. Aduerſus hæreticorum uim & inſidias nōnihil adiutus eſt in Syria ab Epiphanio, ac Theophilo Alexandrinæ urbis epiſcopo: Romæ, Marcella, Pammachio, Chromatioq;, quos ſibi uel ob Paulæ affinitatem habebat admodum fauentes. Horum etiam benignitate ſubleuabatur. Quis in huiuſmodi uita martyrium requirat: quæ quid aliud fuit, quàm diutinum ac perpetuum martyrium? Et reperias, qui mortem poſſint contemnere, contumeliam non poſſint. Triginta totos annos in diuinarum literarum meditatione ſudauit, ut ipſe teſtatur alicubi: & ad extremam uſque ſenectam, docendi ſcribendiq; laborem, iuuenili robore ſuſtinuit. Non uno in loco declarat, ſe corpuſculo imbecilli fuiſſe, crebrisq; morbis ac diutinis obnoxium, etiam antequam ueniret ſenectus. Nec dubitandum, quin pleraq; ualetudinis incommoda ſibi conflarit auſteritate uitæ perpetua, ſed præcipue nocturno ſtudio, ſuper omnia uero ſcribendorum uoluminum indefeſſo labore: quas ob res frequenter coactus eſt uti notariorum opera, & quemadmodum ipſe loquitur, auribus tantum linguaq; ſtudere. Paulam diſcipulam & patronam ſuam, præmiſit in cœlum: cui quamdiu fuerit ſuperſtes, non ſatis liquet. In illius obitu permulta ſcripſit ad Euſtochium, ut maternæ pietatis ſtudijq;, ita & in Hieronymum bene

Lucta Hieronymi

Fautores Hieronymi

mum beneuolentiæ hæredem. Tandem uitæ curſu feliciſſime peracto, ad immortalitatis lau
ream eſt euocatus, anno ætatis ſuæ nonageſimoprimo: anno uero ſalutis humanæ, quadrin/
genteſimo uigeſimoſecundo, ſub Honorio, & Conſtantio iam in imperij cõſortium aſſum/
pto. Ferunt oſſa poſtea Romam translata fuiſſe. Siquidem & hodie monumentum illius
monſtratur in Exquilijs apud ædem uirgini matri ſacram, iuxta præſepe Chriſti. Is qui uitã
illius conſcripſit, Cyrilli nomine, non infacete cõmentus eſt, eum iam morti uicinum prædi/
xiſſe, fore ut Romam aliquando rediret. De miraculis non libet quicquam attingere, iam
uulgatiſſimis, ſi quis eiuſmodi fabulis delectetur. Ad hoc, quod referunt de digeſto per Hie/
ronymum officio diuino, deq; duobus uerſiculis in calce ſingulorum pſalmorum adiectis,
an uerum ſit nec ne, non magni refert: unum illud palàm eſt, epiſtolam quæ teſtatur id fa/
ctum, à nebulone confictam alieno titulo. Tantũ illi famæ & autoritatis pepererat uitæ in/
tegritas, ſed præcipue libri, doctrinam inimitabilem præ ſe ferentes, & doctrinæ parem elo/
quentiam: ut eruditaquoque Græcia, quæ conſueuit omneis omnium gentium literas faſti/
dire, unius Hieronymi commentarios in ſuam linguam transferendos curarit: nec pudue/
rit totius orbis ſemper magiſtram, poſt tot eximios ſcriptores ab homine Dalmata diſcere:
iamq; ad antrum Bethlehemiticum non ſecus atq; ad publicum totius Chriſtiani orbis ora/
culum undiq; curreretur, ſi quid quẽ torqueret in diuinis literis. Crebræ epiſtolę, crebri nun/
cij huc commeabant, ex Italia, ex Hiſpanijs, è Gallijs, ex ultima Germania, ex Africa. Con/
ſulebatur ab epiſcopis, à nobilibus matronis, à primatibus. Quiſquis Chriſtianam uitam
animo deſtinaſſet, prius ab hoc uitæ inſtituendæ rationem efflagitabat. Multos non tam
loci religio, quàm Hieronymi uidendi ſitis in Syriam attrahebat. Libebat nimirum ſacri illi/
us ac cœleſtis animi, quem in libris conſpectum adorabant, thecam ac domicilium intueri.
Viſit hunc præter innumeros alios, Alipius, mittẽte Auguſtino, ut ſaltem per intimum ami/
cum, Hieronymum complecteretur: quandoquidem ipſi licet cupienti, non erat integrum
tantum itineris emetiri. Vidit Paulus Oroſius hiſtoriographus, ab eodem (ut opinor)
miſſus: ut indicat in calce ſuæ hiſtoriæ, nonnulla referens, quæ ex illius colloquio didiciſſet.
Vidit Sulpicius Seuerus, qui magnificis præconijs effert hominem, ſed tamen illius non
aſſequitur merita. Viſit Apodemius ex Gallia: cumq; his complures alij, quorum in literis
ſuis meminit. Equidem uideo quoſdam magnopere contendere, Hieronymum uirgini/
tatis illibatæ fuiſſe, quod affirmare, quorſum attineat, non uideo: cum ipſe duobus in lo/
cis palàm ac ingenue fateatur ſeſe lapſum in adoleſcentia, & hac laudis parte caruiſſe. Pri/
mum in epiſtola, cuius initium: Quod ad te hucuſque non ſcripſi: teſtatur in hunc mo/
dum: Virginitatem autem in cœlum fero: non quia habeam, ſed quia magis mirer quod
non habeo. Ingenua & uerecunda confeſſio eſt, quo ipſe careas in alijs prædicare. Nunquid
quia graui corpore terræ oneroſus hęreo, auium non miror uolatus? neque columbam præ/
dico, quod radit iter liquidum, celeres neque commouet alas? Hactenus quidem ille. Neq;
uero me clam eſt, quoſdam hunc ſic interpretari locum, quaſi Hieronymus ſibi uirginita/
tis laudem adimẽs, modeſtiæ cauſa ſeſe deiecerit. Quemadmodum Paulus cum plus omni/
bus laboraſſet, ſeipſum tamen minimum apoſtolorum uocat, & indignum apoſtoli uocabu
lo. Atque is color alibi fortaſſe locum habeat: cæterum hic ſtulticiæ fuerat id dicere, cum
officeret ei quod agebatur. Cum enim ad inuidiam uſque laudibus uexiſſet uirginitatem, oc/
currere ſtuduit quorundam calumniæ, qui ſic dictitabant: Quiſque laudat, quod ipſe eſt.
Coniugati gaudent laudari matrimonium: & ſi liceat, ſacramentorum omnium primum cu/
piant efficere. Monachi ſuum efferunt inſtitutum. Sacerdotes & epiſcopi de muneris huius
excellentia libenter audiunt. Qui uirginitatem ſequitur, gaudet eam cum angelorum æqua/
ri puritate. Nec iſtud eſt fauere uirtuti, ſed ſuis quemq; laudibus applaudere: & honeſto præ
textu ſeipſum iactare. Proinde ne quid ea calumnia uirginitatem prædicãtis fidem eleuaret,
ingenue fatetur ſe non eſſe quod laudat: nec ſuum agere negocium, ſed ueritati patrocinari.

Mors Hiero/nymi

Celebritas no minis Hiero/nymiani

An uirgo fue/rit Hieron.

Rurſus

Rurſus in epiſtola,cuius initium:Non debet charta:declarat idem hiſce uerbis: Scitis ipſi lubricũ adoleſcentiæ iter,in quo & ego lapſus ſum:& uos non ſine timore tranſiſtis. Porrò qui nobis obijciunt locum ex epiſtola ad Euſtochium, uirginitatem non tantum efferimus, ſed ſeruamus:parum animaduerterunt quid illic ſentiat Hieronymus. Libellum ſcripſit de cuſtodia uirginitatis:oſtendit igitur uirgini quid in hoc libro debeat expectare,ſcilicet nõ laudem uirginitatis quam ait à multis eleganter copioſeq; tractatam:ſed rationem ſeruandæ integritatis. Nec inuſitato tropo ſeruare dicitur alienam pudicitiam,qui docet quibus modis ſeruari poſſit. Quemadmodum Virgilius dixit, Atq; ſolo proceras erigit alnos. eadem forma dixit Hieronymus in epiſtola ad Paulinum, quæ præponitur ſacris uoluminibus, Aggeus deſtructum templum ædificat Alioqui ſenſus, quem iſti proferunt,non cohæret nec præcedentibus nec ſequentibus. Quanquam in his uerbis pro,tantum,ſuſpicor ab Hieronymo fuiſſe ſcriptum,iam. Quod ſi non poſſumus niſi uirginem amare,nec apoſtolos quoſdam,nec patriarchas amabimus. Eſt autem iſtud quibuſdam ſtudium, in ſpeciem quidem pium, ſed tamen ineptum,ſanctorum laudes in immenſum attollere, dum illis tribuunt non quantum adfuit,ſed quantum illis optent adfuiſſe.Hi Chriſtum,ſi queant,maiorem quàm eſt,cupiant reddere:deinde huic penè parem Mariam: & factioſe ſuum quiſque diuum attollit. Minoritis nunquam ſatis laudatus Franciſcus,alijs Benedictus,alijs Auguſtinus. At expedit etiam ſæpenumero, commiſſum aliquod ceu cicatricem in ſanctis agnoſcere. Fit enim, neſcio quo pacto,ut efficacius nos eorum exempla permoueant, quibus ex uitioſa uita contigit ad pietatem reſipiſcere. Quanto plureis pellexit ad bonam frugem peccatrix illa Magdalene,Chriſti deliciæ, quàm Teclæ perpetua innocentia, quę ex tot hominum milibus uix ulli cõtingit? Magis profuit uitæ mortalium, Dauid deplorans quod admiſerat, noſque poſt errata docens reſipiſcere,quàm aliorum ſemper inculpata uita.Lapſus eſt Hieronymus, ſed primis illis annis, & ut arbitror, ante quàm baptiſmo renatus eſſet in Chriſto (ſolent enim tum ferè adulti baptiſmum ſuſcipere, niſi ſi quem uitæ periculum huc adegiſſet) & lapſus eſt eo uitio, quo ferè ſolet inuolui pueritia, priuſquam uitiũ eſſe nouerit. At quot annis,quas pœnas, ob puerile erratum à ſeſe exegit? Quibus ſupplicijs eam pueritiæ uoluptatulam eſt ultus? Hieronymi præconium amplectãtur, quibus uirginitas cordi eſt. Exemplum Hieronymi ſequantur,qui baptiſmi ueſtem nonnihil commaculatam,pœnitentiæ nitro cupiunt candidare:multoq; magis iſti,qui maximam uitæ partem turpibus uoluptatibus dedicarunt. Ad hæc, ſunt quos nonnihil offendit ſermonis acerbitas: quod in ſcriptis ſuis acrius nonnunquã uideatur incandeſcere,quàm pro Chriſtiana manſuetudine:planeque ueteris comœdiæ quiddam referre multos mordicus arripiens. In hac ſententia fuit olim Auguſtinus, & noſtra memoria, ſi ſuperis placet,Franciſcus Philelphus,uir ille quidem eruditus,ſed nonnunquam plus ſatis φίλαυτος. At hi mihi parum expẽdere uidentur negocij circumſtantias, patriam, ingenium, ſui fiduciam, æmulorum improbitatem, contumeliæ genus nulli ferendum. Poſtremo nec illud Terentianũ: Tu ſi hic ſis, aliter ſentias. Nulli ſuam contumeliã ferunt impotẽtius,quàm qui in aliena ſunt lentiſſimi. Acriter inuectus eſt in Ruffinum, ſed ille commeruerat acriora. Hic hæreſeos crimen fortiter depellit,ille carnificem minitatur,& fictis flagitijs famam inceſſit. Et nemo ſæuit grauius, quàm cui non licuit eſſe manſuero. Atqui ſi quis attentius ac propius inſpiciat eos libros,in quibus uelis equisq;,quod aiunt, inuehitur in aduerſarios, totaq; libertati uela laxat,mira deprehendet humaniſſimi mitiſſimiq; ingenij ueſtigia. Ludit ſæpenumero,& feſtiuis ſalibus agit magis quàm uirulentis,Nonnulla dedit ſuo ſeculo, & amicorum affectibus: & ita crimen à ſe depellit, ut ſi fieri poſſit,cupiat hoſti parcere. Multa ſciens ac prudẽs ſupprimit,pudori Chriſtiano malens obſequi,quàm animo laceſſito:uelut in epiſtola aduerſus Ioannem Hieroſolymitanum, quantum tribuit ſuæ uerecundiæ, quantum epiſcopi titulo? ut ſe reprimit? Et ſi quid incidit odioſius,ſæpe nomina ſupprimit, nonnunq; fictis abutitur uocabulis, uelut in argumento de matre & filia reconciliandis, in diaconum impudicum

impudicum,in Susannam lapsam. Quin etiam in Ruffinum & huius socios, Grunnij,Luscij, Lauinij, Calphurnij Lanarij, Scorpij, Canis Alpini, & id genus alijs aut fictis aut obscuris nominibus stomachatur. Iam uero piget etiã meminisse, quod audimus quotidie quosdam impie religiosos,& inscite doctos nobis ad aurem obgannire, id in Hieronymo calumnian/tes,quod in eopulcherrimum est:nimirum doctrinam,ut ipsi uocant immodicam:& pluscu/lum eloquentiæ,quàm theologum deceat. Neq; quicquam omnino norũt de Hieronymo, nisi quod Ciceronianus dictus uapularit. Verum huius rei, quoniam ab eruditissimis abun/de responsum est,Laurentio Valla,& Angelo Politiano,& nos olim adolescentuli, minores annis uiginti,lusimus in istorum stulticiam dialogis,quos Antibarbaros inscripsimus,unum illud hoc adijciam loco: ubi deterret uirgunculam ab immodico studio librorum prophano/rum,negat fuisse somnium sed experrectum reperisse scapulas liuentes, At idem Ruffino re spondens salsissime ridet hominis curiositatem, cui non satis esset obseruare quid uigilans diceret aut ageret:uerumetiam quid dormiens somniaret: & adeo fatetur fuisse somnium, ut illud conferat cum prodigiosis illis noctium ludibrijs, quibus aliquoties sibi uideretur alatus uolare cum Dædalo per maria, nonnunquam comatulus esse, cum esset caluaster:interdum sumpta toga,causam dicere pro rostris.Expediant igitur isti,qui simul utrunq; uerũ esse pos/sit,aut eligant utro in loco malint Hieronymo habere fidem: illic ubi de fide narrationis non agitur,sed quocunq; modo deterretur adolescentula: an hic ubi causa agitur & crimẽ depel/litur:qua in re ueritas orationis etiam iureiurando solet exigi. Quomodo commento Pytha goras rudes homines à carnium ingluuie deterruit,sic & parentes nonnunquam commenti/cijs terriculis,pueros à peccando submouent. Præterea uideant utrum credere malint seni,an iuueni.Somnium non fuisse scripsit iunior, somnium fuisse scripsit senex.Si uerum sit somni/um,id est,si uisio, non somnium inane: quur illud confert cum ludibrijs uulgarium somnio/rum? quur deridet obijciẽtem? Aut hunc nodum explicent.Dixit apud tribunal: Si unquam habuero libros seculares,te negaui:cur post hæc non refellit Hieronymus,quod obijcit Ruf/finus de Ciceronis dialogis, quos maiore mercede fratribus scribendos locarit: de poetis, quos prælegit pueris? Et in hac accusationis parte ita uersatur, ut ludat magis quàm refellat: nimirum crimẽ iudicans dignius quod rideretur quàm dilueretur. Vbi deinde negat aut dis/simulat Hieronymus sibi fuisse libros seculares? Aut si negasset,quis sanus illi fuerat creditu/rus:nisi forte consentaneum uero putemus, cum in libro de optimo genere interpretandi plu rimos uersus ad uerbum ex Cicerone referat:eum hos omneis ex adolescentiæ memoria de/scripsisse,non de codice. Postremo si crimen est habere libros seculares:& si Christũ negauit quisquis hos legit,cur solus uapulauit Hieronymus? Cur hodie in theologorum scholis cele brior est Aristoteles, quàm Paulus aut Petrus? Verum de re puerili ac ridicula iam pluribus quàm sat est.Ego certe,ut finiã, malim cum Hieronymo uapulare,quàm melle perungi cum istis,quos adeo scilicet terret Hieronymianũ somnium, ut ab omnibus bonis literis sanctis/sime temperẽt:at non temperantes interim à uitijs eorum, quorũ libros religionis causa non audent attingere. Sunt è diuerso quidam, qui quàm arroganter sibi plusquam theologi ui/dentur,tam impie theologum negant esse Hieronymum.Primum quod non satis theologi/ce σολοικίζει, quam primã theologiæ dotem autumant: deinde quod nusquam argutetur, quomodo Capreolus,Alexãder,Aegidius,& Scotus:nec usquam adducat theologicas con/clusiones,rithmos scilicet belle concinentes: quod non crepet maiores ac minores, quod nus/quam sophisticis argutijs, ac puerilibus captiunculis ineptiat, quod non in anxijs quæstiun/culis torqueat sese, quod non passim infulciat philosophum. At æquum erat hac quidem in re ueniam dare Hieronymo. Nam qui suspicari potuit uir ille,fore ut nouum hoc theologo/rum genus nasceretur apud Christianos? cum nihil simile nec in diuinis & apostolicis libris comperisset,nec apud eruditissimos horum interpretes:præsertim cum à Paulo didicisset hu/iusmodi quæstiunculas ad nihil utiles, nisi ad subuersionem pietatis,esse deuitãdas. Qui po/

Quomodo cæsus ad tribunal dei

Quod quidã Hieronym. negant Theologum

tuit diuinare,futuros qui totam theologiã, à capite, quod aiunt, uſque ad calcem retexerẽt: & ex diuina facerent ſophiſticam,aut ariſtotelicam? Atqui ſi hanc ob cauſam in theologorum ſenatum non recipiunt Hieronymum, ne Paulum quidem aut Petrum recipient: neq; quenquam omnino qui ante quadringentos annos uixerit. O miſerum illud ſeculum, o calamitatem orbis Chriſtiani,qui plus mille annos abſq; theologis ſteterit: pręſertim cum illis temporibus latiſſime patuerit religio Chriſtiana, nunc in arctum cõtracta: præſertim quum tot eruditorum hæreticorum turmæ,libris eſſent reuincendæ, non faſciculis.Minori ſtudio licere bis magiſtri noſtri parare titulum, quàm Hieronymianam aſſequi dictionem,nullus inficias ibit in bonis literis exercitatus. At ille tot linguis excelluit. Vt omittam tam multa diſciplinarum adminicula: ſine quibus in diuinis uoluminibus neceſſe ſit paſſim hallucinari, quis unquam ſacras literas ſic ex ipſis hauſit fontibus? Quis altius imbibit? Quis ſimili cura edidicit? Quis ſic in promptu & in procinctu,quod aiunt,habuit? Quis citauit aut dẽſius,aut appoſitius? Quis ediſſeruit doctius? Quis tractauit ſanctius,aut felicius? Quis eruditiſſimos illos interpretes euoluit diligentius? Quis hæreticorũ dogmata refellit efficacius? Quis Chriſti philoſophiam penitius cognitam habuit? Quis eam uiuidius,aut literis expreſſit,aut uita? Hæc quæſo te,utrum theologi ſunt an non? An ideo theologus non erit,quia nobiſcum non balbutiat, ne dicam ineptiat? An ideo grammaticis annumerabitur, & Scotiſtis in ſublimi cathedra tonantibus, Hieronymus ad horum pedes in imis ſedebit ſubſellijs, quod diuina maluit dicere, quàm hominum ſomnia:quod inter uernantia ſcripturarum prata uerſari maluit, quàm inter horum ſpineta luctari: quod non frigidiſſimis diſtinctionibus omnia confuderit,ſed uelut aureũ quoddam flumen ire maluerit,multas ſimul opes ſecũ deferens? In ſingulis uerbis ſæpenumero ſinguli ſunt ſyllogiſmi. Num ideo parum eſt acutus, quia nos illius acumen non aſſequimur? Tractauit eas quæſtiones, quæ tum in eccleſijs ac ſynodis uertebãtur:& ita tractauit,ut nemo copioſius,nemo neruoſius,nemo magis theologice,nihil ad diuinans à theologorum ſacris arcendos,qui de formalitatibus,de inſtantibus,de quidditatibus, de ecceitatibus, deq; alijs id genus argutijs non diſputaret? Operæprecium eſt audire cenſuram iſtorum,qui cuncta ad certum numerum redegerunt. Doctores eccleſiæ quatuor eſſe libuit: & quatuor item ſcripturæ diuinæ ſenſus: nimirum ut reſpondeant quatuor euangeliſtis.Gregorio tribuunt tropologiam.Ambroſio allegoriam,Auguſtino anagogen.Hieronymo, ne nihil habeat,relinquunt literam, & ſenſum grammaticum. Sic enim has uoces diſtingunt,cum treis ſuperiores indiſcrete ſumat Hieronymus. Primũ ex tot eximijs doctoribus,quatuor eſſe duntaxat uoluerunt, idq; candore quodam magis quàm ex animo,ne nullos ueterum recipere uiderentur: quanq; nec hos admodum legunt, niſi uelut apocryphos iamq; antiquatos.Largiuntur his aliquid,ueritates interim ſibi ſeruantes.Geſtit animus paucis iſtos,qui ſic de Hieronymo ſentiunt,cum Hieronymo conferre:ſed reprimã me,ne quod in nebulones dixero,probi theologi in ſe dictum exiſtimẽt. Vnum illud tacere non poſſum, tot æditis uoluminibus quid ualuerit declarauit Hieronymus.Si quiſquam iſtorum, unicum Hieronymi uolumẽ ſuo marte poſſit intelligere, ſi quadraginta iſtius factionis theologi, cõmuni opera,cõflatiſq; ſtudijs,poſſint unicum excudere libellum, qui ſit ullo modo cum Hieronymianis conferendus: imò cum his quos dictauit Hieronymus,non ſcripſit: fatebimur Hieronymum non eſſe theologum. Sed iſtorum iudicium minus demiror, cum magis mirum foret, ſi probarent quod nec didicerunt, nec intelligunt. Iuſtius in hos ſtomachor, qui cum bonas profiteantur literas,parum candide(ne dicam arroganter) de tanto uiro pronunciant.Franciſcus Philelphus arrepta uelut cenſoria uirgula,Auguſtino tribuit dialecticæ palmam,eloquentiæ Hieronymo.Non eſt meum Auguſtini laudibus quicq; decerpere:uerum illud ipſa res clamitat, Hieronymum Auguſtino non minus antecelluiſſe dialectica, quàm præceſſit eloquentia:nec minus eruditiõe ſuperiorem fuiſſe, quàm dicendi laude. Siquidem Hieronymus, Græci ſermonis callentiſſimus, non modo totum Ariſtotelem, ſed cæteros

E quatuor doctoribus Hieronymo tribui ſenſum Hiſtoricũ

Cenſura Philelphi de Auguſti. & Hieronymo

item

item philosophos omneis euoluerat. Augustinus, id quod & ipse fatetur, & indicant libri, duos duntaxat Aristotelis libellos, tum forte in latinum uersos sermonem, de prædicamentis, ac de enũciatione. Et ut ingenue dicam, argumentatur aliquanto perplexius ac molestius Augustinus: at quanto solidius, quanto alijs neruis Hieronymus? Mihi uidetur uterque utraq; facultate mirabilis, sed eloquentiã magis ostentauit Hieronymus, dialecticen Augustinus. Quanq; ego nec de uitæ genere prorsus accedo Philelphi iudicio. In se quidẽ rigidior Hieronymus, quàm Augustinus, at in alios lenior: nec unquam Hieronymus à suis exegit fratribus, quod à suis clericis Augustinus. Sed præstat omittere collationem inter duos eccle siæ latinę proceres, pro quorum eximijs uirtutibus magis decet agere gratias deo, quàm excitare contentionẽ inter studiosos. Iam uero dictu mirum quantopere celebretur inter quosdam nimis ethnice doctos, dictũ Theodori Gazæ, Hieronymũ præter meritum uapulasse, ueluti Ciceronianum. Nec desunt Critici, quorum palatum in huius uiri libris desideret Romani sermonis puritatem. Quæ nam ista Romana puritas? Num eodem more dicere quo dixit Cæsar, aut Marcus Tullius? At qui fieri potuit, ut Hieronymus de rebus longe diuersis loquens, ijsdem tamen uerbis uteretur? Alia religio, alius cultus, diuersi autores, nouata omnia: & tu me negabis eloquentem, nisi perinde loquar, quasi Ciceronis ætate uiuam: cum præcipua dicendi laus sit, apte dicere? Nisi forte parum Romanus uidebor, si pro eo quod olim dicebant, faxit Iupiter optimus, māximus: dixero, faxit Christus Iesus, quod ad hunc modum non sit locutus M. Varro, aut C. Cæsar, aut M. Tullius. Iam quid est hoc quod ait, quidam imputandũ Hieronymi seculo? Num seculum hoc putat illo facũdius? Aut quę nam est ista professio, cui condonari uult infantiam? Nec enim adeo stultus est opinor, ut existimet Hieronymum fuisse monachum huius generis, quod hodie receptũ est. An Christi professio pugnat cum eloquentia? Quid autem uetat, si Cicero de suis dęmonibus dixit eloquenter: quo minus Christianus item de pietate ueraq; religione dicat eloquenter? Sed dicam inuitus, quod tamen uerissimũ esse comperi, esse permultos sic prophanis addictos literis: ut ineruditum, ut infans, ut sordidum uideatur, ubicunq; Christianæ professionis uocabula uiderint. Romuli, Camilli, Fabricij, Iulij nominibus delectantur: ad Christi, ad Pauli, ad Petri uocabula nauseant. Hos nihil aliud offendit in Hieronymo, nisi quod ingenue Christianus est. At nos si quando uideri uolumus eloquentes, de rebus sacris, deum immortalem quàm prophane dicimus? Neque uero probem in homine Christiano, anxiam eloquentiæ affectationẽ: quæ nec philosophis, nec Senecæ, nec ulli graui uiro unquam probata est. Atque adeo ne fieri quidem potest, quin de religione uerba faciens, sacrorum uoluminum testimonijs utare: quorum phrasim innouare ridiculum sit, fastidire impium. Ad hæc interdum eos cites oportet, quibus defuit elegantia sermonis, quales nobis Bonauentura, Thomas, Scotus: Hieronymo, Iouinianus, Vigilantius, Ruffinus. Aiunt Pomponium Lætum, in omnem usque uitam à Græcis abstinuisse literis, ne qua peregrinitas, Romani sermonis castimoniam uitiaret. At diuus Hieronymus in tot linguas cognoscendas partitus operam & oleum: tum in huiusmodi uersans argumentis, quæ non facile splendescunt, nec recipiunt orationis nitorem: denique permulta dictans, tamen eloquentiæ tantum præstitit, ut nemo fuerit nostra memoria, quem hac in parte cum eo conferre possimus. Et tamen eximios uiros, nostra uidit ætas: & qui ne Ciceronis quidem seculo inter elingues habiti fuissent, quorum præcipui sunt, Laurentius Valla, Hermolaus Barbarus, Angelus Politianus, Ioannes Picus, & noster Rodolphus Agricola. Sunt & alij, quos haud quaquam contemno, sed ex his quoniam insignes sunt, res æstimabitur. Hieronymus ex parte contempsit eloquentiam, tam multis distractus est studijs, quæ dicendi politiem rubigine solent obducere. Hi per omnem ætatem in his modo uersati sunt literis, quæ ad dicẽdi faciunt ornamenta: & tamen detur idem argumentum, sit eadem christiane loquendi lex: uidebimus nec horum quempiam Hieronymianam eloquentiam assequi. Primum enim cum præcipua pars

Eloquentia Hieronymi

eloquẽtiæ ſit & fons,ut inquit Horatius,res de quibus dicturus ſis, penitus habere cognitas: quis non ſtatim intelligit, quàm multis partibus hic potior ſit Hieronymus? Ad hæc quis exorditur dexterius? Quis proponit abſolutius? Quis narrat euidentius? Quis expatiatur uel amœnius uel appoſitius? Quis colligit neruoſius? Quis telũ in aduerſariũ torquet acrius, aut exceptum retorquet mirabilius? Quis illigat tenacius? Quis in tractãdis affectibus quos ἤθη uocant,iucundior? Quis in ijs quos πάθη nominant, concitandis grauior? Quis in ſchematiſmis florulentior,aut picturatior? Quis ſententias interſerit aptius? Quis epiphonematibus pungit argutius? Quis hypotypoſes effingit rectius? Quis aut attollit magnificentius, aut deijcit humilius? Quanta ordinis ratio? Quod conſilium? Quæ tranſitionum delitiæ, quas ſæpenumero per ſententiam contexit? Quàm parata Latini ſermonis copia? Quæ uocum emphaſis,qui delectus? Quanta rerum ſupellex? Quæ autorum agmina? Quàm ubiq; denſus & inſtans ſibi? Quàm felici mixtura contexit,concinnat,ac ſtruit omnia? Prętercea qui nerui,qui lacerti,qui uigor,qui actus orationis,ac uita? Vt nuſquam ceſſat, nunſquam dormitat,nuſquam iacet,nuſquam reſiſtit: ut ubiq; properans, auditorem ſecum rapit? Vt ſemper aliud ex alio pendet,& gemma gemmam trahit? Quàm modulata, quàm numeroſa totius orationis compoſitio, quàm mire commatis & colis rotatur ac uoluitur oratio? Quid dicam de feſtiuitate,qua res triſtiſſimas etiam ille mirifice condijt? Poſtremo quod pectus, quanta cauſæ fiducia? Quis docet apertius? Quis delectat urbanius? Quis mouet efficacius? Quis laudat candidius? Quis ſuadet grauius? Quis hortatur ardentius? Quis recenſet ſublimius? Quis inſtituit ſanctius? Quis cum amicis fabulatur humanius? Nullum eſt enim argumenti genus,in quo ille non luſerit:nuſquam ſui diſſimilis. Hæc non admodum mirentur, qui in hanc paleſtram nunquam deſcenderint. Cęterum magnarum uirium eſt, tractare ſacra tam ſplendide, ſimplicia tam erudite, inculta tam polite, retruſa tam dilucide,à ſenſu cõmuni abhorrentia tam populariter, periculoſa tam libere, ſeuera tam plauſibiliter. Aliud eſt epiſtolam ſcribere ad Ciceronis exemplar:& decem ſelectis uoculis,Ciceronis ſimium agere:aliud in grauiſſimis argumentis,tot excudere uolumina. Aliud eſt in ficta controuerſiola declamare:aliud in ſerijs fidei negotijs utriſq; ſatisfacere: & his qui nihil requirũt præter ſcripturæ diuinæ ſcientiam:& his qui tantum ingenij uires expectant. Atq; hæc qui pręſtat,parum Ciceronianus eſt? Siquidem quid aliud eſt eſſe Ciceronianum, quàm optime dicere, etiam ſi diuerſe dicat? quandoquidem ipſi Ciceroni ſecus dicendũ foret,ſi Hieronymus eſſet. Alias dicendi uirtutes mireris in alijs:in uno Hieronymo tot pariter dotes cumulatæ ſunt,ut in eo reperire liceat,quod & in M. Tullio deſideres. Loquitur Cicero, tonat ac fulminat Hieronymus:illius linguam miramur, huius etiam pectus. Quid quod noſtro ſeculo quanquam ſat feliciter repullularunt bonæ literæ, tamen declamandi prorſus extincta eſt exercitatio: ut hoc ipſum quid ſit eloquenter dicere non queat niſi à pauciſſimis iudicari: cum ea res magis uſu conſtet,quàm pręceptis. Vt iuxta Græcorum prouerbium: Non una hirundo uer efficit: ita non una quæpiam dos facit eloquentem. Inter tot egregios autores, quorum ingenio defenſa eſt & illuſtrata Chriſti religio, alijs deſunt ſeculares literæ, alijs ſacræ ſcripturæ cognitio. In hoc ingenium deſiderat Hieronymus, in alio lucem orationis: in hoc neruos, in illo ſplendorem, Multis defuit linguarum peritia,nonnullis fidei ſynceritas, quibuſdam uitæ integritas. Hieronymus, & unus Hieronymus ſic omnia præſtitit: ut ſi non ad unam aliquam uirtutem, ſed ad omnium concentũ & ſummã reſpicias (dicam audacter, ſed uere) nihil habeat uel ipſa Græcia, quod noſtro opponat Hieronymo. Proferat ſi poſſit, & meæ ſentẽtiæ non pigebit palinodiam canere. Et tamen hunc uirum,quem ne ſummi quidem queant aſſequi,non uerentur calumniari & mediocres. Notatur à Laurentio,quod in libris aduerſus Iouinianum,ſic Iouis Statoris fecerit mentionẽ,uelut à ſtando dictus ſit, & non potius à ſiſtendo. Quaſi uero illic hoc agat Hieronymus, unde dictus ſit Iupiter Stator, ac non magis ridendi Iouiniani quæſiuerit anſam. Niſi forte cum ſcribit Martialis: Dicemus ficus quas ſci-

Taxatores Hieronymi Valla

mus in

mus in arbore nasci: Dicemus ficos Cęciliane tuos: uere sensit hanc esse uocum differētiam. Et tamen siue à sistendo deducitur stator, siue à stando, nihil est in quo reprehendas Hieronymum. Quid enim est aliud sistere, quàm facere ut stet aliquid? Quod enim Græcis unica uox declarat, ἱσάναι, id latini duabus explicant, sed inter se cognatis. Proinde cum Iupiter sit Stator, hunc offendere uidetur qui sedere gaudeat. Atq; hæc qualiscunq; uocum ac rerum affinitas satis erat captanti risum. Alius insectatur, quod alicubi Ruffinum taxat, qui comparandi uerbo abusus sit pro emere. Hodie quidem uulgus Italorum comparare dicit emere, eumq; uerbi abusum iam tum Hieronymi seculo natum fuisse, declarat non solum hic apud Ruffinum locus: uerum etiam quod Sophronius in catalogo scriptorum illustrium, comparauit ab Hieronymo positum, uerterit ὠνήσατο. Cæterum quæ taxator ille citat ex Catone, ne tantulum quidem faciunt aduersus Hieronymum. Neque enim si prædium recte comparari dicitur quod emitur, continuo nihil interest inter emere & comparare. Comparandi enim uerbum latius patet, nimirum ad omnia quæ quocunque modo parantur, siue dono, siue opera, siue ære, siue bello, siue corpore, siue furto denique. At Ruffinus sic usus fuerat ea uoce, ut nihil aliud esse posset quàm emere. Sed demus inueniri comparare pro emere, quid opus erat hoc cum conuicio ingerere, quasi non & Cicero quędam irrideat in Antonio, quæ reperiuntur apud probatissimos autores: aut quasi Ruffinus uno tantum loco faciat solœcismum. Sed hoc fortasse condonari poterat ætatis calori, quod commentarios in Suetonium iuuenis opinor scripserit. At idem in his commentarijs, quos senex ædidit in asinum Apulei, rursus cædit Hieronymum, quod pexam uestem posuerit, pro detrita, uilique, cum Horatius sit usus pro noua & eleganti. Ne nimium operæ ponam in huiusmodi nugis: primū Hieronymus hoc loco non interpretatur quid senserit Horatius, ne alludens quidem apertius ad illius uerba. Neque statim illi concesserim, pexam uestem esse nitidam & elegantem: quin uero propius est, genus fuisse uestis, quod uillos haberet, quod genus sunt laneæ non attonsæ. At subucula iam uillis atritis parum congruit cum tunica pexa. Neque Hieronymus pexam tunicam, & nigram subuculam opposuit nouæ & eleganti, sed lineis, sericis, ac candidis, quæ tum in delicijs erant: adeo ut ætate Plinij à barbaris importata, non satis digna uiris Romanis haberentur: & notati sunt imperatores aliquot quod holosericis uterentur. Id ita esse, ipsa Hieronymi uerba declarant: Tunc pexa tunica & nigra subucula uestiebaris, sordidatus & pallidus, & callosam opere gestitans manum: nunc lineis & sericis uestibus, & Atrebatum ac Laodiceæ indumentis ornatus incedis. Proinde pexa uestis, siue noua sit, siue uetus, siue uilis, siue pretiosa, certe lanea est. At serica lineaq; lanea non sunt, & candore potissimum commendantur. Et quanquam nunc linearum uestium usus uilis sit ac plebeius, tamē is olim nobilium erat: & honoris causa primum datus est sacerdotibus, ac proinde nulli monachorum concessus, nisi inter obeunda sacra. Iam illa quæ notauit alius quidam in psalmo primo pro מוץ, uertendum fuisse acum aut stipulam, non puluerem: & in Hieremia pro לַמְקֹרֹנְנוֹת non lamentatrices, sed præficas: prorsus indigna duco quæ refellantur, tantū abest ut existimem non posse defendi. Atq; ad hæc ipsa diluenda, uix eloqui possim, quàm inuitus descenderim. Poteram illud è triuio respondere, ab aquila non cerni muscas: uerum paucis ostendere uolui, nec in his minutissimis cessasse uirum undecunq; doctissimum. Illud hactenus offecit Hieronymo, quod ut à plerisq; non legitur, ita à paucissimis intelligitur. Alioqui uerum esse fateremur illud egregij pictoris elogium, μωμήσεταί τις θᾶσσον ἢ μὴ μήσεται. At posthac quando per uniuersum orbem Christianum reuixerunt bonæ literæ, & non pauca bonę spei ingenia ad ueterē illam ac germanā theologiam expergisci cœperunt, Hieronymum ueluti renatum cōmunibus studijs complectamur omnes: hunc singuli sibi ceu peculiarem uindicent. Olim Homerum septem urbes sibi certatim asserebant. At Hieronymum uicinitatis iure rapiat, hinc Dalmatia, hinc Pannonia, hinc Italia. Stridon sibi gratuletur, quæ tam eximium urbi lumen produxerit. Triplici nomine sibi gratuletur Italia, primum quod eru-

dierit, deinde quod per baptiſmum genuerit Chriſto, poſtremo quod ſanctiſſimi corpuſculi pignus apud ſe ſeruet. Hunc ut ſuum agnoſcant Galliæ, quas omneis ſic peragrauit, quasq; tot libris nominatim dedicatis inſtituit. Hunc ſibi uindicent Hiſpani, quos aliquot epiſtolis ad illos ſcriptis illuſtrauit, Hunc exoſculetur Germania, quam unico licet uolumine ſatis & docuit & nobilitauit. Hunc gemino nomine cõplectatur Græcia: primum ob linguæ commerciũ: deinde quod orbis magiſtra, huius uiri literis uiciſſim adiuta ſit. Complectatur Aegyptus, quam toties inuiſit, quęq; ex doctiſſimo nobis reddiderit doctiorẽ. Amplectantur Arabes & Saraceni, quos ſua uicinitate reddidit claros. Hunc colant Hebræi, quorum ſermonẽ & literas tantis ſudoribus pararit. Hunc omnis quidẽ rapiat Syria, in qua magnam uitæ ſuæ partẽ exegit: ſed præcipue Betlehẽ bis feliciſſima, & quod in hac Chriſtus natus ſit mundo, & quod in eadẽ Hieronymus natus ſit cœlo. Hunc omnis ſexus, omnis ætas diſcat, euoluat, imbibat. Nullum doctrinę genus eſt, quod hinc non queat adiuuari, nullum uitæ inſtitutum, quod huius præceptis non formetur. Soli Hæretici Hieronymum horreant & oderint, quos ille ſolos ſemper acerrimos hoſtes habuit.

HIERONYMI VITAE PER ERASMVM ROTERODAMVM FINIS.

INDEX IVXTA ORDINEM LITERARVM.

ADiecimus indicem, ſingulorum librorum aut epiſtolarum initijs iuxta literarum ordinem digeſtis: ut ſi quid occurrerit ex Hieronymo citatum ad hunc modum, Hieronymus in epiſtola: Si tibi putem: mox per hunc indicẽ in promptu fuerit locus. Atque hæc citandi ratio mihi ſanè uiſa eſt tum breuior, tum expeditior, quàm illa per tot numeros partium, tractatuum, epiſtolarum, & paginarum: ut pro unica, triplici ſit opus memoria.

A

Abraham tentatur. De conuerſione Bleſillæ. Ad Marcellam.	To.1	fo. 154
Acceptis primum literis. Velitatio in errores Vigilantij. Ad Ripariũ.	to.2	fo. 118
Ambroſius quo. Inuitatio ad ſeceſſum Bethlehemiticum.	to.1	fo. 129
Antiquus ſermo eſt. Familiaris ad Iulianum diaconum.	to.1	fo. 211
Ante annos circiter. De erroribus Origenis. Ad Auitum.	to.2	fo. 149
Anno pręterito. Cõmendatio amici. Ad Auguſtinum.	to.2	fo. 362
Apoſtolus Paulus ſcribens. Inſtitutio infantulæ. Ad Lætam.	to.1	fo. 54
Apud Hebræos. Præfatio in librum Iudith.	to.3	fo. 22
Audi filia. De cuſtodia uirginitatis. Ad Euſtochium.	to.1	fo. 135
Audiui peruenisſe. Excuſatio Auguſtinus Hieronymo.	to.2	fo. 245

B

Beatus Pamphilus. Expoſitio pſalmi centeſimi uigeſimiſexti.	to.3	fo. 113
Beatitudinis tuæ. De filio prodigo. Ad Damaſum.	to.3	fo. 126
Bonus homo. Inſtitutio monachi. Ad Paulinum.	to.1	fo. 101
Breuis epiſtola. De tribus quæſtionibus.	to.3	fo. 134
Breuis eſt quæſtiuncula, De blaſphemia in ſpiritum ſanctum.	to.3	fo. 139

C

Cauſa difficilis. Inſtitutio infantulæ. Ad Gaudentium.	To.1	fo. 98
Cogor per ſingulos. Præfatio in Iob	to.3	fo. 25
Cómentaria cum legerem Quæſtio de Oſanna. Ad Hieronymum.	to.3	fo. 123
Chartæ exiguitas. Familiaris ad uirgines Hermonenſes.	to.1	fo. 212
Chriſtiani interdum. Aduerſus calumniatores ad Pammachium.	to.2	fo. 117
Chriſti te. Exhortatio aduerſus hæreticos ad Riparium.	to.2	fo. 129
Crebras ad me. Familiaris epiſtola ad Auguſtinum.	to.2	fo. 347
Cum hora fermè. De morte Leæ ad Marcellam.	to.1	fo. 156
Cum in urbe. Epiſtola familiaris ad Auguſtinum.	to.1	fo. 213
Cum à ſancto. Adhortatio ad concordiam ad Auguſtinum.	to.2	fo. 352

D

Danielem prophetam. Præfatio in danielem.	To.3	fo. 27
Delectatus ſum tuorum. Tertius liber contra Pelagianos.	to.2	fo. 297
Decreuecram quidē. Aduerſus Arianos de fide ſua ad Marcum.	to.2	fo. 315
Deſideriȷ mei. Præfatio in Pentateuchum Moyſi.	to.3	fo. 13
Diu te Romæ. Expoſtulatio de figurata laude.	to.2	fo. 195
Dic mihi Critobule. Liber primus contra Pelagianos	to.2	fo. 261
Didici quod &, De damnatis Origeniſtis.	to.2	fo. 311
Dominus noſter. De modeſtia ad Antonium.	to.1	fo. 218
Domino dilectiſſimo. Aduerſus Origeniſtas.	to.2	fo. 156
Dominus qui locutus. De damnandis Origeniſtis.	to.2	fo. 309
Dormientem te. Tres quæſtiones ueteris legis.	to.3	fo. 32
Duplicem mihi gratiam. De damnandis Origeniſtis	to.2	fo. 310

E

Eber nati ſunt. Traditiones Hebraicæ in libros Paralipomenon.	to.3	fo. 250
Epiſtola tua. Aduerſus Ioannem Hieroſolymitanum.	to.2	fo. 183
Epiſtolare officium. De ephod bad ad Marcellam.	to.3	fo. 70
Et ueſtris & multorum. Aduerſus Ruffini calumnias.	to.2	fo. 196
Et factum eſt. Expoſitio primæ uiſionis Eſaiæ.	to.3	fo. 115
Ex eo tempore. Familiaris epiſtola ad Theophilum.	to.1	fo. 203
Ex quo cœpi. De mendatio ad Hieronymum, Auguſtini.	to.2	fo. 335
Ezechiel propheta. Præfatio in Ezechielem.	to.3	fo. 27

F

Filius meus frater tuus. Conſolatio in aduerſis.	to.1	fo. 205
Filius meus Apodemius. Ad undecim quæſtiones Algaſiæ.	to.3	fo. 156
Frater Ambroſius. De cuſtodia diuinæ ſcripturæ.	to.3	fo. 5
Fuit uir unus. Quæſtiones Hebraicæ in libros Regum.	to.3	fo. 230

G

Generalis epiſtola. De damnatis Origeniſtis.	to.2	fo. 311
Grandes materias. Epitaphium Nepotiani.	to.1	fo. 21

H

Habeo gratiam. De mendacio & translatione ex Hebraica ueritate.	to.2	fo. 332
Hieremias propheta. Præfatio in Hieremiam prophetam.	to.3	fo. 26
Hortaris Dexter. Catalogus uirorum illuſtrium.	to.1	fo. 261
Hucuſque de criminibus. Apologiæ Hieronymi aduerſus Ruffinum liber ſecundus.	to.2	fo. 212
Humanæ uitæ. Laus integræ ſenectutis.	to.1	fo. 132

I

Iam pridem charitati. De mendacio. to.2 fo. 352
Ignota uultu, De duodecim quęstionibus. to.3 fo. 140
Ioannes idem. Reconciliatio offensarum. to.1 fo. 210
Importuna in euangelio. De Hypostasibus Arianorum. to.2 fo. 135
In ea mihi. Familiaris ad Florentium. to.1 fo. 53
Inter omnes materias. De seruanda uirginitate. to.1 fo. 62
Inter omnia. Exhortatio ad Christi militiam. to.1 fo. 210
In ipso profectionis articulo. Satisfactio to.2 fo. 345
In ipso iam profectionis. Expositio loci ad Galatas. to.3 fo. 189
Inter multos sæpe. Vita Pauli eremitæ. to.1 fo. 237
In septuagesimoseptimo. De quadraginta mansionibus. to.3 fo. 41
In uetere uia. De monogamia. to.1 fo. 87
Iustum quidem fuerat. Hortatur ut resipiscat. to.2 fo. 312
Iungat epistola. Præfatio in Prouerbia Salomonis. to.3 fo. 25

L

Lectis literis. Aduersus Ruffini calumnias. To.2 fo. 231
Lecto sermone. Epistola familiaris ad Desiderium. to.3 fo. 198
Legimus in Esaia. De gradu presbyteri & diaconi. to.2 fo. 529
Librum Hester. Præfatio in Hester. to.3 fo. 25
Literæ tuæ. Aduersus calumniatores. to.3 fo. 113
Lugubri nuncio. Epitaphium Lucini Betici. to.1 fo. 195

M

Maiora spiritus. Quatenus legendus Origenes. To.2 fo. 314
Magnis nos. De quatuor quæstionibus. to.3 fo. 137
Medici quos uocant. In Onasum obtrectatorem. to.2 fo. 364
Meminit beatitudo tua. De damnandis Origenistis. to.2 fo. 310
Memini me. Præfatio in Ecclesiasten. to.3 fo. 25
Mensuram charitatis. Inuitatio ad secessum Bethlehemiticum nomine Paulæ & Eustochij. to.1 fo. 123
Mirari non desino. Præfatio in Tobiam. To.3 fo. 22
Misisti uolumen. De Melchisedeck. to.3 fo. 38
Multa in orbe. De colendis martyrum reliquijs. to.2 fo. 120
Multa quidem. De scripturis aduersus Pelagianos liber secundus. to2. fo. 279
Multi utroq; claudicant. Extimulat aduersus hæreticos. to.2 fo. 518
Multum utramq; partem. De iudicio Solomonis pueri. to.3 fo. 74
Multi super. De Osanna to.3 fo. 123

N

Nec opinanti. Exhortatio ad piam uitam. To.1 fo. 192
Nemo reprehendat. Laudes Asellæ. to.1 fo. 116
Nemo cum prophetas. Præfatio in Esaiam uersum. to.3 fo. 26
Nescio qua tentatione. Exhortatio aduersus hæreticos. to.2 fo. 130
Nihil Christiano. Institutio monachi. to.1 fo. 42
Non debet charta. Exhortatio exemplo Bonosi. to.1 fo. 216
Non audacter. Aduersus Pelagianos. to.2 fo. 250
Nonagesimum psalmum. De decem nominibus dei. to.3 fo. 94
Non est idem ordo. Præfatio in duodecim prophetas. To.3 fo. 29
Nouum opus. In quatuor euangelia castigata præfatio. to.3 fo. 29

Nudiuſtertius cum. Interpretatio alphabeti Hebraici.	to.3	fo. 199
Nunc̃ fili Oceane. De imputato matrimonio à baptiſmo.	to.2	fo. 319
Nunc̃ æque. De mendacio & translatione ex Hebraica ueritate.	to.2	fo. 330
Nuper rogatus. De perpetua uirginitate Mariæ.	to.2	fo. 5
Nuper tuæ. De damnatis Origeniſtis.	to.2	fo. 510
Nuper cum rheticij. De Tharſis in ueteri teſtamento.	to.3	fo. 77
Nuper cum pariter. Quid Hebræis ſit Alleluia.	to.3	fo. 95
O		
Obſecras literis. De uiduitate ſeruanda.	To.1	fo. 79
Omni quidem tempore. Extimulat contra hæreticos.	to.2	fo. 317
Origenes cum in cæteris. Homiliæ duæ Origenis à Hieronymo uerſæ.	to.3	fo. 176
P		
Parua ſpecie. De xeniolis miſſis ad Euſtochium.	To.1	fo. 131
Pauci admodum. De excellentia uirginitatis aduerſus Iouinianum.	to.2	fo. 17
Paulus apoſtolus. De optimo genere interpretandi.	to.2	fo. 365
Petis à me Nepotiane. Inſtitutio clerici.	to.1	fo. 11
Plures anni ſunt. Epitaphium Fabiolæ.	to.1	fo. 197
Plus deum tribuere. Laus Bonoſi.	to.1	fo. 213
Poſt priorem, Defenſio interpretationum.	to.2	fo. 372
Poſtc̃ epiſtolam. Ad tres quæſtiones ueteris legis.	to.3	fo. 53
Prius te Cypriane. Expoſitio pſalmi octogeſiminoni.	to.3	fo. 97
Proxime accidit. Aduerſus Luciferianos dialogus.	to.2	fo. 135
Q		
Quamuis mihi multorum. Conſolatio cæcitatis.	To.1	fo. 203
Quam uellem. Familiaris ad Theodoſium.	to.1	fo. 212
Quamuis exiſtimem. Adhortatio ad cõcordiam.	to.2	fo. 548
Quanto amore. De laude uitæ ſolitariæ.	to.1	fo. 1
Quantus beatitudinis. Familiaris epiſtola ad Florentium.	to.1	fo. 52
Quæ acceperis. Quid ſit Sela.	to.3	fo. 96
Quæris Dardane. De terra promiſſionis.	to.3	fo. 66
Quis dabit capiti. Conſolatio ſuper morte filiæ.	to.1	fo. 157
Qui circa te. Familiaris ad Chryſogonum.	to.1	fo. 218
Qui nauali prælio. Vita malchi.	to.1	fo. 255
Qui in principijs. Quæſtiones Hebraicæ in Geneſim	to.3	fo. 200
Quod ignotus. Caſtigatio relapſi.	to.1	fo. 219
Quod ad te hucuſq̃. Apologia ad Pammachium.	to.2	fo. 101
Quomodo Græcorum. In paralipomena caſtigata præfatio.	to.3	fo. 20
Quoniam uetuſto. De hypoſtaſibus Arianorum,	to.2	fo. 131
R		
Retul it mihi quidam. Vitandum uirginis contubernium.	To.1	fo. 224
Rurſum Orientalibus. De opprimendis Origeniſtis.	to.2	fo. 316
S		
Samuel quondam. Obiurgatio diaconi impudici.	To.1	fo. 228
Sanato uulneri. Conſolatio ſuper morte uxoris.	to.1	fo. 162
Sanctus filius. Conſolatio in aduerſis.	to.1	fo. 204
Sanctus aliquis. Excitatio ad defenſionem ſui.	to.2	fo. 188
Sanctus epiſcopus. De damnatis Origeniſtis.	to.2	fo. 310
Sanctus Inoncentius. De extincta Celeſtiana hæreſi.	to.2	fo. 517

Sanctus Iohel. In Iohelem præfatio.	to.3	fo.29
Sebesium noſtrum. Quatenus utendum literis prophanis.	to.2	fo.326
Secunda propoſitio eſt. Aduerſus Iouinianum liber ſecundus.	to.2	fo. 69
Sæpe & multum Marcellæ epitaphium.	to.1	fo.117
Sæpe à me, De muliere ſepties icta.	to.1	fo.235
Septuaginta &. De ſeraphim.	to.3	fo.121
Schedulæ quas miſiſtis. Aduerſus Origeniſtas.	to.2	fo.189
Si aut fiſcellam. Præfatio in Iob.	to.3	fo.24
Si cuncta corporis. Epitaphium Paulæ.	to.1	fo.169
Si iuxta Paulum Aduerſus Ioannem epiſcopum Hieroſolymitanum.	to.2	fo.162
Sicut præſens rogaui. Familiaris Auguſtini ad Præſidium.	to.2	fo.352
Si tibi putem. Deprecatur crimen amoris in Paulam.	to.2	fo.365
Si Septuaginta. Præfatio in Paralipomena.	to.3	fo. 18
Scio me Principia. Expoſitio pſalmi quadrageſimiprimi.	to.3	fo.104
Scio quamplurimos fratrum. Præfatio Ruffini in libros περὶ ἀρχῶν.	to.2	fo.187
Scio quoſdam putare. De ordine & titulis pſalmorum.	to.3	fo. 78
Scripturus uitam. Vita Hilarionis.	to.1	fo.241
Scripta iam. Aduerſus Pelagianos.	to.2	fo.260
T		
Tandem ex Affrica. Familiaris ad Marcellinum.	to.2	fo.318
Tandem finito. Præfatio in Ioſue.	to.3	fo. 15
Teſtimonia. De Montani erroribus.	to.2	fo.128
Tres ſimul. De mendatio in literis ſacris.	to.2	fo.336
Turpilius Comicus. Familiaris ad Nitiam.	to.1	fo.215
V		
Vereor ne officium. De ſeruanda uiduitate.	to.1	fo.73
Vere in uobis. Emendatio pſalterij in certis locis.	to.3	fo. 79
Vetus ſcripturæ. Inſtitutio matrisfamilias.	to.1	fo.107
Viginti & duas literas. Præfatio in libros Regum.	to.3	fo. 16
Virum honorabilem. Familiaris ad Auguſtinum.	to.2	fo.351
Voce me prouocas. De duabus quæſtiunculis.	to.3	fo.197
Vſque hodie. De ueſtitu ſacerdotum.	to.3	fo. 56
Vt abſentiam corporum. De Xeniolis ad Marcellam.	to.1	fo.132
Vt tam paruam. Familiaris ad eandem.	to.2	fo.312
Vtrum difficilius. Præfatio in Eſdram & Neemiam.	to.3	fo. 21
Z		
Zenon nauclerus. De Solomone & Achaz ante tempus patribus.	to.3	fo. 76

FINIS.

DES. ERASMVS ROTERODAMVS
PIO LECTORI S. D.

QVanquam ab ipsa pueritia, non tam iudicio, quàm arcano quodam naturæ sensu, diui Hieronymi scripta sum admiratus: eaq; admiratio mihi semper cum accessione ætatis,& si qua est,eruditionis accreuit:tamẽ cum illius epistolas tum castigandi, tum scholijs illustrandi prouinciam susciperem, uariam illam & ex omni linguarum, disciplinarum ac literarum recondita supellectili constructam opulentiam nondum penitus introspexeram. Quid enim est in ullo librorum genere, seu paruum, seu magnum, seu sacrum, seu prophanum, quod ille non habuerit in numerato? Itaque fateor me non uno modo peccasse,qui ad tam arduum negocium,nec parem eruditionem, nec iustam curam attulerim. Quum enim primum uenissem Basileam, de nouo testamento uertendo ne cogitaram quidem: scholia modo nonnulla paucis uerbis annotaram, atque his decreueram esse contentus: In Hieronymum ferè nihil attuleram præter animi propositum. Hic mea facilitate, aut uerius temeritate, abusus fœlicis memoriæ Ioannes Frobenius,utrunque opus compluribus prelis aggressus est: quum hoc corpusculum uix quartę laborum parti par esset. Atque id temporis parabam illa,non hominibus eruditis, sed quibusdam pijs quidem illis,uerum illiteratis: apud quos compereram Hieronymum sic undequaque depraua tum, ut ne legi quidem posset: cuius incogitantiæ me non semel & puduit, & piguit. Supererat igitur ut ad prouerbium confugeremus,quo posteriores curæ dicuntur esse meliores:& quod priori negligentia commissum erat, posteriore diligentia sarciremus: id quod à nobis iam semel atque iterum factum est.Porrò quum acciperem apud Parisiorum Lutetiam rursus excudi epistolarum uolumina, ut ex tempore licuit, quædam loca pridem à me notata recognoui, missiq; in publicam studiorum utilitatem: non conquieturus, donec æquo candidoq; lectori probarim fidem & industriam meam. Ingratis enim & iniquis,qui uel dissimulantes tam multa benedicta, tantum arrodunt si quid incautius excidit: uel quod est improbius, ne legunt quidem nostra, sed tamen occlusis oculis & obturatis auribus ingenti uociferatione damnant quod nesciunt, nihil aliud optabo quàm mentem dari meliorem diuinitus,θεοὶ δέτε πάντα δύναντται, Interim non tam regium est, quàm Christianum,quum bene facias, audire malè. Quum hæc adornaretur æditio, incomparabilis heros Guilielmus Vuaramus, Archiepiscopus Cantuariensis, ac totius Angliæ primas, terras reliquit, & in cœleste contubernium emigrauit, uir ex omni uirtutum & ornamentorum genere concinnatus: siue spectes in tanto rerum fastigio comitatẽ etiam infimis obuiam, siue in tanta rerum affluentia spontaneam uictus sobrietatem, siue in tantis negociorum undis perpetuam animi tranquillitatem(id quod diuinæ cuiusdam mentis esse uidetur) siue syncerum erga pietatem ac religionem affectum, quam semper summo studio,nullo supercilio tum docuit, tum præstitit. Nemo uidit illum nihil agentem. Quis autem non facile condonasset tali uiro, si quando animum negocijs externis delassatum, iocis aut lusibus relaxasset? At illi pro uenatu, pro aucupio, pro alea, pro chartis, pro morionibus, proq; cæteris auocamentis uulgaribus, erat aut frugifera lectio,aut cum erudito uiro colloquium. Iam uero benignitatẽ quum in omnes, tum præcipue in studiosos, quid referam? De me nihil dicam, qui nõ ita multum ab illo accepi, idq; obtrusum uerius quàm datũ: nisi quod in acceptis numero quicquid ille obtulit: obtulit autem frequenter uera fronte, fortunarum omnium communionem. Sed in alios quàm non fuerit illius parca liberalitas, uel illa uox arguit quam paulo ante mortem emisit. Nunciantibus enim famulis,in thesauro uix esse triginta aureos signatæ pecunię: gratulabun

tulabundus dixit, bene habet: ſic mori ſemper fuit in uotis: ſat eſt uiatici mox hinc emigraturo. O mentem ſummo epiſcopo dignam. Ex tanta fortuna minimũ impendit ſibi: menſa erat & pro more regionis,& pro dignitate tanti præſulis ſplendida,ſed in mediis delicijs ipſe uulgaribus libentius utebatur, atq; hoc ipſum parciſſimè. Cœna tam erat frugalis,ut propè nulla fuerit: uinum per quàm raro guſtabat uerius quàm bibebat, contentus tenuiſſima ceruiſia, quam illi uulgo biriam appellant. Eadem in cultu frugalitas: nunquam holoſericis utebatur niſi rem diuinam peragens:adeo ut quum ſub Caroli Cæſaris & regis Angliæ conuentum, qui fuit ante annos ni fallor undecim Caletij, edicto Cardinalis Eboracenſis, non epiſcopi tantum, ſed & inferioris gradus homines cogerentur magnis impendijs ornare ſeſe Biſſinis ac Damaſcenis,ſolus omnium ille contempto Cardinalis edicto,pilum in cultu ſuo non mutarit. Quid eſſe poſſit illo pectore incorruptius? Nunc felix illa anima, ſicut eccleſiæ præclarum lumen fuit,ita cœleſti Hieroſolymæ ſidus illuſtre addit. Frequenter apud ſuos hanc uocem ſolet emittere, Vtinam mihi contingat, priuſquam hinc emigrem, ſemel uidere complectiq; meum Eraſmum, nunquam finerem illum à me diuelli. Votum erat mutuum, ſed neutri contigit quod optauit. Vtinam illud concedat Chriſti miſericordia, ut nos inuicem breui complectamur illic ubi nulla eſt futura diſtractio, neque quiſquam erit, qui uel illum mihi, uel me illi inuideat.

Bene uale quiſquis es qui hæc legis.

FRIBVRGI BRISGOIAE
Anno M. D. XXXIII.

EPISTOLAE SIVE LIBRI

EPISTOLARES DIVI EVSEBII HIERONYMI STRIDO/
nensis,uetustissimorum codicum collatione diligentissime recogniti ab
Erasmo Roterodamo sacræ Theologiæ professore, & eius/
dem argumentis ac Scholijs illustrati.

ARGVMENTVM DES. ERASMI ROTERODAMI
Theologi in epistolam sequentem.

Cum diuus Hieronymus eremum adisset, Heliodorum sodalem charissimum, qui ipsum officij causa fuerat prosequutus, ut alibi testatur, conatus est apud se retinere: quod cum non potuisset efficere, literis ad illum datis, hortatur ad solitariæ uitæ societatem. Refellens singula, quæ eum uel ab eremo deterrere, uel in urbibus remorari possent, ostendensq; quàm non sit tutum episcopi munus susci pere, & quàm non facile tueri susceptum. Deinde uelut in peroratione, eremiticæ uitæ felicitatem decantat, ac supremi iudicij terrorem ob oculos ponit. Huius epistolæ nominatim mentionem facit in Catalogo operum suorum, & exhortatoriam uocat. Scripsit autem admodum adolescens ac penè puer, quemadmodum in proxima testatur epistola, illud addens, sese in hac calentibus adhuc rhetorum studijs, pro illius ætatis ratione, scholastico flore lusisse. Proinde scatet metaphoris, allegorijs etiam fabulosis, epiphonematis, dilemmatis, ac reliquis id genus orationis ornamentis. Conatus artis eiusmodi est, ut tyronem, sed summæ spei tyronem possis agnoscere. Cæterum argumenti genus προτρεπτικὸν est, de quo paulò post dicemus.

AD HELIODORVM DE LAVDE VITAE SOLITARIAE.



VANTO amore & studio contenderim, ut pariter in eremo moraremur, conscium mutuæ charitatis pectus agnoscit. Quibus lamentis, quo dolore, quo gemitu, te abeuntem prosequutus sim, istæ quoq; literæ testes sunt, quas lachrymis cernis interlitas. Verum tu quasi paruulus delicatus, contemptum rogantis per blandimenta fouisti: & ego incautus, quid tunc agerem, nesciebam. Tacerem? Sed quod ardenter uolebam, moderate dissimulare non poteram. Impensius obsecrarem? Sed audire nolebas, quia similiter non amabas. Quod unum potuit, spreta charitas fecit. Quem præsentem retinere non ualuit, quærit absentem. Quoniam igitur & tu ipse abiens postularas, ut postea quàm ad deserta migrassem, inuitatoria ad te scripta transmitterem, & ego me facturum receperam: Inuito. Iam propera. Nolo pristinarum necessitudinum recorderis. Nudos amat cremus. Nolo te longinquæ peregrinationis terreat difficultas: Qui in Christum credis, & eius crede sermonibus. Quærite primum regnum dei, & hæc omnia apponentur uobis. Non pera tibi sumenda, non uirga est. Affatim diues est, qui cum Christo pauper est. Sed quid ago: Rursus improuidus obsecro? Abeant preces, blandimenta discedant. Debet amor læsus irasci. Qui rogantem contempseras, forsitan audies obiurgantem. Quid facis in paterna domo delicate miles? Vbi uallum? ubi fossa? ubi hyems acta sub pellibus? Ecce de cœlo tuba canit: Ecce cũ nubibus debellaturus orbem, imperator armatus egreditur: Ecce bis acutus gladius ex regis ore procedens, obuia quæq; metit: & tu mihi de cubiculo ad aciem, tu de umbra egrederis ad solem? Corpus assuetum tunicis, loricæ onus nõ fert. Caput opertum linteo, galeam recusat. Mollem ocio manũ, durus exasperat capulus. Audi
3. 2 edictum regis tui: Qui non est mecum, contra me est: & qui mecum non obligit, spargit. Recordare tyrocinij tui diem, quo Christo in baptismate consepultus, in sacramenti uerba iurasti: pro nomine eius non te patri parciturum esse, non matri. Ecce aduersarius in pectore tuo, Christum conatur occidere. Ecce donatiuũ quod militaturus acceperas, hostilia castra suspirant. Licet paruulus ex collo pendeat nepos: licet sparso crine & scissis uestibus, ubera quibus te nutrierat mater ostendat: licet in limine pater iaceat, per calcatum perge patrem, siccis ocu
4 lis ad uexillum crucis euola. Solum pietatis genus est, in hac re esse crudelem. Veniet, ueniet

Militia, uita Christiani

In baptismo datur nomen

Victoria postea dies: quo uictor reuertaris in patriam: quo Hierosolymam cœlestem uir fortis coro- c
natus incedas. Tunc municipatum cum Paulo capies. Tunc & parentibus tuis, eiusdem ciui-
tatis ius petes. Tunc & pro me rogabis, qui te ut uinceres incitaui. Neq; uero nescio, qua 5
te dicas nũc compede præpediri. Nõ est nobis ferreum pectus, nec dura præcordia. Non ex
silice natos Hyrcanæ nutriere tigrides. Et nos per ista transiuimus. Nunc tibi blandis uidua
soror hæret lacertis, nunc illi cũ quibus adoleuisti uernulæ, aiũt: Cui nos seruituros relinquis?
Nunc & gerula quondam, iam anus, & nutricius secundus post naturalem pietatem pater,
clamitat: Morituros expecta pauliſper, & sepeli. Forsitan & laxis uberũ pellibus mater ara-
ta rugis fronte, antiquum referens mammæ lallare, congeminet. Dicant si uolunt & gramma 6
tici: In te omnis domus inclinata recumbit. Facile rumpit hæc uincula amor dei, & gehennæ
timor. At contra scriptura præcipit parentibus obsequendũ, sed quicunq; eos supra Chri
stum amat, perdit animam suam. Gladium tenet hostis ut me perimat, & ego de matris la-
chrymis cogitabo? Propter patrem militiã Christi deseram, cui sepulturã Christi causa non
debeo, quam etiam omnibus eius causa debeo? Domino passuro timide Petrus consulens
scandalũ fuit. Paulus retinentibus se fratribus, ne Hierosolymam pergeret, respondit: Quid
facitis plorantes, & conturbantes cor meum? Ego enim non solum ligari, sed & mori in Hie-
rusalem paratus sum pro nomine domini Iesu Christi. Aries iste pietatis, quo fides quatitur:
Euangelij retundendus est muro. Mater mea & fratres mei hi sunt, quicunq; faciunt uolun-
tatem patris mei, qui in cœlis est. Si credunt in Christum, faueant mihi pro eius nomine pu-
Insidiæ gnaturo. Si nõ credunt, mortui sepeliant mortuos suos. Sed hoc ais in martyrio. Erras fra
ter, erras, si putas unquam Christianum persequutionem non pati. Tunc maxime oppugna
ris, sive oppugnari nescis. Aduersarius noster tanquam leo rugiens, aliquem deuorare quæ-
rens circumit, & tu pacem putas? Sedet in insidijs cum diuitibus, ut in occultis interficiat inno
centem. Oculi eius in pauperem respiciunt. Insidiatur in occulto sicut leo in spelunca sua, insi-
diatur ut rapiat pauperem, & tu frondosæ arboris tectus umbraculo molles somnos futu- D
Hostes uarij rus præda, carpis? Inde me persequitur luxuria: Inde auaritia conatur irrumpere: Inde uen-
ter meus uult mihi deus esse pro Christo: Compellit libido ut habitantem in me spiritum
sanctum fugem, ut templum eius uiolem. Persequitur, inquam, me hostis, cui nomina mille,
mille nocendi artes: & ego infelix uictorem me putabo, dum capior? Nolo frater chariſſime
examinato pondere delictorum, minora credas idololatriæ crimine esse, quæ diximus. Imò
Apostoli disce sententiam, qui ait: Hoc enim scitote intelligentes, quia omnis fornicator, aut
immundus, aut auarus, aut fraudator, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem
in regno Christi & dei. Et quanquam generaliter aduersum deum sapiat, quicquid diaboli
est: & quod diaboli est, idololatria sit, cui omnia idola mancipantur: tamen & in alio loco spe
ciatim, nominatimq; determinat, dicens: Mortificate membra uestra quæ sunt super terram,
deponentes fornicationem, immundiciam, & concupiscentiam malam, & cupiditatem, quæ
sunt idolorum seruitus, propter quæ uenit ira dei. Non est tantum in eo seruitus idoli, si quis
duobus digitulis thura in bustum aræ iaciat, aut haustum pateræ poculo fundat merũ. Ne-
get auaritiam esse idololatriam, qui potest triginta argenteis dominum uenditum, appellare
iustitiam. Neget sacrilegium in libidine, sed is, qui membra Christi & hostiam uiuam placen
tem deo, cum publicarum libidinum uictimis, nefaria colluuione uiolauit. Non fateatur frau
dem idololatriam esse, sed similis eorum, qui in actibus apostolorum ex patrimonio suo
partem precij reseruantes, præsenti periere uindicta. Animaduerte frater, nõ tibi licet de tuis
quicquam habere rebus. Omnis, inquit dominus, qui non renunciauerit cunctis quæ possi-
det, non potest meus esse discipulus. Cur timido animo Christianus es? Respice Petro reli-
ctum rete: Respice surgentem de telonæo publicanum statim apostolum. Filius hominis 7
non habet, ubi caput reclinet: & tu amplas porticus, & ingentia tectorum spatia metiris? Hæ
reditatem expectans seculi, cohæres Christi esse non poteris. Interpretare uocabulum mo-
nachi, hoc est nomen tuum. Quid facis in turba qui solus es? Et hoc ego, non integris rate

uel

A uel mercibus, nec quasi ignarus fluctuum præmoneo, sed quasi nuper naufragio eiectus in littus, timida nauigaturis uoce denuncio. In illo æstu Charybdis luxuriæ, salutem uorat. Ibi ore uirgineo, ad pudicitiæ perpetranda naufragia, Scyllacæũ renidens, libido blanditur. Hic barbarum littus, hic diabolus pirata, cum socijs portat uincula capiendis. Nolite credere, nolite esse securi. Licet in modũ stagni fusum æquor arrideat, licet uix summa iacentis elementi spiritu terga crispentur, magnos hic campus montes habet. Intus incluſum est periculum, intus est hostis. Expedite rudẽtes, uela suspendite: Crux antennæ figatur in frontibus. Tranquillitas ista tempestas est. Sed forsitan dicturus es: Quid ergo? Quicũq; in ciuitate sunt, Christiani non sunt? Non est tibi eadem causa quæ cæteris. Dominum ausculta dicentem: Si uis perfectus esse: uade, uende omnia tua & da pauperibus, & ueni sequere me. Tu autem perfectum te fore pollicitus es. Nam cum derelicta militia, te castrasti propter regna cœlorum, quid aliud quàm perfectam sequutus es uitam? Perfectus autem seruus Christi, nihil præter Christum habet. Aut si quid præter Christum habet, perfectus non est. Et si perfectus non est, cum se perfectũ fore deo pollicitus sit, ante mentitus est. Os autem quod mentitur, occidit animam. Igitur, ut concludam: Si perfectus es: cur bona paterna desideras? Dominum fefelliſti, si perfectus non es. Diuinis euangeliũ uocibus contonat: Non potestis duobus dominis seruire, & audet quisquam mendacem Christum facere, Mammonæ & domino seruiendo? Vociferatur ille sæpe: Si quis uult post me uenire abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et ego onustus auro arbitror me Christum sequi? Qui dicit se in Christum credere, debet quomodo ille ambulauit & ipse ambulare. Quod si nihil habes (ut te responsurum scio) cur, tam bene paratus ad bella, non militas? Nisi forte in patria tua te arbitraris hoc facere, cum in sua dominus signa non fecerit. Et cur id? Cum autoritate sume rationem. Nemo propheta in patria sua, honorem habet. Non quæro, inquies, honorem: Sufficit mihi cõscientia mea. Neq; dominus quærebat, quippe qui ne à turbis rex
B constitueretur, aufugit. Sed ubi honor non est, ibi contemptus est. Vbi contemptus, ibi frequens iniuria. Vbi autem iniuria, ibi & indignatio. Vbi indignatio, ibi quies nulla. Vbi quies non est, ibi mens à proposito sæpe deducitur. Vbi autem per inquietudinem aliquid aufertur ex studio, minus fit ab eo quod tollitur. Et ubi minus est, perfectum non potest dici. Ex hac supputatione, illa summa nascitur, monachum perfectum in patria sua esse non posse. Perfectum autem esse nolle, delinquere est. Sed de hoc gradu pulsus, prouocabis ad clericos. An de his aliquid audeam dicere, qui certe in suis urbibus commorantur? Absit ut de his quicq; siniſtrum loquar: qui apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos & nos Christiani sumus. Qui claues regni cœlorum habentes, quodammodo ante iudicij diem iudicant: qui sponsam domini sobria castitate conseruant. Sed alia, ut ante perstrinxi, monachorum est causa, alia clericorum. Clerici pascunt oues, ego pascor. Illi de altario uiuũt: mihi quasi infructuosæ arbori, securis ponitur ad radicem, si munus ad altare nõ defero. Nec possum obtendere paupertatem, cum in Euãgelio anũ uiduam, duo, quæ sola sibi supererant, æra mittentem, laudauerit dominus. Mihi ante presbyterum, sedere non licet: illi si peccauero, licet tradere me Satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit. Et in ueteri quidem lege, quicunq; sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus, lapidabatur à populo, aut gladio ceruice subiecta, contemptum expiabat cruore, Nunc uero inobediens, spirituali mucrone truncatur, aut eiectus de ecclesia, rabido dæmonũ ore discerpitur. Quod si te quoq; ad eundem ordinem, pia fratrũ blandimenta solicitant: gaudebo de ascensu, sed timebo de lapsu. Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Scimus ista: sed iunge, quod sequitur: Oportet autẽ huiusmodi irreprehensibilem esse, unius uxoris uirum: sobrium, pudicum, prudentem, ornatum, hospitalem, docibilem, non uinolentum, non percussorem: sed modestum: & cæteris quæ de eo sequũtur explicitis, non minorem in tertio gradu adhibuit diligentiam, dicens: Diaconos similiter pudicos: non bilingues: non multo uino deditos: non turpilucros: habentes ministerium fidei in cõscientia pura. Et hi autem proben-

Dignitas clericorum

Monachi olim offerebãt clericis

Clericus inutilis

tur primum:& ſic miniſtrent,nullum crimen habentes. Væh illi homini,qui ueſtem non ha/ c
bens nuptialem,ingreditur ad cœnam.Nihil ſupereſt, niſi ut ſtatim audiat: Amice quomo/
do huc intraſti? Et illo obmuteſcente dicatur miniſtris: Tollite illum, ligatis manibus & pe/
dibus, & mittite eum in tenebras exteriores, ubi erit fletus & ſtridor dentium. Væh illi
qui acceptum talentum in ſudario ligans, cæteris lucra facientibus, id tantum quod acce/
perat reſeruauit.Ilico indignantis domini clamore ferietur: Serue nequam: quare nõ dediſti
pecuniã meam ad menſam,& ego ueniens cum uſuris exegiſſem eam? Id eſt,depoſuiſſes ad
altare,quod ferre non poteras. Dum enim tu ignauus negociator denariũ tenes, alterius lo/
cum qui pecuniã duplicare poterat occupaſti. Quãobrem ſicuti qui bene miniſtrat, bonum
gradũ ſibi acquirit: ita qui indigne ad calicem domini accedit, reus erit dominici corporis &
ſanguinis.Non omnes epiſcopi,epiſcopi ſunt.Attendis Petrũ: ſed & Iudam conſidera. Ste/ 8
phanum ſuſpicis:ſed & Nicolaum reſpice,quem dominus in Apocalypſi,ſua damnat ſenten
tia.Qui tam turpia & nefanda commentus eſt, ut Nicolaitarum hæreſis ex illa radice naſca/
tur.Probet ſe unuſquiſq;,& ſic accedat.Non facit eccleſiaſtica dignitas Chriſtianum. Corne
lius centurio adhuc ethnicus,dono ſancti ſpiritus mundatur. Presbyteros Daniel puer iudi/
cat.Amos ruborum mora diſtringens,repente propheta effectus eſt. Dauid paſtor eligitur
in regem.Minimum diſcipulum Ieſus amat plurimũ.Inferius frater accumbe: ut minore ad/
ueniente,ſurſum iubearis aſcendere. Super quem dominus requieſcit,niſi ſuper humilem &
quietum,& trementem uerba ſua? Cui plus creditur,plus ab eo exigitur. Potentes potenter
tormẽta patientur.Nec ſibi quiſquã de corporis tantũ mundi caſtitate ſupplaudat,cum om/
ne uerbum ocioſum quodcunq; loquuti fuerint homines, reddituri ſint pro eo rationem in
die iudicij,cum etiam cõuicium in fratrem,homicidij ſit reatus.Non eſt facile ſtare loco Pau/ 9
li:tenere gradum Petri:iam cum Chriſto regnantium:ne forte ueniat angelus,qui ſcindat ue
lum templi tui,qui candelabrum tuum de loco moueat. Aedificaturus turrim, futuri operis D
ſumptus ſupputa.Infatuatũ ſal ad nihil eſt utile, niſi ut proijciatur foras, & à porcis cõculce/
tur.Monachus ſi ceciderit,rogabit pro eo ſacerdos. Pro ſacerdotis lapſu,quis rogaturus eſt?

Epiſcopi, uices agunt Petri & Pauli

Sed quoniã è ſcopuloſis locis enauigauit oratio,& inter canas ſpumeis fluctibus cauteis,
fragilis in altum cymba proceſſit,expandenda uela ſunt uentis, & quæſtionũ ſcopulis tranſ/
uadatis:lætantium more nautarum, epilogi celeuma cantandum eſt.O deſertũ,Chriſti flo/
ribus uernans.O ſolitudo,in qua illi naſcuntur lapides, de quibus in Apocalypſi ciuitas ma/
gni regis extruitur.O eremus familiarius deo gaudens.Quid agis frater in ſeculo,qui maior
es mundo? Quamdiu te tectorum umbræ premunt? quamdiu fumoſarum urbium carcer
includit? Crede mihi,neſcio quid plus lucis aſpicio.Libet ſarcina corporis abiecta, ad purum
ætheris euolare fulgorem.Paupertatem times? Sed beatos Chriſtus pauperes appellat.La/

Epilogus argumentorum

bore terreris? At nemo athleta ſine ſudore coronatur.De cibo cogitas? ſed fides famem non
timet. Super nudam metuis humum exeſa ieiunijs membra collidere? ſed dominus tecum
iacet.Squalidi capitis horret inculta cæſaries? ſed caput tuum Chriſtus eſt. Infinita eremi ua
ſtitas te terret? ſed tu paradiſum mente deambula. Quotieſcunq; illuc cogitatione conſcen/
deris, toties in eremo non eris. Scabra ſine balneis attrahitur cutis,ſed qui in Chriſto ſemel
lotus eſt,non illi neceſſe eſt iterum lauare.Et ut breuiter ad cuncta audias Apoſtolũ reſpon/
dentem:Non ſunt,inquit,condignæ paſſiones huius ſeculi ad ſuperuenturam gloriam, quæ
reuelabitur in nobis. Delicatus es frater, ſi & hic uis gaudere cum ſeculo, & poſtea regnare
cum Chriſto. Veniet,ueniet illa dies, qua corruptiuũ hoc & mortale,incorruptionem indu/
at & immortalitatẽ.Tunc beatus ſeruus quem dominus inuenerit uigilantẽ. Tũc ad uocem
tubæ pauebit terra cum populis,& tu gaudebis.Iudicaturo domino, lugubre mũdus immu/
giet:tribus ad tribũ pectora ferient. Potentiſſimi quondam reges, nudo latere palpitabunt.
Exhibebitur cum prole ſua Venus.Tunc ignitus Iupiter adducetur,& cum ſuis ſtultus Plato
diſcipulis. Ariſtotelis argumenta non proderunt.Tunc tu ruſticanus & pauper exultabis,&
ridebis, & dices: Ecce crucifixus meus:ecce iudex, qui obuolutus pannis in præſepio uagiꝭ.

Hic eſt

A Hic est ille operarij & quæstuariæ filius, hic qui matris gestatus sinu, hominem deus fugit in Ægyptum: hic uestitus coccino, hic sentibus coronatus, hic magus dæmonium habens & Samarites. Cerne manus Iudææ, quas fixeras, cerne latus Romane, quod foderas. Videte corpus an idem sit, quod dicebatis clàm nocte sustulisse discipulos. Dilectio tua me compulit, ut hæc tibi frater dicerem, ut his tum interesse contingat, pro quibus nunc labor durus est.

SCHOLIA.

1 QVanto amore.) Hic locus usq; ad illum: Nolo pristinarum, procœmij loco est. Complectitur autem & propositionem & narrationem, admiscens nonnihil & de affectibus. Lachrymis interlitas.) id est, passim deletas: a lino, unde & litura, deletio scripturæ. Pristinarum necessitudinum.) Quidam codices habebant, necessitatum. Vterque sensus quadrat. Si necessitudinum legis, intellige de affectibus amicorum, quos esset relicturus: Si necessitatum, de his accipe uitæ commodis, quibus carent in eremo uersantes: Quanquam & necessitudinem pro necessitate legimus: uerum magis placet, ut de affectibus accipiatur. Affatim.) id est, abunde. Vallum & fossa.) Vocabula sunt militaria. Nam his duabus rebus muniũtur castra: uallo, hoc est, trabibus ac palis congestis, & fossa. Sub pellibus.) Caue dictum putes de cute hominis, ut quidam magni nominis theologus, quem honoris causa non nomino, uerba prophetæ Abacuc: Turbabuntur pelles terræ Madian, interpretatus est de cute Barptolomei excoriati. Pelles appellat tẽtoria, quæ quondam è pellibus conficiebantur. Solent milites rigente bruma in hyberna se recipere, hoc est in oppidum aliquod commodius. Durissimum autem erat & hyemem sub pellibus, non sub tectis agere: quod tamen erat aliquoties militi faciundum. Caput opertum linteo.) Olim linteorum usus & barbaricum quiddam habebatur, & parum uiro dignum, ut abunde testatur Plinius. Assuetum tunicæ.) Tunica delicatior erat uestis, & in ocio ageritium. Sagum militaris, & hoc durior lorica. Exasperat capu-
2 lus.) Capulus hoc loco ea gladij pars est, qua tenetur. Recordare tyrocinij.) Apte commonefacit olim susceptí sacramenti. Siquidem fere fit, ut Christiani, quoniam pueri baptizantur, nõ admodum meminerint, quid in baptismo iurauerint, nisi nouum aliquod uotum accesserit: cum non possit aliud sanctius aut religiosius esse uotum, quam id quod in baptismo susceperunt, quotquot Christiani uocabulo
B gloriantur. At si monachus prolabatur in stuprum, omnes clamant uiolatum esse uotum. Si laicus libidinatur, si pecuniam anteponit Christo, nemo tragœdiam mouet de nõ præstito sanctissimo illo & primo uoto, quo sese astrinxit in baptismo: adeóque nihil illud ad nos pertinere credimus, ut uix quisquam sit qui inquirat quid sit illud, quod in baptismo Christo sit pollicitus, etiam cum execrationibus, perinde quasi iusiurandum illud solennitatis cuiusdam sit, non serium: nec magis ad rem pertineat, quam ius iurandum quod in Academijs publicis ex more faciũt, magnificam illam septem artium professionem suscipientes. Proinde mihi uidentur optime consulturi uitæ Christianæ, qui instituerint, ut adolescentibus solenni ritu renouetur tota professio baptismi: ac uerbis apertis explicetur summa totius Euangelicæ doctrinæ, sed amabili quadam specie, ut auxilium numinis ubique præsens, ut magnitudo præmiorum efficiat, ne deterreantur à difficultate negocij. Tyrocinij tui.) Tyrocinium est id tempus, quo rudis adhuc miles, hoc enim est tyro, ad pugnam exercetur, nondum expertus Martem. Quemad-
3 modum ueterani, qui pluribus in bellis nauarunt operam. In baptismate consepultus.) Alluſit ad locum Paulinum in epistola ad Rhomanos capite sexto. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum. Item ad Colossenses capite secundo. Consepulti ei in baptismo, in quo & surrexistis. Quod autem non simpliciter dixit diuus Hieronymus, baptizatus, sed Christo consepultus in baptismo, pulchre quadrat ad hoc, quod hic agit de sacramento militiæ. Siquidẽ non solum cõmori Christo, uerum etiam consepeliri, hoc ipsum est, quod in baptismo uouemus, abiurantes Satanam cum suo mundo, cumque pompis & nequitijs illius. In sacramenti uerba.) Sacramentum est iusiurandum, aut quoties interpositis sacris obligamur. Vnde & sacramentum militare uocatur, quo qui fuissent soluti, dicebantur exautorati. Dabatur & donatiuum, ueluti pignus & autoramentum. Nec pugnare fas erat, nisi sacramento adactis: nec licebat exautoratis in aciem descendere. Vide quantum religionis adhibebant ethnici in re profana & impia, cum Christiani passim, nulla neque fide, neque religione bello conflictentur. Denique signabantur punctis, dabant nomina, conceptis uerbis, iurabant se ad omnia Ducis imperata præsto futuros, & nec mortem pro republica recusaturos. Porrò forma iurisiurandi, quæ dictabatur, extat apud Vegetium. A ueterum igitur ritu fluxerunt hæ ceremoniæ, quibus Christiani in baptismis utimur: Exigitur subinde nomen baptizandi: dictantur solennia uerba, impri-
4 mitur nota crucis, abiuratur hostis Christi diabolus. Solum pietatis genus.) Haud scio an pro solum, legendum sit solidum. Quanquam & solum probe quadrat, si aduerbium sit, non nomen: ut intelligas pietatis genus esse, crudelem fuisse: sed in hac duntaxat causa, hoc est, cum parentes obstant, quo minus adhæreant Christo. Nisi suo more solum dixit, prò præcipuo, quemadmodum Latini dicunt, unice amat. Et singulare uocant, quod est eximium. Etiam si mihi uidetur & hoc nonnihil ad

ſuum negociũm torquere Hieronymus. Nam id quidem locum habet, ubi parentes ethnici uetant, quo C
minus fias Chriſtianus, non ut delertis parentibus, quibus opus eſt fortaſſis tuo ſubſidio, in eremum aut
in monaſterium temere abdas, cum poſſis apud Chriſtianos parentes, Chriſtianam agere uitam: ſi mo-
do purgaris animum mundanis affectibus. Verum huiuſmodi detortio probatur in exhortando, aut
deterrendo. Sed alij paſſim & ſerio, quicquid de mundo, hoc eſt, de mundana uita dictum eſt, id detor
quent ad communem Chriſtianorum uitam: quod de ſequendo Chriſtum, id trahunt ad monacho-
rum uitam. Olim cum maxima mortalium pars ſacrificaret idolis, Chriſtiani afflicti ab illis, & non fe-
rentes quotidianas in Chriſtum blaſphemias, fugiebant in ſolitudines, & mundum impium ac perni-
cioſum iure uitabant. Nunc cum ubique colatur Chriſtus, quorſum attinet fugere? Si mundum uocas
affectus à Chriſto alienos: puta, faſtum, auariciam, inuidiam, libidinem, hic mundus intra te eſt, à te-
ipſo fugias oportet. Alioquin & in monaſterijs quantumlibet ſemotus, mundum inuenies. Licet par
uulus ex.) Nepotianum intelligit, ut ipſe teſtatur in huius epitaphio, qui fuit Heliodori ex ſorore ne-
pos. Veniet, ueniet.) Nullam allegoriæ partem omiſit. Propoſuit militiæ labores, oſtendit obli- 5
gationem ex ſacramento & donatiuo: oſtendit periculum, niſi fortiter pugnet. Nunc & præmij ma-
gnitudinem explicat. Neque uero neſcio.) Propoſuit quæ attrahant, nunc refellit ea quæ poſſint re-
trahere, quorum primum eſt cognatorum & familiarium affectus. Vidua ſoror.) Hæc erat mater
Nepotiani, cuius alibi meminit. Non ex ſilice natos.) Alluſit ad carmen Maronis: Sed duris te cau-
tibus horrens Caucaſus, Hircanæq; admorunt ubera tigres. Cum quibus adoleuiſti uernaculi.) For-
taſſe uernulæ ſiue uernuli legendum eſt. Nam uernaculus adiectiuum eſt. Sunt autem uernæ ſerui, non
empticij, ſed domi tuæ nati, qui chariores erant, & prope liberorum uice habebantur. Magis autem a-
mamus eos, cum quibus adoleuimus. Cui nos morituros.) Hunc locum, non uno modo confuſum
ac deprauatum, ex peruetuſto quodam exemplari ſic reſtituimus: Morituros expecta pauliſper & ſe-
peli. Forſitan & laxis uberum pellibus, arata rugis fronte, mater antiquum referens Mammę, lallare con
geminet. Alluſit autem ad carmen Perſianum quod eſt in Satyra tertia: Ac cur non potius teneroq; pa-
lumbo. Et ſimilis regum pueris, pappare minutum Poſcis, & iratus Mammæ lallare recuſas?

Pappare puerilis eſt uox, idem ſignificans quod edere. Plautus in Epidico: Quod pappet, dabitur.
Vnde & puerilem cibum papptm uocant. Itidem lallare uox ea uidetur, qua nutrix infantem ad lacten
dum inuitat. Porrò Mammam antiqui matrem uocabant, ut auiam, tatham. Dicuntur autem à Perſio
in iuuenem delicatum, cui matris adhuc opus ſit blanditijs. Referens.) Repræſentans, & in memori- D
am reducens. Congeminet.) Nam hic mos nutricibus congeminare uerba: & hæc ipſa uerba conge 6
minatis ſyllabis ficta ſunt, pappare, lallare. Dicant & ſi uolunt gramma.) Nam ad grammaticos perti
net enarratio poetarum. Eſt enim Maronis hemiſtichium quod ſequitur: In te omnis domus inclinata
recumbit. Quo loco ſcioli quidam ſcripſerant, grandiloqui, pro grammatici. Cui ſepul. ch. c, non
deb.) Reſpexit ad id quod eſt apud Lucam capitulo 9. de eo, qui cum iuſſus ſequi Chriſtum, reſpon-
diſſet: Sine prius ſepeliam patrem meum & matrem, audiuit: Sine, mortui ſepeliant mortuos ſuos.

Aries iſte pietatis.) Aries hoc loco bellicum eſt inſtrumentum, quo ui adacto, mœnia quatiuntur.
Vnde & arietare, pro impellere. Pietas hic accipienda eſt, non pro religione, ſed pro affectu in parentes,
quæ concutit animum euntis ad Chriſtum. Si credunt in Chriſtum.) Dilemma eſt rhetoricum. In-
de me perſequitur luxuria.) Vides aliud eſſe luxuriam, aliud libidinem. Nam mox ſubdit libidinem.
Eſt enim luxuria ſiue luxus, immoderatus rerum uſus. Libido ad fœdas uoluptates pertinet. Com-
pellit libido, &. h. i. m.) Alluſit ad id quod ſcribit Paulus primæ ad Corinthios capite tertio. Neſcitis
quia templum dei eſtis, & ſpiritus dei habitat in uobis? Si quis autem templum dei uiolauerit, diſperdet
illum Deus. Templum enim dei ſanctum eſt, quod eſtis uos. Rurſum capite ſexto. An neſcitis, quoniam
membra ueſtra templum ſunt ſpiritus ſancti, qui in uobis eſt? Cui nomina mille.) Retulit Vergilij
carmen de furia Alecto, ex libro Aeneidos 7. Tibi nomina mille, Mille nocendi artes. Qui mem-
bra Chriſti.) Alluſit ad Pauli uerba, quæ ſunt in epiſtola ad Romanos capite 12. Obſecro itaq; uos fra-
tres per miſericordiam dei, ut exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuentem, ſanctam, deo placentem. Ra
tionabile obſequium ueſtrum. Publicarum libidinum.) Proſtibulas intelligit. Eſt autem libido, uicti-
ma quædam diaboli: ſicut caſtimonia corporis & mentis, uictima Chriſto grata. De telonio.) Telos 7
Græce, uectigal eſt. Telonium ſiue teloneum, locus ubi uectigal colligitur. Telones, is qui colligit.

Charybdis luxuriæ.) Duo ſunt maris pericula celebratiſſima poetis. Charybdis, quæ naues attra-
ctas abſorbet, & Scylla ſaxum, ſpecie uirginea procul intuentibus, in quod illiſæ naues franguntur.
Vtrunque deſcribit Vergilius libro Aeneidos tertio. Homerus Odyſſeæ 12. Meminit & Plinius libro
tertio. Scylleum renidens.) Quidam codices habẽt, Scyllaceum: at ipſe magis probo, Scylleum. Nam
Scyllaceum colonia eſt Athenienſium, quod Vergilius naufragum appellat. Scylleum autem dixit ad-
uerbialiter, id eſt, more Scyllę: & renidens, id eſt, reſplendens. Ita libido blanditur, ut perdat. Et cur id.)
Autoritas erat, quod Chriſtus id non fecerat. Ratio, quod nullus prophetes ſit in precio apud ſuos. Di-
cta uero mirum, quæ portenta uerborum hoc loco ſuppoſuerint quidam impudentiſſimi. Nempe hæc:
Cur id cum autoritate ſumma defendis? Sume reſponſionem. O audaciam illiteratorum, nihil nõ auden
tium. Et in ueteri quidem lege. Sic enim legimus Deuteronomij capite 17. Qui autem ſuperbierit,

nolens

A nolens obedire sacerdotis imperio,qui eo tempore ministrat domino deo tuo &c. Nõ turpilucros.) Expressit Græcam compositionem αἰσχροκερδεῖς. Nam hoc uerbi posuit Paulus,id est,turpiter quæstuosos. Bonum gradum sibi acquirit.) Alluſit ad uerba Pauli, scribentis ad Timotheum epistolæ primæ,cap.3.Qui enim bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent. Non omnes episcopi.) Nam episcopus Græce,inspector est & curator.Ergo qui sibi uiuunt,falsò dicũtur episcopi.Non enim
8 ὑπονοήσῃς. Stephanum suspicis.) Suspicere est admirari: quod uerbũ plerunq; indocti deprauant, uertentes in suscipere.Quanquam nonnulli Græcos imitati, suscipere dicunt,pro approbare,quod illi ἀποδέχεσθαι. Cæterum eodem tempore creati sunt diaconi, Stephanus & Nicolaus, quorum alter primus post Christum martyr esse meruit,alter hæreseos autor extitit.De utroq; legis Actuum apostolicorum cap.6. Neophytorum hæresis.) Quidam codices habent:Nicolaitarum. De quibus fit mentio in decretis,causa.xxiij.Quorum error fuit,ut uxores essent communes. Sed copiosius de his Augustinus in libro de hæresibus ad Quoduultdeum. Fit horum mentio in Apocalypsi cap.2. Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum,quæ & ego odi. Amos ruborum mora.) Locus ad quem alludit,est apud hunc ipsum prophetam capite septimo. Non sum propheta, & non sum filius prophetæ, sed armentarius ego sum,uellicans Sycomoros.At Hieronymus in præfatione,qua totius canonicæ scripturæ complectitur argumenta, scribit ad hunc modum: Amos pastor & rusticus, & ruborum mora destringens,paucis uerbis explicari nõ potest.Rursus idem in hunc prophetæ locum. Porrò quod ait,uellicans Sycomoros, uidetur nobis rubos dicere, qui adferunt mora, & pastorum famem ac penuriam consolantur.Est autem Hebraica uox שִׁקְמִים quam uarie transtulerunt interpretes. Aquila & Symmachus uertit συκομόρους: Theodotio, συκαμίνους. Quidam putant sycaminum arborem esse, quæ in Palæstinæ palustribus nascatur, & agrestes adferat ficus: quæ si non uellicentur, amarissimas caricas faciant, & a culicibus corrumpantur. Proinde non magnopere laborat Hieronymus,sycomoros legamus,an ruborum mora, nisi quod magis probat posteriorem lectionem,quod neget in ea solitudine,in
9 qua morabatur Amos,ullam huiusmodi nasci arborem. Qui scindat uelum.) Intelligit episcopatum auferendũ ab indigno. In altero est allusio ad uelum in morte domini scissum. Nam ea res significabat abrogatum ueteris legis sacerdotium: alter locus est in Apocalypsi. Epilogi celeuma.) Argumentationes appellat scopulos,& loca confragosa, in quibus laboratur a nautis. Nam argumẽta plus habent difficultatis,minus amœnitatis.Epilogus,genus est cõclusionis,quo summatim repetuntur,quæ fusius sunt dicta. Celeuma.) Vox est nautarum inuicem sese adhortantium. Quæ significant alacritatem,
B quum in portum ingrediuntur. Nam κελεύω iubeo est,& κελευστὴς dicitur triremis princeps. De quibus in Apocalypsi.) Describitur hæc mystica ciuitas Apocalypsis cap. 21. Tribus ad tribum.) Tacite alluſit ad locum Esaiæ cap.16. Vlulabit Moab ad Moab,hoc est,populus ad populum,ut ubiq; sit ululatus. Nudo latere palpitabunt.) Nam hic satellitijs stipati cinctiq;, neminem timent;illic destituti suis lateronibus,trepidabunt.Stipator enim aut assecla,dicitur claudere latus.

ARTIS ANNOTATIO

CAeterũ quando diuus Hieronymus in proxima epistola fatetur in hac se rhetorum floscul is lusisse, fortasse non alienum fuerit artis quoque rationem, quam sequutus est, indicare: sed paucis, neque nimis anxie, ne duo pariter incommoda nos sequantur: ut & molesti simus lectori, & salubribus huius uiri præceptis pondus ac fidem detrahamus. Minus enim mouere solẽt animos,quæ non ex animo, sed ex arte scripta putantur. Atque ut primum de argumenti genere nonnihil attingamus, exhortatorium est, sicut ante dictum. Id adeo confine est suasorio, ut Aristoteles non pũtarit ab eo separandum. Tametsi meo iudicio non parum interest. Suademus enim, ut quis uelit: hortamur, ut audeat & possit. Suademus hæsitanti, hortamur cessantem. Suademus, quum ostendimus quid expediat fieri: hortamur, quum addimus animum. Quum enim imperator commissurus cum hoste,militem exhortatur: non hoc agit, ut miles intelligat esse pugnandum, sed addit calcar, ut quod uult,ausit & possit. Quanquam partes ferè conueniunt utriusque generis,nempe honestum, laudabile, tutum possibile, necessarium, facile, iucundum, & si quæ sunt aliæ. Ab his enim omnis argumentatio petitur. Habet hoc peculiare exhortatio, quod ardentior est, & multũ laudis habet admixtum,qua tamen hic non utitur Hieronymus.Duabus enim rebus homines potissimum extimulantur,laudis amore,& ignominiæ metu. Sunt autem huiusmodi libelli nihil aliud quam Christianæ declamationes. Etenim quum uiderent eloquentiam rem esse pulcherrimam, simul & utilissimam: neque decorum existimarent, inter profanos rhetores, in nugacissimis argumentis exerceri: uidelicet an Isthmus debeat intercidi: an Alexander Oceanum ingressus, longius progredi debeat: toram declamandi rationem, sicuti Socrates philosophiam,ad morum institutionem traxerunt: quoq; res magis esset seria, mutato declamationis nomine, libellos, aut epistolas uocauerunt, ut eadem opera geminam utilitatem consequerentur,dum & eloquentiam exercent, quæ citissime arescit,ut ait M. Tullius, & salubribus monitis ad pietatem exhortantur. Quanto studio.) Quoniam in hoc genere non adhibetur exordium,cuiusmodi solet in genere iudiciali:neq; opus est narratione,sicuti testatur et Quintilianus:& tamen oportet uniuscuiusq; rei aliquod esse initiũ,Hieronymus ferè semper propositionẽ,qua summã rei cõplectitur,

cum aliqua narrationis specie coniungit. Cum enim exponit, quēadmodū Heliodorus in eremū abeun
tem se sit prosequutus: utq; ipse frustra illū rogauerit, ut secū maneret, narratio quædā est. Deinde cum
ait, hoc se literis agere, ut relictis urbibus eremum petat, propositio est. Nec in his tamen friget, uerum
ardet ubiq; diuus Hieronymus, uir acris, ut apparet, ingenij, & in utranq; partem uehementis. Laudat
enim ardenter quos amat: insectatur acriter quibus infensus est. Mirum est autem quibus numeris om
nem orationem componit, quibus periodis omnes absoluit sententias. Itaque membris, incisis, compa
ribus structa sunt omnia. Quanto studio & amore contenderim, usq; ad eum locum, uerum tu, gemina
periodus est, sex absoluta membris. Rursum has duas, alia tertia cumulauit, quæ duobus membris, &
quatuor constat incisis. Verum hæc quoniam perpetua sunt, nō est sententia persequi. Tacerem.)
Eleganter miscuit dubitationem cum subiectione. Est autem pariter & dilemma. Subsunt in singulis
partibus singulæ sententiæ, sed ad personam accommodatæ, quas ita possis absolute dicere. Nemo
quod ardenter uult, dissimulare potest. Et non audit, qui non amat: & amor amici absentis deside
rio cruciatur. Inuito, iam propera.) Hæc est propositio, qua summam argumenti exponit. No
lo pristinarum necessitudinum.) Hoc est caput & ueluti limen argumentationis, id agens, quod in al
tera diuisionis iudicialis parte solet. Primum enim amolitur ea, quæ uidebātur illum ab eremo posse
deterrere: Affectus amicorum & parentum: Difficultas peregrinationis longinquæ: Amor & com
moditas diuitiarum. Porrò parteis has enthymematibus complectitur. Affatim dives.) Et hanc
partem clausit epiphonemate, sicuti ferè gaudet claudere omnes, non solum exordia, sed & transitio
nes, & narrationes, & argumentationes, & si quid aliud est, quod periodum atque orbem aliquem
habet. Facit autem hoc epiphonema gratius ἐπανλώσεως accessio, quæ est in uocibus inter se pugnan
tibus, pauper & dives. Sed quid ago?) Apte per correctionem ingressus est primam argumen
tationis partem, nempe de affectibus amicorum. Admiscet & sententiam: Debet amor læsus irasci,
quanquam quicquid usquam loquitur diuus Hieronymus, ferè sententia est. Notat autem hoc Quin
tilianus in declamando, quod quidam statim in initio incandescunt, & ita conuiciantur, quasi dissen
tiat cui conantur suadere. Debet amor læsus irasci.) Transitum quoque fecit sententiam, cuius
rei meminit & Fabius. Adeo in declamando quibusdam placuit sententia, ut eam nusquam non ad
miscerent. Quid facis in paterna domo.) Ardentiorem faciunt orationem hæc schemata, inter
rogatio, repetitio, & commata. Grandiorem etiam ac iucundiorem metaphora, uel potius allego
ria. Siquidem utitur metaphora ferme perpetua. Habet autem hoc fere perpetuum Hieronymus, ut
in initijs locum aliquem tractet, quàm maxime plausibilem & amœnum, quo lectorem uoluptate al
liciat, & inuitet ad cætera libentius legenda. Nullus enim non attentus est ad ea quæ delectant. Id ali
quoties facit per egressionem, quam Ecbasin Græci uocant. Eam multi propositioni statim subijcie
bant, ut testatur & Fabius. Verum hæc ἔκβασις adeo quadrat cum ipsa re, ut pars sit argumenta
tionis, sed pars amœnior. Sumitur autem hæc pars à recto, aut si mauis à necessario. Et rectum est
enim, & non potest non sequi ducem suum, qui semel in illius uerba iurarit. Delicate miles.)
Quo occultior ἐπανπίωσις, hoc est festiuior: nihil enim minus conuenit militi, quàm delicatum esse
& mollicie solutum. De cubiculo ad aciem.) Multum addunt gratiæ, contraria commode inter
se relata, cubiculum, aciem, umbra, solem. Neque parum acrimoniæ, de, repetitum, ac membra
asyndeta. Atque adeo in sequentibus insunt contraria, tunica & lorica, linteum & galea, mollem &
durus. Quanquam in his posterioribus, tacitum etiam est Enthymema. Nec illud omittendum, em
phasim esse nonnullam in coniunctione, &, ad eum modum posita, præterea in pronomine, tu, quod
non addunt ij, qui Latine sciunt, nisi aut discretionis, aut emphasis causa. Quin & mihi, prono
men hoc loco nihil significat, sed festiuitatis causa additum est, uel potius stomachum habet. Postre
mo non est ociosum aduerbium, ecce, quod rem uelut absurdam oculis subijcit. Ac paulo superius,
quum ait, obuia quæque metit, ex unius uerbi metaphora, quantum & iucunditatis simul & ampli
tudinis addidit orationi? Audi edictum.) Perseuerat etiamnum in metaphora militiæ. Nam
imperatorum edicta uocantur. Christus, est dux huius militiæ: Christianus, miles: Tyrocinium, ba
ptismus: Sacramentum militiæ, professio uitæ Christianæ: Donatiuum, gratia baptismo collata:
Hostis, mundus seu diabolus. Annotandum est illud, quàm militaribus etiam uerbis ubique utatur,
quum ad militiam alludit. Ecce aduersarius.) Ostendit duas pugnandi causas: alteram ut defen
dat imperatorem Christum, quem aduersarius conatur occidere: alteram ne donatiuum ueniat in
manus hostium. Nam hoc quoque solet militum animos ad gnauiter pugnandum inflammare. Vn
de Vegetius monet, ut militum peculium seruetur apud uexilla, quo sequantur alacrius.

Licet paruulus ex collo.) Hæc omnia pertinent ad metaphoram militiæ. Solent enim hæc fie
ri, siquando miles ad bellum profecturus, suos relinquit. Licet enim Hieronymus postea scribat se
de Nepotiano uaticinatum fuisse, non tamen hæc narrat serio, perinde quasi gesta, sed per ὑποτύ
πωσιν depingit, quæ soleant in huiusmodi negocio fieri. Quis autem pictor melius poterat rem
oculis exponere, quàm hic, nepotem puerum de collo pendentem, Patrem in limine sparsum, ne
nisi calcato eo exeat filius, matrem solutis capillis, laceratis uestibus, ostentantem ubera, & per nu
tricationis beneficium obtestantem. Subsunt & iucundi affectus, quos Græci uocant ἤθη, Latini

mores

A mores dicunt. Vnde sermo aut carmen in quo hi recte exprimuntur, moratum dicitur. Horatius: Moratæq; recte fabula. Ad uexillum crucis.) Nisi crucis addidisset, allegoria erat. Nam uexilla dicuntur signa militaria. Est autem laudatissimũ metaphoræ genus, quoties propria translaticijs admiscentur, ut indicat & Quintilianus. Solum pietatis genus est.) Subest tacitum argumentum, sumptum à finitione: mutatur enim rei uocabulum, simulq; epiphonema est non sine gratia ἐναντιώσεως, quo partem hanc absoluit. Veniet, ueniet.) Rursum conduplicatione & repetitione feruentiorẽ fecit orationem. Vt superior pars ab honesto, sic hæc ab utili sumitur. Nam huic etiam laudabile subijcit Fabius, & iucundum. Ostendit enim quę gloria, quæ commoda uictorem consequantur. Gloriosum enim redire in patriam cum uictoria: magnificũ procedere in triumpho: egregium sibi suisq;, ius ciuitatis Romanæ consequi. Nam hoc quoq; præmij dabatur olim. Hierosolymam cœlestem.) Hic metaphoram explicuit, quum addit, cœlestem. Coronatus.) Alluſit ad coronas ciuicas, murales, obsidionales. Incedas.) Incedit proprie, qui in pompa procedit. Neq; uero nescio.) Hactenus tractauit locum amœnum metaphoræ, de militia. Nunc serio rem aggreditur, de uincendis parentum & cognatorũ affectibus. Et hic locus ceu sequentis argumentationis uestibulum, allusione & hypotyposi festiuus est. Alluſiones sunt, Hyrcanæ tygrides, & in te omnis, & mammæ lallare. Hypotyposis, quum rem totam non narrat, sed ueluti depictam oculis subijcit. Nec tamen omnino recedit à metaphora militiæ. Siquidẽ ubi demonstrauit sacramentum, ostendit præmiũ, docet quomodo sit pugnandũ. Nunc tibi blandis &.) Hic locus non solum Hypotyposin habet personarũ, quæ rem oculis subijcit, uerumetiam sermonem cuiq; suum mire cum decoro affingit. Sorori ob pudorẽ gestum attribuit, nõ sermonem. Vernas de mutando domino solicitos facit. Nutrix & nutricius, senes per mortem uicinam obtestantur. Mater anus, nutricationis olim exhibitę cõmonefacit. Grammatici aliquid è poeta obijciunt, quem illi aliquando prælegerãt. Faciunt ad affectus πάθη & epitheta. Mouet soror, sed magis uidua: mouet nutrix, sed ualidius anus: mouet mater, sed magis iam decrepita. Facile rumpit.) Et hoc uelut epiphonema subiecit. Nullã enim orationis partẽ nõ absoluit huiusmodi clausulis. At cõtra.) Confutatio est, & obiectio à recto sumpta est. Sed quicunq;.) Attingit qualitatem comparatiuam. Nam hæc quoq; incidunt in suasorijs. Obtemperandũ parentibus, sed magis Christo. Mouent maternæ lachrymæ, sed acrius urget uitę periculum. Facit autem hoc more Tulliano, ut plerunq; colligat per interrogationem, quo res sit ardentior: ne talis sit argumentatio, qualis nostratium philoso
B phorum, quibus nulla glacies potest esse frigidior. Animaduertendũ, ut in comparatione partem alteram extenuarit, alteram exaggerarit. Extenuat cum ait, matris nõ patris, & lachrymis. Quauis enim de re flent mulierculæ, præsertim matres. Rursum cum ait, cogitabo, significans nec cogitãdi spacium esse. Exaggerat cum ait: Gladium tenet hostis, ut me perimat, atrocibus uerbis exasperãs periculum præsens, & rem uelut ob oculos ponens. Subest autem parabola, quæ ad probationem quoq; facit, nedum ad perspicuitatem ac iucunditatem, quam ita possis explicare. Sicut miles in eo periculo negligit maternas lachrymas, ita Christianus non respicit affectus parentum, cum de uita agitur æterna. Propter patrem,) Hoc sumptũ à minori per comparationem. Si licet patrem insepultum relinquere, cum ad Christũ est eundum, multo magis uiuum licet relinquere. Est autem festiua oratio figuris iterati uerbi, quam traductionem quidam uocãt, Christi causa & debeo, debeo. Est autem geminũ enthymema, mira totum acrimonia. Domino passuro.) Rationes confirmat exemplis, quæ nõnunq; & per comparationem tractãtur. Verum id hoc loco commode fieri non poterat. Aries iste.) Vt meminit pugnæ. Et rursum argumẽtationem uelut epiphonemate clausit, non sine gratia figuræ metaphoram cum proprijs miscentis. Mater mea.) Hoc argumentum sumpsit à finitione, admiscuitq; finitioni autoritatem. Si credunt in Christum.) Elegantissimo dilemmate est usus. Aut credunt, aut non credunt: si credunt, fauebunt, non obstabunt: si nõ credunt, nihil illis debeo. Sed in priore dilemmatis parte subest argumentum à cõsequentibus, in secunda à finitione. Sed hoc ais in martyrio.) Rursus obijcit quod cõfutet, neq; sine schemate, cum aduersariũ loquentẽ facit, quemadmodũ & paulò superius. At cõtra scriptura præcipit. Erras frater.) Addidit argumento asseuerationẽ, quę nõnunq; argumenti pondus habet. Ipsum aũt argumẽtum sumpsit à finitione, dum totam Christiani uitam ostendit esse martyrium. Nolo frater charissime.) Finitionem confirmat collatione & autoritate. Non est tantũ in eo seruitus.) Refellit finitionem aduersariorum, & suam confirmat. Neget auariciam.) Mire addidit fiduciam argumento, cum quod refellit, proponit tanquam absurdissimum. Tractauit autem hæc ab euentis siue effectis. Omnis inquit.) Autoritati copulat exempla: quorum postremum tractat per comparationem, ut sit uehemẽtius: Filius hominis &c. Hæreditatẽ expectãs.) Hoc addidit uelut epiphonema huius argumentationis, in quo tamẽ admiscuit probationẽ à repugnãtibus. Interpretare uocabulum.) Negat Fabius à nomine duci idonea argumenta, quanq; ualent in exhortãdo. Veluti, si quis Iulium pontificem exhortãs ad bellum suscipiendum aduersus Gallos, dicat: Iulius es, Iulium agas oportet. Verum hoc loco finitionis speciem tractat, quam etymologiam uocant. Monachus à solitudine dicitur. Monachus igitur non est, qui uiuit in turba. Et hoc ego non integris.) Hunc

locum

locum imitatus est ex oratione Ciceronis pro Murena. Tractat autem locum ab euentu, totumq; C
hunc locum allegorijs ac metaphoris condecorauit. Tranquillitas ista tempestas est.) Rursus argumentationẽ clausit epiphonemate, lepide ex cõtrarijs conflato uocibus. Quid ergo?) Rursum hanc cõfutationem per subiectionem tractat. Sed ubi honor non est.) Inductioni decus & gratiam addidit ex gradatione: sic enim uocant hoc genus exornationis. Etiam si magna huius argumentationis pars, ut ingenue dicam, resipit ętatem, in qua Hieronymus hanc scripsit epistolam.

Clerici oues pascunt.) Contentio est, diuersis rebus inter se comparatis simulq; admixta distributio. Sed quoniam è scopulosis.) Vt ubiq; consulit lectoris fastidio. Refecerat ante probationem: quæ quamuis est utilis ac necessaria, tamẽ minus habet uoluptatis. Nunc peroratione denuo ueluti fatigatum recreat. Sed mihi uidetur hic transitus parum concinnus, ac nimis abruptus. Præcipit enim Quintilianus, ut quoties aliò transeundum est, demus operam, ut extrema pars eorum quæ diximus, cohæreat aliquo modo cum his quæ dicturi sumus. Sed habet Hieronymus & alias transitiones duriusculas. Porrò cum antehac à recto, à laudabili, potissimum autem à tuto sumpserit probationes, in peroratione tractat partem à iucundo, conferens eremi uoluptates cum oppidorum incommodis. Paupertatem times?) Hic uere argumentationum est epilogus. Nam pars quæ præcessit & quæ sequitur, ad affectus pertinet, qui potissimum in peroratione tractari consueuerunt. Tunc ad uocem.) Hic tentat eos affectus, quos uocant pathe. Nempe uehementiores, rem atrocem uerbis atrocibus exaggerans. Cerne manus.) Ad magnos affectus facit & apostrophe, sicut indicat Quintilianus. Ea nunc utitur post exasperatos omnes affectus.

ANTIDOTVS ADVERSVS CALVMNIAM.

Diuum Hieronymum, cum in uiuis esset, nõ caruisse calumnia, uel ipsius literæ declarant, in quibus passim canibus suis, sic enim ille uocat, cogitur respondere. Quin & hodie comperi nonnullos esse, præsertim apud Italos, parum æquos huic tam incomparabili uiro, qui fabulam, nescio quam, planè stultissimam Theodori Gazæ nomine sparsam in uulgus, qui dixerit eum falsò accusatum fuisse quod Ciceronianus esset, mirum quàm amplectuntur, quamq; exosculãtur. Qui mihi uidentur non aliam ob causam infensi Hieronymo, nisi quod huius literæ magis sapiunt Christum, magis spirant sanctimoniam quàm illi uellent, qui Neoptolemi exemplo Christianum esse probant, nimium esse Christianũ non probant. Qua quidem de re suo loco diximus. Ad hæc uideo esse non nullos huiusce modi ingenio, ut cum apicula ad omnem flosculum, ad omnem aduolans fruticem, D
tantum id excerpat, quod ad mellificium sit conducibile: ipsi solum hoc uenentur, si quid sit quod aliquo pacto calumniari possint. Quo malo potissimum laborant isti, qui in spinosis disputationibus, & rixosa quadam theologia consenuerunt. His mos est è toto libro quatuor aut quinque uerba decerpere, atque in eis calumniandis ostendere, quantum ingenio polleant. Non animaduertunt, quibus temporibus, cui, qua occasione, quo animo scripserit ille. Neque conferunt quid præcesserit, quid sequatur, quid alio loco eadem de re scripserit. Tantum urgent ac premunt quatuor illa uerba, ad ea machinas omneis admouent syllogismorum: detorquent, deprauant, aliquoties & non intellecta calumniantur. Proinde mihi usus sum facturus rem non alienam, si scholijs meis Antidotum adiecero, quo lector præmunitus, citra ullam offensam in huius uere diuini uiri lectione uersari possit: non quod in huius scriptis ulla sit ueneni suspicio, cuius lucubrationes omnes sine exceptione comprobarit autoritas ecclesiæ, sed aduersus calumniæ uenenum parauimus antidotum. Igitur in hac epistola quam adolescens luserit magis quàm scripserit, sicut ipse testatur, non oportet ad uiuum exigere, si quid exhortandi causa scripsit uehementius: uelut illud, quod ab omnibus Christianis uidetur exigere paupertatem, quum ait: Animaduerte frater, non licet tibi quicquam habere de rebus tuis. Omnis, inquit dominus, qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Nec enim uidetur hoc exigere ab Heliodoro uelut à monacho, quum id à Rustico monacho nõ exigat. Et quod de quouis senserit Christiano, indicant quæ sequuntur: Quur timido animo Christianus es? Quare sic accipiendum arbitror, in exhortando plus dixisse Hieronymum, & hyperbola usum, ueluti Paulus ad Hebræos scribens, quo deterreret eos, qui Christi professionem suscepissent, ab iterandis peccatis, ait impossibile esse, qui semel fuissent illuminati, relapsos in peccatum, renouari ad pœnitentiam, quum quotidie Christianos relapsos restituat ecclesia. Ita nonnunquam iniquum petimus, ut æquum feramus: præsertim ubi non leges aut decreta proferuntur, sed exhortatio, consolatio, admonitio, pro ratione temporis ac personæ tractatur. Aut certe sic accipiendum: Non licet tibi, ut subaudias conditionem, si uis perfectus esse. Quanquam Euangelicum præceptum non tam de prædijs ac nummis abijciendis loquitur, quàm de affectibus. Ille præclare abiecit opes, qui nec studet accumulandis, nec dolet ablatis, nec gaudet affluentibus, nec ullo in precio habet, quas habet. Postremo, qui iuxta Paulum sic possidet, quasi nõ possideat. Alioqui quid dicemus de tot egregijs episcopis, qui uel cum regibus certare possint opulentia? Quid de cæteris Christianis ditissimis, quorum nemo non gaudet Christi uocari discipulus? Quid enim aliud est esse Christi discipulum, quàm esse Christianum?

Argumen-

A ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Nepotiano, qui fuit Heliodori ex sorore nepos, præscribit uiuendi formam, quam clerici & episcopi sequi debeant, saluberrima quædam præcepta tradens, de spernendis diuitijs, & fugienda familiaritate secularium, & præcipue fœminarum. De doctrina pietatis, de frugalitate cultus, ædificiorum & uictus, de fugienda laude hominum, de fugienda obtrectatione: de fide silentij, de fugiendis muneribus, de dispensandis in pauperes eleemosynis. Est autem genus parenèticum, in quo mire ualet diuus Hieronymus, sicut & in cæteris. Ex hac Epistola multa citantur in decretis pontificum compluribus locis.

HIERONYMVS AD NEPOTIANVM DE VITA clericorum & sacerdotum.

1 PEtis à me Nepotiane charissime litteris transmarinis, & crebro petis: ut tibi breui uolumine digeram præcepta uiuendi, & qua ratione, qui seculi militia dereliCta, uel monachus cœperit esse, uel clericus, rectum Christi tramitem teneat, ne ad diuersa uitiorum diuerticula rapiatur. Dum essem adolescēs, imò penè puer, & primos impetus lasciuientis ætatis, eremi duricia refrenarem, scripsi ad auunculū tuum sanctum Heliodorum exhortatoriam epistolam, plenam lachrymis querimonijsq;, & quæ deserti sodalis monstraret affectum. Sed in illo opere pro ætate tunc lusimus: & calentibus adhuc rhetorum studijs atq; doctrinis, quædam scholastico flore depinximus. Nunc iam cano capite, & arata rugis fronte, & instar boum pendentibus à mento palearibus, Frigidus obsistit circum præcordia sanguis. Vnde & in alio loco idem poeta canit: Omnia fert
2 ætas, animum quoq;. Et post modicum: Nunc oblita mihi tot carmina, uox quoque Mœrin, Iam fugit ipsa. Quod ne de gentili tantum literatura proferre uideamur, diuinorum uoluminum sacramenta cognosce. Dauid annos natus septuaginta, bellicosus quondam uir, senectute frigescente, non poterat calefieri. Quæritur itaque puella de uniuersis
B filiabus Israel Abisac Sunamitis, quæ cum rege dormiret: & senile corpus calefaceret. Non ne tibi uidetur, si occidentem sequaris literam, uel figmētum esse de mimo, uel Atellanarum ludicro? Frigidus senex obuoluitur uestimentis, & nisi complexu adolescentulæ non tepescit. Viuebat adhuc Bethsabee: supererat Abygail, & reliquæ uxores eius, & concubinæ, quas scriptura commemorat. Omnes quasi frigidæ repudiantur, & in unius tantum adolescentulæ grandæuus calescit amplexibus. Abraham multo Dauid senior fuit, & tamen uiuente Sara, aliam non quęsiuit uxorem. Isaac duplices Dauid annos habuit: & cum Rebecca iam uetula nunquam friguit. Taceo de prioribus ante diluuium uiris, qui post annos nongentos, non dico senilibus, sed penè iam cariosis artubus, nequaquam puellares quæsiere amplexus. Certe Moyses dux Israelitici populi, centum & uiginti annos habebat, & Sephoram non mutauit. Quæ est igitur ista Sunamitis, uxor & uirgo: tam feruens, ut frigidum calefaceret: tam sancta, ut calentem ad libidinem non prouocaret? Exponat sapientissimus Salomon patris sui delitias, & pacificus, bellatoris uiri narret amplexus. Posside sapientiam: posside intelligentiam. Ne obliuiscaris, & ne declinaueris à uerbis oris mei. Neq; derelinquas illā, & apprehendet te: ama illā, & seruabit te. Principium sapientiæ, posside sapiētiam: & in omni possessione tua, posside intelligentiam: circunda illam, & exaltabit te: honora illam, & amplexabitur te, ut det capiti tuo coronam gratiarum. Corona quoq; delitiarum protegat te. Omnes penè uirtutes corporis mutantur in senibus, & crescente sola sapientia, decrescunt cæteræ uirtutes, ieiunia, uigiliæ, & eleemosynæ, chameuniæ: huc illucq; discursus, peregrinorum susceptio, defensio pauperum, instantia orationum, perseuerantia, uisitatio languentium, labor manuum, unde præbeantur eleemosynæ. Et, ne sermonē longius protrahā, cuncta quæ per corpus exercentur, fracto corpore minora fiunt. Nec hoc dico, quod in iuuenibus & adhuc solidioris ętatis, his duntaxat qui labore & ardentissimo studio, uitæ quoq; sanctimonia, & orationis ad dominum Iesum frequentia, scientiam consequuti sunt, frigeat sapientia, quæ in plerisq; senibus ætate marcescit, sed quod adolescentia multa corporis bella sustineat, & inter incentiua

Abysag Sunamitis

uitiorum

uitiorum,& carnis titillationes, quasi ignis in lignis uiridibus suffocetur, & suum non possit c
Senes sapientia præclari explicare fulgorem. Senectus uero:rursus eorum, qui adolescentiam suam honestis artibus instruxerunt,& in lege domini meditati sunt die ac nocte:ætate fit doctior,usu tritior,processu temporis sapientior,& ueterum studiorum dulcissimos fructus metit. Vnde & sapiens ille uir Græciæ Themistocles,cum expletis cētum & septem annis, se mori cerneret,dixisse fertur,se dolere, quod tunc egrederetur è uita, quando sapere cœpisset. Plato octogesimo primo anno scribens,mortuus est.Et Isocrates,nonaginta & nouem annos, in docendi scribendiq; labore compleuit. Taceo cæteros philosophos, Pythagoram, Democritum, Xenocratem, 5
Zenonem,Cleanthem:qui iam ætate longæua,in sapientiæ studijs floruerunt, ad poetas uenio,Homerum,Hesiodum,Simonidem,Stesichorum:qui grandes natu,cygneum nescio quid,& solito dulcius,uicina morte,cecinerunt.Sophocles cum propter nimiam senectutem & rei familiaris negligentiam,à filijs accusaretur amentiæ:Oedipi fabulam,quam nuper scripserat,recitauit iudicibus,& tantum sapientiæ in ætate iam fracta specimen dedit, ut seueritatem tribunalium, in theatri fauorem uerteret. Nec mirum, cum etiam Cato Censorius, Romani generis diserti ssimus, iam & senex,Græcas literas discere nec erubuerit,nec desperauerit. Certe Homerus refert, quod de lingua Nestoris, iam uetuli & penè decrepiti, dulcior 4
melle oratio fluxerit.Sed & ipsius nominis Abisac sacramentum, sapientiam senum indicat ampliorem.Interpretatur enim, pater meus superfluus, uel patris mei rugitus. Verbum superflui ambiguum est,sed in præsenti loco uirtutem sonat,quod amplior sit in senibus,& redundans, ac larga sapientia. In alio autem loco superfluus, quasi non necessarius ponitur. Abisac autem,id est, rugitus proprie nuncupatur,cum maris fluctus resonat,& ut ita dicam, de pelago ueniens fremitus auditur.Ex quo ostenditur abundātissimum,& ultra humanam uocem diuini sermonis in senibus tonitruum commorari.Porrò Sunamitis in lingua nostra, coccinea dicitur: ut significet calere sapientiam & diuina lectione feruere,quod licet dominici sanguinis indicet sacramentum, tamen & feruorem ostendit sapientiæ. Vnde & obstetrix illa in Genesi coccinum ligat in manu Phares,qui ab eo quod parietem diuiserat,duos ante populos separantem, diuisoris, id est Phares, sortitus est nomen. Et Rahab meretrix, in typo ecclesiæ resticulam mysterium sanguinis continentem, ut Hiericho pereunte,domus eius saluaretur, appendit. Vnde & in alio loco de uiris sanctis scriptura commemorat. Hi sunt, qui uenerunt de calore domus patris Rechab.Et dominus noster in Euangelio: Ignem,inquit,ueni mittere in terram, & quam uolo ut ardeat. Qui in discipulorum corda succensus, cogebat eos dicere: Nónne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas? Quorsum hæc tam longo repetita principio? Ne à me quæras pueriles declamationes,sententiarum flosculos,uerborum lenocinia,& per fines capitulorum singulorum acuta quædam breuiterq; concluſa,quæ plausus & clamores excitent audientium. Amplexetur me modo sapientia: & Abisac nostra, quæ nunquam senescit, in meo requiescat sinu.Impolluta est, uirginitatisq; perpetuæ,& quæ in similitūdinem Mariæ cum quotidie generet,semperq; parturiat,incorrupta est. Hinc reor dixisse & Apostolum: Spiritu feruentes. Et in Euangelio dominum prædicasse, quod in fine mundi, quando iuxta prophetam Zachariam, stultus pastor esse cœperit,sapientia decrescente,refrigescet charitas multorum.Audi igitur,ut beatus Cyprianus ait,nō diserta,sed fortia.Audi fratrem collegio, patrem senio, qui te ab incunabulis fidei, usq; ad perfectam ducat ætatem, & per singulos gradus uiuendi præcepta constituens,in te cęteros erudiat.Scio quidem ab auunculo tuo beato Heliodoro, qui nunc pontifex Christi est,te & didicisse quæ sancta sunt: & quotidie discere: normamq; uitæ eius,exemplum habere uirtutum.Sed & nostra qualiacūq; sunt susci pe,& libellū hunc, libello illius copulato,ut cum ille te monachum erudierit,hic clericum doceat esse perfectum.

Clerici pauperes Igitur clericus qui Christi seruit ecclesiæ,interpretetur primo uocabulum suum,& nominis definitione prolata, nitatur esse quod dicitur.Si enim cleros Græce, sors Latine appellatur,propterea uocātur clerici, uel quia de sorte sunt domini, uel quia ipse dominus sors,id est

pars

A pars,clericorum eſt,Qui autem uel ipſe pars domini eſt, uel dominum partem habet, talem ſe exhibere debet, ut & ipſe poſſideat dominum, & poſſideatur à domino. Qui dominum poſſidet, & cum propheta dicit: Pars mea dominus, nihil extra dominum habere poteſt. Quod ſi quippiam aliud habuerit præter dominum,pars eius non erit dominus. Verbi gratia:Si aurum,ſi argentum,ſi poſſeſſiones, ſi uariam ſupellectilem,cum iſtis partibus, dominus pars eius fieri non dignabitur. Si autem ego pars domini ſum, & funiculus hæreditatis eius: nec accipio partem inter cæteras tribus, ſed quaſi leuita & ſacerdos uiuo de decimis: & altari ſeruiens,altaris oblatione ſuſtentor: habens uictum & ueſtitum,his cõtentus ero:& nudam crucem,nudus ſequar. Obſecro itaq; te,& repetens iterumq; iterumq; monebo,ne officium clericatus genus antiquæ militiæ putes,id eſt,ne lucra ſeculi in Chriſti quæras militia:ne plus habeas quàm quando clericus eſſe cœpiſti, & dicatur tibi: Cleri eorum non proderunt eis. Nõnulli enim ſunt ditiores monachi,quàm fuerant ſeculares:& clerici,qui poſſideãt opes ſub Chriſto paupere,quas ſub locuplete & fallace diabolo nõ habuerant,ut ſuſpiret eos eccleſia diuites, quos mundus tenuit ante mendicos. Menſulam tuam pauperes & peregri- *Hoſpitalitas*
ni,& cum illis Chriſtus conuiua nouerit. Negociatorem clericũ,& ex inope diuitem:ex ignobili glorioſum, quaſi quandam peſtem fuge. Corrumpunt mores bonos confabulationes peſſimæ. Tu aurũ contemnis,alius diligit,tu calcas opes,ille ſectatur, tibi cordi eſt ſilentium, manſuetudo,ſecretum:illi uerboſitas,attrita frons,cui nundinæ,fora placent & plateæ, ac me
5 dicorum tabernæ. In tanta morum diſcordia, quæ poteſt eſſe concordia? Hoſpitiolum tuum,aut raro,aut nunquam mulierum pedes terant. Omnes puellas & uirgines Chriſti, aut *Fuga mulierũ*
æqualiter ignora, aut æqualiter dilige. Ne ſub eodem tecto manſites:nec in præterita caſtitate confidas. Nec ſanctior Dauid, nec Salomone potes eſſe ſapientior. Memento ſemper, quod paradiſi colonum,de poſſeſſione ſua mulier eiecerit. Ægrotãti tibi quilibet ſanctus frater aſſiſtat,& germana,uel mater,aut probatæ quælibet apud omnes fidei. Quod ſi huiuſce-
B modi non fuerint conſanguinitatis caſtimoniæq; perſonæ,multas anus nutrit eccleſia,quę & officium præbeant, & beneficium accipiant miniſtrando, ut infirmitas quoq; tua fructũ habeat eleemoſynæ. Scio quoſdam conualuiſſe corpore,& animo ægrotare cœpiſſe. Periculoſe tibi miniſtrat,cuius uultum frequẽter attendis. Si propter officium clericatus,aut uidua *Colloquia ſolitaria*
à te uiſitatur,aut uirgo,nunquam domum ſolus introeas. Tales habeto ſocios,quorum contubernio nõ infameris. Si lector, ſi acolytus,ſi pſaltes te ſequitur,non ornentur ueſte,ſed moribus,nec calamiſtro criſpent comas,ſed pudicitiam habitu polliceantur. Solus cum ſola, ſecreto & abſq; arbitro,uel teſte, non ſedeas. Si familiarius eſt aliquid loquendum: habet nutricem maiorem domus,uirginem,uiduam,uel maritatam:nõ eſt tam inhumana, ut nullum præter te habeat,cui ſe audeat credere. Caueto omnes ſuſpitiones, & quicquid probabiliter fingi poteſt,ne fingatur, ante deuita. Crebra munuſcula, & ſudariola, & faſciolas, & ueſtes *Munuſcula ſuſpecta*
ori applicitas, ac deguſtatos cibos, blandaſque & dulces literulas,ſanctus amor non habet. Mel meum,lumen meum, meum deſiderium, omnes delitias,& lepores,& riſu dignas urbanitates,& cæteras ineptias amatorum,in comœdijs erubeſcimus, in ſeculi hominibus deteſtamur: quanto magis in monachis & in clericis,quorum & ſacerdotium propoſito, & propoſitum ornatur ſacerdotio? Nec hoc dico, quod aut in te,aut in ſanctis uiris iſta formidem, ſed quod in omni propoſito, in omni gradu & ſexu, & boni & mali reperiantur, malorúmque condemnatio, laus bonorum ſit. Pudet dicere, ſacerdotes idolorũ,mimi,& aurigæ,& ſcor- *Clerici exhæredantur*
ta, hæreditates capiunt, ſolis clericis & monachis hoc lege prohibetur, & prohibetur non à perſequutoribus,ſed à principibus Chriſtianis. Nec de lege conqueror,ſed doleo:cur meuerimus hanc legem. Cauterium bonum eſt,ſed quo mihi uulnus,ut indigeam cauterio? Proui da ſeueraq; legis cautio,& tamen nec ſic refrenatur auaritia. Per fideicommiſſa legibus illudimus,& quaſi maiora ſint imperatorum ſcita quàm Chriſti,leges timemus, euangelia contemnimus. Sit hæres,ſed mater filiorũ,id eſt,gregis ſui,eccleſia,quæ illos genuit,nutriuit & pauit. Quid nos inſerimus,inter matrem & liberos? Gloria epiſcopi eſt,pauperum opibus pro-

uidere.Ignominia omnium ſacerdotum eſt,proprijs ſtudere diuitijs. Natus in paupere do- c
Delitiæ cleri-corum mo & in tugurio ruſticano, qui uix milio & cibario pane,rugientem ſaturare uentrem pote-
ram,nunc ſimilam & mella faſtidio.Noui & genera & nomina piſcium, in quo littore cõcha 6
lecta ſit calleo:ſaporibus auium diſcerno prouincias,& ciborum me raritas, ac nouiſſime da-
Captatores teſtamentorum mna ipſa delectant. Audio preterea in ſenes,& anus abſq; liberis, quorũdam turpe ſerui-
tium.Ipſi apponunt matulam, obſident lectum, purulentiam ſtomachi, & phlegmata pul-
monis,manu propria ſuſcipiunt. Pauent ad introitum medici, trementibusq; labrijs an com-
modius habeant,ſciſcitantur, & ſi paululum ſenex uegetior fuerit,periclitãtur,ſimulataq; læ
titia,mens intrinſecus auara torquetur. Timent enim,ne perdant miniſterium,& uiuacem ſe-
nem,Mathuſalem annis comparant.O quanta apud deum merces,ſi in præſenti preciũ non
ſperarent.Quantis ſudoribus hæreditas caſſa expetitur? Minori labore margaritum Chri-
Studia & doctrina ſti emi poterat. Diuinas ſcripturas ſæpius lege, imò nunquam de manibus tuis ſacra le-
ctio deponatur.Diſce quod doceas:obtine eum qui ſecũdum doctrinam eſt, fidelem ſermo
nem,ut poſſis exhortari in doctrina ſana, & contradicentes reuincere. Permane in his quæ
didiciſti,& credita ſunt tibi,ſciẽs à quo didiceris:Paratus ſemper ad ſatisfactionem,omni po
ſcenti te rationem,de ea quæ in te eſt ſpe & fide.Non confundant opera tua ſermonẽ tuum:
ne cum in eccleſia loqueris,tacitus quilibet reſpondeat,cur ergo hæc quę dicis,ipſe non facis?
Delicatus magiſter eſt,qui pleno uentre de ieiunijs diſputat. Accuſare auariciam & latro po-
teſt.Sacerdotis Chriſti os,mens,manuſq; cõcordent. Eſto ſubiectus põtifici tuo,& quaſi
Epiſcopus pater non dominus animæ parentem ſuſpice.Amare filiorum,timere ſeruorũ eſt.Si pater ſum,inquit,ubi eſt ho-
nor meus? Si dominus ego ſum:ubi eſt timor meus? Plura tibi in eodem uiro obſeruanda
ſunt nomina:Monachus,pontifex, auunculus tuus, qui te iam in omnibus quæ ſancta ſunt
docuit.Illud etiam dico, quod epiſcopi ſacerdotes ſe eſſe nouerint, non dominos: honorent
clericos quaſi clericos,ut & ipſis à clericis,quaſi epiſcopis honor deferatur.Scitũ illud eſt ora- D
toris Domitij:Cur ego te,inquit,habeam ut principem: cũ tu me non habeas ut ſenatorem? 7
Quod Aaron & filios eius,hoc epiſcopum & presbyteros eſſe nouerimus: Vnus dominus,
unum templum,unum ſit etiam miniſterium. Recordemur ſemper quid Apoſtolus Petrus
præcipiat ſacerdotibus:Paſcite eum qui in uobis eſt gregem domini,prouidentes nõ coacte,
ſed ſpontanee ſecundum deũ,neq; ut turpis lucri gratia,ſed uoluntarie, neq; ut dominantes
in clerum,ſed forma facti gregi ex animo,ut cum apparuerit princeps paſtorum, percipiatis
immarceſſibilem gloriæ coronam. Peſſimæ conſuetudinis eſt in quibuſdam eccleſijs, tacere
presbyteros,& præſentibus epiſcopis non loqui,quaſi aut inuideant, aut non dignentur au-
dire.Et ſi alij, inquit Apoſtolus Paulus, fuerit reuelatum ſedenti:prior taceat. Poteſtis enim
per ſingulos prophetare,ut omnes diſcant, & omnes conſolentur,& ſpiritus prophetarum,
prophetis ſubiectus eſt.Nõ enim diſſenſionis deus,ſed pacis.Gloria patris eſt filius ſapiens.
Conciones epiſcopi Gaudeat Epiſcopus iudicio ſuo cum tales Chriſto elegerit ſacerdotes. Docente te in eccle-
ſia,non clamor populi,ſed gemitus ſuſcitetur.Lachrymæ auditorum,laudes tuæ ſint.Sermo
presbyteri,ſcripturarum lectione conditus ſit. Nolo te declamatorem eſſe & rabulam garru-
lumq; ſine ratione, ſed myſteriorũ peritum, & ſacramentorum dei tui eruditiſſimum. Verba
uoluere, & celeritate dicendi apud imperitum uulgus admirationem ſui facere,indoctorum
hominum eſt.Attrita frons,interpretatur ſæpe quod neſcit,& cum alijs perſuaſerit,ſibi quo-
que uſurpat ſcientiam. Præceptor quondam meus Gregorius Nazianzenus, rogatus à me
ut exponeret,quid ſibi uellet in Luca ſabbatum δευτεροπρωτον, eleganter luſit: docebo te, in-
quiẽs, ſuper hac re in eccleſia:in qua mihi omni populo acclamãte,cogeris inuitus ſcire quod
neſcis.Aut certe ſi ſolus tacueris,ſolus ab omnibus ſtulticiæ condemnaberis. Nihil tam faci-
le,quàm uilem plebeculam & indoctam concionem, linguæ uolubilitate decipere,quæ quic-
quid non intelligit,plus miratur. M.Tullius,in quem pulcherrimum illud elogiũ eſt: Demo-
ſthenes tibi præripuit,ne eſſes primus orator:tu illi,ne ſolus: in oratione pro Quinto Gallo,
quid de fauore uulgi,& de imperitis concionatoribus loquatur: attende,ne his fraudibus lu-

daris

A daris. Loquor enim, quæ ſum ipſe nuper expertus. Vnus quidam poeta nominatus, homo perliteratus, cuius ſunt illa colloquia poetarum ac philoſophorum, cum facit Euripidem & Menandrum inter ſe, & alio loco Socratem atq; Epicurum diſſerentes, quorum ætates non annis, ſed ſeculis ſcimus eſſe diſiunctas, quantos is plauſus & clamores mouet? Multos enim condiſcipulos habet in theatro, qui ſimul literas non didicerant. *Cultus qualis* Veſtes pullas æque deuita, ut candidas. Ornatus ut ſordes pari modo fugiendæ ſunt, quia alterum delitias, alterum gloriam redolet. Non abſq; amictu lineo incedere, ſed precium ueſtium linearum non habere, laudabile eſt. Alioquin ridiculum & plenum dedecoris eſt, referto marſupio, quod ſudarium orariumq; non habeas, gloriari. Sunt qui pauperibus paulum tribuunt, ut amplius accipiant, & ſub prætextu eleemoſynæ quærunt diuitias, quę magis uenatio appellãda eſt, quàm
8 eleemoſynæ genus. Sic beſtiæ, ſic aues, ſic capiuntur & piſces. Modica in hamo eſca ponitur, *Captatores* ut matronarum in eo ſacculi protrahãtur. Sciat epiſcopus, cui commiſſa eſt eccleſia, quem diſpenſationi pauperum curæq; præficiat. Melius eſt non habere quod tribuam, quàm impudenter petere quod recondam. Sed & genus arrogantiæ eſt, clementiorem te uelle uideri, q̃ pontifex Chriſti eſt. Non omnia poſſumus omnes. Alius in eccleſia oculus eſt, alius lingua, alius manus, alius pes, auris, uenter: & cætera. Lege Pauli epiſtolam ad Corinthios, quomo-
a do diuerſa membra unum corpus efficiunt. Nec ruſticus tamen & ſimplex frater ideo ſe ſanctum putet, ſi nihil nouerit: nec peritus & eloquens, lingua æſtimet ſanctitatem. Multoq; melius eſt è duobus imperfectis, ruſticitatem ſanctam habere, quàm eloquentiam peccatricem.

Multi ædificant parietes, & columnas eccleſiæ ſubſtruunt, marmora nitẽt, auro ſplendent *Aurũ in tẽplo* laquearia, gemmis altare diſtinguitur, & miniſtrorum Chriſti nulla electio eſt. Neque uero mihi aliquis opponat, diues in Iudæa templum, menſam, lucernas, thuribula, patellas, ſcyphos, mortariola, & cætera ex auro fabrefacta. Tunc hæc probabantur à domino, quando ſacerdotes hoſtias immolabant, & ſanguis pecudum erat redemptio peccatorũ. Quanquam hæc omnia præceſſerint in figura: Scripta ſunt autem propter nos, in quos fines ſeculorum
B deuenerunt. Nunc uero cum paupertatem domus ſuæ pauper dominus dedicarit, cogitemus crucem eius, & diuitias lutum putabimus. Quid miramur quod Chriſtus uocat iniquũ mammonã? Quid ſuſpicimus & amamus, quod Petrus ſe non habere, glorioſe teſtatur? Alioquin ſi tantum literam ſequimur, & in auro atq; diuitijs ſimplex nos delectat hiſtoria, cum auro obſeruemus & cætera. Ducant pontifices Chriſti, uxores uirgines: Quamuis bonæ mẽtis ſit qui cicatricem habuerit, & deformis eſt, priuetur ſacerdotio, lepra corporis, animæ uitijs præferatur: Creſcamus & multiplicemur, & repleamus terram, nec immolemus agnum, nec myſticum paſcha celebremus, quia hæc abſq; templo, fieri lege prohibentur. Figamus ſeptimo menſe tabernaculum, & ſolenne ieiunium buccina concrepemus. Quod ſi hæc omnia ſpiritualibus ſpiritualia cõparantes, ſciẽtesq; cum Paulo, quod lex ſpiritualis eſt, & Dauid uerba cantantis: Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua: ſic intelligimus, ut dominus quoq; noſter intellexit, & interpretatus eſt ſabbatum, aut aurum repudiemus cum cæteris ſuperſtitionibus Iudæorum: aut, ſi aurum placet, placeant & Iudæi, quos cum auro, aut probare nobis neceſſe eſt, aut damnare. Conuiuia tibi uitanda ſunt ſecularium, & maxime eorum, qui honoribus tument. Turpe eſt ante fores ſacerdotis Chriſti crucifixi & pauperis, & qui cibo quoq; ueſcebatur alieno: lictores conſulum, & milites excubare, iudicẽq; prouinciæ melius apud te prandere, quàm in palatio. Quod ſi obtenderis te facere hæc, ut roges *Fuga magnatum* pro miſeris atq; ſubiectis, iudex ſeculi plus deferet clerico continenti, q̃ diuiti: & magis ſanctitatem tuam uenerabitur, quàm opes. Aut ſi talis eſt, qui non audiat clericos pro quibuslibet tribulatis niſi inter phyalas, libẽter carebo huiuſcemodi beneficio, & Chriſtum rogabo pro iudice, qui magis & citius ſubuenire poteſt, q̃ iudex: Melius enim eſt confidere in domino, q̃ confidere in homine. Melius eſt ſperare in domino, q̃ ſperare in principibus.

Nunquam uinum redoleas, nẽ audias illud philoſophi: Hoc non eſt oſculum porrigere, *Abſtinentia uini* ſed uinum propinare. Vinolentos ſacerdotes & Apoſtolus damnat, & uetus lex prohibet: *Potus*

Qui altario deseruiunt, uinum & siceram non bibant. Sicera hebræo sermone omnis potio c
nuncupatur, quæ inebriare potest, siue illa quæ frumento conficitur, siue pomorum succo,
aut cum faui decoquuntur in dulcem & barbaram potionem, aut palmarum fructus expri-
muntur in liquorem, coctisq; frugibus, aqua pinguior coloratur. Quicquid inebriat, & sta-
tum mentis euertit, fuge similiter ut uinum. Nec hoc dico, quod dei à nobis creatura damne-
tur (Siquidem & domnius uini potator est appellatus: & Timotheo dolenti stomachũ, mo-
dica uini sorbitio relaxata est) sed modum pro ætatis, & ualetudinis & corporum qualitate
exigimus in potando. Quod si absq; uino ardeo adolescẽtia, & inflammor calore sanguinis,
& succulento ualidoq; sum corpore, libenter carebo poculo, in quo suspitio ueneni est. Pul-
chre dicitur apud Græcos, & nescio an apud nos æque resonet: Pinguis uenter, non gignit
Inedia mentem tenuem. Tantum tibi ieiuniorum modum impone, quantum ferre potes. Sint tibi
pura, casta, simplicia, moderata, & non superstitiosa ieiunia. Quid prodest oleo non uesci, &
molestias quasdam difficultatesq; ciborum quærere, carycas, piper, nuces, palmarum fru-
ctus, similam, mel, pistacia? Tota hortorum cultura uexatur, ut cibario non uescamur pane,
& dum delitias sectamur, à regno cœlorum retrahimur. Audio præterea quosdam contra re
rum hominumq; naturam, aquam non bibere, nec uesci pane, sed sorbitiunculas delicatas &
contrita olera, betarumq; succum, non calice sorbere, sed concha. Proh pudor, non erubesci- 9
mus istiusmodi ineptijs, nec tædet superstitionis? Insuper etiam famam abstinentiæ in deli-
Gloria tijs quærimus. Fortissimum ieiunium est, aqua & panis. Sed quia gloriam non habet, & o-
mnes pane & aqua uiuimus, quasi publicum & commune ieiunium non putatur. Caue ne
hominum rumusculos aucuperis: ne offensam dei, populorum laude commutes. Si adhuc, in
quit Apostolus, hominibus placerem, Christi seruus non essem. Desijt placere hominibus,
& seruus factus est Christi. Per bonam famam & malam, à dextris & à sinistris, Christi mi-
les graditur, nec laude extollitur, nec uituperatione frangitur. Non diuitijs tumet, non contra
hitur paupertate, & læta contemnit & tristia. Per diem sol non urit eum, neq; luna per no-
ctem. Nolo te orare in angulis platearum, ne rectum iter precum tuarum, frangat aura po- D
Cultus superstitiosus pularis. Nolo te dilatare fimbrias, & ostentui habere phylacteria, & cõscientia repugnante,
pharisaica ambitione circundari. Quanto melius erat hæc non in corpore, sed in corde gesta
re, & deum habere fautorem, non aspectus hominum? Inde pendet Euangelium, inde lex &
prophetæ, siue sacra & apostolica doctrina. Melius est enim hæc omnia in mente portare, q̃
in corpore: Fidelis mecum lector intelligis quid taceam, & quid magis tacendo loquar. Tot
te regulæ, quot species gloriarum percurrant. Vis scire quales dominus quærat ornatus?
Habeto prudentiam, iusticiam, temperantiam, fortitudinem. His cœli plagis includere, hæc
te quadriga, uelut aurigam Christi, ad metam concita ferat. Nihil hoc monili preciosius,
nihil hac gemmarum uarietate distinctius. Ex omni parte decoraris, cingeris, atque protege-
ris, & ornamento tibi sunt & tutamini, gemmæ uertuntur in scuta. Caue quoq; ne aut lin-
Obtrectatio guam, aut aures habeas prurientes, id est, ne aut ipse alijs detrahas, aut alios audias detra-
hentes. Sedens, inquit, aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ
ponebas scandalum, hæc feci & tacui. Existimasti inique, quod ero tui similis, arguam te &
statuam contra faciem tuam. Parce à detractione linguæ, custodi sermones tuos, & scito quia
per cuncta, quæ de alijs loqueris, tua conscientia iudicaris, & in his ipse deprehenderis, quæ
in alijs arguebas. Neq; uero illa iusta est excusatio, referentibus alijs iniuriam facere nõ pos-
sum. Nemo inuito auditori libẽter refert. Sagitta in lapidem nunquam figitur, interdum re-
siliens percutit dirigentem. Discat detractor, dum te uidet non libenter audire, non facile de-
trahere. Cum detractoribus, ait Salomon, ne miscearis: quoniam repente ueniet perditio eo-
rum, & ruinam utriusq; quis nouit? tam uidelicet eius qui detrahit, quàm illius qui aurem ac-
commodat detrahenti. Officij tui est uisitare languentes: nosse domos matronarum, ac li
Silentium beros earum, & nobilium uirorum custodire secreta. Officij tui est, non solum oculos castos
seruare, sed & linguam. Nunquam de formis mulierum disputes, nec quid agatur in alia, do-

mus

A mus alia per te nouerit. Hippocrates adiurat discipulos suos antequã doceat, & in uerba sua iurare compellit, extorquet sacramento silentium, sermonẽ, incessum, habitum, moresq; prescribit. Quanto magis nos, quibus animarum cura commissa est, omnium Christianorum domos debemus amare, quasi proprias? Consolatores potius nos in mœroribus suis, quàm conuiuas in prosperis nouerint. Facile contemnitur clericus, qui sæpe uocatus ad prandium, ire non recusat. Nunquam petentes: raro accipiamus rogati. Beatius enim est magis dare q̃ accipere. Nescio quo enim modo etiam ipse qui deprecatur ut tribuat: cũ acceperis, uiliorem te iudicat: & mirum in modum si eum rogantem contempseris, plus te posterius ueneratur. Prædicator continentiæ, nuptias ne conciliet. Qui Apostolum legit, superest, ut qui habent uxores, sic sint, quasi nõ habeant: cur uirginem cogit ut nubat? Qui de monogamia sacerdos est, quare uiduam hortatur ut digama sit? Procuratores & dispensatores domorum alienarum atq; uillarum, quomodo possunt esse clerici, qui proprias iubentur contemnere facultates? Amico quippiam rapere, furtum est. Ecclesiam fraudare, sacrilegium est. Accepisse quod pauperibus erogandũ sit, & esurientibus plurimis, uel cautum esse uelle, uel timidũ: aut, quod apertissimi sceleris est, aliquid inde subtrahere, omnium prædonum crudelitatem superat. Ego fame torqueor, & tu iudicas quantum uentri meo satis sit? Aut diuide statim quod acceperis, aut si timidus dispensator es, dimitte largitorem, ut sua ipse distribuat. Nolo sub occasione mea sacculus tuus plenus sit. Nemo me melius, mea seruare potest. Optimus dispensator est, qui sibi nihil reseruat. Coegisti me Nepotiane charissime, lapidato iam uirginitatis libello, quem sanctæ Eustochio Romæ scripseram: post annos decem rursus Bethleem ora re serare, & confodiendum me linguis omnium prodere. Aut enim nihil scribendum fuit, ne hominum iudicium subiremus, quod tu facere prohibuisti: aut scribentes nosse, cunctorum aduersum nos maledicorum tela torquenda. Quos obsecro ut quiescant & desinant maledicere. Non enim ut aduersarijs, sed ut amicis scripsimus. Nec inuecti sumus in eos qui peccant, sed ne peccent monuimus. Neq; in illos tantum, sed & in nosipsos seueri iudices fuimus. Vo-
B lentesq; festucam de oculo alterius tollere, nostram primum trabem eiecimus. Nullum læsi, nullius nomen mea scriptura designatum est. Neminem specialiter meus sermo pulsauit. Generalis de uitijs disputatio est. Qui mihi irasci uoluerit, ipse de se quod talis sit, confitebitur.

Abstinentia à muneribus

A negocijs profanis

Hæc excusatio nunc non accipitur

SCHOLIA.

1 PEtis à me.) Hęc pars quæ principij uice ponitur, propositionem & narrationem complectitur. Dum essem.) Captat locum communem, in quem suo more expatietur antequam aggrediatur argumentationem: idq; à nonnullis factitari solitum testatur & Fabius. Porrò locus est, in senibus potissimum florere sapientiam. Iam tametsi negat se breuiter conclusis, id est, epiphonematis uti ad singula capita, tamen his etiam utitur in hac epistola, quanquam parcius, ut illud: Periculosè tibi ministrat, cuius uultum frequẽter attendis. Rhetorum studijs atq; doctrinis,) Mihi particula hæc, atq; doctrinis, uidetur adiecta. Et pendentibus a. m. p.) Quod Vergilius de boue dixit: Et crurum tenus à mento palearia pendent: hoc refert ad mentum senile. Nam palearia dicuntur, pellis quæ dependet à mento in pectus bouis. Idem accidit in senibus, ut carne consumpta, laxa cutis pendeat. Frigidus obsistit.) Carmen est Maronis in quarto Georgicon: Sin has ne possim naturæ attingere parteis, Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis. Seruius ascribit physicos dicere, stultos & hebetes sanguinis esse frigidioris, prudentes calidioris: & ideo senes ac pueros minus sapere, quod his nondum caleat sanguis, illis ætate iam refrixerit. Plinius libro 12. Animalia fortiora esse, quibus sanguis est crassior: sapientiora, quibus tenuior, proinde pinguissimum esse asinis, homini tenuissimũ. Omnia fert &.) Est & hoc apud Maronem in Ecloga, cui titulus. Mœris, fert posuit, pro aufert. Quãquam ætas accedens adfert commoda, decedens aufert. Animum quoq;.) Serius enim senescit animi uigor, quàm corporis: nempe anno quadragesimooctauo, cũ corporis uigor langueścat post trigesimum
2 sextum annum, autore Aristotele. Oblita.) Passiue dixit. Dauid annos n. s.) Hæc referuntur libro Regum tertio, capite primo. De mimo.) Mimi uocantur uersus scenici, & ipsi qui mimos scribunt, mimi dicuntur. A μιμέομαι Græce, quod est imitor. Nam histrio tantum agit: Mimi quod scribunt, hoc idem agunt. Atellanarum.) Atellana genus est comœdiæ lasciuioris & obscœnioris, sic uocata ab Atella ciuitate Oscorum, ut testatur Liuius libro octauo. Vnde & obscœnum di-

dum uolunt. Viuebat adhuc Bethsabee.) Apparet Dauid quatuor uxores eodem habuisse tem c
pore: Bethsabee, quam abduxerat ab Vria: Michol, quæ tamẽ nupsit alteri: Abygail, uxorẽ Nabal,
& Achinoen, quam accepit à Iesrael. Vide primi lib. Regum, ca. 25. Taceo de prioribus.) De his
multa Gene. cap. 5. Et pacificus bellatoris.) Miro decore coniunxit pugnantia. Chameunię.)
Græce dixit, quod Latine non poterat cõmode dici, χαμαὶ humi, εὐνὴ cubile. Inde χαμεύνια, cũ quis
in nuda humo cubat. Eleemosynæ.) Hanc uocem fraudamus una syllaba. Nam dicendũ est elee-
mosynæ, ἐλεημοσύνη Græce, quod nobis sonat misericordiã. Plato octogesimo.) Autor Tulli. in
Catone maiore. Et Isocrates.) Hunc Lucianus scribit uixisse undecentum annos. M. Tull. in Ca-
tone maiore, refert librum qui inscribitur Panathenaicus ab hoc scriptũ, anno quarto & nonagesi-
mo, ac postea quinquenniũ superuixisse. Pythagorã.) Is nonaginta uixit annos, autore Laertio.
Democritum.) Abderitem intelligit physicũ, qui quatuor supra centũ uixit annos, ut scribit Lu- 3
cianus in Longæuis, à nobis olim uersis. Quanquam Hipparchus apud Diogenem Laertium tri-
buit illi annos nouem supra centum, Xenocratem.) Hic Platonis discipulus, octogintaquatuor
uixit annis. Zenonem.) Hic stoicus, nonagintaocto, Luciano autore. Cleanthem.) Qui, si Lu
ciano credimus, uixit ad annũ centesimũ Homerum.) Et hunc Mæonium senem uocant poetæ.
Hesiodum.) Huius longeuitas etiam prouerbio locum fecit, ἡσιόδου γῆρας, id est, Hesiodia senectus,
de quo uide nostras Chiliadas. Simonidem.) Hic poeta lyricus octogesimo anno, & docuisse se
carmina, & in certamen eorũ descendisse ipse gloriatur, Autor Valerius lib. 8. ca. de studio & indu-
stria. Hunc Lucianus in Macrobijs, tradit ultra nonaginta uixisse annos. Stesichorum.) Hic est,
cui uituperata Helena, oculos ademit, laudata reddidit. Vixit fermè ad annum centesimũ, ut refert
Suidas. Cygneum nescio quid.) Græcis in prouerbio est, κύκνου ᾆσμα, id est, cygnea cãtio, de se-
nili facundia. Nam id poetarum fermè omnium literis celebratum est, cygnũ uicina morte dulcissi-
me canere, cum nemo canentem audierit. Sophocles.) Hic Tragœdiarũ scriptor uixit annos no
nagintaquinq; autore Luciano. Quod autem narrat Hieronymus, refertur à Valerio lib. 7. & à M.
Tullio in Catone maiore. Cato Romani generis.) Hic latinas etiã literas sero didicit, ut testis est
Valerius Max. sed multo serius Græcas. Censorius autem est cognominatus, ob censurã seuerius 4
gestam. De lingua Nestoris.) Hic iuxta Homerum, treis hominum uixit ętates, hoc est, ut quidã
interpretantur, centum & quinquaginta annos: de cuius mellita facũdia extat Homericum illud Elo
gium libro Iliados primo, τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή, id est, cuius & à lingua melle
dulcior fluebat uox. Verbum superflui) Græce quidẽ anceps περισσόν, quod & superuacaneum
significat, & egregiũ atq; exuberans. Vnde Hieronymus de Greca sentit, non de Latina. Hi sunt D
qui ue.) Hoc dictum est de cognatione scribarũ, qui canentes atq; resonantes, in tabernaculis cõmo
rabantur. Hi sunt, inquit, Cinei, qui uenerunt de calore patris domus Rachab. Paralipomenon libri
primi, cap. 2. Et quid uolo nisi ut ardeat?) Ex antiquo exẽplari, simulq; Græcis codicibus, germa
nam restituimus lectionẽ. Et quam uolo, ut ardeat: sicut admonuimus & in annotationibus nostris
in nouum testamẽtum. Et per fines capitulorum.) De epiphonematis sentit, & argutis acclama-
tiunculis, de quibus alias dictum est. Clericorum n. p. e.) Vulgata æditio, quæ hoc loco consentit
cum Hebræis, sic habet. Est enim apud Hieremiam prophetam cap. 12. Seminauerũt triticum, & spi
nas messuerunt: hæreditatem acceperunt, & non eis proderit. Altera, nempe septuaginta, habet:
Seminastis triticum, & messuistis spinas, clerici eorum non proderunt eis. Vnde conijcio legẽdum
cleri, non clerici, id est, hæreditates. Et ita scriptum reperimus in antiquis exemplaribus. Non enim
solum nihil prodest honos episcopalis, uerumetiã officit, nisi accesserit sacra doctrina, cæteræq; uir- 5
tutes episcopo dignæ. Ac medicorum tab.) Sentit pharmacopolia, in quibus uelut & in tonstri-
nis consideturab ociosis & garrulis, qui mos & hodie durat apud Venetos. Calamistro.) Cala-
mistrum acus est magna, qua calefacta crispantur capilli. Si acolytus, si psaltes.) ἀκόλυθος Græce
dicitur, non prohibitus, hoc est, admissus. Atq; ita uocabatur, qui ipse quidẽ non peragebat myste-
ria, sed non excludebatur cum ęteris, quod ignẽ, aut simile quiddam ad sacra necessariũ afferebat
Operæprecium est ridere nouũ Isidori interpretamentũ in decretis dist. 21. Acolyti, inquit, Græce,
Latine dicũtur ceroferarij, & simili inscitia metropolin interpretatur mẽsuram ciuitatũ, cum Greçe
sit μητρόπολις non μεζόπολις. Atq; huius errorẽ sequitur magister sententiarum, cæci cæcus. Quan
quã haud displicet, ut hoc loco legatur ἀκόλουθος, sic enim Græcis dicũtur famuli, qui semper adsunt,
à uerbo ἀκολουθέω, quod est sequi. Psaltes.) Græcum est ψάλτης, Latine cantor A principibus
Christianis.) Annotandum hoc loco, per imperiales leges clericos prohibitos olim fuisse ab adeun
dis hæreditatibus. Postremo quod tota hac epistola diuus Hieronymus uult sacerdotes esse paupe
res opibus, diuites doctrina & pietate, non satis cõuenit cũ publica tempestatis huius persuasione,
qua credunt ecclesiam hisce diuitijs maxime & fulciri, & ornari. Cauterium.) Instrumẽtum quo
uitia insanabilia exuruntur, à καίω quod est uro. Alludit ad id quod dictum est: Bonas leges è malis
moribus esse natas. Fideicommissarius.) Dicitur non uerus hæres, sed cuius arbitrio hæreditas
administratur, de his multa mentio in pandectis. Imperatorum scita.) Scita leges uocat & insti-
tuta. Milio.) Milium leguminis genus est uilissimum. Cibario pane.) Cibarius panis, non 6
omnino

A omnino purgatus a furfure: quem eundem & secundarium appellant. Nam id quod cribro redditur puriſsimum, florem appellant in siligine pollinem in tritico: quod secundo, secundarium: quod postremo, furfurem. Testis Plinius libro decimooctauo. Similam & mella.) Simila idem ferme quod flos, id est candidissima farinæ pars, quæ magis in condimentis adhibebatur, quam in panibus: mel uino addebatur, ut mulsum fieret, quod olim in delicijs erat. In quo litore concha.) De ostreis & echinis sentit. Alludit ad id quod scribit Iuuenalis: Lucrinum ad saxum Rutupinóue ædita fundo

Ostrea callebat primo deprendere morsu, Et semel aspecti dicebat littus Echini. De his uide apud Aulum Gellium libri septimi, cap. 16. Ac damna ipsa.) Quia magno empta. Iuxta illud Iuuenalis, ad quod allusit: Magis illa iuuant quæ pluris emuntur Matula.) Matula siue matella, uas est in quod lotium redditur. Erat autem sordidissimi seruuli munus, matulam porrigere domino. Vnde prouerbialiter dicebatur: Indignus est qui illi matulam porrigat: ut in Chiliadibus explicuimus copiosius. Mathusalem.) Hoc nemo diutius uixit: uixit enim nongentis annis & sexaginta nouem.

Obtine eum qui.) Refert uerba Pauli ad Titum. Permane in h.q.d.) Ita Paulus ad Timotheum.

Paratus semper.) Ita Petrus in prima epistola capite tertio. Si pater sum, inquit, u.e.a.m.) Ita Malachias capite primo: Filius honorat patrem suum, & seruus dominum suum. Si ergo pater ego sum,
7 ubi est honor meus? Et si dominus ego sum, ubi est timor meus? Scitum est illud oratoris Domitij.) Quod Hieronymus Domitio tribuit, Valerius asscribit Lucio Crasso, summæ dignitatis & eloquentiæ uiro: cui quum L. Philippus consul in senatu manum inijci iuberet, reiecto lictore: Non es, inquit, mihi Philippe consul, quia nec ego tibi senator sum: libro sexto, capite de libere dictis. Attrita frons.) Impudens & pertricta, quod prouerbium sapit. Sabbatum διυτρόπωπον.) Id est, secũdo primum. Nam Græcis dictio est composita, ex secundo & primo, quemadmodum Gallogræcus, & μωρόσοφος. Locus est apud Lucam capite sexto. De quo qui uelit plura cognoscere, legat annotationem nostram, qua rem utcunque illic explicauimus ex Theophylacto & Chrysostomo. Nec enim ad hoc argumentum proprie pertinet huius nodi dissolutio. Pro Quinto Gallo.) Hæc oratio non extat. Et locus hic Hieronymi mihi uidetur non omnino uacare mendo. Quantos plausus.) Rei tam absurdæ, tamen uulgus applaudebat. Plinius in epistola quadam: Scito, inquit, eum pessime dicere, qui maxime laudabitur. Id nunquam magis uerum fuit, quàm his temporibus. Vestes pullas.) Pulla nigra dicuntur. Vnde pullati, qui lugent, quod in luctu nigris uterentur. Contra, candida olim principum erãt ac triumphantium. Sordes.) Inter ornatum & sordes, media est mundicies. Non absque
B amictu lineo.) Lineorum usum olim uix uiro dignum habitum, superius indicatum est: & de precio
8 lineorum, multa Plinius. Vt matronarum in eo sacculi protrahantur.) Est & altera lectio: Vt maiores in eo pisciculi protrahantur: sed prior mihi magis arridet, quanquam nec illa prorsus uacare mendo uidetur. Hoc non est osculum porrigere.) Olim osculo salutabant, consul imperatorem, discipulus præceptorem. Quæ frumento conficitur.) Plinius libro decimoquarto, capite ultimo: Est & Occidentis populis sua ebrietas, fruge madida. Hunc potum Galli ceruisiam uocabant, Hispani cheliam, Aegyptij zythum. Cum faui decoquuntur.) Hydromeli significat, quod fit ex aqua & melle tantum. Vide Plinium lib. xiiij. cap. xvij. Hoc utebantur Phryges. Aut palmularum fructus.) Hoc genere Parthi quondam utebantur, & Indi, & Oriens totus, autore Plinio. Siue pomorum succo.) Hoc pomatium uocant. Vergilius: Arcq; acidis imitantur uitea sorbis. Coctisq; frugibus.) Nam fit ex alijs quoq; herbis & leguminibus. De his uide Plinium lib. xiiij. cap. xvi. Et nescio utrũ apud nos.) Græcus senarius sic habet: παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον: id est, pinguis uenter, tenuem non parit mentem. Et si mauis carmen reddi carmine: Subtile pectus uenter obesus non parit. Porrò quod Hieronymus solicitus est de uenustate Græcanici carminis, sciat lector lepórem esse in ambiguitate harum uocum, pinguis et tenuis. Nam pingue ut significat obesum, ita stupidum ac tardum aut hebetem significat. Item tenue significat macilentum & subtile. Nam dicitur tenue corpus. Et Horatius in Satyris, res tenues dixit acutas ac subtiles. Quum igitur dicit, uenter pinguis, obesum significat: quum ait, mentem tenuem, acutam intelligit: & deflexit, alludens tamen interim ad uocem pinguis. Non
9 calice, sed concha.) Vergilius: Vt cõcha bibat, & Sarrano dormiat ostro. Est autem delicioſius concha bibere, quàm calice. Phylacteria.) Dicuntur extremæ uestium oræ, quod eam tueantur ac seruent: uel potius quod in his seruarentur mandata legis, inscripta, ne excíderent animo. Iusserat enim Moses, ut in quatuor angulis palliorum, Hebræi hyacinthinas fimbrias facerent: ut sicut circumcisio in corpore, ita hoc in ueste esset signum Israelitæ. Itaque superstitiosi faciebant grandes fimbrias, & acutissimas in eis spinas ligabant, ut uel sic admonerentur cultus diuini. Quanquam phylacteria quidam putant membranas, in quibus descriptum Moysi decalogum in fronte gestabant. Quem morem & ad sua quoque tempora durasse, scripsit Hieronymus in Matthæum. His cœli plagis, hæc quadriga.) Alludit ad quadrigã Helisæi prophetæ, de qua Reg. iiij. cap. xiij. Hippocrates.) Extat hoc Hippocratis sacramentum in libris medicorum: & uulgatius est, quam ut hic sit referendum. Beatius est dare.) Hæc sententia citatur Actuum cap. xx. in eundem sensum à diuo Paulo. De monogamia.) γάμος Græce coniugiũ uocatur, μόνος solus. Non admittitur aũt ad sacerdotium, cui bis sit ducta uxor, etiam si alteram habuerit ante baptismum: quanquam antiquitus sacerdotes non uocabantur

niſi epiſcopi,& iidem presbyteri,tametſi poſtea presbyteri cœperunt à ſacerdote diſtingui.Et δίγαμοι C
Græcis dicuntur,quibus bis ducta uxor,non bigami.

ANTIDOTVS. In hac epiſtola,in qua nō exhortatur, ſed uiuēdi præſcribit leges,uidetur omnino a clericis,hoc eſt,à presbyteris ac ſacerdotibus & epiſcopis exigere paupertatem, quum ait:Qui dominum poſsidet, & quū propheta dicit: Pars mea dominus, nihil extra dominū habere poteſt. Quod ſi quippiam aliud habuerit præter dominum,pars eius non erit dominus. Verbi gratia: Si aurum,ſi argentum, ſi poſſeſsiones, ſi uariam ſupellectilem,cum iſtis partibus, dominus pars eius fieri non dignatur.Quid ais ſanctiſsime Hieronyme,negas eſſe clericos, negas cum his dominum partem habere uelle,quibus ſunt prædia, quibus aurum in ſcrinijs,quibus argentum in marſupio,quibus ſupellex domi? Etiam ſi iſta obuenerint hæreditate? Quid facies tot Chriſtianis ſacerdotibus,adeo locupletibus,ut his inuideant mundani principes? Quid epiſcopis,qui tot oppida poſsident, ut ne dicā de prædijs? Quid ſummis Pontificibus,qui pro cenſu ac prædijs etiam belligerantur? Atqui hos adeo non improbamus, ut nec te inter bonos uiros poneremus,niſi illorum oraculis comprobatū.Per hos Chriſtiani ſumus omnes: horum arbitratu Chriſto iungimur, aut a Chriſto ſegregamur. Et non ſolum dominum cum his partem habere credimus, uerumetiam ſpiritum Chriſti in illorum ſinu latere perſuaſum habemus. Et adeo non offendunt nos in illis regijs ſumptibus in cœlum ſubſtructa palatia,famulorum examina,ferro armati ſatellites, equitum turmæ,omnia gemmis, auro purpuraq; renidentia, ut hunc rerum ſtrepitum ad eccleſiæ dignitatem pertinere credamus. Verum ego,ſaluo aliorum iudicio,quod Hieronymus hoc loco ſcripſit, inter conſilia ponendum eſſe puto,non inter præcepta. Et ob id in hanc partem fuiſſe uehementiorem, quod illius ætate iam labaſcente uera clericorum pietate, magna pars ad mundanum faſtum,ad diuitiarum cupiditatem eſſet propēſior,quum proprię ſacerdotum diuitiæ ſint cœleſtes, non terrenæ, Nempe ſacra doctrina, animus omnium quæ ſtultum uulgus miratur contemptor,uita inculpata,lucrum,plurimos traxiſſe ad Chriſtum,triumphus martyrium.Queritur autem & alibi diuus Hieronymus,accreſcentibus eccleſiæ opibus,ueras illas opes fuiſſe diminutas. Vnde gliſcenti morbo ſuccurrendum putauit,& in hanc partem conatus eſt trahere,ut nihil poſsiderēt,quo ſaltem in medio conſiſterent,& moderato diuitiarum uſu eſſent contenti.

ALIVD In eadem, probat legem imperatoriā,qua cautum erat olim, ne monachi aut clerici caperent hæreditates,cū ea tamen iniqua uideatur. Rurſum innuit idem ab Euangelio præcipi, quod leges imperatorię iubebant,quum ait:Et quaſi maiora ſint imperatorum ſcita, quàm Chriſti:leges timemus, Euangelia contemnimus. D

ALIVD Quod autem ſequitur: Gloria epiſcopi eſt, pauperum opibus prouidere, ignominia omnium ſacerdotum eſt, proprijs ſtudere diuitijs, non omnino condemnat ſacerdotes qui diuitias habent, ſed qui illis ſtudent. Studemus autem ei rei, quām plurimi facimus, quamq; magno conatu nobis parare cōtendimus. Condemnat & epiſcopos, qui in profanos & impios uſus colligunt opes,quas in pauperum ſuſtentationem oportebat recondi. Poſtremo in hiſce rebus habenda eſt ratio temporum. Permultum enim intereſt inter primam illam ac rudem Chriſti eccleſiam, & hanc noſtri temporis. Tunc omnibus huius mundi commodis deſtituta, ſolis Chriſti pollebat opibus: atque his tanto glorioſius florebat, quo longius ab illis aberat. Deinde paulatim acceſſerunt opes, acceſsit principum iam Chriſtianorum fauor: denique acceſsit cenſus, acceſsit imperium, quæ res an cum Chriſti philoſophia cohæreant, aliorum eſto iudicium. Nos ſcholia ſcribimus, non dogmata. Certe piarum mentium eſt optare, ut his poſteaquam contigerunt, poſteaquam recepta ſunt,ſi non poſſunt abijcere, non ad faſtum ac libidinem, ſed ad publicam eccleſiæ utantur utilitatem, & habeant ueluti non habentes: nec putent ea ad ornandam Chriſti religionem, ſed ad onerandam magis pertinere. Proinde ueteres illi ſancti uiri, quoniam propiores erant apoſtolorum temporibus, & adhuc ſpirabant purum illum, & nullis mundi bonis inquinatum Chriſtum, permulta ſcripſerunt, ab horum temporum forma longe lateq; diſcrepantia, ueluti Hieronymus, Ambroſius, Bernardus, ut omittam Græcos omneis: quæ tamen non conuenit ſtatim in calumniam uocare,ſed potius ad uitæ correctionem trahere: & magis habere ſuſpectos mores noſtros, qui tantopere diſſideant à ſanctiſsimorum uirorum monitis,qui Chriſti & apoſtolorum ſequuti decreta: qui Chriſti afflati ſpiritu, ea prodiderunt, cum quibus an noſtra concinant decreta neſcio,certe non concordat uita.Eamq; uitæ rationem inſtituamus,ut non ſit neceſſe Chriſti doctrinam ad noſtros mores, & ad hominum traditiones detorquere: ſed potius ad uerum illud ac ſyncerum Chriſti archetypum,noſtram uitam omnem, noſtraq; inſtituta accommodemus. Neque uero dubito, quin complures ſint bonæ mentis epiſcopi, atque in primis hic noſter Leo decimus, uir omnibus egregij Pontificis dotibus egregie cumulatus,permulta uideant,quæ uelint mutari: ſed occurſantibus animo tot negocij difficultatibus, uerentur ne parum feliciter tentata remedia, uergant in maius periculum, magis optantes quod optimum ſit, quàm exigentes: & quod ipſi quoque Paulo iam tum accidit, præſcribentes: non quod Chriſto ſit proximum, ſed quod ab his temporibus poſsit obtineri.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Heliodorum monachum & epiſcopum conſolatur ſuper morte Nepotiani monachi & presbyteri, ex ſorore

A ex sorore nepotis. Ac primum post propositum argumentũ, expatiatur in locum iucundum ac plenum affectibus, de morte à Christo deuicta. Deinde consolationem aggrediens, uarijs exemplis ostendit, quatenus Christiano sit in amicorum morte dolendum. Deinde intermissa consolatione, Nepotiani laudes partibus demonstratiui generis explicat. Post regrediens ad intermissam consolationẽ, ostensa miseria & breuitate huius uitæ, tum autem publica calamitate temporum, hortatur ad contemptum uitæ, & ad morum correctionem.

HIERONYMI AD HELIODORVM
epitaphium Nepotiani.

1 GRandes materias, ingenia parua non sustinent, & in ipso conatu ultra uires au-
sa, succumbunt: quantoq; maius fuerit, quod dicendum est, tanto magis obrui-
tur, qui magnitudinem rei uerbis non potest explicare. Nepotianus meus, tuus,
noster, imo Christi: & quia Christi, idcirco plus noster, reliquit senes, desiderij
2 sui iaculo uulneratos, & intolerabili dolore confectos. Quem hæredem putauimus, funus te
nemus. Cui iam meum sudabit ingenium? Cui literulæ placere gestient? Vbi est ille ἰεγο-
3 λώκτης noster, & cygneo canore uox dulcior? Stupet animus, manus tremit, caligant ocu-
li, lingua balbutit. Quicquid dixero, quia ille non audit, mutum uidetur. Stilus ipse quasi dis-
sentiens, & cera subtristior, uel rubigine, uel situ obducitur. Quotienscunq; nitor in uerba pro
rumpere, & super tumulũ eius, epitaphij huius flores spargere, totiens implentur oculi, & re-
nouato dolore, totus in funere sum. Moris quondam fuit, ut super cadauera parentum de
4 functorum in concione pro rostris laudes liberi dicerent, & instar lugubrium carminum ad
fletus, & gemitus audientium pectora concitarent. En rerum in nobis ordo mutatus est, & in
calamitatem nostram perdidit sua iura natura. Quod exhibere senibus iuuenis debuit, hoc
iuueni exhibemus senes. Quid igitur faciam? Iungam tecum lachrymas? Sed Apostolus
prohibet, Christianorum mortuos, dormientes uocans. Et dominus in Euangelio. Non est,
5 inquit, mortua puella, sed dormit. Lazarus quoque quia dormierat, suscitatus est. Læter &
B gaudeam, quia raptus est, ne malicia mentem eius mutaret, quia placuerat deo anima illius?
Sed inuito & repugnanti per genas lachrymæ fluunt, & inter præcepta uirtutum resurre-
6 ctionis q; spem, credulã mentem, desiderij frangit affectus. O mors quę fratres diuidis, &
7 amore sociatos, crudelis ac dura dissocias. Adduxit urentẽ uentũ dominus de deserto ascen-
dentem, qui siccauit uenas tuas, & desolauit fontem tuum. Deuorasti quidem Ionam, sed &
in utero tuo uiuus fuit. Portasti quasi mortuum, ut tempestas mundi conquiesceret: & Nini-
8 ue nostra, illius præconio saluaretur. Ille ille te uicit, ille te iugulauit. Fugitiuus propheta, qui
reliquit domum suam, dimisit hæreditatem suam, dedit dilectam animam suam in manibus
quęrentium eum. Qui per Osee quondam tibi rigidus minabatur: Ero mors tua ò mors: ero
morsus tuus inferne. Illius morte, tu mortua es: illius morte, nos uiuimus. Deuorasti, & deuo-
rata es. Dumq; assumpti corporis solicitaris illecebra, & auidis faucibus prædam putas: inte-
9 riora tua, adunco dẽte cõfossa sunt. Gratias tibi Christe saluator, tua agimus creatura, quod
tam potentem aduersariũ nostrum dum occideris, occidisti. Quid ante miserius homine, qui
æternæ mortis terrore prostratus, uiuendi sensum ad hoc tantũ acceperat, ut periret? Regna
10 uit enim mors ab Adam usq; ad Moysen, etiam super eos, qui nõ peccauerunt, in similitudi-
nem præuaricationis Adæ. Si Abraham Isaac & Iacob in inferno, quis in cœlorũ regno? Si
amici tui sub pœna offendẽtis Adam, & qui non peccauerant, alienis peccatis tenebantur ob
noxij: quid de his credendum est, qui dixerunt in cordibus suis, non est deus? Qui corrupti
& abominabiles facti sunt, in uoluntatibus suis? Qui declinauerũt, simul inutiles facti sunt,
non est qui faciat bonum, non est usque ad unum? Quod si Lazarus uidetur in sinu Abra-
hæ, locoq; refrigerij, quid simile infernus & regna cœlorum? Ante Christum Abrahã apud
inferos, post Christũ latro in paradiso. Et idcirco in resurrectione eius multa dormientiũ cor
pora surrexerũt, uisaq; sunt in cœlesti Hierusalem. Tuncq; impletum est illud elogium: Sur-
11 ge qui dormis, & eleuare, & illuminabit te Christus. Ioannes Baptista in eremo personat:

Pœni-

Pœnitentiam agite,appropinquauit enim regnum cœlorum.A diebus enim Ioannis Bapti- C
ſtæ regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti diripiunt illud. Flammea illa romphea cuſtos
paradiſi,& præſidẽtia foribus cherubim,Chriſti reſtincta & reſerata ſunt ſanguine.Nec mi-
rum hoc nobis in reſurrectione promitti, quum omnes qui in carne,non ſecundum carnem
uiuimus,municipatum habeamus in cœlo,& hic adhuc poſitis dicatur in terra: Regnum dei
intra uos eſt. Adde quod ante reſurrectionem Chriſti, notus tantum in Iudæa erat deus, in 12
Iſrael magnum nomen eius. Et ipſi qui nouerant eum, tamen ad inferos trahebantur. Vbi
tunc totius orbis homines, ab India uſque ad Britanniam, à rigida ſeptentrionis plaga, uſq; 13
ad feruores Atlantici oceani, tam innumerabiles populi & tantarum gentium multitudines.

Quam uariæ linguis habitu, tam ueſtis & armis, piſcium ritu ac locuſtarum,& uelut mu-
ſcæ & culices conterebant (Abſque noticia enim ſui creatoris, omnis homo pecus eſt) nunc
paſsionem Chriſti, & reſurrectionem eius, cunctarum gentium & uoces & literæ ſonant.
Taceo de Hebræis, Græcis, & Latinis, quas nationes ſuæ crucis titulo dominus dedicauit.
Immortalem animam, & poſt diſſolutionem corporis ſubſiſtentem, quod Pythagoras ſo-
mniauit: Democritus non credidit, in conſolationem damnationis ſuæ: Socrates diſputa- 14
uit in carcere, Indus, Perſa, Gotthus, Aegyptius philoſophantur. Beſſorum feritas, & pel- 15
litorum turba populorum, qui mortuorum quondam inferijs homines immolabant, ſtri- 16
dorem ſuum in dulce crucis fregerunt melos,& totius mundi una uox eſt Chriſtus. Quid 17.18
agimus anima? Quo nos uertimus? Quid primum aſſumimus? Quid tacemus? Exciderunt
ne tibi pręcepta rhetorũ? & occupata luctu,oppreſſa lachrymis,prępedita ſingultibus,dicen
di ordinem non tenes? Vbi illud ab infantia ſtudium literarum,& Anaxagoræ, ac Telamo- 19
nis ſemper laudata ſententia? Sciebam me genuiſſe mortalem. Legimus Crantorem,cuius
uolumen ad conſouendum dolorem ſuum,ſequutus eſt Cicero. Platonis,Diogenis, Clito-
machi, Carneadis, Poſidonij ad ſedandos luctus opuſcula percurrimus: qui diuerſis ætati- 20
bus,diuerſorum luctum,uel libris,uel epiſtolis minuere ſunt conati, ut etiam ſi noſtrum are- D
ret ingenium, de illorum poſſet fontibus irrigari. Proponunt innumerabiles uiros,& maxi-
me Periclem & Xenophontem Socraticum, quorum alter amiſſis duobus filijs, coronatus 21
in concione diſſeruit: alter quum ſacrificans filium audiſſet occiſum depoſuiſſe coronam di-
citur,& eandem capiti repoſuiſſe,poſtq; fortiter in acie dimicantem reperit concidiſſe. Quid
memorem Romanos duces,quorum uirtutibus quaſi quibuſdam ſtellis, Latinę micãt hiſto
riæ? Puluillus capitolium dedicans, mortuum ut nunciabatur ſubito filium, ſe iuſsit abſen- 22
te ſepeliri. L. Paulus ſeptem diebus inter duorum exequias filiorum triumphans urbem in- 23.24
greſſus eſt. Prætermitto Maximos,Catones,Gallos, Piſones,Brutos,Scæuolas, Metellos, 25.26
Scauros, Marios,Craſſos, Marcellos, atq; Aufidios, quorum non minor in luctu quàm in
bellis uirtus fuit,& quorum orbitates in conſolationis libro Tullius explicauit,ne uidear po-
tius aliena quàm noſtra quæſiſſe. Quãquam & hæc in ſuggillationem noſtri breuiter dicta
ſint,ſi non præſtet fides quod exhibuit infidelitas Igitur ad noſtra ueniamus. Non plan-
gam cum Iacob & Dauid filios in lege morientes, ſed cum Chriſto in Euangelio recipiam 27
reſurgentes. Iudæorum luctus,Chriſtianorum gaudium eſt. Ad ueſperam demorabitur fle-
tus,& ad matutinum lætitia. Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Vnde & Moyſes 28
moriens plangitur,Ieſus abſq; funere & lachrymis in monte ſepelitur. Quicquid de ſcriptu-
ris ſuper lamentatione dici poteſt, in eo libro quo Paulam Romæ conſolati ſumus, breuiter
explicauimus. Nunc nobis per aliam ſemitam ad eundem locum perueniendum eſt, ne ui-
deamur prætrita & abolita quondam calcare ueſtigia. Scimus quidem Nepotianum no
ſtrum eſſe cum Chriſto, & ſanctorum mixtum choris, quod hic nobiſcum eminus rimaba-
tur in terris, & æſtimatione quærebat, ibi uidentem cominus dicere: Sicut audiuimus, ſic &
uidimus,in ciuitate domini uirtutum,in ciuitate dei noſtri:ſed deſiderium abſentiæ eius ferre
non poſſumus,non illius,ſed noſtrã uicem dolentes. Quanto ille felicior,tanto amplius nos
in dolore,quod tali caremus bono. Flebant & ſorores Lazarũ,quem reſurrecturũ nouerant. 29

Et ut

A Et ut ueros hominis exprimeret affectus,ipſe ſaluator plorauit quẽ reſuſcitaturus erat. Apo
ſtolus quoque eius qui dixit: Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Et alibi:Mihi uiuere Chri
ſtus eſt,& mori lucrum:gratias agit,quod Epaphras de mortis ſibi uicinia redditus ſit,ne ha
beret triſticiam ſuper triſticiam,nõ incredulitatis metu,ſed deſiderio charitatis.Quanto ma/
gis tu & auũculus & epiſcopus,hoc eſt,& in carne & in ſpiritu pater:doles abeſſe uiſcera tua,
& quaſi à te diuulſa ſuſpiras? Sed obſecro,ut modum adhibeas in dolore,memor illius ſen/
tentiæ:Ne quid nimis: Obligatoq; parumper uulnere,audias laudes eius cuius ſemper uir/
tute lætatus es. Nec doleas,quod talem amiſeris,ſed gaudeas, quod talem habueris.Et ſicut
30 hi qui in breui tabella terrarum ſitus pingunt, ita in paruo iſto uolumine cernas adumbrata,
non expreſſa ſigna uirtutum: Suſcipiasq; à nobis non uires, ſed uoluntatem. Præcepta
ſunt rhetorum, ut maiores eius qui laudandus eſt,& eorum geſta altius repetantur, ſicq; ad
ipſum per gradus ſermo perueniat, quo uidelicet, auitis paternisq; uirtutibus illuſtrior fiat,
& aut non degeneraſſe à bonis, aut mediocres ipſe ornaſſe uideatur. Ego carnis bona, quæ
ſemper & ipſe contempſit,in animæ laudibus non requiram: Nec me iactabo de genere, id
31 eſt,de alienis bonis, cum Abraham & Iſaac ſancti uiri, Iſmaelem, & Eſau peccatores genue/
rint.Et è regione, Iepte in catalogo iuſtorũ, Apoſtoli uoce numeratus,de meretrice ſit natus.
Anima,inquit,quæ peccauerit,ipſa morietur.Ergo quæ non peccauerit,ipſa uiuet.Nec uirtu/
tes,nec uitia parentum,liberis imputãtur.Ab eo tempore cenſemur,ex quo in Chriſto rena/
ſcimur. Paulus perſequutor eccleſiæ, & mane lupus rapax Beniamin,ad ueſperam diuidit e/
32 ſcam,Ananiæ oui ſubmittens caput. Igitur & Nepotianus noſter, quaſi infantulus uagiens,
& rudis puer,ſubito nobis,quaſi de Iordane naſcatur.Alius forſitan ſcriberet,quod ob ſalu/
tem illius orientem eremumq; dimiſeris,& me chariſſimum ſodalem tuum, redeundi ſpe la/
ctaueris,ut primum,ſi fieri poſſet, ſororem cum paruulo uiduam:deinde,ſi conſilium illa re/
ſpueret,ſaltem nepotem dulciſſimũ conſeruares. Hic eſt enim ille de quo tibi quondam ua/
B ticinatus ſum,licet paruulus ex collo pendeat nepos. Referret,inquam, alius,quod in palatij
militia,ſub chlamyde & candenti lino,corpus eius cilicio tritum ſit,quod ſtans ante ſeculi po
teſtates,lurida ieiunijs ora portauerit,quod adhuc ſub alterius indumentis,alteri militauerit,
& ad hoc habuerit cingulum, ut uiduis, pupillis, orphanis, oppreſſis, miſerisq; ſubueniret.
33 Mihi non placent dilationes iſtæ imperfectæ ſeruitutis dei: Et Centurionem Cornelium,
ut lego iuſtum,ſtatim audio baptizatum. Veruntamen uelut incunabula quędam naſcentis
fidei comprobemus, ut qui ſub alienis ſignis deuotus miles fuit, donandus laurea ſit, poſt
quàm ſuo regi cœperit militare. Baltheo poſito habituq; mutato, quicquid caſtrenſis pecu/
lij fuit, in pauperes erogauit. Legerat enim: Qui uult perfectus eſſe,uendat omnia quæ ha/
bet,& det pauperibus,& ſequatur me.Et iterum: Non poteſtis duobus dominis ſeruire,deo
& mammonæ. Excepta uili tunica, & operimento pari:quo tecto tantum corpore,frigus ex
cluderet,nihil ſibi amplius reſeruauit.Cultus ipſe,prouinciæ morem ſequens,nec mundicijs,
nec ſordibus notabilis erat. Cũq; arderet quotidie, aut ad Aegypti monaſteria pergere, aut
34 Meſopotamiæ inuiſere choros, uel certe inſularum Dalmatiæ, quæ Altino tantum freto di/
ſtant, ſolitudines occupare,auunculum pontificem deſerere non audebat, tot in illo cernens
exempla uirtutum,domiq; habens unde diſceret. In uno atq; eodem, & imitabatur mona/
chum,& epiſcopum uenerabatur.Non,ut pleriſq; accidere ſolet,aſſiduitas familiaritatem,fa
miliaritas contemptum illius fecerat,ſed ita eum colebat,quaſi parentem: ita admirabatur,
quaſi quotidie nouum cerneret. Quid multa? Fit clericus,& per ſolitos gradus presbyter
ordinatur. Ieſu bone, qui gemitus, qui eiulatus, quæ cibi interdictio, quæ fuga oculorum
omnium.Tum primum & ſolum auunculo iratus eſt.Querebatur ſe ferre non poſſe,& iuue
nilem ætatem incongruam ſacerdotio cauſabatur. Sed quãto magis repugnabat,tanto ma/
gis in ſe ſtudia omnium concitabat,& merebatur negando, quod eſſe nolebat:eoq; dignior
35 erat,quo ſe clamabat indignũ. Vidimus Timotheum noſtri temporis,& canos in ſapientia,
electumq; à Moyſe presbyterum,quem ipſe ſciret eſſe presbyterum. Igitur clericatum non
honorem

honorem intelligens, ſed onus, primam curam habuit, ut humilitate ſuperaret inuidiã. De/ C
inde ut nullam obſcœni in ſe rumoris fabulã daret, ut qui mordebantur ad ætatem eius, ſtu/
perent ad continentiã, ſubuenire pauperibus, uiſitare languentes, prouocare hoſpitio, lenire
blanditijs, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Cæcorũ baculus, eſurientiũ cibus,
ſpes miſerorũ, ſolamen lugentiũ fuit. Ita in ſingulis uirtutibus eminebat, quaſi cæteras nõ ha
beret. Inter presbyteros & coæquales, primus in opere, extremus in ordine. Quicquid boni
fecerat, ad auunculum referebat. Si quid forte aliter euenerat quàm putarat, illum neſcire, ſe
erraſſe dicebat. In publico epiſcopum, domi patrem nouerat: grauitatem morum, hilaritate
frontis temperabat. Gaudium in riſu, non cachinnum intelligeres. Virgines & uiduas Chri/
ſti, honorare ut matres, hortari ut ſorores, cum omni caſtitate. Iam uero poſtquam domum
ſe contulerat, & relicto foris clerico, duritiæ ſe tradiderat monachorũ: creber in orationibus,
uigilans in precando. Lachrymas deo, non hominibus offerebat, ieiunia in aurigæ modum
pro laſſitudine & uiribus corporis attemperabat. Menſæ auunculi intererat, & ſic appoſita
quæq; libabat, ut & ſuperſtitionem fugeret, & continentiam ſeruaret. Sermo eius per omne
conuiuium de ſcripturis aliquid proponere, libenter audire, reſpondere uerecunde, recta ſu/
ſcipere, praua non acriter confutare, diſputantẽ contra ſe magis docere, quàm uincere. Et in/
genuo pudore, qui ornabat ætatẽ, quid cuius eſſet, ſimpliciter cõfiteri. Atq; in hunc modum
eruditionis gloriam declinando, eruditiſſimus habebatur. Illud, aiebat, Tertulliani, iſtud Cy
priani, hoc Lactantij, illud Hilarij eſt. Sic Minutius Felix: ita Victorinus, in hũc modum eſt 36
loquutus Arnobius. Me quoque, quia pro ſodalitate auunculi diligebat, interdum profere/
bat in medium. Lectioneq; aſſidua, & meditatione diuturna: pectus ſuum bibliothecam fe/
cerat Chriſti. Quoties ille tranſmarinis epiſtolis deprecatus eſt, ut aliquid ad ſe ſcriberem?
Quotiens nocturnum de Euangelio petitorem, & interpellatricem duri iudicis mihi uiduam 37
exhibuit? Cumq; ego ſilentio magis quàm literis denegarẽ, & pudore reticentis, pudorem
ſuffunderem poſtulantis: auunculum mihi oppoſuit precatorem, qui & liberius pro alio pe/ D
teret, & pro reuerentia ſacerdotij facilius impetraret. Feci ergo quod uoluit, & breui libello,
amicitias noſtras æternæ memoriæ conſecraui. Quo ſuſcepto Crœſi opes, & Darij diuitias
ſe uiciſſe iactabat. Illum oculis, illum manibus, illum ſinu, illum ore tenebat. Cumq; in ſtratu
frequenter euolueret, ſuper pectus ſoporati, dulcis pagina decidebat. Si uero peregrinorum,
ſi amicorum quiſpiam uenerat, lætabatur noſtro ſuper ſe teſtimonio. Et quicquid minus in
opuſculo erat, diſtinctione moderata, & pronunciationis uarietate penſabat, ut in recitando
illo, ipſe uel placere quotidie, uel diſplicere uideretur. Vnde hic feruor, niſi ex amore dei? Vn
de legis Chriſti indefeſſa meditatio, niſi ex deſiderio eius qui legem dedit? Alij nummũ ad/
dant nummo, & marſupium ſuffocantes, matronarum opes uenentur obſequijs: ſint ditio/ 38
res monachi, quàm fuerant ſeculares: poſſideant opes ſub Chriſto paupere, quas ſub locu/
plete diabolo non habuerant: & ſuſpiret eos eccleſia diuites, quos tenuit mundus ante men/
dicos. Nepotianus noſter aurum calcans, ſchedulas conſectatur. Sed ſicut ſui in carne cõtem
ptor eſt, & paupertate incedit ornatior: ita totum animæ inueſtigat ornatum. Ad compa/
rationem quidem ſuperiorũ modica ſunt, quæ dicturi ſumus, ſed & in paruis idem animus
oſtenditur. Vt enim creatorem non in cœlo tantum miramur, & terra, ſole, oceano, elephan/
tis, camelis, equis, bubus, pardis, urſis, leonibus, ſed & in minutis quoq; animalibus, formica,
culice, muſcis, uermiculis, & iſtiuſmodi genere, quorũ magis ſcimus corpora quàm nomina, 39
eandemq; in cunctis ueneramur ſolertiam: ita mens Chriſto dedita, æque & in maioribus,
& in minoribus intenta eſt, ſciens etiam pro ocioſo uerbo, reddendam eſſe rationem. Erat er
go ſolicitus, ſi niteret altare, ſi parietes abſque fuligine, ſi pauimenta terſa, ſi ianitor creber in
porta, uela ſemper in oſtijs, ſi ſacrarium mundum, ſi uaſa luculenta, & in omnes ceremonias
pia ſolicitudo diſpoſita, non minus non maius negligebat officium. Vbicunque eum quære
res, in eccleſia inuenires. Nobilem uirum Q. Fabium miratur antiquitas, qui etiam Romanæ
ſcriptor hiſtoriæ eſt, ſed magis ex pictura q; ex literis nomen inuenit: & Beſelehel noſtrum.

plenum

A plenum ſapiẽtia & ſpiritu dei, ſcriptura teſtatur. Hyram quoq; filium mulieris Tyriæ, quod
40 alter tabernaculi, alter templi ſupellectilẽ fabricati ſint. Quomodo enim lætæ ſegetes, & ube
res agri, interdum culmis, ariſtiſq; luxuriant: ita præclara ingenia, & mens plena uirtutibus,
in uariarum artium redundat elegantiam. Vnde & apud Græcos philoſophus ille laudatur,
qui omne quo uteretur uſq; ad pallium & anulũ, manu ſua factum gloriatus eſt. Hoc idem
41 poſſumus, & de iſto dicere, qui baſilicas eccleſiæ, & martyrum conciliabula, diuerſis floribus,
& arborum comis, uitiumq; pampinis adumbrarit, ut quicquid placebat in eccleſia, tam di-
ſpoſitione quàm uiſu, presbyteri laborem & ſtudium teſtaretur. Macte uirtute, cuius ta-
lia principia, qualis finis erit? O miſerabilis humana conditio, & ſine Chriſto uanum omne
quod uiuimus. Quid te ſubtrahis? quid tergiuerſaris oratio? Quaſi enim mortem illius dif-
ferre poſsimus, & uitam facere longiorem, ſic timemus ad ultimum peruenire. Omnis caro
fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos fœni. Vbi nunc decora illa facies, ubi totius corporis
42 dignitas, quo ueluti pulchro indumento, pulchritudo animæ ueſtiebatur? Marceſcebat
proh dolor flante auſtro lilium, & purpura uiolæ, in pallorem ſenſim migrabat. Cumq; fe-
bribus æſtuaret, & uenarum fontes hauriret calor, laſſo anhelitu triſtem auunculum cõſola-
batur. Lætus erat uultus, & uniuerſis circa plorantibus, ſolus ipſe ridebat. Proijcere pallium,
manus extendere, uidere quod alij non uidebant, & quaſi in occurſum ſe erigens, ſalutare ue
nientes. Intelligeres illũ non emori, ſed emigrare, & mutare amicos, non relinquere. Voluun-
tur per ora lachrymæ, & obfirmato animo, non queo dolorem diſſimulare quẽ patior. Quis
crederet in tali illum tempore noſtræ neceſſitudinis recordari, & luctante anima, ſtudiorum
ſcire dulcedinem? Apprehenſa auunculi manu, hanc, inquit, tunicam, qua utebar in miniſte-
rio Chriſti, mitte dilectiſsimo mihi, ætate patri, fratri collegio: & quicquid à te nepoti debe-
43 batur affectus, in illum trãsfer, quem mecum pariter diligebas. Atque in talia uerba defecit,
auunculum manu, me recordatione contrectans. Scio, quod nolueris amorem in te ciuium
B ſic probare, & affectum patriæ magis quęſiſſe in proſperis. Sed huiuſcemodi officium in bo
nis iucũdius eſt, in malis gratius. Tota hunc ciuitas, tota planxit Italia. Corpus terra ſuſcepit,
anima Chriſto reddita eſt. Tu nepotem quærebas, Eccleſia ſacerdotem. Præceſsit te ſucceſ-
ſor tuus. Quod tu eras, ille poſt te iudicio omniũ merebatur. Atq; ita ex una domo duplex
põtificatus egreſſa eſt dignitas, dum in altero gratulatio eſt, quod tenuerit: in altero mœror,
quod raptus ſit, ne teneret. Platonis ſententia eſt, omnem ſapientium uitam, meditatio-
44 nem eſſe mortis. Laudant hoc philoſophi, & in cœlum uſq; ferunt. Sed multo fortius Apo-
ſtolus: Quotidie, inquit, morior per gloriam noſtram. Aliud eſt enim conari, aliud agere,
aliud uiuere moriturum, aliud mori uicturum. Ille moriturus eſt ex gloria, iſte moritur ſem-
per ad gloriam. Debemus igitur, & nos animo præmeditari, quod aliquando futuri ſumus,
& quod uelimus nolimus, abeſſe longius non poteſt. Nam ſi nongentos uitæ excederemus
45 annos, ut ante diluuium uiuebat humanum genus, & Mathuſalem nobis tempora donaren
tur: tamen nihil eſſet præterita longitudo, quæ eſſe deſiſſet. Etenim inter eum qui decem ui-
xit annos, & eum qui mille: poſtquam idem uitæ finis aduenerit, & irrecuſabilis mortis ne-
ceſsitas, tranſactum omne tantundem eſt, niſi quod ſenex magis onuſtus peccatorum faſce
46 proficiſcitur. Optima quæque dies miſeris mortalibus æui, Prima fugit, ſubeunt mor
bi, triſtiſq; ſenectus, Et labor, & duræ rapit inclementia mortis. Neuius poeta: Pati, in-
quit, neceſſe eſt multa mortalem mala. Vnde & Niobam, quia multum fleuerit, in lapidem
& diuerſas beſtias commutatam finxit antiquitas. Et Heſiodus natales hominum plangẽs,
47 gaudet in funere, prudenterq; Ennius Plebes, ait, in hoc regi anteſtat loco, licet Lachry-
mare plebi, regi honeſte non licet. Vt regi, ſic epiſcopo, imò minus epiſcopo quàm regi.
Ille enim nolentibus præeſt, hic uolentibus: ille terrore ſubijcit, hic ſeruituti donatur: ille cor-
pora cuſtodit ad mortem, hic animas ſeruat ad uitam. In te oculi omniũ diriguntur, domus
tua, & conuerſatio, quaſi in ſpecula cõſtituta, magiſtra eſt publicæ diſciplinæ. Quicquid fece-
ris, id ſibi omnes faciendum putant. Caue ne committas, quod aut qui reprehẽdere uolunt,

digne laceraſſe uideantur, aut qui imitari,cogantur delinquere. Vince quantum potes, imò c
plus quàm potes,molliciem animi tui,& ubertim fluentes lachrymas reprime,ne grandis pie
tas in nepotem,apud incredulas mentes, deſperatio putetur in deum. Deſiderandus eſt tibi
quaſi abſens,non quaſi mortuus, ut illum expectare, non amiſiſſe uidearis. Verum quid
ago:medens dolori quem iam reor,& tempore & ratione ſedatum, ac non potius replico ti/
bi uicinas regum miſerias, & noſtri temporis calamitates,ut non tam plangendus ſit,qui hac
luce caruerit,quàm gratulandum ei,qui de tantis malis euaſerit? Conſtantius Arianæ fautor
hæreſeos, dum contra inimicum paratur,& concitus fertur ad pugnam:in Mopſi uiculo mo 48
riens,magno dolore hoſti reliquit imperium.Iulianus proditor animæ ſuæ,& Chriſtiani iu/
gulator exercitus, Chriſtum ſenſit in Media, quem primum in Gallia denegarat, dumque 49
Romanos propagare uult fines,perdidit propagatos. Iouinianus guſtatis tantum imperia/
libus bonis,fetore prunarum ſuffocatus interijt:oſtendens omnibus,quid ſit humana poten
tia. Valentinianus uaſtato genitali ſolo, & inultam patriam derelinquens, uomitu ſangui/
nis extinctus eſt. Huius germanus Valens Gotthico bello uictus in Thracia:eundem lo/ 50
cum & mortis habuit,& ſepulchri. Gratianus ab exercitu ſuo proditus, & ab obuijs urbibus
non receptus, ludibrio hoſti fuit, cruentæq; manus ueſtigia,parietes tui Lugdune teſtantur.
Adoleſcens Valentinianus & penè puer,poſt fugam,poſt exilia,poſt recuperatũ multo ſan/ 51
guine imperium,haud procul ab urbe fraternæ mortis conſcia,necatus eſt: & cadauer exani/
me ſuſpendio infamatum. Quid loquar de Procopio,Maximo,Eugenio, qui utiq; dum re/
rum potirentur,terrori gentibus erant? Omnes capti ſteterunt ante ora uictorũ,& (quod po/
tentiſſimis quondã,miſerrimum eſt) prius ignominia ſeruitutis, quàm hoſtili mucrone con/
foſſi ſunt. Dicat aliquis:Regum talis conditio eſt,feriuntq; ſummos fulgura montes.Ad pri/
uatas ueniam dignitates,nec de his loquar qui biennium excedunt,atque,ut cæteros præter/
mittam, ſufficit nobis trium nuper conſularium diuerſos exitus ſcribere. Abundantius egens D
Pityunte exulat. Ruffini caput pilo Conſtantinopolim geſtatum eſt,& abſciſſa manus de/ 52
xtera ad dedecus inſatiabilis auariciæ,oſtiatim ſtipem mendicauit. Timaſius præcipitatus re/
pente de altiſſimo dignitatis gradu,euaſiſſe ſe putat,quod Aſſæ uiuit inglorius. Non calami
tates miſerorum,ſed fragilem humanæ cõditionis narro ſtatum.Horret animus temporum
noſtrorum ruinas perſequi. Viginti & eo amplius anni ſunt,quod inter Conſtantinopolim,
& alpes Iulias,quotidie Romanus ſanguis effunditur. Scythiam, Thraciam, Macedoniam, 53
Dardaniam,Daciam,Theſſalonicam,Achaiam,Epiros,Dalmatiam, cunctasq; Pannonias
Gotthus, Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Vuandali, Marcomanni, uaſtant, trahunt, 54
rapiunt. Quot matronæ, quot uirgines dei, & ingenua nobiliaq; corpora, his beluis fuere
ludibrio? Capti epiſcopi, interfecti presbyteri, & diuerſorum officia clericorum. Subuerſæ
eccleſiæ,ad altaria Chriſti ſtabulati equi, martyrum effoſſæ reliquiæ. Vbique luctus, ubiq;
gemitus, & plurima mortis imago. Romanus orbis ruit, & tamen ceruix noſtra erecta non
flectitur.Quid putas nunc animi habere Corinthios, Athenienſes, Lacedæmonios, Arca/
das, cunctamq; Græciam, quibus imperant barbari? Et certe paucas urbes nominaui, in
quibus olim fuere regna non modica.Immunis ab his malis uidebatur oriens,& tãtum nun/
cijs conſternatus. Ecce tibi anno præterito ex ultimis Caucaſi rupibus immiſſi in nos,nõ iam
Arabiæ,ſed ſeptentrionis lupi,tantas breui prouincias percurrerũt. Quot monaſteria capta?
Quantæ fluuiorum aquæ humano cruore mutatæ ſunt? Obſeſſa Antiochia, & urbes reli/ 55
quæ quas Halis,Cydnus,Orontes, Euphratesq; præterfluunt: Tracti greges captiuorum:
Arabia, Phœnice, Palæſtina, Aegyptus timore captiuæ. Non mihi ſi linguæ centum ſint,
oraq; centum: Ferrea uox: Omnia pœnarum percurrere nomina poſſim.Neq; enim hi/
ſtoriam propoſui ſcribere,ſed noſtras breuiter flere miſerias.Alioquin ad hæc merito expli/
canda,& Thucydides & Saluſtius muti ſint. Felix Nepotianus, qui hæc non uidet,felix qui
hæc non audit.Nos miſeri, qui aut patimur, aut patientes fratres noſtros tanta perſpicimus.
Et tamen uiuere uolumus,eosq; qui his carent,flendos potius quàm beatos putamus.Olim

offenſum

A offensum sentimus, nec placamus, deum. Nostris peccatis barbari fortes sunt. Nostris uitijs Romanus superatur exercitus, & quasi non hæc sufficerent cladibus, plus penè bella ciuilia,
56 quàm hostilis mucro consumpsit. Miseri Israelitæ, ad quorum comparationem Nabuchodonosor seruus dicitur. Infelices nos, qui tãtum displicemus deo, ut per rabiem barbarorum, illius in nos ira desæuiat. Ezechias agit pœnitentiam, & centumoctogintaquinq; milia Assyriorum ab uno angelo, una nocte deleta sunt. Iosaphat laudes domini concinebat, & dominus pro laudante superabat. Moyses contra Amalech, non gladio, sed oratione pugnauit. Si erigi uolumus, prosternamur. Proh pudor, & stolida usq; ad incredulitatem mens. Romanus exercitus, uictor orbis & dominus: ab his uincitur, hos pauet, horum terretur aspectu, qui ingredi non ualent. Qui si terram tetigerint, se mortuos arbitrantur. Et non intelligimus prophetarum uoces: Fugient mille uno persequente? Nec amputamus causas morbi, ut mor
57 bus pariter auferatur: statimq; cernamus sagittas, pilis: tiaras, galeis: caballos, equis cedere.

Excessimus consolandi modum, & dum unius mortem flere prohibemus, totius orbis mortuos planximus. Xerxes ille rex potentissimus, qui subuertit montes, maria constrauit, cum de sublimi loco infinitam hominum multitudinem, & innumerabilem uidisset exercitum: flesse dicitur, quod post centum annos nullus eorum, quos tunc cernebat, superfuturus esset. O si possemus in talem ascendere speculam, de qua uniuersam terram sub nostris pedibus cerneremus. Iam tibi ostenderem totius orbis ruinas, gẽtes gentibus, & regnis regna collisa, alios torqueri, alios necari, alios absorberi fluctibus, alios ad seruitutem trahi: hic nuptias, ibi planctum: illos nasci, istos mori: alios affluere delitijs, alios mendicare: & non Xerxis tantum exercitum, sed totius mũdi homines qui nunc uiuunt, in breui spacio defuturos. Vincitur sermo rei magnitudine, & minus est omne quod dicimus. Redeamus igitur ad nos, &
58 quasi è cœlo descendentes, paulisper nostra uideamus. Sentis ne obsecro te, quando infans, quando puer, quando iuuenis, quando robustæ ætatis, quando senex factus sis? Quotidie
B morimur, quotidie commutamur, & tamen æternos nos esse credimus. Hoc ipsum quod dicto, quod scribitur, quod relego, quod emendo, de uita mea tollitur. Quot puncta notarij, tot meorum damna sunt temporum. Scribimus atq; rescribimus, transeunt maria epistolæ, & scindente sulcum carina, per singulos fluctus ætatis nostræ momenta minuuntur. Solum habemus lucri, quod Christi nobis amore sociamur. Charitas patiens est, benigna est: charitas non zelatur, non agit perperam, non inflatur, omnia sustinet, omnia credit, omnia sperat, omnia patitur. Charitas nunquam excidit. Hæc semper uiuit in pectore, ob hanc Nepotianus noster absens præsens est, & per tanta terrarum spacia diuisos, utraq; complectitur manu. Habemus mutuæ obsidem charitatis. Iungamur spiritu: stringamur affectu, & fortitudinem mentis, quam beatus papa Chromatius ostendit in dormitione germani, nos imitemur in filio. Illum nostra pagella decantet, illum nostræ literæ sonent. Quem corpore non ualemus, recordatione teneamus. Et cũ quo loqui non possumus, de eo loqui nunquam desinamus.

SCHOLIA.

STilus est, cuiusmodi ferme in cæteris epistolis, ardens ac uarius. Compositio, commatis, colis, ac periodis ubiq; rotunda. Schematis præcipue gaudet, contrarijs, & contentionibus. Adnominationes rarius adhibet, sed aptissimas. Sententias ubique captat, sed feliciter: præsertim in clausulis epiphonematis loco. Transitiones crebras habet, propterea quod diuersis ex rebus, diuersisq; autoribus, ueluti centones ac rhapsodias cõcinnat. Nec eas tamen ociosas, aut frigidas esse sinit, sed locis communibus, affectibus, ac sententijs explet. Totus hic est in affectibus illis grauioribus, quos πάθη uocant. Vnde sæpenumero figuris tragœdiarum utitur.

Si genus argumenti requiras, epitaphion est. Differt autem epitaphion autore Seruio, ab Epicedio, quod hoc in funere soleat adhiberi, illud post sepulturam. Vtraque uox Græca est. Nam τάφος sepulchrum est, κῆδος dolor, quibus accedit præpositio ἐπί. Mixtum est hoc genus, ex eo quod appellant ἐπιδεικτικὸν siue ἐγκωμιαστικόν, id est, demonstratiuum, aut laudatorium, & ex eo quod παραμυθητικόν, id est, consolatorium uocant. Nam æquiore animo ferimus mortem nostrorum, si cum laude decesserint. Grandes materias.) Pars est exordialis, reddit enim attentiores, cum statim ostendit rei magni-

tudinem tantam, ut ingenio consequi non possit Sustinent.) Translatum est ab ijs qui onus in hu- C
meros suscipiunt. Alluſit autem ad Horatianum illud in arte poetica: Quærite materiam, uestris qui scribitis aptam Viribus, & uersate diu quid ferre recusent: Quid ualeant humeri. Explicare.) Ex-
plicamus non tantum cum quod sentimus uerbis efferimus, uerumetiam cum rem difficilem expedi-
mus, conficimusq;. Nepotianus.) Hæc est propositio, summam argumenti complectens, nō nuda ta-
men, sed ardens affectibus. Nā totum hoc genus in affectibus est positum. Meus, tuus, noster.) Hęc in-
cisa, uelut a singultiente pronunciantur. Habent autem Emphasim singula. Primū enim per se grauis em-
phasis est in nominibus proprijs, quod genus, si quis dicat: O rem nouam, Tartareto non placet Cice-
ronis oratio. Tum illud apud Quintiliannm libro primo capite de usu argumentorum. Quint. Varius
Succonensis, ait: Aemilium Scaurum rem po. Ro. prodidisse. Aemilius Scaurus negat. Meus autem &
tuus, noster, affectuum pronomina sunt. Imò Christi.) Duplex correctio est. Nam perinde quasi præ
dolore perperam uocasset suum, addit Christi: Idq; rursum corrigit subijciens: Et tanto plus noster. Pro-
pterea quod in illo nihil aliud amarent, quam ipsum Christum: qui quidem amor, demum est Christia-
nus. Reliquit senes.) πάθος est, a circunstantia ætatis. Nam iuuenum mors, miserabilior ac flebilior 2
esse consueuit: propterea, quod immatura, præsertim senibus, quorum omne solatium est in nepotibus.
Iaculo uulneratos.) Addit λέπωσιν metaphora. Genus autem hoc affectus, à definitione uocat Ma-
crobius, Satur. libro quarto, Quem hæredem.) Epiphonema est, quo concluſit exordium. Cui iam
meum.) Excurrit suo more post expositionem, in campum iucundis ac pijs affectibus plenum, exagge-
rans mortis sæuitiam ac tyrānidem, ut magis appareat quantum debeamus Iesu Christo, qui solus eam
sua morte domuit. Habent autem affectum desiderantis & interrogationes figuratæ. Ouidius: Cui co-
lar infelix? Desudabit.) Metaphora a corpore ad animum deflectens uocem. Gestient.) Duplex
est metaphora: ut, Ferrumq; armare ueneno. Nam cupere literulas, translaticium er. t, gestire uero quod
est corporis, bis translaticium est. διώκτης, Id est, sectator. Nam διώκειν sectari, siue persequi signifi-
cat. Ambiguum uerbum, quemadmodum & apud Latinos. Porrò Nepotianus adeo studiosus erat æ-
mulandi Hieronymum, ut moriens etiam illius uerba referret, sicuti mox indicabimus. Quanquam
hoc sanè loco legendum arbitror, ἐργοδιώκτης, hoc est operis exactor, quod is urgeret Hieronymum,
& impelleret ad scribendum. Quodque extorserat, adamabat, & uoce sua commendabat alijs. Am-
brosius notarios ac librarios suo sumptu suppeditabat Origeni, scribenti commentarios in sacras
literas, quotidie ceu pensum ab eo exigens, unde Origenes in quadam epistola uocat eum ἐργοδιώ-
κτην. Ita Hieronymus in Hippolyto. Nam illic ex Sophronio Græco uocem hanc restituimus.
Cygneo.) De Cygni cantu, superius dictum est. Vsus est autem Græca possessiui uoce, quod cy- D
gnus Græca sit dictio κύκνος, unde κύκνειος. Nam Latina sunt, olor, & olorinus. Stupet ani- 3
mus &cæt.) Commata sunt, & ἀσυνδετα. Deinde comparia, quæ schemata mire conueniunt affecti-
bus, Deinde distributionem habent iucundissimam, cum animo tribuit stuporem, manibus tremo-
rem, oculis caliginem, linguæ balbutiem. Solent autem hæc in immodico dolore accidere. Mutum.)
Infans & ineloquens uocat. Suggerit enim facundiam auditor quoque. Stilus ipse.) Audacem & hy
perbolicam metaphoram mitigauit adiungens, quasi. Quanquam hanc quoque Fabius permittit gra-
uioribus affectibus, Rubigine uel situ.) Rubiginē ad stilum, qui ferreus esse cōsueuit, refert: situm ad
ceram. Nam olim in tabulis ceratis scribebant. Epitaphij flores.) Allegoria erat, nisi epitaphij, hoc
est, propriam uocem admiscuisset. Porrò mos erat antiquis coronare defunctorum pyramides, ac se-
pulchris flores, præcipue uiolas, ob colorem ferrugineum, & cupressi frondes inspergere. Vnde Per-
sianum illud: Non nunc è tumulo, non nunc è manibus illis, Nascentur uiolæ. Et Prudentius in
exequiali carmine: Nos tecta fouebimus ossa, Violisque & fronde perenni. Hoc autem loco palam o-
stendit epitaphium esse, non epicedium. At tota hæc ὑποτύπωσις eò spectat: ut exaggeret, quod dixe-
rat desiderij iaculo uulneratos. Moris.) Pathos est à modo rei. Nam præposterum est, ut parentes
supersint liberis, eoq; acerbius. Lugubrium.) Quas Nænias uocant. Vnde Horatius: Absint inani 4
funere Næniæ. Extat in hoc genere oda huius: Quis desiderio sit pudor aut modus? Extant aliquot
Statij epicedia. Extat Daphnis Vergiliana, & apud Theocritum Adonidis epitaphium. En.) Hic
non demonstrantis est, sed affectui seruit. Quod exhibui &c.) Elegans est ἀντιμεταβολὴ, id est,
commutatio. Non edunt, ut uiuant, sed uiuunt. ut edant Quid igitur faciam?) Schemata, subie-
ctio, ac dubitatio, simulq; dilemma. Nam utranq; partem refellit. Siquidem & dolere prohibet fides: &
gaudere non sinit dolor. Dormientes.) Est in prima ad Thessalonicen. epistol. capite quarto. No-
lumus uos ignorare de dormientibus. Item primæ ad Corinthios capitulo decimoquinto. Ergo qui dor
mierunt in Christo, perierunt. Atq; inibi paulo post: Nunc autem resurrexit Christus à mortuis, primi
tiæ dormientium. Non est mortua.) Est apud Matthæum cap. 9. Cum Iesus discussa lugentium ac
tumultuantium turba, principis filiam ad uitam reuocat. Non erat mortua Christo, cui facilius erat ex-
citare mortuam, quàm cuiquam mortalium expergefacere dormientem. Lazarus.) Est apud Ioan- 5
nem capite undecimo. Lazarus amicus noster dormit, sed uado ut à somno excitem eum. Neq; solum
arcanæ literæ dormientes appellant, uita defunctos, propter spem resurrectionis, uerumetiam Home-
rus

A rus ὕπνου καὶ θάνατον, id est, Somnum & mortem, fratres esse fingit, ἐρθὔπνῳ σύμβλωτε ζασιγνήτῳ θανάτοιο. Rursum alibi mortem χάλκειον ὕπνον, id est, ferreum somnum appellat. Atq; iterum, ὕπνῳ καὶ θανάτῳ δεδυμάοσιν, multam uidelicet similitudinem mortis & somni significans. Item alio in loco νήγρετον, ἥδιον θανάτῳ ἄγχισα ἐοικώς. Notum est & illud Diogenis, quem cum Medicus somno pressum excitasset, rogassetq; nunquid sentiret mali, nihil, inquit, Nam frater fratrem occupat, significans somnum eum esse mortis initium. Adducit in hunc sensum & alia nonnulla, Plutarchus in libello consolatorio ad Apollonium. Quin etiam Horatius in odis, mortem perpetuum soporem uocat: Ergo Quintilium perpetuus sopor urget. Et Maro: In æternam clauduntur lumina noctem. Item Ouidius in amoribus: Stulte quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago? Longa quiescendi tempora fata dabunt. Et
6 Catullus: Nox est omnibus una dormienda. O mors quæ &c.) Tempestiua exclamatio post tot locos affectuum. Allusit autem ad uerba Oseæ prophetæ, quæ sunt apud illum capite 13. Consolatio abscondita est ab oculis meis, quia ipse, nimirum infernus, inter fratres diuidet. Ait sese inconsolabiliter dolere, cũ cogitat mortis tyrannidem ac sæuitiam, etiam coniunctissima distrahentẽ. Porrò in naturæ uinculis, nihil fratrũ charitate copulatius. Vnde fratrẽ, quasi fere alterũ dictũ, existimãt grãmatici, & grẽcis ἀδελφὸς, quasi ὁμοδέλφων, ꝙ ex eodẽ prodierit utero. Nã δελφὺς Grẽcis uuluã sonat. Sed fortiora sunt uincula spiritus quã carnis. Rursum nulla coniunctio arctior ꝙ corporis & animi, atq; omnia hęc distrahit mortis inclemẽtia, cui propriũ est disiungere quod bene cõiunctũ erat. Vnde Græcis μόρος dicitur, παρὰ τὸ μείρω, quod est partior ac disseco. Proinde merito inuisa Christo, qui omnia conciliat, quiq; charitas est omnia connectens. Sociatos dissocias.) Et contrarium est, & προσονομασία, id est, adnominatio. Crudelis ac dura.) Hoc addidit ueluti per exclamationem, miscet autem sua uerba prophetæ uerbis. Adducit urentem &cæt.) Verba sunt eiusdem prophetæ ex eodem loco, uaticinantis de Christo quo pacto mortẽ, sua morte superaturus esset. De deserto.) Quia dictũ est per Abacuc prophetam: Deus ab austro ueniet, & sanctus de monte Pharam. Atq; hic est & in deserto, & in meridie situs. Verum secundum allegoriam desertum uocat uterum Mariæ. Vnde citra culturam humani con-
7 iugij natus est flos ille mirabilis. Siccauit uænas.) Vænas & fontem, peccata uocat: quibus sublatis, mors uires amittat oportet. Porrò siccare proprium est uenti urentis. Charitas autem operit multitudinem peccatorum. Deuorasti quidem Ionam.) Notissima est historia apud ipsum prophetam. Mysterium exponit Christus ipse apud Matthæum capite 12. cum pharisæis & scribis signum quærentibus, respondet ad hunc modum: Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei,
B nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus ac tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus ac noctibus. Moxq; facit mentionem Niniuitarum, ad quos missus fuerat Ionas. Deuorasti quidem Ionam.) Accommodat historiam Ionæ ad Christum. Mortuus est Christus, passus est se deuorari. Sed in utero tuo ui.f.) Ad historiam, Ionas uiuebat in utero ceti, multisq; uerbis de uentre ceti clamauit ad dominum. At Christus quo modo uiuus fuit in corde terræ? nisi uel propter proxime instantem resurrectionem, uel propter animam illius depopulantem inferos, uel propter diuinitatem, nec à corpore, nec ab anima separatam. Et Niniuæ nostra.) Mundus totus, quem Niniuen uocat, in maligno positus. At Niniuitæ, audito præconio Ionæ, pœnitentiam
8 egerunt. Mundus, accepto Christi Euangelio, crucem eius sequi cœpit. Fugitiuus propheta.) Ionas fugerat à Tharsis: Christus, relicta patris arce, in hoc exilium uenit. Quæ sequuntur sumpsit ex Hieremiæ capite 12. Reliqui, inquit, domum meam: dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius. Verum an hæc uerba proprie quadrent ad hunc locũ, non opinor exactius excutiendum in allusione. Per Oseę.) Ex eodem loco, quem paulo ante indicauimus: Hoc quod aliquando minatus est, fecit. Hunc locum adducit Paulus in prima epistola ad Corinthios cap. 15. Absorpta est mors in cõtentione. Vbi est mors uictoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum est. Virtus uero peccati, lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis uictoriam per Iesum Christum. Quo quidem loco annotandum est, diuum Hieronymum cum exponit hunc in Oseæ locum, in contentione legere, non in uictoria. Porrò Græce νεῖκος siue νεῖκη per ε psilon & iota, contentionem significat: per iota tantum νῖκος, uictoriam. Aptã habent festiuitatem contraria & adnominationes in his uerbis, mors mors, morsus, & morte mortua, & uiuimus morte, deuorasti deuorata: cum morti insultet, suo, quod aiunt, gladio iugulatæ. Subest & metaphora. Alioqui qui moritur, quod nõ uiuit? Ita dicimus mori famam, & sepultam gloriam. Est & synecdoche, qualis est cum dicimus: Meum decus. &: Virtu-
9 tis pestis est pecunia. Nam rei nomẽ pro autore ponitur. Adunco dente.) Allusit ad æreum hamum: dentem autem, quia dixerat, morsus tuus, & hami quoq; dens dicitur. Videtur autem respexisse ad ea quę sunt Iob cap. 40. In oculis eius quasi hamo capiet eum, & in sudibus perforabit nares eius. An extrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius? Nunquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius? Gratias tibi.) Apostrophæ maxime conueniunt grauioribus affectibus, præsertim si uertatur oratio ad res inanimas, cuiusmodi fuit illa ad mortẽ insultatio. Inest aũt & προσωποποιία, quæ quo audacior est, hoc magis congruit summis affectibus. Exprobrauit morti crudelitatẽ, exprobrauit quod uicta est. Nunc simili Apostropha gratatur Christo, cuius uirtute tam

immanis belua confecta est. Sic Homerus Hectoris uirtutem attollit, ut Achillis laus augeatur. Sic Tur- C
num amplificat Maro, quo crescat Aeneæ uictoris gloria. Quis ante te.) Si quid licet, refragantibus exemplaribus, equidem hoc loco libenter legerim: Quid ante miserius homine? Cur id malim, attentus lector facile diuinabit. Primum, quid ante Christum? Deinde, ad quem pertinet hæc miseria aut felicitas, nisi ad hominum genus? Horum ut nihil obstet, tamen neutrum genus magis conueniebat affectibus. Viuendi sensum &c.) Epiphonema est. Regnauit enim mors.) Ex his uerbis quæ sunt Pau- 10
li ad Romanos capite quinto, Hieronymus uidetur ostendere, mortem regnasse pariter in omnes, & bonos & malos, etiam si diuersa sentit Ambrosius. Nam si de morte intelligas secunda, ea non regnauit in pios Iudæos. Si de corporis morte, ea regnat etiã post Christũ. Sed mors secunda regnauit, nõ in omnes, sed in eos, qui peccauerunt: non in similitudinem Adam, hoc est, per cõtemptum dei, sed uicti affectibus carnis multoq; leuius. Quanq; in omnes eatenus regnauit, ut pios simul atq; impios ad infernos detraheret, nimirum occluso paradiso. Atq; ita sensisse Hieronymũ, declarant ea quæ sequuntur: Si Abraham Isaac & Iacob &c. Non est deus.) Verba sunt psalmi decimitertij. Intelligit impios, & omni genere scelerum inquinatos. Vsq; ad unũ.) Id est, Christum: ita ut hunc unum excludas, perinde quasi dicas, usq; ad mare. Quod si.) Diluit obiectiunculam. Nam responderi poterat, Lazarus mendicus in euangelio uisus est à diuite in sinu Abrahæ, etiam ante Christi mortem. Cõfitetur quidem pios fuisse in loco refrigerij, & a cruciatibus impiorum immunes, sed tamen apud inferos. Multum aũt interesse inter inferos & regna cœlorũ. Illic pij non cruciabantur, at nõ fruebantur summo illo bono. Ante Christum.) Emphasis est in nominibus, Iatronis & Abrahæ, inferorum & paradisi. Constat autem sermo totus ex contrarijs, habetq; speciem epiphonematis. Cœlesti Hierusalem.) Epitheton addidit, explicãs allego- 11
riam paradisi. Elogium.) Elogiũ uocat, propterea quod Paulus ad Ephe. cap. 5. uelut ab alio dictũ adducit. Sic enim habet, propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge &c. Siue quia legerit hoc in apocryphis prophetarum, siue quia more prophetarũ ita loquutus est: Hæc dicit dominus, cũ irruente spiritu sancto, in ea uerba prorumperet, ut sentit diuus Hieronymus hunc enarrans locũ, ubi refert quidẽ, at non probat commentũ cuiusdã, qui putarit hæc esse uerba Christi de cruce ad Adã sub cruce sepultum. Nam is ἀνάβασις, quod apud Græcos ambiguũ est, cõtinget, interpretabatur. Personat.) Apte personat: quippe uox clamantis & prœco Christi. In carne non.) Carnem & corpus Paulus sæpius accipit pro humanis affectibus: perinde quasi dicat, in terris uiuentes, & tamen conuersationẽ habẽtes in cœlis, & quæ sursum sunt quærentes & sapientes, nõ quæ super terrã. Regnũ dei intra uos.) Sic apud Lucam cap. xv. respondet Christus pharisæis, percontantibus, quando uenit regnum dei? Non ueniet, inquit, regnum dei cũ obseruatione: neq; dicent, Ecce hic, ecce illic. Ecce enim regnũ dei intra uos est. Sic & orare D
iubemur: Adueniat regnũ tuũ. Deuictis carnis affectibus, regnat in nobis Christus. Adde quod.) Si 12
regnum dei est, cum agnoscitur & colitur, colebatur & sub lege Mosaica. Colebatur quidem utcunque, sed duntaxat in Iudæa, hoc est, arctissimo orbis angulo. Nam angustiam Iudææ, alio quodam in loco contemnit Hieronymus. Nec his tamen paucis licebat inferos effugere. At post Christum, in omnem terram exiuit sonus Euangelij, quod prædicatum est omni creaturæ. Ergo sub lege Mosaica, pauculi illi qui legem obseruabant, in aduentum Christi seruabantur: sed ita tamen, ut interim apud inferos agerent. Reliquus orbis uniuersus sine lege perire putabatur. In Iudæa.) Vtrunque uocabulum conuenit agnoscentibus deum, & colentibus. Nam Iudæa, confessionem sonat: Israel, uirum uidentem deum: aut ut alij malunt, uirum Deo fortem: quod Iacob luctatus sit cum angelo, uicerit, & obtinuerit quod uolebat. Nosse uidentis est, colere confitentis. Retulit uerba Psalmi septuagesimiquinti. Vbi tunc.) Viuidius est per interrogationẽ, ac subiectam responsionem.

Ab india.) Indi extremi sunt Orientis. Britanni tametsi Septentrionales sunt, tamen ad Occidentem uergunt. Hos Horatius extremos orbis appellat, & ultimos orbis Britannos. Vergilius extra orbis terminos ponit: Et penitus toto diuisos orbe Britannos. Solinus uelut alterum orbem uocat. A rigida 13
septent.) Septentrionalem Scythiam significat, & Riphæis obnoxiam iugis: quæ regio, ut ait Solinus, à cœlo nihil accepit præter hyemem perpetuam. Hac parte Tanaim orbis terminũ faciunt cosmographi. Et Horatius: Extremum Tanaim si biberes Lyce. Attigit igitur quatuor orbis metas, quãquam ratione plagarum nõ anxie seruata: Indiam ab exortu, Britanniã ab occasu. Nam in eam, ut dixi, partem uergit: Hyperboreos à septentrione, mare Atlanticũ à meridie: quod tametsi est occidentale, tamen uergit nonnihil ad orientem solem. Atlantici Oceani.) Extremã Occidentis partem designat. Nam iuxta Gades Oceanus sese in terras infundit, omnes quæ uenientem expauere demergens, ut inquit Plinius. Iuuenalis: Omnibus in terris quæ sunt à Gadibus usq; Auroram & Gangem. Feruores dixit ob æstum ac fragorem: ut Vergilius: Feruetq; fretis spumãtibus æquor. Quam uariæ linguis.) Sic Vergilius libro octauo describens Aeneæ clypeum: Incedunt uictæ longo ordine gentes. Quam uarię linguis, habitu tã uestis & armis, Hic Numidũ genus & discinctos mulciber Afros, Hic Lelegas, Caraſq;, sagittiferosq; Gelonos, Finxerat &c. Dedicauit.) Nã his tribus linguis Pilatus scripserat titulũ Iesu, atq; has quidẽ gẽtes per occupationẽ recẽsuit. Pythagoras somniauit.) Propter μετεμψύχωσιν, id est, animarũ transmigrationẽ. Etenim dũ existimat animã ex alio atq; alio corpore in aliud demigrare, leuiter

ac ueluti

A ac ueluti per somniũ sensisse uidetur,animã corpori supereſſe. Democritus non credit.)Hic philoſo
14 phus fuit Abderites,cuius illud egregium est somniũ de atomis.Is putauit animam simul interire cum corpore.Nam hunc potissimũ sequutus est Epicurus, cuius similis est de animarum interitu sententia. Indicat idem Lactãtius libro tertio,cap.xviij.cum recensens eos,qui felicioris uitæ spe sibi mortem consciſſent,Nam Democritus,inquit,in alia fuit persuasione, sed tamen sponte sua leto caput obuius obtulit ipse.Indicat & M.Tul.Tusc.quæst.lib.i.Quanquam in nonnullis exemplaribus Democritus credidit, inuenio scriptum. In consolationem d.s.) Extat hic dialogus Platonicus, cui titulus, Phædon,in quo Socrates,mox bibiturus uenenũ,cum amicis disputat de animarũ immortalitate. Indus, Persa. Go. Aegyp. phil.) Has gentes ueluti maxime barbaras nominat, & a philosophiæ studijs longissime semotas.Nam extrema est India. Persarum & Aegyptiorum luxus celebratissimus est. Gotthi barbarie nobiles.Gotthos quidam putãt esse,quos nunc uulgo Liuonios & Prusios appellant,aut Sarmatas ipsos,aut Sarmatis finitimos:quæ gens etiam nunc miram barbariẽ spirat.Quanquam de his uariæ sunt doctorũ hominum sententiæ: nec ad hunc locum magnopere pertinet. Annota lector aptissimam partium collationẽ.Philosophorum est,de animæ immortalitate disputare,nõ barbarorum. Sed ex præcipuis philosophis Pythagoras somniauit duntaxat.Democritus non credidit illius somnijs.Socrates ueluti dubitãs disputauit: idq; magis ad solatiũ suæ damnationis, quam ex animo. At post euulgatum Euangeliũ Christi,semotissimæ quoq; ac barbarissimæ nationes de ijs nõ disputant,sed philoso
15 phantur.Nec citra emphasim barbaris & indoctis philosophãdi uerbũ attribuit. Bessorum feritas.) Pergit cõmemorare gentes,non barbaras tantum, sed etiam immanes:quas tamen Euangelij prædicatio mãsuefecerit.Siquidem Bessi sunt in Thracia iuxta Strymonem amnem,ad dextrum accolentes latus,autore Solino. Thracum aũt barbariẽ, notat Euripides in Hecuba,cum Polymnestori dicit Agamemnon: ἐγὼ ἐκβαλὼν δὲ Θρᾳσίας τὸν βαρβαρον λέγω. Et Horatius in Odis: Natis in usum lætitiæ scyphis Pugnare Thracum est,tollite barbarum Morem. Iuuenalis item Thraces cum Sarmatis cõiunxit,ut pari barbarie,neq; Sarmata,nec Thrax,qui sumpsit pennas. Quanquam ad demonstrãdam Thracum feritatem, sufficiebat Diomedis stabulũ. Porrò Bessos ut finitimos Getis,ita Getica immanitate fuisse præditos,ostẽdit Ouidius in libris de tristibus: Viuere quam miserũ est inter Bessosq; Getasq;, Illũ, qui populi semper in ore fuit. Et pellitorum tur.po.) Pellitos uocat,ferarum pellibus amictos. Semotiores Germaniæ populos significare uidetur. De quibus ita meminit Cornelius Tacitus in libello de populis & ritibus Germaniæ: Tegumen omnibus sagum,fibula,aut si desit,spina cõsertum.Cætera in
B tecti,totos dies iuxta focum atq; ignem agunt:locupletissimi ueste distinguũtur,nõ fluitante,sicut Sarmatæ & Parthi,sed stricta,& singulos artus exprimente.Gerunt & ferarum pelles,proximi ripæ negligentes,ulteriores exquisitius,ut quibus nullus per cõmercia cultus.Eligunt feras,& detracta uelamina, spargunt maculis pellibusq; beluarum,quas exterior Oceanus atq; ignotum mare gignit: nec alius fœminis quam uiris habitus.Atq; idem paulò post de Fennis Germaniæ populis:Fennis,inquit,mira fœditas,fœda paupertas:non arma,non equi,non penates: uictui herba,uestitui pelles,cubile humus.Hactenus Tacitus. Quanquã leguntur tum alibi,tum apud Indos fuisse populi,quibus ferarum pelles amictus erant. Animaduerte qua uerborum emphasi barbariem exaggerat harum nationum. Nam uehementius & significantius est Bessorum feritas, quam si Bessos feros dixisset.Iam enim feras imaginor, non homines.Porrò cum turbam pellitorum populorũ dicit,elegãter exprimit inconditã,& beluarum
16 more degentem multitudinem. Qui mortuorum quon.in.h.in.) Et hoc argumento immanem istorum & impiam barbariem exaggerat,qui non modo manibus & umbris defunctorum, perinde ut dijs sacrificarint,sed homines etiã immolarint:Nam sui cuiq; progenitores posteaquã uita decesserãt,numinum loco erant. Verum mihi magis probatur, ut legas inferijs, non inferis. Inferiæ dicuntur parentalia,seu iusta quæ defunctis persoluuntur.Eam uocem quanquam grãmatici putãt ab inferis dictam,ego magis arbitror dictam ab inferendo, ut Græcã uocem expresserint Latini ἐναγίσματα, quæ apud illos idem significat quod apud nos inferiæ. Mos hic multis barbaris fuit, ut umbris hominis defuncti mactarent homines,uel ut placarẽt iratos,uel ut gratũ facerent. Nam & Achillis manes Polyxenæ sanguine placẽtur apud Tragicos.Et apud Verg. Aeneas Vsentis filios uiuẽtes rapit inferias,quos immolet umbris. Et apud Homerũ libro Iliados penultimo,Achilles in Patrocli parẽtalibus duodecim iuuenes Troianos immolat, præterea canes aliquot & equos in gratiã amici defuncti. De Taurica Diana apud Scythas, & uetus & notissima est fabula. Cæsar belli Gallici commentario sexto, testatur hunc publicum Galliarũ fuisse morem,ut in grauioribus morbis,aut belli periculis,pro uictimis homines immolarent,quod pro uita hominis non nisi uita hominis placari numen posse crederent.Porrò de funeribus eorum ita scribit:Funera sunt pro cultu Gallorũ magnifica & sumptuosa. Omnia quæ uiuis cordi fuisse arbitrantur,in ignem inferunt,etiam animalia:ac paulò supra hanc memoriam,serui & clientes,quos
17 ab his dilectos esse cõstabat,iustis funebribus confectis,una crematbantur. Stridorem suum.) Et Plinius commemorat gentibus barbaris nonnullis nutum, nonnullis esse stridorem loco uocis humanæ. Stridor aũt beluarũ est,& quidẽ immaniũ.Et mire stridori oppositit melos.Nã melos cantus est modulatus & cõcinnus,aures suauitate deliniẽs, ἀπὸ τῶν μελῶν,id est,a mẽbrorum corporis cõgruentia dictus,

si credimus Græcis etymologis. Et Persius: Cantare credas pegaseium melos. Vnde & poetæ Me c
lici. Tantũ igitur ualuit Christi mors, ut homines tam immanes, suum, id est, naturalem stridorem fre/
gerint, hoc est, mollierint in dulce melos crucis, hoc est in uocem longe à natura alienam. Et totius m.
u.u. Christi.) Hoc est epiphonematis loco additum, quo periodum claudat suo more, cum sint tam in
numera linguarũ discrimina. Vnde & μίξοπες apud Græcos poetas appellãtur homines, tamen in uni
us Christi laudes nunc mire consentiunt omnes. Nec sine figurę gratia dixit, Christũ uocem omnium,
significans eum omnium uoce laudari. Quid agimus a.) Hactenus excursus, de quo superius admo 18
nui. Nunc quod est huic epistolæ proprium aggreditur, hoc est, ut consoletur Heliodorũ, & laudet Ne/
potianum. Quanquã ea laus consolationis pars est. Est autem color in Tragœdijs frequens, ut suo cum
animo colloquatur aliquis, eoq; grauioribus affectibus præcipue congruens. Quod genus est illud Se/
necæ: Quid segnis anime, tuta consilia expetis? Sumptum apparet ex Homero τέθλαθι κραδίη, id
est, tolera cor. Cui finitimum & illud: ἀλλὰ τίηφοι καὶ τὰ φίλῳ ἐπιτλήσαθ' θυμός; Possunt autem accipi,
quid agimus anima, uel ut sint corrigentis digressionem longiusculam, uel ut sint dubitantis, unde po/
tissimum debeat incipere. Sic enim Terentianus Phædria: Quid agimus? Consulens ac dubitãs loqui/
tur. Recẽsetur huiusmodi dubitatio inter exornationes rhetoricas: conuenit autem maxime principijs
generis demõstratiui. Nec hic transitus, quo ab ab excursione digreditur ad exempla, uacat affectibus:
ut artis obliuio, quam puer imbiberat, immensi doloris sit argumentum. Anaxagoræ.) Hic philoso
phus fuit Clazomenius, Anaximenis discipulus, Archelai præceptor. Huic cum quidam filij mortem
nunciasset, is minime commotus: Nihil, inquit, nouum aut inexpectatum nuncias. Ego enim illum ex
me natum, sciebã esse mortalem. Refert Valerius Max. lib. v. cap. x. Refert Cicero libro Tusc. quæst. iij.
Ac Telamonis.) Videtur hæc eadem Anaxagoræ uox a nonnullis, certe Tragicis tributa Telamo 19
ni Salaminio, cum Aiacis filij mortem audisset. Nam Cicero Tusc. quæst. lib. iij. Telamonem hunc ci/
tat ex Sophoclis Tragœdia, quæ nostris temporibus non extat. Itaq; cum Oileus, inquit, ille apud So/
phoclem, Telamonem ante de Aiacis morte consolatus esset, is cum audisset de suo filio, fractus est. Ali
bi rursus in eodem libro: Quid ergo? huiusne uitæ propositio & cogitatio, aut Thyestem leuare pote/
rit, aut Getam, de quo paulo ante dixi, aut Telamonem pulsum patria, exulantem atq; egentem &c.
Legimus Crantorẽ.) Hic ueteris Academiæ nobilissimus philosophus fuit, ut testis est Cicero Tu/
scul. quæst. lib. iij. Zenocratis auditor, cuius meminit Horatius in epistolis, tanquam eximij philosophi.
Qui quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non, Plenius ac melius Chrysippo ac Crantore di/
cit. Eius quanquam commentarij non extant, tamen subinde citantur à Cicerone in Tusculanis quæ/
stionibus. Ex Cõsolationis libro nominatim illud refert: Simile quiddã, inquit, est in cõsolatione Cran D
toris. Ait enim Termanæum quendam Elysium, cum grauiter filij mortem mœreret, uenisse in Syco/
mantium, quærentem quæ fuisset tantæ calamitatis causa. Huic in tabellis treis huiusmodi uersiculos
datos: Ignaris homines in uita mentibus errant. Euchinous potitur fatorum munere læto. Sic
fuit utilius finiri, ipsiq; tibiq;. Citatur & hic Crantor a Plutarcho in libello cõsolatorio. Is testatur eum
scripsisse ad Hippoclem, consolans eum super morte filiorum. Cuius uolu. ad. f. d. c. c.) Hoc quoq; Ci/ 20
ceronis opus, cum alijs permultis, his temporibus desideratur. Platonis.) Recenset autores qui de
consolatione scripserunt, inter quos admiror non numerasse Senecam: cuius extant duo in hoc genere
libri, alter ad Martiam, alter ad Albinam matrem suam. Nisi forte alterius sunt illa, non Senecæ. Plato/
nis extat Phædon. Extat & Axiochus, si modo is Platonis est, in quo Socrates Axiochum ægrotan/
tem consolatur, Latinus factus à Rodolpho Agricola nostro, quem multis nominibus uniuersæ Ger/
maniæ decus optimo iure possumus appellare: quam ingenio diuino, doctrinaq; & facundia incom
parabili, mirum in modum illustrauit. Diogenis.) Huius nihil extat, sed inter eius opera Laer/
tius commemorat opusculum de morte. Clitomachi.) Hic Carthaginẽsis patria, gentili nomine uo/
catus Asdrubal, successit in schola Carneadi, cuius auditor fuerat, autore Laertio. M. Tullius Tusc. quæ
stionum lib. v. testatur hunc uoluptatem cum honestate copulasse. Carneadis.) Is Cyrenaicus nihil
scriptum reliquit, præter aliquot epistolas ad Ariarathẽ Cappadociæ regẽ: inter quas consentaneũ est,
aliquot fuisse cõsolatorias, ut id significarit Hieronymus, cum ait, uel libris, uel epistolis. Posidonij.)
Hic stoicus fuit, Zenonis discipulus. Quanq; huius quoq; libri omnes interciderunt. Periclẽ.) Prin/ 21
cipem Atheniẽsiũ, qui quod dicẽdo tonare ac fulminare uideretur, dictus est Olympius. Hic intra qua
triduũ duobus mirificis adolescẽtibus, Paralo et Xanthippo filijs spoliatus, his ipsis diebus, & uultu pri
stinum habitum retinente, & oratione nulla ex parte infractiore, concionatus. Ille uero caput quoq; so/
lito more coronatum gerere sustinuit, ut nihil ex uetere ritu domesticum uulnus detraheret: autor Va
lerius Max. lib. v. cap. x. Meminit & Plutarchus in consolatione, citans Protagoram autorem. Xeno
phontem Socra.) Hic fuit Athenienſis dux, Socratis discipulus, cui proximum à Platone locum tribuit
Valerius. Is cum solenne sacrificium perageret, è duobus filijs maiorem natu, Gryllum nomine, ut testis
est Plutarchus in consolatione, iuxta Valerium Sylium, apud Mãtineam cecidisse cognouit. Nec ideo
sacrum institutũ omittendũ putauit, sed tantũmodo coronã deponere contentus fuit, quam ipsam, per/
cõtatus quonã modo occidisset: ut audiuit fortissime pugnantẽ interisse, reposuit, testatus deos quibus
sacrificabat

A sacrificabat, maiorem se ex filij uirtute uoluptatem, quàm ex morte dolorem sentire. Autor Valerius Max.eodem,quod modo citauimus,capite.Seneca in libello consolatorio ad Martiam:Nec minus,inquit,admiretur Græcia illum patrem,qui in ipso sacrificio, nunciata filij morte,tibicinem tantum tace-
22 re iussit, & coronam capiti detraxit,cætera rite perfecit. Puluillus.) Horatius Puluillus consul, cum in capitolio Iouis ædem pontifex dedicaret, interq; nuncupationem solennium uerborum postem tenens,mortuum esse filium suum audisset: neq; manum à poste remouit,neq; uultum à religione ad priuatum dolorem flexit.Autor Valerius Maximus.Seneca ad Martiam:Puluillus hoc fecit pontifex,cui postem tenenti,& capitolium dedicanti,mors filij nunciata est: quam ille exaudisse dissimulans,& solennia pontificalis carminis uerba concepit,gemitu non interrumpente precationem, & ad filij sui nomen Ioue propiciato &c. L.Paulus.) L.Paulus Aemilius,Magni Pauli filius,qui apud Cannas occubuit,ex quatuor filijs duos in Corneliam Fabiamq; gentem per adoptionem dederat. Cæterorum alter quatriduo ante triumphum, quem deuicto Perse Macedonum rege pulcherrimum egit, defunctus est.Alter in triumphali curru conspectus, post diem tertium expirauit. Deinde quum uideret populum de suo casu solicitum,prodijt in concionem,& orationem quam de rebus à se gestis habuit,hac clausula finijt: Cum in maximo prouentu felicitatis uestræ Quirites timerem ne quid mali fortuna moliretur, Iouem Opt. Max.Iunonemq; reginam, & Mineruam precatus sum, ut si quid aduersi populo Romano immineret, totum in meam domum conuerteretur. Quapropter bene se habent res. Annuendo enim uotis meis id egerunt,ut uos potius meum casum doleatis,quam ego uestrum ingemiscerem. Autores,Valerius eodem capite, Plutarchus in ipsius uita.Seneca ad Martiã,qui inter cætera illud elegan-
ter ὠμφωνᾶ: Vides quam magno animo tulerit,orbitati suæ gratulatus est. Prætermitto.) Per oc-
23 cupationem congerit turbam exemplorum,quæ non explicat Maixmos.) ἔκθεσις est numeri,festiuitatis gratia. Vt est illud Martialis: Pythagoras,Zenonas,inexplicitosq; Platonas. Quanquam non inficior his nominibus complures fuisse. Significat autem Q. Fabium Maximum, cui cognomen Cunctatori: qui quum filium uirum consularem,& egregijs clarum gestis amisisset,ipse cõsul,apud populum oratione filium laudauit. Eamq; orationem postea ædidit, quam Plutarchus in huius uita se uidisse testatur. Meminit huius Cicero libro epistolarum famil.quarto,scribens Seruio Sulpitio. Rursum Tuscul.quæstionũ libro tertio. Catones.) Catonem maiorem indicat,Censorium dictum:cui quum maior filius obiisset,summo ingenio iuuenis,summa uirtute, præterea prætor designatus,nihilo segnius rempublicam gessit. Meminit Plutarchus in eius uita. M.Tullius in epistola, quam modo citaui. Idem
B iterum Tuscul.qu est,libro tertio,atque etiam in Lelio. Caios.) Ita quidam habent codices.De Caio Cæsare meminit Seneca ad Martiam,his uerbis: C.Cæsar, quum Britanniam peragraret,nec apto anno felicitatem suam cõtinere posset,audiuit decessisse filiam,publica secum fata ducentem.In oculis erat Cn.Pompeius,non æquo laturus animo,quenquam alium esse in Rep.magnum,& modum impositurum incrementis,quoniam grauia illi uidebantur,& cum in commune crescerent: tamen intra tertium diem imperatoria obijt munia, & tam cito dolorem uicit, quàm omnia solebat. Sed mihi magis placet, quod in antiquis lego, Gallos, non Caios. Nam inter cætoros quos hic recenset Hieronymus, Cicero Gallum quoq; memorat, in dicta ad Sulpitium epistola. Eumq; suum appellat,ceu familiarem. Piso-
24 nes.) Permulti fuerunt huius nominis uiri clarissimi. Quanquam nihil adhuc memini legere, quod ad luctum attinet, Valerius Max.lib.quarto,Caium Pisonem inter exẽpla cõstantiæ ponit. Fuit & L.Piso C.Cæsaris socer,& Piso Crassipes, prior Ciceronis gener,ex matrimonio Tulliæ. Brutos.) De Iunio Bruto,qui duos filios, quod Tarquinios in urbem reuocare molirentur, pro tribunali uirgis cæsos, & ad palum ligatos,securi percuti iussit,notissima est historia.Meminit Valerius libro quinto,cap.viij
Sceuolas.) Historia de Mutio Sceuola,notior est quàm ut hic sit referenda.quanquam equidem sentio Tullium de alio quopiam Sceuola fuisse loquutum. Metellos.) Multorum literis nobilitata est Metelli Numidici fortitudo,cum Smyrnæ exularet:ubi cum in Theatro sedenti literæ essent allatæ, quibus reuocabatur,nõ prius dignatus est eas legere, quàm spectaculum esset finitum.Autor,præter alios, Plinius siue Suetonius de uiris illustribus. Verũ an de hoc sentiat Hieronymus, nolim affirmare. Nam fuerunt huius quoque nominis permulti. Scauros.) De M.Aemylio Scauro,qui filium cum alijs è bello profugum ad mortem spontaneam adegit, quum diceret se libentius occursurum ossibus eius in bello cæsi,quàm ipsum tam deformis fugæ reum uisurum. Meminit Valerius libro quinto, capite viij.
25 Marios.) Plutarchus in ipsius uita, Marij tolerantiam laudat: quod cum ex utroq; crure laboraret, fortissime passus sit sectionem. Tum autem,quod ne in hostium manus ueniret,ultrò sibi mortem conscierit,ut in uita Scyllæ.Quanquã ego certe Martios legendum arbitror,ut intelligas de Quinto Martio,cui cognomen inditum Regi.Is cum esset superioris Catonis in cũsulatu collega,filium summæ pietatis,magnæ spei,postremum unicum amisit. Eum casum animo adeo infracto tulit,ut statim à rogo in uenis curiã peteret, Senatumq;, quem eo die lege haberi oportebat, euocaret. Autor, præter alios, Valerius libro quinto,cap.x. Marcellos.) M.Marcellus uir consularis, quod diuersis partibus fauerat, Cæsaris iussu exulabat Mitylenis.Quem Brutus in libro de uirtute,testatur se illic uidisse uiuentẽ adeo feliciter,adeoq; literarũ cupidũ,ut ipse sibi uideretur exul,cum ab eo discederet.Meminit Seneca in con-

solatione

ſolatione ad Albinam. Craſſos.) Quãto animo Craſſus tulerit mortem filij à Parthis occiſi, diligen C
ter explicat Plutarchus in ipſius uita. Nam cum hoſtes iuuenis caput pilo præfixum horrendo clamo/
re,quam proxime accedẽtes Romanis oſtentarent,& per contumeliam rogarent,quo nam genere or/
tus eſſet iuuenis tam ſtrennuus, Craſſus pater nihil conſternatus eſt eo dolore, ſed per omnes ordines
circumuectus,clamabat:Meus eſt hic priuatus dolor Romani,publica ciuitatis ſalus & gloria,in ueſtra
incolumitate ſita eſt. Aufidios.) De Aufidijs nihil occurrit in præſentia memorabile,quod ad hunc 26
attineat locum.Quod ſi extaret Ciceronis liber de Conſolatione,non magno negocio locus hic Hiero
nymi poterat explicari. Aliena quàm noſtra.) Ethnicorũ exempla uocat aliena:noſtra, quæ a ſacris
literis depromuntur.Obiter notans eos,qui gentilium exemplis nimium impenſe ſolent uti : niſi forte
breuiter quis utatur,idq; in ſuggillationem uitæ noſtræ,ſi non præſtamus Chriſtiani,quibus immorta
litas expectatur,quod uel ob gloriam,uel impulſu naturæ præſtiterũt infideles. Hoc eſt nimirum quod
ſcribit ad Paulam : Erubeſce,ethnicæ cõparatione ſuperaris. Melior diaboli ancilla,quàm mea eſt &c.
Eſt autem tranſitus ad diuerſum exemplorum genus. Non plangam cum Ia.& Da.) Reijcit ad Iu/
dæorum exempla. Iacob.) Quantopere Iacob luxerit filium ſuum Ioſeph,habetur Geneſeos capite
xxxvij.Sciſsisq; ueſtibus,inquit, indutus eſt cilicio, lugens filium ſuum multo tempore. Congregatis
autem cunctis liberis eius,ut lenirent dolorem patris,noluit cõſolationem accipere,ſed ait:Deſcendam
ad filium meum lugens in infernum. Dauid.) Regum libro ſecundo,cap.xiij.Dauid luget Ammon
à fratre occiſum,Sed & rex,inquit, & omnes ſerui eius fleuerunt ploratu magno nimis.Ac paulo poſt:
Luxit ergo Dauid Ammon filium ſuum multis diebus.Rurſus eiuſdem libri cap.xviij.deflet Abſalom
interfectum:Contriſtatus itaq; rex, aſcendit cœnaculum portæ & fleuit,& ſic loquebatur uadens : Fili
mi Abſalom:Abſalom fili mi,quis mihi tribuat ut moriar pro te? Abſalom fili mi,fili mi Abſalom. In
Euangelio.) Alludit ad eos,quos Chriſtus in Euangelio uitæ reſtituit,luctu uerſo in gaudiũ.Nam Lu/ 27
cæ cap.vij.uiduæ mulierculæ filium unicum,qui iam efferebatur,uiuum reſtituit:Et dedit, inquit,illum
matri ſuæ.Eleganter Dauid & Iacob Iudæis opponit Chriſtum : legi,Euangelium:morientibus, reſur/
gentes:planctum,receptioni:ut totus ſermo ex contrarijs inter ſe relatis conſtet. Videtur autem allude
re ad uerba Pauli,quæ ſunt in epiſtola ad Hebræos cap.xi.Acceperunt mulieres de reſurrectione mor/
tuos ſuos: Iudæorum luct.c.g.ſ.) Velut epiphonema eſt,poteſt bifariam accipi.Iudæorum eſt luge/
re, Chriſtianorum gaudere. Aut unde lugent Iudæi ceu carnales, inde gaudent Chriſtiani ſpirituales:
nempe ob mortem piorum in cœlos demigrantium ex his miſerijs. Ad ueſperum d.ſ.) Confirmat
id quod dixit,Iudæorum eſſe luctum Chriſtianorũ eſſe gaudium,teſtimonio pſalmi uigeſimiquinti. Ve D
ſpera,tempus ante reſurrectionẽ,quo tenebris obtecta fuerunt omnia,& apoſtoli in fletu ac gemitu mo
rabantur. In matutino.) Nempe reſurrectionis,cum exhilarata ſunt omnia.Ita fermè diuus Hiero/
nymus & Auguſtinus : quanquam ueſpera totus huius uitæ curſus intelligi poteſt:matutinum,genera
lis omnium reſurrectio. Nox præcelsit.) Accommodat ad eandem ſententiam uerba Pauli ad Ro.
cap.xiij.Nox,Moſaicæ legis:dies,Euãgelicæ ueritatis & reſurrectionis.Quod modo ueſperam appel/
labat,hic noctem uocat:quod modo matutinum,hic diem. Vnde & Moſes &c.) Adiungit allegori 28
am teſtimonijs.Moſes ſymbolum gerens Iudaicæ uitæ, plangitur.Ioſue, qui Euangelij præfert typum,
non plangitur.De Moſe habes Deuteronomij cap.ultimo : Fleuerunt, inquit,eum filij Iſrael in campe/
ſtribus Moab triginta diebus.De Ioſue habes Ioſue ultimo item capite : Et poſt hæc mortuus eſt Ioſue
filius Nun,ſeruus domini,centum & decem annorum:ſepelierũtq; eum in finibus poſſeſsionis ſuæ in
Thanathſare,quæ eſt ſita in monte Ephraim. Moſes itaq; ſepultus eſt in ualle terræ Moab contra Pho
gor,Ioſue in monte:ut illic intelligas legis ueteris humilitatem in carne ac litera iacentis : hic Euangelij
ſublimitatem à carnalibus ad ſpiritualia,a terrenis ad cœleſtia ſubuehentis. Ne uideamur præte/
rita.) Ego prætrita lego,non præterita,aut certe pertrita, & obolita aut obſoleta,non abolita,id eſt,an/
te trita à nobis,& uetuſta.Nam in epiſtola qua Paulam conſolatur,eadem fermè tractat, quæ hactenus
tractauit in hac,& ijſdem fermè utitur exẽplis. Sicut audiuimus.) Ex pſalmo xlviij. Sicut audiuimus
in prophetis,ſic uidimus in Euãgelio & in eccleſia:ſicut audiuimus fide,ſic uidimus fruitione. Quan
to ille felicior.) Mire torſit argumentũ in diuerſam partem: Non eſt nobis lugendus Nepotianus,cum
ſit felix:imò tanto magis lugemus, nõ illum,ſed noſtram uicem, qui non ſimus cum illo ſimul felices.

Tali bono.) Non ad ipſum Nepotianum refertur, ſed ad ſummum bonum, quo ille iam felix eſt. 29
Quanquã ſi quis malit ad Nepotianũ referre,non admodũ digladiabor. Flebant & ſorores.) Oſten
dit q̃ diuerſa ratio ſit fletus Chriſtianorũ, & infideliũ.Ieſus ubi uidit ſorores flẽtes,& Iudæos flentes,pri
mum infremuit:deinde ductus ad monumentum, lachrymatus eſt. Et alibi.) Aut ínibi legendũ,aut
Hieronymus memoria lapſus uidetur.Nam utrunq; eodem in loco ſcribit Paulus ad Philip.cap.i. Ma/
gnificatur,inquiẽs, Chriſtus in corpore meo,ſiue per uitã, ſiue per mortẽ.Mihi enim uiuere Chriſtus eſt,
& mori lucrũ.Quod ſi uiuere in carne hic mihi fructus operis eſt, & quid eligã,ignoro.Coartor autem
è duobus, deſiderium habens diſſolui & eſſe cum Chriſto, multo magis melius: permanere autem in
carne, neceſſarium propter uos. Igitur diuus Paulus, qui uſq; adeo nõ metuebat mortem,ut eam opta/
ret, tamẽ in eadem epiſtola proximo capite teſtatur dominum ſui miſertum fuiſſe, qui Epaphroditum

Philippen

A Philippensium apostolum, quem collegam & commilitonem uocat,à mortis periculo restituerit,ne tristiciam haberet super tristiciam.Quidam codices Epaphras habent,plerique Epaphroditum : ita legitur in exemplaribus Græcis. Ne quid nimis.) μηδὲν ἄγαν. Hanc sententiam Aristoteles libro Rhetoricorum tertio tribuit Bianti. Diogenes Laertius,Pythagoræ. Nos in Chiliadibus de hoc copiosius.

30 Cernas.) ἀναπολικῶς dixit,id est,modo potentiali : quasi dicas,cernere licet. Adumbrata,non expressa.) Significat sese non exquisita, sed rudi & incondita oratione descripturum laudes Nepotiani, alludens ad priscam illam & rudem picturã,quæ cœpit ab umbra rerum lineis circumducta. Nec aliud fuit prima pictura. Deinde cultiore iam arte μονοχρώματα cœperunt, id est, singulis coloribus depicta. Deinde lumen & umbras adiecerunt, differentia colorum alterna uice sese excitante. Deinde adiectus est splendor, alius hic quam lumen, quem τόνον appellant : commissuras & transitus colorum, ἁρμογλω. Hæc Plinius libro tricesimoquinto. Ergo adumbrare, est umbram rei duntaxat repræsentare, & quasi deliniare : exprimere uero,modis omnibus effingere. Est autem hoc exordiolũ quoddam partis encomiasticæ,quæ sequitur. Præcepta rhetorum sunt.) Fabius libro tertio,cap.de laude & uituperatione,summam laudationis in tria tempora,& in treis bonorum ordines diuidit. inter ea quæ præteriti sunt temporis,in primis commemorat patriam,parentes maioresq; : Quorum duplex,inquit,tractatus est: aut eñ respõdisse nobilitati pulchrũ erit,aut humili genus illustrasse factis.Hoc adscripsi,quod Hieronymus Fabij uerba digito notasse uideatur, quum ait : Et aut non degenerasse à bonis, aut mediocres ipse ornasse uideatur. Ergo carnis bona.) Laudat eum à bonis externis, sed per occupationem : & hoc colore,non quod habuerit,sed quod contempserit.Nam & Epictetus putat fortunæ cor-

31 porisq; bona seu mala, nihil ad hominis laudem siue uituperationem attinere. Cum Abraham.) Contra uulgatam sententiam, fortes creantur fortibus, declamat ex bonis parentibus malos progigni liberos:rursum ex malis bonos.Geneseos capite decimosexto,Abraham ex Agar ancilla generat Ismahelem,de quo prædictum est : Hic erit ferus homo. Manus eius contra omnes,& manus omnium contra eum,& e regione uniuersorum fratrum suorum figet tabernacula. Et Isaac:) Historia est Genesis xxv. de geminis Iacob & Esau,de quibus pronunciauit deus apud Malachiam : Iacob dilexi,Esau autem odio habui. E regione.) Id est,contra,aut è diuerso. Iepte.) Filius Galaad,ex muliere meretrice natus, reiectus à fratribus ex matrimonio natis : postea rebus urgentibus dux Israel constituitur,ac rem gesit summa cum laude. Historia refertur Iudicum libro,capite undecimo.Paulus in epistola ad Hebræos,Iepte quoque inter sanctos recensens,ait :

B Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon,Barach,Sampson,Iepte, Dauid, Samuel,& prophetis, qui per fidem uicerunt regna,operati sunt iusticiam &c. Anima q.p.) Verba sunt Ezechielis cap.xviij. Locus est autem argumenti à contrarijs, Beniamin l.ra.) Sentit non imputanda peccata ante baptismum commissa. Verba sunt Israel benedicentis filijs suis,de Beniamin filio. Ea diuus Augustinus accommodat ad Paulum prius perse quutorẽ,mox acerrimũ Christi præconẽ. Et Hieronymus in quæstionibus Hebraicis super Genesim, confirmat de Paulo prædictum fuisse.Iuxta allegoriam autem accipi de sacerdotibus, qui mane immolant hostias : deinde diuidunt accepta à populo, quod altare in quo immolabantur hostiæ, & uictimarum sanguis,ad basim illius fundebatur,in parte Beniamin fuit.Dictum est autem mane & uespere,pro

32 eo quod est,prius & posterius. Ananiæ c.s.) Historia hæc de Paulo est in Actis apostolorũ cap.vij. Alius fortasse.) Mira occupatione laudat & auunculum & nepotem. Porrò ex hoc loco colligitur, cum diuus Hieronymus primum in solitudines secederet,Heliodorum sodalem suum officij causa tum fuisse prosequutum:à quo cum non dimitteretur, pollicitum fuisse, sese rebus domi ordinatis,eremum repetiturum.Itaq; quem in epistola prima subincusat,hic blande defendit:quasi id fecerit non aliam ob causam,quàm ut sororem,aũt certe ex sorore nepotẽ,Christo lucrifaceret. Licet paruulus ex collo.) Hæc uerba sunt in prima epistola,quam modo citauimus. Vaticinatum se dicit,non quod id temporis nondum esset natus, sed quod præsensisset futurum,ut ab eo domi retineretur. Chlamyde & can.l.) Chlamys toga militaris est. Candenti lino.) Linum duabus rebus potissimum cõmendatur,candore,& mollicie. Vsus illius mollior apud antiquos,quàm ut uirum deceret, Vnde à Palatinis usurpatus, penes quos omnis uitæ luxus. Vide apud Plinium lib. xix. cap. ij. Quin etiam in Pontificum decretis partis primæ dist.xcvi.Cõstantinus imperator,dum Ro.Pontificem militaribus ornamentis instruit, candidi phrygij,& candidi ulonis,& candidæ uestis subinde mentionẽ facit. Itaq; quod nunc ecclesiasticum est,id olim aulicum fuisse uidetur. Cingulum.) Baltheũ intelligit,militũ insigne. Cornelium

33 cent.) Act.cap. decimo. Hic centurio religiosus ac iustus appellatur, moxq; à Petro baptismum accipit, Deuotus) Deuotũ in bonã partem dixit, pro addicto ac certo. Verbum autẽ est militare, quod milites sacramento sese astringant,nec mortẽ formidaturos imperatoris causa.Signa,uexilla uocat militaria. Baltheo posito habituq; mutato.) Baltheum militiæ insigne accipit,& habitum,ornatum militarem,puta paludamentum. Peculium castrense.) Quod miles sibi in castris colligit.De peculio seruorum,de peculio castrensi,& quasi castrensi,plurima sunt apud ueteres iureconsultos. Nec mundicijs,nec sordibus.) Inter luxũ & sordes media est mundicies id est nitor,moderatus. Horatius:Simplex mundicijs. Cumq; arderet quot.) Quoniã id temporis imperium plerunque penes ethnicos, aut certe

certe hæreticorum fautores erat, pij seceſſus captabant. Itaq; uaſtas illas ſolitudines, harenasq; diffuſas, quas propter ſitim ac ſterilitatem, periculoſiſſimamq; ſerpentium abundantiã, conuerſatio humana non noſſet, magna habitantium monachorum multitudo compleuerat, ut teſtatur Oroſius libro ſeptimo. C

Meſopotamiæ.) Ea pars eſt Syriæ, ſic dicta, quod ſit inter Tygrim & Euphratem. Dalmatiæ.) Hęc patria fuit diui Hieronymi. Nam Stridon olim Pannoniæ Dalmatiæq; continium fuit. Vnde addit, certe, id eſt, ſaltem: tanquam id ſit procliuius, propinqua petere. Attingit autem Dalmatia Illyricos & Adriaticum ſinum, in quo plurimæ ſunt inſulæ, quemadmodum & hodie iuxta Venetiam. Altino freto.) 34
Altini oppidi in paludibus ſiti, meminit Strabo Geographiæ ſuæ libro quinto, quod ait ſimilem habere ſitum, qualem habet urbs Rauenna. Ab hoc oppido uidetur Altinum fretum appellatum, quod propter angu tiam fretum uocat: ideoq; adiecit, tantum, minimum interuallũ ſignificans. Meminit & Stephanus Græcus autor de Alto oppido, & Altijs populis: eos ait non longe abeſſe a Theſſalonica. Nec putarim equidem ocioſam diſtributionem, dum monaſteria Aegypti uocat, anachoritas ſignificans. Nam monaſterium a ſolitudine nomen habet. Meſopotamiæ choros, Cœnobitas indicans gregatim uiuentes, propter regionem cultiorem. Et ad illa pergere cupiebat, uelut alijs relictis, choros inuiſere. Solitudines, quod illic nulli adhuc habitarent monachi, occupare. Occupat enim, quiſquis primus in uacuum uenit. Animaduertẽdus autem eſt ordo. Nam cum ea tractet, quæ ad præſens tempus pertinent, iuxta rhetorum præcepta, per ætatis gradus currit, ſed alia ratione. Nã in baptiſmo demum naſcitur. In ſeculari militia tanquam puer eſt, imbecillis adhuc, & parum maturus ad militiam Chriſti: deinde cũ monachi propoſitum capeſſit, iam ueluti adultus eſt iuuenis: dum in clericorũ collegium aſciſcitur, quaſi uir eſt. Porrò presbyter iam ętate eſt maturiori. Nam in Chriſto ſenecta non eſt. Vidimus Timotheum n.t.) Timotheum Paulus filium uocat, in ſecunda ad ipſum epiſtola: Tu ergo fili mi cõfortare. Et apparet illum ætate iuuenem fuiſſe. Deinde cum inibi monet, ut iuuenilia deſideria fugiat, iuſtitiam ſectetur. Hunc Paulus ipſe a puero inſtituerat. Vnde in eadem epiſtola: Tu uero permane in his quæ didiciſti, & credita ſunt tibi, ſciens a quo didiceris. Et quia ab infantia ſacras literas noſti &c. Hoc tamen iuuene Paulus ueluti collega utebatur, ut Heliodorus Nepotiano. Nam presbyteri collegæ ſunt epiſcopi. Canos in ſapien- 35
tia.) Alludit ad id quod legitur Sapientiæ quarto. Senectus enim uenerabilis eſt, non diuturna, neq; annorum numero computata. Cani autem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis uita immaculata. πρεσβύτερος, Græce ſenior eſt. Senior ergo iuuenis, & canus: non capillitio, ſed ſapientia. Subuenire.) Non refert, utrum hęc infinita per Enallagen accipias, an per Synecdochen, ut ſubaudias, ſolebat, aut cœpit, aut aliud ſimile. In aurigæ modum.) Nam aurigæ plauſtrorum onera non aliunde quàm ex uiribus equorum metiuntur. Alioqui ſi plus æquo ſarcinarum infulciant, fit nõnunquam ut & plauſtrum rumpatur, & equi lædantur. Suſcipere.) Pro approbare Græcanice dixit, ἀποδέχομαι. Tertullia- D
ni.) Hic Carthaginenſis patria, ſub Seuero principe & Caracalla floruit: adeo quõdam magni nominis, ut hunc Cyprianus magiſtrum appellare ſolitus ſit, quoties libros illius legendos poſceret. lege Hieronymum de uiris illuſtribus. Cypriani.) Et hic Afer fuit, Martyr, cuius extant hodieq; nõnulla. Recte ſub iunxit, Afrum Afro, diſcipulum præceptori. Lactantij.) Qui & Firmianus eſt dictus. Extãt & huius opera. Hilarij.) Hic epiſcopus Pictauorum fuit, cuius multa extant etiam hodie.) Minutius Felix.) 36
Romæ cauſidicus inſignis fuit: ſcripſit dialogum Ethnici & Chriſtiani. Ferebatur & alius aduerſus mathematicos, diſertus quidem & ille, ſed a ſuperioris libri ſtilo diuerſus. Huius nunc nihil extat. Victorinus.) Epiſcopus Pictauienſis, Martyr, multa ſcripſit in explanationem ſacrarum literarum, ſed Græci ſermonis quam Romani callẽtior. Nec huius quicquam extat. Arnobius.) Lactantij præceptor fuit, Scripſit aduerſus gentes, quem Lactantium imitatũ fuiſſe probabile eſt, cum ſimile ſumpſerit argumentum. Hæc omnia μνημτικῶς dicuntur, atq; inde gratiora ſunt. Colligere licet hinc Nepotianum literas Græcas ignoraſſe, qui non citarit, niſi Latinos. Deinde, non delectatum fuiſſe niſi facundis. Nam quos hactenus nominauit, ſingulari fuere facundia. At nunc nullus ſcriptor placet, niſi qui ſophiſticam oleat, ac fœde balbutiat, ſi quid mundius aut elegantius, id poeſim appellant. Pro ſodalitate auunculi.) Hoc addidit, quo mitigaret arrogantius alioqui dictum. Nam in prima & ſecunda epiſtola, ſe ſodalem Heliodori uocat. Meditatione.) Id eſt, exercitatione. Nam id proprie ſignificat meditari, quod Græce μελετᾶν. Præcedit autem lectio, deinde meditatio. Nam qui ſcribit, qui docet, meditatur, hoc eſt, exercet ea quæ legit: multomagis autem qui moribus exprimit & uita. Bibliothecam.) Hoc uelut epiphonema te cõcluſit hanc orationis partem. Nocturnum petitorem.) De poſtulatore, qui improbitate ſua treis panes accepit ab amico, locus eſt Lucæ capite 11. Et interpellatricem duri iudicis.) Significat uiduam, 37
quam frater defuncti mariti recuſat ducere uxorem. Hanc lex iubet improbam eſſe, ut uel odio uincat iuuenem, adigatq; ad matrimonium. Perget, inquit, mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu. Paulocq; poſt: Si reſponderit, nolo eam accipere, accedet mulier ad eum coram ſenioribus, & tollet calciamentum de pede eius, ſpuetq; in faciem illius &c. lege Deuteronomij caput uigeſimum quintum. Sed probabilius e, ſtillum alluſiſſe ad parabolam euangelicam Lucę decimooctauo, de iudice qui quum nec deum timeret, nec homines reuereretur, tamen uictus improbitate uiduæ interpellantis, functus eſt ſuo officio. Aeternę memoriæ.) Vt præſenſit Hieornymus ſua ſcripta ſemper uicturа. Porrò cum

ait

A ait: Consecraui, alludit ad monumenta, quæ quo diutius seruarentur, numini alicui consecrabantur. Ea uocabant ἀναθέματα, ut quæ nefas esset mouere loco. Crœsi opes.) Crœsus rex Lydiæ fuit longe opulentissimus, postea captus à Cyro, ut narrat Herodotus. Porrò diuitiæ Crœsi, Midæ, Crassi in prouerbiũ abierũt, quemadmodũ Codri & Iri paupertas. Vnde Statius: Et Lydo ditior auro. Darij.) Regis Persarũ: Apud quos aurei montes esse ferebantur. Plautus in Sticho: Neq; ille sibi mereat Persarum montes, qui esse aurei perhibẽtur. Et Aristophanes λάχτιζειν ὀπτὼ μῆνας ἐπὶ χρυσοῦν ὄρων. Vicisse.) Ad rem retulit, non ad personã. Nam ad utrunq; potest. Nam uincimus aduersariũ, & uincimus causam.

Minus erat.) Id est, desiderabatur & deerat. Vnde & diminutũ dicimus, quod nõ satisfaciat. Marsupiũ.) Græca uox, μαρσύπιον, sed iam olim à latinis recepta, significat coriaceũ sacculũ quo seruantur nummi. Suffocantes:) Eleganter abusus est hoc uerbo, hoc est, ita implentes, ut loculus non capiat.

38 Schedulas.) Apte diminuit, ut auri contemptũ exaggeret. Nam schedæ per se dicuntur tabellæ uilio res, in quibus aliquid mox delendũ, aut castigandũ scribimus. Vnde σχεδιάζειν, est rem rudẽ deliniare. Et Apuleius in dæmonio Socratis. In isto schedico, inquit, & incondito. Et Quintilianus: Nã qui omnes etiã indignas lectione schedas excutit &c. Bis igitur minuit cũ schedulas dixit. Formica, culice.) Hęc omnia de genere sunt insectorũ. De ingenio, industria, politia formicarũ, pluscq; mira narrant autores, nec minus cõperta tamen, leges apud Plinium lib. 11. cap. 30. Idẽ eiusdẽ lib. cap. 2. contemnit elephantos prę culicis miraculo. In magnis siquidẽ corporibus, aut certe maioribus, facilis officina sequaci materia fuit. In his uero tam paruis atq; tam nullis, quæ ratio, quanta uis, quam inextricabilis perfectio? Vbi tot sensus collocauit in culice? Et sunt alia dictu minora, sed ubi usum in ea prætendit? Vbi gustatum applicauit? Vbi odoratum inseruit? Vbi uero truculentam illã & portione maximã uocem ingenerauit? Qua subtilitate pennas adnexuit? Prælongauit pedum crura? Disposuit ieiunam caueam, uti aluũ? Auidam sanguinis & potissimũ humani, sitim accendit? Telum uero perfodiẽdo tergori quo spiculauit ingenio? Atq; ut in capaci, cum cerni non possit exilitas, ita reciproca geminauit arte, ut fodiendo acuminatũ pariter, sorbendoq; fistulosum esset. Quos teredini ad perforanda robora, cum sono teste dentes affixit, potissimumq; è ligno cibatum fecit? Sed turrigeros Elephantorũ miramur humeros, Taurorumq; colla & truces in sublime iactus, Tigrium rapinas, & Leonũ iubas, cũ rerum natura nusquam magis, quam in minimis tota sit. Hæc Plinius, ex musca, quod aiunt, faciens pluscq; elephantum. Vermiculis:) De

39 teredinibus, quas etiam Plinius admiratur, aut de bombyce, uerme Indico, & filorum opificio nobili, de Cantharidibus sentit opinor, de quibus Plinius libro, quem modo citauimus, mira cõmemorat. Ac mire, dicturus quædam minutiora, ne dormitaret lector, uelut exordiolo excitauit, idq; ex arte, quę iubet ut

B in rebus contemptioribus, ab attentione potissimum constituamus exordium. Est aũt in omni transitu mirandus Hieronymus. Adeo non ociosas, nec inamœnas habet subinde transitiones. Quintum Fabium.) Hic citatur a multis autoribus, præsertim Quintiliano. Nam illud est illius: Ita felices artes futuras, si de his soli artifices iudicarent. Hunc Plinius inter Romanos pictores primo loco commemorat libro 35. cap. 4. Apud Romanos quoq; inquit, honos mature huic arti contigit. Siquidem cognomina ex eo Pictorũ traxerunt Fabij clarissimæ gentis, princepsq; eius cognominis, ipse ædem Salutis pinxit. Anno urbis conditæ cccc. l. quę pictura durauit ad nostram memoriã æde Claudij principatu exusta. Beselehel nostrum.) Nostrum adiecit, quod Fabius esset ethnicus. De hoc legis Exo. cap. 31. Loquutusq; est dominus ad Moysen, dicẽs: Ecce uocaui ex nomine Beselehel, filium Buri, filij Hur, de tribu Iuda, & impleui eum spiritu dei, sapientia, & intelligentia, & scientia in omni opere &c. Hyram.) De Hyram habes, ij. lib. Reg. cap. 5: Misit quoq; Hyrã rex Tyri nũcios ad Dauid, & ligna cedrina, & artifices lignorũ,

40 artifices q; lapidũ. Idem Hyram mortuo Dauid adiuuat Solomonẽ, ad ædificationem templi missa materia & artificibus, ut habetur tertio Reg. cap. 5. Sed uero propius est, Hieronymum sentire de Hyram filio mulieris uiduæ de tribu Neptalim, patre Tyrio, quem accersiuit è Tyro Salomõ, sicut legitur 3. Re. 7 Quẽadmodũ enim Beselehel tabernaculi, ita hic templi supellectilẽ fabricatus est. Lętę segetes.) Culmi quasi calami, sustinent aristas. Immodicã segetis luxuriem docet castigare Vergilius, deductis aquis: primo georgicon. Quid, quod ne grauidis procumbat culmus aristis, Luxuriem segetũ tenera depascit in herba. Cũ primũ sulcos æquant sata. Est igitur nõ agri modo, aut arborum, sed etiã ingeniorum, ac stili luxuries quædã, & immodica felicitas. Philosophus ille.) Hippiam indicat sophistam, quem Hieronymus non appellat, ut exemplum sit commẽdatius. Hic Eleus fuit, diuersarum artium egregie peritus, dialectices, geometriæ, astronomiæ, musicæ, arithmeticæ. Valuit & in pictura ac statuaria: autor Flauius

† Philostratus, primo libro de uitis sophistarum. Huius balneum una cum supellectile ab ipso fabricatum, describit Lucianus in Hippia, & hunc imitatus Apuleius in floridis, qui anuli quoq; meminit, & pallij purpurei, & strigilis: aliarumq; rerum minutarum. Gloriatus est.) Quoniam in olympijs ostentabat, ut idem refert. Ac negat in illo spectaculo fuisse quicquam æque spectãdum. Basilicas eccl.) Basilicæ, Græcis Regiam sonat. Nam βασιλεὺς, rex. Illi quicquid splendidum ac magnificum est, id βασιλικὸν uocant. Latini domos amplas ac spacioſas, in quibus agebantur causæ, conciones, & alia id genus publica, Basilicas uocabant. Nam ecclesia, Latine concionẽ significat. Conciliabula.) Conuentus. Nam ad sepulchra siue reliquias martyrum cõueniebant Christiani, idq; noctibus, ut palam indicat Hieronymus

in epistola aduersus Vigilantium. Pampinis.) Id est,uirgultis uiteis,cum ipsis foliis.Nam hæc pam c
pini uocãtur. Adumbrarit.) Paulò diuersius hic accipit quam superius,nempe pro obtexerit.

Dispositione.) Duo sunt quæ delectant oculos,ipse rerum color, & apta collocatio.Delectat per se gemma,sed refert, ubi inserta sit. Macte uirtute.) Verum epiphonema quo claudit Nepotiani uitam,simulq; gradum facit ad mortis expositionẽ. Ad huiusmodi acclamationem,præcipue ea uox conuenit:Macte,qua uirtutem absolutam significamus.Sed rursum mire per sententiam fecit transitum,uerũm accommodatam ad personam.Nam absoluta erat. Cuius egregia sunt initia,eius oportet & finem egregium esse. Cuius tal.p.q.e.f.) Mirum,ut pariter & excitat lectorem ad partem sequentem,nempe de morte,& obiter locos communes attingit,nec sinit ocioſos aut frigidos esse transitus. Quid te subtrahis?) Apostrophe,affectibus aptissima. Omnis caro fœnum.) Esaias cap.xl.Omnis caro fœnum,& omnis gloria eius,quasi flos agri. Exiccatum est fœnum, & cecidit flos. Item Iacobus capite primo.Quoniam sicut flos fœni trãsibit:exortus est enim sol cum ardore,& arefecit fœnum,& flos eius decidit,& decor uultus eius deperijt.Rursum Ecclesiastici capite decimotertio: Omnis caro sicut fœnũ ueterascet,& sicut folium fructificans in arbore uiridi.Alia generantur,& alia deijciuntur.Sic generatio carnis & sanguinis.Item Petrus in epistola prima:Quia omnis caro,ut fœnum &c.Cæterum Ecclesiastici similitudo de foliis pulchre conuenit, cum eo quod dicit Homerus Iliados sexto. οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν. φύλλα, τὰ μὲν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δὲ θ' ὕλη τηλεθόωσα φύει, id est: Tale quidem genus est hominũ,quale est foliorum.Quorum hæc uentus humi fundit,rursum illa uirescens Profert sylua. Vtitur idem eadem similitudine,Iliados φ. Indumento.) Nam corpus uestis ac domicilium est animi,iuxta Platonem in Phædone. Et notus est iocus ille,ingeniũ Galbæ male habitare,quod quum esset disertus,deformis tamen erat. Flante austro lilium.) Auster peculiariter inimicus est floribus. Vnde Vergilius in Alexide: Eheu quid uolui misero mihi? floribus austrum Perditus, & liquidis immisi fontibus apros. Nec minus pestilens corporibus humanis.Horatius in odis: Frustra per autumnos nocentem corporibus,metuemus austrum. Vnde & propheta uentum urentem uocat, ac uenas siccantem.Quin etiam Ezechiel capite uigesimoseptimo: Ventus auster contriuit te. Hieronymus admonet Hebraicam uocem, קָדִים Latinis uerti posse, uentum urentem, pro quo austrum legimus. Porrò quum omnis gratia florum sit fugax,apte tamen nominat lilium & uiolam,quorum illud candore,hæc purpura delectat, uterque flos minime durat. Quam ob causam Horatius in odis Breue lilium dixit.Ac mira similitudine expresit formæ nitorem paulatim morbo squalescentem. Venarum fontes.) Physice dixit.Nam iuxta medicos,febris cordis & sanguinis incensio est. Lætus erat &c.) Vt D
omnia pingit,& ob oculos ponit. Intelligeres &c.) Hoc epiphonematis loco,post ὑποτύπωσιν.

Voluũtur per ora lachrymæ.) Hic iterum transitus est,excitans ad ea quæ sequuntur.Expectamus enim magnum quiddam, cuius recordatio Hieronymo uel inuito lachrymas excusserit. Aetate patri,fratri collegio.) Moriens Nepotianus alludit ad uerba quæ sunt in libello superiori,quem Hieronymus ad ipsum scripserat. Aetate patrem,fratrem collegio,ut hinc uel maxime appareret,illum etiã tum quum animam ageret studiorum sentire dulcedinem, quo tempore uulgus hominum, nec seipsos sen-
tiunt. Pariter.) Id est,ex æquo.Dicitur enim à pari. Manu auunculum.) Et hoc ad ὑποτύπωσιν 43
pertinet.Nam hic mos morientium,ut hoc indicio supremo,significent se sentire, quæ dicũtur & agun tur. Scio quod nolueris.) Hactenus exposuit quæ ad præsens tempus,iuxta Rhetorum præcepta, pertinebant. Nunc transitu per sententiam, ut solet quæsito: transit ad ea quæ futuri sunt temporis, id est,quæ sint post mortem consequuta. Sic.) Id est,in lucru. Siquidem in aduersis potissimum appa ret,qui sint amici,ut inquit Tragicus: sed nemo optat,ut sic amicos probet. Iucundius,gratius.) Indicat differentiam inter iucundum & gratum, quam explicat Laurentius Valla, elegantiarum libro quarto.Totus autem sermo qui sequitur,scatet schematum flosculis, quæ prætermitto,ne lectorem onerem. Meditationem mortis.) Id mirifice tractat Socrates apud Platonem in Phædone, nihil aliud esse philosophari, quàm mortis meditationem, hoc est exercitationem & præparationem ad mortem. Mors abducit animum à corpore. Philosophia semouet animum ab amore rerum corporalium, erigẽs ad ea quæ uere sunt,hoc est intelligibilia, ita fit ut philosophi animus lubens emigret e corpore, quum ab imperatore uocatur,quippe iam ante assuetus abesse à rebus corporeis,& hanc separationem diu meditatus. Contra, stulti mortem horrent, quod animus altissime corpori sit immersus,& insolens sit à corpore seiungi. Inepte crassuli quidam hanc Platonis sententiam sic interpretantur,quasi Plato iusserit nos assidue meminisse mortis. In cœlum usque ferunt.) Auget hoc per hyperbolen,ut ma 44
gis crescat,quod adducturus est ex Paulo. Redit autem paulatim ad consolationem intermissam.

Quotidie,inquit,morior.) Fortius est quotidie mori,quàm meditari mortem.Quanquam Paulus hoc loco dicit se quotidie mori, quod sese quotidie certissimis uitæ periculis obijceret pro salute Corinthiorum. Arguens enim futurum, ut mortui resurgant, negat se subiturum fuisse toties uitæ discrimen,nisi certũ sciret se resurrecturũ:Præcedit eñ: Quid & nos periclitamur omni hora? Quotidie morior pro uestra gloria,quam habeo in domino.Illud obiter admonendũ in Græcis codicibus legi in hũc modũ, τί καὶ ἡμεῖς κινδυνεύομεν, πᾶσαν ὥραν καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκων, νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, ἣν ἔχω ἐν χριστῷ, hoc est

A hoc est,quid & nos periclitamur omni hora. Quotidie morior, per uestram gloriam, ut per,sit adiuran
tis:ut, νη τὴν δίαν, id est,per Iouem, Id quod ante nos indicauit diuus Augustinus & Laurentius Valla:
Quanquam Ambrosius propter gloriã,aut pro gloria legit.Sẽtit autem Apostolus gloriam,quam suis
periculis sibi pepererat ex salute Corinthiorũ.Locus est in prima epistola ad Corinthios cap.xv. Co
nari.) Exponit,quid dixerit meditari. Quod asscripsi, quia uulgus existimat idem esse meditari,quod
cogitare. Velimus nolimus.) Figura prouerbialis, qua necessitas ineuitabilis significatur. Ante
45 diluuium.) Nam Adam uixit nõgentos trigínta annos.Seth,duodecim supra nongentos.Enos quin
que & nongentos.Cainam nongentos decem.Alijq; permulti prodigiosæ uiuacitatis commemorãtur
Geneseos cap.v. Mathusalem.) Hic annos natus septingẽtos octoginta duos,genauit filias: Vixit
annos nongentos sexaginta nouem.Itaq; superauit hic omnes longæuitate. Optima quæq;.) Osten
dit quam fugax sit hæc uita , quamq; misera , quo minus molestę feramus mortem . Carmen est Ma
ronis ex libro Georgicon tertio. Prima.) Adolescentiam intelligit,quæ ut optima est, ita fugacissi
ma,ueluti flos æui.Nam Pythagoras apud Nasonem,libro Metamorph.xv. pueritiam confert ueri,iu
uentutem æstati,autumno uirilem ætatem, hyemi senectutem.Primã igitur sic describit.Nam tener &
lactens,puerisq; simillimus æuo, Vere nouo est: tunc herba nitẽs,& roboris expers Turget, & in solido
est,& spe delectat agrestes.Omnia tum florent,florumq; coloribus almus Ludit ager.Macrobius cõm
mẽtario in somnium Scipionis, gradus omnes humanæ uitæ, reuocat ad septenarios.Post bis septem,
pubertas incipit.Post ter septem,genas flore uestit iuuenta: idemq; annus finem in longum crescendi fa
cit.Post quater septem , in latum etiam crescere desinimus . Quinta hebdomas , uirium incrementum
absoluit.Sexta,tuetur uires ante collectas. A sexta ad septimam,fit occulta paulatim uirium diminutio.
Septima,totius hominis maturitatem adfert,etiam animi. Decima,uitæ metam præscribit. At Seruius
Tullius,ut refert ex Tuberonis historia Gellius lib.x.uitam omnẽ in tres distribuit partes,ut pueri cen
serentur usq; ad annos septemdecem. Iuuenes usq; ad ad annum quadragesimumsextũ. Vltra hunc se
niores. Sed Aristoteles in Politicis putat corporis uigorem minui post annum trigesimumsextum:ani
46 mi post duodequinquagesimum. Miseris.) Hoc epitheton frequens est apud Hesiodum & Home
rum, ἀλγεσι βροτοῖσι. Quot autem gradibus extenuat humanam uitam,cuius quod est optimum,id pri
mum,priusquam intelligas tuum ipsius bonum,abit, imò fugit, non abit,hoc est pernicissime,ut etiam
si uelis,non possis remorari. Nec satis, quod sua sponte fugax est. Accedunt morbi qui senectutem per
se molestam,accelerant.Postremo mors inexorabilis,rapit,non aufert. Neuius poeta.) Hic scriptor
B fuit tragœdiarum . Est autem carmen trimetrum iambicum : Pati necesse est multa mortalem mala.
Niobam.) Quæ ob spretam Latonam , omnibus liberis orbata fuit : ipsa uersa in marmor , quod
assidue ueluti lachrymis madere cernitur. Fabulam narrat Ouidius, libro metamorph.sexto. Et di
uersas bestias.) Opinor hunc locum nõ uacare mendo.Quæ nanque Niobe commutata fuit in diuer
sas bestias,quum in lapidem sit uersa: Fortassis legendum,In lapidem, & alios in diuersas bestias com
mutatos finxit antiquitas, ut intelligas,de Alcyonibus, cygnis, & id genus alijs. Et Hesiodus nata.)
Nihil huiusmodi legitur in operibus Hesiodi poetæ, quę quidem nunc extant.Fortasis legendum est,
Heniochus : quos opinor aut Thraciæ populos, aut certe finitimos . De Thracibus autem,apud quos
luctuosa sint puerperia,ut recentem natum luctu parens excipiat: Contra,læta funera,ut uita defunctos
gaudijs prosequantur , meminit Solinus in descriptione Thraciæ : Valerius Maximus libro secundo:
Quintilianus libro quinto,cumq; his alij permulti . Tametsi me non fugit,Strabonem libro undecimo
Heniochos ponere inter barbaras nationes Caucaso uicinas.Quorum meminit & Mela.Potest autem
fieri,ut uel eodem nomine fuerit gens aliqua Thraciæ,uel apud Heniochos Asiaticos fuerit eadem con
suetudo quæ apud Thraces.Quum hic locus me diu torsisset, neque quicquam adhuc animo meo satis
faceret,cœpi mecum agitare,si quod esset gentis nomen,quod haberet affinitatem cum hac uoce Hesio
dus,& ecce per uarias erranti regiones commodum occurrunt Essedones,hi ab Arimaspis,Scytharum
genere,incolunt usque ad Meotidem.De quorum moribus ita prodidit Pomponius Mela libro secun
do: Essedones funera parentum læti,& uictimis ac festo coitu familiarium celebrant,corpora ipsa lania
ta,& cæsis pecorum uisceribus immixta epulando consumunt,capita ubi fabre expoliuere,auro cincta
pro poculis gerunt.Hæc sunt apud eos pietatis ultima officia. Eadem alijs uerbis tradit Solinus: Sed u
troque uetustior Herodotus libro quarto.Itaque probabile est pro Hesiodus ab Hieronymo fuisse scri
47 ptum,Essedo. Quare ualeat hæc opinio, donec certius aliquid fuerit compertum. Plebs.) Vt ple
bes legas,ratio senatŭ postulat. At Ennius quidem non extat,uerum hæc sunt uerba Agamemnonis in
Euripidis Iphigenia aulidensi. ἡ δυσγένεια δ' ὡς ἔχει τι χρήσιμον, καὶ γὰρ λαλεῖν ἔοικε δεινῶς αὐτὴς ἔχειν ἄνολ
βον εἰπεῖν, ὅσῳ δὲ γυναικὸς φύσιν ἅπαντα ταῦτα, προσαπολωλεκὸς βίου τὴν ἡμισυ ἔχομεν. &c. Quæ nos
sic uertimus: At generis ipsa obscuritas ut quiddam habet Et commodum profecto & exoptabile.
Nam liberum illis , lachrymas profundere, Queriq; misera. stirpe at illustri satis Cuncta hæc nega
ta . sed arbitrum uitæ leuem Populum obtinemus &c. Verum quid ago ?) Per correctionem ca
ptauit transitum , ad commemoranda publicæ calamitatis exempla . Quandoquidem hic efficacissi
mus est in consolando locus. Constantius.) Constantini filius Constantis frater , ab Arrio tractus

eſt in hæreſim Arrianam, ut quoſdam in deo gradus crederet. Hoc Parthicis bellis occupato, Iulianus, c
qui Gallicis elatus ſucceſsibus, imperij faſtigium uſurparat, Italiam Illyricumq; peruadit, Conſtantioq;
partem adimit imperij. Id ubi cognouit Conſtantius, omiſſa Parthica expeditione, dum ad ciuile bel-
lum reuertitur, in itinere inter Ciliciam Cappadociāq; defunctus eſt, refert Oroſius libro ſeptimo. Item
hiſtoria tripartita libro tertio. Mopſi uiculo.) Stephanus indicat uicum eſſe Ciliciæ iuxta fluuium 48
Pyramum, cui nomen ſit Mopſi domus, à Mopſo uate quopiam Tireſiæ filio, etiamſi diſſentit Strabo,
libro decimoquarto, quod ad locum attinet. Quanquam eodem in loco ſubindicat, Hiſtoricos de loco
uariaſſe. Quod enim ille refert, accidit iuxta Colophonem, nimirum Chalcantem interiſſe mœrore,
quod uaticinandi peritia ſuperatus eſſet a Mopſo, ait Sophoclem hoc alicubi tranſtuliſſe in Ciliciam.
Et Oroſius tradit Conſtantium inter Ciliciam & Cappadociam periſſe. Mela ſcribit Colophonem à
Mopſo uate conditam, uerum hunc non Tireſiæ fuiſſe filium, ſed Mantus quæ fuit Tireſiæ filia.

Hoſti reliquit imp.) Iulianum ſignificat. Nam Conſtantium iam ante dolis ſuſtulerat Magnen-
tius. Iulianus prod. ani. ſ.) Quoniam deſciuit a fide Chriſtiana. Nam dum deſciſcit a Chriſto, cui
prius dederat nomen, ſuam ipſius ſalutem prodidit hoſti Satanæ. Chriſti iug. ex.) Dum magno ap-
paratu bellum aduerſus Parthos moliretur, Chriſtianorum ſanguinem dijs ſuis uouiſſe legitur, palam
perſequuturus eccleſias, ſi uictoria contigiſſet. Quin & Amphitheatrum Hieroſolymis extrui iuſſerat,
in quo reuerſus à Parthis, epiſcopos, monachos, omnesq; eius loci ſanctos, beſtijs, etiam arte ſæuiori-
bus obijceret, ſpectaretq; laniandos. In Media.) In Galliam miſſus fuerat à Conſtantio ubi res pro- 49
ſperrime geſsit. Et ſucceſſu rerum ebrius, neglexit Chriſtū. In Media ſenſit ultorem. Nam motis à Cte-
ſiphonte caſtris, dolo cuiuſdam transfugæ in deſerta perductus, cum ui ſitis & ardore ſolis, atq; inſuper
& labore harenarum confectus, periret exercitus, imperator tanto rerum periculo anxius, dum per ua-
ſta deſerti incautius euagatur, ab obuio quodam hoſtium equite, conto ictus interijt. Propagare.)
Subactis Parthis. Eſt autem iucunda adnominatio, propagare, & propagatos. Iouinianus.) Nam
is ſucceſsit Iuliano. Guſtatis tantum.) Nam periit octauo imperij ſui menſe. Fetore pruna-
rum ſuf.) Nam pactus cum hoſtibus, ictoq; fœdere neceſſario magis quàm honeſto, dum per Gala-
tiam iter agit, in Illyricum rediturus, quum in cubiculum quoddam nouum ſeſe recepiſſet cubitum, ca-
lore prunarum, & nidore parietum nuper calce illitorum, aggrauatus, & ſuffocatus interijt Dadaſta-
næ. Valentinianus.) Is fuit pater Gratiani & Iouiniano ſucceſsit. Vaſtato genitali ſolo.)
Pannonium apparet fuiſſe. Siquidem quum Sarmatæ ſeſe per Pannonias diffunderent easq; uaſtarent,
isq; ſuccurſurus, bellum in eos pararet, apud Brigitionem oppidū, ſubita effuſione ſanguinis, quæ Græ-
ce ἀποπληξις uocatur, ſuffocatus interijt. Valens.) Valentem fratrem, participem fecerat impe- 50
rij. Hic quum Gotthos conturbatos ab antiquis ſedibus expuliſſet, rurſus in fidem recepti ſunt. Mox
Gotthi, Maximi ducis auaricia, & iniurijs exaſperati, denuo mouerunt arma, & uicto Valentis exerci-
tu, per Thraciam ſeſe, miſcentes ſimul omnia cædibus, incendijs rapinisq;, effuderunt. Valens in Thra- D
cia cum Gotthis congreſſus infeliciter, per deuia fugientibus cæteris, ipſe cum ſagitta ſaucius, ægre in
cuiuſdam uillulæ cellam deportatus lateret, ab inſequentibus hoſtibus deprehenſus, ſubiecto igni con-
ſumptus eſt, atque ita communi caruit ſepultura. Gratianus.) Valentiniani filius patri ſucceſ-
ſit: aliquandiu cum patruo Valente, & Valentiniano fratre, tenuit imperium. Deinde Theodoſium in
imperij conſortium aſciuit. Ludibrio hoſti fuit.) Maximum ſignificat, qui in Britannia ab exer-
citu creatus imperator, in Galliam tranſijt, ubi Gratianum Auguſtum ſubita incurſione perterritum,
atque in Italiam tranſire parantem, dolis circumuentum interfecit, fratremq; eius Valentinianum Ita-
lia expulit. Lugdune.) Apoſtrophen facit, eſtq; hypallage numeri. Sunt autem Lugduni ad Rho
dani ripas in Gallia. Siquidem omnis Gallia comata in treis partes diuiditur, Belgicam quæ eadem eſt
Lugdunenſis: Et Aquitaniam, olim Aremoricam dictam, & Narbonenſem. Autor Plinius. Ado- 51
leſcens Valentinianus.) Iunior Gratiani frater, opera Theodoſij reſtitutus in imperium, extincto Ma
ximo eiusq; filio Victore, quem imperatorem Gallijs ipſe diſcedēs præfecerat, in Galliam tranſijt, ubi
quum pacata uiderentur omnia, apud Viennam dolo Arbogaſtis comitis ſui ſtrangulatus eſt. Inſuper
ut uoluntariam ſibi mortem conſciuiſſe uideretur, laqueo ſuſpenſus eſt. Procopius.) Tyrannus,
à Valentiniano Valentis fratre fuit interemptus. Maximus.) Et hic inuaſor imperij, alioqui uir
ſtrenuus, Theodoſianis armis oppreſſus eſt, de quo ſuperius dictum eſt. Eugenius.) Et hic Tyran-
nus, uictore Theodoſio occiſus eſt. Arbogaſtes huius comes, & cuius opera imperium fuerat adeptus,
ſua manu ſe percuſsit. Exercitui parcitum eſt. Dicat aliquis.) A contrario quæſiuit tranſitum, ab
imperatorum exemplis, ad inferiorum magiſtratuum fortunas. Feriuntq; ſummos.) Retulit Ho
ratianum carmen ex odis: Celſæ grauiore caſu Decidunt turres, feriuntq; ſummos Fulgura montes.
Maxima quæque dignitas, maximis periculis obnoxia eſt. Porrò ſi quis uolet de his copioſius cogno-
ſcere, legat ſeptimū Pauli Oroſij librum, ac Tripartitæ hiſtoriæ item ſeptimū. Nos ea recenſenda puta-
uimus, quæ ad huius loci explanationem proprie pertinebant. Abundantius egens exulat.) De
hoc conſulari uiro qui fuerit, nihil adhuc comperi. Alluſit autē Hieronymus ad nomen, cum ait, Abun-
dantium non iam abundantem, ſed egentem. Exaggerat per gradus calamitatem. Nam egere per ſe mi-
ſerum eſt

A ferum eſt. Miſerius in exilio. Miſerrimum ſi exules longius apud immanes barbaros. Pityunte.) Hæc uox fuerat uarie deprauata in ōnibus quæ uidere c ōtigit exēplaribus. Eſt autem Pityus oppidulum ad
52 extremum maris Pontici, ubi et Romani imperij fines olim fuiſſe tradit Hiſtoria tripartita lib. 10. Locus eſt feris & crudelibus barbaris finitimus, ubi legitur & Chryſoſtomum exulaſſe. Ruſini caput.) Hic orientalis aulæ magiſter fuit. Stilico occidentalis. Deinde imperiū affectauit. Pilo.) Pilum haſtam Romanam uocat. Erat autem ea ignominia ſumma. Conſtantinopolim.) Quod hic ſedes eſſet orientalis aulæ, cui præfectus fuerat. Abſciſſa manus.) Circunferebatur fortaſsis à mendico quopiā, in ignominiam extincti, aut ipſe mendicabat, manum amputatam circunferens ad oſtentationem calamitatis.

Aſſæ.) Aſcæ legendum opinor. Nam id eſt oppidum Arabiæ, quondam à Romanis captum. Memi-
nit Strabo lib. 16. Quāquam eſt Aſæ uicus Thraciæ, & Aſea uicus Arcadiæ teſte Stephano. Non ca-
lamitoſi.) Tranſitus eſt ad communem regionum afflictionem. Conſtantinopolim.) Quidam Byzantium eſſe putant. Eſt autem in Thracia ciuitas maritima. Alpes Iulias.) Diuerſa ſunt alpium no-
53 mina, pro locorum uarietate. Iulias quidam putant eſſe proximas Rhetijs, qua per Teruiſianam urbem, iter fit in Iſtriam & Auſtriam. Scythiam Thra. Mace.) Non mediocrē habet gratiam, hæc locorum & gentium ac uerborum congeries ἀσωμάτος. Conuenitq; orationi iam concitatiori, & ad finem properanti. Sunt autem omnes Europæ regiones inter ſe finitimæ. Scythia.) A Tanai ferme media eſt Scythia (Nam reliqua pars, quæ uergit ad orientem in Aſia eſt) pontici lateris. Hinc in Aegæi partem cōtinens, Thraciæ ac Macedoniq; adiungitur. Autor præter cæteros, Pomponius Mela, ſentit enim hic de Scythia Europæa. Dardania.) Ea quanquam à Geographis in Aſia ponitur; tamen eſt finitima Thraciæ. In hac Pomponius Mela ſcripſit eſſe ſepulchrum Achillis, Plinius hanc gentem feram uocat. Daciam.) Daci ſine Dacę tranſrhenani ſunt, Danubio fluuio, & Auartijs, ſyluęq; Herciniæ finitimi. Seruius Dacas Scythiæ populum facit, exponens eum locum quem ex Maronis octauo ſuperius attigit Hieronymus. Indomitiq; Dacæ. Quidam Thraciæ Scythiæq; finitimos putant, aut etiam utriuſq; portionem. Theſſalonicam.) Macedoniæ partem eſſe ſcribunt Plinius in quarto, & Stephanus Græcus autor. Achaia.) Quæ olim Aegialos dicta eſt: ea pars eſt Græciæ in qua eſt Corinthus. Lege Plinium lib. 4. cap. 5. Epirus.) In Europa pars eſt Acroceraunidis, de qua plurima Plinius lib. 4.
54 cap. 1. Cunctasq; Pannonias.) Fortaſſis legendum, cunctamq; Pannoniam. Niſi forte Pannonias ut Gallias dicimus. Nam ſuperior ad danubium uergit. Inferior ad Daciam, & Dalmatiam. Gotthus Sar. &c.) Hæc eſt illa colluuies barbarorum, quæ tot annos Romanum exercuit imperium. Plurima
B mortis imago.) Retulit carmen Vergilianum: Multus ubique pauor, & plurima mortis imago. Romanus orb.) Si Romanum imperium ruit, quod omnes æternum fore putabant, quid erit perpetuum in rebus humanis? Corinthios.) Eas Græciæ partes nominat, quæ præter cæteras imperij gloria floruerunt, cum nunc à barbaris ſubactæ, ſeruiant frigeantq;, ut intelligat, nihil eſſe diuturnum in rebus mortalium. Immanis ab his mal.) Captauit tranſitum ut digrediatur ad Aſiæ calamitates. Ecce.) Apte de re ſubita & improuiſa. Ex ultimis Caucaſi.) Scythas Aſiaticos aut Scythis finitimos ſignificat. Nam Caucaſus Indiæ mons eſt altiſsimis rupibus, qua uergit ad Septentrionem Scythiam attingens. Non iam Arabiæ.) Non eſt dubitandum, quin retulerit locum, qui eſt apud Abacuc prophetam cap. 1. Leuiores pardis equi eius, & uelociores lupis ueſpertinis. Quem locum ita uerterūt ſeptuaginta: Exilient ſuper pardos equi eius, et uelociores erunt lupis Arabiæ. Rurſum apud Sophoniam cap. 3. Principes eius in medio eius, quaſi leones rugientes, Iudices eius lupi ueſpere, et non relinquebant in mane. Quod ita uertunt ſeptuaginta. Principes eius in ea ueluti rugientes leones. Iudices eius ſicut lupi Arabiæ, non dimittebāt in mane. Verba diui Hieronymi in hunc prophetæ locū ſunt hæc. Sed iudices eius capientes munera uendentesq; iuſticiā, nonne recte appellantur lupi Arabię uel ueſpertini, ſicut Symmachus tranſtulit: Rurſus in locū Abacuc hęc aſſcribit. Lupi autem Arabiæ, id eſt, ueſpere, hi recte uocantur, quibus cōuerſatio peſſima occubuit. Reddiderat paulo ſuperius cauſam, cur lupi ueſpertini dicerentur, quod lupi uelociores eſſe dicantur nocte uicina. Cur autem Arabiæ lupi dicantur, nullam omnino cauſam reddit. Vnde mihi ſuſpicio naſcitur, utroque loco quem modo citaui, Arab legi debere, ut Hieronymus Hebraicam uocem poſuerit: præſertim cum in Abacuc addat, id eſt, ueſpere. Verum hæc interpretandi uarietas hinc accidit, quod עֶרֶב apud Hebræos ueſperam ſignificet, עָרַב totidem cōſonantibus, uariatis tantum uocalium notulis, Arabiam regionē. Hanc igitur poſteriorem
55 interpretationem, Hieronymus hoc loco libenter arripuit, nimirum aptam ad alluſionem, quandoquidem de regionibus loquitur. Antiochia.) In Aſia Syriæ pars eſt, qua ſe Ciliciæ committit, olim ac diu potens, ut ſcribit Mela. Halys.) Fluuius ex Tauri montis radicibus oritur. Interfluit Cappadociam, Septentrionem uerſus. Inter Paphlagonas currens, in pontum Euxinum exit. Cydnus.) Ciliciæ fluuius eſt, Tharſum Ciliciæ urbem diuidit, ut autor eſt Iuſtinus & Mela, cuius ortum ſciri, negat Solinus. Orontes.) Antiochiæ fluuius eſt, teſte Mela. Euphrates.) Oritur in præfectura Armeniæ maioris. Babylonem diuidit, tandem exit in mare rubrum. Lege Plinij lib. 5. cap. 24. Arabia.) Pars Aſiæ ultra Pleuſiacum mare, ad mare rubrum pertingens. Phœnix.) Arbitror legendum, Phœnice, non Phœnix. Quandoquidem regio, Græcis ſimul & Latinis φοινίκη uocatur.

Palæſtina.) Vtraque pars eſt Syriæ, Phœnice & Palæſtina. Nam ut teſtatur Plinius libro quinto Syria C
qua contingit Arabes, Palæſtina uocatur, & Iudæa, & Cœle. dein Phœnice. Et qua recedit intus Dama/
ſcena, ac magis etiamnum meridiana, Babylonia. Non mihi ſi.l.) Vergiliani uerſus ſunt ex ſexto Ae/
neidos. Thucydides & Sal.) Duos hiſtoriæ principes nominat, alterum Græcæ, alterum Romanæ.
Nam & Fabius Thucydidi opponit Saluſtium: Herodoto, Liuiũ. Miſeri Iſraelitæ:) Quanq; per no/
minandi caſum: tamen exclamatiue dictum eſt. Vt & illud ſuperius: Felix Nepotianus, qui &c. Na/ 56
buchodonoſor, ſeruus.) Eſt apud prophetam Hieremiam ca. 25. Et Nabuchodonoſor regem Aquilonis
ſeruum meum. Vocauit autem ſeruum, ut exponit ibi Hieronymus, quod in ſubuerſione Hieruſalem
illius miniſterio uteretur. Ezechias agit pœni.) Hæc hiſtoria eſt Eſaiæ cap. 37 de Sennacherib rege
Aſſyriorum, & Ezechia rege Iſrael. Egreſſus eſt, inquit, angelus domini & percuſſit in caſtris Aſſyrio/
rum centum octoginta quinq; milia. Et ſurrexerunt mane, & ecce omnes cadauera mortuorum. Io/
ſaphat.) De hoc legis 2. Paralipo. capite .7. quemadmodum per uniuerſas ciuitates Iuda dimiſſis Leuitis
ac ſacerdotibus, qui legem domini docerent adeo terrori factus ſit hoſtibus, ut paſſim ultro munera ad il
lum mitterent. Moſes contra Amalech.) Hiſtoria narratur Exo. ca. 17. Si quando remiſiſſet brachia
Moſes orans, uincebantur Iſraelitæ &c. Si erigi uolu.) Indicat Chriſtianis non oportere præſidiũ eſſe
in armis, ſed in auxilio diuino. Eſt autem iucundus color ex contrarijs. Vſq; ad incredulitatem.) Am
biguus eſt ſenſus. Aut enim intelligis adeo ſtolidam, ut uix credi poſsit: aut adeo ſtolidã, ut diffidat præ/
ſidio dei. Mens.) Rurſus exclamat per nominãdi caſum. Fugient mille.) Eſaiæ ſunt uerba ca. 30. Si 57
reuertamini & quieſcatis, ſalui eritis. In ſilẽtio & in ſpe, erit fortitudo ueſtra. Et noluiſtis & dixiſtis: Ne/
quaq;, ſed ad equos fugiemus: Ideo fugietis. Et ſuper ueloces aſcendemus. Ideo uelociores erunt, qui per
ſequentur uos. Mille homines a facie terroris unius, & a facie terroris quinq; fugietis. Pilis ſagittas.)
Pilum haſta eſt Romana, quæ ut torqueatur, uirum deſiderat: Sagittis Parthi Scythæq; fidebãt, quibus
eminus pugnatur, & a fugientibus. Tiaras gal.) Tiara, Phrygius eſt pileus, ac delicatus, magis deco/
rus fœminis quàm uiris. Nam buccas quoq; tegebat. Caballi.) Maiores equi dicuntur, ut manni de/
licatiores. Xerxes ille.) Hic, ſi Græcis hiſtoricis eſt habẽda fides, deduxit in Græciam, quinquies mil
le milia, & ducenta octoginta duo milia, ſeptingentos & ſexaginta. Lubitum eſt illi quodam die, ſpe/
ctare multitudinem quam ducebat, cumq; intueretur omnem Helleſpõtum nauibus obductum, omnia
littora, atq; Abydenorum plana, uiris referta, beatum ſe iactauit, mox fleuit. Rogatus cauſam ſubitæ mu
tationis: Reſpondit ſibi ueniſſe in mentem, humanæ conditionis, quod ex tam innumera multitudine,
nullus eſſet poſt centum annos ſuperfuturus. Hiſtoria eſt apud Herodotum lib. 7 & 8. Redeamus ad D
nos.) Alius eſt tranſitus per correctionẽ: cuiuſmodi fuit proximus ille. Exceſſimus conſolandi modum.

Quaſi è cœlo.) Alludit ad morẽ Homericũ, qui ſic miſcet poeſim ſuã, ut nunc in cœlo uerſetur apud 58
deos, nũc rurſus ad homines deſcẽdat. ANTIDOTVS. Nemo mirabitur, ſi diuus Hieronymus lau
di tribuit Nepotiano, quod Tertullianũ, non ſolum legerit, uerumetiam citauerit, quem conſtat in Mon
tani hæreſim fuiſſe prolapſum, cum hunc ob inſignem eruditionem Cyprianus magiſtrum ſuum uoca/
re ſit ſolitus, & diuus Auguſtinus, in libris de doctrina Chriſtiana non dubitarit, Theologiæ regulas ex
hominis & infantis & hæretici ſcriptis citare. Licebat hoc illis temporibus, eruditionis gratia, è quibus
libet libris, ſi quid ineſſet utile, decerpere. Ita Hieronymus præter alios multos, legebat Origenem, ut in/
terpretem, non ut dogmatiſten. Vt igitur Origenis ingenio fauit Hieronymus, ita fauit & Tertulliani,
quem ſcribit ad Montani factionem deſciuiſſe, commotum inuidia clericorum, ut id mali magis impu/
tet clericis, qui talem uirum ſua inuidentia à ſe alienarint.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ruſticum Gallum, monachum, erũditum adoleſcentem docet, quemadmodum oporteat inſtituere
uitam, eo dignam cognomine. Admonet in primis uitandum ſuſpectarum fœminarũ conſuetudinem.
Tutius autem eſſe iuuenem in cœnobio, quam in ſolitudine uitam agere. Tum ſero ad docendum & ſcri
bendos libros eſſe ueniendum, obtrectatorum familiaritatem modis omnibus fugiendam. Ac per ſingu
la taxat eos, qui ſub prætextu ac titulo monachi, ſuis indulgent uitijs.

HIERONYMVS RVSTICO MONACHO VIVENDI formam præſcribit.

NIhil Chriſtiano felicius, cui promittitur regnũ cœlorum. Nihil laborioſius, qui 1
quotidie de uita periclitatur. Nihil fortius, qui uincit diabolum. Nihil imbecillius
qui à carne ſuperatur. Vtriuſq; rei exempla ſunt plurima. Latro credit in cruce, &
ſtatim meretur audire: Amẽ dico tibi: hodie mecũ eris in paradiſo. Iudas de apo/
ſtolatus faſtigio, in perditionis tartarum labitur, & nec familiaritate conuiuij, nec intinctione
buccellę, nec oſculi gratia frãgitur: ne quaſi hominẽ tradat, quẽ filiũ dei nouerat. Quid Sama
ritana uilius? Nõ ſolũ ipſa credidit, & poſt ſex uiros unũ inuenit dominũ: Meſſiãq; cognouit
ad fontem

A ad fontem,quem Iudæorũ populus ignorabat:ſed & autor ſit ſalutis multorum,& apoſtolis
ementibus cibos,eſuriẽtem reficit,laſſumq; ſuſtentat.Quid Salomone ſapientius? Attamen
infatuatur amoribus mulierum.Bonum eſt ſal,nullumq; ſacrificiũ abſq; huius aſperſione ſu
ſcipitur.Vnde & Apoſtolus pręcipit:Sermo ueſter ſemper in gratia ſale ſit conditus.Quod
ſi infatuatur,foras proiicitur: intantumq; perdit nominis dignitatem,ut ne in ſterquilinium
quidem utile ſit,quo ſolent credentiũ arua cõdiri,& ſterile animarũ ſolum pingueſcere. Hæc
dicimus,ut prima te fili Ruſtice fronte doceamus,magna cœpiſſe,& excelſa ſectari,& adole
ſcentiæ imò pubertatis incentiua calcantem,perfectæ quidem ætatis gradum ſcandere,ſed lu
bricum iter eſſe,per quod ingrederis:nec tantum ſequi gloriæ poſt uictoriam, quantũ igno
miniæ poſt ruinam.Non mihi nunc per uirtutũ prata ducendus eſt riuulus, nec laborãdum,
ut oſtendam tibi uariorũ pulchritudinem florum:quid in ſe lilia habeant puritatis,quid roſa
uerecũdiæ poſſideat,quid uiolæ purpura promittat in regno,quid rutilantiũ ſpondeat pictu
ra gemmarũ.Iam enim propitio deo,ſtiuam tenes. Iam tectum atq; ſolariũ cum Petro apo
ſtolo conſcendiſti,qui eſuriens in Iudæis,Cornelij ſaturatur fide, & famem incredulitatis eo
rum,gentiũ conuerſione reſtinguit, atq; in uaſe euangeliorũ quadrangulo,quod de cœlo de
ſcendit ad terrã, docet & diſcit omnes homines poſſe ſaluari.Rurſumq; quod uiderat, in ſpe
cie candidiſſimi linteaminis in ſuperna transfertur, & credentiũ turbam de terris ad cœlũ ra
pit,ut pollicitatio domini cõpleatur: Beati mundo corde,quoniã ipſi deum uidebunt. To
tum quod apprehenſa manu inſinuare tibi cupio,quod quaſi doctus nauta,rudem conor in
ſtruere uectorem:illud eſt,ut in quo littore pudicitiæ pirata ſit noueris, ubi Charybdis & ra
dix omnium malorum auaricia, ubi Scyllæi obtrectatorum canes,de quibus Apoſtolus lo
quitur:Ne mordentes inuicem,mutuo conſumamini,quomodo in media tranquillitate ſecu
ri,Libycis interdũ uitiorum Syrtibus obruamur,quid uenenatorum animantium, deſertum
huius ſeculi nutriat.Nauigantes rubrum mare, in quo optãdum nobis eſt, ut uerus Pharao
B cum ſuo mergatur exercitu,multis difficultatibus ac periculis ad urbem maximã perueniũt.
Vtroq; in littore gentes uagæ,imò beluæ habitãt ferociſſimæ.Semper ſoliciti,ſemper arma
ti totius anni uehũt cibaria. Latentibus ſaxis uadiſq; duriſſimis plena ſunt omnia, ita ut ſpe
culator doctus in ſumma mali arbore ſedeat, & inde regendæ & circumflectendæ nauis di
2 ctata prædicet.Felix curſus eſt,ſi poſt ſex menſes ſupradictę urbis portum teneant, à quo ſe
incipit aperire oceanus,per quem uix anno perpetuo ad Indiam peruenitur, & ad Gangem
fluuium (quem Phiſon ſancta ſcriptura cõmemorat) qui circumit totam terram Euilath, &
multa genera pigmentorum de paradiſi dicitur fonte deuehere. Vbi naſcitur carbunculus &
ſmaragdus, & margarita cãdentia,& uniones quibus nobilium fœminarum ardet ambitio,
montesq; aurei,quos adire propter gryphas & dracones, & immenſorum corporum mon
ſtra,hominibus impoſſibile eſt,ut oſtendatur nobis,quales cuſtodes habeat auaritia. Quor
ſum iſta? Perſpicuum eſt,ſi negociatores ſeculi,tanta ſuſtinent,ut ad incertas periturasq; di
uitias perueniãt,& ſeruent cũ animæ diſcrimine,quæ multis periculis quæſierunt, quid Chri
ſti negociatori faciendum eſt,qui uenditis omnibus quęrit precioſiſſimum margaritum? qui
totis ſubſtantiæ ſuæ opibus emit agrum, in quo reperiat theſaurum, quem nec fur effodere,
nec latro poſſit auferre? Scio me offenſurum eſſe quàm plurimos,qui generalem de uitijs
diſputationem,in ſuam referunt contumeliam.Et dum mihi iraſcuntur,ſuam indicant conſci
entiam:multoq; peius de ſe,quàm de me iudicant. Ego enim neminem nominabo,nec uete
ris comœdiæ licentia,certas perſonas eligam atq; perſtringam. Prudentis uiri eſt,ac pruden
tium fœminarum diſſimulare, imò emendare quod in ſe intelligant, & indignari ſibi magis
quàm mihi,nec in monitorem maledicta congerere.Qui etſi ijſdem teneatur criminibus,cer
te in eo melior eſt,quod ſua ei mala non placent. Audio religioſam te habere matrẽ,mul
torum annorum uiduam, quæ aluit,quæ erudiuit infantem: ac poſt ſtudia Galliarum,quæ
uel florentiſſima ſunt, miſit Romam, non parcens ſumptibus, & abſentiam filij, ſpe ſuſti
nens futurorum, ut ubertatem gallici nitoremq; ſermonis, grauitas Romana condiret: nec

calcaribus in te,sed frenis uteret,quod & in disertissimis uiris Græciæ legimus,qui Asianum c
tumorem Attico siccabant sale, & luxuriantes flagellis uineas, falcibus reprimebant, ut elo-
quentiæ torcularia,non uerborum pampinis, sed sensuum quasi uuarum expressionibus re-
dundarent. Hanc tu suspice,ut parentem,ama, ut nutricem,uenerare ut sanctam. Nec alio-
rum imiteris exemplum:qui relinquũt suas, & alienas appetunt,quorum dedecus in propa-
tulo est,sub nominibus pietatis,quærentium suspecta consortia. Noui ego quasdã iam ma- 3
turioris ætatis, libertini generis adolescentibus delectari, & filios quærere spirituales:paula-
timq; pudore superato,ficta matrum nomina erumpere in licentiam maritalem.Aliæ soro-
res uirgines deserunt, & externis uiduis copulantur. Sunt quæ oderunt suos,& non suorum
palpantur affectu, quarum impatientia, index animi,nullam recipit excusationem, & cassa
impudicitiæ uelamenta,quasi aranearum fila dirumpit. Videas nónullos accinctis renibus,
pulla tunica, barba prolixa, à mulieribus non posse discedere, sub eodem manere tecto, si-
mul inire conuiuia,ancillas iuuenes habere in ministerio,& præter uocabulũ nuptiarum,om
nia esse matrimonij.Nec hæc culpa est Christiani nominis,si simulator religionis in uitio sit:
Quinimò confusio gentilium, quum ea uident ecclesijs displicere, quæ omnibus bonis non
placent. Tu uero si monachus esse uis, non uideri, habeto curam, non rei familiaris,cui
renunciando,hoc esse cœpisti, sed animæ tuæ. Sordidæ uestes,candidæ mentis indicia sint,
uilis tunica,contemptum seculi probet: ita duntaxat,ne animus tumeat,ne habitus sermoq;
dissentiant.Balnearum fomenta non quærat,qui calorem corporis,ieiuniorum cupit frigore
extinguere. Quæ & ipsa moderata sint, ne nimia debilitent stomachũ,& maiorem refectio-
nem poscentia,erumpant in cruditatem,quæ parens libidinũ est. Modicus ac temperatus ci-
bus,& carni & animæ utilis est.Matrem ita uide,ne per illam alias uidere cogaris,quarũ uul-
tus cordi tuo hæreant,& tacitũ uiuat sub pectore uulnus.Ancillas quæ illi in obsequio sunt,ti
bi scias esse in insidijs.Quia quanto uilior earum conditio,tanto facilior est ruina.Et Ioannes
Baptista sanctam matrem habuit,pontificisq; filius erat,& tamen nec matris affectu,nec pa
tris opibus uincebat, ut in domo parentũ cum periculo uiueret castitatis. Viuebat in eremo, D
& oculis desiderantibus Christũ, nihil aliud dignabatur aspicere. Vestis aspera, zona pelli-
cea,cibus locustæ,melq; syluestre,omnia uirtuti & cõtinentiæ præparata.Filij prophetarum
(quos monachos in ueteri testamento legimus) ædificabãt sibi casulas propter fluenta Ior-
danis,& turbis urbiũ derelictis, polenta & herbis agrestibus uictitabant. Quandiu in pa-
tria tua es,habeto cellulã pro paradiso,uaria scripturarũ poma decerpe,his utere delitijs, ha-
rum fruere cõplexu.Si scandalizat te oculus,pes,manus, proijce ea.Nulli parcas, ut soli par-
cas animæ.Qui uiderit,inquit dominus,mulierem ad cõcupiscendũ eam,iam mœchatus est
eam in corde suo.Quis gloriabitur castum se habere cor? Astra non sunt munda in conspe-
ctu domini:quanto magis homines,quorum uita tentatio est? Væh nobis,qui quoties con-
cupiscimus,toties fornicamur.Inebriatus est,inquit, gladius meus in cœlo,multo amplius in
terra,quæ spinas & tribolos generat. Vas electionis, in cuius ore Christus resonabat: mace
rat corpus suum,& subijcit seruituti,& tamen cernit naturalem carnis ardorem,suæ repugna-
re sententiæ,ut quod non uult,hoc agere compellatur,& quasi uim patiens uociferatur,& di
cit:Miser ego homo,quis liberabit me de corpore mortis huius: Et tu te arbitraris absque la-
psu & uulnere posse transire, nisi omni custodia seruaueris cor tuũ, & cum saluatore dixeris:
Mater mea & fratres mei hi sunt, qui faciunt uoluntatem patris mei? Crudelitas ista,pietas
est.Imò quid tam pium,quàm sanctæ matri,sanctum filium custodire? Optat & illa te uiue
re,& non uidere ad tempus,ut semper cum Christo uideat. Anna Samuelẽ,non sibi,sed ta-
bernaculo genuit.Filij Ionadab,qui uinum & siceram non bibebant:qui habitabãt in tento-
rijs,& quas nox compulerat,sedes habebant:scribuntur in psalmo,quod primi captiuitatem
sustinuerint,qui ab exercitu Chaldæorũ uastante Iudæam,urbes introire compulsi sunt. Vi
derint quid alij sentiant. Vnusquisq; enim suo sensu ducitur. Mihi oppidũ carcer & solitudo
paradisus est. Quid desideramus urbium frequentiã,qui de singularitate censemur? Moyses 4

ut præesset

A ut præeſſet populò Iudæorum, quadraginta annis eruditur in eremo: paſtor ouium, homi-
num factus eſt paſtor. Apoſtoli de piſcatione lacus Genezareth, ad piſcationem hominum
tranſierunt. Tunc habentes patrẽ, rhete, nauiculã, ſequuti dominum, protinus omnia relique
runt, portantes quotidie crucem ſuam, & ne uirgam quidem in manu habentes. Hæc dico, ut
etiam ſi clericatus te titillat deſiderium: diſcas quod poſſis docere, & rationabilem hoſtiam
offeras Chriſto, ne miles antequam tyro, ne prius magiſter ſis, quàm diſcipulus. Non eſt hu
militatis meæ, neq; menſuræ, iudicare de clericis, & de miniſtris eccleſiarum ſiniſtrum quip-
piam dicere. Habeant illi ordinem & gradum ſuum, quem ſi tenueris, quomodo tibi in eo ui
uendum ſit: æditus ad Nepotianum liber, docere te poterit. Nunc monachi incunabula,
moresq; diſcutimus: & eius monachi, qui liberalibus ſtudijs eruditus in adoleſcentia, iugum
Chriſti collo ſuo impoſuit. Primumq; tractandum eſt, utrum ſolus an cum alijs in monaſte-
rio uiuere debeas. Mihi quidem placet, ut habeas ſanctorũ cõtubernium, nec ipſe te doceas,
& abſq; doctore ingrediaris uiam, quam nũquam ingreſſus es: ſtatimq; tibi in partẽ alteram
declinandũ ſit, & errori pateas: plusq; aut minus ambules, quàm neceſſe eſt: ne aut currens
laſſeris: aut moram faciens, obdormias. In ſolitudine ſito, ſubrepit ſuperbia: Et ſi parumper
ieiunauerit, hominemq; non uiderit, putat ſe alicuius eſſe momenti. Oblitusq; ſui unde, &
quò uenerit, intus corde, lingua foris uagatur. Iudicat contra Apoſtoli uoluntatẽ alienos ſer-
uos, quo gula uoluerit, porrigit manũ: dormit quantum uoluerit: nullum ueretur, facit quod
uoluerit: omnes inferiores ſe putat, crebriusq; in urbibus, quàm in cellula eſt: & inter fratres
ſimulat uerecundiã, qui platearũ turbis colliditur. Quid igitur? Solitariã uitam reprehendi-
mus? Minime: quippe quam ſæpe laudauimus. Sed de ludo monaſteriorũ, huiuſcemodi uo-
lumus egredi milites, quos eremi dura rudimenta non terreant, qui ſpecimen conuerſationis
ſuæ, multo tempore dederint, qui omnium fuerint minimi, ut primi omniũ fierent, quos nec
eſuries aliquando, nec faturitas ſuperauit. Qui paupertate lætãtur. Quorum habitus, ſermo,
B uultus, inceſſus, doctrina uirtutũ eſt. Qui neſciũt ſecũdũ quoſdã ineptos homines, dæmonum
pugnantiũ contra ſe portenta cõfingere, ut apud imperitos et uulgi homines, miraculũ ſui fa
ciant, & exinde lucra ſectẽtur. Vidimus nuper & planximus, Crœſi opes unius morte depre-
henſas, urbisq; ſtipes, quaſi in uſus pauperũ cõgregatas, ſtirpi & poſteris derelictas. Tũc fer-
rum quod latebat in profundo, ſupernatauit aquæ, & inter palmarũ arbores, myrtæ amari-
tudo monſtrata eſt. Nec mirũ. Talem & ſociũ & magiſtrũ habuit, qui egentiũ famẽ, ſuas fecit
eſſe diuitias, & miſeris derelicta, in ſuam reſeruauit miſeriã. Quorũ clamor tandem peruenit
ad cœlũ, & patiẽtiſſimas dei uicit aures, ut miſſus angelus peſſimus, Nabal Carmelo diceret,
Stulte hac nocte auferent animã tuam à te, quæ autẽ præparaſti, cuius erunt? Volo ergo te,
& propter cauſas quas ſupra expoſui, non habitare cum matre, & præcipue, ne aut offerẽtem
delicatos cibos, renuendo cõtriſtes, aut ſi acceperis, oleũ igni adijcias, & inter frequentiã puel-
larum per diem uideas, quod nocte cogites. Nunquã de manu & oculis tuis recedat liber, di-
ſcatur pſalteriũ ad uerbũ, oratio ſine intermiſſione, uigil ſenſus, nec uanis cogitationibus pa-
tens. Corpus pariter & animus tendatur ad dominũ. Iram uince patientia. Ama ſcientiã ſcri-
pturarum, & carnis uitia non amabis. Nec uacet mens tua uarijs perturbationibus. Quæ ſi
pectori inſederint, dominabuntur tui, & te deducent ad delictum maximum. Facito aliquid
operis, ut te ſemper diabolus inueniat occupatum. Si apoſtoli habentes poteſtatẽ de Euan-
gelio uiuere, laborabant manibus ſuis, ne quem grauarent, & alijs tribuebant refrigeria, quo-
rum pro ſpiritualibus debebãt metere carnalia, cur tu in uſus tuos ceſſura non præpares? Vel
6 fiſcellam texe iunco, uel caniſtrũ lentis plecte uiminibus, ſarriatur humus, areolæ æquo limi-
te diuidantur. In quibus cum olerum iacta fuerint ſemina, uel plantæ per ordinem poſitæ,
aquæ ducantur irriguæ, ut pulcherrimorum uerſuum ſpectator aſſiſtas. Ecce ſupercilio
cliuoſi tramitis undam Elicit, illa cadens raucum per læuia murmur Saxa ciet, ſcatebriſq;
7 arentia temperat arua. Inſerantur infructuoſæ arbores, uel gẽmis, uel ſurculis, ut paruo poſt
tempore, laboris tui dulcia poma decerpas. Apum fabricare alueraria, ad quas te mittunt

Solo-

Solomonis prouerbia,& monasteriorũ ordinem,ac regiam disciplinam, in paruis disce cor- c
potibus. Texantur & lina capiendis piscibus:scribantur libri,ut & manus operetur cibũ,& ani
mus lectione saturetur.In desiderijs est omnis otiosus. Ægyptiorum monasteria hunc mo
rem tenent,ut nullum absq; operis labore suscipiant, non tam propter uictus necessitatem,
quàm propter animæ salutẽ.Ne uagetur perniciosis cogitationibus mens,& instar fornican
tis Hierusalem,omni trãseunti diuaricet pedes suos. Dum essem iuuenis, & solitudinis me
deserta uallarent,incentiua uitiorum ardoremq; naturæ ferre nõ poteram: quem cum crebris
ieiunijs frangerem,mens tamen cogitationibus æstuabat.Ad quam edomãdam,cuidam fra
tri,qui ex Hebreis crediderat,me in disciplinam dedi,ut post Quintiliani acumina,Ciceronis
fluuios,grauitatemq; Frontonis,& lenitatem Plinij,alphabetum discerem,& stridentia anhe
lantiaq; uerba meditarer.Quid ibi laboris insumpserim,quid sustinuerim difficultatis: quo
ties desperauerim,quotiesq; cessauerim, & contentione discendi rursus incœperim, testis est
conscientia:tam mea qui passus sum,quàm eorũ qui mecum duxerunt uitam. Et gratias ago
domino,quod de amaro semine literarũ,dulces fructus carpo.Dicam & aliud,quod in Ægy
pto uiderim.Græcus adolescens erat in cœnobio,qui nulla continentia, nulla operis magni
tudine flammam poterat carnis extinguere. Hunc periclitantem, pater monasterij hac arte
seruauit.Imperat cuidam uiro graui,ut iurgijs atq; cõuicijs insectaretur hominem, & post ir
rogatam iniuriam,primus ueniret ad querimoniam.Vocati testes,pro eo loquebantur, qui
contumeliam fecerat.Flere ille contra mendacium. Nullus alius credere ueritati: Solus pater
defensionem suam callide opponere:ne abundãtiori tristicia absorberetur frater. Quid mul
ta?Ita annus ductus est.Quo expleto,interrogatus adolescẽs super cogitationibus pristinis,
an adhuc molestiæ aliquid sustineret.Papæ,inquit: Viuere mihi non licet,& fornicari libeat?
Hic si solus fuisset,quo adiutore superasset?Philosophi seculi solent amorem ueterem,amo
re nouo,quasi clauũ clauo expellere.Quod & Assuero regi septẽ principes fecere Persarum,
ut Vasthi reginę desideriũ, aliarum puellarũ amore compescerẽt. Illi uitiũ uitio,peccatumq; D
peccato medicantur:nos amore uirtutum,uitia superemus.Declina,ait,à malo,& fac bonum:
Quęre pacem,& persequere eam.Nisi oderimus malum:bonum amare nõ possumus.Quin
potius faciendum est bonum,ut declinemus à malo.Pax quærenda, ut bella fugiamus. Nec
sufficit eam quærere,nisi inuẽtam fugientemq; omni studio persequamur, quæ exuperat o
mnem sensum:in qua habitatio dei est,dicente propheta:Et factus est in pace locus eius,Pul
chreq; persequutio pacis dicitur:iuxta illud Apostoli.Hospitalitatem persequentes,ut nõ le
ui usitatoq; sermone,& (ut ita loquar)summis labijs hospites inuitemus,sed toto mẽtis ardo
re teneamus,quasi offerẽtes se cum lucro nostro atq; cõpendio. Nulla ars absq; magistro
discitur.Etiam muta animalia & ferarũ greges,ductores sequuntur suos. In apibus principes
sunt. Grues unã sequuntur ordine literato. Imperator unus.Iudex unus prouincię.Roma ut
condita est,duos fratres simul habere reges nõ potuit,& parricidio dedicatur.In Rebeccę ute 8
ro, Esau & Iacob bella gesserunt.Singuli ecclesiarum episcopi,singuli archipresbyteri, singu
li archidiaconi,& omnis ordo ecclesiasticus suis rectoribus nititur. In naui unus gubernator:
in domo unus dominus:in quamuis grãdi exercitu,unius signum expectatur.Et ne plura re
plicando fastidiũ legenti faciam:per hæc omnia ad illud tẽdit oratio:ut doceam te, nõ tuo ar
bitrio dimittendum,sed uiuere debere in monasterio sub unius disciplina patris, consortioq;
multorum,ut ab alio discas humilitatem,ab alio patientiam.Hic te silentiũ, ille doceat man
suetudinem: non facias quod uis: comedas quod iuberis, uestiare quod acceperis, operis tui
pensum persoluas: subijciaris cui non uis, lassus ad stratum uenias,ambulansq; dormites,&
necdum expleto somno,surgere compellaris. Dicas Psalmum in corde tuo, in quo non dul
cedo uocis,sed mentis affectus quæritur,dicente Apostolo: Psallam spiritu, psallam & men
te:Et,Cantantes in cordibus uestris domino.Legerat enim esse præceptum:Psallite sapiẽter.
Seruias fratribus,hospitum laues pedes: passus iniuriam taceas: præpositum monasterij ti
meas,ut dominum:diligas,ut parentem.Credas tibi salutare quicquid ille præceperit,nec de

maio/

A maiorũ ſententia iudices, cuius officij eſt obedire, & implere quæ iuſſa ſunt, dicente Moyſe: Audi Iſrael & tace. Tantis negocijs occupatus, nullis uacabis cogitationibus, & dum ab alio tranſis ad aliud opuſcp ſuccedit operi: illud ſolum mente tenebis, quod agere compelleris.

Vidi ego quoſdam, qui poſtquã renunciauere ſeculo, ueſtimentis duntaxat & uocis profeſſione non rebus, nihil de priſtina conuerſatione mutarunt. Res familiaris magis aucta cp imminuta. Eadem miniſteria ſeruulorum, idem apparatus conuiuij. In uitro & patella fictili, aurum comeditur, & inter turbas & examina miniſtrorũ, nomen ſibi uendicant ſolitarij. Qui uero pauperes ſunt & tenui ſubſtantiola, uidenturcp ſibi ſcioli: pomparũ ferculis ſimiles procedunt in publicũ, ut caninã exerceãt facundiã. Alij ſublatis in altũ humeris, & intra ſe neſcio
9 quid cornicantes, ſtupentibuscp in terrã oculis, tumentia uerba trutinantur, ut ſi præconẽ addideris, putes incedere præfecturã. Sunt qui humore cellarũ immoderatiscp ieiunijs, tædio ſolitudinis ac nimia lectione, dum diebus ac noctibus auribus ſuis perſonant, uertũtur in melancholiã, et Hippocratis magis fomentis quàm noſtris monitis indigent. Plericp artibus & negociationibus priſtinis carere non poſſunt, mutatiscp nominibus inſtitutorũ, eadem exercent cõmercia: non uictum & ueſtitũ, quod Apoſtolus præcipit, ſed maiora quàm ſeculi homines, emolumenta ſectãtes. Et prius quidem ab ædilibus quos ἀγορανόμους Græci appellant, uendentium coercebatur rabies, nec erat impune peccatũ. Nunc autem ſub religionis titulo, exercentur iniuſta cõpendia, & honor nominis Chriſtiani, fraudẽ magis facit, quàm patitur. Quodcp pudet dicere, ſed neceſſe eſt, ut ſaltem ſic ad noſtrũ erubeſcamus dedecus, publice extendentes manus, pannis aurũ tegimus: & cõtra omniũ opinionẽ, plenis ſacculis morimur diuites, qui quaſi pauperes uiximus. Tibi cum in monaſterio fueris, hæc facere non licebit: & inoleſcente paulatim conſuetudine, quod primũ cogebaris, uelle incipies, & delectabit te labor tuus: oblituscp præteritorũ, ſemper priora ſectaberis: nequaquã cõſiderans, quid alij mali faciant, ſed quid boni tu facere debeas. Necp uero peccantiũ ducaris multitudine: & te
B pereũtiũ turba ſolicitet: ut tacitus cogites. Quid, ergo omnes peribũt, qui in urbibus habitãt? Ecce illi fruuntur ſuis rebus: miniſtrant eccleſiis, adeunt balneas, unguenta non ſpernũt, & tamen in omnium ore uerſantur. Ad quod & ante reſpondi, & nunc breuiter reſpõdebo, me in præſenti opuſculo, non de clericis diſputare, ſed monachũ inſtituere. Sãcti ſunt clerici, & omnium uita laudabilis. Ita ergo age, & uiue in monaſterio, ut clericus eſſe merearis, ut adoleſcentiã tuam nulla ſorde cõmacules, ut ad altare Chriſti, quaſi de thalamo uirgo procedas, & habeas deforis bonũ teſtimoniũ: fœminæcp nomen tuũ nouerint, & uultũ tuum neſciant. Cum ad perfectã ætatẽ ueneris, ſi tamen uita comes fuerit, & te uel populus, uel pontifex ciuitatis, in clerum elegerit: agito quæ clerici ſunt, & inter ipſos ſectare meliores, quia in omni conditione & gradu, optimis mixta ſunt peſſima. Ne ad ſcribendũ cito proſilias, & leui ducaris inſania. Multo tempore diſce quod doceas. Ne credas laudatoribus tuis, imò irriſoribus aurem ne libenter accõmodes: qui cum te adulationibus fouerint, & quodãmodo impotem mentis effecerint: ſi ſubito reſpexeris, aut ciconiarũ deprehẽdes poſt te colla curuari, aut manu auriculas agitari aſini, aut æſtuantẽ canis protendi linguã. Nulli detrahas, nec in eo te ſanctũ putes, ſi cæteros laceres. Accuſamus ſæpe quod facimus, & cõtra noſmetipſos diſerti,
10 in noſtra uitia inuehimur, muti de eloquentibus iudicantes. Teſtudineo Grunnius incedebat ad loquendum gradu, & per interualla quædam, uix pauca uerba carpebat, ut eum putares ſingultire, non proloqui. Et tamen cum menſa poſita librorum expoſuiſſet ſtruem: adducto ſupercilio, contractiscp naribus, ac fronte rugata: duobus digitulis concrepabat, hoc ſigno ad audiendum diſcipulos prouocans. Tum nugas meras fundere, & aduerſum ſingu-
11 los declamare. Creticum diceres eſſe Longinum, Cenſoremcp Romanæ facundiæ. Notare quem uellet, & de ſenatu doctorũ excludere: Hic bene nummatus, plus placebat in prandijs. Nec mirum, ſi qui multos ineſcare ſolitus erat: facto cuneo circũſtrepentium garrulorũ, procedebat in publicum: intus Nero, foris Cato: Totus ambiguus, ut ex cõtrarijs diuerſiscp naturis, unum monſtrum nouamcp beſtiam diceres eſſe compactam: iuxta illud poeticum.

Prima

Prima leo,poſtrema draco, media ipſa Chimæra. Nunq̃ ergo tales uideas,nec huiuſmodi c
hominibus appliceris,nec declines cor tuum in uerba malitię,& audias:Sedens aduerſus fra
trem tuum loquebaris,& aduerſus filiũ matris tuæ ponebas ſcandalũ.Et iterum : Filij homi
num,dentes eorum arma & ſagittæ. Et alibi : Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum,& ipſi
ſunt iacula:Et apertius in Eccleſiaſta : Sicut mordet ſerpens in ſilentio,ſic qui fratri ſuo occul
te detrahit.Sed dices:Ipſe nõ detraho, alijs loquẽtibus quid facere poſſum? Ad excuſandas
excuſationes in peccatis iſta prætendimus.Chriſtus arte nõ illuditur. Nequaq̃ mea,ſed apo
ſtoli ſententia eſt : Nolite errare,deus non irridetur.Ille in corde,nos uidemus in facie.Solo
mon loquitur in prouerbijs: Ventus aquilo diſsipat nubes, & uultus triſtis linguas detrahen
tium.Sicut enim ſagitta ſi mittatur contra duram materiã , nonnunq̃ in mittentem reuertit,
& uulnerat uulnerantem,illudq̃ cõpletur:Facti ſunt mihi in arcum prauũ.Et alibi : Qui mit
tit in altum lapidem,recidet in caput eius:ita detractor cum triſtem faciem uiderit audientis,
imò ne audientis quidem,ſed obturantis aures ſuas,ne audiat iudiciũ ſanguinis,ilico contice
ſcit,pallet uultus,hærent labia,ſaliua ſiccatur.Vnde idem uir ſapiens:Cum detractatoribus,
inquit,ne miſcearis,quoniam repente ueniet perditio eorum, & ruinam utriuſq; quis nouit?
Tam ſcilicet eius qui loquitur, q̃ illius qui audit loquentem.Veritas angulos non amat, nec
quærit ſuſurrones. Timotheo dicitur.Aduerſum presbyterũ accuſationem,cito ne receperis.
Peccantem autẽ,coram omnibus argue,ut & cęteri metum habeant.Non eſt facile de proue
cta ætate credendũ,quam & uita pręterita defendit,& honorat uocabulũ dignitatis.Verum
quia homines ſumus,& interdũ contra annorum maturitatẽ,puerorum uitijs labimur,ſi me
uis corrigere delinquentem,aperte increpa, tantum ne occulte mordeas. Corripiet me iuſtus
in miſericordia,& increpabit.Oleum aũt peccatoris non impinguet caput meũ. Quem enim
diligit dominus,corripit:caſtigat aũt omnem filiũ quem recipit . Et per Eſaiam clamat domi
nus:Populus meus,qui beatos uos dicunt,ſeducunt uos,& ſemitas pedum ueſtrorũ ſupplan
tant.Quid enim mihi prodeſt, ſi alijs mala referas mea ? Si me neſciente,peccatis meis, imò D
detractionibus tuis aliũ uulneres, & cum certatim omnibus narres,ſic ſingulis loquaris,qua
ſi nulli dixeris alteri?Hoc eſt non me emendare,ſed uitio tuo ſatisfacere. Præcipit dominus,
peccãtes in os argui debere ſecretò,uel adhibito teſte,et ſi audire noluerint,referri ad eccleſiã;
habendosq̃ in malo pertinaces,ſicut ethnicos & publicanos.Hæc expreſſius loquor,ut ado
leſcentem meum,& linguæ & aurium prurigine liberem,ut renatum in Chriſto,ſine ruga &
macula,quaſi pudicam uirginem exhibeam,caſtam tam mente quàm corpore,ne ſolo nomi
ne glorietur,& abſq; oleo bonorum operum,extincta lampade,excludatur à ſponſo. Ha
bes iſtic ſanctum doctiſſimũq; pontificẽ Proculum , qui uiua & præſenti uoce noſtras ſche
dulas ſuperet,quotidianiſq; tractatibus iter tuum dirigat, nec patiatur te in partem alterã de 12
clinando , uiam relinquere regiam , per quam Iſrael ad terram repromiſſionis properans,ſe
tranſiturũ eſſe promittit.Atq; utinam exaudiatur uox eccleſiæ implorantis:Domine,pacem
da nobis.Omnia enim dediſti nobis.Vtinam quod renunciamus ſeculo,uoluntas ſit,nõ ne
ceſsitas,& paupertas habeat expetita gloriam,nõ illata cruciatũ. Cæterum iuxta miſerias hu
ius temporis,& ubiq; gladios ſęuientes,ſatis diues eſt, qui pane nõ indiget.Nimium potens
eſt,qui ſeruire nõ cogitur . Sanctus Exuperius Toloſæ epiſcopus, uiduæ Saraptenſis imita
tor,eſuriẽs paſcit alios , & ore pallente ieiunijs, fame torquetur aliena,omnemq; ſubſtãtiam
Chriſti uiſceribus erogauit . Nihil illo ditius,q corpus domini caniſtro uimineo,ſanguinem
portat in uitro.Qui auariciã eiecit è templo, qui abſq; funiculo & increpatiõe,cathedras uen
dentium columbas,id eſt,dona ſancti ſpiritus mẽſasq; ſubuertit mãmonæ,& nummulario
rum æra diſperſit,ut domus dei,domus uocetur orationis, & non latronũ ſpelunca. Huius è
uicino ſectare ueſtigia,& cæterorũ qui uirtutũ illius ſimiles ſunt,quos ſacerdotiũ & humilio
res facit & pauperes . Aut ſi perfecta deſideras , exi cũ Abrahã de patria & cognatione tua,
& perge quò neſcis.Si habes ſubſtantiã,uende,& da pauperibus.Si nõ habes, grandi onere
liberatus es:nudũ Chriſtũ,nudus ſequere. Durum,grande,difficile,ſed magna ſunt præmia.

Scholia

SCHOLIA

A 1 NIhil Christiano.) Rursum suo more incipit à loco cõmuni, de periculis uarijs, quibus Christiani uita obnoxia est, qui tamen non sit alienus ab argumento epistolæ. Atque hanc partem uarijs allegorijs tractat & allusionibus. Stiuam tenes.) Stiua ea pars aratri est, quam manu tenet qui arat, quaq; moderatur aratrum. Porrò tacite allusit ad illud Euangelicũ: Nemo qui postquam manum ad aratrum misit, retro respexerit, aptus est regno dei. Iam tectum atq; solarium.) Quod Actuum capite decimo refertur de Petri uisione, & de Cornelio Centurione, mire trahit ad allegoriam, quam qui cupiet ad plenum intelligere, locum eum relegat. Totum quod apprehensa.) Admiscet in loco cõmuni propositionem, quam solitus est in initio ponere. Porrò apprehensa manu dixit, quod ita soleamus seorsim ac familiariter libereq; monere amicum. Scyllæi obtrectatorum canes.) Scylla saxum est in mari prominens, quod procul intuentibus, puellæ speciem præbeat. Tum fragor assultantium undarum, latratum canum imitatur. Vnde poetæ fingunt eam pubetenus cinctam canibus latrantibus, teste Marone: Candida succinctam latrantibus inguina monstris. Itaque in prima epistola Scyllam ad uoluptatũ illecebras retulit, hic canum latratum ad obtrectationem trahit.

Libycis interdũ syrtibus.) Syrtes loca maris sunt harenis fluctuantibus uadosa, quæ uel tranquillo mari perniciem adferunt nautis. Latentibus saxis.) Cautes sunt, quæ hoc magis formidandæ sunt nautis, quod non eminent. Vada sunt, quum subest fundus altior, nec satis est aquæ sustinendis nauibus. 2 Felix cursus.) Eleganter cursum uocat nauigationem. Significat aũt per allegoriam bene nobiscum agi, si diuturno studio tandem perueniamus ad perfectã pietatem. Margarita cãdentia.) Nam uniones, ut testatur Plinius, potissimum candore commendantur. Margaritum dixit in neutro genere.

Nec ueteris comœdiæ.) Vetus comœdia, cuius generis adhuc extant Aristophanicæ, nominatim quosuis magna libertate taxabat: quæ rabies postea lege coercita est. Vnde & prouerbium apud Græcos: De plaustro loqui. Apud Latinos aũt loco ueteris comediæ successit Satyra, mordax & hoc scripti genus. Nec calcaribus, sed freno.) Allusit ad apophthegma Isocratis de Ephoro ac Theopõpo. Item Platonis de Aristotele ac Zenocrate, quod alter plus satis ardens, freno opus haberet: alter tardior, calcaribus. Asianum tumorem.) Tria sunt dicẽdi genera. Atticum, quod pressum est, propterea quod Athenis iuberentur absq; procœmijs & affectibus dicere. Asianum, tumidum & redundans, pro gentis illius moribus turgidæ, & luxu rerum superfluentis. Rhodium, medium, & ex utroq; temperatum. Autor Cicero, & Quintilianus ultimi lib. cap. penultimo. Gallicum igitur dicendi genus cum Asiano con
B fert. Vnde & alibi: Gallico, inquit, cothurno attollitur, Romanum cum Attico. Luxuriantes flagellis uineas.) Flagella uocat summos uitiũ ramos flexiles. Luxuriat aũt, quod præter modũ lætũ est. Pampi-
3 ni uero uitium folia sunt. Libertini generis.) Vt hoc titulo prætexant libidinem, quod adolescentibus libertinis sint ueluti patronæ. Cibus locustæ.) Plinius non uno loco testatur, populos quosdã locustis uiuere sole siccatis. Pudet autem referre, quàm inepte hac de re ineptiãt quidam, quasi uehementer lædatur fama diui Ioannis Baptistæ, si dicatur hoc animante uictitasse tam uili cibo, quasi uero magis conuenerit, eum placentis ac murenis alitum fuisse. Filij prophetarum q.m.) Non quod certo cultu aut titulis ab alijs distinguerentur, quemadmodum hodie monachorum uulgus, sed quod semoti ab oppidorum frequentia, uitam agerent in solitudine, quum hodie nusquam esse malint, quàm in densissima frequentia hominum, præsertim diuitum & crassulorum. Cellulam pro paradiso.) Paradisus Græcis hortum significat. In hortis autem olim uoluptatibus dabatur opera. Vnde & de hortis Epicureis frequens apud autores mentio. Filij Ionadab.) Historia habetur apud Hieremiam prophetam de filijs Ionadab, qui inuitati ut biberent uinum, recusarunt: nec ædificarunt domos, nec sementem faciebant, nec plantabant uineas, ita edocti à patre, donec compulsi ab exercitu Nabuchodonosor, & exercitu Chaldæorum, cõferrent sese in ciuitatẽ Hierusalem. Porrò quod primi ducti sint captiui, id nusquam legitur, nec in psalmis, nec in alijs literis, nisi quod colligitur è titulo psalmi centesimi trigesimiprimi, qui est huiusmodi: τῶν υἱῶν Ιωναδὰβ, καὶ τῶν πρώτων αἰχμαλωτισθέντων. Id est: Filiorum Ionadab, & horum qui primi captiui fuerunt. Nec in eo psalmo super hac re ulla fit mentio, ut testatur & diuus Augusti-
4 nus. De singularitate censemur.) Nam hinc Græcis monachi uocabulum, quasi dicas, unicũ & singularem. Nomen autem inde sumptum, quod olim pij quidam homines, partim nõ ferentes gentilium in Christum blasphemias: partim afflicti ab inimicis Christianæ fidei, profugerent aliquò in uastas solitudines, atq; ibi uiuerent: alij gregatim, quos Cœnobitas uocant: alij semotim, quos appellant Anachoritas. Pastor ouium hi.s.o.p.) Festiua uicinitas uocum in ouium & hominum. De Moyse habes Exodi iij. & ij. Lacus Genezaret.) Locus est Lucæ cap. v. ubi Christus ita loquitur Petro: Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens. Et rationabilem hostiam of.) Allusit ad locum qui est apud Paulum ad Rom. cap. xij. Exhibeatis corpora uestra hostiã uiuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium uestrum. Hieronymus nonnihil detorquens hunc Pauli locum, allusit ad Græcam uocem λογικὴν, quod à sermone quoq; duci potest, ut intelligas coli deum, prædicando Christum. De hoc uide nostra in Paulum scholia. Pluscq; aut minus.) Vbi complures unà faciunt iter, si quis fuerit lentior, ab alijs pergentibus utcunq; protrahitur: si quis æquo properantior, à cæteris retardatur. Contra, qui so-

e lus facit

lus facit iter, aut ſtudio perueniendi nimium feſtinat, aut tædio itineris reſidet & obdormiſcit alicubi. Rurſum, qui ſolus ambulat, non nunquam aberrat. Inter multos, ſi quis aberrat, non deeſt qui commonſtret uiam. Idem accidit in uita ſolitaria & gregaria. In ſolitudine ſito.) Omnes fermè codices habebant, cito per c, nec mihi diſplicet omnino, ſi modo accipias cito pro facile. Alienos ſeruos.) Ita Paulus ad Rom. cap. xiiij. Tu qui es, qui iudicas ſeruum alienum? De ludo.) Ludum hic ſcholam uocat. Nam tyrones ludum habebant, in quo prius rem bellicam diſcerent. Qui ſpecimen.) Specimen uocat deguſtationem, unde reliqua poſsint æſtimari. Dæmonum contra ſe.) Mirum ut olim etiã fuerit hæc impoſtura. Nam hodie quoq; ſunt, præſertim inter eos, qui ſolitariam agunt uitam: qui uiſiones & dæmonum infeſtationes, an fingãt nescio, certe narrant. Stipes.) Id eſt, minutulos nummos, quos accipiunt mendici. Eſt autem tacita alluſio uocum in ſtipes & ſtirpi. Tunc ferrum.) Alluſit ad hiſtoriam Helizæi, quæ habetur iiij. Reg. cap. vi. Inter palmarum ar.) Nihil enim huius arboris fructu dulcius, quas palmulas uocant. Vt angelus.) Miſcuit hiſtoriam Nabal, quæ eſt primo lib. Reg. cap. xxv. cum dicto Euangelico quod eſt apud Lucam cap. xij. Quidam codices non habent, angelus peſsimus, ſed angelus, quod magis placet, quod illic legimus illi à deo dictum, niſi angelum accipis pro nuncio, quod adfertur. Fiſcellam texe iunco.) Fiſcella ſportula eſt ruſticana, qua recentem caſeum, aut arborum fructus, aut ſimile quippiam portabant. Diminutiuum à fiſcina. Vergilius: Viridi fiſcellam texit hibiſco. Et rurſum: Et rubea texatur fiſcina uirga. Lentis.) Id eſt, flexilibus. Sarriatur humus.) Sarrire eſt ſarculo frangere glebas, ac repurgare terram. Areolæ.) Diminutiuũ eſt ab area. Sic autem uocat ſectas in quadrum planicies in hortis, quas uulgo noſtrates lectulos uocãt. Limites appellat ſemitas, quibus areolæ diſcernuntur. Ecce ſupercilio.) Hij uerſus ſunt apud Vergilium primo Georgicõn libro. Nec ſine cauſa dixit Hieronymus, ſpectator aſsilias. Nam poeta quum dicit, ecce, uelut ad ſpectaculum inuitat: & ipſa carminis compoſitio pene ob oculos ponit, ac repræſentat aquam à ſummo cliuo exilientem, celeritate dactylorum, Elicit, illa cadens. Deinde per obſtantia ſaxa cum murmure nonnihil luctantem, Raucum per leuia murmur. Rurſum per agrum, nunc celerius, nunc tardius, utcunq; loci commoditas aut incommoditas occurrerit, huc & illuc diſcurrentem, Scatebriſq; arentia temperat arua. Inſerantur infructuoſæ.) Nonnulli codices habent, fructuoſæ. Mihi magis probatur ut legamus, infructuoſæ. Ad ſenſum enim magis quadrat. Siquidem inſeri dicitur, non ſolum id quod immittitur, uerumetiam arbor in quam immittimus. Inſerũtur autem infrugiferæ, ueluti platanus, phagus, ornus, ut arte fiant frugiferæ, quo maiorem adferant uoluptatẽ ſuo cultori. Vnde Flaccus: Vt gaudet, inſitiua decerpens pyra. Vel gemmis uel ſurculis.) Veteres tradiderunt tria inſitionum genera. Vnum, quo reſecta & fiſſa arbor ſeu planta, recipit in medullam immiſſum ſurculum. Alterum, cum reſecta inter librum & materiam recipit ſemina. Tertium, cum gemmæ infoditur ſurculus. Gemmã autem ruſtici uocabant tumorem corticis, à quo rupto prodeunt nouæ frondes. Dulcia poma.) Equidem malim, dulcia præmia, niſi refragarentur exemplaria. Solomonis prouerbia.) Sic enim legis Eccleſiaſtici cap. xi. Breuis in uolatilibus eſt apis, & initium dulcoris habet fructus eius. Ac regiam diſciplinam.) De politia apum admirabili, refert Vergilius Georgicon libro quarto, & Plinius. Diuaricet pedes ſuos.) Alluſit ad id quod eſt apud Ezechielem cap. xvi. Diuiſiſti pedes tuos omni tranſeunti, utens ſimilitudine proſtitutæ, quæ quemuis admittit ad coitum. Quintiliani acumina.) Tribuit Quintiliano acumen, Ciceroni copiam & facilitatem, quaſiq; fluxum: Plinio lenitatem, quod compoſitus ſit, & minus acribus affectibus. De Frontone meminit & Iuuenalis: Frontonis platani, conuulſaq; marmora clamant. In ſumma ſentit, poſt ſtudia rhetorices. Nulla continentia.) Continentiã hic uocat abſtinentiam cibi, potus, & ſomni. Clauum clauo.) Græcum prouerbium eſt, quoties malum malo propellitur: ueluti ſi quis impudentiã impudentia retundat. Leui uſitataq;.) Quidam codices pro uſitato habent, citato. Vtraq; lectio tolerabilis eſt. Summis labijs.) Prouerbiũ eſt Græcum, cum quis non ex animo loquitur, ut in Chiliadibus noſtris oſtendimus. Quaſi adferentes ſecum.) Si licet aliquid refragantibus exemplaribus immutare, malim ita legi, quaſi offerentes ſe cum lucro noſtro atque compendio. Quidam enim ob id non gaudent hoſpitum aduentu, quod damni nonnihil adferre uideantur rei domeſticæ: at quos intelligunt lucrum adducturos, eos apprehenſos retinent, nec ſinunt abire. Ordine literato.) Volantes enim exprimunt alpha Λ. Sic enim pingebant antiqui, ut Vniuerſum referat. De quo Plinius lib. x. cap. xxi. Duos fratres.) Romulũ & Remum. Romulus Remum occidit, quod mœnia tranſiliſſet, atq; ita Fraterno primi maduerunt ſanguine muri, quod Hieronymus dedicationem appellat. In quamuis gran.) Quamuis, id eſt, quantumuis. Signum autem dat imperator militibus ineundi prælij, & ſigno dato iubet deſiſtere. Penſum.) Id eſt, modum operis præſcriptum. Sumptum à penſo lanarũ, quod certi ponderis ſingulis puellis dabatur. In ordine tuo.) Ita quondam laborantes monachi, uiciſsim pſalmum aliquem recitabant, ut aliorum opus non intermitteretur, & ſemper audiretur aliquid ſacri. Nunc ocioſi quidam nihil aliud faciunt. Aurum comeditur.) Aurum uocat rem magno emptam, ut Chriſtus in Euangelio, rapinas in catinis, uocat precium rapina partum. Et examina.) Ita uocat numerum innumerabilem. Et Horatius, ditis examen domus, ab apum examinibus ducta ſimilitudine. Pomparum ferculis.) Pompæ dicuntur publicæ oſtenta-

A ſtentationes, ut in ludis ſolennibus, in triumphis, in funeribus. Fercula uero dicuntur currus, quibus circumferuntur ſpectandæ imagines deorũ, aut ſimilia. Vnde Naſo: Aurea pompa uenit, à Græco uerbo πέμπω, quod eſt duco. Caninam facundiam.) Sic Appius uocare conſueuit maledicam ac rixoſam eloquentiam, ut teſtatur Nonius Marcellus in dictione Rabula, Saluſtium adducens. Sumptum eſt autem à canum rixa. Quin & ipſa uox rixa, à canibus, hoc eſt, à canina litera rho, deducta eſt. Cor
9 nicantes.) Alluſit ad Perſianum illud in Satyra quinta: Et clauſo murmure raucus, Neſcio quid tecum graue cornicaris inepte. Quod Græci uocant λερώζειν. Eſt autem mira perſonæ ὑποτύπωσις.

Verba trutinantur.) Retulit locum, qui eſt apud Perſium Satyra tertia: Obſtipo capite, & figentes lumina terræ, Murmura cum ſecum & rabioſa ſilentia rodunt, Atque exporrecto trutinantur uerba labello. Siquidem quod ait Perſius, Obſtipo capite, Hieronymus explicat, ſtupentibus in terram oculis. Ἀγορανόμους.) ἀγορὰ forum, νόμος lex. Inde dictus magiſtratus, qui mercatui legem præſcribat. Aediles quoque apud Romanos ſimilia curabant, ſi menſura minor, ſi precium iniquius, ſi parum ſyncerum oleum fuiſſet. Iniuſta compendia.) Compendia hoc loco lucra uocat, ut pugnet cum diſpendijs. Oblitus præteritorum.) Alluſit ad id quod eſt apud Paulum in epiſtola ad Philip. capite tertio. Eorum quæ retro ſunt oblitus, in ea quæ ante ſunt &c. Nonnihil tamen immutauit Pauli ſententiam. Nanque ſic habet ille: τὰ μὲν ὀπίσω ὦν λανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, id eſt, ea quæ à tergo ſunt obliuiſcens, in ea quæ à fronte ſunt enitens. Eſt enim metaphora à currentibus in ſtadio ſumpta. Aut ciconiarum.) Alluſit ad Perſianum illud: O Iane, à tergo quem nulla ciconia pinſit, Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas. Nam his geſtibus irridebant à tergo. Aut æſtuantem.) Sequitur apud Perſium eodem loco: Aut linguæ, quantum ſitiat canis Apula, tantum. Nam hoc quo
10 que geſtu deridemus. Teſtudineo Grunnius.) Quoniam à uero nomine uoluit abſtinere, facticio eſt uſus. Nam Grunnius à grunniendo deducitur, quæ uox eſt porcorum. Ad eundem fermè modum loquuntur, qui faſtu turgidi, uocem ex imo promunt gutture. Extabat olim ludicrum argumentum, cui titulus erat, Grunnij corocottæ teſtamentum, Porcello huiuſmodi nomine & cognomine affícto, utraq; uoce facticia. Extat hodieq; Gryllus Plutarchi, quod Græci grunnire dicant, γρύζειν. De teſtamento Grunnij corocottæ meminit Hieronymus in præfatione duodecimi commentariorum libri in Eſaiam. Facete in una perſona duo coniunxit animantia, ſuem, & teſtudinem: quorum alterum repræſentabat uocem eximo gutture promens, & alterum inceſſu lento ac faſtuoſo, perinde quaſi Iunonis ſacra ferret.

Creticum diceres Longinum.) Nec hic locus uidetur carere mendo. De Longino Caſsio & docto
B & diuite meminit Tacitus, quem ob inuidiam opum, ad quas erat euectus maximas, Nero iuſsit interfici. Meminit & Iuuenalis: Longinum, & magnos Senecæ prædiuitis hortos. Creticorum gens apud Romanos erat inter primas nobilis ac potens. Vnde idem Satyricus: Et metuas, ne tu ſis Creticus aut Camarinus. Verum haud ſcio an Criticus legendum ſit. Vocabantur enim Critici docti quidam, qui de ſcriptis aliorum iudicabant, reponenda ne eſſent in templo Apollinis, an reijcienda. Nam cum hoc
11 quadrat quod ſequitur: Cenſoremq; Romanæ facundiæ. Cenſoriumq; Roma.) Nonnulli codices habebant, cenſorem, alij cenſorinum. Sed rectius eſt cenſoriũ, ut intelligas Catonem maiorem, qui Cenſorius dictus eſt, quaſi dicas Ariſtarchũ totius rei literariæ. Et eleganter adiecit, Romanæ facundiæ, quaſi id eſſet in Romana facundia, quod Cato fuit in Romana Rep. De ſenatu doctorum.) Nam hoc quoque licebat cenſoribus Romanis, ſenatu expellere: quemadmodum Portius Cato Titum Flaminium ſenatu mouit: Iunius Brutus, Lucium Antonium. Item alios alij, ſicut refert Valerius Max. libro ſecundo, capite de cenſoria nota. Hic bene nummatus.) Diues erat, & laute accipiebat hominem. Vnde magis placebat in prandio, quàm in dicendo: & melior conuiuator, quàm orator. Nec mirum.) Hunc locum in omnibus quæ uidere contigit exemplaribus, repperi deprauatum, è quibus tamen mihi uideor germanam deprehẽdiſſe ſcripturam. Nec mirum, ſi qui multos ineſcare ſolitus erat, facto cuneo procedebat in publicum, intus Nero, foris Cato. Lautis cõuiuijs conciliabat fauorem multorum. Iuxta Perſianum illud: Calidum ſcis ponere ſumen, Scis comitem horridulum trita donare lacerna Intus Nero.) Ob luxum uitæ: foris Cato, ob ſupercilium & ſeueritatem inceſſus & habitus. Viam relinquere regiam.) Regiam publicam ac rectam uocat, alludens interim ad locum qui eſt in Numeris capite uigeſimo: Moſes miſsis nuncijs ad Edom, petit tranſitum per illius fines: Hæc, inquit, mandat frater tuus Iſrael. Ac poſt paucula: Nõ ibimus per agros, nec per uineas, nec bibemus aquas de puteis tuis, ſed gradiemur uia publica, nec ad dextram, nec ad ſiniſtram declinãtes, donec tranſeamus terminos tuos.

Qui funiculo increpationis.) Quædã exemplaria ſic habebant: Qui abſque funiculo & increpatione, cathedras uendentium columbas, id eſt, dona ſancti ſpiritus menſasq; ſubuertit. Nonnulla ſic habebant: Qui funiculo increpationis &c. Verum prior lectio mihi magis arridet, eſt enim argutior. Etenim amotò auro argentoq;, hoc eſt auaritiæ materia, ſubmouerat & auariciam, idq; ſine increpatione. Nam quorſum opus flagello, quum ſubducta ſit peccandi materia? Illud annotandum, quod diuus Hieronymus tantopere laudat in epiſcopo, quod ſacra uaſa in pauperum erogarit alimentum, & templum dei ſpoliarit, ne deeſſet pauperibus, quum nunc plericq; pluſquam ſacrilegium eſſe ducant, aliquid de donarijs ſacris tollere, etiam ſi uniuerſi pauperes Saguntina, quod aiunt, fame laborent.

ANTIDOTVS. Ne quẽ illud offendat,quod in hac epiſtola,ſicuti nec in ſuperioribus,diuus Hie/ C
ronymus nihil eorum præcipit,quæ his temporibus à monachis exigũtur.Permittit poſſeſsionem rei familiaris,modo ſit moderata.Permittit uitam agere cum matre,cum ſorore:deniq; cum quibuslibet uiris aut mulieribus,modo fugiat ſuſpectam ac periculoſam conſuetudinẽ.Hortatur,non exigit:ut ſi malit peregre uiuere,in cõtubernio multorum,patris alicuius arbitrio uiuat potius,quàm ſolus ſuo.De monaſterio certo,de figura,aut colore,aut materia ueſtis,nulla uſquam mẽtio.Tantum eiuſmodi ueſtitum uult eſſe,ut nec ſordibus hypocriſim, nec nitore faſtum,præ ſe ferat.Iam de tribus illis uotis, quæ uocãt ſolennia,ne uerbũ quidẽ ullũ.Laudat in hoc eloquentiæ ſtudium,quod q; literarum gratia procul ſemotas adierit regiones. Sed meminiſſe debemus,id quod palàm liquet ex huius ſcriptis,ætate Hieronymi nondum fuiſſe hoc monachorum genus, cuiuſmodi noſtra tempeſtate uidemus: quos omnes utinam tam pios haberet mundus, quàm habet multos: & ita ſanctimonia cæteris antecellentes, ut ornatu differunt. Nam illis temporibus monachi nihil aliud erant, quàm uita ſeueriore mundi contemptum profitentes, nihilominus epiſcopo ſuo parebant ſicut cæteri: & clericorum munere fungebantur,ſicut & cæteri. Porrò monachis olim non fuiſſe interdictam rerum ſuarum poſſeſsionem, uel Auguſtinus eſt teſtis in libro de hæreſibus ad Quoduultdeum, cuius hæc ſunt uerba: Apoſtolici, inquit, qui ſe ſolo nomine arrogantiſsime uocauerunt,eo quod in ſuam communionem non reciperent utentes coniugibus, & res proprias poſsidentes, quales habet catholica eccleſia, & monachos & clericos plurimos Idem in regula ſuorum clericorum, prohibet ne ſit notabilis illorum habitus,nec ueſtibus affectent placere,ſed moribus: hoc eſt,ſi meliores uelint uideri cæteris,nõ id agant nouo colore,aut forma ueſtis, ſed probitate uitæ. Non igitur mirum,ſi nihil de his meminerit Hieronymus, quæ nondum erant inſtituta Et haud ſcio,an nunc magis quoq; expediret eccleſiæ Chriſtianæ, ſi paucíora forent monaſteria, quorum magnã partem ad mores parum religioſos prolapſam uidemus: eſſetq; omniũ idem cultus,eædem preces,eademq; uitæ ratio.Poſtremo q; minimum ſeruitutis ac ceremoniarum,quæ magis ad Iudæos pertinent,quàm ad Chriſtianos:& ſuperſtitioſum facere poſſunt,pium non poſſunt.

IN EPISTOLAM SEQVENTEM.

Familiaris eſt epiſtola,nec eget argumento,præſertim tam breuis.

HIERONYMVS AD FLORENTIVM.



Vantus beatitudinis tuæ rumor diuerſa populorum ora compleuerit, hinc po/ D
teris æſtimare, quod ego te ante incipio amare,quàm noſſe. Vt enim,ait Apoſtolus,quorundam hominum peccata manifeſta ſunt,præcedẽtia ad iudicium: ita ecõtrario tuæ dilectionis fama diſpergitur,ut non tam laudandus ſit ille qui te amat,quam ſcelus putetur facere ille,qui non amat.Prętermitto innumerabiles,in quibus Chriſtum ſuſtentaſti,pauiſti,ueſtiſti,uiſitaſti.Heliodori fratris à te adiuta neceſſitas,multorum etiam poteſt ora laxare, quibus gratijs,quo ille præconio peregrinationis incommoda à te ſota referebat? Ita ut ego ille tardiſſimus,quem intolerabilis languor uexat,pennatis,ut aiunt,pedibus,certe charitate & uoto te ſalutauerim,& etiam complexus ſim.Gratulor itaq; tibi,& naſcentem amicitiam,ut dominus confœderare dignetur,precor.Et quia frater Ruffinus,qui cum ſancta Melania ab Aegypto Hieroſolymam ueniſſe narratur,indiuidua mihi germanitatis charitate connexus eſt: quæſo ut epiſtolam meam huic epiſtolæ tuæ copulatam, ei reddere non graueris. Noli nos eius æſtimare uirtutibus. In illo conſpicies expreſſa ſanctitatis ueſtigia,& ego cinis & uiliſſima pars luti,etiam fauilla,dum uertor,ſatis habeo,ſi ſplendorem morum illius imbecillitas oculorum meorum ferre ſuſtineat. Ille modo ſe lauit, & mundus eſt,& tanquam nix dealbatus: ego cunctis peccatorum ſordibus inquinatus,diebus ac noctibus opperior cum tremore reddere nouiſſimum quadrantem.Sed tamen quia dominus ſoluit compeditos, & ſuper humilem & trementem uerba ſua requieſcit, forſitan & mihi in ſepulchro ſcelerum iacenti,dicat: Hieronyme,ueni foras. Sanctus presbyter Euagrius plurimum te ſalutat: & Martinianũ fratrem iuncto ſalutamus obſequio,quem ego uidere deſiderans,catena languoris innector.

SCHOLION.

Pennatis, ut aiunt, pedibus.) Ita ſignificabant miram celeritatem, ſumpto prouerbio à Mercurio, cuius pedibus alas addidere poetæ.

In epiſto/

IN EPISTOLAM SEQVENTEM.

A Et hæc familiaris est, nec eget argumento, ne scholijs quidem. Nisi quod ex hac liquet, diuum Hieronymum apud Treuiros aliquandiu fuisse commoratum, ut apud quos grande uolumen Hilarij de synodis descripserit suis ipsius articulis. Est autem Treuirorum metropolis inter imperiales Germaniæ ciuitates, iuxta quosdam, qui nunc linguæ commercio æstimant Germaniam: sed iuxta ueterum descriptionem, inter Galliæ Belgicæ ciuitates, uel in primis inclyta, ad Mosellæ ripam, plurimum adhuc obtinens antiquitatis. Quæ mihi iure optimo gloriari posse uidetur, quod tam eximium uirum hospitẽ habuerit: atq; id quidem non exiguo temporis spacio.

HIERONYMVS AD FLORENTIVM.

IN ea mihi parte eremi commoranti, quæ iuxta Syriam Saracenis iungitur, dilectionis tuæ scripta perlata sunt. Quibus lectis, ita redaccensus est animus Hieroſolymam proficiscendi, ut penè nocuerit proposito, quod profuerat charitati. Nunc igitur quomodo ualeo, pro me tibi literas repræsento: & si corpore absens, amore tamen & spiritu uenio: impendio exposcens, ne nascentes amicitias, quæ Christi glutino cohæserũt, aut temporis, aut locorum magnitudo diuellat, quin potius fœderemus eas reciprocis epistolis. Illæ inter nos currãt, illæ sibi obuient, illæ nobiscum loquantur. Non multum perditura erit charitas, si tali secum sermone fabuletur. Ruffinus autem frater, ut scribis, necdum uenit: & si uenerit, non multum proderit desiderio meo, cum eum iam uisurus non sim. Ita enim & ille longo interuallo separatus est, ut huc non possit excurrere: & ego arreptæ solitudinis terminis arceor, ut cœperit iam mihi non licere quod uolui. Ob hoc & ego obsecro, & tu ut petas plurimũ quæso, ut tibi beati Rhetitij Augustudunensis episcopi commentarios ad scribendum largiatur, in quibus Canticum canticorum sublimi ore disseruit. Scripsit mihi & quidam de patria supradicti fratris Ruffini, Paulus senex, Tertulliani suum codicem apud eum esse, quem uehementer reposcit. Et ex hoc quæso, ut eos libros, quos me
B non habere breuis subditus edocebit, librarij manu in charta scribi iubeas. Interpretationem quoq; psalmorum Dauidicorũ, & prolixum ualde librum de synodis sancti Hilarij, quem ei apud Treuiros manu mea ipse descripseram, ut mihi transferas peto. Nosti hoc esse animæ pabulum, si in lege domini meditetur die ac nocte. Cæteros hospitio recipis, solatio foues, sumptibus iuuas. Mihi si rogata præstiteris, cuncta largitus es. Et quoniam, largiente domino, multis sacræ bibliothecæ codicibus abundamus, impera uicissim quodcunq; uis, mittam. Nec putes mihi graue esse, si iubeas. Habeo alumnos, qui antiquariæ arti seruiunt. Neque uero beneficiũ pro eo quod polliceor postulo. Heliodorus frater mihi indicauit, te multa de scripturis quærere, nec inuenire. Aut si omnia habes, incipit sibi charitas uendicare, plus petere. Magistrum autem pueri tui (de quo dignatus es scribere, quem plagiatorem eius esse non dubium est) sæpe Euagrius presbyter, dum adhuc Antiochiæ essem, me præsente corripuit. Cui ille respondit: Ego nihil timeo. Dicit se à domino suo fuisse dimissum: & si uobis placet, ecce hic est, transmittite quò uultis. In hoc arbitror me nõ peccare, si hominem uagum nõ sinam longius fugere. Quapropter quia ego in hac solitudine constitutus, non possum agere quod iussisti, rogaui charissimum mihi Euagrium, ut tam tui quàm mei causa instanter negocium prosequatur.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Lætam hortatur, ut filiam iam inde ab ipsis incunabulis instituat ad pietatem Christianã, & statim antequam ullis inficiatur uitijs, sanctas imbibat cantiones, ut inter blanditias nutricum, & lusus puellares, Christi gustum hauriat. Deinde de cultu, de uictu, & quomodo iam adolescens sit à secularium arcenda contagio, de studio diuinæ scripturæ, de fugiendis apocryphis, saluberrima tradit præcepta, adhortans ut mature mittatur in Bethlehem, anteq; ulla macula contaminetur, se & magistrum & nutritium fore pollicens. Hanc Lætam Toxotius Paulæ filius duxerat uxorem, ex qua filiam nomine Paulam suscepit, quam auia Paula uirginitati destinarat, ut testatur Hieronymus in epitaphio Paulæ. Ipsa mater Læta, mortuo Toxotio, monitis & exemplo socrus, in uiduitate perseuerare decreuerat.

HIERONYMVS AD LAETAM C
de institutione filiæ.

APostolus Paulus scribens ad Corinthios, & rudem Christi ecclesiâ sacris instituens disciplinis,inter cætera mandata hoc quoq; proposuit, dicens:Si qua mulier habet uirum infidelem,& hic consentit habitare cum ea,nõ dimittat uirum. Sanctificatus est enim uir infidelis in uxore fideli:& sanctificata est mulier infi- 1
delis,in uiro fideli. Alioqui filij uestri immundi essent,nunc autem mũdi sunt.Si cui fortè hactenus uidebãtur nimiũ disciplinæ uincula laxata,& præceps indulgentia præceptoris,consideret domum patris tui,clarissimi quidem & eruditissimi uiri, sed adhuc ambulantis in tenebris, & intelliget consiliũ Apostoli illuc profecisse, ut radicis amaritudinẽ,dulcedo fructuum compensaret:& uiles uirgulæ,balsama preciosa sudarent. Tu es nata de impari matrimonio, de te & Toxotio meo Paula generata est . Quis hoc crederet,ut Albini pontificis neptis de repromissione martyris nasceretur,ut præsente & gaudente auo, paruulæ adhuc lingua balbutiens,Christi alleluia resonaret:ut uirginem dei in suo gremio nutriret senex:Et bene feliciterq; expectauimus.Sancta & fidelis domus uirum sanctificat infidelem. Iam candidatus est fidei,quem filiorum & nepotum credens turba circũdat. Ego puto etiam ipsum Iouem,si habuisset talem cognationem,potuisse in Christum credere.Despuat licet & irrideat epistolam meam, & me uel stultum, uel insanũ clamitet:hoc & gener eius faciebat antequã crederet. Fiunt,nõ nascuntur Christiani.Auratum squalet capitoliũ. Fuligine & aranearũ telis omnia 2
Romæ templa cooperta sunt . Mouetur urbs sedibus suis , & inundans populus ante delubra semiruta, currit ad martyrum tumulos . Si non extorquet fidem prudentia , extorqueat saltem uerecundia.Hoc Læta religiosissima in Christo filia dictum sit,ut nõ desperes parentis salutem,& eadem fide qua meruisti filiã,& patrẽ recipias, totaq; domus beatitudine perfruaris,sciens illud à domino repromissum:Quę apud homines impossibilia,apud deũ possibilia sunt.Nunq̃ est sera cõuersio,Latro de cruce transijt in paradisum : Nabuchodonosor D
rex Babylonis,post efferationem corporis & cordis,& beluarum in eremo cõuictum, mentem recepit humanã.Et,ut omittã uetera,ne apud incredulos nimis fabulosa uideantur,ante paucos annos propinquus uester Gracchus nobilitatẽ patritiã sonans nomine , cum præfecturam gereret urbanã,nõne specum Mythræ,& omnia portentuosa simulacra,quibus Co 3
rax,Niphus miles,Leo,Perses,Helios,Bromius pater initiãtur,subuertit,fregit,exussit:& his 4
quasi obsidibus ante præmissis , impetrauit baptismũ Christi. Solitudinẽ patitur & in urbe gentilitas. Dij quondã nationũ cum bubonibus & noctuis in solis culminibus remanserunt. Vexilla militũ,crucis insignia sunt.Regum purpuras & ardẽtes diadematũ gemmas, patibuli salutaris pictura cõdecorat.Iam & Ægyptius Serapis Christianus factus est.Marnas Ga 5
zæ luget inclusus,& euersionẽ templi iugiter pertremiscit. De India,Perside,Aethiopia monachorum quotidie turmas suscipimus.Deposuit pharetras Armenius,Huni discunt Psalterium,Scythiæ frigora,feruent calore fidei:Getarum rutilus & flauus exercitus,ecclesiarũ circumfert tentoria,& ideo forsitan cõtra nos æqua pugnant acie,quia pari religione confidũt. Penè lapsus sum ad aliam materiã,& currente rota,dum urceum facere cogito, amphorã finxit manus. Propositũ em̃ mihi erat,sanctæ Marcellę & tuis precibus inuitatũ,ad matrem, 6
id est,ad te sermonẽ dirigere,& docere,quomodo instituere Paulã nostrã debeas,quæ prius Christo consecrata est,q̃ genita,quam ante uotis,q̃ utero concepisti. Vidimus aliquid temporibus nostris de prophetalibus libris:Anna sterilitatem alui, fœcunditate mutauit. Tu luctuosam fœcunditatẽ,ui alibus liberis cõmutasti.Fidens loquor,acceptura te filios,quæ primum fœtũ domino reddidisti.Ista sunt primogenita,quæ offerunt in lege.Sic natus est Samuel,sic ortus Sampson est,sic Ioãnes Baptista ad introitũ Mariæ exultauit & lusit. Audiebat em̃ uerba domini per os uirginis pertonantis, & de utero matris in occursum eius gestiebat erumpere.Igitur quæ de repromissione nata est, dignã habeat ortu suo institutionẽ parentum.Samuel nutritur in templo,Ioannes in solitudine præparatur.Ille sacro crine uenerabilis

A bilis est,uinum & siceram non bibit:adhuc paruulus cũ domino sermocinatur. Hic fugit urbes,zona pellicea cingitur,locustis alitur ac melle syluestri:& in typũ pœnitentiæ prædicãdę, tortuosissimi animalis uestitur exuuijs. Sic erudienda est anima, quæ futura est templũ dei. Nihil aliud discat audire,nihil loqui,nisi quod ad timorem dei pertinet. Turpia uerba nõ intelligat,cantica mundi ignoret.Adhuc tenera lingua, psalmis dulcibus imbuatur. Procul sit ætas lasciua puerorum: ipsæ puellæ & pedissequæ à secularibus cõsortijs arceantur,ne quod male didicerint,peius doceãt.Fiant ei literæ uel buxeæ,uel eburneæ,& suis nominibus appellentur.Ludat in eis,ut & lusus ipse eruditio sit.Et nõ solum ordinẽ teneat literarum, ut memoria nominũ in canticũ transeat:sed & ipse inter se crebrò ordo turbetur, & medijs ultima, primis media misceantur:ut eas nõ sono tantũ,sed & uisu nouerit. Cũ uero cœperit trementi manu stilũ in cera ducere,uel alterius superpositа manu teneri regãtur articuli,uel in tabella sculpantur elemẽta, ut per eosdẽ sulcos inclusa marginibus trahãtur uestigia, ut foras nõ queant euagari.Syllabas iungat ad pręmiũ:& quibus illa ætas deliniri potest, munusculis inuitetur, Habeat & in discendo socias,quibus inuideat,quarum laudibus mordeatur.Non obiurganda est,si tardior sit:sed laudibus excitandum est ingenium, ut & uicisse gaudeat, & uicta doleat.Cauendum in primis,ne oderit studia: ne amaritudo eorum præcepta in infantia, ultrà rudes annos transeat. Ipsa nomina per quæ consuescit paulatim uerba contexere, nõ sint fortuita,sed certa & coaceruata de industria,prophetarum uidelicet atq; apostolorum,& omnis
7 ab Adam patriarcharum series,de Matthæo Lucaq; descẽdat:ut dum aliud agit,futurę meditatur. Magister probæ ætatis & uitę atq; eruditionis est eligendus:nec puto erubescet uir doctus,id facere in propinqua,uel nobili uirgine,quod Aristoteles fecit in Philippi filio,ut ipse librariorum uilitate initia traderet literarũ.Nõ sunt contemnenda quasi parua, sine quibus magna constare nõ possunt.Ipse elementorũ sonus,& prima institutio præceptorũ,aliter de erudito,aliter de rustico ore profertur. Vnde & tibi est prouidendũ, ne ine-
B ptis blanditijs fœminarum,dimidiata dicere uerba filia consuescat,& in auro atq; purpura ludere:quorũ alterum linguæ,alterum moribus officit:ne discat in tenero, quod ei postea dedi scendum est.Gracchorũ eloquentiæ,multũ ab infantia sermo matris cõtulisse scribitur. Hortensij oratio inter paternos sinus coaluit.Difficulter creditur,quod rudes animi perbiberunt.
8 Lanarum conchylia quis in pristinum candorẽ reuocet? Recens testa diu & saporem retinet & odorẽ,quo primum imbuta est. Græca narrat historia,Alexandrum potentissimum regẽ, orbisq; domitorem,& in moribus,& in incessu, Leonidis pædagogi sui nõ potuisse carere uitijs,quibus adhuc paruulus fuit infectus.Procliuis est enim malorũ æmulatio:& quorũ uirtutes assequi nequeas,cito imitaris uitia. Nutrix ipsa nõ sit temulẽta, nõ lasciua, nõ garrula: habeat modestã gerulã,nutritium grauẽ.Cum auũ uiderit, in pectus eius transiliat, de collo pendeat:nolenti,alleluia decantet.Rapiat eam auia:patrẽ risibus agnoscat:sit omnibus amabilis:& uniuersa propinquitas,rosam ex se natã gaudeat. Discat statim quam habeat & alteram auiam,quã amitam:cui imperatori,cui exercitui tyruncula nutriatur.Illas desideret,ad illas tibi minitetur abscessum.Ipse habitus & uestitus doceat eã,cui promissa sit.Cauc ne aures eius perfores:ne cerussa & purpurisso cõsecrata Christo ora depingas, nec collũ auro & mar
9 garitis premas,nec caput gemmis oneres,nec capillum irrufes,& ei aliquid de gehennæ ignibus auspiceris.Habeat alias margaritas, quibus postea uenditis,emptura est preciosissimum margaritum.Prętextata nobilissima quondam fœmina,iubente uiro Hymetio, qui patruus Eustochij uirginis fuit,habitum eius cultumq; mutauit:& neglectum crinem, mundano more pexuit, uincere cupiens & uirginis propositum, & matris desiderium:& ecce tibi eadẽ nocte cernit in somnis uenisse ad se angelum terribili uoce minitantem pœnas, & hæc uerba frangentem: Tu ne ausa es uiri imperium præferre Christo? Tu caput uirginis dei,tuis sacrilegis attrectare manibus, quæ iam nunc arescent, ut sentias excruciata quid feceris: & finito mense quinto, ad inferna duceris.Sin autem perseueraueris in scelere, & marito simul orberis,& filijs. Omnia per ordinem expleta sunt,& seram miserę pœnitentiam,uelox signauit

interitus. Sic ulciſcitur Chriſtus uiolatores templi ſui, ſic gemmas & precioſiſſima ornamẽta ẽ defendit. Et hoc retuli, non quod inſultare uelim calamitatibus infeliciũ, ſed ut moneam, cum quanto metu & cautione ſeruare debeas, quod deo ſpopõdiſti. Heli ſacerdos offendit deum ob uitia liberorum. Epiſcopus fieri nõ poteſt, qui filios habuerit luxurioſos, non ſubditos. At econtrario de muliere ſcribitur, quod ſalua fiet per filiorũ generationem, ſi permanſerint in fide & charitate, & ſanctificatione cum pudicitia. Si perfecta ætas & ſui iuris imputatur parentibus, quanto magis lactens & fragilis, quæ iuxta ſentẽtiam domini, ignorat dextram & ſiniſtrã, id eſt, boni & mali differẽtiam? Si ſolicita prouides, ne filia percutiatur à uipera, cur non eadem cura prouideas, ne feriatur à malleo uniuerſæ terræ? ne bibat de aureo calice Babylonis? ne egrediatur cum Dina, & uelit uidere filias regionis alienæ? ne ludat pedibus, ne trahat tunicas? Venena nõ dantur, niſi melle circũlita: & uitia non decipiunt, niſi ſub ſpecie umbraq; uirtutum. Et quomodo, inquies, peccata patrũ filijs non redduntur, nec filiorũ parentibus, ſed anima quæ peccauerit, ipſa morietur? Hoc de his dicitur, qui poſſunt ſapere, de quibus in Euangelio ſcriptũ eſt: Aetatẽ habet, loquatur pro ſe. Qui autẽ paruulus eſt, & ſapit ut paruulus, donec ad annos ſapientiæ ueniat, & Pythagoræ litera Y cum perducat ad biuiũ, tam bona eius q̃ mala parentibus imputantur. Niſi fortè exiſtimas Chriſtianorum filios, ſi baptiſma nõ receperint, ipſos tantũ reos eſſe peccati, & nõ etiã ſcelus referri ad eos, qui dare noluerint: maxime eo tẽpore, quo cõtradicere nõ poterãt qui accepturi erant: ſicut è regione ſalus infantium, maiorũ lucrũ eſt. Offerre nec ne filiam, poteſtatis tuæ fuit (quanq̃ alia ſit tua conditio, quæ prius eam uouiſti, q̃ conciperes) ut autẽ oblatã nõ negligas, ad periculũ tuum pertinet. Qui claudam & mutilã, & qualibet ſorde maculatã obtulerit hoſtiã, ſacrilegij reus eſt: quãto magis qui partem corporis ſui, & illibatæ animæ puritatem regis amplexibus parat, ſi negligens fuerit, punietur? Poſtq̃ grandiuſcula eſſe cœperit, & in exemplum ſponſi ſui creſcere ſapientia, ætate, & gratia apud deũ & homines, pergat ad tẽplum ueri patris cũ parẽtibus ſuis, ſed cum illis non egrediatur è templo. Quærant eã in itinere ſeculi inter turbas & frequẽtiam propinquorum, & nuſquã alibi reperiant, niſi in adyto ſcripturarum, prophetas & apoſtolos de ſpiritualibus nuptijs ſciſcitantẽ. Imitetur Mariam, quã Gabriel ſolam in cubiculo ſuo repetit: & ideo forſitan timore perterrita eſt, quia uirum quẽ non ſolebat aſpexit. Aemuletur eam de qua dicitur: Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Loquatur & ipſa electo, charitatis iaculo uulnerata: Introduxit me rex in cubiculum ſuum. Nunquã exeat foras, ne inueniant eam qui circumeunt ciuitatẽ: ne percutiant & uulnerent, & auferãt theriſtrum pudicitiæ, & nudam in ſanguine derelinquant: quin potius cum aliquis oſtium eius pulſauerit, dicat: Ego murus, & ubera mea turris: laui pedes meos, non poſſum inquinare eos. Non ueſcatur in publico, id eſt, in parentum cõuiuio, ne uideat cibos quos deſideret. Et licet quidã putent maioris eſſe uirtutis, præſentẽ contemnere uoluptatẽ: tamen ego arbitror ſecurioris continentiæ eſſe, neſcire quod quæras. Legi quondam in ſcholis puer: Aegre reprendas, quod ſinis conſueſcere.

Diſcat iã nunc & uinũ non bibere, in quo eſt luxuria. Ante annos robuſtę ætatis, periculoſa eſt teneris & grauis abſtinẽtia: uſq; ad id tẽpus, ſi neceſſitas poſtulauerit, & balneas adeat, & uino utatur modico propter ſtomachum, & carniũ edulio ſuſtẽtetur, ne prius deficiant pedes, quàm currere incipiant. Et hoc dico iuxta indulgentiã, non iuxta imperium, timens debilitatem, non docens luxuriam. Alioqui quod Iudaica ſuperſtitio ex parte facit in reiectione quorundam animalium atq; eſcarum, quod & Indorum Brachmani, & Aegyptiorum Gymnoſophiſtę in polentę & orizæ, & pomorum ſolo obſeruant cibo, cur uirgo Chriſti non faciat in toto? Si tanti uitrum, quare non maioris ſit precij margaritum? Quæ nata eſt ex promiſſione, ſic uiuat, ut illi uixerunt, qui de repromiſſione generati ſunt. Aequa gratia, æquũ habeat & laborẽ. Surda ſit ad organa. Tibia, lyra, cithara, cur facta ſint, neſciat. Reddat tibi penſum quotidie de ſcripturarum floribus carptum. Diſcat Græcorum uerſuum numerum. Sequatur ſtatim & Latina eruditio: quæ ſi nõ ab initio os tenerũ cõpoſuerit, in peregrinum ſonum lingua corrũpitur, & externis uitijs ſermo patrius ſordidatur. Te habeat magiſtrã, te rudis

A rudis miretur infantia. Nihil in te & in patre ſuo uideat, quod ſi fecerit, peccet. Memẽtote uos parentes uirginis, magis eam exemplis doceri poſſe, quàm uoce. Cito flores pereunt, cito uio las & lilium & crocum peſtilens aura corrũpit. Nuſq; abſq; te procedat in publicũ. Baſilicas martyrũ & eccleſias ſine matre non adeat. Nullus ei iuuenis, nullus cincinnatus arrideat. Vigi
12 liarũ dies & ſolẽnes pernoctationes ſic uirgũcula noſtra celebret, ut ne tranſuerſum quidẽ un guẽ à matre diſcedat. Nolo de ancillulis ſuis aliquã plus diligat, cuius crebro auribus inſuſur/ ret. Quicquid uni loquitur, hoc omnes ſciant. Placeat ei comes, nõ compta neq; formoſa atq; laſciua, quæ liquido gutture carmẽ dulce moduletur, ſed grauis, pallens, ſordidata, ſubtriſtis. Præponatur ei probæ fidei, ac morũ & pudicitiæ uirgo ueterana, quæ illã doceat, & aſſueſcat exemplo ad orationes & pſalmos nocte cõſurgere, mane hymnos canere, tertia, ſexta, nona hora ſtare in acie quaſi bellatricẽ Chriſti, accenſaq; lucerna reddere ſacrificiũ ueſpertinũ. Sic dies tranſeat, ſic nox inueniat laborantẽ. Orationi lectio, lectioni ſuccedat oratio. Breue uide bitur tempus, quod tantis operũ uarietatibus occupatur. Diſcat & lanã facere, tenere colũ, ponere in gremio calathũ, rotare fuſum, ſtamina pollice ducere. Spernat bombycũ telas, Se/ rum uellera, & aurũ in fila lenteſcens. Talia ueſtimenta paret, quibus pellatur frigus, non qui bus ueſtita corpora nudẽtur. Cibus eius oluſculũ ſit & ſimilia, raroq; piſciculi. Et ne gulæ præ cepta lõgius trahã, de quibus in alio loco plenius ſum locutus, ſic comedat, ut ſemper eſuriat: ut ſtatim poſt cibũ poſſit legere & pſallere. Diſplicent mihi, in teneris maxime ætatibus, lon/ ga & immoderata ieiunia, in quibus iunguntur hebdomades, oleũ in cibo, ac poma uetãtur. Experimento didici, aſellum in uia cum laſſus fuerit, diuerticula quęrere. Faciant hoc cultores
15 Iſidis & Cybeles, qui guloſa abſtinẽtia Phaſides aues, ac fumantes turtures uorãt, ne ſcilicet cerealia dona cõtaminent. Hoc in perpetuo ieiunio ſit præceptũ, ut longo itineri uires perpe/ tes ſuperent: ne in prima manſione currentes, in medijs corruamus. Cæterum, ut ante ſcripſi, in quadrageſima cõtinentiæ uela pandenda ſunt, & tota aurigæ retinacula equis laxãda pro
B perantibus. Quanq; alia ſit conditio ſeculariũ, alia uirginũ & monachorum. Secularis homo in quadrageſima uentris ingluuiem decoquit, & in cochlearum morẽ ſucco uictitans ſuo, fu/ turis dapibus ac ſaginæ, aqualiculum parat. Virgo & monachus ſic in quadrageſima ſuos ad mittat equos, ut ſibi meminerint ſemper eſſe currendũ. Finitus labor maior, infinitus mode/ ratior eſt. Ibi enim reſpiramus, hic perpetuo incedimus. Si quãdo ad ſuburbana pergis do mi filiam nõ relinquas: neſciat ſine te, nec poſſit uiuere, & cum ſola fuerit pertimeſcat. Nõ ha/ beat colloquia ſeculariũ, nõ malarũ uirginũ contubernia. Non interſit nuptijs ſeruulorũ, neq; familiæ perſtrepentis luſibus miſceatur. Scio præcepiſſe quoſdam, ne uirgo Chriſti cũ eunu/
14 chis lauet, nec cum maritatis fœminis: quia alij nõ deponant animos uirorũ, aliæ tumentibus uteris præferant fœditatem. Mihi omnino in adulta uirgine lauacra diſplicent, quæ ſeipſam debet erubeſcere, & nudam uidere nõ poſſe: Si enim uigilijs & ieiunijs macerat corpus ſuum, & in ſeruitutẽ redigit: ſi flammã libidinis & incentiua feruentis ætatis extinguere cupit conti/ nentiæ frigore: ſi appetitis ſordibus turbare feſtinat naturalẽ pulchritudinem, cur econtrario balnearum fomentis ſopitos ignes ſuſcitat? Pro gemmis & ſerico diuinos codices amet, in quibus nõ auri & pellis Babylonicæ uermiculata pictura, ſed ad fidem placeat emendata & erudita diſtinctio. Diſcat primo pſalteriũ, his ſe canticis auocet, & in prouerbijs Solomonis erudiatur ad uitam. In Eccleſiaſte conſueſcat, quę mundi ſunt calcare. In Iob uirtutis & patien tiæ exempla ſectetur. Ad Euangelia tranſeat, nunq; ea poſitura de manibus. Apoſtolorum acta & epiſtolas tota cordis imbibat uoluntate. Cumq; pectoris ſui cellarium his opibus lo cupletauerit, mandet memoriæ prophetas, Pentateuchum & regum & Paralipomenon li/ bros, Eſdræ quoq; & Heſter uolumina. Ad ultimum, ſine periculo diſcat Canticũ cãticorum, ne ſi in exordio legerit, ſub carnalibus uerbis ſpiritualium nuptiarum epithalamiũ nõ intel/ ligens, uulneretur. Caueat omnia apocrypha, Et ſi quando ea non ad dogmatum ueritatem, ſed ad ſignorũ reuerentiam legere uoluerit: ſciat non eorum eſſe, quorum titulis prænotãtur, multaq; his admixta uitioſa, & grandis eſſe prudẽtiæ, aurum in luto quęrere. Cypriani opu/

ſcula

ſcula ſemper in manu teneat. Athanaſij epiſtolas & Hilarij libros inoffenſo decurrat pede. c
Illorũ tractatibus, illorum delectetur ingenijs, in quorũ libris pietas fidei nõ uacillet. Cęteros
ſic legat, ut magis iudicet q̃ ſequatur. Reſpondebis: Quomodo hæc omnia mulier ſecula
ris, in tanta frequentia hominũ, Romæ cuſtodire potero? Noli ergo ſubire onus, quod ferre
non potes: ſed poſtq̃ ablactaueris eam cũ Iſaac, & ueſtieris cum Samuele, mitte auię & ami-
tę. Redde precioſiſſimam gemmã cubiculo Marię, & cunis Ieſu uagientis impone. Nutriatur
in monaſterio, ſit inter uirginũ choros, iurare non diſcat, mentiri ſacrilegiũ putet, neſciat ſecu-
lum, uiuat angelice, ſit in carne ſine carne, omne hominũ genus ſui ſimile putet. Et, ut cætera
taceam, certe te liberet ſeruãdi difficultate, & cuſtodiæ periculo. Melius tibi eſt deſiderare ab
ſentẽ, q̃ pauere ad ſingula: quid loquatur, cũ quo loquatur, cui annuat, quẽ libenter aſpiciat.
Trade Euſtochio paruulam, cuius nunc & ipſe uagitus pro te oratio eſt. Trade comitem ſan 15
ctitatis, futurã hęredẽ. Illam uideat, illã amet, illam primis miretur ab annis, cuius & ſermo, &
inceſſus, & habitus doctrina uirtutum eſt. Sit in gremio auiæ, quæ repetat in nepte, quicquid
præmiſit in filia: quæ longo uſu didicit nutrire, ſeruare, docere uirgines: in cuius coronã cente
narij quotidie numeri caſtitas texitur. Felix uirgo, felix Paula Toxotij, quę per auię amitę q̃
uirtutes nobilior eſt ſanctitate, q̃ genere. O ſi tibi contingeret uidere ſocrũ & cognatã tuam,
& in paruis corpuſculis ingentes animos intueri: pro inſita tibi pudicitia non ambigerẽ, quin
præcederes filiã, & primã dei ſententiam, ſecunda Euangelij lege mutares. Nec tu paruipen- 16
deres aliorũ deſideria liberorũ, ſed teipſam magis offerres deo. Sed quia tempus eſt ample-
xandi, & tempus longe fieri à complexibus: & uxor nõ habet poteſtatẽ corporis ſui: & unuſ-
quiſq̃ in qua uocatione uocatus eſt, in ea permaneat in domino: & qui ſub iugo eſt, ita debet
currere, ne in luto comitem derelinquat, totum redde in ſobole, quod in te interim diſtuliſti.
Anna filium quẽ deo uouerat, poſtq̃ obtulit in tabernaculo, nunq̃ recepit: indecens arbitra
ta, ut futurus propheta in eius domo creſceret, quæ adhuc alios filios habere cupiebat. Deni-
q̃ poſtq̃ concepit & peperit, non eſt auſa ad templũ accedere, & uacua apparere corã domi
no, niſi prius redderet quod debebat: taliq̃ immolato ſacrificio, reuerſa domum, quinq̃ libe D
ros ſibi genuit, quia primogenitũ deo pepererat. Miraris felicitatem ſanctæ mulieris? Imita-
re fidem. Ipſe, ſi Paulam miſeris, & magiſtrum & nutritium ſpondeo. Geſtabo humeris, bal-
butientia ſenex uerba formabo, multo glorioſior mundi philoſopho, qui non regem Ma-
cedonum Babylonio periturum ueneno, ſed ancillam & ſponſam Chriſti erudiam, regnis
cœleſtibus offerendam.

SCHOLIA.

SAnctificatus eſt enim.) Locus eſt apud diuum Paulũ in priore ad Corinthios epi. ca. 7. In an 1
tiquis exẽplaribus repperimus ſcriptum, in uiro, non per uirũ: & in uxore, nõ per mulierem.
Sic enim habẽt Greca, ἡγίασται γὰρ ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος ἐν τῇ γυναικί, καὶ ἡγίασται ἡ γυνὴ ἡ ἄπιστος ἐν τῷ
ἀνδρί, id eſt: Sanctificatus eſt enim uir incredulus in uxore, & uxor incredula, in uiro. Porrò
quod addit interpres, fideli & fideli, explicandi cauſa fecit. De impari matrimonio.) Ob id, ni fallor,
quod ex altera parente Chriſtiana, altero gentili nata ſit. Id enim mox indicat, cũ ait: Vt nõ deſperes pa-
rentis ſalutẽ. De repromiſſione martyris.) Apparet Albinum prędixiſſe futurũ, ut pareret. Alluſit ad
Iſaac, qui & ipſe natus ex repromiſſione, quemadmodũ & Chriſtus, & Ioannes baptiſta. Cãdidatus
eſt fidei.) Nondum baptizatus, ſed qui iam ambiret, ac poſtularet baptizari. Nam candidati uocaban-
tur olim, qui peterent magiſtratum, quod ij, quo magis eſſent conſpicui populo, candida ueſte ambi-
bant, ſingulos ſalutantes. Vnde Fabius filium ſuum auitæ eloquentiæ candidatum ſcribit, quod eam
& ſi nondum aſſecutus, tamen aſſequi conaretur. Et Seuerus in uita Martini: Necdum, inquit, tamen re
generatus in Chriſto, agebat quendam bonis operibus baptiſmatis candidatum. Ad eundem modum
& hunc fidei candidatum uocat, quod ita uiueret, ut baptiſmate dignus eſſe uideretur. Etiã ipſum Io
uem.) Non uidetur hic locus uacare mendo: quorſum enim huc induceret Iouem? Verũ diuinare poſ-
ſum, quid ſcribendum ſit. Fortaſſe pro Ioue legendum eſt proauũ. Niſi forte hoc ſentit, Iouẽ fuiſſe homi-
nem, quẽ Lętę pater colebat pro deo, adeo cæcus ac durus, ut tot exẽplis nõ potuerit cõuerti ad Chriſtũ,
quũ ipſe quẽ colebat Iupiter, ſi uiueret, tot ſuorum exemplis & hortatibus potuiſſe ad Chriſtum addu-
ci. Fiunt, nõ naſcuntur Chriſtiani.) Partẽ encomiaſticã clauſit epiphonemate, ſicuti ſolet. Auratum 2
ſqualet.) Hic ingreditur in locũ communẽ, de gentilitate paſſim in toto orbe aboleſcente, & Chriſtiana
religione

A religione ubiq; magis ac magis efflorescente. Verum hanc gloriam rursum perdidimus, quandoquidem professio Christiani nominis in angustum contracta est his temporibus, & inter hos ipsos perpauci sunt, qui uere sint Christiani. Turcisq; minamur bellum, quasi uero ferro soleant fieri Christiani, cum ipsi Turcam in pectore geramus. Capitolium.) In quo omnium deorum simulacra habebantur, Ioue præsidente. Propinquus uester Gracchus.) Gracchorum familia Romæ nobilissima fuit, Vnde Paulã quoq; duxisse genus, testatur in illius epitaphio: Gracchorũ soboles Agamemnonis inclyta proles. Præfecturã gereret urba.) Nam multa præfecturarum genera, uerum præfectus urbis plurimũ iuris obtinebat, adeo ut absente imperatore, imperatoris haberet autoritatem. Nonne specum Mithræ.) Quanq; hic locus propemodum deprauatior est in omnibus exẽplaribus, cq; ut ad plenum restitui possit, tamen lucem aliquam ostendã, ac uiã aperiã lectori, quo sensum utcunq; percipiat. Veteres octo deos faciebant, ignẽ, aquã, terram, cœlum, lunam, solem, mithram, noctem. Mithram autem Persæ, eundẽ putabant esse cum sole, quem in primis ea gens uenerabatur. Huius simulacrum ita fingebant, ut faciem haberet leonis, utraq; manu cornua bubula comprimẽs. Rem diuinã ita factitabãt, ut sacerdotes bouem è specu cornibus educerent, eumq; Mithræ mactarent. Vnde & Hieronymus de specu meminit. Ea sacra Mithriaca uocabãtur. Martianus Capella eundem existimat, quem alij Phœbum appellent, alij Isaeum, & quẽ Nili accolæ uocent Serapim, Mẽphitici Osirim, Persæ Mithrã. Plura de his Herodotus & Strabo, uerũ hæc ad huius loci explanationẽ sufficiunt. De adyto Mithræ repurgato, meminit historiæ Tripartitæ liber 6. quod an huc pertineat, nescio. Mithræ meminit Hieronymus etiã in cõmentario quem scripsit in Amos. Quibus corax.) Gẽtiles deos suos effigie beluarum colebant, uelut Aesculapiũ sub
3 imagine serpentis, Mercurium canis, Panem hirci, præsertim apud Aegyptios, gentem ad insaniam usq; superstitiosam, apud quos taurus, quẽ Apidem uocant, cebus, ea est simia caudata, crocodilus, ibis, aquila, lupus, canis, coruus: denicq; & cepe, & uentris crepitus habẽt numen, quemadmodum apparet, cum ex plurimis alijs rerum scriptoribus, tum maxime ex Herodoto, Plinio, Diodoro Siculo, Iuuenale, ettius & de his rebus Satyra decimaquinta. Lucianus de sacrificijs. Verum hic locus ita deprauatus est, ut ad restituendum Delio quopiam sit opus. Nos tamen quantum assequi coniectura potuimus, indicabimus. Corax.) Populus est inter Callipolim & Naupactum. Corax autem Græce coruũ sonat, quam auem nõnulli pagani numinis uice colebant: unde & coracina dicta sacra: quemadmodũ testatur & diuus Ambrosius, enarrans epistolam Pauli ad Romanos. Niphus.) Nõnulli codices habebant Nymphus. Suspicor legendum Nibis, quæ ciuitas est Aegypti, autore Stephano, quæ ab Ibide nomen ha-
B bere uidetur: aut certe Nisibis. Miles.) Non dubium quin miles uox sit adulterina. Quare legendum
C arbitror, uel Mylon, quę ciuitas est Aegypti, uel Mylax, qui populus est Epiri: uel, quod mihi magis placet, Thmuis, quod nomẽ est ciuitatis Aegypti: sic ab hirco dictæ, quod apud Aegyptios hircus θμεῖς uocetur ut testatur diuus Hieronymus in Esaiam cap. 46. Leo.) Leon legendum opinor. Est & hoc nomine populus a Leone dictus, cuius meminit Hieronymus in eo quem modo citauimus loco. Meminit
C & Plinius Leontopolios, in descriptione Aegypti, libro quinto cap. 9. meminit & Leonti, nisi forte pro Leon legẽdum est Lycon, quæ ciuitas est Aegypti: cuius meminit Hieronymus in eodẽ quẽ paulò ante citaui loco. Helius.) Diuus Hieronymus in epitaphio Paulæ, indicat Hierusalem ciuitatẽ fuisse trino-
4 minem, Iebus, Salem, & Hierusalem: deinde ab Adriano Heliam uocatam. Helius autem solẽ significat. Sed quoniã nõnulli codices habebant Heliodromis, nõnulli Heliodromius, potest fieri ut ciuitas fuerit à solis cursu uocata, præsertim quum Mithrã Persæ solem appellent. Quæ citra emendatorum exẽplarium auxilium ad plenum restitui nõ possunt. Nos in tantis tenebris lectori nõnihil lũcis aperuimus, & plura cõiectandi ministrauimus ansam. Nõ omnia possumus omnes, Sed illud mirum est, diuum Hieronymum hoc loco nõ facere mentionem eius ciuitatis, quæ à cane quem adorat, nomẽ habet κωσῶν, cum huius meminerit in Esaiæ cõmentarijs. Meminit & Plinius Cynopoleos & Lycopoleos. Et pro pater legendum suspicor pariter. Aegyptius Serapis.) Apim boũ intelligit, quẽ Aegyptij mira superstitione colere cõsueuerunt. Nam is & Serapis apud scriptores appellatur, de quo permulta passim apud autores, nominatim apud Herodotum ac Plinium, ac mox Hieronymũ. Marnas Gazæ luget.) Gaza
5 ciuitas est Palæstinæ, finitima Aegypto, quam Syri Azam uocant, ut testatur Stephanus. Strabo quoq;
C Gazam Syriæ partem facit, Iudææ contiguam. Qui Azam uocant, dictam existimant ab Azone Herculis filio. Qui Gazam nominant, à Ioue conditam aiunt: nomen inditum, quod illic Iupiter suas opes reposuerit, quas Persæ sua lingua Gazam uocant. Hic Iouis templũ fuisse testantur, quem illi sua lingua Marnan uocant, alludentes, opinor, ad Creticam uocẽ, quod Cretenses uernaculo sermone Marnan appellent uirgines. Nam templum hoc Cretei Iouis esse creditũ est. Meminit huius rei Hieronymus in cõmentarijs, quibus enarrat prophetã Esaiam his uerbis: Siue destructa idololatria extruetur euangelium. Hoc & nostris temporibus uidemus esse completum. Serapis in Alexandria, & Marnæ tẽplum Gazę, in ecclesias domini surrexerunt, & ciuitates Aroer Euangelicis gregibus præparatæ sunt. Tripartitæ historiæ liber sextus meminit de duabus Gazis Palæstinæ, quarũ maritima Christi cultrix dicta sit, primum Maiora, deinde Constantia, postremo Gaza maritima. Quotidie turmas.) Festiuissime uerbum militare traxit ad monachos, quod ab his regionibus, unde militum cohortes solent erumpere, nunc

re,nunc monachorũm examina mittantur. Et currente rota.) Alluſit ad Horatianũ illud in arte poe/ c
tica:Amphora cœpit inſtitui currẽte rota,cur urceus exit? Nam amphora lato ore eſt,urceus anguſto. 6
Id propemodũ prouerbij uice dicitur,quoties orationis initium nõ conuenit cum extrema parte.Sed ta
men hoc loco diuus Hieronymus, cupiens à ſua Ecbaſi redire ad argumentũ, hac eſt uſus correctione,
qua nõ raro ſolemus in tranſitu uti:quemadmodũ oſtendimus & in cõmentarijs de copia. Nec ode/
rit ſtudia.) Hoc præcipiendum ineptis noſtræ tempeſtatis literatoribus, qui clamoribus,minis,conui/
cijs,plagis,morum aſperitate, docendi perplexa & inamabili ratione, nihil aliud efficiũt,niſi ut pueri in
omnem uitam oderint literas. Non ſint fortuita.) Idem obſeruandũ erat in thematis,quæ à præcepto
re proponuntur:ſicuti nos quoque admonuimus in libello de inſtituendis pueris. De Matthæo Lu/ 7
cacꝙ) Nam hij duo Chriſti genealogiã deſcribunt, quanquam non eodem modo. Librariorum uili/
tate.) Apparet olim librarios literarũ elementa pueris mõſtrare ſolitos. Extat epiſtola Græca apud Au
lum Gellium,qua Philippus Alexandrum adhuc infantem,Ariſtoteli uelut in gremiũ tradit literis inſti
tuendum. Vnde addidit uilitate,quod tantus philoſophus eò ſe demiſerit,quod uilium librariorum eſſe
munus conſueuit. Gracchorũ eloquentiæ.) Corneliam intellige,ſororem Aphricani,matrem Grac/
chorum, cuius extabant olim epiſtolæ, multũ eloquentiæ præ ſe ferentes, ut teſtis eſt Quintilianus, ex
quo Hieronymus hunc locum mutuo ſumpſit. Præterijt autem Hieronymus exemplum de Lælij filia,
cuius eodem loco meminit Quintilianus. Hortenſij oratio.) Hic in eloquentiæ campo Ciceronis æ/
mulus fuit,uel huius magis Cicero,quem tamen breui ſuperauit. Huic & patrem eloquentem fuiſſe ap/
paret,niſi forte quod ſuſpicor Hortenſiæ legendum eſt,ut intelligas Hortenſij filiam, cuius olim extabat
oratio apud Triumuiros habita,quę legebatur,non tantum in ſexus honorem, ut inquit Quintilianus.
Lanarum conchylia.) Conchylia purpuram appellat.Siquidem & purpura piſcis eſt nomen,uti mu 8
rex,è quorum ſucco purpura tingitur.Sic & conchyliatas appellant ueſtes conchylij ſucco imbutas.
Recens teſta.) Alluſit ad illud Horatianum: Quo ſemel eſt imbuta recens,ſeruabit odorem Teſta
diu. Leonidis.) Et huius hiſtoriæ meminit Quintilianus. Leonides autem erat Alexandri pædago/
gorum princeps,ut teſtatur & Plutarchus.Fabius Diogenem Babylonium citat autorem. Procliuis
eſt.) Hanc periodum clauſit epiphonemate. Et nolenti alleluia.) Addidit nolẽti,quoniam ethnicum
ſignificat. Roſam ex ſe natam.) Nõnulli codices habebant,Roſam eccleſiæ natam gaudeat. Et al/
teram auiam.) Eſt enim paterna auia,eſt materna auia.Auiam alteram,intelligit Paulam,& amitam Eu
ſtochium,id quod ex ijs quæ ſequentur magis liquebit, etiãſi amita proprie ſoror eſt patris.Nam quod
ſequitur,cui imperatori,Chriſtum,ni fallor,intelligit, & exercitum,gregem uirginum militãtium Chri/
ſto.Addidit alteram,quod illas uel gentiles haberet,uel certe mũdanas.Sed mihi magis placet,ut aliam D
legas,pro alteram, id quod in nonnullis reperitur exemplaribus. Quàm aliam,id eſt, quàm diuerſam,
& quàm alijs moribus:ut referas aliam,nõ ad Paulam,ſed ad auum gentilem. Ad illas tibi mini.) Ex/
preſsit infantium morem, qui offenſi minãtur ad auiam fugituros ſe. atq; his minis delectantur parẽtes.
Ne aureis.) Olim delicatæ mulieres, ab auribus perforatis gemmas ſuſpendebant, unde Iuuenalis: 9
Cum uirides gemmas collo circumdedit, & cum Auribus exterſis magnos commiſit elenchos. Ce/
ruſſa & purpuriſſo.) Colores ſunt quibus ſeſe fucant fœminæ.Ceruſſa candidãt uultum,purpuriſſo ad/
dunt ruborem.Eſt autem iucunda emphaſis in his uerbis,depingas,premas,oneres,irrues.Quid enim
ſtultius,quàm faciem habere coloribus depictam? Quid minus conuenit,quàm collum, quod oportet
in cœlum erigi,auro & margaritis deprimi? Aut caput onerari,quod baiulorum eſt? Feſtiuiter autẽ tor
ſit de capillitij tinctura,ad ignem gehennæ.Rufus cm̃ color igneus eſt. Mundano more pexuit.) Qui
dam habent,nexuit:utraq; lectio ſatis quadrat ad ſententiam. Hæc uerba frangentem.) Id eſt,frago/
re quodam inſonantem,quemadmodũ ſolent irati:niſi mauis legere,frendentem,ut quędam habebant
exemplaria. Si permanſerint.) Hæc ſcribæ deprauarant,ſi permanſerit,quũ ad filios,non ad matrem
referatur uerbum,& Græce eſt ἐὰν μείνωσιν. Nec ipſe ſermonis tenor patitur aliam lectionem.Sequitur
enim:Si perfecta ætas &c. Iuxta ſententiam domini.) Dextrum & ſiniſtrum pro bono poſuit & ma
lo.Locus eſt in calce Ionæ prophetæ:Et ego non parcam Niniuæ ciuitati magnæ,in qua ſunt pluſquàm
centum uiginti milia hominum,qui neſciunt quid ſit inter dextram & ſiniſtram ſuam:& iumenta mul/
ta. Malleo uniuerſæ t.) Reſpexit ad locum qui eſt apud Hieremiam cap.L.Quomodo contritus eſt
malleus uniuerſæ terræ? Sic enim propheta uocat ſatanam. De aureo calice.) Et hic locus eſt apud 10
Hiere.cap.li.Calix aureus Babylon inebrians omnẽ terrã,de uino eius biberunt gentes. Cum Dina.)
Quomodo Dina filia Iacob ſtuprata fuerit à Sichen,legis Gen.ca.xxxiiij. Pythagoræ litera.) Y ſigni
ficat,de qua extat carmen Maronis titulo, Litera Pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni, Humanæ uitæ
ſpeciem præferre uidetur. Huius dextra pars,abruptũ habet aſcẽſum, & uirtutis uiam indicat:ſiniſtra,
facilem,& uitiorũ oſtendit uiam. Tum aũt ad huius literæ biuium peruenitur,quum per ætatem incipi
mus deliberare,utram uiam potius ſequi debeamus,quemadmodũ de Hercule finxit Prodicus. Sed ap/
paret olim huius elementi figurã,non nihil diuerſam fuiſſe ab ea,quæ nunc eſt. In exemplum ſponſi.)
Sic enim Lucas de puero Ieſu,quod creuerit,ætate,ſapientia,gratia. Pergat ad templũ.) Totum hũc
locum de puero Ieſu,reperto in templo,& nõ inuento in comitatu,trahit ad allegoriã. Niſi in adyto.)

Adyta

A Adyta ſunt arcana loca in templis, quæ ſubire ſit nefas. Ex adytis olim reddebantur oracula. Græca uox eſt, ἀδύω, ſubeo ſignificat. ἀ, particula eſt priuatiua, ἄδυτον, quaſi non ſubeundum. Nunquam exeat.) Retulit, quod eſt Cantic. ca. 1. Inuenerunt me cuſtodes ciuitatis &c. Licet quidam putent.) In hac opinione fuit Plato, qui reprehendit Lacedæmoniorum inſtitutũ, quod iuuenes ſuos tantum aduerſus aſperа præpararent, non exercerent etiã, ut in mediis delitijs ac uoluptatibus tẽperare ſibi poſſent. Aegre
II reprendas.) Iambicus eſt trimeter, è comœdia quapiam, ſicuti uidetur. Vide ne forte legendum ſit nõ reprendas, ſed repellas. Periculoſa eſt teneris.) Hieronymus uir tam ſeueræ uitæ, tamen tenerã ætatem non uult uexari ieiunijs, id quod multi Chriſtiani nunc exigunt. Brachmanes.) Philoſophi ſunt apud Indos, de quorũ tolerantia, prodigioſa quędam tradunt autores: ſimilia fermè de gymnoſophiſtis, ſic appellatis, quod nudi philoſopharentur. Orizæ.) Ordei genus eſt, unde ptiſanarium conficiunt hodie. Si tanti uitrum.) Hoc alijs locis aliquot Hieronymus prouerbij uice citat Tertullianum imitatus: Si tanti uitrum, quanti margaritũ: ut oſtendimus in Chiliadibus. Vitrum appellat Philoſophorum inſtitutum. Margaritum, Chriſtianorum: aut illorum præmium, nempe gloriam, uitrũ uocat: Chriſtianorum, margaritum. Adagio ſignificatur, ſumma rerum inæqualitas. Nam uitrum uiliſſimũ imitatur gemmas, quæ precioſiſſimæ ſunt, & in his præcipue uniones, ut teſtatur Plinius. Floribus carptum.) Pro carptum, nonnulli codices habebant, ſertum, forte, ſartum legendum aut conſertum. Diſcat Græcorum.) Hieronymus ad rem pertinere putat, ut uirgo Grçce calleat. Theologi quidam uix exiſtimant ad rẽ per
12 tinere, ut diſcant Latine. Ne tranſuerſum q.u.) Hoc dicto prouerbiali, ſignificabant minimũ ſpatium, quemadmodum & illis, Latum digitũ, pedem, quod tranſuerſo ungue ſoleamus metiri minuta. Bombycum telas.) Hi uermes ſericum texunt, unde tantopere ſibi placent magnates. Serum uellera.) Seres Indię populus eſt, de quibus Vergilius, Velleraq; in foliis depectunt tenuia Seres. Vnde & Serica dicta. Lenteſcens.) Nam arte efficiunt, ut aurum flecti poſsit, ſicuti cætera fila. Cibus eius oluſcu.) Satis conſtat hunc locũ eſſe corruptum. Sic enim habebatur in pleriſq; Cibus eius oluſculũ ſit & ſimila, caroq; & piſciculi. Porrò cũ Hieronymus hic luxum dedocere conetur, ſi permittat carnem & piſciculos, quæſo quid omiſit præter placentas? Equidem conijcio legendum, Cibus eius oluſculum ſit, & è ſimila, garoq; piſciculi, ut intelligas permitti olera, & piſciculos, ſed non quoslibet, nec opipare cõditos, ſed minutos, ac uiles, eosq; conditos garo & ſimila. Siquidem ſimilam in condimentis admiſceri ſolere, declarat & Martialis. Garus autẽ piſcium liquamen eſt ſalſum. Fit autem potiſſimum e ſcombris, ut teſtatur
B Strabo libro tertio, qui piſcis olim contemptiſſimus eſt habitus. Vnde Perſius: Nec ſcombros metuentia carmina, nec thus. Huiuſcemodi ſunt piſciculi, quos Veneti uulgo uocant Sardellas. Verum ſimplicius arbitror, ut legamus: Cibus eius oluſculum ſit & ſimila, raroq; piſciculi. Nam in eandem ſententiam ſcribit Paulino: Sit uilis & ueſpertinus cibus, olera & legumina. Interdumq; piſciculos pro ſummis
13 ducas delitijs. Nam quod in delicijs eſt raro oportet adhiberi. Iſidis & Cybeles.) Iſis apud Aegyptios colitur. Cybele mater erat omnium deorum, cuius ſacerdotes Galli uocabantur. Hi in dies aliquot proferebant ieiunium, & deinde phaſianis auibus explebantur. Sic enim hic uocat aues phaſidas, à Phaſide Scythiæ fluuio, unde primum importatæ putantur. Cerealia dona.) Frumentum intelligit, à quo illi abſtinebant, ne Cererem deam offenderent, cum à lautioribus non abſtinerent. Plutarchus in libello de Iſide & Oſiride, oſtendit horum ſacerdotes à uino quoque abſtinuiſſe. Hoc in perpetuo ieiunio.) Varie legitur in exemplaribus. Forte legendum eſt, hoc perpetuum in ieiunio præceptum ſit: Vt intelligas hoc præceptum generale, ubiq; habere locum in omni ieiunio. Quod ſi non placet mutare ſcripturam, intellige perpetuum, in aliquot dies continuatum. In prima manſione.) Manſiones uocant interualla à diuerſorio ad diuerſorium, in quibus conquieſcitur. Græci uocant σταθμους. Cæterum in quadrageſima, ut ante ſcripſi.) Hæc uerba, ut ante ſcripſi, mihi uidentur addita, à neſcio quo parum attento. Vela pandenda.) Duplici uſus eſt Metaphora, Nautæ aperiunt ac laxant uela cum feſtinant, & aurigæ laxant habenas, cum admittunt equos ad curſum. Et in cochlearum morem.) Alluſit ad illud Plautinum: Suo uictitant ſucco, quod dictum eſt de paraſitis in fame durantibus, donec contingat lautior cœna. Sic cochleæ continent ſeſe intra teſtam, ſuoq; ſucco ſe ſuſtinent, donec acciderit pluuia. Tum prorepunt & ampliter paſcuntur. Aqualiculum parat.) Aqualiculum Perſius uocat uentrem præturgidum & obeſum, à uaſe ſumpta metaphora. Suos admittant.) Admitti dicuntur equi, quum laxatis habenis ſinuntur currere. Ouidius: Non opus admiſſo ſubdere calcar equo. Animos uirorum.) Cum membra & uires depoſuerint, animum tamen & uoluptatem
14 non depoſuerunt, imò quo minus poſſunt, hoc magis appetunt. Præferant fœditatem.) Occurrit enim eas habuiſſe rem cum uiro. Pellis Babylonicæ.) Huiuſmodi pelles nunc mittit Hiſpania. Vermiculata dicuntur, minutulis notulis, uelut emblematibus diſtincta. Apocrypha.) Græce recondita uocantur, quod priuatim & occulte legerentur. Non ad dogmatum ueritatem.) Dogmata decreta dicuntur & certæ ſententiæ. Neq; enim à docendo deducitur, ut quidam illiterati putant, ſed à Græco uerbo δοκεῖν, quod ſignificat opinari. Ad ſignorum reuerentiam.) Conficta ſunt enim, ceu fabulæ quædam, ſed in hoc conflctæ, ut ſacrum aliquid ſignificent. Quorum ti.) Inſcribuntur Petro, Paulo, nõnulla ipſi Chriſto, uelut epiſtola Ieſu ad Abygarũ regẽ. Aurũ in lu.) Apophthegma Maronis, cũ

Ennium legens,diceret se aurum è sterquilinio colligere.Significans illic pleraq; sordide scripta,nonnul
lá tamen feliciter & erudite. Ablactaueris cum Isaac.)Habes Gene.cap.21.quod ablactato Isaac,pater e
exhibuerit grande conuiuium,id Hieronymus trahit ad allegoriam, cum proficimus ab imperfectus ad
maiora. Et uestieris cum Samuele.) De hoc legis primo regum cap.2.Samuel autem ministrabat an/
te faciem domini puer,accinctus ephod lineo.Et tunicam paruam faciebat ei mater sua, quam adferebat
statis diebus &cæt. Mitte auiæ & amitæ.) De his superius dixerat: discat statim, quam auiam ha/
beat,quam amitam. Et cunis Iesu uagientis.)Intelligit suum monasterium,aut certe Paulæ iuxta do/
mini præsepe. Primis miretur ab annis.) Retulit Vergilianum Hemistichium ex Aeneide. In cu/ 15
ius coronam.) Locus hic mihi uidetur non omnino carere mendo. Alluſit autem ad trigesimum,sexa/
gesimum,& centesimum fructum:quorum primum putant,ad coniugatos pertinere, secundum ad cæ/
libes castos,tertium ad uirgines. Significat quotidie uirgines adiungi choro Paulæ & Eustochij. Nam
Paula tria uirginum instituit monasteria,in quibus omnis nationis & conditionis uirgines q̃ plurimas
educabat,ut aliarum uirginitas,illi quæ uirgo non erat,imputaretur. Felix uirgo.) Felix Paula.Nam
hoc nomen puellæ quæ Lætę fuerat nata,auiæ referens uocabulum. Socrum & cognatam.) Paulam
Lætæ socrum,Eustochium cognatam significat,propter affinitatem. Nam hæc proprie cognatos facit.
In paruis corpusculis.) Nempe quia mulieres erant. Simulq; alluſit ad Vergilianum illud de Api/
bus dictum. Ingenteis animos angusto in corpore uersant. Primam dei sententiam.) Nempe illam: 16
Crescite & multiplicamini. Secunda Euangelij.)Nam hos uocat beatos, qui se castrauerint propter
regnum dei. Nec tu paruipenderes.) Nec,non negat hoc loco,sed corrigit,& auget, perinde quasi di
cas.non solum paruipenderes &c.uerumetiam teipsam offerres. Mundi philosopho.) De Aristotele
sentit,cui Alexander Magnus,puer adhuc traditus est educandus, ut Græca testatur epistola, quæ ex/
tat in noctibus Gellianis. Babylonio periturum uen.) Fuit suspitio, sicuti testatur Plutarchus, Ale/
xandrum Magnum ueneno perijsse,id ab Aristotele fuisse paratum,& per Antipatrum missum. Vene
num autem fuisse Aristotelis ingenio dignum,nempe aquam quandam gelidissimam,quàm è rupe qua
piam Nonacriæ desudare narrant. Eam colligunt ungula equina. Nam alio uase contineri non potest,
tanta est frigoris uis.Autor Plutarchus in Alexandri uita.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Laudat Demetriadem uirginem,Iulianæ filiam,neptem Probæ,quod se Christo consecrarit, hor/
tans ut perseueret,utq; statim obsistat instinctibus diaboli solicitantis ad turpia.De studio,de ieiunio,de
obedientia,de fugiendis iocis,cæterisq; rebus,quæ ad uirginis institutum pertinent,præcipit.In hac epi D
stola stilus nonnihil discrepat à cæteris.Mouent & alia quædam. Verum de hoc in præsentia non pro/
nunciabo,donec compertius aliquid ero nactus.Scripsit autem iam ferè decrepitus,ut testatur ipse.

HIERONYMVS AD DEMETRIADEM de seruanda uirginitate.

INter omnes materias,quas ab adolescẽtia usq; ad hanc ætatem,uel mea,uel no
tariorũ scripsi manu,nihil præsenti opere difficilius. Scripturus enim ad Deme
triadem uirginem Christi,quę & nobilitate & diuitijs,prima est in orbe Roma
no, si cuncta uirtutibus eius congrua dixero,adulari putabor: si quædã subtra/
xero,ne incredibilia uideantur,damnum laudibus eius,mea faciet uerecundia. Quid igitur fa
ciam? Quod implere nõ possum,negare nõ audeo:tãta est auiæ eius & matris insignium fœ
minarum,in iubendo autoritas,in petẽdo fides,in extorquendo perseuerãtia. Neq; enim ut
nouum & præcipuum quiddam à me flagitãt,cuius ingenium in huiuscemodi materijs sæpe
detritum est:Sed ne uocis meæ,pro uirili parte desit testimoniũ in eius uirtutibus explicãdis:
cuius ut inclyti oratoris utar sentẽtia:spes magis laudãda est,quàm res. Quanq; puellares an
nos,fidei ardore superarit,& inde cœperit,ubi alijs desisse, perfectæ consummatæq; uirtutis
est.Sit procul obtrectatio.Facessat inuidia.Nullũ in ambitione sit crimẽ. Ignoti ad ignotam
scribimus,dũtaxat iuxta faciem corporalem. Alioquin interior homo, pulchre sibi cognitus
est,illa noticia qua & Paulus Apostolus Colossenses multosq; credẽtium nouerat,quos an/
te nõ uiderat. Quantum sit apud me meritum,imò miraculum uirginis nostræ: hinc potest
æstimari, quod occupatus in explanatione templi Hiezechielis, quod opus in omnibus scri
pturis sanctis,uel difficillimum est: & in ea parte delubri in qua sancta sanctorũ & thymia/
matis altare describitur:malui parumper uti hoc diuerticulo, ut de altari transirem ad altare,
& hostiam

A & hostiam uiuam,placentẽ deo,ac sine ulla macula,æternæ pudicitiæ cõsecrarem. Scio quod ad imprecationem pontificis,flammeũ uirginale,sanctum operuit caput. Et illud apostolicæ uocis insigne,celebratũ sit. Volo autẽ uos omnes uirginẽ castam exhibere Christo. Quando astitit regina à dextris eius, in uestitu deaurato, circundata uarietate. Qua ueste polymita,& multarũ uirtutũ diuersitate cõtexta,indutus fuit & Ioseph, & regum quondam utebantur filiæ. Vnde & ipsa sponsa lætatur ac dicit: Introduxit me rex in cubiculũ suum. Sodaliumq; respondet chorus: Omnis gloria filiæ regis intrinsecus. Sed & nostra oratio,dabit aliquid emolumenti. Equorum cursus,fauore pernicior fit. Pugilum fortitudo, clamoribus incitatur: paratas ad præliũ acies, strictosq; mucrones, sermo imperatoris accendit. Igitur & in opere præsenti,auia quidem materq; plantauerunt,sed & nos rigabimus,& dominus incrementum dabit. Rhetorum disciplina est: ab auis & atauis,& omni retro nobilitate,ornare quem laudant,ut ramorum sterilitatem,radix fœcunda cõpenset: & quod in fructu non teneas mireris
1 in trunco. Scilicet nunc mihi Proborum et Olibriorũ clara repetenda sunt nomina: Et illustris Anitij sanguinis genus: in quo aut nullus aut rarus est, qui non meruerit consulatũ. Aut proferendus Olibrius uirginis nostræ pater,quem immatura morte subtractũ,Roma cõgemuit. Vereor plura dicere,ne sanctæ matris uulnus exasperem,& uirtutum eius recordatio,fiat doloris instauratio. Pius filius, uir amabilis, clemens dominus, ciuis affabilis, consul quidem in pueritia,sed morum bonitate senator illustrior. Felix morte sua,qui non uidit patriã corruentem. Imò felicior sobole,qui Demetriadis proauiæ nobilitatem,insigniorem reddidit, Demetriadis filiæ perpetua castitate. Verum quid ago? Oblitus propositi, dum admiror iuuenem,laudaui aliquid bonorum secularium, cum in eo mihi uirgo magis nostra laudanda sit, quod hæc uniuersa cõtempserit,quod se non nobilẽ,non diuitijs præpollentẽ,sed hominem cogitarit. Incredibilis animi fortitudo,inter gemmas & sericum: inter enuchorũ & puellarum
B cateruas, & adulationem ac ministeria familiæ perstrepentis, & exquisitas epulas, quas amplæ domus præbebat abundantia,appetisse eam ieiuniorũ laborem,asperitatem uestium,uictus cõtinentiam. Legerat enim domini uerba dicentis. Qui mollibus uestiuntur in domibus regum sunt. Stupebat ad conuersationem Heliæ & Ioannis Baptistæ: quorũ uterq; zona pellicea astrinxit & mortificauit lumbos suos: alter uenisse narratur in spiritu & uirtute Heliæ, præcursor domini,in utero prophetãs parentis,& ante diem iudicij,iudicis uoce laudatus. Anna filiæ Phanuelis mirabatur ardorem,quæ orationibus atq; ieiunijs usq; ad ultimam senectutem in templo domino seruiebat. Quatuor uirginũ filiarũ Philippi desiderabat chorum, & unam se illarum esse cupiebat,quæ pudicitia uirginali, prophetiæ gratiã consequutæ sunt. His & huiuscemodi cogitationibus,pascebat animum,nihil ita metuens,cũ auiam matremq; offendere. Quarum cum incitaretur exemplo,uoluntate & studijs terrebatur: nõ quo displiceret eis sanctum propositum,sed quod pro rei magnitudine, optare id & appetere non auderet. Aestuabat Christi tyrũcula. Oderat ornatũ suũ: & cum Hester loquebatur ad dominum: Tu nosti quod oderim insigne capitis mei, hoc est, diadema quo utebatur quasi regina,& tantæ ducam immũdiciæ,uelut pannum menstruatæ. Aiunt sanctæ & nobiles fœminæ,quæ eam uiderunt,quæ norunt,quas de littore Galliarũ ad habitationẽ sanctorũ locorũ,hostium per Africam cõpulit sæua tempestas: noctibus & secreto,conscijs tantum uirginibus dei,quæ in matris & auiæ comitatu erant,nunquã eam linteamine,nunquam plumarũ usam mollicie, sed ciliciolum in nuda humo habuisse pro stratu: iugibus faciem rigasse lachrymis: saluatoris mente genubus aduolutã,ut suum reciperet propositum,ut impleret desiderium,ut auiæ animum matrisq; molliret. Quid ultra differo? Cum iam nuptiarum appropinquaret dies,& futuro matrimonio thalamus pararetur: secreto & absq; arbitris,noctemq; habens pro solatio talibus se fertur armasse consilijs. Quid agis Demetrias? Cur pudicitiam tanto pauore defendis? Libertate opus est & audacia. Quæ sic in pace metuis,quid faceres in martyrio perpetrando? Quæ tuorum uultum ferre non potes,quomodo sustineres tribunalia persecutorũ? Si te uirorũ exemplo non prouocãt,hortetur faciatq; securã,beata martyr Agnes,quæ & ætatem

uicit & tyrannum,& titulum caſtitatis, martyrio conſecrauit. Neſcis miſera,neſcis cui uirgini- C
tatem tuam debeas. Dudum inter barbaras tremuiſti manus,auiæ matriſq; ſinu,& pallijs te-
gebaris. Vidiſti te captiuam,& pudicitiam tuam,non tuæ poteſtatis.Horruiſti truces hoſti-
um uultus: raptas uirgines dei, gemitu tacito conſpexiſti. Vrbs tua quondam orbis caput,
Romani populi ſepulchrum eſt, & tu in Libyco littore, exulem uirum, exul ipſa accipies?
Quam habitura pronubam? quo deducenda comitatu? Stridor Punicæ linguæ, procacia ti-
bi Feſcennina cantabit. Rumpe moras omnes. Perfecta dei dilectio, foras mittit timorem.
Aſſume ſcutum fidei,loricam iuſticiæ,galeam ſalutis,procede ad prælium. Habet & pudici-
tia ſeruata martyrium ſuum. Quid metuis auiam? quid formidas parentem? Forſitan & ipſæ
uelint,quod te uelle nõ credunt.His & alijs quàm pluribus inflammata ſtimulis: omnem cor
poris cultum,& habitum ſecularem,quaſi propoſiti ſui impedimenta, proiecit. Precioſa mo-
nilia,& graues cenſibus uniones,ardentesq; gemmæ,redduntur ſcrinijs: uili tunica induitur,
uiliori tegitur pallio,& inſperata auiæ genubus repente prouoluitur, fletu tantum & plancti
bus quæ eſſet oſtendit. Obſtupuit ſancta & grauis fœmina, alienum habitum in nepte con-
ſpiciens.Mater gaudio ſtabat attonita. Vtraq; uerum non credere, quod uerum eſſe cupie-
bat.Hæſit uox faucibus,& inter ruborem & pallorem metumq; atq; læticiã,cogitationes ua-
riæ nutabant.Succumbendum eſt huic loco:neq; narrare aggrediar,quod dicendo minus fa
ciam.Ad explicandam incredibilis gaudij magnitudinem,& Tulliani fluuius ſiccaretur inge-
Aliter ferirẽt nij,& contortæ Demoſthenis uibratæq; ſententię,tardius languidiusq; ferrentur. Quicquid
poteſt cogitare animus:quicquid ſermo poteſt explicare:illo in tempore factũ eſt. Certatim
in oſcula neptis& filiæ, mater & auia ruunt. Vbertim flere præ gaudio,iacentem manu attol
lere,amplexariq; trepidãtem: Agnoſcere in illius propoſito mẽtem ſuam,& gratulari, quod
nobilem familiam,uirgo uirginitate ſua nobiliorem faceret. Inueniſſe eã quod præſtaret ge-
neri,quod Romanæ urbis cineres mitigaret.Ieſu bone,quid illud in tota domo exultationis
fuit? Quaſi ex radice fœcunda,multæ ſimul uirgines pullularũt:exemplumq; patronę & do
minæ, ſequuta eſt clientum turba atq; famularum. Per omnes domos feruebat uirginitatis D
profeſſio:quarum cum impar eſſet in carne conditio, unum erat præmium caſtitatis. Parum
loquor. Cunctæ per Africam eccleſiæ quodam exultauere tripudio.Nõ ſolum ad urbes,op
pida,uiculosq;: ſed ad ipſa quoq; magalia, celebris fama penetrauit. Omnes inter Africam
Italiamq; inſulæ, hoc rumore completæ ſunt, & inoffenſo pede, longius gaudia cucurrere.
Tunc lugubres ueſtes Italia mutauit,& ſemiruta urbis Romæ mœnia,priſtinum ex parte re-
cepere fulgorem:propitium ſibi exiſtimantes deum, in alumnæ conuerſione perfecta. Puta
res extinctam Gotthorum manum, & colluuiem perfugarum atq; ſeruorum domini deſu-
per intonãtis fulmine cõcidiſſe.Nõ ſic poſt Trebiam, Thraſymenum & Cãnas: in quibus lo 2
cis Romanorum exercituum cæſa ſunt milia,Marcelli primũ apud Nolam prælio, ſe popu-
lus Romanus erexit.Minori prius gaudio ſtrata Gallorum agmina, auro redẽpta nobilitas,
& ſeminarium Romani generis in arce cognouit. Penetrauit hic rumor orientis littora, & in
mediterraneis quoq; urbibus,Chriſtianæ gloriæ triumphus auditus eſt. Quæ uirginũ Chri
ſti non huius ſe ſocietate iactauit? Quæ mater nõ tuum Iuliana, beatum clamauit uterum?
Incerta apud infideles ſint præmia futurorũ.Plus interim recepiſti uirgo,cẽq; obtuliſti. Quam
ſpõſam hominis una tãtum prouincia nouerat,uirginem Chriſti totus orbis audiuit. Solent
miſeri parẽtes,& nõ plenæ fidei Chriſtiani, deformes & aliquo membro debiles filias, quia
dignos generos nõ inueniunt, uirginitati tradere. Tanti ut dicitur, uitrum: quanti margari-
tum? Certe qui religioſores ſibi uidentur,paruo ſumptu,& qui uix ad alimenta ſufficiat, uir-
ginibus dato: omnem cenſum in utroq; ſexu ſecularibus liberis largiuntur. Quod nuper in
hac urbe diues quidam fecit presbyter, ut duas filias in propoſito uirginali inopes relinque-
ret,& aliorũ ad omnem copiam filiorũ,luxuriæ atq; delitijs prouideret. Fecerunt hoc multæ,
proh dolor,noſtri propoſiti fœminæ,atq; utinam rarum eſſet exemplum, quod quanto cre-
brius eſt, tanto iſtæ feliciores, quæ ne plurimarum quidem exempla ſequutæ ſunt. Fertur,

& omnium

A & omnium Christianorum laude celebratur: quicquid fuerat nuptijs præparatum, à sancta Christi synoride uirgini traditum, ne sponso fieret iniuria: imò ut dotata pristinis opibus ueniret ad sponsum: & quod in rebus mundi periturum erat, domesticorum dei sustentaret inopiam. Quis hoc credat? Proba illa omnium dignitatum, & cunctæ nobilitatis in orbe Romano nomen illustrius: cuius sanctitas & in uniuersos effusa bonitas, etiam apud barbaros uenerabilis fuit, quam trium liberorum, Probini, Olibrij, & Probi, non fatigarunt ordinarij consulatus, & cum incensis direptisq; omnibus in urbe captiuitas sit, nunc auitas uenundare dicitur possessiones, & facere sibi amicos de iniquo mammona, qui se recipiant in æterna tabernacula, ut erubescat omnis ecclesiastici ministerij gradus, & cassa nomina monachorum emere prædia, tanta nobilitate uendente. Vix barbarorum effugerat manus, & auulsas de complexu suo uirgines fleuerat, cum subito intolerabili, quod nunquam timuerat, amantissimi filij orbitate percutitur, & quasi futura uirginis Christi auia, spe futurorum mortiferum uulnus excepit: probãs in se uerum esse, quod in Lyrico carmine super iusti prœconio dicitur: Si fractus illabatur orbis, Impauidum ferient ruinæ. Legimus in uolumine Iob: Adhuc isto loquente, uenit alius nuncius. Et in eodem. Tentatio, siue (ut melius habetur in Hebraico) militia, est uita hominis super terram. Ad hoc enim laboramus, & in seculi huius periclitamur militia, ut in futuro seculo coronemur. Nec mirum hoc de hominibus credere, cum dominus ipse tentatus sit. Et de Abraham scriptura testatur: quod deus tentauerit eum. Quam ob causam & Apostolus loquitur: Gaudentes in tribulatione, & scientes, quod tribulatio patientiam operatur: patiẽtia, probationem, probatio, spem: spes autem non confundit. Et in alio loco: Quis nos separabit à charitate dei? tribulatio, an angustia? an persequutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus, ut oues occisionis. Et Esaias huiuscemodi homines cohortatur, dicens: Qui ablactati estis à lacte: qui auulsi ab ubere: tribulationem, super tribulationem expectate: spem, super spem. Non sunt condignæ passiones huius temporis
B ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Cur ista replicauerim: sequens sermo monstrabit. Quæ de medio mari fumantem uiderat patriam, & fragili cymbæ, salutem suam suorumq; commiserat: crudeliora inuenit Africæ littora. Excipitur enim ab eo quem nescias, utrum auarior, an crudelior fuerit: cui nihil dulce præter uinum, & precium: & qui sub occasione partium clementissimi principis, sæuissimus omnium extitit tyrannorum, & (ut aliquid loquar de fabulis poetarum) quasi Orcus in tartaro, non tricipitem, sed multorum capitum habuit Cerberum: qui cuncta traheret ac laceraret. Hic matrum gremijs abducere pactas: negociatoribus & auidissimis mortalium Syris, nobiliũ puellarum nuptias uendere: nõ pupillarum, nõ uiduarũ, nõ uirginum Christi inopię parcere, magisq; manus rogantium spectare quàm uultus. Hãc feram Charybdim, Scyllamq; succinctam multis canibus, fugiens barba-
3 ros matrona sustinuit: qui nec naufragijs parcerent, nec captiuitatibus flecterẽtur. Imitare crudelis saltem hostẽ Romani imperij. Brẽnus nostri tẽporis, tantũ quod inuenerat tulit: tu quæris quod non inuenis. Et mirantur æmuli (uirtus enim semper inuidiæ patet) cur tãtarũ secum pudicitiam tacita proscriptione mercata sit, cũ & ille partem dignatus sit accipere, qui totũ potuit auferre: & hæc quasi comiti negare nõ ausa sit, quæ se intelligebat sub nomine priuatę dignitatis tyrãno seruientẽ? Sentio me inimicorũ patere morsibus, quod adulari uidear clarissimæ & nobilissimæ fœminę, qui accusare nõ poterũt, si me scient hucusq; tacuisse. Neq; enim laudaui in ea unq; antiquitatẽ generis: diuitiarũ & potẽtiæ magnitudinẽ uiro uiuẽte uel mortuo, quę alij forsitan mercennaria oratione laudauerũt. Mihi propositũ est stilo ecclesiastico laudare auiã uirginis meæ, & gratias agere, quod uoluntatẽ eius, sua adiuuerit uolũtate. Alio qui cellula monasterij, uilis cibus, uestisq; contempta, & ætas uicina iam morti, breuisq; tẽporis uiaticũ, carent omni assentationis infamia. Deniq; in reliquis partibus, omnis mihi sermo ad uirginẽ dirigetur, & uirginẽ nobilẽ, & nobilẽ nõ minus sanctitate, q̃ genere: cuius quanto sublimior ascẽsus est, tãto lapsus periculosior. Vnũ illud tibi nata deo, pręq; omnibus unũ,

Prædicam,& repetens, iterũq; iterũq; monebo, ut animũ tuum ſacræ lectionis amore occu- C
pes:nec in bona terra pectoris tui ſementẽ lolij auenarũq; ſuſcipias:ne dormiente patrefami-
lias,qui eſt νῶς, id eſt,animus deo ſemper adhærens:inimicus homo Zizania ſuperſeminet,
ſed ſemper loquaris:In noctibus quæſiui quẽ dilexit anima mea,ubi paſcis,ubi cubas in meri
die:Et,inhæſit poſt te anima mea:me ſuſcepit dextera tua,Illudq; Hieremiæ: Non laboraui
ſequẽs te,neq; enim eſt dolor in Iacob,nec labor in Iſrael.Quãdo eras in ſeculo,ea quæ erant
ſeculi diligebas.Polire faciẽ purpuriſſo,& ceruſſa ora depingere,ornare crinẽ,& alienis capil-
lis turritũ uerticẽ ſtruere. Vt taceã de inauriũ precijs,candore margaritarũ,rubri maris profun
da teſtantiũ,ſmaragdorũ uirore,cerauniorũ flãmis,hyacinthorũ pelago,ad quæ ardent & in-
ſaniunt ſtudia matronarũ.Nunc autem quia ſeculũ reliquiſti,& ſecundo poſt baptiſmũ gra-
du,iniſti pactum cum aduerſario tuo, dicens ei:Renuncio tibi diabole & ſeculo tuo, & pom-
pæ tuæ, & opibus tuis:ſerua fœdus quod pepigiſti, & eſto conſentiens pactũq; cuſtodiens
cum aduerſario tuo,dum es in uia huius ſeculi,ne forte tradat te iudici, & te de ſuo aliquid u-
ſurpaſſe conuincat: tradariſq; miniſtro:qui ipſe eſt,& inimicus & uindex,&mittaris in carce
rem & in tenebras exteriores, quæ quãto à Chriſto uero lumine ſeparamur,tãto nos maiori
horrore circundant:& non inde exeas, niſi ſoluas nouiſſimum quadrantem,id eſt,minimum
quodq; delictum, quia & pro ocioſo uerbo reddituri ſumus rationem in die iudicij. Hæc di-
cta ſint,non infauſto contra te uaticinio, ſed pauidi cautiq; monitoris officio:ea quoq; in te,
quæ tuta ſunt formidantis.Si ſpiritus,inquit,poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum
tuum ne dimiſeris.Quaſi in procinctu,& in acie ſtamus ſemper ad pugnã.Vult nos loco mo
uere hoſtis,& de gradu decedere,ſed ſolidãda ueſtigia ſunt, & dicendũ:Statuit ſupra petram
pedes meos,et petra refugium leporibus.Pro quo multi Herinaceos legunt,animal paruum,
& fugax,& ſpinarum ſentibus prægrauatũ.Sed ideo Ieſus ſpinis coronatus eſt, & noſtra de-
licta portauit, & pro nobis doluit, ut de ſentibus & tribulationibus fœminarũ, ad quas dici- D
tur,In anxietatibus,& doloribus paries mulier,& ad uirum conuerſio tua,& ipſe tui domina-
bitur:roſa uirginitatis,& lilia caſtitatis naſcerentur. Vnde et ſponſus paſcitur inter lilia,& inter
eos qui ueſtimenta ſua non coinquinauerunt:uirgines enim permanſerunt,audieruntq; præ
ceptum: Candida ſint ſemper ueſtimenta tua: & quaſi autor uirginitatis & princeps, loqui-
tur confidenter: Ego flos campi, & lilium conuallium. Petra igitur leporum eſt, qui in per-
ſecutionibus fugiunt de ciuitate in ciuitatem:Nec timent illud propheticum:Perijt fuga à me.
Montes autem excelſi ceruis, quorum colubri cibus ſunt:quos educit puer paruulus de fora-
mine, quando pardus & hædus requieſcunt ſimul:& bos & leo comedunt paleas, ut nequa-
quam bos diſcat feritatem,ſed leo doceatur manſuetudinem. Reuertamur ad propoſitum te-
ſtimoniũ.Si ſpiritus poteſtatẽ habẽtis aſcenderit ſuper te,locũ tuum ne dimiſeris. Poſt quod
ſequitur:Quia curatio quieſcere facit peccata maxima. Qui uerſiculus hunc habet ſenſum:Si
in cogitationes tuas coluber aſcẽderit,omni cuſtodia ſerua cor tuũ.Et cum Dauid canito:Ab
occultis meis mũda me domine:& ab alienis parce ſeruo tuo,& ad peccatũ maximum quod
opere perpetratur,nequaquam peruenies,ſed incentiua uitiorum ſtatim in mente iugulabis,
& paruulos Babylonis allides ad petram: in qua ſerpentis ueſtigia non reperiuntur,cauteq;
domino promittes:Si mei non fuerint dominati,tunc immaculatus ero,& emundabor à deli
cto maximo. Hoc eſt quod alibi ſcriptura teſtatur:Peccata patrũ reddam in filios,in tertiam
& quartam generationem, ut cogitationes noſtras mentisq; decretum, non ſtatim puniat,
ſed reddat in poſteris,id eſt,in malis operibus, & in delictorum perſeuerantia,quoniam per
Amos loquit̃:Super tribus & quatuor impietatibus illius, & illius ciuitatis,nónne auerſabor
eam?Hæc curſim quaſi de prato pulcherrimo ſanctarum ſcripturarũ,paruos flores carpſiſſe
ſufficiat pro cõmonitione tui,ut & claudas cubiculum pectoris,& crebro ſignaculo crucis mu
nias frontẽ tuam,ne exterminator Aegypti in te locum reperiat,ſed primogenita,quæ apud
Aegyptios pereunt in tua mente ſaluentur,& dicas cum propheta:Paratum cor meum deus,
paratũ cor meum,cantabo & pſallam.Exurge gloria mea,exurge pſalteriũ & cithara. Quam

aſſumere

A assumere iubetur & Tyrus,multis peccatorum confossa uulneribus:ut agat pœnitentiam,& maculas pristinæ fœditatis,cum Petro amaris lachrymis abluat. Verũ nos ignoremus pœnitentiam, ne facile peccemus.Illa quasi secunda post naufragium miseris tabula sit: in uirgine integra seruetur nauis.Aliud est quærere quod perdideris:aliud est possidere quod nunq̃ amiseris. Vnde & Apostolus castigabat corpus suum, & in seruitutem redigebat: ne alijs prædicans,ipse reprobus inueniretur:corporisq̃, ex persona generis humani inflãmatus ardoribus,loquebat. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et iterum Scio quia non habitet in me,hoc est,in carne mea bonũ: Velle enim adiacet mihi,ut faciam autem bonum,nequaquam. Neq; enim quod uolo bonum, sed quod nolo malũ, hoc facio. Et denuo:Qui in carne sunt,deo placere non possunt. Vos autẽ non estis in carne, sed in spiritu:si tamen spiritus dei habitat in uobis.Post cogitationum diligentissimam cautionem,ieiuniorũ tibi arma sumenda sunt,& canendũ cum Dauid:Humiliaui in ieiunio animã meam. Et cinerem tanq̃ panem manducaui.Et,cum molesti erant mihi,induebar cilicio. Eua per cibum eiecta est de paradiso. Helias quadraginta dierum exercitatus ieiunio,igneo curru rapitur in cœlũ. Moyses quadraginta diebus ac noctibus, familiaritate & sermone dei pascitur: in se uerissimũ probãs quod dicitur:Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore dei.Saluator generis humani,qui uirtutum & conuersationis suæ nobis reliquit exemplũ:post baptismũ statim assumitur à spiritu,ut pugnet contra diabolũ, & oppressum atq; contritũ,tradat discipulis conculcandũ.Vnde & Apostolus loquitur:Deus aũt conteret satanã sub pedibus nostris uelociter.Et tamẽ hostis antiquus post quadraginta dierum ieiuniũ,per cibũ molitur insidias,& dicit.Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant. In lege mense septimo post clãgorẽ tubarũ decimo die mensis, totius gentis Hebreæ ieiuniũ est, & exterminat illa anima de populo suo,quæ saturitatẽ prætulerit cõtinentiæ. In Iob scriptũ est de dracone: Virtus eius in lũbis eius,& fortitudo illius super umbilicũ uẽtris eius.Aduersum
B iuuenes & puellas, ætatis ardore hostis noster abutit, & inflãmat rotã natiuitatis nostræ, & implet illud Osee:Omnes adulterãtes,quasi clibanus corda eorũ,quæ dei misericordia,& ieiuniorũ rigore restinguunt.Hæc sunt ignita diaboli iacula, quæ simul & uulnerãt & inflãmãt, & à rege Babylonio tribus pueris præparant,qui succẽdit fornacẽ quadragintanouẽ cubitorum,habẽs & ipse septẽ hebdomadas ad perditionẽ, quas dominus obseruari iusserat ad salutẽ. Sed quomodo ibi quartus speciẽ habens quasi filij hominis,immensos mitigauit ardores,& inter camini æstuantis incendiũ docuit flãmas calorẽ amittere,& aliud oculis cõminari,aliud præbere tactui:sic & in animo uirginali,rore cœlesti & ieiuniorũ rigore,calor puellaris extinguitur, & in humano corpore, angelorũ impetratur conuersatio, Quamobrẽ & uas electionis de uirginibus se dicit nõ habere præceptũ,quia cõtra naturã, imò ultra naturã est, non exercere quod nata sis:interficere in te radicẽ tuã,& sola uirginitatis poma decerpere:ne scire thorũ,omnẽ uirorũ horrere contactũ,& in corpore uiuere sine corpore. Neq; uero immoderata tibi imperamus ieiunia,& enormẽ ciborũ abstinentiã, quibus statim corpora delicata franguntur,& ante ægrotare incipiunt,q̃ sanctę cõuersationis iacere fundamenta. Philosophorũ quoq; sententia est, μεσότητας ἀρετὰς, ὑπερβολὰς κακίας εἶναι, quod Latinus ita potest sermo resonare, moderatas esse uirtutes: excedentes modum atq; mensuram,inter uitia deputari. Vnde & unus de septem sapientibus μηδὲν ἄγαν, id est,ne quid,ait,nimis. Quod tam celebre factum est,ut comico quoq; uersu expressum sit. Sic debes ieiunare,ut non palpites,& respirare uix possis,& comitum tuarum,uel porteris,uel traharis manibus,sed ut fracto corporis appetitu, nec in lectione, nec in psalmis, nec in uigilijs solito quid minus facias. Ieiunium non perfecta uirtus,sed cæterarum uirtutum fundamentum est, & sanctificatio atque pudicitia:sine qua nemo uidebit deum. Gradus præbet ad summa scandentibus:nec tamen si sola fuerit,uirginem poterit coronare.Legamus Euangelium sapientium & stultarum uirginum: quarum aliæ cubiculum sponsi ingrediũtur:aliæ bonorũ operum oleum non habentes,extinctis lampadibus excludũtur.Latus est super ieiunijs campus:in quo & nos sæpe

cucurrimus,& multorum proprij habentur libri,ad quorum te mittimus lectionem,ut diſcas c
quid boni habeat continentia,& quid econtrario mali,ſaturitas. Imitare ſponſum tuũ.Eſto
auiæ matricꝫ ſubiecta.Nullum uirorũ & maxime iuuenũ,niſi cum illis,uideas.Nullum ſcias,
quem illæ neſciãt.Secularis quoqꝫ ſententia eſt:Eadem uelle, & eadem nolle, ea demũ firma
amicitia eſt.Vt appeteres uirginitatẽ, ut Chriſti præcepta cognoſceres, ut ſcires quid tibi ex-
pediret,quid deligere deberes:illarũ te exempla docuerunt, ſancta domi inſtruxit conuerſa-
tio.Non igitur ſolũ putes tuum eſſe quod tuũ eſt,ſed earum,quæ ſuam in te expreſſere pudi
citiam,& honorabiliũ nuptiarum, cubiliſcꝫ immaculati precioſiſsimum germinauere te flo-
rem,qui perfectos afferet fructus,ſi humiliaueris te ſub potẽti manu dei,& ſcriptum ſemper
memineris:Superbis deus reſiſtit,humilibus aũt dat gratiam.Vbi autem gratia,nõ operum
retributio,ſed donantis eſt largitas,ut impleatur dictũ Apoſtoli:Non eſt uolentis,neqꝫ cur-
rentis,ſed dei miſerẽtis.Et tamen uelle & nolle noſtrũ eſt:ipſumcꝫ quod noſtrum eſt,ſine dei
miſeratione noſtrũ non eſt. Eunuchorũ quoqꝫ tibi & puellarum , ac ſeruulorũ mores,magis
eligantur quàm uultuum elegãtia, quia in omni ſexu & ætate & truncatorũ corporũ uiolen-
ta pudicitia,animi conſiderandi ſunt,qui amputari,niſi Chriſti timore non poſſunt.Scurrili-
tas atqꝫ laſciuia,te præſente non habeat locum. Nuncꝫ uerbum inhoneſtũ audias : aut ſi au-
dieris,non ineſceris.Perditæ mentes hominũ, uno frequenter leuicꝫ ſermone,tentãt clauſtra
pudicitiæ.Ridere & rideri,ſecularibus derelinque.Grauitas tuam perſonam decet.Catonem
quoqꝫ (illum dico Cenſoriũ) & ueſtræ quondam urbis principem , qui extrema ætate Græ- 4
cas literas,nec erubuit cenſor, nec deſperauit ſenex diſcere.Et M.Craſſum ſemel in uita ſcri-
bit riſiſſe Lucilius.Fuerit illa affectata ſeueritas, & gloriam quærens auramcꝫ populare:nos
affectus & perturbationes,quãdiu in tabernaculo corporis huius habitamus,& fragili carne
circundamur:moderari & regere poſſumus, amputare non poſſumus,unde & Pſalmiſta di-
cit:Iraſcimini,& nolite peccare.Quod Apoſtolus ediſſerens:Sol, inquit,nõ occidat ſuper ira
cundiam ueſtram,quia & iraſci hominis eſt,& finem iracundiæ imponere Chriſtiani. Su- D
perfluũ reor te monere cõtra auariciã,cum generis tui ſit,& habere & calcare diuitias,& Apo
ſtolus doceat auariciã eſſe idolorũ cultũ,dominuscꝫ reſpõdeat ſciſcitanti:Magiſter bone,qd
boni faciens,uitã æternã poſſidebo?Si uis eſſe pfectus,uade uende omnia quę habes, & da
pauperib.& habebis theſaurũ in cœlis,& ueni ſequere me.Apoſtolici faſtigij eſt perfectæcꝫ
uirtutis,uẽdere omnia & pauperibus diſtribuere,& ſic leuem atqꝫ expeditũ,cum Chriſto ad
cœleſtia ſubuolare.Nobis,imò tibi,diligens credita eſt diſpenſatio, quanq̃ in hoc,omni ętati
omnicꝫ perſonæ libertas arbitrij relicta ſit. Si uis,inquit,eſſe perfectus:Non cogo,nõ impe-
ro,ſed propono palmã, oſtendo præmia : tuũ eſt eligere,ſi uolueris in agone atqꝫ certamine
coronari.Et cõſideremus cꝫ ſapienter ſapiẽtia ſit locuta:Vende quæ habes. Cui iſta præcipi
untur?Nempe illi,cui dictũ eſt:Si uis eſſe pfectus. Non partẽ bonorum tuorũ uende,ſed o-
mnia.Cumcꝫ uẽdideris, quid ſequit?Et da pauperibus.Non diuitibus,nõ propinquis,non
ad luxuriã,ſed ad neceſsitatẽ . Siue ille ſacerdos ſit,ſiue cognatus & affinis, nihil in illo aliud
cõſideres quàm paupertatẽ . Laudent te eſurientiũ uiſcera,nõ ructantiũ opulenta cõuiuia. In
Actis apoſtolorũ,quando domini noſtri adhuc calebat cruor, & feruebat recens in credenti
bus fides,uendebãt omnes poſſeſsiones ſuas,& precia earũ ad apoſtolorũ deferebãt pedes,
ut oſtenderent pecunias eſſe calcãdas,dabaturcꝫ ſingulis, pro ut cuicꝫ opus erat.Ananias &
Saphyra diſpenſatores timidi,imò corde duplici,& ideo cõdemnati, quia poſt uotũ obtule-
runt quaſi ſua,& nõ eius,cui ſemel ea uouerant,partemcꝫ ſibi alienæ ſubſtãtiæ reſeruauerũt,
metuentes famem,quam uera fides nõ timet, præſentem meruere uindictã, non crudelitate
ſententiæ,ſed correctionis exemplo . Denicꝫ & apoſtolus Petrus nequaq̃ imprecat eis mor-
tem,ut ſtultus Porphyrius calumniat,ſed dei iudiciũ prophetico ſpiritu annunciat,ut pœna
duorum hominũ,ſit doctrina multorũ. Ex eo tempore quo uirginitati perpetuæ conſecrata
es: tua, non tua ſunt, imò uere tua, quia Chriſti eſſe cœperunt,quæ auia uiuente uel matre,
ipſarum arbitrio diſpenſanda ſunt. Sin autem obierint & ſomno ſanctorum requieuerint

ſcio

A (ſcio enim & hoc illas optare, ut te habeant ſuperſtitem) cum ætas maturior fuerit, & uolun/
tas grauior, firmiorq; ſententia, facies quod tibi uiſum fuerit, imò quod dominus imperat: ſci/
tura te nihil habiturã, niſi quod in bonis operibus erogaueris. Alij ædificent eccleſias, ueſtiãt
parietes marmorũ cruſtis, columnarũ moles aduehant, earumq; deaurent capita, precioſum
ornatum non ſentientia: ebore argentoq; ualuas, et gemmis aurata diſtinguant altaria. Non
reprehendo, nõ abnuo. Vnuſquiſq; in ſenſu ſuo abundet. Meliusq; eſt hoc facere, quàm re/
poſitis opibus incubare. Sed tibi aliud propoſitũ eſt. Chriſtum ueſtire in pauperibus, uiſita/
re in languentibus, paſcere in eſuriẽtibus, ſuſcipere in his qui tecto indigent, & maxime in do
meſticis fidei, uirginum alere monaſteria: ſeruorũ dei & pauperũ ſpiritu, habere curam, qui
diebus & noctibus ſeruiunt domino tuo: qui in terra poſiti, imitantur angelorũ conuerſatio/
nem, & nihil aliud loquuntur, niſi quod ad laudes dei pertinet, habentesq; uictum & ueſti/
tum, his gaudent diuitijs, qui plus habere nolunt, ſi tamen ſeruant propoſitũ. Alioqui ſi am/
plius deſiderant, his quoq; quæ neceſſaria ſunt, probantur indigni. Hæc ad uirginẽ diuitem,
& uirginem nobilem ſum loquutus. Nunc tantum ad uirginem loquar, id eſt, nõ ea quæ
extra te, ſed in te ſunt conſiderans. Præter pſalmorum & orationis ordinem, quod tibi hora
tertia, ſexta, nona, ad ueſperum, media nocte & mane ſemper eſt exercendum: ſtatue quot
horis ſanctam ſcripturã ediſcere debeas: quanto tempore legere, non ad laborem, ſed ad de/
lectationem & inſtructionem animæ. Cumq; hæc finieris ſpatia, & frequenter te ad figen/
da genua, ſolicitudo animæ ſuſcitauerit: habeto lanam ſemper in manibus, uel ſtaminis pol/
lice fila deducito, uel ad torquenda ſubtegmina in alueolis fuſa uertãtur: aliarumq; neta, aut
in globum collige, aut texenda compone. Quæ texta ſunt, inſpice: quæ errata, reprehende:
quæ facienda, conſtitue. Si tantis operum uarietatibus fueris occupata, nunquã dies tibi lon/
gi erunt, ſed quamuis æſtiuis tendantur ſolibus, breues uidebuntur, in quibus aliquid operis
prætermiſſum eſt. Hæc obſeruans, & teipſam ſaluabis, & alias, & eris magiſtra ſanctæ con/
B uerſationis, multarumq; caſtitatem, lucrum tuum facies, ſcriptura dicente: In deſiderijs eſt o/
mnis anima ocioſi. Nec idcirco tibi ab opere ceſſandum eſt, quia deo propitio nulla re indi/
ges, ſed ideo cum omnibus laborandũ eſt, ut per occaſionem operis, nihil aliud cogites, niſi
quod ad domini pertinet ſeruitutem. Simpliciter loquar. Quamuis omnem cenſum tuum in
pauperes diſtribuas, nihil apud Chriſtum erit precioſius, niſi quod manibus tuis ipſa confe/
ceris, uel in uſus proprios, uel in exemplum uirginũ cæterarum, uel quod auiæ matriq; offe/
ras, maiora ab eis in refectionem pauperum precia receptura. Penè prætermiſſum, quod uel præ
cipuum eſt. Dum eſſes paruula, & ſanctæ ac beatæ memoriæ Anaſtaſius epiſcopus Roma/
nam regeret eccleſiam, de orientis partibus hæreticorum ſæua tempeſtas, ſimplicitatem fidei,
quæ Apoſtoli uoce laudata eſt, polluere & labefactare conata eſt. Sed uir ditiſſimæ pauper
tatis & Apoſtolicæ ſolicitudinis, ſtatim noxium perculit caput, & ſibilantia hydræ ora com/
peſcuit. Et quia uereor, imò rumore cognoui, in quibuſdam adhuc uiuere & pullulare uene/
nata plantaria: illud te pio charitatis affectu, præmonendam puto, ut ſancti Innocentij, qui
apoſtolicæ cathedræ, & ſupradicti uiri ſucceſſor & filius eſt, teneas fidem: nec peregrinam,
quamuis tibi prudens callidaq; uidearis, doctrinam recipias. Solent enim huiuſcemodi per
angulos muſsitare, & quaſi iuſticiam dei quærere. Cur illa anima in illa eſt nata prouincia?
Quid cauſæ extitit, ut alij de Chriſtianis naſcãtur parentibus, alij inter feras & ſæuiſſimas na
tiones, ubi nulla dei noticia eſt? Cumq; hoc quaſi ſcorpionis ictu ſimplices quoſq; percuſſe/
rint, & fiſtulato uulnere, locum ſibi fecerint, uenena diffundunt. Putásne fruſtra infans par/
uulus, & qui uix matrem riſu, & uultus hilaritate cognoſcat, qui nec boni aliquid fecit nec ma
li, dæmone corripitur, morbo opprimitur regio: & ea ſuſtinet, quę uidemus impios homines
non ſuſtinere, & ſuſtinere deo ſeruientes? Sin aũt iudicia ſunt, inquiunt, domini uera, iuſtifica
ta in ſemetipſis, & nihil apud deum iniuſtum eſt: ipſa ratione compellimur, ut credamus ani
mas fuiſſe in cœleſtibus, & propter quædã antiqua peccata damnatas in corporibus huma/
nis, & ut ita loquamur, ſepultas, noſq; in ualle lachrymarũ pœnas luere ueterũ peccatorum.

Vnde

Vnde et propheta dicit:Priusquàm humiliarer ego peccaui.Et:educ de carcere animâ meam. c
Et,iſte peccauit,ut cæcus ex utero naſceretur,an parentes eius? & cætera his ſimília. Hæc impia & ſcelerata doctrina olim in Ægypto & orientis partibus uerſabatur, et nunc abſcondite, quaſi in foueis uiperarum apud pleroſq; uerſatur:illarũq; partium polluit puritatem,& quaſi hæreditario malo,ſerpit in paucis,ut perueniat ad plurimos:Quam certus ſum,quod ſi audieris non recipias. Habes enim apud deum magiſtras, quarũ fides norma doctrinæ eſt. Intelligis quid loquar.Dabit enim tibi deus in omnibus intellectum. Nec ſtatim aduerſum ſæuiſſimam hæreſim, & multo his nequiora quæ dixi,reſponſionẽ hominis flagitabis: ne non tam prohibuiſſe uidear, quàm cõmonuiſſe:cum præſentis operis ſit inſtituere uirginem, non hæreticis reſpondere.Cæterũ omnes fraudulentias eorum,& cuniculos quibus nituntur ſubuertere ueritatem,in alio opere deo adiuuante,ſubuertimus:quod ſi uolueris,prompte libenterq; mittemus:Vltroneas enim aiunt putere merces:& precia facilitate decreſcunt:quæ ſemper in raritate maiora ſunt.Solet inter pleroſq; eſſe certamen: utrum ſolitaria,an cum multis uita melior ſit:quarum prior præfertur quidem ſecũdæ:ſed ſi in uiris periculoſa eſt,ne abſtracti ab hominum frequentia, ſordidis & impijs cogitationibus pateant:& pleni arrogantiæ & ſupercilij cunctos deſpiciant, armentoq; linguas ſuas,uel clericis, uel alijs monachis detrahendo,de quibus rectiſſime dicitur:Filij hominũ,dentes eorum arma & ſagittæ,& lingua eorum gladius acutus:quanto magis in fœminis, quarum mutabilis fluctuansq; ſententia, ſi ſuo arbitrio relinquatur,cito ad deteriora delabitur? Noui ego in utroq; ſexu,per nimiam abſtinentiam,cerebri ſanitatem quibuſdam fuiſſe uexatam. Præcipueq; in his, qui in humectis & frigidis habitauerũt cellulis:ita ut neſcirent quid agerent,quóue ſe uerterent:quid loqui,quid tacere deberent.Certe ſi rudes ſecularium literarum,de tractatibus hominum diſertorum quippiam legerint,uerboſitatem ſolam diſcũt, abſq; noticia ſcripturarum:& iuxta uetus elogium: quum loqui neſciant, tacere non poſſunt:docentq; ſcripturas quas non intelligunt: & quum d
alijs perſuaſerint, eruditorum ſibi aſſumunt ſupercilium:prius imperitorum magiſtri, quàm doctorum diſcipuli.Bonum eſt igitur obedire maioribus,parere perfectis:& poſt regulas ſcri
Aliter præfectis. pturarum,uitæ ſuæ tramitẽ ab alijs diſcere:nec præceptore uti peſſimo,ſcilicet præſumptione ſua. De talibus fœminis & Apoſtolus loquitur. Quæ circunferuntur omni uento doctrinæ: ſemper diſcentes,& nunquam ad ſcientiam ueritatis peruenientes.Matronarum,maritis ac ſeculo ſeruientium,tibi conſortia declinentur,ne ſolicitetur animus, & audias, quid uel maritus uxori,uel uxor loquuta ſit uiro.Venenatæ ſunt huiuſcemodi cõfabulationes.Super quarum damnatione,ſecularem uerſum aſſumens Apoſtolus, fecit eccleſiaſticum: Corrumpunt mores bonos,confabulationes peſſimæ. Cuius Iambici metrum,dum uerbum ſeruat ex uerbo, nequaquam expreſſit Latina translatio. Graues fœminæ, & maxime uiduæ,ac uirgines,tibi 5
comites eligantur:quarum probata eſt conuerſatio,ſermo moderatus,ſancta uerecundia.Fuge laſciuiam puellarum,quæ ornant capita,crines à fronte demittunt, cutem poliunt, utuntur pigmentis,aſtrictas habent manicas,ueſtimenta ſine ruga,ſoccosq; criſpantes: ut ſub nomine uirginali,uendibilius pereant. Mores enim & ſtudia dominarum, plerunq; ex ancillarum & comitũ moribus iudicantur.Illa tibi ſit pulchra,illa amabilis, illa habenda inter ſocias:quæ ſe neſcit eſſe pulchram: quæ negligit formæ bonum:& procedens ad publicum, non pectus & colla denudat:nec pallio reuoluto ceruicem aperit: ſed quæ celat faciem,& uix uno oculo, qui uiæ neceſſarius eſt, patente ingreditur. Dubito an loquar: ſed uelim nolim, quia crebro fit,dicendum eſt:non quo hæc in te timere debeam:quæ iſta forſitan neſcias, nec unquã audieris:ſed,quo per occaſionem tui, cæteræ præmonendæ ſint. Cincinnatulos pueros & calamiſtratos, &peregrini muris olẽtes pelliculas:de quibus illud Arbitri eſt:Non bene olet, qui bene ſemper olet:quaſi quaſdam peſtes & uenena pudicitiæ uirgo deuitet:ut taceam de cæteris,quarum importuna uiſitatio,& ſe infamat & alias:ut etiam ſi nihil mali perpetretur:tamen hoc ſit uel maximum malum,fruſtra patere maledictis & morſibus ethnicorum.Nec hoc de omnibus dicimus, ſed de his quos eccleſia ipſa reprehendit: quos interdum abijcit: in quos

nonnun/

A nonnunquam episcoporum & presbyterorum censura desæuit, ut prope periculosius sit la/
sciuis puellis ad loca religionis, quàm ad publicum procedere. Quæ uiuunt in monasterio,
& quarum simul magnus est numerus, nunquam solæ, nunquam sine matre procedant. De
agmine columbarum, crebro accipiter unam separat, quam statim inuadat & laceret, cuius
carnibus & cruore saturetur. Morbidæ oues suum relinquunt gregem, & luporum faucibus
deuorantur. Scio ego sanctas uirgines, quæ diebus festis, propter frequentiam populorum,
pedem domi cohibent, nec tunc egrediuntur, quando maior est adhibenda custodia, & pu/
blicum penitus deuitandũ. Ante annos circiter triginta, de uirginitate seruãda ædidi librum,
in quo necesse fuit mihi ire contra uitia, & propter institutionem uirginis, quam monebam,
diaboli insidias patefacere. Qui sermo offendit plurimos, dum unusquisque in se intelligens
quod dicebatur, non quasi monitorem libenter audiuit, sed quasi criminatorem sui operis a/
uersatus est. Veruntamen quid profuit armasse exercitum reclamantium, & uulnus conscien
tiæ dolore monstrasse? Liber manet, homines præterierunt. Scripsi ad pleraſq; uigines ac
uiduas ἀγράμματα, & quicquid dici poterat, in illis opusculis defloratum est, ut aut su/
perfluo eadem à nobis repetantur, aut nunc prætermissa, plurimum noceant. Certe & bea/
tus Cyprianus, egregium de uirginitate uolumen ædidit, & multi alij, tam Latino sermone
quàm Græco. Omniumq; gẽtium literis atq; linguis, in ecclesijs Agnes uita laudata est. Sed
hoc ad eas pertineat, quæ necdum elegerunt uirginitatem, & exhortatione indigent, ut sciant
quale sit, quod eligere debeant. Nobis electa seruanda sunt, & quasi inter scorpiones & colu
bros incedendũ, ut accinctis lumbis, calciatis pedibus, & apprehensis manu baculis, iter per
insidias huius seculi, & inter uenena faciamus, ut possimus ad dulces Iordanis peruenire a/
quas, & terrã repromissionis intrare, & ad domũ dei ascendere, ac dicere cum propheta: Do/
mine, dilexi decorem domus tuæ, & locũ habitationis gloriæ tuæ. Et illud: Vnam petij à do/
B mino, hanc requirã, ut inhabitem in domo domini, omnibus diebus uitæ meę. Felix illa con
scientia & beata uirginitas, in cuius corde, præter amorem Christi, qui est sapientia, castitas,
patientia atq; iustitia, cæteræq; uirtutes, nullus alius uersat amor, nec ad recordationẽ homi
nis, aliquando suspirat, nec uidere desiderat, quem cum uiderit, nolit dimittere. Sanctũ uirgi/
num propositũ & cœlestis angelorumq; familię gloriam, quarundã non bene se agentium,
nomen infamat. Quibus aperte dicendum est, ut aut nubant, si se non possunt continere, aut
cõtineant si nolunt nubere. Digna res risu, imò planctu, incedentibus dominis, ancilla uirgo
procedit ornatior, ut pro nimia consuetudine quam incomptã uideris, dominam suspiceris.
Nonnullæ separata & absq; arbitris quærunt hospitia, ut uiuant licentius, utãtur balneis, fa/
ciantq; quod uolunt, & deuitent conscientias plurimarũ. Hæc uidemus & patimur, & si au/
reus nummus affulserit, inter bona opera deputamus. Finem iungo principio, nec semel mo
uisse cõtentus sum: Ama scripturas sanctas, & amabit te sapientia: dilige eam, & seruabit te:
honora illam, & amplexabitur te. Hæc monilia in pectore, & in auribus tuis hæreant. Nihil
aliud nouerit lingua, nisi Christum. Nihil possit sonare, nisi quod sanctum est. Auiæ tuæ ti
bi semper ac matris in ore dulcedo uersetur. Quarum imitatio, forma uirtutis est.

SCHOLIA

Veste polymita.) Id est, uersicoloribus contexta filis. Nam μίτον Græci filum appellant, & πολὺ multum, quasi dicas, multifilam uestẽ. Et omni retro.) Retro uocat, quod iam præ/
terijt, hoc est, superiori. Proborum & Olibriorũ.) Auunculus alter erat Probus, alter Oli/
brius, tertius Probinus, quæ nomina tum nobilium erant Romæ. Filiarum Philippi.) Hũc
Actuum cap. xxi. Lucas euangelistam appellat, scribens ei quatuor fuisse uirgines prophetãtes. Pro
nuba.) Sic uocatur mulier, quæ parat ea quæ ad nuptiarum ritum, & sponsam instruendam pertinent.
Procacia.) Solent huiusmodi cantiones esse petulantiores. Vnde Catullus, Fescẽninam licẽtiam uocat.
Consentaneum est autem apud barbaros multo petulantiores esse. Fescennina.) Id est, carmina nu/
ptialia, à Fescennio oppido Campaniæ sic dicta. Tulliani fluminis.) Tullio tribuit copiã fluentẽ, De/
mosthenj uim & acrimoniã & apte cõtorta enthymemata. Magalia.) Apte usus est punica uoce, de
Africa loquens. Etenim rurestris domus, ea lingua Magar uocatur. Vergilius, Miratur molem Aeneas,

Magalia

Magalia quondam. Apud eundem legimus & Mapalia. Et raris habitata Mapalia tectis, quum de ca- c
sulis rusticanis loquatur. Vnde siue legas Magalia, siue Mapalia, nihil refert. Nō sic post Trebiam.) 2
Trebia, fluuius est iuxta Placentiam Romanorum clade insignis. Nam illic secundo, iam cum Hanniba-
le congressi, infeliciter pugnarunt Romani, fusi paulo ante ad Ticinū amnem. Thrasymenum.) Ad
hunc lacum rursus Romanus exercitus fusus est, ab Hannibale circumuentus, temeritate ducis Caij
Flaminij. Ad hæc sex milia, perfidia Hannibalis uincta sunt. Cannas.) Hic cæsa leguntur Romano-
rum quadraginta quinq; milia. Cæsus est & Paulus Aemylius uir eximius, unà cum senatoribus nona-
ginta, consularibus atq; prætorijs, aut ædilicijs, triginta. Autor Titus Liuius. Tanti, ut dicitur, uitrū.)
Vsus eodem in superioribus epistolis. Vitrum imitatur gemmas, cum sit uilissimum. Si nō locas homi-
ni sponso, nisi integram, quanto magis conuenit integram consecrare Christo uirginem, qui tanto præ-
stat homini, quanto gemma uitro? Olim margaritis summus erat honos inter gemmas. A sancta
Christi synoride.) Synoridem Christi metaphorice uocat par illustrium fœminarum, Probam uideli-
cet Demetriadis auiam, atq; Iulianam eiusdem uirginis matrem, quæ in pietatis stadio gnauiter decur-
rerent, Christo ipso seu agitatore. nam συωρεῖδας Græci bigas appellāt, quales apud illos in sacris ago-
nibus certare olim mos fuit. autor præter alios Pausanias in Eliacis. Ne sponso fieret.) Sponsum uir-
ginis Christum uocat. Nunc habitas uenundare dicitur possessiones.) Syncera lectio: nunc auitas
u. d. p. Error accidit uitio quorundam, quibus natiuum est pro u consonante b pronunciare. Cassa
nomina.) Id est, inania nomina, cum re sint seculares. Si fractus illabatur.) Hæc Horatius in odis, de 3
Stoico sapiente scripsit. Brennus nostri tempo.) Sic uocat ducem barbarum, alludēs ad Brennum
illum Gallorum ducem, à quo Romani salutem auro redimere sunt coacti: testatur in uita Camilli Plu-
tarchus. Vnum illud.) Carmen est Maronis: Nata deo: nam Vergilius habet nate dea. Qui est
νοῦς.) νοῦς Græce mentem significat, hoc est, summam animi partem, qua intelligimus ea, quæ maxi-
me absunt à sensibus corporeis. Alienis capillis.) Id est, appositit̄js, quo res magis sit ridicula: & ele-
gantissime dixit, struere uerticem. Candore margar.) Nam uniones præcipue commendat candor
& leuor: ut testis est Plinius. Maris profunda.) Quod in conchis nascatur hæc gemma, præcipue in
mari Persico. Smaragdorum uirore.) Quoniam nihil his comparatū magis uiret, ut inquit Plinius.
Ceraunorum.) Ceraunos Græce fulmen est. Hinc gemmæ datum nomen, quod fulgur quoddam
iacere uideatur. Hyacinthorum pelago.) Quod undas imitentur. μεσότητας ἀρετὰς, ὑπερβολὰς καὶ
κίας ἐλλ.) Id est. mediocritates, uirtutes, excessus, uitia esse. Sic em̄ ad uerbū reddi possunt. Et Horatius:
Virtus est medium uitiorum utrinq; redactum. μηδὲν ἄγαν.) Id est, ne quid nimis. Vtitur Terentius D
in Andria. Si audieris, non irascaris.) Irascaris, adulterina uox est. Forte legendū, inescaris, aut aliud
simile. Censoriū.) Tanta erat Catonis seueritas, ut à censura rigide gesta, Censorius sit dictus. Quin 4
& alterius tanta fuit seueritas, ut eo præsente, non possent agi Floralia: cum nec ille uultum mutare pos-
set, nec illi auderent eo spectāte agere. Illum dico.) Nam multi fuere Catones. Maior dictus est Cen-
sorius, minor Vticensis. Nec erubuit censor, nec desperauit senex.) Nihil dici potuit uenustius. Ca-
to literas aggressus est senex, Græcas autem literas extrema ætate, iam septuagenarius. Marcum
Crassum.) Hic Crassus Licinius fuit auus M. Crassi in Parthis interempti, quē Lucilius Satyricus, ob
morum seueritatem, semel in uita risisse scribit: testes Plinius & M. Tullius. Risit autem dictum illud:
Similes habent labra lactucas, sicuti retulimus in Chiliadibus nostris. Ornatum non sentientia.) Sic
enim emendauimus. Nam ornant columnarū capita, perinde quasi sentiāt ornatum, sentientia Christi
membra negligunt. Præter psalmorū.) Et hic locus nō uno modo deprauatus erat in exemplaribus.
Fortè sic restitui poterat, ut legas, præter psalmorū ordinem, & orationis pēsum, quod tibi &c. Ana-
stasius episcopus.) Hic à Damaso fuit tertius: hic uetuit, ne peregrini maximeq; transmarini recipieren-
tur in numerū clericorū Romanorū, nisi quinq; episcoporū chirographo cōmendati: idq; propter Ma-
nichæos excludendos. Quæ Apostoli uoce.) Sic enim Paulus scribit ad Ro. cap. i. Primum quidem
gratias ago deo meo per Iesum Christū pro omnibus uobis, quod fides uestra annunciatur in uniuerso
mundo. Ditissimę paupertatis.) Festiuiter copulauit duo cōtraria. Censu pauperrimus erat, eruditio
ne diues. Nunc aliquoties contingunt Ro. pontifices, ærario locupletissimi, apostolicis opibus, hoc est,
sacra doctrina & pietate nudissimi. De hac hæresi plura leges in epitaphio Paulæ. Cuius iambici me 5
trum.) Est enim Græcis senarius iambicus ex Menādri comœdia: φθείρουσιν ἤθη χρηθ' ὁμιλίαι κακαί. Car-
men sat cōmode reddi poterat ad hunc modū: Mores bonos, colloquia corrumpunt mala. Cincinna-
tulos.) Cincinni capilli sunt arte intorti. Diminuit aūt, cincinnatulos, ut mollicie exaggeret. Calami-
stratos.) Quorū capilli acu candente, quam calamistrum uocant, crispati sunt. Peregrini muris.) Sic
enim uocant hoc genus animātis, cuius pellicula mire olet. De quibus illud Arbitri est.) Aut memo-
ria lapsus est Hieronymus, aut uersum hūc Martialis ab Arbitro Petronio mutuatus est. Extat em̄ apud
Martialē in Posthumū. Posthume nō bene olet, qui bene semper olet. Plautus itē scripsit, mulierē eam
optime olere, quæ nihil oleret: quēadmodū & Plin. scribit, eam aquā esse optimā, quæ nihil sapiat: hæc
est em̄ aquæ natura. Virgines ac uiduas κατάψωμάτα.) Sic fermè codices oēs habebāt: aut certe κατά-
ψασμα, quę uox studiū significat. In uno dūtaxat legi spudasmena, unde suspicor legendū κατασπασμένα,
id est, elaborata siue elucubrata.

Antidotus

A ANTIDOTVS. In hac epiſtola uidetur non perinde magnifacere pietatem iſtorũ, qui pecunias ſuas erogant extruendis & exornandis eccleſijs. Nam & rem narrat odioſius: Alij, inquiens, ædificent eccleſias, ueſtiant parietes marmorum cruſtis, columnarum moles aduehant, earumq; deaurent capita, precioſum ornatum non ſentiente ebore &c. Cum enim addit, non ſentiente ebore, ſignificat ornatum eſſe ſuperuacaneum. Et cum adiecit, deniq;: Non reprehendo, non abnuo, unuſquiſq; in ſuo ſenſu abunder. Melius eſt hoc facere, quàm repoſitis opibus incubare: cum ſtomacho loqui uidetur, uelut inuitus approbans, neq; conferens id factum cum his quæ pia ſunt, ſed cum his quæ ſcelerata: quemadmodum laudare ſolet D. gamiã, præferens illam publicis proſtibulis, non cõferens cum melioribus. Simile quiddam ſcripſit in libello de obitu Paulæ. Rurſus in epiſtola ad Paulinum. Verum aut non hic loquitur ſimpliciter de ijs, qui extruunt ædes ſacras, ſed qui ad faſtum extruunt magis, quàm ad pietatem: aut ſimpliciter uerum eſt, præſtare opes in pauperes, hoc eſt, in uiua dei templa, quàm in non ſentientes ſtructuras effundere: etiam ſi nunc multis ſecus uidetur, præſertim magnatibus.

ALIVD. In calce huius epiſtolæ uidetur permittere ſacris uirginibus, ut ſi ſe nõ continent, nubant. Quibus, inquit, aperte dicendum eſt, ut aut nubant, ſi ſe non poſſunt continere, aut contineant, ſi nolunt nubere: niſi forte hoc ſenſit de uirginibus, quæ nondum acceperunt uelum ab epiſcopo.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Saluina mulier nobiliſsima, puella adhũc, iuuenem maritum ac nobilem amiſerat, relicto Nebridio puero, & huius ſorore. Maritum laudat Hieronymus: liberos ſuperſtites, ut diligẽter educet, admonet. Quibus rationibus caſtimoniã & famam tueri poſsit, docet: ab iterandis nuptijs uehementer deterret.

HIERONYMVS AD SALVINAM
de ſeruanda uiduitate.

VEreor ne officium putetur ambitio, & quod illius exemplo facimus, qui ait: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, gloriæ facere appetitione dicamur, & non uiduam alloqui in anguſtia cõſtitutam, ſed aulæ nos inſinuare regali, & ſub occaſione ſermonis, amicitias potentium quærere. Quod liquido non putabit, qui ſcierit eſſe præceptum: Perſonam pauperis nõ accipies in iudicio, ne ſub prætextu miſericordiæ, quod iniuſtum eſt, iudicemus. Vnuſquiſq; enim non hominum, ſed rerum pondere iudicandus eſt. Nec diuiti obſunt opes, ſi eis bene utatur: nec pauperem egeſtas com-
B mendabiliorem facit, ſi inter ſordes & inopiam peccata non caueat. Ad utriuſq; nobis rei teſtimonium, & Abraham patriarcha, & quotidiana exempla ſuppeditant, quorum alter in ſummis diuitijs amicus dei fuit, alij quotidie in ſceleribus deprehẽſi, pœnas legibus ſoluunt. Alloquimur igitur diuitem pauperem, ut neſciat ipſa quæ poſſidet. Neq; enim marſupium eius diſcutimus, ſed animæ puritatem. Loquimur ad eam, cuius faciem ignoramus, & uirtu-
I tes nouimus, quam nobis fama commendat, cuius uenerabiliorem pudicitiam adoleſcentia facit. Quę mortem iuuenis mariti ſic fleuit, ut exemplum coniugij dederit. Sic extulit, ut eum profectum crederes, non amiſſum. Orbitatis magnitudo, religionis occaſio fuit. Nebridium ſuum ſic quærit abſentem, ut in Chriſto præſentem nouerit. Quur ergo ad eam ſcribimus, quam ignoramus? Triplex nimirũ cauſa eſt. Prima, quia pro officio ſacerdotij omnes Chriſtianos filiorum loco diligimus, & profectus eorum noſtra eſt gloria. Altera, quia pater defuncti intima mihi neceſſitudine copulatus fuit, Extrema, quæ & ualidior, quod filio meo Auito roganti, negare nihil potui, qui crebris literis interpellatricem duri iudicis ſuperans, & multorum mihi, ad quos ante ſuper eadem materia ſcripſeram, exempla proponens: ita ſuffudit pudorem negantis, ut plus conſiderarem quid ille cuperet, quàm quid me facere conueniret. Alius forſitan laudet Nebridium, quod de ſorore generatus Auguſtæ, & in materterę nutritus ſinu, inuictiſſimo principi ita charus fuit, ut ei coniugẽ nobiliſſimã quæreret, & bellis ciuilibus Africã diſſidentẽ, hac uelut obſide ſibi fidam redderet. Mihi à principio ſtatim illud eſt prædicandũ, quod quaſi uicinæ mortis præſcius, inter fulgorẽ palatij, & honorum culmina, quæ ætatem anteibãt, ſic uixit, ut ſe ad Chriſtum crederet profecturum. Sacra narrat hiſtoria, Cornelium centurionem cohortis Italicæ intantum acceptum deo, ut angelum ad eum mitteret, & omne myſterium, quo Petrus de circũciſionis anguſtijs transferebatur ad præputij latitudinem, ad illius merita pertineret: qui primus ab Apoſtolo baptizatus, ſalutẽ gentiũ dedicauit. Scriptũq; eſt de eo: Erat uir quidã in Cæſaræa, nomine Cornelius,

centurio cohortis quę dicitur Italica,religioſus,& timens deum cum omni domo ſua, faciens e
eleemoſynas multas plebi,& orās deum ſemper.Quicquid de illo dicitur,hoc nomine com/
mutato,in Nebridio meo uendico.Sic religioſus fuit,& amator pudicitiæ,ut uirgo ſortiretur
uxorem : ſic timens deum cum omni domo ſua,ut oblitus dignitatis,omne conſortium cum
monachis haberet & clericis, tantasq; eleemoſynas faceret in populis , ut fores eius paupe/
rum ac debilium obſiderent examina . Certe ſic ſemper orans deum , ut illi quod optimum
eſſet,eueniret.Raptus eſt,ne malitia mutaret mentem eius,quia placita erat anima illius deo.
Vnde & ego poſſum ſuper eo uere abuti Apoſtoli uoce, dicentis : In ueritate cognoui, quo/
niam non eſt perſonarum acceptor deus,ſed in omni propoſito,qui timet deum,& operatur
iuſticiam,acceptus eſt illi. Nihil nocuit militāti paludamentum, & baltheus & apparitorum
cateruæ,quia ſub habitu alterius,alteri militabat. Sicut ecōtrario alijs nihil prodeſt uile pal/
liolum,furua tunica,corporis illuuies,& ſimulata paupertas,ſi nominis dignitatem operibus
deſtruant.Legimus & in Euangelio de alio centurione domini teſtimoniū:Nec in Iſrael tan/
tam fidē inueni.Et ut ad ſuperiora redeamus,Ioſeph, qui in egeſtate & in diuitijs dedit expe
rimenta uirtutū , qui & ſeruus & dominus,docuit animæ libertatem:nōne poſt Pharaonem
regijs ornatus inſignibus,ſic deo charus fuit, ut ſuper omnes patriarchas duarum tribuū pa/
ter fieret?Daniel & tres pueri ſic præerant Babyloniæ opibus,& ſic erant inter principes ciui
tatis,ut habitu Nabuchodonoſor,deo mente ſeruirent.Mardochæus & Heſter inter purpu
ram,ſericum,& gemmas ſuperbiam humilitate uicerunt,tanticq; fuere meriti,ut captiui uicto
ribus imperarent.Hæc illuc tendit oratio, ut oſtendam iuuenem meum coniunctionem ſan
guinis regalis,& affluentiam diuitiarum,atque inſignia poteſtatis,materiam habuiſſe uirtu/
tum,dicēte Eccleſiaſte:Sicut protegit ſapientia,ſic protegit & pecunia. Nec ſtatim illud huic
teſtimonio putemus aduerſum:Amen dico uobis,difficile diues intrabit in regnū cœlorum.
Et rurſum dico uobis:Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire,quàm diuitem intrare
in regnum cœlorum.Alioquin Zachæus publicanus, quem ditiſſimum cōmemorat ſcriptu D
ra,contra hanc ſententiam ſaluatus uidebitur.Sed quomodo quod apud homines impoſſi/
bile eſt,apud deum poſſibile fiat,Apoſtoli conſilium docet ſcribentis ad Timotheum:Diui
tibus huius ſeculi præcipe, non ſuperbe ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum ſuarum,ſed
in deo uiuo,qui præſtat nobis omnia abundanter ad fruendū. Benefaciāt,ſint diuites in ope
ribus bonis,facile tribuāt : cōmunicent,theſaurizent ſibi bonum fundamentū in futurum,ut
apprehendant ueram uitam.Didicimus quomodo camelus introire poſſit per foramē acus:
quomodo animal tortuoſum,depoſito pondere ſarcinarum,aſſumat ſibi pennas columbæ,
& requieſcat in ramis arboris, quæ de ſinapis ſemente ſuccreuit . Legimus in Eſaia,camelos
Madian & Epha & Saba,aurum & thus ad urbem domini deportantes,in typo horum ca 2
melorū.Iſmahelitæ negociatores,ſtacten & thymiama, & reſinam,quæ naſcitur in Galaad,
& cutem uulneribus obducit,Ægyptijs deferunt,tantæq; felicitatis ſunt,ut emant et uendāt
Ioſeph,& mercimonium eorum mundi ſalus ſit.Docet & Aeſopi fabula,plenum muris uen
trem per anguſtum foramen egredi non ualere.Ergo Nebridius meus quotidie illud reuol/
uens:Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli,& deſideria mul/
ta : quicquid & imperatoris largitio, & honoris inſulæ dederant, in uſus pauperum confere/
bat.Nouerat enim à domino eſſe præceptum:Si uis perfectus eſſe,uade,uende omnia quæ
habes,& da pauperibus,& ueni ſequere me.Et quia hanc ſententiam implere nō poterat, ha
bens uxorem & paruulos liberos,& multam familiam, faciebat ſibi amicos de iniquo mam/
mona,qui ſe reciperent in æterna tabernacula.Nec ſemel abijciebat ſarcinam,quod fecerunt
apoſtoli,patrem,rhete,nauiculam relinquentes,ſed ex æqualitate,aliorum inopiæ ſuā abun
dantiam cōmunicabat,ut poſtea illorum diuitiæ,huius indigentiā ſuſtentarent. Scit ipſa,cui
libellus hic ſcribitur,me nō nota,ſed audita narrare : nec ex aliquo in me beneficio,ſcriptorū
more Græcorum,gratiā lingua reddere.Procul à Chriſtianis iſta ſuſpicio. Habentes uictum
& ueſtitum,his contenti ſumus. Vbi uile oluſculū,& cibarius panis,& cibus potusq; modera
tus,ubi

A tus,ubi diuitiæ ſuperuacuæ,ibi nulla adulatio,quæ uel præcipue fructū reſpicit.Ex quo colli
gitur,fidele eſſe teſtimonium, quod cauſas non habet mentiendi. Ac ne quis putet me ſolas
in Nebridio prædicare eleemoſynas, quanq̄ & has exercuiſſe ſit magnū,de quibus dicitur:
Sicut aqua extinguit ignem,ita eleemoſyna extinguit peccatum: ad cæteras uirtutes eius ue/
niam,quas ſingulas in paucis hominibus deprehēdimus. Quis fornacem regis Babyloniį ſi/
ne aduſtione ingreſſus eſt? Cuius adoleſcentis Aegyptia domina pallium non tenuit? quæ
uxor Eunuchi nullos creat liberos uoluptate trāſacta. Quem hominum diſputatio illa non
terreat: Video aliam legem in membris meis,repugnantē legi mentis meæ,& captiuū me du
cētem in lege peccati,quæ eſt in mēbris meis? Mirum dictu eſt, nutritus in palatio,contuber
nalis & condiſcipulus Auguſtorum, quorum menſæ miniſtrat orbis,& terræ ac maria ſerui/
unt,inter rerum omnium abundantiam,in primo ætatis flore tantæ uerecundiæ fuit,ut uirgi
nalem pudorem uinceret, & ne leuem quidem obſcœni rumoris in ſe fabulam daret. Dein/
de purpuratorū propinquus,ſocius,cōſobrinus,iſdem cum ambobus,ſtudiįs eruditus (quæ
3 res etiam externorum mentes ſibi conciliat) non eſt inflatus ſuperbia, nec cæteros homines
adducta fronte cōtempſit,ſed cunctis amabilis,ipſos principes amabat ut fratres,uenereba/
tur ut dominos, & in illorum ſalute, ſuam ſalutem poſitam fatebatur. Miniſtros autem eo/
rum,& uniuerſum ordinem palatij,quo regalis frequentatur ambitio, ſic ſibi charitate ſocia/
rat,ut qui merito inferiores erant,officijs ſe pares arbitrarentur.Difficile factu eſt,gloriā uir/
tute ſuperare,& ab his diligi, quos præcedas. Quæ uidua non huius auxilio ſuſtentata eſt?
Quis pupillus non in eo repperit patrem? Totius Orientis epiſcopi ad hunc miſerorum pre
ces,& laborantium deſideria conferebant.Quicquid ab imperatore poſcebat,eleemoſyna in
pauperes,precium captiuorum,miſericordia in afflictos erat. Vnde & ipſi principes libenter
præſtabant,quod ſciebant,non uni, ſed pluribus indulgeri. Quid ultra differimus? Omnis
caro fœnum,& omnis gloria eius quaſi flos fœni. Reuerſa eſt terra in terram ſuam:dormiuit
B in domino,& appoſitus eſt ad patres ſuos,plenus dierum ac luminis,& nutritus in ſenectute
bona.Cani enim hominis ſunt ſapientia eius.In breui ætate tempora multa compleuit. Te/
nemus pro eo dulciſſimos liberos. Vxor hæres pudicitiæ precium eſt. Nebridius puſio,pa
trem quærentibus exhibet.Sic oculos,ſic illc manus,ſic ora ferebat. Scintilla uigoris paterni
lucet in filio,& ſimilitudo morum per ſpeculum carnis erumpens,ingentes animos anguſto
in pectore uerſat.Iungitur ei germana,roſarum & liliorum calathus,eboris oſtriq̄ commer/
cium.Sic refert ore patrem,ut ad uenuſtatem propenſior ſit. Sic matrem mixta ſimilitudine
pingit,ut in uno corpore utrunq̄ agnoſcas.Ita ſuauis eſt,& mellitula,ut honor ſit omniū pro
pinquorum.Hanc tenere non dedignatur Auguſtus,hanc fouere in ſinu,regina lętatur.Cer
tatim ad ſe omnes rapiunt.Pendet ex collo,hæret in brachįs ſingulorum. Garrula atq̄ bal/
butiens,linguæ offenſione fit dulcior.Habes igitur Saluina quos nutrias, in quibus uirū ab/
ſentem tenere te credas. Ecce hæreditas domini,filįj merces, fructus uentris.Pro uno homi/
ne duos filios recepiſti,auctus eſt numerus charitatis. Quicqd debebas marito, redde filįs.
Amore præſentium,abſentis deſiderium tempera.Non eſt parui apud deum meriti,bene fi
lios educare.Audi Apoſtolum cōmonentem: Vidua eligatur non minus annorum ſexagin/
ta,quæ fuerit unius uiri uxor,in bonis operibus habens teſtimonium,ſi filios educauit,ſi ho/
ſpitalis fuit,ſi ſanctorum pedes lauit, ſi afflictis abundanter præbuit, ſi omne opus bonum
ſubſecuta eſt.Didiciſti catalogum uirtutū tuarum,quid debeas nomini tuo,quibus meritis ſe
cundum pudicitiæ gradum poſſideas.Nec te moueat,quod ſexagenaria eligatur in uiduam,
& putes adoleſcentulas ab Apoſtolo reprobari.Et te crede eligi ab eo, qui diſcipulo dixerat:
Nemo adoleſcentiā tuam contemnat, non continentiam ſed ætatem.Alioquin omnes quæ
ante ſexaginta annos uiduatę ſunt,hac lege accipient maritos. Sed quia rudem Chriſti inſti
tuebat eccleſiā,& omni ordini prouidebat,pręcipueq̄ pauperibus,quorū ei cura cum Barna
ba fuerat demādata:illas uult eccleſiæ opibus ſuſtentari, quæ propriįs manibus non queunt
laborare,quæ uere uiduæ ſunt:quas & ætas probat,& uita. Heli ſacerdos offendit deum ob

uitia liberorũ.Ergo ecõtrario placatur deus uirtutibus eorum, ſi permanſerint in fide & cha c
ritate,& ſanctitate cum pudicitia.O Timothee,teipſam caſtã cuſtodi.Abſit ut ſiniſtrũ quip/
piam mihi de te ſuſpicari liceat,ſed ex abundãtia lubricã ætatem monuiſſe,pietatis eſt.Quæ
dicturus ſum,non tibi,ſed puellaribus annis dicta intellige.Vidua quæ in delicijs eſt,uiuens
mortua eſt.Hoc uas electionis loquitur, & de illo profertur theſauro, qui cõfidenter aiebat:
An experimentũ quæritis eius,qui in me loquitur Chriſtus? Hoc ille pronunciat,qui libere
ſub perſona ſua fragilitatẽ humani corporis fatebatur. Nõ enim quod uolo bonũ,hoc ope/
ror,ſed quod nolo,malũ.Et propterea ſubijcio & redigo in ſeruitutem corpus meum, ne alijs
prædicãs,ipſe reprobus inueniar.Si ille timet,quis noſtrũ poteſt eſſe ſecurus? Si Dauid ami
cus domini,& Solomon amabilis eius,uicti ſunt quaſi hoies, ut & ruinæ nobis ad cautionẽ,
& pœnitudinis ad ſalutem exempla præberent,quis in lubrica uia lapſum non metuat? Pro
cul ſint à conuiuijs tuis Phaſides aues,craſſi turtures, attagen Ionicus,& omnes aues, quibus 4
ampliſſima patrimonia auolant. Nec ideo te carnibus ueſci nõ putes,ſi ſuum,leporum,atq;
ceruorũ, & quadrupedum animantiũ eſculentias reprobes.Non enim hæc pedum numero,
ſed ſuauitate guſtus iudicantur.Scimus ab Apoſtolo dictum: Omnis creatura dei bona eſt,
& nihil reijciendum,quod cum gratiarumactione percipitur.Sed idem loquitur:Bonum eſt
uinum nõ bibere,& carnem non manducare.Et in alio loco: Nolite inebriari uino,in quo eſt
luxuria.Omnis creatura dei bona eſt.Audiãt hæc mulieres,quæ ſolicitæ ſunt,quomodo pla
ceant uiris. Comedant carnes, quæ carni ſeruiunt, quarum feruor deſpumat in coitum,quæ
maritis alligatæ,generationi ac liberis dant operam.Quarum uteri portant fœtus, earum &
inteſtina carnibus implcantur . Tu uero quæ in tumulo mariti ſepeliſti omnes pariter uolu/
ptates,quæ litam purpuriſſo & ceruſſa faciem,ſuper feretrũ eius lachrymis diluiſti,quæ pul/
lam tunicã,nigroſq; calceolos, candidæ ueſtis & aurati ſocci depoſitione ſumpſiſti,nihil ha/
bes neceſſe aliud,niſi perſeuerare in ieiunio.Pallor & ſordes gemmæ tuæ ſint,plumarũ mol/
licies iuuenilia membra non foueat.Balnearum calor nouum adoleſcentulę ſanguinem non
incendat.Audi quid ex perſona uiduæ continentis ethnicus poeta decantet: Ille meos,pri
mus qui me ſibi iunxit , amores Abſtulit,ille habeat ſecum, ſeruetq; ſepulchro. Si tan/ D
ti uiliſſimum uitrum,quanti precioſiſſimum margaritum? Si communi lege naturæ damnat
omnes gentilis uidua uoluptates,quid expectandũ eſt à uidua Chriſtiana, quæ pudicitiam
ſuam nõ ſolum ei debet,qui defunctus eſt,ſed & ei,cum quo regnatura eſt? Quæſo te,ne
generalia monita,& conueniens puellari ſermo perſonæ ſuſpicionem tibi iniuriæ moueant,
& arbitreris me obiurgantis animo ſcribere,non timentis,cuius uotum eſt,te neſcire quæ me
tuo.Tenera res in fœminis fama pudicitię eſt,& quaſi flos pulcherrimus cito ad leuem mar/
ceſcit auram,leuiq; flatu corrumpitur,maxime ubi & ætas cõſentit ad uitium,& maritalis de
eſt autoritas,cuius umbra tutamẽ uxoris eſt. Quid faciet uidua inter familiæ multitudinem?
inter miniſtrorũ greges? Quos nolo contẽnat ut famulos,ſed ut uiros erubeſcat.Certe ſi am
bitioſa domus hæc officia flagitat,præficiat his ſenem honeſtis moribus, cuius honor domi
næ dignitas ſit. Scio multas, clauſis ad publicum foribus , non caruiſſe infamia ſeruulorum,
quos ſuſpectos faciebat,aut cultus immoderatus, aut craſſi corporis nitor,aut ætas apta libi
dini,aut ex conſcientia amoris occulti, ſecurus animi tumor,qui etiam bene diſſimulatus,fre/
quenter erumpit in publicũ , & conſeruos quaſi ſeruos deſpicit . Hoc ex abundantia dictum
ſit,ut in omni diligentia cuſtodias cor tuũ,& caueas quicquid de te fingi poteſt. Non ambu/
let iuxta te calamiſtratus procurator,non hiſtrio fractus in fœminã,non cãtoris diabolici ue
nenata dulcedo,nõ iuuenis cultus & nitidus.Nihil artiũ ſcenicarũ,nihil tibi in obſequijs mol/
le iungatur.Habeto tecum uiduarum & uirginũ choros, habeto tui ſexus ſolatia.Ex ancilla/
rum quoq; moribus dominæ iudicãtur. Certe cum tecum ſancta ſit mater, & lateri tuo ami
ta hæreat uirgo perpetua , non debes periculoſe externorum conſortia quærere, de tuorum
ſocietate ſecura . Semper in manibus tuis ſit diuina lectio , & tam crebræ orationes,ut om/
nes cogitationum ſagittæ, quibus adoleſcentia percuti ſolet , huiuſmodi clypeo repellantur.

Difficile

A Difficile est,quin potius impossibile,perturbationis initijs carere quempiam,quas significantius Græci προπαθείας uocant: nos,ut uerbum uertamus è uerbo,antepassiones possumus dicere,eo quod incẽtiua uitiorum, omniũ titillent animos, & quasi in meditullio nostrum iudicium sit,uel abijcere cogitata,uel recipere. Vnde & naturæ dominus in Euangelio loquebatur: De corde exeunt cogitationes malæ,homicidia,adulteria, fornicationes,furta,falsa testimonia,blasphemiæ. Ex quo perspicuum est, iuxta alterius libri testimonium,procliuius esse cor hominis à pueritia ad malum: & inter opera carnis & spiritus, quæ Apostolus enumerat,mediam animam fluctuare, nunc hæc,nunc illa cupientem. Nam uitijs nemo sine nasci-
5 tur.optimus ille est,Qui minimis urgetur,uelut si egregio insperſos reprehendas corpore neuos.Hoc est quod alijs uerbis propheta significat: Turbatus sum, & non sum loquutus. Et in eodem uolumine: Irascimini,& nolite peccare.Et illud Architæ Tarentini, ad uillicum negligentem: Iam te uerberibus enecassem,nisi iratus essem.Ira enim uiri,iustitiam dei nõ operatur.Quod de una perturbatiõe dictum est,referamus ad cæteras. Sicut irasci hominis est, & iram non perficere,Christiani:sic omnis caro concupiscit quidẽ ea quæ carnis sunt:& quibusdam illecebris ad mortiferas animam uoluptates trahit:sed nostrum est,uoluptatis ardorem maiore Christi amore restinguere,& lasciuiæ iumentum frenis inedię subiugare,ut non libidinem,sed cibos quærat ac desideret,& sessorem spiritum sanctum,moderato atq; composito portet incessu. Quorsum ista? Vt hominem esse te noueris,& passionibus humanis, nisi caueris,subiacere.De eodem cuncti facti sumus luto,ijsdem compacti exordijs.In serico & in pannis eadem libido dominatur. Nec regum purpuras timet, nec mendicantium spernit squalorem.Multoq; melius est,stomachum dolere, quàm mentem,imperare corpori,cq; seruire,gressu uacillare,quàm pudicitia.Nec statim nobis pœnitentiæ subsidia blandiantur, quæ sunt infelicium remedia.Cauendum est uulnus,quod dolore curatur.Aliud est, integra naue & saluis mercibus portum salutis intrare:aliud,nudum hærere tabulæ,& crebris fluctuum recursibus ad asperrima saxa collidi. Nesciat uidua digamiæ indulgentiam, nec nouerit
B illud Apostoli: Melius est nubere,quàm uri. Tolle quod peius est uri,& per se bonum non erit nubere.Procul sint hæreticorum calumniæ.Scimus honorabiles nuptias,& cubile immaculatum.Etiam de paradiso expulsus Adam, unam uxorẽ habuit. Primus Lamech maledictus & sanguinarius,& de Cain stirpe descendens, unam costam diuisit in duas, & plantarium digamiæ protinus diluuij pœna subuertit. Vnde illud apostoli:quod fornicationis metu indulgere compellitur,scribens ad Timotheũ: Volo adolescentulas nubere, filios procreare,matresfamilias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti causa. Cur indulserit, statim subiecit:Iam quædam declinauerũt post satanam.Ex quo intelligimus,illum nõ stantibus coronam,sed iacentibus manum porrigere. Vide qualia sint secunda matrimonia,quæ lupanaribus præferuntur,quia declinauerunt quædam post satanam.Ideo adolescentula uidua,quæ se nõ potest continere,uel non uult,maritum potius accipiat,quàm diabolum.Pulchra nimirum & appetenda res, quæ satanæ cõparatione suscipitur. Fornicata est quondam & Hierusalem, & diuaricauit pedes suos omni transeunti. In Ægypto primum deuirginata est,& ibi fractæ sunt mammę eius. Cumq; ad deserta uenisset,& morarum Moysi ductoris impatiens, quasi œstro libidinis furibunda dixisset: Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti:accepit præcepta non bona,& iustificationes pessimas,in quibus non uiueret, sed puniretur. Quid ergo mirum, si & lasciuientibus uiduis,de quibus in alio loco Apostolus dixerat: Cum luxuriatæ fuerint in Christo,nubere uolunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt: concessit digamiæ præcepta non bona, & iustificationes pessimas: ita secundum indulgens maritum, ut & tertium,si liberet,etiam uicesimum, ut scirent sibi non tam uiros datos, quàm adulteros amputatos? Hæc filia in Christo charissima inculco, & crebrius repeto, ut posteriorum oblita, in priora te extendas, habens tui ordinis quas sequaris, Iudith de Hebræa historia,& Annam filiam Phanuelis de Euangelij charitate, quæ diebus & noctibus uersabantur in templo, & orationibus atque ieiunijs thesau-

rum pudicitiæ conſeruabant. Vnde & altera in typo eccleſiæ,diabolum capite truncauit:altera ſaluatorem mundi prima ſuſcepit,ſacramentorum cõſcia futurorum.Illud in calce ſermonis quæſo, ut breuitatem libelli,non de inopia eloquij,uel de materiæ ſterilitate,ſed de pudoris magnitudine exiſtimes accidiſſe: dũ uereor me ignotis diu ingerere auribus, & occultum legentium iudicium pertimeſco. C

SCHOLIA.

GVius uenerabiliorem.) Alias uiduas ætas & forma ſuſpectas reddit:hæc ita uiuebat,ut hoc eſſet uenerabilior,quod adoleſcens etiam caſtitatem amplecteretur. Sic fleuit.) Mire coiunxit hęc duo,officium fidę coniugis,dum lachrymas dat marito defuncto,& fortitudinem animi Chriſtiani,dum ſtatim poſt ſepulturam ſic ſe gerit, ut uideretur maritus non mortuus, ſed aliquò profectus. Sic extulit.) Id eſt,ad ſepulchrum detulit. Defuncti dicuntur efferri,quod olim extra mœnia ſepeliri cõſueuerint cadauera. Duri iudicis.) Locus eſt Lucæ cap.xviij. Paludamentum & baltheus.) Paludamentum ueſtis eſt militaris: unde qui ad bellum exeunt, paludati uocantur. Baltheus cingulum eſt militare. Furua tunica.) Furuum,antiqui nigrum aut fuſcũ dicebant. Camelum per foramen acus.) Quidam theologi,cum intelligant abſurde dictum de camelo trãſeunte per foramen acus,acum faciunt unam è portis Hieruſalem. Verum camelus Græcis ambigua uox eſt,ſignificans & animal ingens ac diſtortum:& funem ab huius ſimilitudine dictum,quem Latini rudẽtem uocant. Atqui nec iſtud,inquies, fieri poteſt. Fateor,uerum cum de rudente accipis, abſurditas ſermonis adempta eſt, non τὸ ἀδυνάτου. Nam in hoc ipſum Chriſtus adhibuit, ut oſtenderet id fieri non poſſe, quemadmodum paulò poſt palàm explicat. Tametſi Suidas καμιλος cum eſt rudens, per iota ſcribit, non per η, differentiæ cauſa:non quam ipſa uox habeat, ſed quam grãmatici,præſertim Græci,ſuo arbitratu ſoleant addere.Mirum autẽ eſt nec Hieronymum animaduertiſſe de fune. Iſmahelitæ nego.) Locus eſt in Geneſi cap.xxxvij.Et ſedentes ut comederent panem,uiderunt Iſmahelitas uiatores uenire de Galaad, & camelos eorum portantes aromata & reſinam & ſtacten. Per hos ſeruatus eſt Ioſeph. Docet & Aeſopi fabula.) Horatius in epiſtolis,hunc apologum transfert ad uulpem & muſtelam. 1

Fortè per anguſtam tenuis uulpecula rimam Repſerat in cameram frumenti, paſtaq; rurſus Ire foras pleno tendebat corpore fruſtra: Cui muſtela procul,ſi uis ait,effugere iſtinc, Macra cauum repetas arctum,quem macra ſubiſti. Honoris inſulæ.) Imperatoriæ aulæ proceres,ut paludamentum,ita inſulam honoris cauſa geſtabant. Eſt autem inſula diadematis,ni fallor,genus. Sed ex æqualitate.) Refert locum qui eſt apud Paulum in epiſtola ad Corinthios ſecũda, cap.viij.Sed ex æqualitate in præſenti tempore,ueſtra abundantia,illorum inopiam ſuppleat:ut & illorum abundantia,ueſtræ inopię ſit ſupplementum,ut fiat æqualitas. Scriptorum more Græcorum.) Vox hæc,ſcriptorum,mihi uidetur eradenda.Taxat autem Græcorum adulationem. Quæ uxor Eunuchi.) Nam ea quæ ſolicitauit Ioſeph ad concubitum,uxor Putifaris Eunuchi Pharaonis fuit.Quod autem uerecunde ac tecte Hieronymus innuit, huiuſmodi eſt: Nulla eſt uxor ſi maritũ habeat Eunuchum,hoc eſt,ſegnem & ignauum ad coitum,quæ non gignat ex adultero,cum maritus ſit ſterilis. Quæ res etiam exter.) Mirus amor naſcitur ex ſocietate ſtudiorum, ut Germanus etiam Hiſpanum aut Gallum diligat,quem in literis habuerit ſocium. Difficile factu.) Hic puto pro gloriam ſcribendum eſſe,inuidiam. Vxor hæres pudici.præ.eſt.) Id eſt,quod maritus uxorem ſcripſit hæredem in hoc retulit gratiam illius pudicitiæ,teſtatuſq; eſt ſe reperiſſe pudicam. Puſio.) Diminutiuũ eſt à puero. Sic oculos.) Carmen eſt Maronis: quemadmodum & quod ſequitur: Ingentes animos:quod mire ab apibus ad puerum traxit. Roſarum & liliorum calathus.) Hoc loco mihi uidetur eradendum,floris,quod in uulgatis codicibus perperam additum eſt.Siquidem diuus Hieronymus diuerſa metaphora bis idem ſignificauit.In eadem filia, ſimilitũdinem patris & matris, uocat calathum roſarum & liliorum: roſas ad patrem, lilia ad matrem referens.Rurſum commercium eboris & oſtri. Alludens ad illud Vergilianum: Vel ebur cõfunditur oſtro. Ebur cãdet:oſtrum,hoc eſt,purpura,rubet. Vt igitur in calatho mixto lilijs & roſis apparet uterque color,item in mixtura eboris & purpuræ:ita in eadem puella ſimilitudo matris ac patris. Vt ad uenuſtatem.) Venuſtas mulierum eſt magis quàm uirorum. Similis erat uultu patri,ſic tamen ut gratia formæ magis exprimeret matrem, & tamen utriuſq; parentis ſimilitudinem agnoſceres. Quid debeas nomini tuo.) Id eſt,uiduæ.Et cum Paulus ſanctam uiduam deſcribit,illa uirtutũ ſuarum catalogum audiuit,quæ talis ſit uidua. Phaſides aues,craſ.tur.) Ea præcipua turturũ laus,ut pingues ſint, alioqui parũ grati.Vnde Martialis: Cum pingũis mihi turtur erit,lactuca ualebis. Attagen Ionicus.) Attagen auis eſt,olim inter raras epulas habita.Ionicũ addit Hieronymus,imitatus Horatiũ & Martialem,quorum ille in Odis:Nõ attagen Ionicus,hic in epigrãmatis.Inter ſapores fertur alitũ primus, Ioni carũ guſtus Attagenarũ.Cęterũ Ionicus uocatur,ab Ionia Aſiæ parte,in qua eſt Epheſus, quod illic laudatiſſimæ haeabntur.Quanq; M.Varro apud Gelliũ primã laudem tribuat Phrygijs: Phrygia,inquit, Attagena.Sic enim declinatur,hæc Attagena:quanq; Horatius illi ſexũ mutauit. Patrimonia auolãt.) 2 3 4 5 D

Feſtiuiter

A Festiniter dixit,anolant,pro consumuntur,cum de auibus loquatur,in quas res domestica impenditur. Ille meos primus.) Ita loquitur Dido apud Vergilium,nolēs Aeneę nubere,ne primo marito Sicheo faciat iniuriam. Si tanti uilissimum.) Hoc usurpat in epistola ad Demetriadem,tanc̄ꝫ prouerbio dici solitum:Si tanti,ut dicitur,uitrum,quāti margaritum:De precio margaritorum, quos & uniones uocant,multa Plin. Vitrū imitatur gēmas,etiā si uilissimū. Hoc sermone significabāt summā inæqualitatē rei cōtēptissimę,quale est uitrū,& preciosissimę,quale est margaritū. Vitrū aūt gēmas imitatur. Quas significantius Græce πάθη.) πάθος Græci uocant, quod nos nunc affectū,nunc perturbationem, nunc motum aut morbum animi dicimus: πρό significat ante. Vnde primos affectuum motus προπαθείας appellant,quæ non sunt nostri arbitrij. Mediam animam fluctuare.) Respexit ad locum qui est in priore ad Thessalonicenses epistola cap.5. Vt integer spiritus uester,ut anima,ut corpus sine querela in aduētum domini nostri Iesū Christi seruetur.Partitur enim hominis animum in treis parteis:in summam ac deo proximam,quam uocat spiritum:in imam,qua trahimur ad turpia,quam appellat corpus: in animam mediam,qua diligimus parentes &c.Qua de re copiosius disseruimus in Enchiridio militis Christiani. Nam uitijs nemo.) Carmen ex Satyris Horatij. Velut si.)Hoc addit ex alio loco,nempe ex Satyra:Non quia Mecœnas.Neuus macula est,quales aliquando innatos uidemus uultui aut brachijs hominum. Architæ Tarentini.) Hic philosophus fuit Pythagoricus, cuius meminit Horatius in odis. Quanquàm hoc dictum ascribitur & alijs. Primus Lamech.) Hic fuit filius Mathusalem, qui duas duxit uxores omnium primus, Ada,& Sella.Is Geneseos cap. 5. sic alloquitur uxores suas:Quoniam occidi uirum in uulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum, septūplum dabitur ultio in Cain,de Lamech uero septuagiessepties. Vnam costam.) Eleganter alluſit ad allegoriam. Deus non nisi unam costam eduxit de latere Adam,ueluti significans eum unica uxore contentum esse debere.

Oestro libidinis.) Oestrum pro stimulo posuit.Nam genus est muscæ, quam eandē Vergilius Asylum uocat. Ea boues & equos in rabiem agit. Vnde qui magno animi motu rapiuntur, œstro perciti dicuntur. De Anna filia Phanuelis.) Legis apud Lucam in Euangelio capi.2. Diabolum capite truncauit.) De Holopherne loquitur,quem diabolum humani generis hostem interpretatur. Occultum legentium.) Timet ne uideatur captare fauorem potentis fœminę,quod idem dixerat in fronte huius epistolæ.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

B Furiam uiduam,Titianæ filiam,Probi consulis nurum,hortatur ut in cœlibatu perseueret,nec iteret matrimonium,& quoniam adhuc uirēti erat ætate, quibus modis pudicitiam simul ac famam tueri debeat,præcipit.

HIERONYMVS AD FVRIAM DE VIDVITATE SERVANDA.



Obsecras literis,& supplíciter deprecaris, ut tibi rescribam:imò scribā, quomodo uiuere debeas,& uiduitatis coronam illęso pudicitię nomine cōseruare. Gaudet animus,exultant uiscera,gestit affectus,hoc te cupere esse post uirum,quod sanctæ memoriæ mater tua Titiana multo tempore fuit sub marito.Exauditæ sunt preces & orationes eius. Impetrauit in unica filia,q̄d uiuens ipsa possederat.Habes præterea
1 generis tui grande priuilegium,quod exinde à Camillo,uel nulla,uel rara uestræ familię scribitur secundos nosse concubitus:ut nō tam laudanda sis,si uidua perseueres,quàm execrāda, si id Christiana nō serues,quod per tanta secula gētiles fœminæ custodierūt. Taceo de Paula & Eustochio,stirpis uestræ floribus: ne per occasionē exhortationis, illas laudare uidear. Blesillamc̄ꝫ prætereo,quæ maritum suum, tuū secuta germanū, in breui uitæ spatio tempora uirtutū multa compleuit. Atc̄ꝫ utinā præconia fœminarū imitarentur uiri: & rugosa senectus redderet,quod sponte offert adolescentia. Sciens & uidēs in flammam mitto manum, adducētur supercilia,extēdetur brachiū,Iratusc̄ꝫ Chremes tumido desæuiet ore. Consurgēt proceres aduersus epistolam meā,turba patritia detonabit,me magum, me seductorē clamitans,& in terras ultimas deportandū. Addant,si uolūt,& Samaritem,ut domini mei titulum recognoscā.Certe filiam à parente non diuido,nec dico illud de euangelio:Sine ut mortui sepeliant mortuos suos. Viuit enim,quicunc̄ꝫ credit in Christum. Et qui in illum credit, debet utic̄ꝫ quomodo ille ambulauit,& ipse ambulare. Facessat inuidia,quam nomini Christiano maledicorū semper genuinus infigit: ut dum probra metuunt,ad uirtutes prouocentur.Exceptis epistolis,ignoramus alterutrū.Solac̄ꝫ causa pietatis est,ubi nulla carnis noticia est. Honora patrē tuū,sed si te à uero patre nō separat. Tamdiu scito sanguinis copulā,quamdiu ille

ſuum nouerit creatorẽ.Alioqui Dauid protinus tibi canet:Audi filia, & uide, & inclina aurẽ c
tuam,& obliuiſcere populũ,& domũ patris tui:& cõcupiſcet rex decorẽ tuum,quoniã ipſe eſt dominus tuus.Grande præmiũ parentis obliti:Cõcupiſcet rex decorẽ tuũ.Quia audiſti,quia uidiſti,quia inclinaſti aurẽ tuã,& populi tui,domusq; patris tui oblita es, idcirco concupiſcet rex decorẽ tuũ,& dicet tibi:Tota pulchra es amica mea,& macula nõ eſt in te. Quid pulchrius anima,quæ dei filia appellatur,& nullos extrinſecus quærit ornatus? Credit in Chriſtũ,& hac ambitione pergit ad ſponſum,eundẽ habens dominũ, quẽ & uirũ. Quid anguſtiarum habeant nuptiæ,didiciſti in ipſis nuptijs:& quaſi coturnicũ carnibus uſq; ad nauſeam ſaturata es:amariſſimam choleram tuæ ſenſere fauces.Egeſſiſti aceſcentes & morbidos cibos: releuaſti æſtuantem ſtomachum,Quid uis rurſum ingerere,quod tibi noxium fuit? Canis reuertens ad uomitum,& ſus lota,ad uolutabrum luti. Bruta quoq; animalia & uagæ aues,in eaſdem pedicas rhetiaq; non incidunt.An uereris,ne proles Furiana deficiat, & ex te parẽs tuus non habeat puſionem:qui reptet in pectore,& ceruicẽ eius ſtercore linat? Quippe ni omnes habent filios,qui habuere matrimonia? & quibus nati ſunt liberi, ſuo generi reſponderunt? Exhibuit Ciceronis filius patrem in eloquentia.Cornelia ueſtra, pudicitiæ ſimul & fœcunditatis exemplar,Gracchos ſe genuiſſe lætata eſt. Ridiculum eſt ſperare pro certo, quod multos, & non habere uideas,& cum habuerint,perdidiſſe. Cui dimittes tantas diuitias? Chriſto,qui mori non poteſt.Quem habebis hæredem? Ipſum,quem & dominum.Contriſtabitur pater,ſed lętabitur Chriſtus:lugebit familia,ſed angeli gratulabuntur.Faciat pater quod uult de ſubſtantia ſua:non es eius cui nata es, ſed cui renata: & qui te grandi precio redemit, ſanguine ſuo.Caue nutrices & gerulas,& iſtiuſmodi uenenata animalia,quæ de corio tuo ſaturari uentrem ſuũ cupiunt.Non ſuadent quod tibi,ſed quod ſibi profit.Et ſæpe illud obganiunt: Sola ne perpetua mœrens carpere iuuenta? Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris? Vbi pudicitiæ ſanctitas,ibi frugalitas eſt.Vbi frugalitas, ibi damna ſeruulorũ. 2
Quicquid non tulerint,ſibi ablatum putant:nec conſiderant de quanto, ſed quantum accipiant.Vbicunq; uiderint Chriſtianum,ſtatim illud de triuio,ὁ γραικὸς ἐπιβίτης, uocant impoſtorem,detrahũt:Hi rumores turpiſſimos ferunt:& quod ab ipſis egreſſum eſt, id ab alijs audiſſe ſe ſimulant,ijdem autores & exaggeratores.Exit fama de mendacio:quę cum ad matronas peruenerit,& earum linguis fuerit uentilata,prouincias penetrat. Videas pleraſq; rabido ore ſæuire,& tincta facie,uiperinis orbibus,dentibus pumicatis carpere Chriſtianos. Hic aliqua,cui circa humeros hyacinthina læna eſt, Rancidulum quiddam,balba de nare loquuta Perſtrepit,ac tenero ſupplantat uerba palato. Omnis conſonat chorus,& latrant uniuerſa ſubſellia.Iunguntur noſtri ordinis,qui & roduntur & rodunt. Aduerſus nos loquaces, pro ſe muti,quaſi & ipſi aliud ſint,q; monachi:& non quicquid in monachos dicitur,redũdet in clericos,qui patres ſunt monachorũ.Detrimentũ pecoris,paſtoris ignominia eſt.Sicut è regione,illius monachi uita laudanda eſt,qui uenerationi habet ſacerdotes Chriſti: & non detrahit gradui,per quem factus eſt Chriſtianus.Hæc loquutus ſum in Chriſto filia,non dubitans de propoſito tuo (nunquam enim exhortatorias literas poſtulares,ſi ambigeres de bono monogamiæ)ſed ut nequitiam ſeruulorũ,qui te uenalem portant, & inſidias affinium,ac pium parentis errorem intelligeres:cui ut amorem in te tribuam, amoris ſcientiam non concedo,dicens aliquid cũ Apoſtolo: Confiteor,zelum dei habent,ſed non ſecundũ ſcientiam. Imitare potius (crebro enim id ipſum repetam)ſanctam matrem tuam,cuius ego quoties recordor,uenit in mentem ardor in Chriſtum,pallor ex ieiunijs,eleemoſynę in pauperes,obſequium in ſeruos dei,humilitas ueſtium & cordis,atq; in cũctis ſermo moderatus. Pater tuus, (quẽ honoris cauſa nomino,nõ quia cõſularis & patricius, ſed quia Chriſtianus eſt) impleat nomen ſuũ.Lætetur filiam genuiſſe Chriſto,non ſeculo.Quin potius doleat,quod & uirginitatem fruſtra amiſeris,& fructus perdideris nuptiarũ.Vbi eſt maritus quẽ tibi dedit? Etiam ſi amabilis,ſi bonus fuiſſet,mors rapuiſſet omnia:& copulã carnis ſoluiſſet interitus, Arripe, quæſo,occaſionem,& fac de neceſſitate uirtutẽ.Non quærũtur in Chriſtianis initia,ſed finis. 3 D 4

Paulus

A Paulus male cœpit,ſed bene finiuit.Iudæ laudantur exordia,ſed finis proditione damnatur. Lege Ezechielem:Iuſtitia iuſti non liberabit eũ,in quacunq; die peccauerit.Et impietas impij non nocebit ei,in quacũq; die cõuerſus fuerit ab impietate ſua.Iſta eſt ſcala Iacob : per quam angeli conſcendunt & deſcendunt: cui dominus innititur , laſſis porrigens manum : & feſſos aſcendentium gradus,ſui contemplatione ſuſtentans.Sed ſicut nõ uult mortẽ peccatoris tantum,quantũ ut conuertatur & uiuat:ita tepidos odit,& cito ei nauſeã faciunt. Cui plus dimittitur,plus diligit.Meretrix illa in euangelio baptizata lachrymis ſuis:& crine,quo multos ante deceperat,pedes domini tergens,ſaluata eſt.Nõ habuit criſpantes mitras,nec ſtridẽtes calceolos,nec orbes ſtibio fuliginatos.Quãto fœdior,tanto pulchrior.Quid faciat in facie Chriſtianæ,purpuriſſus & ceruſſa? Quorũ alterum ruborem genarũ labiorũq; mentitur:alterum candorem oris & colli,ignis iuuenum,fomenta libidinum,impudicę mentis indicia.Quomodo flere poteſt pro peccatis ſuis,quæ lachrymis cutem nudat, & ſulcos ducit in facie? Ornatus iſte non domini eſt , uelamen iſtud antichriſti eſt . Qua fiducia erigit ad cœlum uultus, quos conditor non agnoſcit?Fruſtra obtenditur adoleſcentia,& ætas puellaris aſſeritur. Vidua quę marito placere deſinit,& iuxta Apoſtolum uere uidua eſt,nihil habet neceſſarium, niſi perſeuerantiã.Meminit priſtinæ uoluptatis:ſcit quid amiſerit,quo delectata ſit. Ardẽtes diaboli ſagittæ,ieiuniorũ & uigiliarũ rigore reſtinguendæ ſunt . Aut loquendũ nobis eſt, ut ueſtiti ſumus:aut ueſtiendũ,ut loquimur. Quid aliud pollicemur, & aliud oſtendimus? Lingua perſonat caſtitatem,& totum corpus prę‌fert impudicitiã.Hoc quantũ ad habitum pertinet & ornatum.Cæterũ uidua quæ in delicijs eſt (non eſt meũ,ſed Apoſtoli) uiuens mortua
5 eſt.Quid ſibi uult hoc quod ait:uiuens mortua eſt? Viuere quidem uidetur ignorantibus, & non eſſe peccato mortua:ſed Chriſto,quem ſecreta non fallunt,mortua eſt.Anima quæ peccauerit,ipſa morietur.Quorundã hominum peccata manifeſta ſunt,prę‌cedẽtia ad iudicium: quoſdam autem & ſubſequuntur. Similiter & facta bona manifeſta ſunt:& quæ aliter ſe ha
B bent,abſcondi nõ poſſunt.Quod dicit,iſtiuſmodi eſt:Quidam tam libere & palàm peccant, ut poſtquam eos uideris,ſtatim intelligas peccatores.Alios autem, qui callide occultãt uitia ſua, ex ſequenti conuerſatione cognoſcimus . Similiter & bona apud aliquos in propatulo ſunt,in alijs longo uſu diſcimus.Quid ergo neceſſe eſt nos iactare pudicitiã, quæ ſine comitibus & appendicijs ſuis continentia & parcitate,fidem ſui facere non poteſt? Apoſtolus macerat corpus ſuum,& animæ ſubijcit imperio:ne quod alijs præcipit , ipſe non ſeruet: & adoleſcentula feruente cibis corpore, de caſtitate ſecura eſt ? Neque uero hæc dicens condemno cibos,quos deus creauit ad utendum cum gratiarum actione, ſed iuuenibus & puellis incen-
6 tiua aufero uoluptatum.Non Aetnęi ignes,non Vulcania tellus, non Veſeuus & Olympus tantis ardoribus æſtuãt,ut iuueniles medullæ uino plenæ,& dapibus inflammatæ. Auaricia calcatur à pleriſq;,& cum marſupio deponitur.Maledicã linguam, indictum emendat ſilentium.Cultus corporis & habitus ueſtiũ,unius horæ ſpatio cõmutatur.Omnia alia peccata extrinſecus ſunt:& quod foris eſt,facile abijcitur.Sola libido inſita à deo,ob liberorum procreationẽ,ſi fines ſuos egreſſa fuerit,redũdat in uitium,& quadã lege naturæ in coitũ geſtit erumpere.Grandis igitur uirtutis eſt,& ſolicitæ diligẽtiæ,ſuperare quod nata ſis:in carne,nõ carnaliter uiuere:tecum pugnare quotidie,& incluſum hoſtẽ Argi (ut fabulæ ferunt) centum oculis obſeruare.Hoc eſt quod Apoſtolus uerbis alijs loquebatur : Omne peccatũ quod fecerit homo, extra corpus eſt.Qui autẽ fornicatur,in corpus ſuum peccat.Aiunt medici,& qui humanorũ corporũ ſcripſere naturas,præcipueq; Galenus in libris,quorũ titulus πρὸς ὑγιεῖαν, puerorum & iuuenũ, ac perfectæ ætatis uirorum mulierumq; corpora inſito calore feruere, & noxios illis eſſe cibos ætatibus,qui calorem augeant: ſanitatiq; cõducere frigida quæq; in eſu & potu ſumere.Sicut ecõtrario ſenibus,qui pituita laborãt & frigore,calidos cibos,& uetera uina prodeſſe.Vnde & ſaluator:Attendite,inquit, uobis, ne fortè grauẽtur corda ueſtra in crapula & ebrietate,& curis huius uitæ.Et Apoſtolus: Vinũ in quo eſt luxuria . Nec mirũ hoc figulũ ſenſiſſe de uaſculo quod ipſe fabricatus eſt,cum etiã Comicus, cuius finis eſt humanos

manos mores noſſe,atq; deſcribere,dixerit:Sine Cerere & Libero friget Venus.Primum igi c
tur,ſi tamen ſtomachi firmitas patitur,donec puellares annos tranſeas,aquam in potu ſume,
quæ natura frigidiſſima eſt.Aut ſi hoc imbecillitas prohibet,audi cum Timotheo: Vino mo
dico utere propter ſtomachum, & frequentes tuas infirmitates. Deinde in ipſis cibis calida
quæq; deuita:non ſolum de carnibus loquor, ſuper quibus uas electionis profert ſentẽtiam:
Bonũ eſt uinũ nõ bibere,& carnem non manducare:ſed etiam in ipſis leguminibus inflantia
quęq; & grauia declinanda ſunt:nihilq; ita ſcias cõducere Chriſtianis adoleſcẽtibus,ut eſum
olerum. Vnde & in alio loco:Qui infirmus eſt,ait,olera manducet,ardorq; corporũ frigidio/
ribus epulis tẽperãdus eſt.Sic aũt tres pueri & Daniel leguminibus ueſcebantur.Pueri erant,
necdum ad ſartaginem uenerant,in qua rex Babylonius ſenes iudices frixit.Nobis nõ corpo
ris cultus,qui in illis(excepto priuilegio gratiæ dei)ex huiuſcemodi cibis enituerat,ſed animę
uigor quæritur,quæ carnis infirmitate fit fortior.Inde eſt quod nõnulli uitam pudicam appe
tentium,in medio itinere corruunt, dum ſolã abſtinentiam carnium putant: & leguminibus
onerant ſtomachũ,quæ moderate parceq; ſumpta,innoxia ſunt.Et,ut quod ſentio loquar,ni
hil ſic inflammat corpora,& titillat membra genitalia,ſicut indigeſtus cibus,ructusq; cõuul/
ſus.Malo apud te filia,uerecundia parumper,cp̃ cauſa periclitari.Quicquid facit ſeminarium 7
uoluptatũ,uenenum puta. Parcus cibus,& uenter ſemper eſuriens, triduanis ieiunijs præfer/
tur,Et multo melius eſt quotidie parum,quàm raro ſatis ſumere.Pluuia illa optima eſt, quæ
ſenſim deſcendit in terram. Subitus & nimius imber in præceps, arua ſubuertit.Quando co/
medis,cogita quod ſtatim tibi orandum,ilico & legendum ſit.De ſcripturis ſanctis habeto fi
xum uerſuum numerum,iſtud penſum domino tuo redde. Nec ante quieti membra conce/
das,quàm calathum pectoris tui, hoc ſubtegmine impleueris.Poſt ſcripturas ſanctas,docto
rum hominum tractatus lege:eorum duntaxat,quorũ fides nota eſt.Non neceſſe habes au/
rum in luto quærere:multis margaritis unam redime margaritam.Sta, iuxta Hieremiam, in
uijs pluribus,ut ad illam uiam,quæ ad patrem ducit,peruenias.Amorem moniliũ atq; gem/ D
marum ſericarumq; ueſtium,transfer ad ſcientiam ſcripturarũ. Ingredere terrã repromiſſio/
nis,lacte & melle manantẽ. Comede ſimilam & oleum:ueſtire cũ Ioſeph uarijs indumentis:
perforentur aures tuæ cum Hieruſalem ſermone dei,ut precioſa ex illis nouarum ſegetũ gra/
na dependeant.Habes ſanctum Exuperium,probatæ ætatis & fidei, qui te monitis ſuis fre/
quenter inſtituat.Fac tibi amicos de iniquo mãmona, qui te recipiant in æterna tabernacula.
Illis tribue diuitias tuas,qui non Phaſides aues,ſed cibarium panem comedãt,qui famem ex
pellat,non qui augeat luxuriam. Intellige ſuper egenum & pauperem. Omni petenti te, da,
ſed maxime domeſticis fidei:nudum ueſti,eſurientẽ ciba,ægrotantẽ uiſita. Quotieſcunq; ma
num extendis,Chriſtũ cogita.Caue ne mendicãte domino deo tuo, alienas diuitias augeas.

Iuuenum fuge conſortia. Comatulos, comptos, atq; laſciuos, domus tuæ tecta non ui/
deant.Cantor pellatur,ut noxius.Fidicinas & pſaltrias,& iſtiuſmodi chorum diaboli, quaſi
mortifera Sirenarũ carmina, proturba ex ædibus tuis. Noli ad publicũ ſubinde procedere,
& ſpadonũ exercitu præeunte,uiduarũ circũferri libertate.Peſſimę conſuetudinis eſt,cũ fragi 8
lis ſexus & imbecilla ætas ſuo arbitrio abutitur: & putat licere,quod libet.Omnia quidem li/
cent,ſed nõ omnia expediunt.Nec procurator calamiſtratus,nec formoſus collactaneus,nec
cãdidulus & rubicundus aſſecla adhæreat lateri tuo. Interdum animus dominarũ ex ancilla/
rũ habitu iudicatur.Sanctarũ uirginum & uiduarum ſocietatẽ appete. Et ſi ſermocinãdi cum
uiris incubuerit neceſſitas, arbitros ne deuites: tãtaq; confabulãdi fiducia ſit,ut intrante alio,
nec paueas,nec erubeſcas.Speculum mẽtis eſt facies,& taciti oculi,cordis fatẽtur arcana.Vidi
mus nuper ignominioſum quendam per totũ Orientẽ uolitaſſe rumorẽ.Et ætas, & cultus,&
habitus,& inceſſus, & indiſcreta ſocietas,exquiſitæ epulæ,regius apparatus, Neronis & Sar/
danapali,nuptias loquebantur.Aliorũ uulnus noſtra ſit cautio. Peſtilẽte flagellato, ſapiens
ſapientior erit.Sanctus amor impatientiam non habet.Falſus rumor cito opprimitur:& uita
poſterior iudicat de priore.Fieri quidem nõ poteſt,ut abſq; morſu hominũ,uitæ huius curri/
cula

A cula quis pertranseat: malorumq; solatium est, bonos carpere, dum peccantium multitudine putant culpam minui peccatorum. Sed tamen cito ignis stipulæ cõquiescit: & exundans flamma, deficientibus nutrimẽtis, paulatim emoritur. Si anno præterito fama mentita est, aut certe si uerum dixit: cesset uitium, cessabit & rumor. Hęc dico, nõ quod de te siniſtrum quid metuã, sed quod pietatis affectu, etiã quę tuta sunt, pertimescã. O si uideres sororem tuã, & illud sacri oris eloquium coràm audire te contingeret, cerneres in paruulo corpusculo ingentes animos. Audires totam ueteris & noui testamenti supellectilem ex illius corde feruere. Ieiunia pro ludo habet, orationẽ pro delitijs. Tenet tympanum in exemplum Mariæ, & Pharaone merso, uirginum choro præcinit: Cantemus domino, glorioſe enim magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare. Has docet psaltrias Christo, has fidicinas erudit saluatori. Sic dies, sic nox ducitur: & oleo ad lampades præparato, sponsi expectatur aduentus. Imitare ergo & tu consanguineam tuã. Habeat Roma, quod anguſtior urbe Romana possidet Bethlehem. Habes opes, facile tibi est indigentibus uictus subsidia ministrare. Quod luxuriæ parabatur, uirtus insumat: nulla nuptias cõtemptura, timeat egestatẽ. Redime uirgines, quas in cubiculũ regis inducas. Suscipe uiduas, quas inter uirginũ lilia, & martyrũ rosas, quasi quasdam uiolas misceas: pro corona spinea, in qua Christus mundi delicta portauit, talia serta compone. Lætetur & adiuuetur nobiliſſimus pater tuus: discat à filia, quod didicerat ab uxore. Iam incanuit caput, tremũt genua, dentes cadunt: & fronte ob senium rugis arata, uicina est mors in foribus, designatur rogus prope. Velimus, nolimus, senescimus. Paret sibi uiaticum, quod lõgo itineri necessarium est. Secum portet, quod inuitus dimiſſurus est: imò prẹmittat in cœlum, quod si negauerit, terra sumptura est. Solent adolescentulæ uiduæ, quarum nonnullæ abierunt retro post Satanã, cum luxuriatæ fuerint in Christo, nubentes dicere: Patrimoniolum meum quotidie perit: maiorum hæreditas dissipatur: seruus contumelioſe loquutus est: imperium ancilla neglexit. Quis procedet ad publicum? quis respõdebit pro agrorum tribu-
B tis? Paruulos meos quis erudiet, & uernulas quis educabit? Et hãc, proh nefas, causam opponunt matrimonij, quæ uel sola debuit nuptias impedire. Superducit mater filijs, non nutritium, sed hoſtem: non parentem, sed tyrãnum. Inflammata libidine, obliuiscitur uteri sui: & inter paruulos, suas miserias nescientes, lugens dudum, noua nupta componitur. Quid obtendis matrimonium? Quid superbiam seruulorum? Confitere turpitudinem. Nulla idcirco maritum ducit, ut cum marito non dormiat. Aut si certe libido nõ stimulat: quę tanta insania est, in morem scortorum proſtituere castitatem, ut augeantur diuitiæ: & propter rem uilem atq; perituram, pudicitia, quæ & precioſa & æterna est, polluatur? Si habes liberos, nuptias quid requiris? Si non habes, quare expertam non metuis sterilitatem: & rem incertam, certo præfers pudori? Scribuntur tibi nunc sponsales tabulæ, ut post paululum testamentũ facere compellatis. Simulabitur mariti infirmitas: & quod te moriturã facere uolet, ipse uicturus faciet: aut si euenerit, ut ex secundo marito habeas filios, domeſtica oritur pugna, inteſtinum prælium. Non licebit tibi amare liberos, nec æquis aspicere oculis, quos genuiſti. Clam porriges cibos, inuidebit mortuo: & niſi oderis filios, adhuc eorum amare uideberis patrem. Quod si deptiore uxore sobolem habens, domum te introduxerit, etiam si clementiſſima fueris, omnes
9 comœdi, & mimographi, & cõmunes rhetorum loci, in nouercam sæuiſſimam declamabũt. Si priuignus languerit, & condoluerit caput, infamaberis ut uenefica. Si nõ dederis cibos, crudelis: si dederis, malefica diceris. Oro te, quid habent tantum boni secũdæ nuptiæ, ut hæc mala ualeant compensare? Volumus scire quales esse debeant uiduæ? Legamus Euangelium secundum Lucam: Et erat, inquit, Anna prophetiſſa, filia Phanuelis de tribu Aser. Anna interpretatur gratia. Phanuel in lingua noſtra resonat, uultum dei: Aser, uel in beatitudinem, uel in diuitias uertitur. Quia igitur ab adolescentia usq; ad octogintaquatuor annos, uiduitatis onus sustinuerat, & non recedebat de templo dei, diebus ac noctibus inſiſtens ieiunijs & obsecrationibus: idcirco meruit gratiam spiritualem, & nuncupari filia uultus dei, & ataui beatitudine diuitijsque censeri. Recordemur uiduæ Sareptanæ, quæ & suæ & filiorum saluti

luti, Heliæ prætulit famẽ: ut in ipſa nocte moritura cum filio, ſuperſtitem hoſpitem relinque ç
ret: malens uitam perdere, quàm eleemoſynam: & in pugillo farris, ſeminarium ſibi meſſis do
minicæ præparauit. Farina ſeritur, & olei capſaces naſcitur. In Iudæa frumenti eſt penuria.
Granum enim tritici ibi mortuum fuerat, & ingentia uiduæ olei fluenta manabant. Legimus
in Iudith (ſi cui tamen placet uolumen recipere) uiduam confectam ieiunijs, & habitu lugu
bri ſordidatã, quæ non lugebat mortuum uirum, ſed ſqualore corporis, ſponſi quærebat ad
uentum. Video armatam gladio manum, cruentã dexteram. Recognoſco caput Holopher
nis de medijs hoſtibus reportatum. Vincit uiros fœmina, & caſtitas truncat libidinem: Ha
bituq; repente mutato, ad uictrices ſordes redit, omnibus ſeculi cultibus mũdiores. Quidam
imperite, & Deboram inter uiduas numerant, ducemq; Barach arbitrantur Deboræ filium,
cum aliud ſcriptura commemoret. Nobis ad hoc nominabitur, quod prophetiſſa fuerit, & in
ordine iudicum ſupputetur. Et quia dicere poterat: Quàm dulcia gutturi meo eloquia tua
ſuper mel & fauum ori meo: Apis nomen accepit, ſcripturarum floribus paſta, ſpiritus ſancti
odore perfuſa, & dulces Ambroſiæ ſuccos prophetali ore componens. Noemi quæ nobis ſo
nat παρακεκλημένη quam interpretari poſſumus, conſolatam: marito & liberis peregre
mortuis, pudicitiam reportauit in patriam, & hoc ſuſtentata uiatico, nurum Moabitidem te
nuit. Vt illud Eſaiæ uaticinium compleretur: Emitte agnum domine dominatorem terræ, de
petra deſerti, ad montem filiæ Sion. Venio ad uiduam de euangelio: uiduam pauperculam,
omni Iſraelitico populo ditiorem, quæ accipiens granum ſinapis, & mittens fermẽtum in fa
rinæ ſatis tribus, patris & filij cõfeſſionẽ, ſpiritus ſancti gratia temperauit, & duo minuta mi
ſit in Gazophylacium. Quicquid habere poterat in ſubſtãtia ſua, uniuerſasq; diuitias in utro
que fidei ſuæ obtulit teſtamento. Hæc ſunt duo ſeraphim ter glorificantia trinitatem, & in
theſauros eccleſiæ condita. Vnde & forcipe utriuſq; teſtamenti, ardens carbo comprehẽſus,
purgat labia peccatoris. Quid uetera repetam, & uirtutes fœminarum de libris proferã, cum D
poſſis multas ante oculos tibi proponere in urbe qua uiuis, quarum imitari exemplũ debe
as? Et ne uidear adulatione per ſingulas currere, ſufficit tibi ſancta Marcella, quæ reſpõdens
generi ſuo, aliquid nobis de Euangelio retulit. Anna ſeptem annis à uirginitate uixerat cum
marito: iſta ſeptem menſibus. Illa Chriſti expectabat aduentum: iſta tenet, quem illa ſuſce
perat. Illa uagientem cernebat: iſta prædicat triumphantem. Illa loquebatur de eo omnibus,
qui expectabant redemptionem Iſrael: hæc cum redemptis gentibus clamitat: Frater non re
dimit, redimet homo. Et de alio pſalmo: Homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eã altiſſimus.
Scio me ante hoc fermè biennium, ædidiſſe libros contra Iouinianũ, quibus uenientes con
trario quæſtiones, ubi Apoſtolus concedit ſecunda matrimonia, ſcripturarum autoritate con
triui. Et non eſt neceſſe eadem ex integro ſcribere, cum poſſis inde quæ ſcripta ſunt mutuari.
Hoc tantum, ne modum egrediar epiſtolæ, admonitam te uolo. Cogita quotidie te eſſe mo
rituram, & nunquam de ſecundis nuptijs cogitabis.

SCHOLIA.

A Camillo.) Apparet hanc à Camillo Romano duce duxiſſe genus: cuius prænomen habet. I
Dictus eſt enim ille Furius Camillus. Iratusq; Chremes.) Feſtiuiter intertexuit carmen
Horatianum ex arte poetica. Conſurgent proceres.) Hemiſtichiũ eſt. Patricia turba.)
Nobiles Romę, quicq; plebeij non eſſent, patricij uocabantur. In terras ultimas.) Erat olim
pœnæ genus, deportatio in inſulas deſertas. Domini mei titulum.) Nam Chriſtum Iudæi Sama
ritanum in euangelio uocant, per contumeliam. Faceſſat inuidia.) Inuidiam hoc loco, non uſurpauit
uulgato illo more, quo ſignificat dolorem ex alſena felicitate: ſed odium & atrocitatem, qua premitur is
qui male audit. Coturnicum carnibus.) Alluſit ad hiſtoriam Exodi. Aceſcentes.) Id enim accidit
in cruditate, cum ſtomachus cibum acceptum nõ poteſt concoquere. Ad uolutabrum.) Recte reddi
dit Græca λύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξίαμα, καὶ ὗς λουσαμένη εἰς λύλισμα βορβόρου, id eſt, Canis reuer
ſus ad proprium uomitum, & ſus lota ad uolutabrum cœni. In eaſdem pedicas.) Hoc & Græco pro
uerbio teſtatum eſt οὐκ ἄνθις ἀλώπηξ, id eſt, non iterum uulpes, ſubaudi, capitur. Puſionem qui &c.)
Miris modis rem uerbis deiecit. Quippe ni.) Ironice legendum eſt. Vt hoc aliquid ſit, dare patri
puerum

A puerum,qui pectus illius ſtercore linat,nec omnibus id contingit: Aut ſi contingit,non ſemper contin/
2 gunt liberi ſimiles maiorum. Exhibuit Ciceronis fili.) Cicero filius Ciceronis, nulla in re retulit pa/
trem,præterq; in facetia,quemadmodum teſtatur Seneca in controuerſijs. Temulentus erat,obliuioſus,
inſans,indoctus. Nihil cum laude geſſit,nullum ſuę uirtutis monumentum reliquit. Cornelia ueſtra.)
Paula duxit genus à Gracchis,ut teſtatur Hieronymus in eius epitaphio. Gracchorum ſoboles, Aga
memnonis inclyta proles. Et Furiam Paulæ cognatã fuiſſe,teſtatur in hac epiſtola: ob id addidit, ueſtra.
Legendus eſt & hic locus per ironiam. Nam uterq; Corneliæ filius,calamitoſe periit. Siquidem Tiberi/
us Gracchus per tumultum occiſus eſt: corpus in Tyberim abiectum. Caius item Gracchus cum pete/
retur ad necem: ſua manu,aut certe ſerui interemptus eſt,ut mater non ſit gauiſa,ſe tales genuiſſe,tam ſe/
ditioſos & reip. peſtilentes. Ridiculum eſt ſperare.) Vt eleganter gradus conſtituit argumentorum.
Primus eſt: Non magnum ſi contingat puſio, qui ſtercore pectus auitum collinat. Secundus: Nec hoc
ipſum omnibus contingit. Tertius: Et ſi contingit, plerunq; tales naſcuntur liberi, ut pœniteat fœcundi/
tatis. Quartus: Vt maxime contingant quales optas, mors eripit, & orbitas moleſta eſt. Cui nata.)
Feſtiuiſſima πϑονομασία, in nata & renata. De corio tuo.) Hoc eſt, tuo malo, tuoq; periculo. Eſt autẽ
ſermo prouerbialis. Sola ne perpetua mœrens.) His uerbis Anna impellit Dido ſororem, ut aſſentia
tur nouo coniugio apud Vergilium Aeneidos quarto. Quicquid non tulerint.) Tulerint pro impe/
3 trarint, ſiue acceperint poſuit. Vbicunq; uiderint Chriſtianum.) Locus qui ſequitur, in omnibus ex
emplaribus deprauatus eſt. Verum coniecturis hinc & hinc collatis, legendum opinor: Vbicunq; uide
rint Chriſtianum, ſtatim illud de triuio, ὁ τραγικὸς θεοχρίνης, id eſt, Tragicus Theocrines. Sic enim repe
rio in Græcorum adagiorum collectaneis. Addunt Demoſthenem eo uſum aduerſus Aeſchynẽ. Theo
crinem autem calumniatorem & Sycophantam fuiſſe. Vnde prouerbium quadrat in reprehẽſorem fa/
ſtuoſum & magniloquum. Sic autem uocabant per cõtumeliam Chriſtianum, quod ipſe malus, tamen
in aliorum uitia declamaret, ſimulatione ſanctimoniæ. Niſi magis placet, ὁ τραγικὸς πίθηκος, id eſt, Tra/
gica ſimia, quod in eadem oratione à Demoſthene dictum eſt in Aeſchynem, quẽ ſimiam uocat, quod
ſimularet probum ciuem, cum non eſſet. Tragicum autem, quod homo nihili, ſplẽdidis uerbis uteretur.
Quidam non indoctus, aſſcripſerat hoc loco, ὁ γραικὸς ἐπίθετης, id eſt, Græcus impoſtor, quod non im
probarim, ſi modo ἐπίθετης in eo ſignificatu reperitur apud Græcos. Illud de triuio. Subaudi dicunt.
De triuio ſumptum dicitur quod eſt uulgari ſermone iactatum. Vnde & triuialia dicuntur, uulgaria &
protrita. Cæterum hæc uerba, uocant impoſtorem, uidentur adiecticia, nec habẽtur in uetuſtiſſimis ex/
B emplaribus. Exit fama de mendacio.) Alluſit ad illud Maronis: Tam ficti prauiq; tenax, quàm nũcia
ueri. Nam aliquãdo uel de nihilo ingens oritur fama. Prouincias penetrat.) Iuxta illud, Parua me/
tu primo, mox ſeſe attollit in auras. Viperinis coloribus.) Nam pleriq; ſerpentes maculis picti ſunt.
4 Quidam codices habebant, uiperinis orbibus, ut de oculis intelligas. Dentibus pumicatis.) Id eſt, can
didis ac politis. Nam pumice poliebant. Et hoc uiperinum, niueo dẽticulo letale uirus infundere. Hic
aliqua cui.) Refert uerba Perſij e ſatyra prima in effœminatum recitatorem. Læna genus eſt ueſtis deli/
catæ. Hyacinthina, id eſt, colore hyacinthi floris. Et uenuſte addidit, Chorus, alludens ad choros Tra/
gœdiarum, in quibus multorum una uox eſt. Iunguntur noſtri ordinis,) Id eſt, qui ſunt eiuſdem inſti
tuti. Sentit autem de clericis ac monachis. Terentius: Mei loci atq; ordinis hominem, idq; Hieronymus
non ſine alluſione dixiſſe uidetur. Vt amorem concedam.) Vt, hoc loco cõcedentis eſt, poſitum pro
&ſi, ſiue quamuis: ſic Iuuenalis: Serui ut taceant, iumenta loquentur. Quẽ honoris cauſa nomino.)
Hoc ſolenniter addere ſolent oratores, ſi quem in publica concione nominaſſent. Impleat nomen ſu/
um.) Apparet appellatum fuiſſe, Lætum. Quin potius doleat.) Nihil hac correctione feſtiuius. Nõ
habuit criſpantes). Mitra, barbarum capitis ornamentum. Vergil. Mæonia mentũ mitra crinemq; ma
dentem Subnixus. Criſpantes dixit, ob rugas arte inductas mitræ. Stridentes calceolos.) Vel ob or/
namenta addita, uel ob ſoleam ſubere ſuppactam, quod preſſum ſtridet. Nec orbes.) Videlicet oculo
rum. Stibium lapis eſt, qui adhibetur dilatandis ac pingẽdis nigrore oculis. Vnde fuliginatos dixit, pro
nigrefactos. Nam fuligo nigror eſt adhærens è fumo. Quæ lachrymis cutem.) Id enim uſu uenit fuco
pictis, ut lachrymæ ſulcos faciant per colores, faciemq; tectorio fuci incruſtatam aperiant. Vnde Iuuena
5 lis: Tandẽ aperit uultũ, & tectoria prima reponit. Viuens mortua eſt.) Hic palam diſtinxit hanc par
tẽ à ſuperioribus: uulgus enim ſic accipit: Vidua quæ in delitijs eſt uiuens, ea mortua eſt, cum ſit ſenſus:
Vidua quæ delitioſe uiuit, uiuẽs nõ uiuit, ſicut in annotationibus noſtris indicauimus. Quorundam
hominum.) Locus eſt apud Paulũ in prima ad Timot. epiſt. ca. 5. Sed incentiua aufero.) κέντρον Græ
ce ſtimulus, & κεντέω ſtimulo. Inde Latini maxime Chriſtiani uocem hanc compoſuerunt, qua ſignifi
cant intamenta. Hic locus diuerſus habetur in exemplaribus. Nonnulli ſcriptum habent, incẽtiua aſſero
uoluptatum: nonnulli, incentiua aſſero eſſe. Ego plane legendum cenſeo, incentiua aufero uoluptatum.
Aetnæi ignes.) Aetna mons eſt Siciliæ, quondã perpetuo flagrans incendio. De quo Plinius: Mons
Aetna nocturnis mirus incendijs:. Multa ſuper hoc Claudianus in raptu Proſerpinæ. Vulcania tel/
lus.) Theraſiam ſignificat inſulam, quæ ſita eſt inter Liparam & Siciliam. Cui poſtea mutatum eſt no/
men, dictaq; Hiera, id eſt, ſacra, quod ſacra eſſet Vulcano: in ea collis eſt nocturnas euomens flammas.

Autor Plinius libro tertio. Non Veseuus & Olympus.)Iuxta hunc montem periit Plinius maior,ut c
in epistola quadam huius nepos describit.Est autem in Campania haud procul a Nola,quond ã Aetnæ more flagrans:Nũc frigidus,quemadmodũ & Aetna.Hunc quidã Vesuuium uocãt. Argi.) Hunc Iu no addidit custodẽ uaccæ,in quam Iupiter uerterat puellã.Et propter uigilantiam dictus est habere cen tum oculos. πρὸς ὑγιαινόντων.) Id est,de salutaribus,hoc est,de tuenda corporis sanitate.Id opus Galeni ex tat, ac iam dudum in manibus est Thomæ Linacro medico Britanno,uiro undecunq; doctissimo, bre ui,ut spero,Latinum proditurum.Est eodem titulo liber Pauli Aeginetæ,quem Gulielmus Copus Basi liensis traduxit.Est & Plutarchi, quem nos nuper uertimus. Pituita.) Humor est superuacaneus, qui in senibus abundat ob inopiam caloris,qui huiusmodi cõcoquere solet. Vetera uina.) Quoniam ea maxime calefaciũt,etiam Varrone teste. Cuius finis est.) Comœdia speculum est humanę uitæ.Itaq; Comicus hoc agit,ut ætatum,sexus,conditionis omnis,affectus & ingenium repræsentet. Sine Ce rere & Libero.) Id est, absq; cibo & potu. Est in Eunucho Terentiana. Bonum est uinum non bibe re.) Hic locus est in epistola Pauli ad Romanos, quanquam hunc diuus Hieronymus, sancte quidem ac salubriter,sed tamen uiolẽter detorsit aliorsum quàm Paulus scripsit. Sentit enim illic Apostolus per se non esse malum uesci carnibus,aut bibere uinum,sed offendiculum ubiq; uitãdum. Similiter & eum locum, qui sequitur de esu olerum,detorsit ad suum usum. Nec enim Paulus illic loquitur de infirmita te,qua proclines sumus ad libidinem, sed de opinione, qua putat aliquis sibi non licere uesci carnibus, cum nefas non sit. Malo apud te &c.)Mal uideri parum uerecunde loqui,quàm ea tacere, quæ ad rem necessaria sunt. Subtegmine impleueris.) Alluſit ad pensum puellarum texentium. Nam telæ 7
pars est subtegmen. Porrò pensum calatho imponebant. Sta iuxta Hieremiam.) Retulit quod est Hieremiæ capite sexto. State super uias, & uidete & interrogate de semitis antiquis, quæ sit uia bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus uestris. Comede similam & oleum.) Alluſit ad locum,qui est Exodi cap.29. Tolle uitulum de armento,& arietes duos, immaculatos, panesq; azy mos,& crustulam absq; fermento,quæ conspersa sit oleo,lagana quoq; azyma oleo lita. Vestire cum Ioseph.)Respexit ad id quod legitur Gen. 37. Israel autem diligebat Ioseph supra omnes filios,eo quod in senectute genuisset eum,fecitq; ei tunicam polymitam.Polymitam uocat uestem uersicolorem,& plu ribus textam licijs. Nam πολὺ Græce multum significat, & μίτος filum. Perforentur aures tuæ.) Respexit adhoc, quod delicatæ matronæ ex auribus perforatis suspendunt baccas & smaragdos.Iuue nalis: Et cum auribus extersis magnos commisit elenchos. Videtur autem alluſisse ad id quod scripsit Hieremias cap.2. Vade & clama in auribus Hierusalem.Nisi mauis referre ad seruum cupientem ultro D
seruire: cuius aures iubentur perforari subula. Exodi cap.21. Caue ne mendicante.) Admonet opes, non quibuslibet elargiẽdas esse,sed duntaxat Christi pauperibus.Alioqui qui cognatis dant, cum non egeant, alienas opes augent cum Christus in suis membris egeat. Spadonum exercitu.) Spadones 8
uocantur, quibus execti sunt testes. Hij quondam potentibus matronis in delitijs erant. Viduarum circumferri) Vidua libera est ab imperio mariti. Ea libertate non debet in hoc abuti, ut passim uagetur per uias. Collactaneus.) Delicato uerbo significauit æqualem. Candidulus & rub.) Nam rubor candori mixtus,præcipua formæ laus est. Apparatus Neronis & Sard.) De luxu Neronis multa Iu uenalis.Sardanapalus Assyriorum rex fuit,uoluptatum studio nobilitatus. Nuptias loquebantur.) Apte abusus est uerbo loquebantur, pro indicabant. Vt Cicero: Nequitiam clamitant. Fronte ob scœna.) Obscœna mihi uidetur a quopiam additum: fortè pro obscœna, legendum, ob senium.

Rogus propè.) Rogus ignis,quo olim cadauera comburebantur. Simulabitur mariti.) Signifi cat maritum hoc consilio illam ducturum,ut hæres illi sit,idq; uti consequatur,finget morbum:& condi to testamento, illam scribet hæredem, ut uxor prouocata exemplo,idem faciat,si contingat ægrotare. Nam est & hoc captandarum hæreditatum genus. Omne genus comœdiæ.) Nam plurima sunt ge nera, ut ostendit Donatus in præfatione commentariorum in Terentium. Mimographi.) Qui mi mos scribunt,id est,uersus agendos in scæna. Communes rhetorum loci.) Aliquando dicuntur loci 9
communes,qui tractantur per effectus,ut contra luxuriam,contra stuprum,cõtra odium nouercale,de his sentit hoc loco. Declamabunt.) Sunt complures declamationes hoc argumento, de priuigno & nouerca. Vt uenefica.)Quasi ueneno dato, morbum feceris. Si dederis malefica.) Quasi uene num pro cibo dederis,si contingat eum mori.Nam maleficia dicuntur aliquando,quę malis artibus fi unt,ut ueneficio aut incantamentis. Superstitem hospitem.) Sentit Heliam prophetam. Capsaces.) Vasis genus o ear : quo uerbo & alibi usus est Hieronymus,& item Cyprianus. Granum enim tri. ibi mor.) Alluſit ad euangelium:Nisi granũ frumenti.Nam Christus in Iudæa fuit occisus. Viduã,intel ligit gẽtilitatẽ. Quę nobis sonat.)Nobis,id est,Græce scientibus, παρακαλῶ cõsolor,unde & paracletus.

ANTIDOTVS. In hac citat librum Iudith,& addit: Si cui tamen placet uolumen recipere,quasi dubitans de autoritate huius uoluminis, cum id inter canonicas scripturas habeat ecclesia. Verum o mnino liber hic apud Hebræos,pondus olim non habebat,in his quæ uenirent in contentionem: Chal dæo tamen sermone cõscriptus,inter historias numerabatur.Deniq; in Nicena synodo in numero san

ctarum

A ctarum ſcripturarum computatus eſt, ut teſtatur Hieronymus in huius præfatione. Apparet igitur ea ætate quoſdam adhuc de eo dubitaſſe, nec illud Synodi decretum apud omnes uſu receptum fuiſſe. Deniq; an uere decretum fuerit, dubitare ſe ſubſignificat, cum ait, legitur computaſſe. Et ſi maxime recepit Synodus opus illud, refert quo animo receperit, an ut pondus habeat in contentione, an ut eſſet exemplum uiduitatis.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Gerontiam uiduam dehortatur à digamia, hoc eſt, ſecundis nuptijs: refellens eos, qui ex uerbis diui Pauli probabant iteratas nuptias. Epiſtola eſt cum primis erudita & eloquens. Primam partem habet laudatoriam, ueluti per excurſum, quo fere ſolet uti. In ſecunda tractat argumentis rem ipſam. In tertia rurſum expatiatur in locum communem, de calamitatibus rerum humanarum. Sed mirum, quàm ſcite utranq; digreſſionem ad propoſitum argumentum accommodat, optimus artifex.

AD GERONTIAM VIDVAM DE MONOGAMIA.

1 IN uetere uia, nouam ſemitam quęrimus, & in antiqua detritaq; materia, rudem artis excogitamus elegantiam: ut nec eadem ſint, & eadem ſint. Vnũ iter, & perueniendi quò cupias, multa compendia. Sæpe ad uiduas ſcripſimus, & in exhortationem earum multa de ſcripturis ſanctis exempla repetentes, uarios teſtimoniorum flores, in unam pudicitiæ coronam texuimus. Nunc ad Gerontiam nobis ſermo eſt, quæ quodam uaticinio futurorum, ac dei præſidentis auxilio, nomen accepit. Quam auiæ, matris, amitæq; probatarum in Chriſto fœminarum, nobilis turba circumſtat: Quarum a-
2 uia Metronia, per quadraginta annos uidua perſeuerans, Annam nobis filiam Phanuelis de Euangelio retulit. Benigna mater, quartum & decimum uiduitatis implens annum, centenario uirginum choro cingitur. Soror Celerini patris Gerontia: quę paruulam nutriuit infantem, & in ſuo natam ſuſcepit gremio: per annos uiginti mariti ſolatio deſtituta: erudit neptem, docens quod à matre didicit. Hæc breui ſermone perſtrinxi, ut oſtendam adoleſcentu-
B lam meam non præſtare Monogamiam generi ſuo, ſed reddere: nec tam laudandam eſſe ſi tribuat, quàm omnibus execrandam, ſi negare tentauerit: præſertim cum poſthumus eius Simplicius, nomen patris referat, & nulla ſit excuſatio deſertæ ac ſine hæredibus domus, ſub quorum patrocinio interdum ſibi libido blanditur: ut quod propter intemperantiam ſuam faciunt, uideantur facere deſiderio liberorum. Sed quid ego quaſi ad retrectantem loquor, cum audiam eam multos palatij procos, eccleſiæ uitare præſidio: quos certatim diabolus inflammat, ut uiduæ noſtræ caſtitatem probẽt, quam & nobilitas, & forma, & ætas, & opes faciunt cunctis appetibilem: ut quanto plura ſunt, quæ impugnant pudicitiam, tanto uictricis maiora ſint præmia? Et quia nobis de portu egredientibus, quaſi quidam ſcopulus oppo
nitur, ne poſſimus ad pelagi tuta decurrere, & Apoſtoli Pauli ſcribentis ad Timotheum profertur autoritas, in qua de uiduis diſputans, ait: Volo autem iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias eſſe, nullam occaſionem dare aduerſario, maledicti gratia. Iã enim quædam
3 abierunt retro poſt ſatanam: oportet primum ſenſum tractare præcepti, & omnem loci huius continentiam diſcutere, atq; ita Apoſtolicis ueſtigijs inſiſtentẽ, ne tranſuerſum quidem, ut dici ſolet, unguem in partem alterã declinare. Supra ſcripſerat qualis uidua eſſet deberet, unius uiri uxor, quæ liberos educauit, quæ in bonis operibus habuit teſtimonium, quę tribulatis de ſua ſubſtãtiola ſubminiſtrauit, cuius ſpes deus eſt, & quæ permanet in obſecratione, & orationibus nocte ac die. Poſt quæ iũgit contraria: Quæ autem in delitijs eſt, uiuens mortua eſt. Statimq; infert, ut diſcipulum ſuum muniat omni arte doctrinæ: Adoleſcentiores autem uiduas deuita, quæ cum laſciuierint in Chriſto, nubere uolunt: habentes damnationem quod primam fidem irritam fecerũt. Propter has igitur, quæ fornicatæ ſunt in iniuriam uiri ſui Chriſti (hoc enim κατασρηνιάσωσιν Græcus ſermo ſignificat) uult Apoſtolus alterũ matrimonium: præferens digamiam fornicationi, ſecundum indulgentiam dũtaxat, non ſecundum imperium. Simulq; ſingula teſtimonij uerba tractanda ſunt. Volo, inquit, adoleſcentu-

las nubere. Cur quæſo? quia nolo adoleſcẽtulas fornicari. Procreare filios. Quâ ob cauſam? c
Ne metu partus ex adulterio filios necare cogantur. Matresfamilias eſſe. Quare obſecro?
Quia multo tolerabilius eſt digamam eſſe, quàm ſcortum: & ſecũdum habere uirum, quàm
plures adulteros. In altero enim miſeriarum conſolatio, in altero pœna peccati eſt. Sequitur:
Nullam occaſionẽ dare aduerſario maledicti gratia: in quo breui accinctoq; præcepto, mul-
ta ſimul monita continentur. Ne propoſitũ uiduæ exquiſitior cultus infamet. Ne oculorum
nutibus & hilaritate uultus, iuuenũ poſt ſe greges trahat. Ne aliud uerbo, aliud habitu polli-
ceatur, & conueniat ei uerſiculus ille uulgatus: Riſit, & arguto quiddam promiſit ocello. 4

Atq; ut omnes nubendi cauſas breui ſermone concluderet, cur hoc præcepiſſet oſtendit,
dicens: Iam enim quædam abierunt retro poſt ſatanam. Ideo ergo ſecunda: &, ſi neceſſe eſt,
tertia incontinẽtibus aperit matrimonia: ut à ſatana abſtrahat, ut magis mulierem qualicũq;
uiro iũctam faciat eſſe, quàm diabolo. Sed & ad Corinthios tale quid loquitur: Dico autem
innuptis & uiduis: bonum eſt illis, ſi ſic permanſerint ut ego. Si autem non ſe continent, nu-
bant: Melius enim eſt nubere, quàm uri. Cur Apoſtole? Statim intulit, quia peius eſt uri:
Alioqui abſolutũ bonum eſt, & ſine comparatione peioris, eſſe quod Apoſtolus eſt, id eſt,
ſolutum non ligatum: nec ſeruum, ſed liberum: cogitantem ea quæ dei ſunt, non ea quæ uxo-
ris. Et protinus in conſequentibus: Mulier, inquit, alligata eſt uiro, quamdiu uir eius uiuit,
quod ſi dormierit uir eius, libera eſt: cui uult nubat, tantum in domino. Beatior autem erit,
ſi ſic permanſerit ſecundum conſilium meum: Puto autẽ quod & ego ſpiritum dei habeam.
Et in hoc idem ſenſus eſt, quia idem ſpiritus: Diuerſæ epiſtolæ, ſed unus autor epiſtolarum,
Viuente uiro, mulier alligata eſt, & mortuo, ſoluta. Ergo matrimonium uinculum eſt, & ui-
duitas ſolutio. Vxor alligata eſt uiro, & uir uxori alligatus eſt: intantum, ut ſui corporis non
habeant poteſtatem, & alterutrum debitũ reddant: nec poſſint habere pudicitię libertatem,
qui ſeruiunt dominatui nuptiarum. Quodq; addidit, tantum in domino, amputat ethnico-
rum coniugia. De quibus & in alio loco dixerat: Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ
enim participatio iuſticiæ cum iniquitate? Aut quæ ſocietas lucí cum tenebris? Quæ conuen
tio Chriſti cum Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Qui conſenſus templo dei cum ido D
lis? Ne ſcilicet aremus in boue & aſino, ne tunica nuptialis, uario ſit texta ſubtegmine. Extem
ploq; tollit quod conceſſerat, & quaſi pœniteat eum ſententiæ ſuæ, retrahit: Beatior erit, ſi ſic
permanſerit, ſuiq; hoc magis eſſe conſilij. Quod ne contemnatur ut hominis: ſpiritus ſancti
autoritate confirmat, ut non indulgens homo fragilitati carnis humanæ, ſed in Apoſtolo ſpi
ritus ſanctus præcipiens audiatur. Nec ſibi in eo annorum puellarium debet uidua blandiri,
quod non minus ſexagenariam eligi præcipit: Neq; enim innuptas, uel iuuenculas cogit, ut
nubant, qui de nuptis quoq; loquitur: Tempus breue eſt: Supereſt, ut & qui habẽt uxores,
ſic ſint, quaſi non habeant: ſed de his uiduis diſputat, quæ ſuorum nutriuntur alimentis, quę
filiorum & nepotum ceruicibus imponuntur. Quibus imperat, ut diſcant domum ſuam co-
lere, & remunerari parentes, ſufficienter eis tribuere, ut non grauetur eccleſia, ut poſſit certis
uiduis miniſtrari. De quibus ſcriptũ eſt: Honora uiduas, quæ ueræ uiduæ ſunt, hoc eſt, quæ
omni ſuorum auxilio deſtitutæ, quę manibus ſuis laborare non poſſunt, quas paupertas de-
bilitat, ætasq; conficit, quibus deus ſpes eſt, & omne opus oratio. Ex quo datur intelligi, ado-
leſcentulas uiduas, exceptis his quas excuſat infirmitas, uel ſuo labori, uel liberorum ac pro-
pinquorum miniſterio delegari. Honor autem impręſentiarum, uel pro eleemoſyna, uel pro
munere accipitur, ut eſt illud: Presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime qui labo-
rant in uerbo & doctrina. Et in euangelio dominus diſſerit mandatum legis, in quo dicitur:
Honora patrem tuum, & matrem tuam, non in uerborum ſono, qui inopiam parentum, caſ-
ſa poteſt adulatione fruſtrari, ſed in uictus neceſſarijs miniſtrandis debere intelligi. Iubente
enim domino, ut filij alerent parentes pauperes, & redderent beneficia ſenibus, quæ paruuli
acceperant: ſcribæ & phariſæi econtrario docebant filios, ut parentibus reſponderent: Cor-
ban, hoc eſt, donum quod altari pollicitus ſum, & in templi dona promiſi, ſi tu à me accepe-
ris ci-

A ris cibos, uertetur in tuum refrigeriũ. Atq; ita fiebat, ut egentibus patre & matre, sacrificium
offerrent filij, quod sacerdotes scribæq; consumerent. Si ergo Apostolus pauperes uiduas
(eas tamen quæ adolescentulæ sunt,& nulla debilitate franguntur)cogit suis manibus labo-
rare,ne grauetur ecclesia,& possit anus uiduas sustentare, qua excusatione utetur, quæ opi-
bus mundi affluit,quæ potest etiam alijs ministrare, & de iniquo mammona sibi facere ami
cos,qui possint eam in æterna tabernacula recipere? Simulq; considera, quod uidua non eli
gatur,nisi unius uiri uxor,& nos putabamus sacerdotum hoc tantũ esse priuilegium, ut non
admittatur ad altare, nisi qui unam habuerit uxorem. Non solum enim ab officio sacerdo-
tij digamus excluditur, sed & ab eleemosyna ecclesiæ,dum indigna putatur stipe,quæ ad se-
cunda coniugia deuoluta est. Quanquam lege sacerdotali teneatur & laicus,qui talem præ-
bere se debet,ut possit eligi in sacerdotium.Nõ enim eligitur,si digamus fuerit. Porrò elegun
tur ex laicis sacerdotes. Ergo & laicus tenetur mandato, per quod ad sacerdotium peruenit.
Aliud est quod uult Apostolus:aliud quod cogitur uelle. Vt concedat secunda matrimonia
meæ est incontinentiæ,non illius uolũtatis. Vult omnes esse sicut seipsum,& ea cogitare quę
dei sunt, & solutos nequaquam ultra alligari. Sed si labentes, per incontinentiam ad bara-
thrum stupri uiderit peruenire,digamiæ porrigit manum,ut cum una magis,quàm cum plu
ribus uolutentur. Quod nequaquam ut amare dictum,& contra Apostoli regulã,secundus
nuptiator exaudiat. Duæ enim sunt Apostoli uoluntates. Vna qua præcepit: Dico autem
innuptis & uiduis: bonum est illis si sic permanserint, sicut ego. Altera qua indulget: Si au-
tem non se continent, nubant. Melius est enim nubere quàm uri.Primum quid uelit, dein-
de quid cogatur uelle, demonstrat.Vult nos permanere post nuptias,sicut seipsum:Et pro-
positæ beatitudinis, Apostolicum ponit exemplum. Sin autem nos uiderit nolle quod ipse
uult,incontinẽtiæ nostræ tribuit indulgentiam.Quam è duabus eligimus uoluntatem,quod
magis uult,& quod per se bonum est, an quod mali comparatione fit leuius,& quodam mo
B do nec bonum est, quia præfertur malo? Ergo si eligimus, quod Apostolus non uult, sed
uelle compellitur,imò acquiescit deteriora cupientibus, non Apostoli, sed nostram facimus
uoluntatem.Legimus in ueteri testamento:Semel maritatas filias sacerdotum, si uiduæ fue-
rint,uesci debere de sacerdotalibus cibis, mortuisq; sic à patre exhibendum inferiarum offi-
5 cium.Sin autem alios uiros acceperint:alienas eas, & à patre & à sacrificijs fieri, & inter exter
nas debere deputari.Quod quidem obseruat & gentilitas,in cõdemnationem nostri, si hoc
non exhibeat ueritas Christo, quod tribuit mendacium diabolo, qui & castitatem reperit
perditricem. Hierophanta apud Athenas euiratur, & æterna debilitate fit castus. Flamen
unius uxoris ad sacerdotium admittitur:Flaminea quoq; unius mariti eligitur uxor.Ad tau-
ri Aegyptij sacra semel maritus assumitur. Vt omittam uirgines Vestæ & Apollinis, Iuno-
6 nisq; Achiuæ & Dianæ ac Mineruæ, quæ perpetua sacerdotij uirginitate marcescunt:Strin-
gam breuiter reginam Carthaginis,quæ magis ardere uoluit,quàm Hiarbæ regi nubere: Et
Hasdrubalis uxorem,quæ apprehensis utraq; manu liberis, in subiectum se præcipitauit in-
cendium,ne pudicitiæ damna sentiret:Et Lucretiam,quæ amissa gloria castitatis,noluit pollu
tæ conscientiæ superuiuere.Ac ne multa longo sermone contexam, quæ potes de primo con
tra Iouinianum uolumine ad ædificationem tuam sumere: unum tantum, quod in patria
tua gestum est, repetam, ut scias pudicitiam etiam barbaris ac feris & sanguinarijs gentibus
7 esse uenerabilem. Gens Teuthonum ex ultimis oceani atque Germaniæ profecta litto-
ribus, omnem Galliam inundauit: sæpiusque cæsis Romanis exercitibus apud aquas Se-
xtias Mario pugnante, superata est. Quorum trecentæ matronæ, cum alijs se uiris capti-
uitatis conditione tradendas esse didicissent, primum consulem deprecatæ sunt, ut templo
Cereris ac Veneris in seruitium traderentur. Quod cum non impetrarent, submouente eas
lictore,paruulis cæsis liberis,mane mortuæ sunt repertæ, suffocatis laqueo faucibus, & mu-
tuis complexibus se tenentes. Quod igitur barbaræ castitati non potuit inferre captiuitas,
hoc matrona nobilis faciet? & experietur alterum uirum,quæ priorem aut bonum perdidit,

aut malum experta est,ut rursum contra iudicium dei,facere nitatur? Quod si statim secun/ C
dum perdiderit,sortietur & tertium?& si ille dormierit,in quartum quintūq; procedet, ut ni/
hil sit quo à meretricibus differat? Omni ratione uiduæ prouidendum est: ne castitatis pri/
mos excedat limites. Quos si excesserit,& uerecundiam ruperit matronalem: in omnem de/
bacchabitur luxuriam, ita ut prophetam mereatur audire dicentem: Facies meretricis facta
est tibi:Impudorata es tu. Quid igitur? Damnamus secunda matrimonia? Minime, sed pri/
ma laudamus. Abijcimus de ecclesia digamos? Absit:Sed Monogamos ad continentiā pro
uocamus. In arca Noe non solum munda,sed & immunda fuerunt animalia. Habuit homi/
nes,habuit & serpentes. In domo quoq; magna,uasa diuersa sunt:alia in honorē,alia in con/
tumeliam. Est crater ad bibendum,est & matula ad secretiora naturæ. Nam cum in semente
terræ bonæ,centesimum & sexagesimum & trigesimum fructum, euangelia doceant, & cen/
tenarius pro uirginitatis corona,primum gradū teneat: sexagenarius pro labore uiduarum,
in secundo sit numero,tricenarius fœdera nuptiarum,ipsa digitorum coniunctione testetur,
digamia in quo erit numero? Imò extra numerum. Certe in bona terra non oritur, sed in ue/
pribus,& spinetis uulpium,quæ Herodi impijssimo comparantur,ut in eo se putet esse lauda 8
bilem,si scortis melior sit,si publicarum libidinum uictimas superet,si uni sit prostituta, non
pluribus. Rem dicturus sum incredibilem,sed multorū testimonijs approbabo. Ante annos
plurimos,cum in chartis ecclesiasticis iuuarem Damasum Romanæ urbis episcopum, & ori/
entis atq; occidentis synodicis consultationibus respōderem,uidi duo inter se paria,uilissimo
rum è plebe hominum comparata,unum qui uiginti sepelisset uxores, alterā quę uicesimum
secundum habuisset maritum,extremo sibi,ut ipsi putabant,matrimonio copulatos. Sum/
ma omnium expectatio,uirorum pariter ac fœminarum:post tantas rudes,quis quem prius
efferret. Vicit maritus,& totius urbis populo confluente, coronatus & palmam tenens ado/ 9
reamq;,per singulos sibi acclamantes: uxoris multinubæ feretrum præcedebat. Quid dice/
mus tali mulieri? Nempe illud,quod dominus Samaritanæ: Vigintiduos habuisti maritos,
& iste à quo sepelieris, non est tuus. Itaq; obsecro te religiosa in Christo filia, ut testimonia D
ista non noueris,quibus incontinentibus,& miseris subuenitur,sed illa potius lectites,quibus
pudicitia coronatur. Sufficit tibi quod primum perdidisti uirginitatis gradum,& per tertium
uenisti ad secundum,id est,per officium coniugale,ad uiduitatis continentiam. Extrema,imò
abiecta,ne cogites,nec aliena & longe posita exempla perquiras. Habes auiam, matrem, &
amitam. Quarum tibi abundans imitatio atq; doctrina, & præcepta uiuendi, norma uirtu/
tum est. Si enim multæ in coniugio,uiuentibus adhuc uiris,intelligūt illud Apostoli:Omnia
licent, sed non omnia expediunt,& castrant se propter regna cœlorum, uel à secunda natiui/
tate post lauacrum ex consensu, uel post nuptias ex ardore fidei, cur uidua quæ iudicio dei,
uirum habere desijt,non illud lætabunda congeminet:Dominus dedit, dominus abstulit,&
oblatam occasionem arripiat libertatis,ut sui corporis habeat potestatem, nec rursum ancil/
la fiat hominis? Et certe multo laboriosius est, non frui eo quod habeas, quàm desiderare
quod amiseris. Vnde & uirginitas in eo facilior est,quod carnis incentiua non nouit, & uidui
tas in eo solicitior, quod præteritas animo recolit uoluptates: maxime si se uirum putet per/
didisse,non præmisisse:quorum alterum doloris,alterum gaudij est. Primi hominis creatura
nos doceat,plures nuptias refutare. Vnus Adam & una Eua, imò una ex eo costa separatur
in fœminam. Rursumq; quod diuisum fuerat, nuptijs copulatur, dicente scriptura:Erūt duo 10
in carnem unam:non in duas,nec in treis. Propter quod relinquet homo patrem & matrem,
& adhærebit uxori suæ,certe non uxoribus. Quod testimonium Paulus edisserens, ad Chri
stum refert & ad ecclesiam, ut primus Adam in carne, secundus in spiritu Monogamus sit.
Sit una Eua, mater cunctorum uiuentium, & una ecclesia parens omnium Christianorum.
Sicut illam maledictus Lamech in duas diuisit uxores,sic hanc hæretici in plures ecclesias la/
cerant,quæ iuxta Apocalypsim Ioannis,synagogæ magis diaboli appellandæ sunt,q; Chri
sti conciliabula. Legimus in carminum libro sexaginta sunt reginæ,& octoginta concubinæ,

& ado/

A & adoleſcentulę,quarũ nõ eſt numerus. Vna eſt colũba mea,pfecta mea:una eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ. Ad quã ſcribit idem Ioãnes epiſtolã: Senior electę dominę,& filijs eius. Sed & in arcã quam Petrus apoſtolus ſub typo interpretat' eccleſiæ: Noe cũ tribus filijs,ſingulas,nõ binas uxores introduxit. Etiã de immũdis animalibus bina ſumunt',maſculus & fœmina,ut ne in beſtijs quidẽ,ſerpentibuſq;,crocodilis ac lacertis,digamia habeat locũ. Quod ſi de immũdis ſeptena ponũtur,id eſt,imparia,& in hoc uirginitatis ac pudicitię palma monſtratur. Egreſſus enim de arca Noe,deo uictimas immolauit: nõ utiq; de pari,ſed de impari numero,quia alterũ fœtibus atq; cõiugio, alterũ ſacrificio prępараtũ eſt. At patriarchæ non ſingulas habuerũt uxores. Imò & cõcubinas habuere plurimas. Et,ne hoc parum ſit: Dauid multas,& Solomon habuit innumerabiles. Iudas ad Thamar,quaſi ad ſcortũ ingreditur. Et iuxta occidentẽ literã,Oſee propheta non ſolũ meretrici,ſed etiã adulteræ copulatur. Quod ſi & nobis iure conceditur,adhinniamus ad omnes fœminas,& in exemplũ Sodomæ & Gomorræ,ab ultimo die deprehendamur uendentes & ementes,nubentes & nuptui tradentes, & tunc ſit finis cõiugij, quando terminus uitæ. Quod & ſi poſt diluuiũ,& ante diluuiũ uiguit iſta ſententia: Creſcite & multiplicamini,& replete terram: quid ad nos,in quos fines ſeculorum decurrerunt,quibus dicitur: Tempus breue eſt,& iam ſecuris ad radices arborum poſita eſt,quæ ſyluam legis & nuptiarũ euangelica caſtitate ſuccidat? Tempus amplexandi,& tempus lõge fieri ab amplexibus. Hieremias captiuitate propinqua, uxorẽ prohibetur accipere. Ezechiel in Babylone: mortua eſt,inquit,uxor mea,& apertũ eſt os meũ. Nec ducturus uxorem, nec ille qui duxerat, poſſunt in opere coniugali libere prophetare. Olim gloriæ erat illum audire uerſiculum: Filij tui ſicut nouellæ oliuarum,in circumitu menſæ tuæ: & uideas filios filiorum tuorũ. Nunc de cõtinentibus dicitur: Qui adhæret domino,unus ſpiritus eſt. Et, adhæſit anima mea poſt te, me ſuſcepit dextera tua. Tunc oculum pro oculo,nunc uerberãti maxillam,præbemus & alteram. Illo tempore bellatoribus dicebatur, Accingere gladio tuo
B ſuper fœmur tuum potentiſſime: modo audit Petrus, Conde gladiũ tuum in uaginam: qui
II enim gladio percutit,gladio morietur. Hæc dicimus nõ ſeparantes legem & euangelium,ut Marcion calumniatur, ſed unum atque eundem ſuſcipientes deum,qui pro uarietate temporum atq; cauſarũ principium & finis,ſerit,ut metat: plãtat,ut habeat quod ſuccidat. Iacit fundamentum,ut ædificationi, conſummato ſeculo,culmen imponat. Alioqui ſi ad ſacramenta ueniamus & futurorũ typos,non noſtro arbitrio,ſed Apoſtolo diſſerente: Agar & Sara,uel mons Sina & Sion,duo teſtamenta ſignificant. Lia lippientibus oculis,& Rachel quam Ia-
12 cob amabat plurimum,ſynagogã eccleſiamq; teſtantur. Vnde & Anna prius ſterilis, Fenennæ ubertate fœcundior eſt. Licet & Monogamia nos Iſaac & Rebecca præceſſerit, cuius ſolius partus domini reuelatio eſt. Nec ulla alia fœminarũ deum per ſeipſam conſulit. Quid loquar de Thamar, quæ Eſron & Phares geminos fudit infantes? In quorũ natiuitate diuiſa maceria,duos populos ſeparauit: Et ligata manus coccino,conſcientiam Iudæorum iam tunc Chriſti paſſione reſperſit. Ac de ſcorto prophetico, cuius ſimilitudo uel eccleſiam ſignificat de gentibus congregatã, uel (quod ipſi loco magis conuenit) ſynagogam primum aſſumptam de idololatris per Abraham & Moyſen: Deinde poſt adulteriũ,& negationem ſaluatoris,ſedentem plurimo tempore ſine altari,ſacerdotibus ac prophetis, & uiri priſtini conſortium præſtolantem, ut poſtq; ſubintrauerit plenitudo gentiũ, tunc omnis Iſrael ſaluus fiat.

Quaſi in breui tabella latiſſimos terrarũ ſitus oſtendere uolui,ut pergã ad alias quæſtiunculas,quarũ prima de Annæ cõſilio eſt. Sola ne perpetua mœrẽs carpere iuuenta? Nec dulceis natos, Veneris nec præmia noris? Id cinerem,aut manes credis curare ſepultos?

Cui breuiter reſpõdeat ipſa quæ paſſa eſt, Tu lachrymis euicta meis,tu prima furẽtem
His germana malis oneras,atq; obijcis hoſti. Non licuit thalami expertem ſine crimine uitam Degeræ more feræ,taleis nec tangere curas. Non ſeruata fides cineri promiſſa Sicheio. Proponis mihi gaudia nuptiarũ, ego tibi opponam,pyram,gladium,& incẽdium. Non tantum boni eſt in nuptijs quod ſperamus, quantum mali, quod accidere poteſt & ti-

mendum est. Libido transacta semper sui relinquit pœnitudinem, nunquam satiatur, & ex- c
tincta redaccenditur. Vsu crescit,& deficit: nec rationi paret, quæ impetu ducitur.Sed dices:
Amplæ opes & dispensatio rei familiaris egent autoritate uiri. Scilicet perierunt domus cœ-
libum,& nisi cum seruulis tuis ipsa seruieris,familiæ tuæ imperare non poteris.Auia tua,ma-
ter & amita, nónne autoritatis pristinæ, honorisq; maioris sunt, dum eas & tota prouincia,
& ecclesiarum principes suspiciunt? Ergo milites & peregrinantes, sine uxoribus sua hospi-
tiola nō regunt? & nec inuitant ad conuiuia,nec inuitantur? Quasi non possis probatæ æta-
tis habere famulos,uel libertos,in quorum nutrita es manibus,qui præsint domui,ad publi-
cum respondeant, tributa persoluant: qui te suspiciant, ut patronam: diligant,ut alumnam,
uenerentur,ut sanctā. Quęre primū regnum dei,& hęc omnia adijcientur tibi.Si de ueste co
gitaueris, lilia tibi de euangelio proponuntur. Si de cibo,remitteris ad aues quę non serunt,
neque metunt, & pater tuus cœlestis pascit illas. Quantæ uirgines & uiduæ absque ulla for-
de rumoris, suam substantiolam gubernarunt? Caue ne iungaris adolescentulis, ne his ad-
hæreas, propter quas Apostolus concedit secunda matrimonia, & sustineas in media tran-
quillitate naufragium. Si Timotheo dicitur:Adolescentiores uiduas deuita.Et iterum:Ama
anus,ut matres, adolescentulas, ut sorores cum omni castitate, quare tu me commonentem
non audias? Fuge personas,in quibus potest malæ cōuersationis esse suspitio,nec paratum
habeas illud è triuio, sufficit mihi conscientia mea, non curo quid de me loquātur homines.
Et certe Apostolus prouidebat bona, non tantum coram deo,sed etiam coram hominibus,
ne per illum nomen dei blasphemaretur in gentibus. Habebat utique potestatem sororem 15
mulierem circumducendi, sed nolebat se iudicari ab infideli conscientia. Et quum posset de
euāgelio uiuere, diebus ac noctibus laborabat manibus suis, ne quem grauaret credentium.
Si scandalizat,inquit,esca fratrem,in æternum carnem non manducabo. Dicamus & nos:Si
scandalizat soror,uel frater,non unum & alterum,sed totam ecclesiam,nec sororem uidebo,
nec fratrem.Melius est rem familiarem minui,quàm salutem animæ perire. Melius est amit- D
tere,quod(uelimus,nolimus)aliquando periturum est.Melius est sponte dimittere,quàm id
amittere,pro quo omnia dimittenda sunt. Quis nostrum,nō dicam cubitum, quod enorme
est, sed unius unciolæ decimam partem adijcere potest ad staturam suam? Et soliciti sumus
quid manducemus,aut quid bibamus? Ne cogitemus ergo de crastino. Sufficit diei malitia
sua.Iacob fratrem fugiens, magnis in patris domo diuitijs derelictis,nudus pergit in Meso-
potamiam,& ut nobis fortitudinis pręberet exemplum,lapide capiti supposito,uidit scalam
ad cœlum usq; subrectam, & dominum innitentem super eam, per quam ascendebant an-
geli,& descendebāt,ut nec peccator desperet salutem,nec iustus de sua uirtute securus sit.At-
que,ut multa præteream (neq; enim tempus est, ut assumpti testimonij omnia ediseram)
post annos uiginti diues dominus,& pater ditior,qui dudum Iordanem in baculo trāsierat,
cum tribus turmis gregum in patriam reuertitur.Apostoli toto orbe peregrini, non æs in zo
na,nō uirgam in manu,nō caligas habuere in pedibus,& tamen dicere poterāt:Nihil haben
tes,& omnia possidentes.Et aurū & argentū non est nobis, quod aūt habemus, hoc tibi da-
mus:in nomine Iesu Christi Nazareni,surge & ambula. Non em̄ erant diuitiarū sarcina prę
grauati,& ideo stantes cum Helia in foramine petræ,per angustias acus transire poterant;&
posteriora domini contemplari. Nos uero ardemus auaricia, & cōtra pecunias disputantes,
auro sinum expandimus,nihilq; nobis satis est.Et illud,quod de Megarensibus dicitur, iure
miseris coaptari potest: Aedificant quasi semper uicturi:uiuunt quasi altera die morituri.Et
hæc facimus,quia domini uerbis non credimus,& quia ætas optata cunctis non uiciniā mor
tis,quæ debetur mortalibus lege naturæ,sed cassa spe,annorum nobis spatia pollicetur. Ne-
mo enim tam fractis uiribus, & sic decrepitæ senectutis est, ut non putet se unum adhuc an-
num esse uicturū. Vnde subrepit obliuio cōditionis suę,ut terrenū animal,& iam iamq; sol-
uendum erigatur in superbiam, & animo cœlum teneat. Verum quid ago? Fracta na
ui de mercibus disputo. Qui tenebat,de medio fit, & non intelligimus Antichristum appro- 14
pinquare

A pinquare, quem dominus Iesus Christus interficiet spiritu oris sui. Væh prægnantibus, & nutrientibus in illa die: quorum utrunque de fructibus nuptiarum est. Præsentium miseriarum pauca percurram. Quod rari hucusque residemus, non nostri meriti, sed domini miseri cordiæ est. Innumerabiles & ferocissimæ nationes, uniuersas Gallias occuparunt. Quicquid inter alpes & Pyrenæum est, quod Oceano & Rheno includitur: Quadus, Vuandalus, Sar-
15 mata, Halani, Gipedes, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemani, &(ò lugenda respublica)
16 hostes Pannonij uastarunt. Etenim Assur uenit cum illis. Magontiacum nobilis quondam ciuitas, capta atque subuersa est, & in ecclesia multa hominum milia trucidata. Vãgiones lon-
17 ga obsidione deleti. Remorum urbs præpotens, Ambiani, Attrebatæ, extremiq; hominum Morini, Tornacus, Nemete, Argentoratus, translati in Germaniam. Aquitaniæ, nouemq;
18 populorum Lugdunensis, & Narbonensis prouinciæ, præter paucas urbes populata sunt cuncta. Quas & ipsas foris gladius, intus uastat fames. Non possum absque lachrymis Tolosæ facere mentionem, quæ ut hucusque non rueret, sancti episcopi Exuperij merita præstiterunt. Ipsæ Hispaniæ iam iamq; perituræ, quotidie contremiscunt, recordantes irruptionis Cimbricæ, & quicquid alij semel passi sunt, illæ semper timore patiuntur. Cætera taceo, ne uidear de dei desperare dementia. Olim à mari Pontico, usque ad alpes Iulias, non erant nostra, quæ nostra sunt. Et per annos triginta, fracto Danubij limite, in medijs Romani imperij regionibus pugnabatur. Aruerunt uetustate lachrymæ. Præter paucos senes, omnes in captiuitate, & obsidione generati, non desiderabãt, quam non nouerant libertatem. Quis hoc credet? Quæ digno sermone historiæ comprehendent? Romam in gremio suo, non pro gloria, sed pro salute pugnare? Imò ne pugnare quidem, sed auro & cuncta supellectile uitam redimere? Quod non uitio principum, qui uel religiosissimi sunt, sed scelere semibarba-
ri accidit proditoris, qui nostris contra nos opibus armauit inimicos. Æterno quondam de-
19 decore Romanum laborabat imperium, quod Gallis cuncta uastantibus, fusoq; apud Ita-
B liam exercitu, Romam Brennus intrauit. Nec pristinam poterat abolere ignominiam, donec & Gallias genitale Gallorum solum, & Gallogræciam, in qua confederant orientis occidentisq; uictores, suo imperio subiugasset. Hannibal de Hispaniæ finibus orta tempestas, cum
20 uastasset Italiam, uidit urbem, nec ausus est obsidere. Pyrrhum tanta tenuit Romani nominis reuerentia, ut deletis omnibus, è propinquo recederet loco: nec audebat uictor aspicere, quam regum didicerat ciuitatem. Et tamen pro hac iniuria (non enim dicam superbia) quæ bonos exitus habuit: alter toto orbe fugitiuus, tandem Bithyniæ mortem ueneno reperit. Alter reuersus in patriam, in suo regno occubuit. Et utriusq; prouinciæ, populi Romani uectigales sunt. Nunc ut omnia prospero fine eueniant, prẽter nostra quæ amisimus, non habemus quod uictis hostibus auferamus. Potentiam Romanæ urbis, ardens poeta descri-
21 bens ait: Quid satis est, si Roma parũ est? Quod nos alio mutemus elogio. Quid saluum est, si Roma perit? Non mihi si linguæ centum sint, oraq; centum, Ferrea uox, omnes captorum dicere pœnas, Omnia cæsorum percurrere nomina possim. Et hæc ipsa quæ dixi, periculosa sunt, tam loquentibus, quàm audientibus, ut ne gemitus quidẽ liber sit: nolentibus, imò nec audentibus nobis flere, quæ patimur. Responde mihi charissima in Christo filia, inter ista nuptura es? Quem acceptura uirum, cedo? fugiturũ, an pugnaturũ. Quid utrũq; sequatur intelligis. Et pro Fescẽnino carmine, terribilis tibi rauco sonitu buccina cõcrepabit, ut quas habes pronubas, habeas forte lugẽtes. Aut quibus delitijs affluas, quæ possessionũ tuarũ reditus p̃didisti, quę obsessam familiolã tuam, morbo & fame cernis cõtabescere? Sed absit, ut de te talia sentiã, ut siniſtrum quippiã suspicer de ea, quæ suam domino animã consecrauit. Non tam tibi, q̃ sub tuo nomine alijs sum locutus, quę ociosæ & curiosę, atq; uerbosæ domos circuneunt matronarũ, quarum deus uenter est, & gloria in cõfusione earum, quæ nihil aliud de scripturis, nisi digamiæ præcepta nouerunt, quæ in alieno corpore, sua desideria cõsolantur, ut quod ipsæ fecerũt, alias facere uideãt, & malarũ societate palpentur. Quarum cum impudentiã & propositiones, apostolicarũ sententiarũ imterpretatiõe cõtriueris: legito

quomodo

quomodo tibi in uiduitate seruanda uiuendum sit, librum ad Eustochium de uirginitate ser c
uanda, & alios ad Furiam atque Saluinam: Quarum altera Probi quondam consulis nu
rus, altera Gildonis, qui Africam tenuit, filia est. Hic libellus de monogamia sub nomine
tuo, titulum possidebit.

SCHOLIA

NE uetere uia.) Id significat, quod in Arte poetica præcipit Horatius, ut uulgatum & à mul 1
tis tractatum argumentum, ita tractemus, ut nouum reddatur. Publica materies, priuati iuris
erit & cætera. Via publica est, quam Græci uocant λεωφόρον, quod populus per eam am
bulet. nam λεὼς Atticis populus est. Semita uia est angustior, & à publica diuertens. Ad
Gerontiam.) Nomen huius fœminæ uarie scriptum reperitur in omnibus exemplaribus: quædam ha
bent Geruntiam, quædam Gerutiam, quædam Aggerochiam, alia Acherusiam. Nec magnopere perti
nebat ad ad rem, quo nomine uocaretur, nisi quod mox subijcit: Quæ quodam uaticinio futurorum, ac
dei præsidentis auxilio, nomen accepit. Fortasse legendum, Gyrutiam, propter id quod mox sequitur:
Quam matris, auiæ, amitæq; probatarum in Christo fœminarũ, nobilis in Christo turba circũstat. Gy
rus enim circulus est. Aut Gerutiã, ut à Græco sermone ducatur, γέρας enim Græce honorem ac præ
mium significat. Aut certe Agerusiam, a Græco uerbo ἀγείρω, quod est congrego & concilio. Inuenio
& apud Orosium, Gerontium quendam, à quo Constans Constantini filius interfectus est. Vnde Ge
rontia dicta uideri potest, ab honore: à quo ueteres dixere γέροντα. Honorificum autem tot egregijs fœ
minis cingi. Quarum auia.) Ne intelligas hanc esse auiam earum, quas modo nominauit: sed qua 2
rum, posuit distributiue, pro inter quas, siue ex quibus: ueluti quum dicimus, quorum fuit Plato, id est,
de quorum numero fuit. Soror Celerini patris.) Et hic locus in omnibus, quæ quidẽ uiderim, exem
plaribus deprauatus habetur: uerum non obscurum est, quo modo restituendus sit. Nimirum ut legas,
soror Celerini patris, quæ Gerontiam nutriuit infantem, & in suo natam suscepit gremio, per annos ui
ginti, mariti solatio destituta: erudit neptem, quod à matre didicit. Si quidem auia Gerontiæ, Metronia
uocabatur, mater Benigna, pater Celerinus: amita, hoc est, soror patris, educauit neptem Gerontiã. Nisi
quod opinor asscriptum fuisse nomen amitæ, quæ Agerontia, aut simile quippiam, dicta uidetur.
Quod à matre.) Incertum an à matre Gerontiæ, an à sua, sed uerisimilius est hanc à sorore didicisse,
quod neptem doceret suam. Posthumus.) Posthumi uocantur, qui patre defuncto nascuntur. Ma
ritus igitur Gerontiæ Simplicius est dictus: quod nomen inditum est filio, ut patrem referret etiam no D
mine, nec uideretur perdidisse suum Simplicium mater. Loci huius continentiam.) Continen 3
tiam uocat, non materiam, ut uulgus loquitur indoctum, sed contiguitatem: continens enim dicitur,
quod adhæret & contingit. Sentit autem, se uelle explicare, quæ locum hunc proxime præcedunt, &
quæ sequuntur, quo melius intelligatur. Ne transuersum quidem.) Vnguem latum intelligit, quod
prouerbio solet dici, pro minimo spatio. Hoc enim κατασχιωιῶσιν, Græcus s. s.) σχιωιᾶν est li
centius & immoderatius agere, quod mihi uidetur commodissime reddi posse, si dixerimus, lasciuire.
Vocem compositam putant, ἄχρι τοῦ σφεῖν, quod est auferre, & ἀνία, id est, habenæ: ut trãslatum sit ab
animantibus brutis, quæ freno, uel habenis reuulsis suo feruntur arbitrio, & pastu ferocientia non ob
temperãt habenis. Siue à σχιωνῦν, quod est durum, propterea quod iam intractabiles sint, nec regi pos
sint. Deinde præpositio κατὰ addita in compositione, significat incommodum aliquod eius qui appoui
tur in genitiuo. Siquidem hæc præpositio, quoties hunc asciscit casum, reddit uerbum relatiuum, & fe
re significat in malam partem, ut καταφρονῶ & καταφηφίζομαι, id est, sentio in contemptum alicuius,
& fero suffragium aduersus hunc aut illum. Ita καταχριωιᾶν τοῦ χριστοῦ, est lasciuire in contumeliam & in
iuriam Christi, seu ferocire aduersus Christum, cuius prætextu alitæ sunt usque ad intemperantiam.
Ambrosius utitur huiusmodi translatione. Cum enim in delitijs egerint in Christo, nubere uolunt. Pro
inde miror, unde inuaserit hoc uerbum, fornicatæ fuerint. Magis quadrat, quod habetur in æditione
uulgata, luxuriatæ. Aliud enim luxuria, aliud libido. Sed de his copiosius disseruimus in Annotationi
bus nostris in Nouum testamentum æditis. Risit & arguto.) Versus est ex Elegijs amatorijs Oui 4
dij. In boue & asino.) Hoc Iudæis erat prohibitum, ne ararent in boue & asino, ut patet Deutero
mij capite xx: Quem locum diuus Hieronymus traxit ad allegoriam imparis matrimonij, sic enim uo
cauit superius, quod fidelem copulat cum infideli. Ne tunica nuptialis.) Est in eodem capite: ne fas
esset uti ueste partim ex lana, partim ex lino contexta. Non minus sexagenariam.) Paulus in episto
la ad Timotheum prima cap. v. uetat ne qua uidua recipiatur in ministerium ecclesiæ, minor sexaginta
annis. Quæ uere uiduæ sunt.) Respexit ad etymologiam uerbi, nam Latinis priscis, uiduare, erat spo
liare & orbare. Vnde & uiduertatem, calamitatem appellãt. Et Græcis χήρα dicitur, à χωρῶ, quod est se
paro, aut à χαρὰ, quod est gaudiũ, διατ' ἀντίφρασιν, quasi sit omnibus oblectamẽtis orbata. Corban.)
In euãgelio Mat. cap. xxv. δῶρον legitur, id est, donũ. Hieronymus hic Hebraicã addidit uocem קָרְבָּן
quod ea significet, non quoduis donum, sed proprie quod templo dicatur. Vnde & locum in quo dona
huiusmodi seruabantur, corbanam uocabant. Inferiarum officium.) Inferias parentalia uocant, 5
ab in-

A ab inferendo ultimum illum honorem, quem cognati exhibent defunctis. Vetat autem lex Mosaica, sacerdotem contaminari ullius funere, nisi uxoris, matris, filiæ & sororis, si uirgo fuerit. Castitatem reperit perditricem.) Vel quia debilitato corpore, uel quia impia sit, & nihil conferens ad salutem. Hierophanta.) Græce ἱεροφάντης dicitur, qui ostendit & ordinat mysteria sacrorũ, ab ἱερὸν sacrum, & φαίνω ostendo. Ponitur & pro sacrificio, nonnunquam pro ædituo. Euirat uirum.) Ita quidẽ consentiunt exemplaria. Ego tamen legendum arbitror, euiratur: ut intelligas hierophantam, hoc est, sacerdotem apud Athenienses castrari, & execari, ne libidine contaminetur: cuiusmodi sunt Galli Cybeles sacerdotes. At nunc non admittuntur, nisi hac quoque parte integri. Flamen.) Flamines erant sacerdotes quidam Romæ, sic dicti, quasi filamines, quod in summo uertice lanea fila gestarent. Alij putãt à pileo dictos, quasi pileamines. Tauri Aegyptij.) Apim bouem intellige, quem olim Aegyptij
6 numinis loco colebant. De quo permulta Herodotus in Thalia. Vestæ uirgines.) Vestales uocantur quæ æternum ignem seruabant, harum si qua incestus cõuicta fuisset, uiua defodiebatur. De quibus copiosissime Plutarchus in uita Numæ. De sacerdote lex extat apud Senecam: Sacerdos pura sit è puris, casta è castis. Apollinis.) De Apolline & Diana testatur Horatius in Odis: Dianam teneræ dicite uirgines. Intonsum pueri dicite Cinthium. Iunonisq; Achiuæ.) Opinor legendum, Argiuæ pro Achiuæ: cuius mentionem facit & Vergilius. Reginam Carthaginis.) Didonem intelligit, quæ cum procum Hiarbam spreuisset, & ab Aenea desereretur, gladium adegit pectori, mor malens, quam procos contemptos rursum sequi, corpus exanime rogo impositum, quem ipsa extruxerat. Narrat Vergilius in quarto Aeneidos. Hasdrubalis uxorem.) Huius meminit L. Florus in librum T. Liuij li. præterea Valerius Maximus libro tertio, capite secũdo. Carthagine, inquit, cap a, uxor Hasdrubalis exprobrata ei impie ate, quod a Scipione soli sibi impetrare uitam cõtentus fuisset, dextra læuaq; treis communes filios mortem non recusantes trahens, incendio se flagrantis patriæ obiecit. Cæterum
7 Lucretiæ fabula, quæ sibi sua manu necem conscinit, notior est quàm ut hic sit recensenda. Gens Teuthonum.) Hæc historia narratur à Valerio Maximo, libro Memorabilium sexto, capite De pudicitia, sed paulo diuersus quàm Hieronymus. Ait enim, uxores Cimbrorum à uictore petisse, ut uirginibus Vestalibus dono mitterentur, nec minus caste, quàm illas se uicturas. Id cum esset negatum, mortis consilium cœperunt. Refert Plutarchus in uita Marij, & Florus in epitoma Liuianæ historiæ lib. lxviij si quis forte plenius de his edoceri cupiet. Cereris ac Veneris.) Suspicor hic subesse mendum, etiam si ad hunc modum constanter habent exemplaria. Arbitror pro Veneris scriptum fuisse, Vestæ,
B quam uocem cum sciolus ille, quisquis fuit, in suo Catholico non reperisset, Vestam mutauit in Venerem. Siquidem Cereri quoque à puris mulieribus sac a fiebant, adeo ut nefas esset uiros interesse. Ipsa digitorum coniunctio.) Vt nunc calculis, ita quon dam digitorum notis supputabant, ut testatur Iuuenalis, Plinius, & Donatus in Adelphos Terentij, hoc est, explicitis aut contractis digitis numerum quem uolebant, significabant. Quæ ratio computandi manet hodie quoq;, sed diuersa. Porrò ueteres molliter coniunctis digitis, triginta significabant: reliquis digitis uno superiore pressis, sexaginta. Potrò post nonaginta nouem, à sinistra ad dextram transferebatur supputatio, isdemq; digitis, sed non ea
8 dem manu, uelut in circulum computat.o recurrebat. Hæc ad hunc locum intelligendum satis sunt: qui plura uolet cognoscere, legat nostra in primum aduersus Iouinianum librum scholia. Herodi impijssimo.) Christus apud Lucam admonitus ut secederet, quod Herodes pararet eum occidere. Ite, inquit, & dicite uulpi illi: Ecce ejcio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras. Vulpes autem habent suas latebras in spinetis. Vnde Vulpes foueas habent. Mundi amatores neglecto sermone diuino, in diuitijs acquiescunt. Publicarum lib dinum uictimas.) Iisdem uerbis & superius significauit passim prostitutam pudicitiam. Ante annos plurimos.) Ex hoc loco apparet, diuum Hieronymum aliquando Damaso à sacris libellis fuisse, quem nunc secretarium uocant, in his quæ pertinent ad consultationes Synodicas. Post tantas rudes.) Nisi locus deprauatus est, sentit toties libertatem redditam, mortua uxore seu marito. Nam rudis, uirga, qua gladiatores missionem accipiebant à sanguinario ludo. Vnde & milite ab onere militiæ dimissi, rudiarij uocantur. Fit autẽ liber maritus si moriatur uxor,
9 & quasi rude donatur. Quem quis prior efferret.) Elegantius erat, uter utrum efferret, siue uter alterum efferre. Quanquam & hæc loquendi forma reperitur apud autores secus quàm præcepit Laurentius Valla. Nouũ est & illud, q̃ quũ de uiro & fœmina loquitur, dixerit quem quis. Cæterum efferret, pro sepeliret, elegantissime dixit. Verum totus hic locus in exemplaribus habebatur confusissimus, nec uno modo deprauatus. Nos collatis ac pensiculatis diligenter omnibus, ita legendum censemus. Post tantas rudes, quem quis prior efferret, uicit maritus: & totius urbis populo confluente coronatus, & palmã tenens adoriamq;, per singulos sibi acclamantes, uxoris multinubæ feretrũ præcedebat. Nam ueteres gloriam seu uictoriã, adoriam uocabant: quo uerbo usus est & in Odis Horatius: ab ador, quod illi far dicebãt, & palma uictoris insigne erat. Porrò uictori in triũpho incedenti acclamabatur undiq;: Io triumphe. Huc lepide allusit Hiero. Festiuiter aũt nouauit cõpositionẽ huius uerbi multinubæ, Græcos imitatus, πολυγάμους, sicut superius nouã uocẽ finxit, nupt ator: cũ ea nusq; sit apud autores quod equidẽ memini. Quarũ tibi abundãs.) Si liceret ab exemplaribus cõsentientib. dissentire, malim, abunde legi.

In eo

In eo facilior est.) Nonnulli codices habebãt,in eo felicior:utraq; lectio tolerabilis. Erunt duo in c
carnem unam.) Vides Hieronymum non ita citare hunc locum,ut habetur in uulgatis exemplaribus: 10
Erunt duo in carne una,sed in carnem unam.Sic enim scribendum esse,satis declarat quod sequitur:Et
non in duas nec in treis.Et Græca respondent, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν, ut intelligas è duobus,
uelut unum hominem fieri matrimonio. Quanquam hunc locum nonnihil torquet Hieronymus.

Quanquam Christi conciliabula.) Quid ad hunc locum dicent,qui conciliabulum interpretantur
diaboli concilium,quasi per contemptum dicatur cõciliabulum? Hieremias captiuitate prod.) Hoc
legitur apud hunc prophetam cap.xvi Mortua est,inquit.) Et hunc locum nonnihil torquet Hiero
nymus.Est autem apud ipsum prophetam cap.xxiiij.Locutus sum ergo ad populum mane,& mortua
est uxor mea uespere &c. Nec ducturus uxorẽ.) Hieremias ducturus erat,nisi fuisset prohibitus.Eze 11
chiel duxerat,sed liberatus est,ut explicaret ænigma. Modo audit Petrus.) Ex hoc loco diuus Hiero
nymus uidetur in hac fuisse sententia,ut putaret,Christianis non licere bellare: quod utinam omnibus
persuasum esset,certe minus insaniremus huiusmodi tumultibus,quorum nullus est finis,quum omnes
ferè nascantur ex ambitione principum. Marcion calumniator.) Hic hæresiarcha fuit Cerdonis do
gmata sequutus.Is duo principia inter se pugnantia finxit: eum qui deus est legis ac prophetarũ,nega
uit patrẽ esse Christi: quod Christi pater bonus esset,ille iustus esset,non bonus: atq; ita separauit legem
& Euangelium,quasi nec ab eodem profecta: & illa esset iustitiæ,hoc bonitatis.Autor Augustinus in li
bro De hæresibus ad Quoduultdeum. Principio & fine.) Magis arridet quod in scriptis inuenio co
dicibus,principium & finis: ut eundem deum dicat principium & finem,alpha & ω. Principium in le
ge Mosaica,finẽ in Euangelio. Feruente fœcunditate.) Ita habebant exẽplaria quę uiderim. Verum
dubium non est,quin legendum sit,Fenennæ.Helcana duas habuit uxores,Annam,& Fenennam.An
na post diutinum tædium sterilitatis,tandem peperit Samuelem tantum uirũ.Historia est in primo Re
gum libro,cap.i. Licet & monogamia,nos.) μόνος Græce solus, γάμος coniugium significat: inde
monogami,qui semel & uni duntaxat nubunt.Nec enim Isaac aliã habuit uxorem, nec Rebecca alium
uirum. Cuius solus partus.) Nulli contigit grauidæ,ut dominus prædiceret,quid esset futurũ:Duo, 12
inquit,populi ex utero tuo diuidentur,& minor superabit maiorem.Et sola Rebecca per se consuluit do
minum,quid esset quod sentiret infantes in utero concertantes. De Esrom & Phares.) Videtur in
contextu Hieronymi manifestus error in Esrom pro Zaram. Constat enim quod iuxta Matthæũ cap.
primo:Iudas genuit Phares & Zaram de Thamar.Expendant hoc eruditi. De scorto prophetico.)
Est in Osee de uxore fornicaria & filijs fornicationis. De Annæ cõsilio.) Intelligit inutile & pernicio
sum consilium.Anna soror Didûs,apud Verg.in quarto libro Aeneidos, eam impulit in amorem Ae D
neæ,prætextu coniugij. Promissa Sicheo.) Sic habebant omnia exemplaria,uerum Seruius admo
net legendum,Sicheio,pro Sicheo,ut sit adiectiuũ. Hoc admonui,ne quis statim deprauet hunc locum.

Pyram,gladium & incendium.) Pyram,id est,rogum,quem Dido domi extruxerat ad exurẽda mo
numenta Aeneæ.Gladium,ab illo relictum quo se confodit.Et incendium,hoc ex historia,ut opinor,ad
didit Hieronymus.Nam Vergilius aliter rem narrat. Si Timotheo dicitur.) Et huic loco nonnullã
uim facit diuus Hieronymus. Nec enim illic agit Paulus de periculo quod immineat pudicitiæ Timo
thei,sed de uiduis,quæ sint suscipiendæ in curam ecclesiæ,& ecclesiastica stipe sustinendæ:nec est Græ
ce,deuita,sed παραιτοῦ, id est,reijce ac refuta,siue,ne admittas. Sororem mulierem.) Hoc scribit Paulus 13
primo ad Corinthios cap.ix.quod cum Cephas, reliquiq; apostoli circunducerent mulieres, quæ sum
ptus ad Euangelium subministrabant,ipse tamen noluerit idem facere,ut pure prædicaret Christũ absq;
ulla quæstus suspicione. Vnius unciolæ.) Assis uncia,& cætera huiusmodi nomina,communia sunt
ad pondera,mensuras & numeros. Malitia sua.) λαπία, quod miseriam quoq; significat. Malum
apud Latinos aliquando significat,non uitiũ,sed incommodum. Malitia non item: at κακία apud Græ
cos utrunq;:& magis conueniebat hic miseria.Iubet enim,ne solicitudine futuri simus miseri ante tem
pus,& calamitatem uitæ duplicemus. In nomine Iesu.) Verba sunt Petri ad claudum Actuum cap.
iij. De Megarensibus.) Megara Græca ciuitas,media inter Peloponnesum, Atticam & Boœtiam.
Hij quondam male audiebant,id quod declarat & prouerbium,quo dictum est: Megarenses neque ter
tios esse,neq; quartos,nec in ullo numero.Dictum est autem hoc in eos,quod ædificarent magnifice,&
ijdem uitam uiuerent uoluptariam: ita fruentes gaudijs uitæ, quasi postridie è uita migraturi. Auidius
enim fruimur ijs,quibus mox carituri sumus. Qui tenebat de medio.) Refert Pauli uerba ex episto 14
la secunda ad Thessalonicẽses cap.ij. Tantũ ut qui tenet nunc,teneat,donec de medio fiat.Hoc quidam
de Nerone dictum accipiunt.Hieronymus uidetur alio deflectere. Residemus.) Dixit pro residui seu
reliqui sumus:unde & residem dicimus. Inter alpes & Pyrenæum.) Nam Galliarum finis est mons
Pyrenæus, quà spectant Hispaniam. Alpibus ab Italia diuiduntur, Rheno a Germania.Et altero latere
Thuscum pelagus attingunt,altero Oceanum,ut refert Pomponius Mela.Sentit igitur uniuersam Gal
liam. Quadus,Vuandalus.) Et de nominibus harum gentium,& unde uenerint,magna apud scri
ptores dissensio est. Satis constat, ex ultimis Germaniæ finibus exortos, non solum Gallias, uerum
etiam Italiam, Pannonias, Hispaniam, Græciam peruasisse, de quibus qui plenius uolet cognoscere, le
gat se

A gat ſeptimum Oroſianæ hiſtoriæ librum, Scholijs breuitas conuenit. Et ô lugenda reſpublica.) Hic interpoſuit exclamationem, quod ipſe Pannonijs finitimus eſſet, ut teſtatur in Catalogo ſuorum ope/
15 rum, Stridonis oppidum, in quo natus fuit, Pannoniæ Dalmatiæq; confinium fuiſſe, ſubuerſum à Got/ this. Quanquam hic locus mihi non uidetur uacare mendo. Suſpicor legendum: & ô lugenda res, ac publica, additum fuiſſe a ſcriptore parum erudito. Porrò quod hoſtes hic addidit, quaſi illi hoſtes non fuerint, ad emphaſim facit, eos hoſtes eſſe, quos conueniebat eſſe amicos, utpote Romano ſubditos im/ perio. Etenim Aſſur uenit.) Retulit locum ex pſalmo octogeſimoſecundo, ubi commemoratis mul/ tis hoſtium nominibus, Idumęis, Iſmahelitis, Moabitis, Agarenis, Gebalitis, Ammonitis, Amalechitis, Alienigenis, Tyrijs, ad ſummam uelut acerrimũ hoſtem ſub ecit. Etenim Aſſur, inquit, uenit cum illis.
16 Facti ſunt in adiutorium filijs Lot. Ita dolet Pannonios adiunctos fuiſſe Barbaris. Magontiacum.) Extat hodiernis quoque temporibus inclyta ciuitas Magontia, ſiue Magontiacum (utrunque enim apud Oroſium legitur) cum plurimis alijs inſignis dotibus, tum uero archiepiſcopali ſede pręmineńs, celebri bonarum literarum Gymnaſio nobilis, ac multis adhuc antiquitatis uiſenda monumentis. Po/ ſtremo non ſolum ueterum, hoc eſt, alienis clara literis, ſed & ſuis ingenijs illuſtrata: quippe quæ cum alios permultos omni doctrinæ genere præſtantes uiros ædidit, tum uero præcipue Theodoricum Greſmundum, hominem ab ipſa natura ad humanitatem, ad bonas literas, ad eloquentiam illam uere Atticam, ſculptum ac factum. Huic urbi omnes bonarum literarũ ſtudioſi non parum debent, ob egre/ gium illud ac pene diuinum inuentũ, ſtanneis typis excudendi libros, quod illic natum affirmant. Gens olim annumerata Gallijs, utpote citeriorem Rheni ripam incolens, nunc & ditione, & cultu, & lingua: denique (quod eſt præcipuum) morũ quoque humanitate, modeſtia, fide ſic Germana, ut nõ alia Ger
17 manior. Vangiones.) Hos plerique Vuormacienſes uideri uolunt. Extremiq; hominum Mori/ ni.) Maronis hemiſtichium retulit ex octauo Aeneidos. Hos Solinus ad Gallicum Oceanum extre/ mos orbis facit, niſi ſequeretur inſula Britannia, uelut alter orbis. Extat, imò extabat hoc nomine in Pi/ cardia ciuitas epiſcopalis, quam uulgus Terrouanam uocat. Ea quum hæc ſcriberemus, magna ui op/ pugnabatur à duobus regibus, Henrico octauo Britanniæ principe, & Maximiliano imperatore, adiu/ uantibus & Burgundionibus noſtratibus. Deditio facta eſt: dimiſſi milites incolumes: poſtea noſtris, opinor, agentibus, oppidum indigne deletum eſt. Tornacus.) Hæc ciuitas, ut in hoc catalogo ſucce/ dit Morinis, ita in calamitate ſucceſsit. Mox enim à Morinis deletis, Tornacum opulentiſſimum ac flo rentiſſimum oppidum obſideri cœptum. Et quoniam parum cõueniebat inter plebeios & nobiles, de/ ditio facta eſt, ut omnibus ſaluis in ditionem Britannorum uenirent, ciuitas alioqui libera: cuiuſmodi
B ſunt aliquot in cõfinijs Francicæ ditionis, & Burgundicæ. Sed quoniam uidebantur ſemper in Gallos propenſiores fuiſſe, quàm in noſtros, & quia bellum oppidum, bello tentatum eſt, nõ euerſum. Tene/ tur etiamnum ab Anglis. Atque utinam Chriſtiani principes, quos maxime conueniebat autores pa/ cis eſſe, ſi modo uere Chriſto adhærerent, uel decimam partem earum pecuniarum, ſolicitudinum, labo rum, periculorum inſumerent ad pacem tuendam, ad rempub. bene adminiſtrandam, quæ nunc in teter rimum bellum inſumunt, nimirum aut nulla eſſent bella, aut certe pauciſſima. Nemo neſcit, Morinum alterum minoris extrui potuiſſe, quàm obſeſſum fuit: & tamen uix duos menſes ea durauit obſidio. Nec unquam ad manus uentum eſt. Neque enim unicum illud prælium, quo proceres aliquot Gallo/ rum in Britanniam abducti ſunt, nominatim eximius iuuenis, dux Longeuillenſis, & præfectus Clare/ montanus, prælium appellari poteſt. Verum hæc alias deplorabimus, nunc ſcholiorum meminiſſe præ ſtiterit. Nemetæ.) Hos nunc Spirenſes eſſe, doctorum conſenſus eſt. Vrbs hodie inter Germanicas haudquaquam poſtremi nominis: neque ſolum epiſcopali ſede inſignis, uerumetiam templo admiran dæ ſtructuræ, & regum Germaniæ ſepultura nobilitata. Argentoratus.) Hæc ciuitas hodie inter German cas uel florentiſſima eſt, non ſolum opibus, ac non Rheno tantum præterfluente, libertate per petua, diuturna pace, qua iam olim ſub clementiſſimo Cæſare Maximiliano ſemper Auguſto, fruun/ tur: uerum multo magis ciuium moribus, magiſtratuum prudentia, ſimul & integritate: quorum ope/ ra fit, ut quemadmodum olim à Maſſilienſium, ita nunc ab Argentoratorum republica, uniuerſa uirtu/ tum & recte inſtitutæ ciuitatis exempla petere poſſ s. Ad hæc, quod ego ſanè uel in prima nobilitatis parte poſuerim, in nulla gente plus honoris habetur uel egregiæ uirtuti, uel excellentibus ingenijs. Vnde fit, ut non alia magis abundet ſummis uiris, in quibus & eruditionem commendat morum in tegritas, & morum integritatem ornat eruditio. Vulgò nunc Strasburgum appellant, nonnulli Ar/ gentinam: cui ſi quis ex re nomen commutare uelit, non abs re dixerit Aurentinam. Huius nunquam ſatis laudatæ urbis, laudibus diutius immorari liberet, niſi uererer, ne quis me dicat Scholiorum obli/
18 tum, ſcribere Panegyricum. Nouemq; populorum.) At Plinius plures etiam commemorat Lugdu nenſis Galliæ populos. Irruptionis Cimbricæ.) De qua ſuperius di ſtum eſt, quum de Teuthoni/ bus loqueremur à Mario deuictis. Olim à mari Pontico.) Locus hic nonnihil uidetur deprauatus, quamuis conſentiunt exemplaria, quæ quidẽ uiderim. Arbitror ita fuiſſe ſcriptum à Hieronymo, Olim à mari Pontico, uſque ad Alpes Iulias, non ſunt noſtra, quæ noſtra ſunt: & per annos triginta, fracto Danubij limite, in medijs Romani imperij regionibus pugnatur. Aruerunt &c.) Oſtendit enim hoc

malum tam diutinum esse ac uetus, ut exhaustæ sint lachrymæ lõgo fletu. Semibarbari proditoris.) C
Nisi fallor, intelligit Ruffinum, aut certe Stiliconem, de quo superius dictum est. Eundem notauit in epi
stola ad Demetriadem. Romam Brennus.) Brennus dux erat Gallorum, à quibus olim Roma ca- 19
pta fuit. Sed hos Camillus, dum aurum quod erat pactum appenderetur, expulit urbe. Narrat Plutar
chus in uita Camilli, & Liuius primæ Decadis libro quinto. Gallograciam.) Quam alio nomine
Galatiam uocant, Græciæ pars est, quã Galli occuparant. Hannibal de Hispaniæ finibus.) Primum
enim trãsito contra fœdus Ibero flumine, Saguntum Hispaniæ oppidum, Romanis societate iunctum,
expugnauit. Cæterum ipsum Hannibalem tempestatem uocat. Quod autem hic narrat Hieronymus,
id accidit post Cannensem pugnam, in qua ceciderunt Romanorum quadragintaquinque milia. Tan
taq; Romæ consternatio fuit, ut si Hannibal Maharbalis consilium sequutus, cum uictore exercitu re
cta Romam, quæ iam in conspectu erat, perrexisset, actum fuisset de imperio Romano. Vnde cum pœ
niteret Hannibalem, quod ea non esset usus occasione, dictum est illud: Vincere scis Hannibal, uictoria
uti nescis. Aut potius cum uia Appia profectus ad Anienem fluuium, tertio ab urbe miliario consedit,
magna omnium consternatione. Sed religione quadam abstinuit, quod diceret, capiendæ urbis modo
non dari uoluntatem, modo non dari facultatem, ut testatur & Orosius. Pyrrhum tanta.) Hic rex 20
fuit Epirotarum, longo bello conflictatus cum Romanis: qui ad uigesimum ab urbe lapidem castra po
suit. Bonos exitus.) Id est, iustos. Nam Hannibal crudelis male perijt, alter ob reuerentiam Roma
næ urbi habitam, in regno occubuit. Aut bonos, id est, felices, quia neuter uicit Romam. Nam hoc ex
plicant quæ sequuntur: Et utriusque prouinciæ Romani populi uectigales sunt. Alter toto orbe.)
Hannibalem intellige, qui apud Prusiam Bithyniæ regem ueneno se peremit, cum deposceretur à Ro
manis. Ardens poeta.) Id est, Lucanus, quod sit concitatus & uehemens. Non mihi si linguæ 21
centum.) Maronis carmen, mutatis aliquot uerbis, ad suam accommodauit sententiam. Fugiturum
an pugna.) Elegans dilemma, quãquam id quod inferendum erat, cogitationi relinquit, ut sit atrocius.
Est enim & hoc rhetorici schematis genus. Pro fescẽnino.) Id est, pro nuptiali carmine, de quo supe
rius dictum est. Quæ ociosæ & curiosæ.) His uerbis describit Paulus uiduas, quæ non sunt uere ui
duæ. Malarum societate palpentur.) Id est, demulceantur. Vnde & palpones uocamus adulatores,
quod adulantes caput demulceant, & eodem modo blandimur equis. Subest autem sententia, quæ uul
go tritissima est, miserum esse solatij genus, socium habere miseriæ.

ANTIDOTVS. In hac epistola duriuscule, ac pene contumeliose, insectatur digamiam, cum eam
extra numerum ponit, negans illam in terra bona nasci, sed in spinetis: nec per se bonas uideri uult se
cundas nuptias, etiamsi turpioribus anteponuntur. Illud fortasse uidebitur cõtumeliosius: Si scortis me
lior sit: si publicarum libidinum uictimas superet: si uni prostituta sit, non pluribus. Et in fine epistolæ
palàm malas uocat digamas: Et malarum, inquit, societate palpentur. Nam ecclesia nunc tantum hono D
rem habet etiam secundis ac tertijs nuptijs, ut sacramentum uocet. Verum diuus Hieronymus arden
tissimo quodam amore pudicitiæ nonnunquam iniquior est matrimonio, potissimũ si iteretur. Et haud
scio an illa ætate ecclesia matrimonium numerarit inter sacramenta. Certe Dionysius quum ex profes
so de his tractet, matrimonij nullam facit mentionem. Præterea necesse erat, Hieronymum in hanc par
tem esse uehementiorem, quod ad libidinem satis ipsi ferimur: & exoriebantur illa tempestate, qui ma
trimonium pene anteponerent cœlibatui. Quin hodie quoque theologi quidam plus satis, meo qui
dem iudicio, laxant habenas coniugatis, quum Hieronymus interpretetur cubile immaculatum, quo
ties uir & uxor studio castitatis, in matrimonio uirginitatem imitantur.

ALIVD. In eadem apparet in hac fuisse sententia, ut existimaret in lege Mosaica licuisse belligera
ri, in Euangelica non idem permitti, cum Christus iusserit Petrum recondere gladium. Quod utinam
simpliciter Christianis omnibus esset persuasum, ut nulla purgatione sit opus, quibus hodie nimiũ pla
cet bellum. Nam hæc Christi mens omnino fuisse uidetur, ut tolerantia superent Christiani, non armis.

ALIVD. In eadem scribit, laicos eadem lege teneri, qua sacerdotem, nempe monogamiæ. Quod
non accipi debet ueluti decretum, sed uelut ab argumentante dictum ad præsentem utilitatem causæ.

ALIVD. In Paulo duas ponit uoluntates: alteram, qua uoluit id quod uere probauit, hoc est, mono
gamiam: alteram, qua nolens uoluit, hoc est, permisit quod non probauit, ne quid deterius accideret, ut
digamiam. Sed hisce de rebus plura dicemus in libros aduersus Iouinianum.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ad preces amici Gaudentij, docet quibus rudimentis imbuenda sit rudis ætas puellæ, uirginitati de
stinatæ, priusquam boni malíq; discrimen nouerit.

HIERONYMVS AD GAVDENTIVM DE
Pacatulæ infantulæ educatione.

CAusa difficilis paruulæ scribere, quæ non intelligit quid loquaris, cuius animum 1
nescias, de cuius uoluntate periculose promittas, ut secundum præclari oratoris
exordium, spes in ea magis laudanda sit, quàm res. Quid enim horteris ad con

tinentiam

A tinentiam,quæ placẽtas deſiderat?quæ in ſinu matris garrula uoce balbutit:cui dulciora ſunt mella,q̃ uerba?Audiat profunda Apoſtoli,quæ anilibus magis fabulis delectatur?Prophe tarum ænigmata ſentiat, quam triſtior gerulæ uultus exagitat?Euangelij intelligat maieſta/ tem,ad cuius fulgura omnis mortalium ſenſus hebetatur?Vt parenti ſubijciatur horter,quæ manu tenera ridentem uerberat matrem?Itaq; Pacatula noſtra hoc epiſtolium poſt lectura ſuſcipiat.Interim modo literarum elementa cognoſcat:iungat ſyllabas,diſcat nomina, uerba conſocietatq; ut uoce tinnula iſta meditetur,proponantur ei cruſtula,mulſa præmia,& quic quid guſtu ſuaue eſt,quod uernat in floribus,quod rutilat in gemmis,quod blãditur in pup
2 pis,acceptura feſtinet.Interim & tenero tẽtet pollice fila ducere:rumpat ſæpe ſtamina,ut ali/ quando non rumpat: poſt laborem luſibus geſtiat: de matris pendeat collo, rapiat oſcula propinquorum,pſalmos mercede decantet:amet quod cogitur diſcere,ut nõ opus ſit,ſed de/ lectatio:nõ neceſſitas,ſed uoluntas.Solent quædam, cum futuram uirginem ſpoponderint, pulla tunica eam induere,& fuluo operire pallio, auferre linteamina,nihil in collo,nihil in ca pite auri ſinere:reuera bono cõſilio,ne habere diſcat in tenero,quod poſtea ponere compel/ latur.Alijs uero econtra uidetur.Quid enim,aiunt,ſi ipſa non habuerit,habentes alias nõ ui debit? Φιλόησμον genus fœmineum eſt,multasq; etiam inſignis pudicitiæ,quamuis nulli uirorum, tamen ſibi ſcimus libenter ornari. Quin potius habendo ſatietur, & cernat laudari alias,quæ iſta non habeant.Meliusq; eſt,ut ſatiata contemnat, quàm non habendo habere deſideret.Tale uero quid & Iſraelitico feciſſe populo dominũ,ut cupientibus Ægyptias car/ nes, uſq; ad nauſeam & uomitum præberet examina coturnicum, multosq; ſeculi prius ho/ mines,facilius carere experta corporis uoluptate, quàm eos,qui à pueritia libidinem neſciãt. Ab alijs enim nota calcari, ab alijs ignota appeti. Illos uitare pœnitendo ſuauitatis inſidias, quas fugerunt. Hos carnis illecebras, dulci titillatione corporis blandienteis, dum mella pu/ tant,uenena noxia reperire. Mel enim diſtillare labia meretricis, quod ad tẽpus impinguat ueſcentiũ fauces,& poſtea felle amarius inuenitur. Vnde & in domini ſacrificijs,mel non of/
B ferunt,ceraq; cõempta, quæ mellis hoſpitium eſt,oleum accenditur in templo dei,quod de amaritudine exprimitur oliuarũ. Paſcha quoq; cum amaritudinibus comedi in azymis ſyn/ ceritatis & ueritatis, quas qui habuerit,in ſeculo perſecutionem ſuſtinebit. Vnde & prophe/ ta myſtice cãtat: Sedebã ſolus,quia amaritudine repletus ſum. Quid igitur?Luxuriandũ eſt in adoleſcẽtia,ut poſtea luxuria fortius cõtemnatur? Abſit uero,inquiunt. Vnuſquiſq; enim in qua uocatione uocatus eſt,in ea permaneat.Circumciſus quis,id eſt,uirgo uocatus eſt, nõ adducat præputium,hoc eſt,non quęrat pelliceas tunicas nuptiarum,quibus Adam eiectus de paradiſo uirginitatis,indutus eſt.In pręputio quis uocatus eſt,hoc eſt,habens uxorem,& matrimonij pelle circũdatus, non quærat uirginitatis & æternæ pudicitiæ nuditatem, quam ſemel habere deſiuit, ſed utatur uaſe ſuo in ſanctificatione & pudicitia, bibatq; de fontibus
3 ſuis,& non quærat ciſternas luparũ diſſipatas,quæ puriſſimas aquas pudicitiæ cõtinere non poſſunt.Vnde & idem Paulus in eodem capitulo,de uirginitate & nuptijs diſputans,ſeruos carnis uocat in matrimonio conſtitutos. Liberos eos,qui abſq; iugo nuptiarum,tota domi/ no ſeruiunt libertate. Quod loquimur,non in uniuerſum loquimur, ſed in parte tractamus: nec de omnibus,ſed de quibuſdam dicimus.Ad utrunq; enim ſexum,nõ ſolum ad uas infir/ mum,noſter ſermo dirigitur. Virgo es,quid te mulieris delectat ſocietas? Quid fragilem & ſutilem ratem magnis cõmittis fluctibus, & grande periculum nauigationis incertæ ſecurus aſcendis?Neſcis qd deſideres,& tamẽ ſic eis iungeris,quaſi aut ante deſideraueris, aut(ut le/ uiſſime dicam) poſtea deſideraturus ſis.Sed ad miniſterium iſte ſexus eſt aptior.Elige ergo anum deformẽ,elige probatæ in domino continentiæ.Quid te adoleſcentula,quid pulchra, quid luxurioſa delectat?Vteris balneis,cute nitida, rubicundis genis incedis, carnibus ueſce/ ris,affluis diuitijs,precioſa ueſte circundaris, & iuxta ſerpentem mortiferum ſecure dormire te credis?At nõ habitas in eodem hoſpitio.In nocte duntaxat. Cæterum totos dies in huius confabulatione conſumis. Quare ſolus cum ſola, & non cum arbitris ſedes,ut cum ipſe non

peccés,alijs peccare uidearis,ut exemplo sis miseris,qui nominis tui autoritate delinquãt? Tu quoque uirgo uel uidua,cur tam longo sermone uiri retineris? Cur cum solo relicta non metuis? Saltem alui te,& uesicæ cogat necessitas,ut exeas foras,ut deseras in hac re eum, cũ quo licentius,quàm cum germano,multo inuerecundius,quàm cum marito egisti. Sed de scripturis sanctis aliquid interrogas. Interroga publice, audiant pediſſequæ,audiant comites tuæ. Omne quod manifestatur,lux est. Bonus sermo secreta non quærit, quin potius delectatur laudibus suis,& testimonio plurimorum. Magister egregius cõtemnit uiros,despicit fratres, & in unius mulierculæ secreta eruditione desudat. Declinaui parumper de mea disputatione, aliorum occasione,& dum infantem Pacatulam instituo, imò & nutrio,multarũ subito mihi male pacatarũ bella suscepi. Reuertar ad propositum. Sexus fœmineus suo iungatur sexui, nesciat,imò timeat cum pueris ludere. Nullum impudicum uerbum nouerit. Et si fortè in tumultu familiæ discurrentis aliquid audiat,non intelligat. Matris nutũ pro uerbis ac monitis, & pro imperio habeat. Amet ut parentẽ, subijciatur ut dominæ,timeat ut magistram. Cum autem uirgunculam rudem & edentulam,septimus ætatis annus exceperit,& cœperit erubescere:scire quid taceat,dubitare quid dicat: discat memoriter psalterium,& usq; ad annos pubertatis libros Salomonis, Euangelia, apostolos & prophetas sui cordis thesaurum faciat. Nec liberius procedat ad publicum,nec semper ecclesiarum quęrat celebritatem. In cubiculo suo totas delitias habeat. Nunc̃q; iuuenculos,nunc̃q; cincinnatos uideat,uocis dulcedines per aurem animã uulnerãtes,puellarumq; lasciuia repellatur. Quæ quanto licentius adeunt,tanto difficilius euitantur: & quod didicerunt,secretò docent,inclusamq; Danaen uulgi sermonibus uiolant. Sit ei magistra comes, pædagoga custos: non multo uino dedita,non iuxta Apostolum ociosa atq; uerbosa,sed sobria,grauis, lanifica,& ea tantũ loquẽs, quæ animum puellarem ad uirtutẽ instituant. Vt enim aqua in areola digitum sequitur præcedentem,ita ætas mollis & tenera in utranq; partem flexibilis est,& quocunq; duxeris,trahitur. Solent lasciui & comptuli iuuenes blandimentis,affabilitate, munusculis, aditum sibi per nutrices aut alumnas quærere. Et cũ clementer intrauerint,de scintillis incendia concitare,paulatimq; proficere ad impudentiam: & nequaquam posse prohiberi, illo in se uersiculo comprobato: D 4
Aegre reprehendas,quod finis consuescere. Pudet dicere, & tamen dicendũ est: Nobiles fœminæ,quæ nobiliores habuere neglectui procos, uilissimæ conditionis hominibus & seruulis copulantur, ac sub nomine religionis & umbra continentiæ,interdum deserunt uiros Helenæ,sequuntur Alexãdros,Menelaos pertimescunt. Videntur hæc,planguntur,& nõ uindicantur,quia multitudo peccantium,peccandi licentiam subministrat. Proh nefas,orbis terrarum ruit,in nobis peccata non ruunt. Vrbs inclyta & Romani imperij caput,uno hausta est incendio. Nulla est regio,quæ nõ exules Romanos habeat. In cineres ac fauillas sacræ quondam ecclesiæ conciderunt,& tamen studemus auaricię. Viuimus quasi altera die morituri,& ædificamus quasi semper in hoc seculo uicturi. Auro parietes, auro laquearia,auro fulgẽt capita columnarũ,& nudus atq; esuriens ante foras nostras Christus in paupere moritur. Legimus Aaron pontificem isse obuiam furentibus flammis,& accenso thuribulo,dei iram cohibuisse. Stetit inter mortem & uitam sacerdos magnus, nec ultra uestigia eius ignis procedere ausus est. Moysi loquitur deus: Dimitte me,& delebo populum istum. Quando dicit: dimitte me,ostendit se teneri posse, ne faciat quod minatus est. Dei enim potentiã,serui preces impediebãt. Quis putas ille sub cœlo est,qui nũc irę dei possit occurrere? q obuiare flammis? & cum Apostolo dicere: Optabã ego anathema esse pro fratribus meis? Pereunt cum pastoribus greges,quia sicut populus,sic sacerdos. Moyses cõpassionis loquebatur affectu: Si dimittis populo huic, dimitte: sin aũt,dele me de libro tuo. Vult perire cum pereuntibus, nec propria salute cõtentus est. Gloria quippe regis,multitudo populi. His Pacatula nostra nata est temporibus. Inter hæc crepundia primã carpit ætatem, ante lachrymas scitura, c̃q risum: prius fletum sensura,q̃ gaudiũ. Necdum introitus,iam exitus. Talem semper putet fuisse mundũ: Nesciat præterita,fugiat præsentia,futura desideret. Hæc ut tumultuario sermone dicta-

A ne dictarem, & post neces amicorum, luctumq; perpetuũ, infanti senex longo postliminio scriberem, tua Gaudẽti frater impulit charitas, maluiq; parum, quàm nihil omnino poscenti dare, quia in altero uoluntas oppressa luctu, in altero amicitiæ dissimulatio est.

SCHOLIA

1 CAusa difficilis.) Causam pro re, siue negocio posuit. Oratoris exodium.) Ita uocat sententiam celebratam, sumpta metaphora à cantoribus. Quæ placentas desiderat.) Infantulis placentula, crustulóue blandiri mos erat. Nec is cibus faciebat ad continentiam. Hoc epistolium.) Diminuit, sicut Pacatula diminutiuũ est nomen. Interim modo:) Modo, pro tantũmodo dixit. Crustula.) Panis genus erat. Sic & Horatius: Vt pueris quondã dant crustula blandi Doctores, elementa uelint ut discere prima. Mulsa præmia.) Quidam codices habent, mulsi prema, ut intelligas offulas mulso intinctas, quanquam mulso quoq; puellis
2 blandiebantur. Quod blanditur in puppis.) Puppæ factitiæ quædam erant imagunculæ puellarũ, quibus oblectatur ætas prima puellarum. Persius: Nempe id quod Veneri donatæ à uirgine puppæ. Furuo operire pallio.) Furuum nigrum est, siue fuscum, ut & pullum. Auferre linteamina.) Et hic uides linteorum usum olim in delitijs fuisse, sicut admonuimus alibi. φιλόκοσμου genus fœminem.) κόσμος ornatus, siue mundus repositus, & φιλῶ amo. Hinc φιλόκοσμος, studiosus & auidus ornatus. Illos uitare pœnitendo.) Qui gustauerunt uoluptatem, dum pœnitet gustasse, magis ui
3 tant insidiosam dulcedinem. Cisternas luparum.) Lupas meretrices & prostibulas appellat. Virgo es.) Iuxta Pauli sententiam distinguit uocabulum uirginis & mulieris. Diuisa est mulier & uirgo. Inclusamq; Danaen.) Danaen puellam ne uiolaretur, pater Acrisius æreæ turri incluserat. Hanc Iuppiter per impluuium illapsus, specie imbris aurei corrupit. Hieronymus accommodat fabulam ad uirginem, quæ domi inclusa alitur. Aqua in areola.) Sentit de areolis hortorum, in quibus sulco facto di
4 giti, sequitur quò uelis aqua. Et cum clementer.) Id est, blande & comiter. Aegre reprehendas.) Trimeter est iambicus, quo usus est & alibi. Habuero neglectũi procos.) Quædam exemplaria habebant, nobiliores habituræ procos: utraq; lectio probe quadrat. Deserunt Helenæ.) Helenas uocat, quæ illius Græcę Helenæ exemplo, Menelaum, hoc est, proprium maritum deserentes, Alexandrum siue Paridem, hoc est, adulterũ sequuntur. Viuimus quasi altera die.) Hoc dictum est in gentem quandam: sic auide rapiũt occasionẽ uoluptatũ, quasi postridie his carituri: sic ædificãt, quasi semper uicturi.

B ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Paulinus iuuenis eloquens & monachus, ut tum quidem erant monachi, Hieronymum literis, cum alijs nominibus, tum his præcipue laudarat, quod senex in sanctis ageret locis. Miserat una librũ, quem in defensionem Theodosij imperatoris scripserat: rogans ut sibi præscriberet, quam uitæ formam potissimum sequi deberet. Hunc igitur collaudatum ob insignem eloquentiam, hortatur ut arcanarum literarum scientiam adiungat. Hic Paulinus, Paulæ, ni fallor, cognatus, postea Nolanæ ciuitatis episcopus fuit: ut testatur Gennadius. Puto diuersum ab eo, quem diuus Hieronymus in epitaphio Marcellæ, testatur Antiochenæ in Syria episcopum fuisse: à quo Romam cum Epiphanio retractus est, cuius meminit & in epitaphio Paulæ.

HIERONYMVS AD PAVLINVM DE institutione monachi.

1 BOnus homo, de bono cordis thesauro profert ea quæ bona sunt, & ex fructibus arbor cognoscit. Metiris nos uirtutibus tuis, & paruos magnus extollis, ultimãq; partem conuiuij occupas, ut patrisfamilias iudicio proueharis. Quid enim in nobis, aut quantulũ est, ut doctæ uocis mereamur præconium? Vt illo ore quo religiosissimus princeps defenditur, humiles modicíq; laudemur? Noli igitur frater charissime, annorum nos æstimare numero, nec sapientiam canos reputes, sed canos sapientiam, Solomone testante, Cani hominis prudentia eius. Nam & Moyses septuaginta presbyteros iubetur eligere, quos ipse sciret esse presbyteros: utiq; nõ æuo, sed prudentia iudicãdos. Et Daniel adhuc puer, longæuos iudicat, atq; impudicos senes ætas lasciua condemnat. Noli, inq;, fidem pensare temporibus, nec me idcirco meliorẽ putes, quod prior in Christi exercitu cœperim militare. Paulus apostolus, & uas electionis de persecutore mutatus, nouissimus in ordine, primus in meritis est, quia extremus licet, plus omnibus laborauit. Iudas, qui quondam audierat: Tu aũt homo, qui simul mecum dulces capiebas cibos, dux meus & notus meus, in domo dei ambulauimus cum consensu: proditor amici & magistri, Saluatoris arguitur uo-

ce,& nodum informis lethi,trabe nectit ab alta. Econtrario latro crucem mutat paradiſo, & c
facit homicidij pœnam martyrium. Quanti hodie diu uiuendo portant funera ſua, & quaſi
ſepulchra dealbata,plena ſunt oſſibus mortuorum? Subitus calor,longum uincit teporem.
Deniq; & tu,audita ſententia Saluatoris:Si uis perfectus eſſe,uade & uende omnia quæ ha
bes,& da pauperibus,& ueni ſequere me: uerba uertis in opera, & nudam crucem nudus ſe/
quens,expeditior & leuior ſcādis ſcalam Iacob. Tunicam mutas cum animo,nec pleno mar/
ſupio,glorioſas ſordes appetis, ſed puris manibus & candido pectore, pauperē te & ſpiritu
& operibus gloriaris.Nihil eſt enim grāde,triſti & lurida facie, uel ſimulare,uel oſtentare ie
iunia,poſſeſſionū redditibus abundare,& uile iactare palliolū.Crates ille Thebanus,homo
quondam ditiſſimus, cum ad philoſophandū Athenas pergeret, magnū auri pondus abie/
cit. Nec putauit ſe ſimul poſſe & uirtutes & diuitias poſſidere. Nos ſuffarcinati auro, Chri/
ſtum pauperem ſequimur,& ſub prætextu eleemoſynæ,priſtinis opibus incubātes,quomo/
do poſſumus aliena fideliter diſtribuere, qui noſtra timide reſeruamus? Plenus uenter facile
de ieiunijs diſputat. Non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene uixiſſe,laudandū eſt.
Illa expetenda eſt ciuitas, non quæ occidit prophetas,& Chriſti ſanguinem fudit,ſed quam
fluminis impetus lætificat: quæ in monte ſita, cælari non poteſt, quam matrem ſanctorum
Apoſtolus clamitat:In qua ſe municipatū cum iuſtis lætatur habere. Neq; uero hoc dicens,
memet ipſum inconſtantiæ redarguo, damnoq; quod facio, ut fruſtra uidear ad exemplum
Abraham,& meos & patriam reliquiſſe,ſed non audeo dei omnipotentiā anguſto fine con
cludere, & coartare paruo terræ loco, quem non capit cœlum. Singuli quiq; credentiū,non
locorū diuerſitatibus,ſed fidei merito ponderantur. Et ueri adoratores, neq; Hieroſolymis,
neq; in monte Gazarim adorant patrem, quia deus ſpiritus eſt,& adoratores eius in ſpiritu
& ueritate adorare oportet.Spiritus ſpirat ubi uult.Domini eſt terra & plenitudo eius.Poſt
quam ſiccato Iudææ uellere,uniuerſus orbis cœleſti rore perfuſus eſt,& multi de Oriente &
Occidente uenientes,recubuerunt in ſinu Abrahæ, deſijt notus eſſe tātum in Iudæa deus,&
in Iſrael magnū nomen eius:ſed in omnem terram exiuit ſonus apoſtolorū, & in fines orbis d
terræ uerba eorū.Saluator ad diſcipulos loquens cum eſſet in templo: Surgite,inquit,abea/
mus hinc.Et ad Iudæos:Relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. Si cœlū & terra tranſibūt,
utiq; tranſibūt omnia quæ terrena ſunt.Et crucis igitur & reſurrectionis loca proſunt his,qui
portant crucem ſuam,& cum Chriſto reſurgunt quotidie, qui dignos ſe tāto exhibent habi/
taculo.Cæterū qui dicunt: Templū domini,templū domini,audiant ab Apoſtolo: Vos eſtis
templū domini,& ſpiritus ſanctus habitat in uobis. Et de Hieroſolymis & de Britānia æqua e
liter patet aula cœleſtis:Regnū enim dei intra uos eſt.Antonius,& cuncta Ægypti,& Meſo/
potamiæ,Ponti,Cappadociæ,& Armenię examina monachorū,non uidere Hieroſolymā,
& patet illis abſq; hac urbe paradiſi ianua. Beatus Hilarion,cum Palæſtinus eſſet,& in Palæ
ſtina uiueret, uno tantū die uidit Hieroſolymā, ut nec contemnere loca ſancta propter uici/
niam, nec rurſus dominū loco claudere uideret. Ab Hadriani temporibus uſq; ad imperiū
Conſtātini,per annos circiter centū octoginta,in loco reſurrectionis ſimulacrū Iouis,in cru/
cis rupe, ſtatua ex marmore Veneris à gētibus poſita colebatur, exiſtimātibus perſecutionis
autoribus,q; tollerēt nobis fidem reſurrectionis & crucis,ſi loca ſancta per idola polluiſſent.
Bethlehē nūc noſtrā, & auguſtiſſimū orbis locū, de quo pſalmiſta canit: Veritas de terra or
ta eſt,lucus inumbrabat Thamus,id eſt,Adonidis,& in ſpecu,ubi quondā Chriſtus paruu/
lus uagijt, Veneris amaſius plangebatur. Quorſum,inquies, hæc tam longo repetita princi/
pio? Videlicet ne quicq; fidei tuæ deſſe putes,quia Hieroſolymā non uidiſti, nec nos idcirco
meliores exiſtimes,quod huius loci habitaculo fruimur:ſed ſiue hic,ſiue alibi, æqualē te pro
operibus tuis apud dominū noſtrū habere mercedem. Reuera, ut ſimpliciter motus mentis
meæ fatear,conſiderans & propoſitū tuum,& ardorem quo ſeculo renunciaſti,differētias in
locis arbitror,ſi urbibus & frequentia urbium derelicta,in agello habites,& Chriſtum quæ/
ras in ſolitudine, & ores ſolus in monte cum Ieſu, ſanctorumq; tantū locorum uicinitatibus

perfruaris

perfruaris,id est,ut & urbe careas,& propositum monachi nō amittas. Quod loquor, nō de
episcopis,nō de presbyteris,nō de clericis loquor,quorū aliud officium est:sed de monacho,
& monacho quondam apud seculū nobili:qui idcirco preciū possessionum suarum ad pedes
apostolorum posuit,docens pecuniā esse calcandā, ut humiliter & secretò uictitans, semper
contemnat quod semel contempsit. Si crucis & resurrectionis loca non essent in urbe celeber
rima,in qua curia,in qua aula militū,in qua scorta,mimi,scurræ,& omnia sunt, quæ solent in
cæteris urbibus:uel si monachorum turbis solummodo frequētaretur,expetendū re uera hu
iuscemodi cunctis monachis esset habitaculum. Nunc uero summæ stulticiæ est renunciare
seculo,dimittere patriam,urbes deserere,monachum profiteri, & inter maiores populos pe
regre uiuere,quàm eras uicturus in patria. De toto huc urbe cōcurritur. Plena est ciuitas uni
uersi generis hominum,& tanta utriusq; sexus cōstipatio,ut quod alibi ex parte fugiebas,hic
totum sustinere cogaris. Quia igitur fraterne interrogas, per quā uiam incedere debeas,
reuelata tecum facie loquar. Si officiū uis exercere presbyteri, si episcopatus te, uel opus,uel
honor fortè delectat,uiue in urbibus & castellis,& aliorum salutem, fac lucrum animæ tuæ.
Sin autem cupis esse,quod diceris monachus,id est,solus:quid facis in urbibus,quæ utiq; nō
sunt solorum habitacula, sed multorum? Habet unumquodq; propositum principes suos.
Romani duces imitentur Camillos,Fabricios,Regulos,Scipiones. Philosophi proponant si
bi Pythagoram,Socratem,Platonem,Aristotelem. Poetæ æmulentur Homerum, Vergili
um, Menandrum, Terentium. Historici, Thucydidem, Salustium,Herodotum, Liuium,
Oratores, Lysiam,Gracchos,Demosthenem, Tullium. Et ut ad nostra ueniamus,episcopi
& presbyteri habeant in exemplum apostolos,& apostolicos uiros:quorum honorem pos
sidentes,habere nitantur & meritum. Nos autem habeamus propositi nostri principes,Pau
los & Antonios, Iulianos, Hilarionem, Macarios. Et ut ad scripturarum autoritatem rede
am,noster princeps Helias,noster Helisæus, nostri duces filij prophetarum, qui habitabant
B in agris & solitudinibus, & faciebant sibi tabernacula prope fluenta Iordanis. De his sunt &
illi filij Rechab, qui uinum & siceram non bibebant, qui morabantur in tentorijs, qui dei
per Hieremiam uoce laudantur, & promittitur eis, quod non deficiat de stirpe eorum uir
stans coram domino. Hoc reor & septuagesimi psalmi titulum significare:Filiorū Ionadab;
& eorū qui primi in captiuitatē ducti sunt. Iste est Ionadab filius Rechab, qui in regnorum
libro scribitur currum ascendisse cum Hieu. Et huius filij sunt, qui in tabernaculo semper
habitantes, ad extremum propter irruptionem Chaldaici exercitus, Hierosolymam intra
re compulsi, hanc primi captiuitatem sustinuisse dicuntur,quod post solitudinis libertatem;
urbe quasi carcere sunt recluſi. Obsecro itaq; te,ut quoniā sanctę sororis tuæ ligatus es uincu
lo,& nō penitus expedito pergis gradu,siue hic,siue ibi, multitudines hominū & officia & sa
lutationes & conuiuia,ueluti quasdam catenas fugias uoluptatum. Sit uilis & uespertinus
cibus, holera & legumina:interdumq; pisciculos,pro summis ducas delitijs. Qui Christum
desiderat,& illo pane uescitur, non quærit magnopere de quàm precioſis cibis stercus consi
ciat. Quicquid post gulam non sentitur, idem tibi sit quod panis & legumina. Habes aduer
sus Iouinianum libros de contemptu uentris & gutturis plenius differentes. Semper in manu
tua sacra sit lectio. Frequenter orandum flexo corpore,mens erigēda ad dominum. Crebræ
uigiliæ,& uentre uacuo sæpius dormiendum. Rumusculos & gloriolas & palpantes adulato
res, quasi hostes fuge. Pauperibus & fratribus, refrigeria sumptuum manu propria distri
bue. Rara est in hominibus fides. Non credis uerum esse quod dico? Cogita Iudæ loculos.
Humilitatem uestium tumenti animo non appetas. Secularium,& maxime potentium con
sortium deuita. Quid tibi necesse est ea uidere crebrius, quorum contemptu monachus esse
cœpisti? Soror præcipue tua,matronarum declinet consortia. Nec inter sericas uestes & gem
mas circūsedentium fœminarum se sordidatam,aut doleat,aut miretur, quia alterum propo
4 siti pœnitentia, alterum iactantiæ seminarium est. Caue ne quasi fidelis & famosus tuorum
quondam dispensator,alienam pecuniam distribuēdam accipias. Intelligis quid loquar, De

dit enim tibi dominus in omnibus intellectum. Habeto ſimplicitatẽ columbæ, ne cuiq; ma- c
chineris dolos,& ſerpentis aſtutiam,ne aliorum ſupplanteris inſidijs. Non multũ diſtat in ui
tio,uel decipere poſſe,uel decipi Chriſtianũ.Quẽ ſenſeris tibi aut ſemper aut crebro de num
mis loquẽtem,excepta eleemoſyna,quę indifferẽter omnibus patet,inſtitorẽ potius habeto,
quàm monachũ.Præter uictũ & ueſtitũ & manifeſtas neceſſitates, nihil cuiq; tribuas, ne fi-
liorum panem canes comedant.Verũ Chriſti templũ anima credẽtis eſt,illam exorna, illam
ueſti, illi offer donaria,in illa Chriſtum ſuſcipe. Quæ utilitas eſt parietes fulgere gemmis, &
Chriſtum in paupere fame perielitari?Iam nõ ſunt tua quæ poſſides, ſed diſpenſatio tibi cre
dita eſt.Memento Ananiæ & Saphiræ. Illi ſua timide ſeruauerunt, tu conſidera, ne Chriſti
ſubſtantiã imprudenter effundas,id eſt,ne immoderato iudicio rẽ pauperũ tribuas non pau
peribus,& ſecundum dictũ prudentiſſimi uiri,liberalitate liberalitas pereat.Noli reſpicere ad
phaleras & nomina uana Catonũ.Ego te,inquit,intus & in cute noui.Eſſe Chriſtianũ gran- 5
de eſt,nõ uideri.Et neſcio quomodo plus placent mundo,qui Chriſto diſplicent. Hæc non,
ſicut aiunt,Sus Mineruã, ſed ingredientem pelagus,amicus amicum monui,malẽs à te facul
tatem meam requiri,quàm uoluntatem, ut in quo ego lapſus ſum,tu firmo pergeres gradu.

Librum tuum,quem pro Theodoſio principe prudẽter ornateq; compoſitũ tranſmiſiſti,
libenter legi,& præcipue mihi in eo ſubdiuiſio placuit.Cũq; in primis partibus uincas alios,
in penultimis teipſum ſuperas. Sed & ipſum genus eloquij preſſum eſt & nitidũ,& cũ Tulli- 6
ana luceat puritate,crebrũ eſt in ſententijs.Iacet enim (ut ait quidã)oratio,in qua tantum uer
ba laudantur.Præterea magna eſt rerum conſequentia,& alterũ pendet ex altero. Quicquid
aſſumpſeris,uel finis ſuperiorum,uel initiũ ſequentium eſt.Felix Theodoſius,qui à tali Chri
ſti oratore defenditur.Illuſtraſti purpuras eius, & utilitatẽ legũ futuris ſeculis cõſecraſti. Ma-
ẽte uirtute,qui talia habes rudimenta,qualis exercitatus miles eris?O ſi mihi liceret iſtiuſmo
di ingenium non per Aonios montes & Heliconis uertices, ut poetæ canunt,ſed per Sion &
Itabirium,& Sina excelſa ducere.Si contingeret docere quæ didici, & quaſi per manus my-
ſteria tradere ſcripturarũ,naſceretur nobis aliquid quod docta Græcia nõ haberet. Audi D
ergo mi conſerue,amice,germane,auſculta pauliſper,quo in ſcripturis ſanctis calle gradiaris. 7
Totum quod legimus in diuinis libris,nitet quidem, & fulget etiam in cortice, ſed dulcius in
medulla eſt. Qui edere uult nucleum,frangat nucem. Reuela,inquit Dauid,oculos meos,&
conſiderabo mirabilia de lege tua. Si tantus propheta tenebras ignorantiæ confitetur, qua
nos putas paruulos,& penè lactentes inſcitiæ nocte circundari?Hoc autem uelamen non ſo
lum in facie Moyſi,ſed & in euangeliſtis & in apoſtolis poſitũ eſt,Turbis ſaluator in parabo
lis loquebatur,& conteſtans myſticum eſſe quod dicebatur,aiebat:Qui habet aures audien-
di,audiat. Niſi aperta fuerint uniuerſa quæ ſcripta ſunt ab eo, qui habet clauem Dauid, qui
aperit,& nemo claudit:claudit,& nemo aperit:nullo alio referante pandẽtur.Si haberes hoc
fundamentum,imò ſi quaſi extrema manus operi tuo induceretur,nihil pulchrius, nihil do-
ctius, nihil dulcius, nihilq; latinius tuis haberemus uoluminibus. Tertullianus creber eſt in
ſententijs,ſed difficilis in loquendo. Beatus Cyprianus inſtar fontis puriſſimi, dulcis incedit
& placidus,& cum totus ſit in exercitatione uirtutum, occupatus perſequutionum anguſtijs,
de ſcripturis diuinis nequaq; diſſeruit. Inclyto Victorinus martyrio coronatus,quod intelli-
git,eloqui nõ poteſt.Lactantius quaſi quidam fluuius eloquentiæ Tullianæ,utinam tam no
ſtra cõfirmare potuiſſet,quàm facile aliena deſtruxit.Arnobius inæqualis & nimius,& abſq;
operis ſui partitione confuſus.Sanctus Hilarius Gallicano cothurno attollitur,& cum Græ-
ciæ floribus adornetur,longis interdum periodis inuoluitur, & à lectione ſimpliciorum fra-
trum procul eſt.Taceo de cæteris,uel defunctis,uel etiam adhuc uiuentibus, ſuper quibus in
utranq; partem poſt nos alij iudicabunt. Ad teipſum ueniam Symmyſten, ſodalem meum
& amicum,amicum,inquam meum,anteq; notum,& precabor, ne aſſentationem in neceſſi-
tudine ſuſpiceris,quin potius uel errare me exiſtimato,uel amore labi,quàm amicum adula-
tione decipere.Magnum habes ingenium, & infinitam ſermonis ſupellectilem, & facile lo-

queris

A queris & pure: facilitásque ipsa & puritas mixta prudentiæ est. Capite quippe sano, omnes sensus uigent. Huic prudentiæ & eloquentiæ si accederet uel studium, uel intelligentia scripturarum, uiderem te breui arcem tenere nostrorum: & ascendentem cum Iacob tectum Sion, canere in domatibus, quod in cubilibus cognouisses. Accingere quæso te, accingere. Nihil sine magno labore uita dedit mortalibus. Nobilem te ecclesia habeat, ut prius senatus habuit. Præpara tibi diuitias, quas quotidie eroges, & nunquam deficiant, dum uiget ætas, dum nondum canis spargitur caput, antequam subeant morbi, tristisque senectus, Et labor, & diræ rapiat inclementia mortis. Nihil in te mediocre esse contentus sum: totum summum, totum perfectum desidero. Sanctum Vigilantium presbyterum qua auiditate susceperim, melius est ut ipsius uerbis, quàm meis discas literis: qui cur tam cito à nobis profectus sit, & nos reliquerit, non possum dicere, ne lædere quempiam uidear. Tamen quasi præteruntē & festinātē paululū retinui, & gustū ei nostræ amicitiæ dedi, ut per eū discas, quid in nobis non desideres. Sanctā conseruam tuā, & tecū domino militantē, per te salutari uolo.

SCHOLIA.

1 VLtimāq; partē cōuiuij.) Alluſit ad euāgelicā admonitionē: Cū fueris inuitatus, accumbe in extremo &c. Quo religiosiſſ mus princeps.) Scripſit em̄ Panegyricū ad Theodosiū imp. uti testat Gennad. Frater chariſſ.) Fratrē uocat monachus monachū ſed nondū ep̄m. Quos ipſe sciret esse presb.) Ita legis in Nū. ca. 11. Cōgrega mihi 70 uiros de seniorib. Israel, quos tu nosti quod senes populi sunt. Et nodū informis leti.) Verſus est Maron. ex li. 12. In se municipatū.) Respexit hac, quod Paul. municeps esset Ro. ciuitatis. ut ipſe testatur in actis. At idē uocat Hieruſal. matrē fideliū Illa quæ ſurſum est Hieruſalē, libera est, quæ est mater nostra. Ne in mōte Gazar.) Mōs est Iudææ, & respexit ad id quod in euang. Ioan. Chriſtus dixit mulieri Samaritanę. Siccato Iudææ uell.) Quod legimus de uellere Gedeonis, ad allegoriā traxit. Tēplū domini.) Apud Hier. ca. 7. dominus reiecit eos, qui fiderent ceremoniis & ſanctimoniæ locorū, dicētes: Templū domini, templū dñi, templū dñi, cū interim impie uiuerēt. Et de Hieroſol.) Apparet illis tēporib. admodū barbarā fuiſſe habitā, cū diuus Hieron. Hieroſolymis loco ſanctiſſimo Britanniā opponat, ceu regionē maxime profanā, & Hieroſolymis diſſimillimā. Nec uno in locō nominat hāc inſulā, ſed quoties de barbaricis est mentio. Nunc Gallorum
B & Germanorū incurſionibus, mediocriter culta est. Vno tantū die.) At hodie complures, etiā ex eorū numero qui uidentur ſapere, ab extremis mundi finibus, ſummo ſumptu, ſummo uitæ diſcrimine, nonnunq; & morū ad ea currunt loca, liberis & uxore domi relictis: præſertim cū omnia Chriſtianæ uitæ uestigia, aut prorſus hic deleta ſint, aut cōmentitia quædā incertaq; monſtrentur. Et mirū quæ religio ſit, ab hoc uoto tā grauatim abſoluere Romanos pōtifices, cū multi ſic eant, ut magis piū ſit nō iſſe. Aliquin ſi tā piū est uiſere Hieroſolymā, parū pius Hilarion, qui uicinus ſemel duntaxat adijt: & id nō religionis cauſa, ſed ne loca ſancta contēnere uideretur. Thamus.) Hieronymus exponēs octauū caput
3 Ezech. indicat Hebræo Syroq; ſermone תמוז Thamus dici, quē nos uocamus Adonidē. Quo nomine illi menſem etiā Iuliū uocent, quod in hoc putent extinctū Adonidē Veneris amaſiū. Fabula notior est, q̄ ut hic ſit referenda. In urbe celeberrima.) Mirū est tū quoq; Hieroſolymā adeo celebrē fuiſſe, cum eſſet a Romanis principibus funditus euerſa. Sed Hadrianus reſtituit. Fraterne interrogas.) Id est, amice: ob id aperte tecū agā & libere, quod uerbis Paulinis dixit, reuelata facie. Camillos, Fabricios.) Feſtiuiter cōmutauit numerū unitatis in numerū multitudinis. Filij Rechab.) De his legis Hier. ca. 35. ſicut indicauimus in ſuperioribus ſcholijs. Filiorū Rechab.) Hic est titulus 70. pſalmi, in quo labo
4 rat diuus Auguſt. quod nusq; filij Rechab legantur ducti in captiuitatē. Iſte est Ionadab filius.) Locus est lib. Reg. 4. cap. 10. quemadmodū Hieu Ionadab filiū Rechab fortè obuiū, data dextra in curtum ſuum ſuſtulerit, habiturus eum zeli ſui & teſtem & adiutorem. Interdumq; piſciculos.) Quoniā rem eandē aliis explicat uerbis, ſuccurrit in epiſtola ad Lætā, cuius initiū, Apoſtolus Paulus, ubi conijcieba-mus ſcribi poſſe, è ſimila garoq; piſciculi, magis esse legendū ad hunc modū: Cibus eius oluſculum ſit & ſimila, raroq; piſciculi, ut intelligas comedi piſciculos ceu delitias, & raro ſumendos. Fidelis & famoſus tuorum.) Hic famoſus in bonam accepit partem, ut & alibi famoſa quæſtio. Inſtitorem.) Id est, negociatorē ſeu mercatorē. Verū Chriſti templū.) Rurſum extenuat illorū pietatē, qui ſuas opes in templorū ſtructuras aut ornamenta conferunt. Liberalitas liberalitate.) Ciceronē uirum prudentiſſimum appellat, quoniā ſanctum uocare non potuit. Is enim in ſecundo De officijs libro ſcripſit in hunc modū: Itaq; benignitas benignitate tollitur. Eleganter autem interpretatus est hanc uocem, benignitas, quæ proprie ad bene faciendi largiendiq; promptitudinem pertinet, cum illiterati putent esse clemen-
5 tiam & humanitatem. Reſpicere ad phaleras.) Retulit carmen è ſatyra. Ego te intus & in cute noui.) Perſianum hemiſtichium, quod compluſculis inſulſit locis. Significat idem quod intus & foris.

Sus mineruam.) Id est, indoctus doctum, prouerbium est, ut in Chiliadibus indicauimus. Ingredi-

entem

entem pelagus.) Et hac similitudine Ciceronis subinde gaudet uti, de eo qui defunctus nauigatione, mo e
net ingressurum mare. Ita senex admonet iuuenem. Facultatem meã requiri.) Requiri posuit, pro de
siderari, quod idẽ facit M. Tull. Desideramus autẽ quod significamus deesse. Sensus hic est: Si nõ scri
psissem rogatus, putasses mihi uoluntatẽ defuisse. Nunc cum utcunque scribo, intelligis me non potuis
se præstare potius, cũ noluisse id quod rogasti. Pro Theodosio.) Apparet nõ tã Panegyricũ fuisse, quam
Apologiã aduersus calũnias. Id & superius significauit, cũ ait: In ore, quo religiosissimus princeps defen
ditur. Subdiuisio placuit.) Difficillimũ est, apte diuidere. Siquidẽ nisi propositiones scite repertæ fue
rint, nullo modo recte partiri potes. Iam illis repertis, est aliquid apte collocare. Et ne statim nimis anxia
sectione molestus sis, quædam postea suo locorursus sunt diuidenda, quod hic appellat subdiuisionem.

Sed & ipsum genus eloquij.) Legant hæc barbari isti, balbi & infantes Theologi, quãtopere uir san 6
ctissimus in monacho quoq; laudet eloquentiã, & Tulliană eloquentiã. Pressum & nitidum.) Quod
erat Atticorũ, cũ Cicero nonnihil habeat Asiaticum. Difficile est aũt hæc duo coniungere, pressum illud
quod uocat, & perspicuitatẽ. Iacet enim oratio.) Iacere dicitur quod friget, quodq; caret actu uitaq; &
uigore. Horatius huiusmodi scripta nugas appellat canoras. Magna est rerũ consequentia.) Hoc præ
stat apta dispositio, ut aliud ex alio sequatur: quã uirtutẽ Caligula desiderabat in Seneca: cuius orationẽ
solitus est uocare, arenã sine calce. Cicero orationẽ parũ sibi cohærentẽ, scopas dissolutas appellat. Per
Sion, Itabirium, & Sina.) Montes sunt Iudææ, qui in diuinis literis significant ascensum ad culmẽ ueræ
pietatis. Cæterũ modeste significat Paulino alioqui facundissimo defuisse scientiam arcanæ scripturæ,
quam sibi uindicat, & optimo iure uindicat Hieronymus. Per manus mysteria tradere.) Prouerbiali
figura dictũ est: per manus tradere, id est, quod ab alijs didici, uicissim docere. Quod docta Græcia.) 7
Significat Græcis nullũ fuisse temporibus illis, qui insignẽ eloquentiã cũ insigni diuinarũ literarũ cogni
tione coniunxisset. Qui edere uult nucleum.) Mire Plautinũ dictũ ad rẽ sacrã accõmodauit. Extre
ma manus.) Id est, perfectio. Symmysten.) Symmystæ dicũtur ꝙsdẽ initiati sacris ac mysterijs, ut Chri
stianus Christiano, sacerdos sacerdoti, monachus monacho Symmystes est. Arcẽ tenere nostrorũ.)
Id est, Latinorũ. Porrò arcẽ dixit pro principatu, siue summo loco: nec id sine prouerbiali figura. Cũ
Iacob.) Alluſit ad duo, ad scalam Iacob, & ad cœnaculũ Sion, in quod discipuli leguntur ascendisse post
ascensionẽ. In quodã exẽplari scriptũ habebatur Ioab, pro Iacob, quã lectionẽ arbitror esse germanã,
ut intelligamus de Ioab, qui primus ascendit, percussitq; Iebuseũ, & factus est princeps, ut habetur. 1. Pa
ralip. 11. Hortatur enim illũ ad studia literarũ, ut hæreticos submoueat ab arce ecclesiæ. Canere in do
matibus.) Alluſit ad euang. illud: Quod in aure auditis, prædicate super tecta. Nil sine magno.) Car
men est Horat. è Sermon. Anteq; subeant morbi.) Et hos uersus assuit ex Vergilij Georgicis sumptos. D

IN EPISTOLAM SEQVENTEM CENSVRA.

GElantiæ matronæ, quomodo se debeat erga maritum & familiã gerere, præscribit: illud admo
nens, in matrimonio perpetuæ cõtinentię uotũ nõ esse suscipiendũ, nisi ex utriusq; consensu.
Epistola cũ primis eloquens & erudita, uerũ ab Hieron. stilo plurimũ discrepans. Cõiecturis
aliquot huc adducor, ut existimem esse Paulini. Primũ, quod talis huius dicendi character sit,
qualẽ illius in superiori epist. depinxit Hieronymus. Deinde, quod inter Paulini lucubratiões, epistolarũ
quas de mundi contemptu scripserit ad sororem, meminit Gennadius. Sunt & aliæ quædam, quas
stilus arguit eiusdem esse autoris. Admixtas autem Hieronymianis fuisse consentaneum est: uel quod
eloquentiam illius propemodum æquent, uel quod consimilia tractent argumenta, uelut æmulante
præceptorem Hieronymum Paulino, uel quod ob familiaritatẽ, quæ illi cum diuo Hieronymo summa
fuit, conuenire uisum sit ut adiungerentur. Atque utinam omnes quæ diui Hieronymi titulo circun
feruntur, huiusmodi sint. Hanc unam hoc loco inserendam duximus, partim ob affinitatem argu
menti, partim, ut si forte lector requirat, specimen aliquod habeat eloquentiæ Paulinianæ, tanto
pere ab eloquentissimo Hieronymo laudatæ. Cæteræ, quas huius esse suspicamur, suum habebunt
tomum. Quandoquidem animus est, nihil eorum prorsus amputare, quæ falso licet Hieronymi ti
tulo recepta sunt. Eruditis ac mediocribus suus dabitur locus. Porrò quæ, nescio quis data opera sup
posuit, blateramenta uerius, quàm libros aut epistolas, si quis forte requiret, & hæc in suo reperiet
ordine. Qui fuerit, incertum. Illud certum, prodigiosum rabulam & impostorem fuisse, cui præci
puum studium ac libido fuisse uidetur, ut quemadmodum coccyx oua sua in nidos subdit alienos, ita
suas nænias non minus ineptas & infantes, quàm ineruditas, Hieronymi, Augustini, Ambrosij scri
ptis admisceret. Nam eundem esse, flos uidelicet ac lepos sermonis arguit. Proinde si cui tantum erit
ocij, aut certe hoc animi, ut impostoris indocta blateramenta, quàm eruditas sanctorum lucubratio
nes legere malit: age, nec hunc sua fraudabimus uoluptate: dabitur sua Cypro boui merenda. Re
periet huius epistolas aliquot perbellas, reperiet monacharum regulam, reperiet Hieronymi mi
racula, Cyrilli, Augustini, & Eusebij titulo ψευδεπίγραφα. His affatim expleat sese, cui tales placent
delitiæ. Quod si qui stomachabuntur in me, qui priscinos titulos ausus sim conuellere, hi si libet, eos
dem auro bracteatis reponant literis. Quod si parum uidetur hoc quoque, diui Lucæ aut Pauli ti
tulos reponant, si blateronis ineptias cupiunt magni nominis umbra commendare stultis. Certe
non dubito, quin eruditis, ac non omnino deploratis ingenijs, suo loco sim satisfacturus. Effi
ciam

A ciam enim, ut intelligant, me non animi mei somnia, sed multas ac certissimas coniecturas hac in re se/quutum fuisse, cum illi nihil habeant nisi titulum: quasi uero magni negocij sit, nomen quoduis asscri/bere libro. Quam multa passim in omni scriptorum genere, falsis notata titulis, stili duntaxat indicio rejiciuntur. Inter eloquentes etiam Hieronymus libros quosdam uindicat ab ijs, quorum habebant inscriptionem, & proprijs dominis asserit. Librum Pamphili, quem alij negabant esse Pamphili, uni/co duntaxat argumento confirmat illius esse. Vnde, inquit, sciam quod Pamphili sit? Videlicet stilus & saliua docere me potuerunt. Tot hominum milia faciei discerniculo dignoscis, uoce distinguis. At pauciora sunt uultus & uocis discrimina, quam ingeniorum. Nec perinde facies hominis relucet in spe/culo, ut ingenij uis in stilo. Tu formosum à formoso oris lineamentis dijudicas, & nobis in scriptis pa/lam diuersis, omne iudicandi ius adimis, nec uis simiam, hominis inscriptam titulo, ab homine dignos/cere: Hieronymus stili saliuam sequutus, eloquentem ab eloquente, uelut à luscinia luscinian, eruditum discernit ab erudito: & tu negas ullis notis distingui posse à luscinia coccycem, infantem ab eloquentis/simo, rabulam ab expolito, indoctum ab eruditissimo: denicq; à uiro sanctissimo nebulonẽ? Nam quo po tius appelles nomine tam perfrictæ frontis histrionem, ut planè barbarus & infans, uiri omniũ doctissi/mi simul & eloquentissimi titulum sibi nõ ueritus sit imponere, Cumanum etiam asinum, de quo est in prouerbijs, superans? Et sub huius nomine mentitur se raptum ultra tertium cœlum, & plus uidisse, quàm unquam uiderit Paulus. Vsqadeo putauit neminem mortalium futurum, cui quicquam esset e/munctæ naris. De hac epistola cuius sit, nolim pronunciare. illud interim certissimũ est, Hieronymi non esse. Candidior est sermo quàm Hieronymianus, non minus lucidus, sed facilior, ac lenius fluens, ille mul to ardentior, tum densior in inculcandis remotioribus diuinæ scripturæ locis: ad hoc salsior, & satyri/cum quiddam referens. Postremo nõ perinde æquus atq; hic est, matrimonio Hieronymus. Verum no tulas, quibus Hieronymi lucũbrationes ab aliorum scriptis ceu Lydio lapide dignosci queant, suo loco diligentissime demonstrabimus. Nunc Christianum Ciceronem audiamus.

AD CELANTIAM MATRONAM DE RATIONE pie uiuendi, fortè Paulini Nolani episcopi epistola.

B NEtus scripturæ celebrata sententia est: Esse pudorem, quo gloria inueniatur & gratia, & esse rursus pudorem, qui soleat parere peccatum. Cuius dicti ue/ritas, quanquam satis ad omnium intelligentiam ipsa sui luceat claritate, mi/hi tamen nescio quomodo in præsenti causa propius innotuit. Prouocatus enim ad scribendum literis tuis, quæ miris hoc à me obsecrationibus flagitabant: diu fate/or de responsione dubitaui: silentium mihi imperante uerecundia: cui tamen fortissime resistebat & uim faciebat, precum tuarum fidelis ambitio: pugnabátque acriter cum hæ/sitatione mea humilitas obsecrantis, & magna quadam fidei uiolentia, oris claustra pulsa/bat. Cúmque sic animum utroque nutantem, cogitatio diuersa libraret, penè pudor ex/clusit officium. Sed me illa, quam supra posui, sapientis sententia, armauit ad depellen/dam inutilem uerecundiam, & damnosum silentium resoluendum, cum utique ipsam scri/bendi causam, tam honestam uiderem esse, tam sanctam, ut peccare me crederem, si tace/rem, illud mecum scripturæ reputans: Tempus tacendi, & tempus loquendi. Et iterum: Ne retineas uerbum in tempore salutis. Et illud Petri: Parati semper ad satisfactionem omni po scenti uos rationem. Petis namq; & solicite ac uiolenter petis, ut tibi certam ex scripturis san/ctis præfiniamus regulam, ad quam ordines cursum uitæ tuæ, ut cognita domini uolunta/te, inter honores seculi & diuitiarum illecebras, morum magis diligas supellectilem, atque ut possis in coniugio constituta, non solum coniugi placere, sed etiam ei qui indulsit coniugi/um. Cui tam sanctæ petitioni tamque pio desiderio, non satisfacere: quid aliud est, quàm profectum alterius non amare? Parebo igitur precibus tuis, téque paratam ad implen/dam domini uoluntatem, ipsius nitar incitare sententijs. Idem enim uerus omnium domi/nus ac magister: qui nos placere sibi iubet, etiam docet quomodo placere possimus. Ipse itaq; te informet, ipse te doceat: qui interroganti in euangelio adolescenti, quid faceret ut me teretur uitam æternam: diuina continuo mandata proponit, ostendens nobis eius uolunta/tem esse faciendam, à quo speramus & prẽmia. Propter quod alio testatur loco: Non omnis

qui

qui dicit mihi domine domine,intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit uoluntatem patris c.
mei qui in cœlis,ipſe intrabit in regnum cœlorum. Quo manifeſte illud oſtenditur, nos non ſola dei confeſſione tãti præmij magnitudinem promereri,niſi fidei & iuſticiæ opera coniuncta ſint, Qualis enim eſt illa confeſſio,quæ ſic deo credit, ut pro nihilo eius ducat imperium? Aut quomodo ex animo,ac uere dicimus,domine,domine: ſi eius quem dominum confitemur, præcepta contemnimus? Vnde ipſe in euangelio dicit: Quid autem uocatis me domine domine,& non facitis quæ dico? Et iterum: Populus hic labijs me honorat,cor autem eorum longe eſt à me.Et rurſum loquitur per prophetam:Filius honorificat patrem, & ſeruus dominum ſuum timet.Et ſi pater ego ſum:ubi eſt honor meus? & ſi dominus ego ſum, ubi eſt timor meus? Ex quo apparet,nec honorari ab eis dominũ,nec timeri , qui eius præcepta non faciũt.Et ad Dauid expreſſius dicitur,qui peccatum admiſerat: Et pro nihilo duxiſti deum.& ad Heli ſit ſermo domini:Qui honorificat me,honorificabo eum,qui autem pro nihilo me habent,ad nihilum redigentur . Et nos ſecuro ac bono animo ſumus, qui per ſingula quæq; præcepta,inhonorantes deum clementiſſimum, ad iracundiam prouocamus , eiuſq; imperium ſuperbiſſime contemnendo , in tantæ maieſtatis imus iniuriam? Quid enim unquam tam ſuperbum,quid uero tam ingratum uideri poteſt,quàm aduerſus eius uiuere uoluntatem,à quo ipſum uiuere acceperis? quàm illius præcepta deſpicere, qui ideo aliquid imperat,ut cauſas habeat remunerandi? Neq; enim obſequij noſtri deus indiget, ſed nos illius indigemus imperio.Mandata eius deſiderabilia ſuper aurum & lapidem precioſum nimis, & dulciora ſuper mel & fauum:quoniam in cuſtodiendis illis retributio multa.Et ideo nobis iraſcitur,idcirco magis illa immenſa dei bonitas offenditur, quia eam per tanti etiam præmij detrimenta cõtemnimus,nec ſolum imperata , ſed etiam promiſſa illius pro nihilo ducimus. Vnde ſæpe,imò ſemper,illa nobis domini reuoluenda ſentẽtia:Si uis ad uitam uenire,ſerua mandata.Hoc enim tota nobiſcum lege agitur.Hoc prophetæ,hoc Apoſtoli docent , hoc à nobis,& uox Chriſti & ſanguis efflagitat: Qui ideo pro omnibus mortuus eſt, ut qui uiuũt, iam non ſibi uiuant,ſed ei,qui pro illis mortuus eſt. Viuere autẽ illi,non eſt aliud , quàm eius præcepta ſeruare,quę nobis ille quaſi certum quoddã dilectionis ſuæ pignus ſeruanda mandauit:Si diligitis,inquit,me: mandata mea ſeruate . Et qui habet mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me.Ac rurſus:Si quis diligit me , ſermonem meum ſeruabit , & pater meus diliget eum,& ad eum ueniemus,& manſionem apud eum faciemus.Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat.Grandem uim obtinet uera dilectio.Et qui perfecte amatur,totam ſibi amantis uendicat uoluntatem.Nihil eſt imperioſius charitate.Nos ſi uere Chriſtum diligimus,ſi eius nos redemptos ſanguine recordamur, nihil magis uelle , nihil omnino debemus agere,quàm quod illum uelle cognoſcimus . Duo autem ſunt genera mandatorum, in quibus clauditur tota iuſticia.Prohibendi unum eſt, iubendi alterum . Vt enim mala prohibentur:ita præcipiuntur bona.Ibi ocium operatur,hic ſtudium.Ibi coercetur animus,hic incitatur . Hic feciſſe , illic non feciſſe , culpabile eſt. Vnde & propheta dicit:Quis eſt homo qui uult uitam,& cupit uidere dies bonos? Prohibe linguã tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.Declina à malo,& fac bonum.Et beatus Apoſtolus:Odientes malum,adhærentes bono.Hoc itaq; duplex diuerſumq; præceptum,prohibendi ſcilicet & imperandi, æquo omnibus iure mandatum eſt. Non uirgo, non uidua, non nupta,ab hoc imperio libera eſt. In quouis propoſito,in quouis gradu, æquale peccatũ eſt, uel prohibita admittere, uel iuſſa non facere.Neq; uero eorum te ſeducat error,qui ex arbitrio ſuo eligunt,quæ potiſſimũ dei mandata contemnãt,quæue quaſi uilia ac parua deſpiciant:nec metuunt,ne ſecundum diuinam ſententiam , minima contemnendo,paulatim decidant . Stoicorum quidem eſt peccatorum tollere differentiam , & delicta omnia paria iudicare , nec ullum inter ſcelus & erratum diſcrimen facere.Nos uero & ſi multum inter peccata diſtare credimus,quia & legimus, tamen ſatis prodeſſe ad cautionem dicimus , etiã minima pro maximis cauere. Tanto enim facilius abſtinemus à quocunq; delicto, quanto illud magis metuimus . Nec cito ad maiora

progreditur

A progreditur,qui etiam parua formidat.Et ſanè neſcio,an poſſimus leue aliquod peccatũ dicere,quod in dei contemptũ admittitur. Eſtq; prudentiſſimus, qui non tã conſiderat quod iuſſum ſit,quàm illum qui iuſſerit: nec quantitatem imperij, ſed imperantis cogitat dignitatem. Aedificanti itaq; tibi ſpiritualem domum,non ſuper leuitatem arenæ, ſed ſuper ſoliditatem petræ,innocentiæ in primis fundamentum ponatur, ſuper quod facilius poſſis arduum culmen iuſticiæ erigere.Maximam enim partem æquitatis impleuit,qui nulli nocuit. Beatusq; eſt,qui poteſt cum ſancto Iob dicere:Nulli nocui hominum:iuſte uixi cum omnibus. Vnde audenter & ſimpliciter loquebatur ad dominum:Quis eſt ille qui iudicetur mecũ,id eſt,quis tuum aduerſum me poteſt implorare iudicium,ut ſe læſum à me conuincat? Puriſſimæ conſcientiæ eſt:ſecure canere cum propheta:Perambulabam in innocentia cordis mei: in medio domus tuæ. Vnde idem alibi dicit:Non fraudauit eos deus bonis,qui ambulant in innocentia.Itaq; maliciam,odiũ atq; inuidiam,quæ uel maxima, uel ſola ſemina ſunt nocendi,Chriſtiana à ſe propellat anima:neq; manu tantum, aut lingua, ſed corde quoq; cuſtodiat innocentiam:nec opere modo,ſed uoto etiam nocere formidet. Quantum enim ad peccati rationem pertinet,nocuit & qui nocere diſpoſuit. Multi nomen illud abſolute atq; integre definiunt, innocẽtem,qui ne in eo quidem ulli noceat quo prodeſſe deſiſtat.Quod ſi eſt uerũ,tum demum lætare de innocentiæ conſcientia, ſi cum potes adiuuare non deſinas. Si uero diuiſa inter ſe iſta atque diſtincta ſunt: aliudq; eſt non nocere quod ſemper potes,aliud prodeſſe cum poſſis,aliud malum non facere,aliud operari bonum, illud tibi rurſum occurrat: non ſufficere Chriſtiano,ſi partem unam iuſticiæ impleat,cui utrunq; præcipitur. Neq; enim debemus ad multitudinis exempla reſpicere: quæ nullam harum diſciplinam ſequens, nullum uiuendi tenens ordinem, non tam ratione ducitur,quàm quodam impetu fertur.Nec imitandi nobis illi ſunt,qui ſub Chriſtiano nomine gentilem uitã agunt,& aliud profeſſione, aliud conuerſatione teſtantur:atq;,ut apoſtolus ait,deum confitentur ſe noſſe, factis autẽ negant.
B Inter Chriſtianum & gentilem,non fides tantum debet,ſed etiam uita diſtinguere, & diuerſam religionem,per diuerſa opera monſtrare.Nolite,ait Apoſtolus,iugum ducere cum infidelibus.Quæ enim participatio iuſticiæ cum iniquitate? Aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem conſenſus templo dei cum idolis? Sit ergo inter nos & illos maxima ſeparatio.Diſiungitur certo diſcrimine error & ueritas, Illi terrena ſapiant, qui cœleſtia promiſſa non habent. Illi breui huic uitæ ſe totos implicent, qui æterna neſciunt. Illi peccare non metuant, qui peccatorũ impunitatem putant.Illi ſeruiant uitijs,qui non ſperant futura præmia uirtutum, Nos uero qui puriſſima confitemur fide,omnem hominem manifeſtandum eſſe ante tribunal Chriſti, ut recipiat unuſquiſq; propria corporis ſui,prout geſſit,ſiue bonum,ſiue malum, procul eſſe debemus à uitijs,dicente Apoſtolo: Qui enim Chriſti ſunt,carnem ſuam crucifixerunt cum uitijs & concupiſcentijs. Nec turbam ſequantur errantem, qui ſe ueritatis diſcipulos confitentur.Duas certe conuerſationis uias,& diſtincta in diuerſum itinera uiuendi, ſaluator in euangelio oſtendit.Quã,inquit,ſpatioſa uia,quæ ducit ad mortem, & multi ſunt qui intrant per eam.Et rurſum: Quam arcta uia & anguſta eſt,quę ducit ad uitã,& pauci ſunt qui inueniunt eam.Vide quanta inter has uias ſeparatio ſit,quantumq; diſcrimen.Illa ad mortem,hæc tendit ad uitam.Illa celebratur & teritur à multis,hæc uix inuenitur à paucis. Illa enim uitijs per cõſuetudinem,quaſi decliuior ac mollior, & uelut quibuſdam amœna floribus uoluptatum, facile ad ſe rapit commeantium multitudinem:Hæc uero inſueto calle uirtutum triſtior atq; horridior:ab his tantum eligitur, quibus non tam delectatio itineris cordi eſt, quam utilitas manſionis.Aſperam enim nobis, & inſuauem uirtutum uiam, nimia facit uitiorum conſuetudo: quæ ſi in partem alteram transferatur, inuenietur, ſicut ſcriptura dicit, ſemita iuſticiæ leuis.Ponamus ergo iam rationem uitæ noſtræ, & per quam potiſſimum gradiamur uiam, conſcientia teſte diſcamus.Omne enim quod agimus,omne quod loquimur,aut de lata,aut de anguſta uia eſt. Si cum paucis anguſtum iter & ſubtilem quandam ſemitam inuenimus,

ad uitam tendimus. Si uero multorum comitamur uiam, ſecundum domini ſentẽtiam imus c
ad mortem. Si ergo odio atq; inuidia poſſidemur,ſi cupiditati & auariciæ cedimus, ſi præ-
ſentia commoda futuris præferimus:per ſpacioſam uiam incedimus.Habemus enim ad hæc
comitum multitudinem,& late ſimilium ſtipamur agminibus.Si iracũdiam libidinemq; ex-
plere uolumus,ſi iniuriam uindicamus,ſi maledicenti remaledicimus, & aduerſum inimicum
inimico animo ſumus, æque cum pluribus ferimur. Si uel adulamur ipſi, uel adulantem li-
benter audimus, ſi uerum dicere gratia impedimur, & magis offendere animos hominum
timemus, quàm non ex animo loqui, de multorum item uia ſumus. Tot noſtri ſunt ſocij,
quot extranei ueritatis.At è contrario,ſi ab omnibus uitijs ſumus extranei, ſi purum ac libe-
rum animum præſtamus, & omni cupiditate calcata, ſolis ſtudemus diuites eſſe uirtutibus,
per anguſtam uiam nitimur.Conuerſatio enim iſta paucorum eſt.Eſtq; perrarum atq; diffi
cile, idoneos huius itineris comites reperire. Quinetiam multi hac ire ſe ſimulant,& per di-
uerſa errorum diuerticula,ad uiam multitudinis reuertuntur. Ideoq; timendum eſt, ne quos
duces recti huius itineris habere nos credimus:eos comites habeamus erroris. Si igitur inue-
niuntur exempla,quæ nos per hanc ducant uiam,& rectum euangelij tramitem teneant, ſe-
quenda ſunt.Sin uero ea uel deficiunt, uel deficere putantur:Apoſtolorum forma uniuerſis
propoſita eſt.Clamat uas electionis Paulus, nosq; quaſi ad anguſtum hoc iter conuocans,
dicit:Imitatores mei eſtote,ſicut & ego Chriſti.Certe quod eſt amplius omnibus, ipſius do-
mini relucet exemplum,qui in Euangelio ait: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati
eſtis,& ego requieſcere faciam uos.Tollite iugum meum ſuper uos,& diſcite à me,quia mitis
ſum, & humilis corde. Si periculoſum eſt imitari illos, de quibus dubitas an imitandi ſint:
hunc certe imitari tutiſſimũ eſt ,atq; eius ueſtigia ſequi, qui dixit:Ego ſum uia,ueritas & uita.
Nunquam enim errat,qui ſequitur ueritatem. Vnde & apoſtolus Ioannes ait: Qui dicit ſe in
Chriſto manere,debet ſicut ille ambulauit,& ipſe ambulare. Et beatus Petrus ait: Chriſtus
pro nobis paſſus eſt,uobis relinquens exemplum, ut ſequamini ueſtigia eius, qui peccatum d
non fecit,nec eſt inuentus dolus in ore eius.Qui cum malediceretur,nõ maledicebat,cum pa-
teretur,nõ comminabatur.Tradebat autem iudicanti ſe iniuſte. Qui peccata noſtra ipſe per-
tulit in corpore ſuo ſuper lignum,ut peccatis mortui,iuſticię uiuamus.Ceſſet omnis excuſatio
errorum.Auferantur peccandi fœda ſolatia.Nihil omnino agimus,qui nos per multitudinis
exempla defendimus, & ad conſolationem noſtram, aliena ſæpe numerantes uitia, deeſſe
nobis dicimus quos debeamus ſequi. Ad illius exemplum mittimur, quem omnes fatemur
imitandum.Atq; ideo præcipua tibi cura ſit,legem noſſe diuinam:per quã poſſis,quaſi præ-
ſentia cernere exempla ſanctorum, quid faciendum ſit,qúidue uitandum,illius cõſilio diſce.
Maximum enim ad iuſticiam auxilium,eſt implere diuinis eloquijs animum,& quod opere
exequi cupias,ſemper corde meditari.Rudi adhuc populo,& hominibus ad obedientiam in
ſuetis, per Moyſen imperatur à domino, ut in ſignum memoriæ, qua præcepta domini re-
cordentur,per ſingulas ueſtimẽtorum fimbrias,habeant cum cocco hiacynthini coloris inſi
gnia:ut etiam caſu huc illucq; reſpicientibus oculis,mandatorum cœleſtium memoria naſca
tur.De quibus fimbrijs phariſæi redarguuntur à domino,quod eas peruerſo uſu,non ad cõ-
monitionem præceptorum dei,ſed ad oſtẽtationem ſui habere cœperint, ut ſcilicet quaſi de
maioris obſeruationis diligentia, ſancti à populo iudicarentur. Tibi uero ſeruanti non iam
literæ præcepta,ſed ſpiritus, diuinorum mandatorum memoria ſpiritualiter excolenda eſt.
Cui non tam frequenter recordanda ſunt præcepta domini, quàm ſemper cogitanda. Sint
ergo diuinæ ſcripturæ ſemper in manibus tuis, & iugiter mente uoluantur.Nec ſufficere tibi
putes mãdata dei memoria tenere,& operibus obliuiſci.Sed ideo illa cognoſce,ut facias quic
quid faciendum didiceris.Non enim auditores legis iuſti ſunt apud deum,ſed factores legis
iuſtificabuntur.Latus quidem & immenſus diuinæ legis campus extenditur.Qui diuerſis te-
ſtimonijs ueritatis, uelut cœleſtibus quibuſdam floribus uernans,mira oblectatione legẽtis
animum paſcit ac refouet.Quæ omnia ſemper cognoſcere,ſecumq; reuoluere,ingẽs ad con-
ſeruandam

A seruandam iusticiam beneficium est. Sed quasi ad compendiosum locum,quoddā commo/
nitorium,illa tibi euangelij eligenda sententia est,& superscribenda cordi tuo, quæ ad totius
iusticiæ breuiarium,dominico ore profertur: Omnia quæcunq; uultis ut faciant uobis homi
nes,hæc & uos facite illis:Cuius præcepti uires exprimēs,iungit ac dicit:Hæc enim lex & pro
phetæ.Infinitæ namq; sunt species,partesq; iusticiæ:quas non modo stilo persequi, sed cogi
tatione etiam capere difficillimum est. Quas omnes una ac breui sententia comprehendit,&
latentem hominum conscientiā, secreto animi iudicio,aut absoluit,aut damnat. Ad omnem
igitur actum, ad omne uerbum, ad omnem etiam cogitatum,hæc sententia retractetur:quæ
tibi quasi speculum quoddam paratum,& ad manum semper positum , qualitatem tuæ uo/
luntatis ostēdat: ac etiam uel de iniusto opere redarguat,uel de iusto lætificet.Quotiescunq;
enim talem in alterum habueris animum,qualem in te ab altero seruari cupis:equitatis uiam
teneś. Quoties uero talis erga alterum fueris, qualem in te uis neminem : iter iusticiæ dereli/
quisti . En totum illud diuinæ legis arduum totumq; difficile.En ob quam causam dura im/
peria . Domino reclamamus , & dicimus nos , uel difficultate , uel impossibilitate mandato/
rum premi.Nec sufficit , quod iussa non facimus : nisi etiam iubentem , iniustum pronuncie/
mus,dum ipsum æquitatis autorem, non modo dura & ardua,sed etiam impossibilia præce
pisse conquerimur.Omnia,inquit,quæcunq; uultis,ut faciant uobis homines, hæc & uos fa/
cite illis. Coniungi uult inter nos atq; connecti , per mutua beneficia charitatem . Omnesq;
homines uicario inter se amore copulari,ut id unoquoq; præstante alteri,quod sibi ab omni
bus præstari uelit, tota iusticia , & præceptum hoc dei,communis sit utilitas hominum. Et ò
miram clementiam domini , ò ineffabilem dei benignitatem . Præmium nobis pollicetur, si
nos inuicem diligamus , id est, si nobis ea præstemus inuicem , quorum uicissim indigemus.
Et nos superbo simul & ingrato animo , eius renitimur uoluntati , cuius etiam imperium be/
neficium est? Nulli unquam omnino detrahas,nec aliorum uituperatione te laudabilem ui/
B deri uelis. Magisq; uitam tuam ordinare disce, quàm alienam carpere . Ac semper scripturæ
memor esto dicentis:Noli diligere detrahere,ne eradiceris.Pauci admodum sunt,qui huic ui
tio renuncient,raroq; inuenies,qui ita uitam suam irreprehensibilem exhibere uelint,ut non
libenter reprehendant alienam. Tantaq; huius mali libido mentes hominū inuasit, ut etiam
qui procul ab alijs uitijs recesserunt,in istud tamen quasi in extremum diaboli laqueum inci/
dant. Tu uero hoc malum ita effuge,ut non modo ipsa non detrahas,sed ne alij quidem de/
trahenti,aliquando credas.Nec obtrectatoribus autoritatem de consensu tribuas: ne eorum
uitium nutrias annuendo.Noli,inquit scriptura,consentaneus esse cum derogantibus aduer/
sus proximum tuum,& non accipies super illum peccatum.Et alibi:Sepi aures tuas spinis,&
noli audire linguam nequam. Vnde & beatus Dauid, diuersas innocentiæ species iusticiæq;
dinumerans, de hac quoq; uirtute non tacuit,dicendo:Et opprobrium non accepit aduersus
proximos suos:Propterea quod ipse non solum aduersatur,sed etiam persequitur detrahen/
tem.Ait enim:Detrahentem secreto proximo suo,hunc persequebar. Est sanè tale hoc uitiū
quod uel in primis extingui debeat,& ab eis qui se sancte instituere uolunt , prorsus excludi.
Nihil enim tam inquietat animum : nihil est quod ita mobilem mentem ac leuem faciat , q̄
facile totum credere,& obtrectatorum uerba,temerario mentis assensu sequi. Hinc enim cre
bræ dissensiones,hinc odia iniusta nascuntur.Hoc est quod sæpe de amicissimis etiam inimi/
cos facit,dum concordes quidem, sed credulas animas,maliloqua lingua dissociat. At cōtra,
magna quies animi, magnaq; est morum grauitas , non temere de quoq; sinistri quid audi/
re. Beatusq; est qui ita se contra hoc uitium armauit , ut apud eum detrahere nemo audeat.
Quod si hæc in nobis esset diligentia,ne passim obtrectatoribus crederemus,iam omnes de
trahere timerent:ne non tam alios, q̄ seipsos uiles detrahēdo facerent.Sed hoc ideo malum
celebre est,idcirco in multis feruet hoc uitium,quia penè ab omnibus libenter auditur . Adu/
latorum quoq; assentationes,& noxia blanditmenta fallaciæ, uelut quasdā pestes animæ fu/
ge.Nihil est quod tam facile corrumpat mentes hominū , nihil quod tam dulci & molli uul/

nere animum feriat. Vnde & quidam ſapiens ait: Verba adulatorum mollia, feriunt autem c
interiora uentris. Et dominus loquitur per prophetam: Populus meus qui beatificant uos, ſe
ducunt uos, & ſemitas pedum ueſtrorum diſſipant. In multis, iſto maxime tempore, regnat
hoc uitiũ, quodq; eſt grauiſſimũ, humilitatis ac beneuolentiæ loco ducitur. Eo fit, ut qui adu-
lari neſcit, aut inuidus, aut ſuperbus putetur. Eſt ſanè grande & ſubtile artificium, laudare al-
terum in commendationem ſui, & decipiendo, animum ſibi obligare decepti, quodque hoc
maxime uitio agi ſolet, fictas laudes, certo precio uendere. Quæ hæc tanta eſt leuitas animi,
quæ tanta uanitas: relicta propria conſcientia, alienam opinionem ſequi, & quidem fictam
atq; ſimulatam? Rapi uento falſæ laudationis, gaudere ad circumuentionem ſuam, & illuſio
nem pro beneficio accipere? Tu ergo ſi uere laudabilis eſſe cupis, laudem hominum ne requi
ras. Illiq; præpara conſcientiam tuam, qui & illuminabit abſcondita tenebrarũ, & manifeſta-
bit conſilia cordium, & tunc laus tibi erit à deo. Sit igitur intentus ac uigilans, & aduerſus pec
cata ſemper armatus animus tuus. Sermo in omnibus moderatus & parcus, & qui neceſſita-
tem magis loqui indicet, quàm uoluntatem. Ornet prudentiam uerecundia, quodq; præci-
puum in fœminis ſemper fuit, cunctas in te uirtutes pudor ſuperet. Diu ante conſidera, quid
loquendum ſit, & adhuc tacens prouide, ne quid dixiſſe pœniteat. Verba tua ponderet cogi-
tatio, & linguæ officium, animi libra diſpenſet. Vnde ſcriptura dicit: Argentum & aurũ tuum
confla, & uerbis tuis facito ſtateram, & frenos ori tuo rectos: & attende ne forte labaris lin-
gua. Nunquã malum uerbũ de ore tuo procedat, quæ ad cumulũ benignitatis iuberis etiam
maledicentibus benedicere. Miſericordes, inquit, modeſti, humiles, non reddentes malũ pro
malo, neq; maledictum pro maledicto, ſed econtrario benedicentes. Mentiri uero atq; iura-
re, lingua tua prorſus ignoret, tãtusq; in te ſit ueri amor, ut quicquid dixeris, iuratũ putes. De
quo ſaluator ad diſcipulos ait: Ego aũt dico uobis, nõ iurate omnino. Et paulo poſt: Sit au-
tem ſermo ueſter, eſt, eſt, non, non: Quod autem his abundantius eſt, à malo eſt. In omni igi-
tur actu atq; uerbo, quieta mens & placida ſeruetur: ſemperq; cogitationi tuæ dei præſentia d
occurrat: ſit humilis animus, ac mitis, & aduerſus ſola uitia erectus. Nunquã illum, aut ſuper-
bia extollat, aut auaricia inflectat, aut ira præcipitet. Nihil enim quietius, nihil purius, nihil
deniq; pulchrius ea mente eſſe debet, quæ in dei habitaculum præparanda eſt, quem non au
ro templa fulgentia, non gemmis altaria diſtincta delectant, ſed anima ornata uirtutibus.
Ideo & templum dei, ſanctorum corda dicuntur, affirmante Apoſtolo, qui ait: Si quis tem-
plum dei uiolauerit, diſperdet illũ deus. Templum enim dei ſanctũ eſt, quod eſtis uos. Ni-
hil habeas humilitate præſtantius, nihil amabilius. Hæc eſt enim præcipua conſeruatrix, &
quaſi cuſtos quædam uirtutum omniũ: nihilq; eſt quod nos ita & hominibus gratos & deo
faciat, quàm ſi uitæ merito magni, humilitate infimi ſimus. Propter quod ſcriptura dicit:
Quãto magnus es, humilia te in omnibus, & corã deo inuenies gratiã. Et dominus loquitur
per prophetam: Super quem aliũ requieſcam, niſi ſuper humilẽ, & quietum, & trementẽ uer
ba mea? Veruntamen humilitatẽ ſequere, non quæ oſtenditur, atq; ſimulatur geſtu corpo-
ris, aut fracta uoce uerborũ, ſed quæ puro affectu cordis exprimitur. Aliud eſt enim uirtutẽ
habere, aliud uirtutis ſimilitudinẽ, aliud eſt rerum umbram ſequi, aliud ueritatẽ. Multo de-
formior illa eſt ſuperbia, quæ ſub quibuſdã humilitatis ſignis latet. Neſcio enim quomodo
turpiora ſunt uitia, quæ uirtutũ ſpecie cælantur. Nulli te unquã de generis nobilitate præpo-
nas, neq; obſcuriores quaſq; & humiliore loco natas, te inferiores putes. Neſcit religio no-
ſtra perſonas accipere: nec conditiones hominũ, ſed animos inſpicit ſingulorũ, Seruũ & nobi
lem, de moribus pronunciat. Sola apud deũ libertas eſt, non ſeruire peccatis. Summa apud
deum eſt nobilitas, clarum eſſe uirtutibus. Quid apud deum in uiris nobilius Petro, qui pi-
ſcator & pauper fuit? Quid in fœminis beata Maria illuſtrius, quæ ſponſa fabri deſcribitur?
Sed illi piſcatori & pauperi cœleſtis regni à Chriſto creduntur claues. Hæc ſpõſa fabri, me-
ruit eſſe mater illius, à quo ipſe claues datæ ſunt. Elegit enim deus ignobilia & contemptibi-
lia huius mundi, ut potẽtes ac nobiles ad humilitatẽ facilius adduceret. Nam & alias fruſtra

ſibi

A sibi aliquis de nobilitate generis applaudit,cũ uniuersi paris honoris,& eiusdem apud deum precij sint,qui uno Christi sanguine sunt redempti: nec interest qua quis cõditione natus sit, cum omnes in Christo æqualiter renascamur. Nam & si obliuiscimur, quia ex uno omnes generati sumus:saltem id semper meminisse debemus, quia per unum omnes regeneramur. Caue ne si ieiunare aut abstinere cœperis,te putes esse iam sanctam. Hæc enim uirtus adiumentum est, non perfectio sanctitatis. Magisq; id prouidendum est:ne tibi hoc, cum licita contemnas, securitatem quandam illicitorum faciat. Quicquid supra iusticiam offertur deo, non debet impedire iusticiam, sed adiuuare. Quid autem prodest tenuari abstinentia corpus, si animus intumescat superbia? Quam laudem merebimur de pallore ieiunij, si inuidia liuidi simus? Quid uirtutis habet uinum non bibere, & ira atq; odio inebriari? Tunc, inquam, præclara est abstinentia, tunc pulchra atq; magnifica castigatio corporis, cum est animus ieiunus à uitijs.Imo qui probabiliter ac scienter abstinentiæ uirtutem tenent, eo affligunt carnem suam, quo animæ frangunt superbiam: ut quasi de quodam fastidio contemptus sui atq; arrogantiæ, descendant ad implendam domini uoluntatẽ,quæ maxime in humilitate perficitur. Idcirco à uarijs ciborum desiderijs mentem retrahunt, ut totam eius uim occupent in cupiditate uirtutum. Iamq; minus ieiuniorum & abstinentiæ laborem caro sentit, anima esuriente iusticiam. Nam & uas electionis Paulus dum castigat corpus suum, & in seruitutem redigit, ne alijs prædicans ipse reprobus inueniatur, non ad solam, ut quidam imperiti putant,hoc facit castitatem:Non enim huic tantũ modo, sed omnibus omnino uirtutibus abstinentia opitulatur. Neq; magna aut tota Apostoli gloria est,non fornicari: sed hoc agit,ut castigatione corporis, erudiatur animus: quantoq; nil ex uoluptatibus concupiscit, tantomagis possit de uirtutibus cogitare,ne perfectionis magister, imperfectum aliquid in se ostendat:ne Christi imitator,extra præceptum quicquã aut uoluntatẽ Christi faciat,néue minus exẽplo,quàm uerbo doceat,cũq; alijs prædicauerit, ipse reprobetur, audiatq; cum
B pharisæis:Dicunt enim & non faciunt.Apostolici uero & præcepti est,& exempli, ut habeamus rationem, non conscientiæ tantum, sed etiam famæ. Non superfluum & à fructu uacuum,gentium magister hoc docet: Vult enim etiã extraneos ad fidem homines, per fidelium ọpera proficere, ut religionem ipsam, religionis disciplina cõmendet. Et ideo sicut luminaria in mundo lucere nos iubet,in medio nationis prauæ & peruersæ,ut incredulæ mentes erantium, ex nostrorũ actuũ lumine,ignorantiæ suæ tenebras deprehendant. Vnde & ipse ad Romanos ait: Prouidentes bona, non solũ corã deo, sed etiam coram hominibus. Et alibi: Sine offensione estote Iudæis, & gentibus, & ecclesiæ dei, sicut ego per omnia omnibus placeo,non quærens quod mihi utile est, sed quod multis. Beatus est qui tam sancte,tamq; grauiter disposuit uitam suam, ut de eo sinistri aliquid ne fingi quidẽ possit, dum aduersus obtrectatorũ libidinẽ, pugnat meriti magnitudo, nec fingere quisquam ausus est, quod à nullo putat esse credendum.Quod si id assequi difficile atq; nimis arduum est,saltem hanc adhibeamus uitæ nostræ diligentiã,ne malæ mentes,occasionẽ inueniant detrahendi. Ne ex nobis scintilla procedat, per quã aduersus nos sinistræ famæ flãma confletur. Alioqui frustra irascimur obtrectatoribus nostris,si eisipsis obtrectandi materiam ministramus. Si autẽ nobis diligenter atq; solicite omnia ad honestatẽ prouidentibus, cunctisq; actibus nostris timorẽ dei præferentibus, illi nihilominus insaniunt, consoletur nos conscientia nostra, quæ tunc maxime tuta est, tunc optime secura est,cũ ne occasionẽ quidẽ male de se sentiendi dedit. Illis enim uæ dicitur per prophetam, qui dicunt,quod bonũ est malum,qui lucem appellant tenebras,& quod dulce est,amarum uocant.Nobis ergo saluatoris aptabitur sermo, Beati estis cũ uobis maledixerint homines, mentientes. Nos modo id agamus, ut male de nobis nemo loqui absq; mendacio possit. Ita habeto solicitudinẽ domus,ut aliquã tamen uacationẽ animæ tribuas. Eligatur tibi opportunus,& aliquantum à familiæ strepitu remotus locus,in quẽ tu uelut in portum,quasi ex multa tempestate curarũ te recipias, & excitatos foris cogitationũ fluctus, secreti tranquillitate cõponas. Tantũ ibi sit diuinæ lectionis

ſtudium,tam crebræ orationum uices,tam firma & preſſa de futuris cogitatio, ut omnes re/ c
liqui temporis occupationes,facile hac uacatione compenſes. Nec hoc ideo dicimus, quo te
retrahamus à tuis, imò id agimus,ut ibi diſcas,ibiq; mediteris,qualem tuis præbere te debe/
as. Familiam tuam ita rege & confoue, ut te matrem magis tuorum, quàm dominam uide/
ri uelis, à quibus benignitate potius, quàm ſeueritate exige reuerentiam. Fidelius & gratius
ſemper obſequiū eſt, quod ab amore, quàm quod à metu proficiſcitur. Præcipue autem in
coniugio uenerabili atq; immaculato, apoſtolicæ regulæ ordo teneatur. Seruetur in primis
uiro autoritas ſua, totaq; à te diſcat domus, quantum illi honoris debeat. Tu illū dominum
obſequio tuo, tu magnum illum tua humilitate demonſtra, tanto ipſa honoratior futura,
quanto illum amplius honoraueris.Caput enim,ut ait Apoſtolus,mulieris eſt uir, nec alium/
de magis reliquum corpus ornatur, quàm ex capitis dignitate. Vnde idem alibi dicit: Mu/
lieres ſubditæ eſtote uiris, ſicut oportet in domino. Sed & beatus Petrus apoſtolus ait: Si/
militer autem mulieres ſubditæ ſint uiris,ut & ſi qui non credunt uerbo,per mulieris conuer/
ſationem,ſine uerbo lucrifiant. Si ergo etiam gentilibus maritis debetur honor iure coniu/
gij,quanto magis reddendus eſt Chriſtianis? Atq; ut oſtendat, quibus ornamentis etiā ui/
ris iunctæ fœminę decorari debeant,ait: Quarū ſit non extrinſecus capillatura,aut circunda/
tio auri,aut ueſtimentorū cultus,ſed qui abſconditus cordis eſt homo,incorruptibilitate quie
ti & modeſti ſpiritus,qui eſt in conſpectu dei locuples. Sic enim aliquādo & ſanctæ mulieres
ſperantes in domino ornabant ſe,ſubiectæ proprijs uiris,ſicut Sara obediebat Abrahæ,do/
minū ſuū uocans.Hæc aūt præcipiens,nō eas iubet ſqualore,ſordibus,& horrentibus panno
rum aſſumentis tegi, ſed immoderato cultui,& nimis exquiſito interdicit ornatui,ſimplicēq;
cōmendat ornatū atq; habitū. De quo & uas electionis ait: Similiter aūt & mulieres in habi/
tu ornato,cū uerecundia & ſobrietate:ornātes non in tortis crinibus, aut auro,aut margaritis,
uel ueſte precioſa,ſed quod decet mulieres,promittentes caſtitatē per opera bona.Reperi ue
ro te miræ fidei ardore ſuccenſam, aliquot iam ante annos continentiam propoſuiſſe, & reli/ D
quum uitæ tuę tempus,pudicitiæ conſecraſſe.Magni hoc animi ſignū,& perfectę uirtutis in/
dicium eſt,renunciare ſubito expertæ uoluptati,fugere notas carnis illecebras, & calentis ad/
huc ætatis flāmas,fidei amore reſtinguere. Sed illud quoq; ſimul didici,quod me nō medio
criter angit ac ſtimulat:te uidelicet tantū hoc bonū, abſq; conſenſu & pacto uiri ſeruare cœ/
piſſe,cū hoc apoſtolica omnino interdicat autoritas, quæ in hac duntaxat cauſa, non modo
uxorē uiro,ſed etiā uirū uxoris ſubiecit poteſtati: Vxor,inquit,ſui corporis poteſtatē non ha
bet,ſed uir.Similiter autē uir poteſtatē non habet ſui corporis,ſed mulier.Tu uero quaſi ob/
lita fœderis nuptialis,pactiq; huius ac iuris immemor,inconſulto uiro uouiſti domino caſti/
tatē.Sed periculoſe promittitur quod adhuc in alterius poteſtate eſt.Et neſcio cōq; ſit grata do
natio,ſi unus offerat rem duorū.Multa iam per huiuſcemodi ignorantiā, & audiuimus,& ui
dimus ſciſſa coniugia, quodq; recordari piget, occaſione caſtitatis adulterium perpetratum.
Nam dum una pars ſe etiā à licitis abſtinet,altera ad illicita delapſa eſt.Et neſcio in tali cauſa,
quis magis accuſari, quis amplius culpari debeat, utrum ille qui repulſus à coniuge fornica/
tur,an illa quæ repellendo à ſe uirum,eum fornicationi quodammodo obijcit.Atq; ut ſuper
hac cauſa,quid ueritas habeat agnoſcas,pauca mihi de diuina autoritate ponēda ſunt.Apo/
ſtolicæ doctrinæ regula,nec cum Iouiniano æquat continentiæ,opera nuptiarū, nec cū Ma/
nichæo coniugia condemnat.Ita uas electionis ac magiſter gentium,inter utrunq; tempera/
tus incedit ac medius,ut remedium incontinentiæ indulgeat,& ad præmium prouocet conti/
nentiam. Totusq; in hac cauſa eius hic ſenſus eſt, ut ex utriuſq; ſententia proponatur caſti/
tas, aut certe ab utroque debitum commune ſoluatur. Sed ipſa iam Apoſtoli uerba pona/
mus, totamq; hanc cauſam à ſui principio retractemus. Loquitur enim ad Corinthios: De
quibus autem ſcripſiſtis mihi:Bonum eſt homini mulierem non tangere.Et quanquam hic
laudauerit caſtitatem, tamen ne aliquibus uideatur prohibere coniugia, ſubiungit: Propter
fornicationem autem unuſquiſq; ſuam uxorem habeat. Vxori uir debitum reddat,ſimiliter

autem

A autem & uxor uiro: Mulier autem sui corporis potestatem non habet, sed uir. Et uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicem. Ac rursus, ne tanta pro nuptiarum parte dicendo, uideretur excludere castitatē, sequitur: Nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi. Et statim quasi recusat hoc, quod dixit: Ad tempus, ne non tam perpetuam, quàm temporalem ac breuem continentiam docere uideatur. Ait enim: propter incontinentiam uestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Vnde hoc quod dixit, ad tempus: docet meditationem debere fieri castitatis, ut per certa interualla temporum, quasi exploratis continentiæ suæ uiribus, sine periculo utrique promittant, quod semper est ab utroq; seruandum. Quid uero absolute uelit, manifeste dicit: Volo autem omnes homines esse sicut meipsum, id est, in iugi ac perpetua castitate uiuere. Vides ne quàm caute, quàm prouide, quàm sine ullius occasione scandali, magister firmauerit de castitate sententiam, nolens tantum bonum in unius temeritate nutare, quod ligare & confirmare debet consensus amborum. Et re uera, quid ea castitate firmius est, quid'ue tutius, quàm quæ ex duorum cœpta sententia, ab utroq; uelut in cōmune seruatur? Nec de se tantum pars altera solicita, mutuo se ad uirtutis animet perseuerantiam. Hoc enim, sicut alia quoque bona, non tantum cœpisse, sed perfeciſſe laudandum est. Iamdudum, ut intelligis, scopulosо difficilicq; in loco uersatur oratio, nec audet in alterutrā declinare partem, dum æqualiter utrunq; formidat, sed ex nostra difficultate, tuum agnosce discrimen. Maluimus enim te contristare forsitan uera dicendo, cū ficta adulatione ducere. Duplex, ut uides, malum, æquale & anceps periculum est. Ex utroq; arctaris, ex utroq; cōstringeris. Contemnere omnino uirum atq; despicere, aperte cōtra Apostoli sententiam est: Prodere uiro tanti temporis castitatem, & deo non reddere quod promiseras, timendum atq; metuendum est, Vt uulgo dicitur: facile ex amico inimicum facies, cui promissa non reddas. Sicut enim scriptura dicit: Quod si uoueris uotū domino deo, non moreris reddere illud, quia quærens quærit illud dominus deus abs te: Erit enim in peccatū. Ait ergo: Debitam honorificentiam uiro exhibe, ut ex utroq; domino debitum quod uouisti reddere possis: De cuius conscientia nō diffidimus, si paululum expectasses, non quo te à bono castitatis retrahamus, sed huius animum ad castitatis oraculum totis uiribus incitemus, ut uoluntarium sacrificium offerat deo, in odorem suauitatis, ut exuta mens à cunctis retinaculis mundanis, atq; corporalibus uoluptatibus sit, ut ualeas plenius inhærere dominicis præceptis. Quod tamen ne quid à nobis negligenter esse dictum arbitreris, diuinarum scripturarum testimonijs edocuimus, sicut etiam Apostolus dicit: Et erūt duo in carne una: iam non una caro, sed unus spiritus. Hoc sacramentum magnum est, arduumq; est iter castitatis, sed magna sunt præmia. Vocatq; nos dominus in euangelio dicens: Venite benedicti patris mei, possidete præparatum uobis regnum ab origine mundi. Idem ipse dominus dicit: Venite ad me oīes qui laboratis & onerati estis, & ego uos reficiā. Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Dicit enim idem dominus his, qui ad sinistram eius erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, quem præparauit pater meus diabolo & angelis eius: nescio uos operarij iniquitatis. Erit ibi fletus & stridor dentium. Illi utiq; omnes plangent, illi lugebunt, qui ita curis se uitæ præsentis inuoluunt, ut obliuiscantur futuram, quos somno quodam ignorantiæ, & malæ securitatis oppressos fluctibus, domini comprehendet aduentus. Vnde ipse in euāgelio ait: Attendite uobis, ne forte grauentur corda uestra in crapula & ebrietate, & curis huius uitæ: Ne forte superueniat in uos repentina dies illa, tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ. Et rursum: Vigilate & orate, nescitis enim quando tempus sit. Beati sunt, qui ita expectant, ita illum speculantur diem, ut se ad eum quotidie præparent, qui non de præterita sibi iustitia blandiētes, secundum Apostolum, per dies singulos in uirtute renouantur. Iustitia enim non proderit ei, à quo die iustus esse desierit. Sicut etiam iniquo nō nocebit iniquitas sua, à die quo se ab iniquitate conuerterit. Nec sanctus ergo securus esse de-

B

bet,quàm diu in huius uitæ agone uersatur:nec desperare peccator, qui secundũ prædictam c
prophetæ sententiam,uno die iustum se efficere potest, sed totum quo tenditur spacium uitæ tuæ, ut peragere possis iusticiam, nec de præterita iusticia confidens, remissior efficiaris. Sed sicut dicit Apostolus: Posteriora obliuiscens, ad ea autem quæ anteriora sunt me extendens, ad destinatum persequar brauium supernæ uocationis, sciens scriptum esse, cordis inspectorem deum.Et idcirco satagit,ut animam mundam habeat à peccato. Propter quod scriptum est: Omni custodia serua cor tuum.Et iterum: Diligit dominus munda corda. Accepti autem sunt ei omnes immaculati. Idcirco age, ut ordines reliquum tempus uitæ tuæ sine offensa,ut possis secure canere cum propheta: Perambulabam in innocẽtia cordis mei, in medio domus tuæ. Et iterũ: Introibo ad altare dei,ad deum qui lætificat iuuentutẽ meam. Quia inchoasse non sufficit,sed perfeciſſe iusticia est.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVÈNTIS.

Pater Asellæ somniarat se in uitrea phiala uidere puellam uirgunculam. Eam natam, & ante annos pubertatis uirginitati consecrauit,flammeo uirginali tectam.Ea protinus post duodecimũ annum monachæ uitam arripuit,ac Romæ perinde quasi in eremo uixit. Huius laudes ad Marcellam illius familiarem scribit,ne uideretur assentari,quod uiuentem adhuc tantopere laudaret.

HIERON. AD MARCELLAM DE LAVDIBVS ASELLAE

NEmo reprehẽdat quod in epistolis, aliquos aut laudamus,aut carpimus,cum & in arguendis malis, sit correctio cæterorum, & in optimis prædicãdis,bonorum ad uirtutem studia concitentur. Nudiustertius de beatæ memoriæ Lea aliqua dixeramus. Illico pupugit animum,& mihi uenit in mentem,non debere nos tacere de uirgine, qui de secundo ordine castitatis loquuti sumus. Igitur Asellæ nostræ uita breuiter explicanda est: cui quæso ne hanc epistolam legas. Grauatur quippe laudibus suis,sed his potius,quæ adolescentulæ sunt,legere dignare, ut ad exemplum eius se instituentes, conuersationem illius, perfectæ uitæ normam arbitrentur. Prætermitto, quod in matris utero benedicitur ei, antequam nascatur, quod in phiala nitentis uitri,& omni speculo purioris,patri uirgo traditur per quietem. Quod adhuc infantiæ inuoluta pannis, & uix annum decimum ætatis excedens,honore futuræ beatitudinis consecratur. Sit gratiæ omne,quod ante laborum fuit, licet deus præscius futurorum, & Hieremiam sanctificet in utero, & Ioannem in aluo matris faciat exultare,& Paulum ante constitutionem mundi, separet in euangelium filij sui. Ad ea uenio, quæ post duodecimum annum sudore proprio elegit, arripuit, tenuit, cœpit,impleuit. Vnius cellulæ clausa angustijs,latitudine paradisi fruebatur. Idem terræ solum, & orationis locus extitit & quietis. Ieiunium pro ludo habuit, inediam pro refectione. Et cum eam non uescendi desiderium,sed humana confectio ad cibum traheret, pane & sale, & aqua frigida concitabat magis esuriem, quàm restinguebat. Et quia penè oblitus sum, quod in principio debui dicere: Cum primum hoc propositũ arripuit,aurum colli sui, quod quidem murenulam uulgus uocat, quod scilicet metallo in uirgulas lentescente, quadam ordinis flexuosi catena contexitur, absque parentibus uendidit, & tunicam fusciorem,quàm à matre impetrare non poterat induta, pio negociationis auspicio, se repente domino consecrauit, ut intelligeret uniuersa cognatio, non posse aliud ei extorqueri, quæ iam seculum damnasset in uestibus. Sed, ut dicere cœperamus, ita se semper moderate habuit, & intra cubiculi sui secreta custodiuit, ut nunquam pedem proferret in publicum, nunquam uiri nosset alloquium. Et quod magis sit admirandum, sororem uirginem amaret potius quàm uideret. Operabatur manibus suis, sciens scriptum esse: Qui non operatur, non manducat. Sponso aut orans loquebatur, aut psallens. Ad martyrum limina penè inuisa properabat. Et cum gauderet proposito suo, in eo uehementius exultabat, quod se nullus cognosceret. Quumqúe per omnem annum, iugi ieiunio pasceretur, biduo triduoqúe sic permanens, tum uero in quadragesima, nauigij sui uela tendebat, omnes penè hebdomadas uultu lætante coniungens. Et quod impossibile forsitan est hominibus ad credendum, deo autem præstante possibile est, ita ad quinquagenariam peruenit ætatem, ut non doleret

stomachus

A ſtomachus,non uiſcerum cruciaretur iniuria, nõ ſicca humus iacentia membra confringeret, non ſacco aſperata cutis,fœtorem aliquem ſitumq; contraheret: ſed ſana corpore,anima ſanior,ſolitudinem putaret eſſe delitias,& in urbe turbida,inueniret eremum monachorum.Et hęc quidem tu melius noſti,à qua pauca didicimus,& cuius oculis durities de genubus camelorum in illo ſancto corpuſculo prę orandi frequẽtia obcalluiſſe perſpecta eſt.Nos quod ſcire poſſumus,explicamus. Nihil illius ſeueritate iucũdius,nihil ſuauitate triſtius, nihil triſtitia ſuauius.Ita pallor in facie eſt,ut cum continentiam indicet,non redoleat oſtentationem. Sermo ſilens,& ſilentium loquens. Nec citus,nec tardus inceſſus. Idem ſemper habitus.Neglecta mundicies,& inculta ueſtis:cultus ipſe,ſine cultu. Sola uitæ ſuæ æqualitate prometuit,ut in urbe pompæ,laſciuiæ,delitiarum, in qua humilem eſſe miſeria eſt,& boni eam prædicent, & mali detrahere non audeant.Viduæ eam imitentur & uirgines.Maritatæ colant,noxiæ timeant,ſuſpiciant ſacerdotes.

SCHOLIA

1 MVrenulam uulgus uocat.) Nimirum à ſimilitudine piſcis. Metallo in uirgulas lenteſcente.) Metallum aurum uocat:alioqui uenæ unde aurum atq; argentum, & huius generis alia proferuntur,metalla dicuntur.Lenteſcere eſt flexile fieri,ita & aliàs Hieronymus,Aurum in fila lenteſcens. Pio negociationis auſpicio.) Quia uendidit ornamenta mundana,ut emeret ueſtem monachæ,felici auſpicio euangelij: Vade & uende omnia &c. Penè inuiſa properabat.) Inuiſam dixit non odioſam,ſed non uiſam.Ita clanculum ibat,& celeriter rediebat, ut uix à quoquam uideretur. Nauigij ſui uela tendebat.) A nautis ſumptum,qui uela pandunt,uelocius curſuri. Significat autem uehementius & acrius ieiunium , quod alijs temporibus Hieronymus uult eſſe moderatius,
2 minusq; perpetuum. Cruciaretur iniuria.) Iniuriam eleganter uocat moleſtiam & offenſam,unde & cœli dicimus iniuriam. Seueritate iucundior.) Miro decore coniunxit contraria.Habet hoc uera pietas,quæ à ſpiritu Chriſti proficiſcitur,ut ira quoq; ſapiat amorem,ſeueritas habeat ſuam iucunditatem:contra iucunditas,habeat ſuam triſtitiã non triſtem. In humanis affectibus,aut ſimulatis,ſecus eſt.

B Sermo ſilens.) Pari iucunditate iunxit pugnantia. Idem ſemper habitus.) Habitũ uocat hic non cultum,ſed uultus ſpeciem,ut nec triſtior eſſet,nec hilarior.Idem tradunt de Socrate philoſopho.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Marcella primæ nobilitatis puella, ſeptimo à nuptijs menſe fuerat orbata marito. Deinde Cerealem conſulem nuptias illius ambientem,peritnaciter reiecit,decreta iam in reliquam uitam uiduali caſtimonia.Monachæ uitam,prima nobilium fœminarum auſa eſt Romæ profiteri,ac multas ad idem inſtitutum pertraxit.A diuo Hieronymo diuinas literas diligentiſſime didicit,cum eſſet Romæ,abſenti ſæpe ſcripſit,& eum opibus ſuis adiuuit.Huius mulieris opera factio Origeniſtarum, quæ Hieroſolymis cœperat inualeſcere,prodita atq; extincta eſt. Periit feliciter paucis diebus poſt urbem Romam à Gotthis direptam.Scribit ad Principiam uirginem,Marcellæ quondam contubernalem ac diſcipulam.

AD PRINCIPIAM VIRGINEM MARCELLAE uiduæ epitaphium.

1 SAepe & multum flagitas uirgo Chriſti Principia , ut memoriam ſanctæ fœminæ Marcellæ literis recolam,& bonũ quo diu fruiti ſumus ,etiam cæteris noſcendum imitandumq; deſcribam . Satis doleo,quod hortaris ſponte currentem, & me arbitraris indigere precibus,qui ne tibi quidem in eius dilectione concedam, multoq; plus accipiam,q; tribuam beneficij,tantarum recordatione uirtutum. Nam ut hucuſque reticerem,& biennium pręterirem ſilentio,non fuit diſſimulationis,ut male exiſtimas, ſed triſticiæ incredibilis,quæ ita meum oppreſſit animum,ut melius iudicarem tacere impræſentiarum,quàm nihil dignũ illius laudibus dicere.Neq; uero Marcellam tuam,imò meam, &,ut uerius loquar,noſtram, omniumq; ſanctorum, & propriæ Romanæ urbis inclytũ decus inſtitutis rhetorum prædicabo, ut exponam illuſtrem familiam, alti ſanguinis decus, & ſtemmata per proconſules & præfectos prętorio decurrẽtia.Nihil in illa laudabo,niſi quod propriũ eſt,& eo nobilius,quod opibus & nobilitate contempta, facta eſt paupertate & humilitate nobilior . Orba patris morte, uiro quoque poſt nuptias ſeptimo menſe priuata eſt. Cumq; eam Cerealis (cuius clarũ inter cõſules nomen eſt) propter ætatem & antiquitatem

familiæ

familiæ,& insignem (quod maxime uiris placere consueuit) decorẽ corporis,ac morum tem C
perantiã ambitiosius peteret,suasq; longæuus polliceretur diuitias,& non quasi in uxorem,
sed quasi in filiam uellet donationem transfundere: Albinaq; mater tam clarum præsidium
uiduatæ domus ultro appeteret,illa respondit: Si uellem nubere,& nõ æternæ me cuperem
pudicitiæ dedicare,utiq; maritum quærerem,non hæreditatem. Illoq; mandante,posse & se
nes diu uiuere,& iuuenes cito mori,elegãter lusit. Iuuenis quidem potest cito mori,sed senex
diu uiuere non potest. Qua sententia repudiatus,exemplo cæteris fuit,ut eius nuptias despe/
rarent. Legimus in euangelio secundũ Lucam: Et erat Anna prophetissa filia Phanuelis de
tribu Aser:Et hæc prouectæ ætatis in diebus plurimis. Vixeratq; cũ uiro suo annis septem à
uirginitate sua,& erat uidua annis octogintaquatuor,nec recedebat de templo: ieiunijsq; &
obsecrationibus domino seruiens nocte ac die. Nec mirum,si uidere meruit saluatorẽ,quem
tanto labore quærebat. Conferamus septem annos, septem mensibus,sperare Christum &
tenere,natum confiteri,& in crucifixũ credere,paruulũ non negare,& uirum gaudere regnan
tem. Non facio ullam inter sanctas fœminas differentiam, quod nõnulli inter sanctos uiros
& ecclesiarũ principes,stulte facere consueuerunt:sed illò tendit assertio,ut quarũ unus est la/
bor,unum & prẽmiũ sit. Difficile est in maledica ciuitate, & in urbe,in qua orbis quõdam po
pulus fuit,palmaq; uitiorum,si honestis detraherent,& pura ac munda macularent,non ali/
quam sinistri rumoris fabulam contrahere. Vnde quasi rem difficillimam,& penè impossibi
lem optat propheta,potius quàm præsumit,dicens:Beati immaculati in uia,qui ambulant in
lege domini. Immaculatos in uia huius seculi appellat, quos nulla obscœni rumoris aura ma
culauit:qui opprobrium non acceperint aduersus proximos suos,de quibus saluator in euan
gelio:Esto,inquit,benevolus,siue bene sentiens de aduersario tuo,dum es in uia cũ illo. Quis
unquã de hac muliere,quod displiceret, audiuit,ut crederet? Quis credidit, ut non magis se/
ipsum malignitatis & infamiæ condemnaret? Ab hac primum cõfusa gentilitas est, dum om
nibus patuit,quæ esset uiduitas Christiana, quam & conscientia & habitu promittebat. Illæ
enim solent purpurisso & cerussa ora depingere,sericis nitere uestibus,splendere gemmis,au D
rum portare cerucibus, & auribus perforatis rubri maris preciosissima grana suspendere,
fragrare musco mure, maritos ita plangere, ut tandem dominatu eorum se caruisse læten/
tur: quærantque alios, non quibus iuxta dei sententiam seruiant,sed quibus imperent. Vn/
de & pauperes eligunt, ut nomen tantum uirorum habere uideantur, qui patienter riuales
sustineant: si mussitauerint, ilicò proñciendi. Nostra uidua talibus usa est uestibus, quibus
arceret frigus, non membra nudaret: aurum usq; ad anuli signaculum repudians, & magis 2
in uentribus egenorum,quàm in marsupijs recondens. Nusquam sine matre. Nullum cleri/
corum, aut monachorum (quod amplæ domus interdum exigebat necessitas) uidit absque
arbitris. Semper in comitatu suo uirgines,ac uiduas, & ipsas graues fœminas habuit:sciẽs ex
lasciuia puellarum sæpe de dominarum moribus iudicari,& qualis quæq; sit,talium consor/
tio delectari. Diuinarum scripturarum ardor erat incredibilis, semperq; cantabat: In corde
meo abscondi eloquia tua,ut nõ peccem tibi. Et illud de perfecto uiro: Et in lege domini uo/
luntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Meditationem legis non in replicando,
quæ scripta sunt,ut Iudæorum existimant phariszei,sed in opere intelligens,iuxta illud Apo
stolicum:Siue comeditis,siue bibitis,siue quid agitis,omnia in gloriam domini facientes. Et
prophetæ uerba,dicentis:A mandatis tuis intellexi,ut postquam mandata complesset, tunc
se sciret mereri intelligentiam scripturarum. Quod & alibi legimus: Quia cœpit Iesus facere
& docere. Erubescit enim quamuis præclara doctrina, quam propria reprehendit conscien/
tia. Frustraq; eius lingua prædicat paupertatem, & docet eleemosynas,qui Crœsi diuitijs tu
met: uilisq; opertus pallio, pugnat contra tineas uestium sericarum. Moderata ieiunia,car/
nium abstinentia,uini odor magis, quàm gustus,propter stomachum & frequentes infirmi
tates. Raro procedebat ad publicum, & maxime nobilium matronarum uitabat domos, ne
cogeretur uidere quod cõtempserat: Apostolorum & martyrum basilicas secretis celebrans

oration.bus

A orationibus,& quæ populorum frequentiam declinarent.Matri intantum obediens,ut interdum faceret,quod nolebat.Nam cum illa ſuum diligeret ſanguinem,& abſque filijs & nepotibus,uellet in fratris liberos uniuerſa cõferre : iſta pauperes eligebat,& tamen matri contraire non poterat : monilia,& quicquid ſupellectilis fuit,diuitibus peritura concedens,magiſq; uolens pecuniam perdere, quàm parentis animum contriſtare. Nulla eo tempore nobilium fœminarum nouerat Romę propoſitum monachorum,nec audebat propter rei nouitatem, ignominioſum,ut tunc putabatur,& uile in populis nomen aſſumere.Hæc ab Alexandrinis ſacerdotibus,papaq; Athanaſio,& poſtea Petro,qui perſequutionem Arrianæ hęreſeos declinantes,quaſi ad tutiſſimum communionis ſuæ portum Romam confugerant, uitam beati Antonij adhuc tunc uiuentis,monaſteriorumq; in Thebaide Pachumij,& uirginum ac uiduarum didicit diſciplinam.Nec erubuit profiteri,quod Chriſto placere cognouerat. Hanc multos poſt annos imitata eſt Sophronia & aliæ, quibus rectiſſime illud Ennianum aptari poteſt: Vtinam ne in nemore Pelio.Huius amicitijs fruita eſt Paula uenerabilis.In huius cubiculo nutrita Euſtochium uirginitatis decus: ut facilis æſtimatio ſit,qualis magiſtra,ubi tales diſcipulæ . Rideat forſan infidelis lector, me in mulierularum laudibus immorari, qui ſi recordetur ſanctas fœminas,comites domini ſaluatoris, quæ miniſtrabant ei de ſua ſubſtantia, & tres Marias ſtantes ante crucem , Mariãq; proprie Magdalenen, quæ ob ſedulitatem
3 & ardorem fidei, turritæ nomen accepit , & prima ante apoſtolos, Chriſtum uidere meruit reſurgentem,ſe potius ſuperbiæ,quàm nos condemnabit ineptiarum,qui uirtutes non ſexu, ſed animo iudicamus , contemptæq; nobilitatis ac diuitiarum maiorem gloriam ducimus. Vnde & Ieſus Ioannem Euangeliſtam amabat plurimum,qui propter generis nobilitatem erat notus pontifici,& Iudæorum inſidias non timebat,intantum ut Petrum introduceret in atrium,& ſtaret ſolus apoſtolorum ante crucem,matremq; ſaluatoris in ſua reciperet,ut hæreditatem uirginis domini,uirginem matrem filius uirgo ſuſciperet. Annis igitur plurimis ſic ſuam tranſegit ætatem , ut ante ſe uetulam cerneret , quàm adoleſcentulã fuiſſe meminiſſet,
B laudans illud Platonicum , qui philoſophiam meditationem mortis eſſe dixit . Vnde & no-
4 ſter Apoſtolus : Quotidie morior propter ueſtrã ſalutem.Et dominus iuxta antiqua exemplaria:Niſi quis tulerit crucem ſuam quotidie,& ſequutus fuerit me,non poteſt meus eſſe diſcipulus . Multoq; ante per prophetam ſpiritus ſanctus : Propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ut oues occiſionis.Et poſt multas ætates illa ſentẽtia : Memẽto ſemper diem mortis,& nunq; peccabis.Diſertiſſimiq; præceptum Satyrici: Viue memor lethi,fugit hora,hoc quod loquor,inde eſt. Sic ergo (ut dicere cœperamus) ætatem duxit:& uixit,ut ſemper ſe crederet eſſe morituram. Sic induta eſt ueſtibus,ut meminiſſet ſepulchri, offerens hoſtiam rationabilem,uiuam,placentem deo.Denicq; cum & me Romam cum ſanctis pontificibus, Paulino & Epiphanio, eccleſiaſtica traxiſſet neceſſitas,quorũ alter Antiochenam Syriæ,alter Salaminiam Cypri rexit eccleſiã,& uerecunde nobilium fœminarũ oculos declinarem,ita egit ſecundũ Apoſtolũ,importune opportune, ut pudorẽ meum ſua ſuperaret induſtria. Et quia alicuius tunc nominis eſſe exiſtimabar ſuper ſtudio ſcripturarũ , nunq; conuenit,quin de ſcripturis aliquid interrogaret,nec ſtatim acquieſceret,ſed moueret ecõtrario quęſtiones,non ut contenderet , ſed ut quærendo diſceret earum ſolutiones, quas opponi poſſe intelligebat.Quid in illa uirtutum,quid ingenij,quid ſanctitatis,quid puritatis inuenerim,uereor dicere , ne fidem credulitatis excedam , & tibi maiorem dolorem incutiam , recordanti quanto bono carueris.Hoc ſolum dicam,quod quicquid in nobis longo fuit ſtudio congregatum, & meditatione diuturna quaſi in naturam uerſum, hoc illa libauit,didicit atq; poſſedit,ita ut poſt profectionem noſtram,ſi in aliquo teſtimonio ſcripturarum eſſet oborta contentio,ad illam iudicem pergeretur.Et quia ualde prudens erat, & nouerat illud,quod appel
5 lant philoſophi τὸ πρέπον, id eſt,decere quod facias : ſic ad interrogata reſpondebat,ut etiã ſua non ſua diceret,ſed uel mea,uel cuiuslibet alterius, ut in eo ipſo quod docebat,ſe diſcipulam fateretur.Sciebat enim dictum ab Apoſtolo:Docere aũt mulieri non permitto,ne uirili

ſexui

ſexui,& interdum ſacerdotibus,de obſcuris & ambiguis ſciſcitantibus, facere uideretur iniu- C
riam. In noſtrum locum ſtatim audiuimus te illius adhæſiſſe conſortio, & nun quam ab illa
ne tranſuerſum quidem unguem, ut dicitur,receſſiſſe. Eadem domo, eodem cubiculo uſam,
ut omnibus in urbe clariſſima notum fieret,et te matrem,& illam filiam repperiſſe.Suburba
nus ager uobis pro monaſterio fuit,& rus electum pro ſolitudine.Multoq; ita uixiſt is tem-
pore,ut ex imitatione ueſtri,conuerſatione multarum gauderemus Romam factam Hiero-
ſolymam.Crebra uirginum monaſteria,monachorum innumerabilis multitudo,ut pro fre-
quentia ſeruientiũ deo,quod prius ignominiæ fuerat,eſſet poſtea gloriæ.Interim abſentiam
noſtri mutuis ſolabamur alloquijs,& quod carne nõ poteramus,ſpiritu reddebamus. Sem-
per obuiare epiſtolis,ſuperare officijs,ſalutationibus præuenire.Non multum perdebat ab-
ſentia,quæ iugibus ſibi literis iungebatur. In hac tranquillitate,& domini ſeruitute, hæretica
in his prouincijs exorta tempeſtas,cuncta turbauit,& in tantam rabiem concitata eſt, ut nec
ſibi,nec ulli bonorum parceret.Et quaſi parum eſſet,hic uniuerſa mouiſſe, nauem plenã bla-
ſphemiarum Romano intulit portui. Inuenitq; protinus patella operculum, & Romanæ fi-
dei puriſſimũ fontem, cœno lutoſa permiſcuere ueſtigia. Nec mirũ ſi in plateis & in foro re- 6
rum uenalium, fictus ariolus ſtultorum uerberet nares, & obtorto fuſte dentes mordẽtium
quatiat: cũ uenenata ſpurcaq; doctrina Romæ inuenerit quos induceret.Tunc librorũ πρῶτ
ἀρχῶν infamis interpretatio:tũc diſcipulus ὀλέθρου, uere nominis ſui,ſi in talem magiſtrum
non impegiſſet.Tunc noſtrorũ διδακτικῶν contradictio, & phariſæorum turbata eſt ſcho
la.Tunc ſancta Marcella,quæ diu cohibuerat,ne per æmulationem quippiam facere uidere
tur, poſtq; ſenſit fidem apoſtolico ore laudatam, in pleriſq; uiolari,ita ut ſacerdotes quoq;,
& nonnullos monachorũ,maximeq; ſeculi homines, in aſſenſum ſui traheret,ac ſimplicitati
illuderet epiſcopi,qui de ſuo ingenio cæteros æſtimabat:publice reſtitit, malens deo placere
quàm hominibus.Laudat ſaluator in euangelio uillicum iniquitatis,quod contra dominum
quidem fraudulenter,attamen pro ſe prudenter fecerit.Cernentes hæretici de parua ſcintilla
maxima incendia cõcitari,& ſuppoſitam dudum flammam, iam ad culmina perueniſſe, nec D
poſſe latere,quod multos deceperat,petunt & impetrant eccleſiaſticas epiſtolas, ut commu- 7
nicantes eccleſiæ,diſceſſiſſe uiderentur.Non multum tempus in medio,ſuccedit in pontifica-
tum uir inſignis Anaſtaſius,quem diu Roma habere non meruit, ne orbis caput ſub tali epi-
ſcopo truncaretur. Imò idcirco raptus atq; translatus eſt, ne ſemel latam ſentẽtiam,precibus
ſuis flectere conaretur,Dicente domino ad Hieremiam: Ne oraueris pro populo iſto,neq;
depreceris in bonum.Quia ſi ieiunauerint,non exaudiam preces eorum. Et ſi holocauſta &
uictimas obtulerint,non ſuſcipiam eas.In gladio enim & fame & peſtilentia ego conſumam
eos. Dicas,quid hæc ad laudem Marcellæ? Damnationis hæreticorum hæc fuit principium,
dum adducit teſtes,q prius ab eis eruditi,& poſtea ab hæretico fuerant errore correpti,dum
oſtendit multitudinem deceptorum, dum impia πρῶτ ἀρχῶν ingerit uolumina, quæ emen-
data manu ſcorpij monſtrabantur:dum acciti frequentibus literis hęretici,ut ſe defenderent,
uenire non ſunt auſi: tantaq; uis conſcientiæ fuit,ut abſentes damnari, q̃ præſentes coargui
maluerint. Huius tam glorioſæ uictoriæ origo Marcella eſt: tuq; caput horum & cauſa bo-
norum,ſcis me uera narrare:quę noſti,uix de multis pauca me dicere,ne legenti faſtidium fa
ciat odioſa replicatio, & uidear apud maleuolos ſub occaſione laudis alterius ſtomachũ me-
um digerere.Pergam ad reliqua.De Occidentis partibus ad Orientem turbo trãſgreſſus,mi
nitabatur plurimis magna naufragia.Tunc impletum eſt:Putas ueniẽs filius hominis fidem
inueniet ſuper terram? Refrigerata charitate multorum,pauci qui amabant fidei ueritatem,
noſtro lateri iungebantur,quorum publice petebatur caput: contra quos opes omnes para-
bantur, ita ut Barnabas quoq; duceretur in illam ſimulationem, imò apertum parricidium,
quod non uiribus,ſed uoluntate commiſit.Et ecce uniuerſa tempeſtas domino flante deleta
eſt,expletumq; uaticinium prophetale:Auferes ſpiritum eorum & deficient,& in puluerem
ſuum reuertentur. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Et illud Euangelicum:

Stulte

A Stulte,hac nocte auferetur anima tua à te:quæ aũt præparasti,cuius erunt? Dum hæc agun
tur in Iebus, terribilis de Occidẽte rumor affertur,obsideri Romam,& auro salutem ciuium
redimi, spoliatosq; rursum circumdari, ut post substantiam,uitam quoq; perderent. Hæret
uox,& singultus intercipiunt uerba dictantis. Capitur urbs,quæ totum cepit orbem,imò fa
me perit anteq; gladio,& uix pauci qui caperẽtur inuenti sunt. Ad nefandos cibos erupit esu
rientium rabies, & sua inuicem membra laniarunt, dum mater nõ parcit lactenti infantiæ,&
recipit utero , quem paulò ante effuderat. Nocte Moab capta est, nocte cecidit murus eius.
Deus,uenerunt gentes in hæreditatẽ tuam,polluerũt templum sanctũ tuum. Posuerũt Hie
rusalem in pomorũ custodiam,posuerunt cadauera sanctorũ tuorum escas uolatilibus cœli,
carnes sanctorũ tuorum bestijs terræ. Effuderũt sanguinem eorum sicut aquam in circumitu
Hierusalem,& non erat qui sepeliret. Quis cladem illius noctis, qui funera fando Expli
cet,aut posset lachrymis æquare dolorem? Vrbs antiqua ruit,multos dominata per annos,
Plurima perq; uias sparguntur inertia passim Corpora,perq; domos,& plurima mortis
imago. Cum interim,ut in tanta confusione rerum, Marcellæ quoq; domum cruentus ui
ctor ingreditur. Sit mihi fas audita loqui,imò à sanctis uiris uisa narrare, qui interfuere præ
sentes,qui te dicunt in periculo quoq; ei fuisse sociatã. Intrepido uultu excepisse dicitur intro
gressos. Cumq; poscceretur aurũ, & defossas opes uili excusaret tunica,nõ tamen fecit fidem
uoluntariæ paupertatis. Cæsam fustibus flagelliscq;, aiunt non sensisse tormenta,sed hoc la
chrymis, hoc pedibus eorum prostratam egisse,ne te à suo consortio separarent: ne sustine
ret adolescentia, quod senilis ætas timere non poterat. Christus dura corda molliuit,& inter
cruentos gladios inuenit locũ pietas. Cumq; & illam & te ad apostoli Pauli basilicã barbari
deduxissent,ut uel salutem uobis ostenderẽt,uel sepulchrũ,in tantam lẽticiã dicitur erupisse,
ut gratias ageret deo,quod te integram sibi reseruasset,quod pauperem illam non fecisset ca
ptiuitas,sed inuenisset,quod egeret quotidiano cibo,quod saturata Christo, non sentiret esu
B riem,quod & uoce & opere loqueretur: Nuda exiui de utero matris meæ,nuda & redeã. Si
cut domino uisum est,ita & factum est: Sit nomen domini benedictũ. Post aliquot dies,sa
no,integro,uegetoq; corpusculo obdormiuit in domino, & te paupertatulæ suæ, imò per te
pauperes reliquit hæredes,claudens oculos in manibus tuis,reddens spiritum in tuis osculis,
dum inter lachrymas tuas illa rideret conscientia uitæ bonæ,& præmijs futurorum. Hęc tibi
Marcella uenerabilis,& tibi Principia filia,una & breui lucubratione dictaui,non eloquij ue
nustate,sed uoluntate in uos animi gratissimi,& deo & legentibus placere desiderans.

SCHOLIA

1 HOrtaris sponte currentem.) Prouerbialiter dictum est, ubi quis eum incitat, qui satis ar
det sua sponte. Addit se dolere,quod incitetur tantopere,quasi grauatim alioqui facturus.
Stemmata per consules.) Stemmata sunt insignia nobilium,imagines,statuæ,coronæ.
Erat hæc ex proconsulibus & prætorio præfectis progenita. Suasq; longæuus.) Id est,
senex. Hac spe complures puellæ nubunt senibus,ut illis extinctis nubant iam diuites cui
uelint. Maritum quærerem.) Quasi senex non sit maritus, quippe non idoneus gignendis liberis.
Orbis populus fuit.) Quod nulla illic non esset prouincia. Palmaq; uitiorum.) Id est, nusquam
plura uitia. Malignitatis & infamiæ.) Malignitas opponitur candori, cum sinistre & inique inter
pretamur. Infamiam posuit pro infamatione, hoc est,illata famæ nota. Rubri maris.) Nam illic po
tissimum nascuntur margarita,quæ grana uocat ob similitudinem,quod in conchis ceu grana reperian
tur. Sic & Horatius baccas uocat,nisi fortè pro granis,mauis germina. Fragrare musco mure.) Hũc
aliâs peregrinum murem uocat,cuius odor & hodie in delitijs est. Quidam habebant,murice,sed men
dose. Legendum arbitror,uel musco,uel mure. Nam muscus Græcis paruum murem significat, μύσκος
à μῦς. Quod si probas musco mure,mure addidit, ne de musco acciperemus adhærente saxis & arbo
2 ribus. Non membra nudaret.) De multicijs sentit,quæ quoniam pellucebant, non tegebant corpus,
sed lasciuius ostentabant. Et ipsas graues.) Non quaslibet uiduas,sed probatæ uitæ,quod multæ es
sent,cum quibus non esset tutum habere cõsuetudinem ei,quæ decreuisset caste uiuere. Pugnat con
tra tineas.) Quippe quæ in scrinijs tantum habeat uestium sericarum, ut uix possit à tineis defendere.
Et uile in populis.) Vile contemptũ dixit,præsertim in populis,hoc est,Romæ,in maxima totius or
bis frequentia. Nõnulli codices pro uile,habebant uelatæ,sed uile magis placet. Illud Ennianũ aptari

poteſt.) Significat moleſtiam quam attulerunt Origeniſtæ. Eſt autem initium carminis Enniani extra gœdia Medea: in quo Medeæ optat pediſequa, ut nunquam ueniſſent in Colchidem argonautæ. Vſurpatur aliquoties à Cicerone ueluti prouerbiale, quoties ſentit originem mali hinc aut hinc profectam. Carmen integrum ſic habet: Vtinam ne in nemore Pelio ſecuribus cæſæ Cecidiſſent abiegnæ ad terram trabes, Neue inde nauis inchoandæ exordium Cœpiſſet, quæ nunc nominatur Argo, &c. Porrò uerſus hos ob id adduxit, quod hæreſis ea uenerit in Italiam ab ultramarinis regionibus: ſicuti teſtatur alibi. à qua non fuit alienus Ruffinus. Nauim igitur eam, quæ aduexerat hæreticos, confert cum Argo naui, quæ aduexerat argonautas in perniciem Medeæ. Turritæ nomen accepit.) Magdalum enim Hebræis turris dicitur. Magdalene, turrita ſiue munita. In ſua reciperet.) Sic erat ſcriptum in uetuſtis & minus deprauatis exemplaribus: atq; ita legunt Græci εἰς τὰ ἴδια, id eſt, in propria: quaſi dicas, in numerum rerum ſuarum. Quanquam ad ſenſum non admodum refert, ſuam legas, an ſua. Meditationem mortis.) Nam mors abducit animam à corpore, & philoſophia abducit animũ à rebus corporeis ac ſenſibilib. ad intelligibilia & æterna. Vnde fit, ut animus philoſophi aſſuetus abeſſe a corporeis rebus & affectibus, non admodum inuitus auellatur à corpore, cum mors aduenerit: quod Chriſtiani quoq; uocant commori Chriſto. Quotidie morior pro ueſtra ſalute.) In epiſtola ad Corinthios prima, cap. xv. Ex Græcorum ſcholijs apparet hunc locum bifariam legi: νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, id eſt, per noſtram gloriam, ut intelligas, Paulum iurare per ſuam gloriam, qua gloriabatur in prædicatione Euangelij. Et, διὰ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, id eſt, propter ueſtram gloriam: hoc eſt, ut poſſitis gloriari de Chriſto, quod illius ſitis & uos. Hieronymus uidetur pro καύχησιν legere σωτηρίαν. Porrò noſter Apoſtolus dixit propter Platonem ethnicum, quem modo citauerat. Et dominus iuxta antiqua exemplaria.) In hoc loco nulla uarietas eſt in exemplaribus, niſi quod Lucas addit, quotidie. Vnde conijcio hęc uerba, iuxta antiqua exemplaria, referenda eſſe ad locum Pauli, ut legamus ad hunc modum: Quotidie morior pro ueſtra ſalute, iuxta antiqua exemplaria: Et dominus &c. Niſi forte lector aliquis uidens aliter citari à Hieronymo, quàm uulgata habeat æditio, addidit in marginali ſpatio, iuxta antiqua exẽplaria: eaq; uerba poſt ſcriba parum attentus, in contextũ retulit. Diſſertiſſimiq; præceptum Satyrici.) Nempe Perſij, quo uidetur impendio delectatus Hieronymus. Offerens hoſtiam rationabilem.) Quod immolaret ſeipſam, ueluti non pecudem brutam, ſed uictimam rationalem λογικὴν, ut admonuimus alias. Quaſi in naturam uerſum.) Ariſtoteles ſcripſit aſſuetudinem, uelut alteram eſſe naturam. Hoc ſoli contigit Hieronymo, ut diuinas ſcripturas penitus imbiberet & inculcaret. Cæteri ferè Latini ſcribendo didicerunt. Libauit, didicit.) Mire ſeruauit gradus. Libamus deguſtantes: diſcimus, quod iam probauimus: poſſidemus, quod memoriæ infiximus. Quod appellant philoſophi τὸ πρέπον.) Id eſt, decens ſiue decorum. Eſt autem caput artis, ut inquit Fabius, decere quod facias. Sunt enim quædam eiuſmodi, ut neminem deceant, niſi certum hominem, ut eleganter docet Quintilianus cap. de pronunciatione. Ne tranſuerſum quidem unguem.) Id eſt, ne minimo quidem ſpacio, quod alijs uerbis dicunt, pedem latum, & unguem latum. Rus electum.) Non quoduis rus, ſed electum: quod maxime ſemotum eſſet ab hominum frequẽtia. Ab huiuſmodi ſeceſſibus omnia ferè monaſteria nata ſunt.

Obuiare epiſtolis.) Obuiare, pro obuiabat, ἐπιέρωσις eſt, ut ſit modus uerbi pro modo. Aut obuiare ſolet, ut ſit eclipſis. In tanta tranquillitate.) Hic aperit, quod paulò ſuperius dixit opertius, utinam ne in nemore Pelio. Nauim plenam blaſphemiarũ.) Prouerbialiter dictum eſt. Sic enim Homerus Iliados Ψ. ὄσσ᾽ γὰρ ἀμφοτέροισιν ὀνείδεα μυθήσεσθαι, πολλὰ μάλ᾽ ἃ δ᾽ ἂν νῆϊς ἑλατόκωπος ἄχθος ἄροιτο. Lucianus ſimili figura dixit, ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν. id eſt, tota plauſtra conuiciorum. Nam id Græce ſonat βλασφημία. Protinus patella operculum.) Et hoc prouerbium eſt, quod alibi ſic extulit: Dignum patella cooperculum, cum diſcipulus contingit dignus præceptori, cuiuſmodi eſt & illud: Similes habent labra lactucas. Verberet nares.) Circulatores & ſcurræ circumforanei, fingunt inſpecta manu ſe diuinaturos: deinde non obſeruanti & alibi intento, pugnum in nares impingunt, atq; ita riſum mouent populo. Quanquam tolerari poteſt quod in pleriſq; codicibus habetur, Verberet nates Lucianus enim in libello De morte Peregrini, ſignificat illum aliquando fuiſſe circulatorem, dum uiciſſim & ipſe nates aliorum uerberat, & uerberatur. Et obtorto fuſte.) Iubebat ut quiſpiam fuſtem morderet, uelut & hoc ad diuinationem pertineret: deinde intorquebat apprehenſum dentibus, non ſine magno malo tenentis. Librorum περὶ ἀρχῶν.) id eſt, de principijs. Nam hic titulus eius libri, quem ab Origene ſcriptum uerterat Ruffinus. Hic palàm oſtendit, ſe de Ruffino & illius factionis cæteris loqui. Tunc diſcipulus ὀλβιώτατος.) Id eſt, beatus. Notat neſcio quẽ, ipſum opinor Ruffinũ, qui in eam hæreſim inductus eſt à magiſtro quopiã. Vnde ſubijcit, uere ſui nominis, id eſt, uere beatus, niſi incidiſſet in magiſtrũ hæreticum. Siquidẽ impegiſſet dixit, pro incidiſſet. Tunc noſtrorũ παλήρων contradictio.) Quidam codices ita ſcriptũ habebant, quæ uox nihil ad hunc locũ facit. Fortaſſe legendũ, noſtrorũ παλαιῶν contradictio. Diallage cõciliatio eſt ſiue amicitia, ſeu fœdus: ut intelligas Hieronymũ nõ agnouiſſe amicum aut collegã Ruffinũ: ſic enim ille uocabat hunc, poſteaq; ſenſiſſet eum cum hæreticis conſpiraſſe. In nonnullis erat διαλελυκῶν, quod epitheton Paulus tribuit epiſcopis, ob docendi munus. Idq; mihi quoq; maxime probatur, præſertim cũ ſequatur protinus, phariſæorũ ſchola. Iam ad culmina.) Clanculum ſupponitur ignis: deinde paulatim inualeſcens occupat ſumma tecta, quæ culmina uocat. Quem diu

Roma

A Roma habere non meruit.) Sedit enim tres annos & dies pauculos, cui ſucceſſit Innocentius, eius nominis primus, ad quem ſcribit & aliâs. Ne orbis caput.) Romã intelligit, quæ ſub Innocentio capta ac direpta fuit. Quæ emendata manu ſcorpij.) Ruffinũ intelligit, propter latens uenenum. Nam ſcorpius ui nocere non poteſt, ſed obrepit: & cætero corpore innoxius, in cauda gerit uenenũ. Huiuſmodi fuit illorum doctrina, ſicuti clarius narrat in epitaphio Paulæ. Cæterũ emendata dixit εἰρωνικῶς, cum manus emendatoris eſſet ſcorpius, hoc eſt, uenenũ. Caput horum & cauſa bonorũ.) Intexuit hemiſtichiũ Maronis, mutata uocula malorum. Vt Barnabas quoq;.) Habes in epiſtola ad Galatas cap. ij. de ſimulatione Petri, cui Barnabas quoq; aſſenſus eſt, reſiſtente Paulo. Innuit Ruffinũ prius amicum. Dum hæc aguntur in Iebus.) Iebus eſt Hieruſalem, eadem Salem, Solyma, & Helia. Nocte Moab capta eſt.) Verba ſunt Eſaiæ capite decimoquinto: Quia nocte uaſtata eſt Ar, Moab conticuit. Eſt autem Moab ciuitas Arabiæ, ſic olim dicta ab uno filiorum Lot, poſtea mutatum eſt nomen Areopol. Idem eſt uocabulum totius prouinciæ Moabiticæ: uerum ipſa ciuitas nomen hoc ceu proprium poſſedit, dicta רַבַּת מוֹאָב rabba Moab, id eſt, grandis Moab. Quis eladem illius noctis.) Verſus ſunt Maronis ex ſecundo Aeneidos, cuius & illud hemiſtichium: Sit mihi fas audita loqui.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Paula & Euſtochium, quæ iam demigrarant in Bethlehem, his literis adhortantur Marcellam, nobilem fœminam, ut Roma, quam Babylonem uocant, relicta, ad loca ſancta ſeſe conferat, fruitura tot Chriſti monumentis. Stilus palam indicat, mulieres in hac epiſtola diui Hieronymi opera uſas fuiſſe.

PAVLA ET EVSTOCHIVM MARCELLAE ut commigret Bethlehem.

AEnſuram charitas non habet, & impatientia neſcit modum, & deſiderium non ſuſtinet. Vnde & nos oblitæ uirium noſtrarum, & nõ quid poſſumus, ſed quid uelimus tantum cogitantes, magiſtrã cupimus docere diſcipulæ: & ut eſt uulgare prouerbiũ: Sus artium repertricem. Tu quæ primam ſcintillam noſtro fomiti ſubieciſti, quæ ad hoc ſtudium nos & ſermone hortata es & exemplo, & quaſi gallina cõgregaſti ſub alas pullos tuos, nũc nos libere abſq; matre uolitare pateris, & accipitris pauere formidinem, & ad omnem umbram præteruolantiũ auium formidare? Igitur quod ſolum abſentes facere poſſumus, querulas fundimus preces, & deſiderium noſtrum non tam fletibus
B q̃ eiulatibus conteſtamur, ut Marcellam noſtrã nobis reddas, & illam mitem, illam ſuauem, illam omni melle & dulcedine dulciorem, non patiaris apud eas eſſe rigidam, & triſtem rugare frontem, quas affabilitate ſua ad ſimile uitæ ſtudiũ prouocauit. Certe ſi ſunt meliora quæ poſcimus, non eſt impudens deſideriũ. Si cunctæ ſcripturarũ uoces noſtræ ſententiæ congruunt, non facimus audacter, ad ea te prouocãtes, ad quę tu nos ſæpiſſime cohortata es. Prima dei uox ad Abraham: Exi, inquit, de terra tua, & de cognatione tua, & uade in terram quam monſtrauero tibi. Iubetur patriarchæ, ad quem primũ de Chriſto facta eſt repromiſſio, ut relinquat Chaldæos, relinquat confuſionis urbem, & Rohoboth, id eſt, latitudinem eius, relinquat campũ Sennaar, in quo ſuperbiæ uſq; ad cœlum erecta turris eſt: & poſt fluctus huius ſeculi, poſt flumina ſuper quæ ſederunt ſancti, & fleuerunt cum recordarentur Sion, poſt gurgitem grauem Cobar, de quo Ezechiel capillo uerticis ſubleuatus, Hieruſalẽ uſq; trãſfertur: habitet terrã repromiſſionis, quę nõ rigatur ut Aegyptus de deorſum, ſed deſurſum: nec facit holera languentiũ cibos, ſed temporaneum & ſerotinũ de cœlo expectat imbrem. Hæc terra montuoſa, & in ſublimi ſita, quantũ à delitijs ſeculi uacat, tanto maiores habet delitias ſpiritus. Deniq; et Maria mater domini, poſtquam ad eam angeli facta eſt promiſſio, et uterum ſuum intellexit eſſe domũ filij dei, derelictis campeſtribus ad mõtana perrexit. De hac
2 urbe, allophylo quondam hoſte ſuperato, & diabolicæ percuſſa frontis audacia, poſtq̃ illę in faciem corruit, exultantiũ animarum turba proceſſit, & concinens chorus decem milium Dauid noſtri uictoriam prædicauit. In hac angelus gladium tenens, & totam impietatis deuaſtans urbem, in Orne Iebuſæorum regis area templum domini deſignauit: iam tunc ſignificans eccleſiam Chriſti, non in Iſrael, ſed in gentibus conſurgentẽ. Recurre ad Geneſim, & Melchiſedec regem Salem, huius principem inuenies ciuitatis, qui iam tunc in typo Chriſti panem & uinum obtulit, & myſterium Chriſtianum in ſaluatoris ſanguine & corpore dedi-

cauit. Tacita forsitan mente reprehendes, cur non sequamur ordinem scripturarum, sed pas- c
sim, ut quicq; obuiam uenerit, turbidus sermo perstringat. Et in principio testatæ sumus, di-
lectionem ordinem nō habere, & impatientiam nescire mensuram. Vnde & in Cantico can-
ticorum quasi difficile præcipitur: Ordinate in me charitatē: & nunc eadem dicimus, nos non
ignoratione, sed affectu labi. Deniq; ut multo ordinatius aliquid proferamus, antiquiora re-
petenda sunt. In hac urbe, imò in hoc tunc loco, & habitasse dicitur, & mortuus esse Adam.
Vnde & locus in quo crucifixus est dominus noster, caluaria appellatur: scilicet quod ibi sit
antiqui hominis caluaria condita: ut secundus Adam, & sanguis Christi de cruce stillans, pri-
mi Adam & iacentis protoplasti peccata dilueret, & tūc sermo ille Apostoli compleretur: Ex
citare qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Quātos hæc urbs prophe-
tas, quantos emiserit sanctos uiros, longū est recensere. Totum mysteriū nostrum istius pro
uinciæ urbisq; uernaculū est. In tribus nominibus trinitatis demonstrat fidem. Iebus, Salem, 3
& Hierusalem appellatur. Primum nomen calcata, secundum pax, tertium uisio pacis. Paula
tim quippe peruenimus ad finem, & post conculcationem ad pacis uisionē erigimur: ex quo
Solomon, id est, pacificus, in ea natus est, & factus est in pace locus eius. Et in figura Christi,
sub etymologia urbis, dominus dominantiū, & rex regum nomen accepit. Quid referemus
de Dauid & tota progenie eius, quæ in hac ciuitate regnauit. Quāto enim Iudæa cæteris pro
uincijs, tanto hæc urbs cuncta sublimior est Iudæa. Et (ut coactius differamus) totius prouin
ciæ gloria metropoli uindicatur, & quicquid in membris laudis est, omne refertur ad caput.
Iamdudum te cupientem in uerba prorumpere, ipsi literarum apices sentiunt, & uenientem
contra, charta intelligit quæstionem. Respondebis quippe, & dices hoc olim fuisse, quando
dilexit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob, & fuerunt fundamenta eius in
montibus sanctis: licet & hæc possint altius interpretari. Postquam uero consurgentis domi-
ni uox illa pertonuit: Relinquetur uobis domus uestra deserta, & ruinam eius flebiliter pro-
phetauit, dicens: Hierusalem Hierusalē, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi
sunt, quoties uolui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alis, & no- D
luisti, Ecce dimittetur uobis domus uestra deserta: & postquam uelum templi scissum est, &
circūdata ab exercitu Hierusalem, & dominico cruore uiolata, tūc ab ea angelorum præsidia
& Christi gratiam recessisse. Denique etiam Iosephum, qui uernaculus scriptor est Iudæo-
rum, asserere: illo tempore quo crucifixus est dominus, ex adytis templi uirtutum cœlestium
erupisse uoces, dicentium: Transmigremus ex his sedibus. Ex quibus & alijs apparere, ubi
abundauit gratia, ibi superabundasse peccatum: & postquam audierunt apostoli: Euntes
docete omnes gentes, Et ipsi apostoli dixerunt: Oportebat quidem uobis primum annun-
ciare uerbum dei: quoniam autem noluistis, ecce transimus ad gentes: tunc omne sacramen-
tum Iudææ, & antiquam dei familiaritatem per apostolos in nationes fuisse translatam. Va
lida quidem quæstio, & quæ posset etiam eos qui scripturarum aliquid attigerunt, cōcutere,
sed perfacile soluitur. Nunquam eam fleret dominus corruentem, nisi diligeret. Fleuit & La-
zarum, quia amabat eum. Et hoc tamen prima fronte cognoscito, non loci, sed hominum fu
isse peccatum. Verum quia interfectio populi captiuitas ciuitatis est, propterea urbem dele-
tam, ut populus puniretur: ideo templum subrutum, ut typicæ historiæ tollerētur. Cæterum
quantum ad locum pertinet, per profectus temporum multo nunc augustior est, quàm ante
fuit. Venerabantur quondam Iudæi sancta sanctorum, quia ibi erant Cherubim, & propi-
ciatorium, & arca testamenti, manna, uirga Aaron, & altare aureum. Nónne tibi uenerabi-
lius uidetur sepulchrum domini? Quod quotiescūq; ingredimur, toties iacere in sindone cer
nimus saluatorem: & paululum ibidem commorantes, rursum uidemus angelum sedere ad
pedes eius, & ad caput sudarium conuolutum. Cuius sepulchri gloria, multo antequam exci
deretur à Ioseph, scimus Esaiæ uaticinio prophetatum, dicentis: Et erit requies eius honor,
quod scilicet sepulturæ domini locus esset ab omnibus honorandus. Sed dicis, quomodo in
Apocalypsi Ioannis legimus: Et occidet illos (haud dubium quin prophetas) bestia quæ

ascendit

A aſcendit ex abyſſo,& corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ uocatur ſpiri/
tualiter Sodoma & Aegyptus, ubi & dominus eorum crucifixus eſt. Sic enim ait: Ciuitas
magna, in qua crucifixus eſt dominus, nulla eſt alia niſi Hieruſalem. Vbi autem crucifixus
eſt dominus,ſpiritualiter Sodoma appellatur & Aegyptus. Ergo Hieruſalem Sodoma eſt
& Aegyptus,in qua crucifixus eſt dominus.Primum te ſcire uolumus,omnem ſanctam ſcri
pturam non poſſe ſibi eſſe contrariam, & maxime unum aduerſum ſe nō diſcrepare librum,
& ut plus adiſciamus, eundem eiuſdemq; libri locum in Apocalypſi, de qua nunc teſtimo/
nium protuliſti.Ante decem circiter uerſiculos ſcribitur: Surge & metire templum dei,& al/
tare,& adorantes in eo.Atriū autem quod eſt foris templum,eijce foras,& ne metiaris illud,
quoniam datum eſt gentibus, & ciuitatem ſanctam calcabunt menſibus quadragintaduo/
bus.Si enim Apocalypſis multò poſt paſſionem domini ſcripta eſt à Ioanne, & in ea Hieru
ſalem ſancta ciuitas appellatur, quomodo rurſum ſpiritualiter Sodoma uocatur & Aegy/
ptus? Nec ſtatim potes dicere,ſanctam dici Hieruſalem cœleſtem quæ futura eſt,& Sodo/
mam quæ corruit appellari,quia de futura dicitur,quod beſtia quæ aſcenſura eſt de abyſſo,
faciet aduerſus duos prophetas bellum,& uincet illos & occidet, & corpora eorum iacebunt
in platea ciuitatis magnæ. De qua ciuitate & in fine eiuſdem libri ſcribitur: Et ciuitas in qua/
dro poſita eſt,& longitudo eius & latitudo tanta eſt, quanta & altitudo:& menſus eſt ciuita/
tem de arundine aurea, per ſtadia duodecim milia. Longitudo & latitudo & altitudo eius
æqualia ſunt. Et menſus eſt muros eius cētum quadragintaquatuor cubitorum menſura ho
minis, quæ eſt angeli. Et erat ſtructura muri eius ex lapide Iaſpide. Ipſa uero ciuitas auro
mundo &c. Vbi quadrum eſt,ibi nec longitudo,nec latitudo appellari poteſt.Et quæ eſt iſta
menſura,ut tanta ſit longitudo & latitudo,quanta altitudo eius,& muri de lapide Iaſpide, &
tota ciuitas de auro mundo,& fundamēta & plateę eius de lapidibus precioſis,& duodecim
portæ fulgentes margaritis? Cum ergo hæc nō poſſint carnaliter accipi(abſurdū quippe eſt,
B per duodecim milia ſtadiorum tātam ciuitatis longitudinem & latitudinem, quantam & al/
titudinem prædicari) ſpiritualiter intelligenda ſunt ſingula:& ciuitas magna, quam uidelicet
prius ædificauit Cain, & nominauit eam ex uocabulo filij ſui,hic mundus intelligendus eſt,
quem accuſator fratrum ſuorum diabolus & fratricida Cain,periturus extruxit uitijs,ſceleri/
bus condidit, iniquitate compleuit: quæ ſpiritualiter appellatur Sodoma & Aegyptus. De
qua Sodoma ſcribitur: Reſtituetur Sodoma in antiquum, quod ſcilicet ita reſtituendus ſit
mundus,ut ante fuit.Nec enim poſſumus credere rurſum ædificādam Sodomam & cęteras,
Gomorrā ſcilicet & Adamā & Seboim, ſed in perpetuos cineres relinquendas. Aegyptum
autem nunq; pro Hieruſalem legimus,ſed ſemper pro hoc mundo.Et quia longū eſt de ſcri
pturis innumerabilia exempla congerere, unum teſtimonium proferamus,ubi manifeſtiſſi/
me mundus hic Aegyptus appellatur. In epiſtola canonica Iudas apoſtoli frater Iacobi ſcri/
bit,dicēs:Cōmonere autem uos uolo,ſcientes ſemel omnia,quoniam Ieſus populum de ter/
ra Aegypti ſaluans,ſecundo eos qui non crediderunt perdidit. Et ne putares de Ieſu dici filio
Naue,ſtatim ſequitur: Angelos uero qui non ſeruauerunt ſuum principatum,ſed derelique
runt ſuum domiciliū,in iudicium magni dei uinculis æternis ſub caligine reſeruauit.Et ut cre/
das ubicunq; ſimul Aegyptus & Sodoma & Gomorra nominantur,non loca,ſed mundum
hunc interpretari,ſtatim ſubiungit exemplum: Sicut Sodoma & Gomorra & finitimæ ciui/
tates,ſimili modo fornicatæ,& abeūtes poſt carnem alteram,factæ ſunt exemplū,ignis æter
ni pœnam ſuſtinentes.Et quid neceſſe eſt plura cōquirere,cum poſt paſſionē & reſurrectio/
nem domini Matthæus euangeliſta cōmemoret: Et petræ ſciſſæ ſunt,& ſepulchra aperta,&
plurima corpora dormientiū ſanctorum ſurrexerunt:& egredientes de ſepulchris poſt reſur
rectionem ſuam,ingreſſi ſunt ſanctam ciuitatem,& apparuerūt multis.Nec ſtatim Hieroſo/
lyma cœleſtis,ſicut pleriq; ridicule arbitrātur,in hoc loco intelligitur, cum ſignū nullum eſſe
potuerit apud homines domini reſurgentis, ſi corpora ſanctorū in cœleſti Hieruſalem uiſa
ſunt.Cum ergo & euangeliſtæ,& omnes ſcripturæ Hieroſolymā ſanctam nominent ciuita/

tem,& psalmista præcipiat,ut adoremus in loco,ubi steterunt pedes eius,ne patiaris eam ap c
pellari Sodomã & Aegyptum,per quam dominus iurare uetat, quia sit ciuitas magni regis.
Maledictam terram nominãt, quod cruorem domini hauserit.Et quomodo benedicta loca
putãt,in quibus Petrus & Paulus,Christiani exercitus duces, sanguinẽ fudere pro Christo?
Si seruorum & hominũ glorioſa professio est,cur domini & dei nõ sit glorioſa confessio? Et
martyrum ubiq; sepulchra ueneramur,& sanctam fauillam oculis apponẽtes,si liceat,etiam
ore contingimus,& monumentũ in quo dominus conditus est, quidam existimãt negligen/
dum? Si nobis non credimus,credamus saltem diabolo & angelis eius,qui quotiescũq; ante
illud de obsessis corporibus expellũtur,quasi in cõspectu tribunalis Christi stantes cõtremi/
scunt,rugiunt,& se dolent crucifixisse,quem timeant.Si post passionem Christi (ut scelerata
uox concrepat)hic detestabilis locus est:quid sibi uoluit Paulus Hierosolymam festinare,ut
ibi faceret Pentecosten? Qui retinentibus se locutus est,dicens:Quid facitis flentes & contur
bantes cor meum? Ego enim non solũ ligari, sed & mori in Hierusalem paratus sum pro no/
mine domini Iesu. Quid cæteri sancti & illustres uiri,quorum uota & oblationes post prædi
cationem Christi ad fratres,qui erant Hierosolymis,deferebãtur? Longũ est nunc ab ascen/
su domini usq; ad præsentem diem per singulas ætates currere,qui episcoporum,qui marty
rum,qui eloquentiũ in doctrina ecclesiastica uirorum uenerint Hierosolymam,putantes mi
nus se religionis,minus habere scientię,nec summam (ut dicitur) manum accepisse uirtutum,
nisi in illis Christum adorassent locis,de quibus primũ Euangeliũ de patibulo coruscauerat,
Certe etiam si præclarus orator reprehendendum nescio quem putat, quod literas Græcas
non Athenis,sed Lilybæi,Latinas non Romę,sed in Sicilia didicerat:quod uidelicet unaquæ 4
que prouincia habeat aliquid proprium,quod alia æque habere nõ possit, cur nos putamus
absque Athenis nostris quenquam ad studiorum fastigia peruenisse? Nec hoc dicimus,
quod renuamus regnum dei intra nos esse,& sanctos uiros etiam esse in cæteris regionibus,
sed quo hoc asseramus,uel maxime eos qui in toto orbe sunt primi, huc pariter congregari, D
ad quæ nos loca non ut primi, sed ut extremi uenimus, ut primos in eis omniũ gentium cer/
neremus.Certe flos quidam & preciosissimus lapis inter ecclesiastica ornamenta,monacho/
rum & uirginũ chorus est. Quicunq; in Gallia fuerit primus, huc properat. Diuisus ab orbe
nostro Britannus,si in religione processerit,occiduo sole dimisso,quęrit locum fama sibi tan
tum & scripturarũ relatione cognitum. Quid referamus Armenios, quid Persas,quid Indiæ,
quid Aethiopum populos, ipsamq; iuxta Aegyptum, fertilem monachorum, Pontum, &
Cappadociam,Syriam Cœlen,& Mesopotamiam,cũctaq; Orientis examina? Quæ iuxta
saluatoris eloquiũ,dicentis: Vbicunq; fuerit corpus, illuc cõgregabuntur aquilæ: concurrunt
ad hæc loca, & diuersarum nobis uirtutum specimen ostendunt. Vox quidem dissona, sed
una religio. Tot penè psallentium chori,quot gentium diuersitates. Inter hęc,quæ uel prima
in Christianis uirtus est,nihil arrogant sibi de cõtinentia supercilij. Humilitatis inter omnes
contentio est. Quicunq; nouissimus fuerit, hic primus putatur.In ueste nulla discretio,nulla
admiratio. Vtcunq; placuerit incedere,nec detractionis est,nec laudis. Ieiunia quoque nemi/ 5
nem subleuant,nec defertur inediæ,nec moderata saturitas condemnatur. Suo domino stat
unusquisq; aut cadit. Nemo iudicat alterum,ne à domino iudicetur. Et quod in plerisq; pro/
uincijs familiare est, ut genuino dente se lacerent, hic penitus non habetur. Procul luxuria,
procul uoluptas, tanta in ipsa urbe orationum loca, ut ad ea peragranda dies sufficere non
possit. Verum ut ad uillulam Christi, & Mariæ diuersorium ueniamus (plus enim laudat
unusquisq; quod possidet)quo sermone,qua uoce speluncam tibi possumus saluatoris expo
nere? Et illud præsepe,in quo infantulus uagijt,silentio magis,quàm infimo sermone hono/
randum est. Vbi sunt latæ porticus? Vbi aurata laquearia? Vbi domus miserorum pœnis,
& damnatorum labore uestitæ? Vbi instar palatij opibus priuatorum extructæ basilicæ,ut
uile corpusculum hominis precioſius inambulet,& quasi mundo quicquam possit esse orna
tius,tecta magis sua uelint aspicere,quàm cœlũ? Ecce in hoc paruo terræ foramine,cœlorum

conditor

A conditor natus est:hic inuolutus pannis,hic uisus à pastoribus,hic demonstratus à stella,hic adoratus à Magis.Et hic puto locus sanctior est Tarpeia rupe,quæ de cœlo sæpius fulmina ta ostendit,quod domino displiceret.Lege Apocalypsim Ioannis, & quid de muliere purpurata,& scripta in eius fronte blasphemia,septem montibus,aquis multis,& Babylonis cantetur exitu,contuere.Exite,inquit dominus,de illa populus meus, & ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis . Fugite de medio Babylonis,& saluate unusquisq; animam suam.Cecidit enim,cecidit Babylon magna,& facta est habitatio dæmonum,& custodia spiritus immundi. Est quidem ibi sancta ecclesia,sunt trophæa apostolorũ & martyrum:est Christi uera confessio,est ab Apostolo prædicata fides,& gentilitate calcata,in sublime se quotidie erigens uocabulũ Christianũ: sed ipsa ambitio,potẽtia,magnitudo urbis,uideri & uidere,salutari & salutare,laudare & detrahere,uel audire uel proloqui, & tantam frequentiam hominũ saltem inuitũ uidere,à proposito monachorum & quiete aliena sunt. Aut enim uidemus uenientes ad nos,& silentiũ perdimus:aut nõ uidemus,& superbiæ arguimur. Interdũq; ut uisitantibus reddamus uicẽ,ad superbas fores pergimus:& inter linguas rodentium ministrorũ,postes ingredimur auratos . In Christi uero (ut supra diximus) uillula tota rusticitas,& extra psalmos silentium est.Quocunq; te uerteris,arator stiuam tenens, alleluia decantat.Sudans messor psalmis se auocat, & curua attondẽs uitem falce uinitor,aliquid Dauidicum canit.Hæc sunt in hac prouincia carmina:hæ,ut uulgo dicitur , amatoriæ cantiones. Hic pastorum sibilus , hæc arma culturæ . Verum quid agimus, nec quid deceat cogitantes: solum quod cupimus , hoc uidemus ? O quando illud tempus aduenier , cum anhelus nuncium uiator apportet , Marcellam nostram ad Palestinæ littus appulsam , & toti monachorum chori,tota uirginum agmina concrepabunt? Obuiam iam iamq; gestimus occurrere, & non expectato uehiculo , concitum pedibus ferre corpus. Tenebimus manus,ora cernemus, & à desiderato uix auellemur amplexu.Ergo ne erit illa dies,quando nobis liceat speluncam saluatoris intrare? In sepulchro domini flere cum sorore,flere cum matre? Crucis deinde lam
B bere lignum , & in oliueti monte cum ascendente domino, uoto & animo subleuari? Videre
6 exire Lazarum fascijs colligatum, & fluenta Iordanis ad lauacrum domini puriora . Inde ad pastorum caulas pergere, in Dauid orare Mausoleo ? Amos prophetam etiam nunc buccina pastorali in sua conspicere rupe clangentem? Ab Abraham Isaac & Iacob trium quoque
7 illustriũ fœminarũ,uel tabernacula properare,uel memorias? Videre fontem,in quo à Philippo eunuchus est tinctus ? Samariam pergere, & Ioannis Baptistæ,Helisæi quoq; & Abdiæ pariter cineres adorare ? Ingredi speluncas , in quibus persequutionis & famis tempore prophetarum agmina sunt nutrita? Ibimus ad Nazareth , & iuxta interpretationem nominis eius florem uidebimus Galilææ.Haud procul inde cernitur Cana,in qua aquę in uinum uersæ sunt.Pergemus ad Itabyrium & tabernacula saluatoris, nõ ut Petrus quondam uoluit cum Moyse & Helia,sed cum patre cernemus & spiritu sancto. Inde ad mare ueniemus Genezareth , & de quinq; & septẽ panibus uidebimus in deserto quinq; & quatuor hominum milia saturata.Apparebit oppidum Naim,in cuius portis uiduæ filius suscitatus est. Videbitur & Hermonim & torrens Endor , in quo superatur Sisara . Capharnaũ quoq; signorum
8 domini familiaris,& omnis pariter Galilæa cernetur. Et tunc comitante Christo,cum per Silo & Bethel & cætera loca , in quibus ecclesiæ quasi quædam uictoriarum domini sunt erecta uexilla,ad nostram speluncam redierimus,canemus iugiter,crebro flebimus, indesinenter orabimus,& uulneratę iaculo saluatoris in commune dicemus:Inueni quem quæsiuit anima mea:tenebo eum,& non dimittam illum.

SCHOLIA.

1 SVs artium repertricem.) Id est, Mineruam ,Græci sic efferunt, ὗς τὴν ἀθηνᾶν, id est, Sus Mineruam.Et apte mulieres religiosæ sunt usæ periphrasi, ne uiderentur ethnicũ agnoscere numen. Confusionis urbem.) Babel enim confusionẽ sonat,unde Babylon dicta. Roho both.) רְחֹבוֹת siquidem Hebræis significat plateas siue latitudines,ut intelligas uiã latã,per

quam multi eunt in perditionem. Sennaar in quo &c.)Legis Geneſis capite undecimo.Porrò שנער C
lingua Hebræorum ſonat, fœtor eorum:ut intelligas ſuperbia maxime deum offendi, ut contra gratiſſimus odor eſt humilitas. Poſt gurgitem grauem Chobar.) Grauem uocat, qui illic captiuus inter captiuos erat. Non rigatur ut Aegyptus deorſum.) Negant in Aegypto pluere:ſed regionem irrigari Nilo, ſtatis anni uicibus exundante. Holera languentium cibus.) Alluſit ad illud Paulinum: Qui infirmus eſt,holus manducet. Allophylo quondam hoſte.) Allophylus Græcis alienigena eſt:ſentit autem Philiſtæum a Dauid confectum. Vnde decantatum eſt in choris:Percuſſit Saul mille, & Dauid decem milia. Legis primo Regum libro,capite decimooctauo. Frontis audacia.) Significat Goliad ſuperbum, à Dauid in fronte percuſſum. In Ornæ Iebuſæorum regis.) Dauid iuſſu domini per Gad, 2
emit ab Orna aream, ibiq; conſtruxit altare domino: quo in loco poſtea condita Hieroſolyma, quondam Iebus dicta à Iebuſæis,qui eam incolebant.Sed his expulſis, Dauid eam totius Iudææ metropolim effecit fabricatus.Lege Paralipomenon capite uigeſimoprimo. Sed in gentibus.) Quia alienam emit aream. Regem Salem. Quidam ita putant,olim Melchiſedec regem eius urbis fuiſſe, quæ tum dicta fuerit Salem, unde & Hieruſalem. Eadem dicta fuit Iebus, à Iebuſæis. Et ſanguis Chriſti de cruce ſtillans.) Hieronymus enarrans quintum caput epiſtolæ Paulinæ ad Epheſios, refert ſeſe hoc à quodam apud populum concionante audiſſe, remq; magno omnium aſſenſu fuiſſe exceptam, etiam ſi negat hoc cum cæteris Pauli uerbis quadrare. Sermo Apoſtolicus.) Incertum an Paulus è propheta ſumpſerit hæc uerba, qui non extet, an ipſe prophetico afflatus ſpiritu hæc dixerit. Myſterium noſtrum.) Id eſt, Chriſtianorum. Vernaculum autem dicitur ei loco, quo natum eſt aliquid. Primum 3
nomen calcata.) Id enim Hebræis ſonat Iebus. Secundum pax.) Salem pacem ſonat Hebræorum lingua. Tertium uiſio pacis.) Hieruſalem. Et factus eſt in pace locus eius.) Pſalmo ſeptuageſimo quinto ſecundum literam dictum eſt de ciuitate Hieruſalem, ut eum enarrans locum teſtatur Hieronymus. Apud Hebræos enim haberi:Et factum eſt in Salem umbraculum eius. Siquidem in hac natus eſt Solomon, qui geſſit figuram Chriſti. Rex regum & do.) Hæc uerba Paulus in Epiſtola ad Timotheum prima,capite ſexto tribuit deo. Metropoli uindicatur.) Id eſt,attribuitur. μητρόπολις autem primaria ciuitas,ueluti mater omnium,non à menſura,ut putat Iſidorus. Sudarium conuolutum.)Ioannes capite uigeſimo, oſtendit ſudarium quo tectum fuerat caput,repertum fuiſſe ſeparatim à cæteris linteaminibus conuolutum. Quanquam hoc loco nonnulli codices habebant, caput ſudario conuolutum. Summam, ut dicitur,manum.) Ita uocant perfectionem. Ab artificibus ſtatuarum ſumptũ,qui primum fingunt rude ſimulacrum,deinde dolant, poſtremo poliunt: quæ ſumma manus uocatur.
D
Non Athenis, ſed Libiæ.)Quædam exemplaria ſcriptũ habebant,Lilybei,neutrum admodum quadrat. Fortè legendum, Lileæ: quæ ciuitas eſt in Phocide. Athenæ ſunt in meditullio Græciæ:Phocenſes ita Græci ſunt, ut abſint ab Athenis, quemadmodum Roma germana eſt Italia: Sicilia Italia eſt ue- 4
luti Græciſſans. Abſq; Athenis noſtris.) Ita uocat Hieroſolymam,unde nata ſit Chriſtiana religio. Quod quidam non itelligentes,locum hunc ita depraua rũt in nonnullis codicibus,abſq; Athenis quen quam noſtrũ. Si in religione proceſſerit.) Apparet hic Anglos eo tempore nuper Chriſti fidem accepiſſe,nec omnes adhuc fuiſſe Chriſtianos.Nam proceſſerit dixit,pro profecerit,& prouectior fuerit.

Fertilem monachorũ.) In huius enim ſolitudinibus maximi monachorum greges erant, ut oſtendimus alibi. Syria cœle.) Eſt campeſtris Syriæ pars,quæ cœle, id eſt, caua dicitur,Græce κοιλη. Continentia ſupercilij.)Continentiam uocat abſtinẽtiam à cibis & uoluptatibus.Supercilium appellat arrogantiam, quæ huiuſmodi ferè, quoniam ad ceremonias pertinent, comitari ſolent. Neminem ſubleuant.) Id eſt,nemini proſunt,ſi alioqui parũ ſit pius.Et defertur in eundem ſenſum dixit,id eſt,datur priuilegiũ,aut honos habetur. Hæc forma monachorũ plurimũ ab huius temporis monachis abeſt, apud quos ab inæqualibus æqualia exiguntur:& ex his æſtimatur omnis ferè religio, atq; ex his etiam leuioribus: puta cultu,aut colore. Suo domino ſtat unuſquiſq;.) Retulit uerba Pauli, qui neminem uoluit iudicari ex cibo,aut potu,aut ſimili re quapiam,quæ poſſit eſſe cõmunis bonis & malis. Miſerorum pœnis.) Vel quod ex proſcriptorũ aut mulctatorũ opibus ædificabantur: uel quod damnati in huiuſmodi ſubſtructionibus laborare cogebantur. Quid de muliere purpurata.)Locus eſt in Apocalypſi capite decimoſeptimo,ubi propemodum, quiſquis is fuit, depinxit urbem Romam ſub typo mulieris inſidentis beſtiæ, cui ſeptem erant capita, quæ ſeptem montes interpretatur. Rhoma autem ſepticollis eſt. Lazarũ faſcijs colligatũ.)Eſt in tribu Iuda, decimoquinto à Cæſarea lapide,Bethania, ubi monſtrabantur aquæ ſalubres, Ad lauacrũ domini.) Fluuius eſt per ſe lympidus & amœnus & ſalubri- 6
bus aquis,quamdiu non miſcetur mari mortuo.Sed hunc puriorem factum imaginatur,poſteaquam in eo baptizatus eſt dominus, quaſi non amnis purgauerit Chriſtũ, ſed Chriſtus amnem. In Dauid orare Mauſoleo.) Id eſt, ſepulchro. Hæc erant loca, quæ tũ in Iudæa oſtendebantur, ueterũ ſanctorum & Chriſti ueſtigijs inſignia. Ad Abraham, Iſaac.) Horũ ſepulchra oſtendebantur in Arbe,quæ eadem dicitur Chebron. Eſt in tribu Iuda. Trium quoq; illuſtrium fœminarum.) Ni fallor, intelligit Iudith, Heſter, & Deboram. Ni ſentit Saram, Rebeccam & Liam, quæ in eodem ſepulchro cum tribus patriarchis ſitæ fuerunt: quemadmodum legimus Geneſeos 49. Vel tabernacula, uel memorias.)

Arias.) Ostendebatur quercus Abrahæ usq; ad Constantini principis imperium, & Mausoleum eiusdem in Chebron: de quo supra meminimus. Ea abest ab Helia duobus & uiginti ferme milibus passuum. Hic cum ecclesiam extruxissent Christiani, tamen à finitimis gentibus Terebinthus superstitiose cõlebatur, quod sub ea arbore angelos accepisset hospitio. Rursus secundo ab hac Terebintho lapide, ostendebatur tabernaculum Abrahæ. Fontem in quo Philippus) Iuxta Bethsuram in tribu Beniamin, ostendebatur fons è terra bulliens, qui ab eadem absorbebatur terra: in quo Eunuchum Candacis reginæ à Philippo baptizatum putant: cuius rei mentio fit in Actis Apostolicis. Samariam pergere.) Quæ postea Sebaste dicta est. In hac habebantur reliquiæ Ioannis Baptistæ & cæterorum, quos hic memorat. Ingredi speluncas.) Nam id accidit in Samaria. Historia refertur tertio Regum libro capite decimooctauo. Inde cernitur Cana.) Est in tribu Assur in Galilæa gentium. Nam est & altera eiusdem nominis, non eiusdem cognominis. Pergemus ad Itabyrium.) Hunc ita Septuaginta uerterunt. Thabor mons est in medio Galilææ, mira rotunditate sublimis. In hoc transfigurauit se Iesus, & Petrus errãs, dixit: Domine, faciamus hic tria tabernacula. Ad mare ueniemus Genezareth.) Nam iuxta hoc legitur id miraculi peractum. Oppidum Naim.) Aberat à monte Thabor duobus passuum milibus ad meridiem. Hermon & Endor fontes, haud procul absunt à monte Thabor. Historia refertur Iudicum capite quarto, de Sisara deuicto à Iahel & Debora. Capharnaum quoq;.) Oppidum est haud procul à stagno Genezareth in Galilæa, ubi dominus complura prodidit miracula, & idcirco subiecit: Et omnis pariter Galilæa. Nam in hac plurima commonstrabantur Christi uestigia.

Silo.) Huc misit cæcum, ut reciperet oculos, quo loco postea constructa est ecclesia. Bethel.) Hic dormiuit Iacob, cũ iret Mesopotamiam, quo loco postea constructa est ædes sacra, ut alibi testatur Hieronymus. Nam Bethel sonat domus dei.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Marcellam uiduam, iam monachorum institutũ sequentem, hortatur, ut Roma relicta, Bethlehem se conferat, per contentionem ostendens, & quantum habeat Roma molestiarum, & quantum commoditatum habeat rus Bethlehemiticum.

HIERONYMVS MARCELLAM INVITAT ad rus Bethlehemiticum.

B 1 AMbrosius, quo chartas, sumptus, notarios ministrante, tam innumerabiles libros uere Adamantius, & Chalcẽterus noster explicauit, in quadam epistola, quam ad eundem de Athenis scripserat, refert nunquã se cibum Origene præsente sine lectione sumpsisse: nunc̃q; iisse somnũ, nisi unus è fratribus sacris literis personaret. Hoc diebus egisse uel noctibus, ut & lectio orationem exciperet, & oratio lectionem. Quid nos uentris animalia tale unquam fecimus? Quos si uel secunda hora legentes inuenerit, oscitamus, manu faciem defricantes, continemus stomachum, & quasi post multum laborem, mundialibus rursum negocijs occupamur. Prętermitto prandia, quibus mens onerata premitur. Pudet dicere frequentiam salutandi, qua aut ipsi quotidie ad alios pergimus, aut ad nos uenientes, cęteros expectamus. Deinceps itur in uerba, sermo teritur, lacerantur absentes, uita aliena describitur, & mordentes inuicem, cõsumimur ab inuicem. Talis nos cibus occupat & dimittit. Cum uero amici recesserint, ratiocinia supputamus. Nunc ira personam leonis nobis imponit: nunc cura superflua in annos plurimos duratura præcogitat. Nec recordamur Euangelij, dicentis: Stulte, hac nocte auferent animã tuam à te, quæ autẽ præparasti, cuius erunt? Vestes non ad usus tantũ, sed ad delitias conquirũtur. Vbicunq; compendium est, uelocior pes, citus sermo, auris attentior. Si damnũ (ut sæpe in re familiari accidere solet) fuerit nuntiatũ, uultus mœrore deprimitur. Lætamur ad nummũ, amisso obolo contristamur. Vnde cum in uno homine animorum tam diuersa sit facies, propheta dominum deprecatur, dicens: Domine in ciuitate tua imaginem eorũ dissipa. Cum enim ad imaginem & similitudinem dei conditi simus, ex uitio nostro personas nobis plurimas superinducimus. Et quomodo in theatralibus scenis unus atq; idẽ histrio, nunc Herculẽ robustus ostendit, nunc mollis in Venerem frangitur, nunc tremulus in Cybelem: ita & nos (qui si de mũdo nõ essemus, odiremur à mũdo) tot habemus personarum similitudines, quot peccata. Quapropter quia multa iam uitæ spatia transmisimus fluctuando, & nauis nostra nunc procellarum concussa

cussa turbine,nunc scopulorum illisionibus perturbata est, cum primum licet, quasi portum c
quendam secreta ruris intremus.Ibi cibarius panis,& holus nostris manibus irrigatum,& lac
delitiæ rusticanæ,uiles quidem,sed innocentes cibos præbent.Ita uiuentes, non ab oratione
somnus,nec saturitas à lectione reuocabit.Si æstas est,secretum arboris umbra præbebit. Si
autumnus,ipsa aeris temperies,& strata subter folia,locum quietis ostendunt.Vere ager flo
ribus pingitur,& inter querulas aues, psalmi dulcius cantabuntur. Si frigus fuerit & bruma
les niues,ligna non coemam,& calidius uigilabo,uel dormiam.Certe quod sciam,uilius non 2
algebo. Habeat sibi Roma suos tumultus,arena sæuiat, circus insaniat, theatra luxurient,&
quia de nostris dicendum est,matronarum quotidie uisitetur senatus. Nobis adhærere do
mino bonum est, & ponere in domino deo spem nostram, ut cum paupertatem istam cœ
lorum regna mutauerint,erumpamus in uocem: Quid enim mihi est in cœlo,& à te quid uo
lui super terram? Quo scilicet cum tanta reperiamus in cœlo, parua & caduca quæsisse nos
doleamus in terra.Verum ut ad uillam & ad Mariæ diuersoriũ ueniamus: plus laudat enim
unusquisq; quod possidet: quo sermone, qua uoce tibi speluncam saluatoris exponam? Et
illud præsepe,in quo infantulus uagijt, silentio magis,quàm infimo sermone honorandum
est. Vbi sunt latæ porticus? ubi aurata laquearia? ubi domus miserorum pœnis & damna
torum labore uestitæ? ubi instar palatij priuatorum extructæ basilicæ, ut uile corpusculum
hominis preciosius inambulet,& quasi mundo quicquam possit esse ornatius, tecta sua ma
gis uelint aspicere, quàm cœlum. Bethlehem ecce in hoc paruo terræ foramine cœlorum 3
conditor natus est. Hic inuolutus pannis: hic uisus à pastoribus, hic demonstratus à stella:
hic adoratus à Magis: & puto, sanctior locus est rupe Tarpeia, quæ de cœlo sæpius fulmi
nata, ostendit quod deo displiceat. Est quidem ibi sancta ecclesia: sunt trophæa apostolo
rum & martyrum, est Christi uera confessio,est apostolorum prædicata fides,& gentilitate
calcata, in sublime quotidie erigitur uocabulum Christianum. Sed ambitio, potentia, ma
gnitudo urbis, uideri & uidere, salutari & salutare, laudare & detrahere, uel audire uel pro D
loqui, & tantam hominum frequentiam uidere, à proposito monachorum, & à quiete a
liena sunt. Aut enim uidemus ad nos uenientes, & silentium perdimus, aut si non uidemus,
superbiæ arguimur.Interdum ut uisitantibus reddamus uicem,ad superbas fores pergimus.
Inter linguas rodentium ministrorum, postes ingredimur deauratos. In Christi ergo uilla,
ut supra diximus,tota rusticitas est.Extra psalmos silentium est. Quocunque te uerteris,ara
tor stiuam tenens,alleluia decantat.Sudans messor,psalmis se auocat,& curua attondens ui
tes falce uinitor,aliquid Dauidicum canit.Hæc sunt in hac prouincia carmina,hç,ut uulgo di
citur,amatoriæ cantiones.Vale.

SCHOLIA.

AMbrosius quo chartas.) Hic prius Marcionites fuerat, sed ab Origene correctus, eccle
siæ diaconus & orthodoxus est factus: uir locuples,nec inelegantis ingenij: cuius sumptu 1
& hortatu Origenes permulta dictauit uolumina, testatur Hieronymus in Catalogo scri
ptorũ. Adamantius.)Ab adamante lapide, qui nulla ui domari frangiue potest. Vnde
& ab indomita ui nomen habet apud Græcos. Id cognominis olim tributum est Didy
mo grammatico, ob indefatigabilem scribendi instantiam, ab hoc translatum est in Origenem. Et
Chalcenterus noster.) Chalcenterum uocat, ab intestinis æreis, ueluti prædurum: χαλκὸς æs seu fer
rum, & ἔντερα uiscera,inde χαλκέντερον. Porrò suum uocat, non quod dogmata sequatur, sed quod
ingenio delectetur. Nunc tremulus in Cybelem.)Quoniam anus est: quippe mater omnium deo
rum. Vnde tremore corporis, uelut ob senium repræsentabatur. Sed innocentes cibos.) Quia non
laniantur pecudes & aues. Ita Prudentius in carmine Lyrico: Sint fera gentibus indomitis prandia
de nece quadrupedum. Nos holeris coma, nos siliqua, fœta legumine multimodo pauerit innocuis
epulis. Brumales niues.) Bruma pars est hyemis, cum dies sunt breuissimi. Ligna non coe
mam.) Ob teporem regionis, quæ uix hyemem ullam sentit. Vilius non algebo.) Id est, hic mihi 2
minoris constabit,ut non sentiam frigus,& minore igni fuerit opus. Arena sæuiat.)Propter gladia
tores,qui in arenam producebantur,ut mutuo laniatu perirent. Circus insaniat.) In circo agitaban
tur certamina uarij generis,magno sumptu. Vnde insaniam uocat: insanit enim, qui modum non ser
uat.

A mat. Theatra luxurient.)Hic agebãtur comœdiæ & tragœdiæ,magna oſtẽtatione barbaricarũ opum. Et quia de noſtris dicendum.) Noſtris,id eſt,monachis, qui nobiles matronas ſolent quotidie uelut officij cauſa inuiſere. Vnde & ſenatum matronarum dicit,quod illę quoq; ſuam haberent maieſtatem. Et Heliogabalus mulierum ſenatum inſtituerat,quem appellabat ſenatulum,in quo matrem uoluit præſidere. Miſerorum pœnis,& damnatorum labore.) Vel quod ex mulctis ædificantur, uel quod dãmnati coguntur illic laborare. At nunc principes nonnunquam ex innocẽtium ciuium expilatione ſubſtruunt ſua palatia. Tecta,ſua magis.) Pingebat teſtudines auro,gemmis,coloribus,cum cœlum pulchrius ſit pictum ſtellis, quod commune tectum eſt omnibus mortalibus. Rupe Tarpeia.) In hac erat ſuperbum illud Capitolium,quod aliquoties fulmine tactum eſt,cum in eo Iupiter præſideret.

Tota ruſticitas eſt.) Quidam habebant,tuta:ſed tota,mihi magis probatur, hoc eſt, mera ruſticitas Sic enim Hieronymus & alias aliquoties loquitur: quanquã tuta quoq; quadrat,quia dixerat de miniſtris rodentibus. Porrò ruſticitatem,ſimplicitatem appellat abſq; faſtu nobilium.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Luſit in hac epiſtola ſanctis quibuſdam iocis. Euſtochium in natali diui Petri xeniola quædam miſit Hieronymo. Ea myſtica interpretatione trahit ad morum inſtitutionem,cuiuſmodi deberent eſſe Chriſtianorum ioci,ut pietatem ſaperent pariter & eruditionem.

AD EVSTOCHIVM DE ACCEPTIS ab ea munuſculis.

1 PArua ſpecie,ſed charitate ſunt magna,munera accepiſſe à uirgine,armillas, epiſtolam,& columbas. Et quoniam mel in dei ſacrificijs non offertur,nimia dulcedo arte mutata eſt, & quadam,ut ita dicam, piperis auſteritate condita. Apud deum enim nihil uoluptuoſum,nihil tantum ſuaue placet, niſi quod in ſe habet mordacis aliquid ueritatis. Paſca Chriſti cum amaritudinibus manducatur. Feſtus eſt dies, & natalis beati Petri feſtiuius eſt ſolito condiendus,ita tamen, ut ſcripturarum cardinem, iocularis ſermo non fugiat. Nec à præſcripto palæſtræ noſtræ longius euagemur. Armillis in
B Ezechiele armatur Hieruſalem. Baruch epiſtolas accipit ab Hieremia. In columbæ ſpecie ſpiritus ſanctus allabitur. Itaque ut te aliquid & piperis mordeat, & priſtini libelli etiam nunc recorderis, caue ne operis ornamenta dimittas, quæ ueræ armillæ ſunt brachiorum, ne e-
2 piſtolam pectoris tui ſcindas, quam à Baruch traditam nouacula rex profanus incidit: ne ad ſimilitudinem Ephraim per Oſee audias: Facta es inſipiens, ut columba. Nimium reſpondebis auſtere, & quod feſto non conueniet diei. Talibus ipſa muneribus prouocaſti: dum dulcibus amara ſotiata ſunt, & à nobis paria recipies, laudem amaritudo comitabitur. Verum ne uidear dona minuiſſe:accepimus & caniſtrum ceraſis refertum:talibus & tam
3 uirginali uerecundia rubentibus, ut ea nunc à Lucullo delata exiſtimarem. Siquidem hoc genus pomi, Ponto & Armenia ſubiugatis, de Ceraſunto primus Rhomam pertulit. Vnde & de patria arbor nomen accepit. Igitur quia in ſcripturis caniſtrum ficis plenum legimus, ceraſa uero non inuenimus, in eo quo allatum eſt, id quod allatum non eſt, prædicamus. Optamuſque te de illis pomis fieri, quæ contra templum dei ſunt, & de quibus deus dicit: Quia bona bona ualde. Nihil quippe ſaluator medium amat. Et ſicuti frigidum non refugiens, calidis delectatur, ita tepidos in Apocalypſi euomere ſe loquitur. Vnde nobis ſolicitius prouidendum eſt, ut ſolennem diem, non tam ciborum abundantia, quam ſpiritus exultatione celebremus. Quia ualde abſurdum eſt,nimia ſaturitate uelle honorare martyrem, quem ſcias deo placuiſſe ieiunijs. Ita tibi ſemper comedendum eſt, ut cibum & oratio ſequatur,& lectio. Quod ſi aliquibus diſplicet, Apoſtoli uerba cantato: Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ancilla non eſſem.

SCHOLIA.

1 QUoniam mel.) Leuitici cap. 2. uetat deus ullum mel aut fermentum adhiberi in ſacrificio. Rurſus alibi iubet,ut nullum ſacrificiũ offeratur abſq; ſale. Cum amaritudinibus.) Exo. 12 Cum lactucis agreſtibus, quæ ſubamarum quiddam habent. Feſtiuius eſt ſolito condiendus.) Nã in diebus feſtis,lautius ſolito prãdetur. Cardinẽ.) Iocandũ,ſed Chriſtiano more.

Armillis

Armillis in Ezechiele.) Capite 16. Inter reliqua ornamenta mystica, quæ illic commemorat: Et dedi inquit, armillas in manibus tuis. Quidam codices hoc loco pro armatur, habebant ornatur. a

Baruch epistolas accepit.) Habes apud Hieremiã capite trigesimo sexto. Baruch iussu Hieremiæ scribit epistolam & defert ad populum. Pristini libelli.) Significat libellum de uirginitate quem scripsit ad eandem, qui quoniam mordacior est, multorum conflauit odium Hieronymo, sicuti testatur ipse.

Nouacula rex profanus.) Pro nouacula, nostra æditio habet, scalpello scribę. Locus est ca. 36. quẽ modo citauimus, quemadmodum rex epistolam, siue ut habetur uolumen, discissum scalpello coniecerit in ignem. Alluserit autem Hieronymus tacite ad illud Pauli ad Corinthios: Epistola nostra uos estis scripta in cordibus. Et paulo post: Quoniam epistola estis Christi, ministrata à nobis & scripta non atramento, sed spiritu dei uiui &c. Ad similitudinem Ephraim.) Ita legis Osee capite septimo. Et factus est Ephraim, quasi columba seducta, non habens cor. Verum ne uidear.) Quoniam non fecerat mentionem cerasorum. Virginali uerecundia.) Quædã matureſcentia uiresc unt, quædã flaueſcunt, cerasum, morũ, & cornũ rubeſcunt maturitate, mox nigreſcunt, præter hęc etiam oliuæ. Vt ea nunc à Lucullõ.) Statim putreſcunt cerasa, &, ut dixi, gratus ille rubor non manet nisi recẽtibus, nec adest nisi maturis. De Lucullo ita Plinius libro 15. cap. 25. Cerasi ante uictoriam Mithridaticam L. Luculli non fuere in Italia. At urbis anno sexcentesimo octogesimo, is primum inuexit è Ponto, annisq; centum uiginti, trans Oceanum in Britanniam usq; peruenere, eadem in Aegypto nulla cura potuere gigni. Canistrum ficis plenum.) Ita legis Hieremiæ capite 24. de duobus calathis, quorum alter habebat ficus bonas bonas, id est, ualde bonas: alter malas malas, id est, ualde malas. Siquidem Huiusmodi conduplicatione uerbi, epitasin faciunt Hebræi. In eo quod allatum est.) Quidam sic habebant: In eo quo allatum est, id quod allatum non est prædicamus. Quoniam de calatho fit in prophetis mentio, de cerasis nõ fit, sed de ficis. Vnde ex occasione calathi, laudat ficos non allatos, pro cerasis allatis. Alij sic habebãt: In eo quod allatum est, id quod allatum non est, prædicamus. Contra templum dei sunt.) Id est, è regione templi, ut intelligas fructus pietatis. Locus est, quem modo indicaui, quanquam ibi uterq; calathus ante templum ostenditur. 2 3 4 5

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Xeniola missa à Marcella, sibi & Paulæ filiæq; huius, per iocum interpretatur allegoricos.

AD MARCELLAM DE ACCEPTIS MVNVSCVLIS.

VT absentiam corporum, spiritus cõfabulatione solemur, facit unusquisq; quod pręualet. Vos dona trãsmittitis, nos epistolas remittimus gratiarum. Ita tamen ut quia uelatarum uirginum munus est, aliqua in ipsis munusculis esse mysteria demõstremus. Saccus, orationis signum atq; ieiunij est. Sella, ut foras pedes uirgo non moueat. Cerei, ut accenso lumine, sponsi expectetur aduentus. Calices, mortificationem carnis ostendunt, & semper animum ad martyrium præparatum. Calix quippe domini inebrians, quàm præclarus est. Quod autẽ & matronis offertis muscaria, parua, paruis animalibus euentilandis, elegans significatio est, debere luxuriam cito restinguere: quia muscæ morituræ, olei suauitatem, luxuriæ cito cum isto interituræ mundo, oleum uitæ suauioris exterminant. Hîc typus sit uirginũ, hæc figura matronarum: In peruersum licet, munera uestra cõueniant. Sedere aptum est ociosis, in sacco iacere pœnitentibus, calices habere potantibus. Licet & propter nocturnos metus, & animos semper malo conscientiæ formidantes, cereos quoq; accendisse sit gratum. D

SCHOLIA.

Offertis muscaria.) Ea conficiuntur uel è pennis auium, uel è chartis, ad abigendas muscas. Quia muscæ morituræ.) Sic Ecclesiastes capite decimo. Muscæ morientes perdunt suauitatem unguenti. 1

In peruersum licet.) Id est, in malam partem. Nunc enim eadem interpretatur, ut cõueniant & in peccatorem, qualem se uideri uult.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Paulum Concordiensem centesimum agentem annũ, & tamẽ adhuc integro uirentiq; corpore laudat, & libros aliquot ab eo petit commodato. Est autem festiuis iocis, nec minus sanctis plena epistola.

HIERONYMVS AD PAVLVM CONCORDIENSEM.

HVmanæ uitæ breuitas, damnatio delictorum est. Et in ipso sæpe lucis exordio, mors sequuta nascentem, labentia quotidie in uitiũ secula profitetur. Nam cum primum paradisi colonum, uiperinis nexibus præpeditum, coluber deduxisset ad terras

A ad terras, æternitas mortalitate mutata, in nongentos & eo amplius annos, ſecundam quo-
dammodo immortalitatem maledicti hominis diſtulerat elogium. Exinde paulatim recru-
1 deſcente peccato, totius orbis naufragium gigantum adduxit impietas. Poſt illud, ut ita di-
xerim, purgati baptiſma mundi, in breue tempus hominum uita contracta eſt. Hoc quoq;
ſpatiũ, ſceleribus noſtris ſemper contra diuina pugnantibus, penè perdidimus. Quotus enim
quiſq; aut centenariam tranſgreditur ætatem, aut non ad eam ſic peruenit, ut peruenisſe pœ
niteat, ſecundum quod in libro pſalmorum ſcriptura teſtatur: Dies uitæ noſtræ ſeptuaginta
anni, ſi autem multum, octoginta, quicquid reliquum eſt, labor & dolor. Quorſum, ais, iſta
tam alto repetita principio, & ita procul cœpta, ut merito quis Horatiano de nobis poſſit ſa-
le ludere: Et gemino bellum Troianum orditur ab ouo? Videlicet ut ſenectutem tuam,
& caput ad Chriſti ſimilitudinem candidum, dignis uocibus prædicemus. Ecce iam centenus
ætatis circulus uoluitur, & tu ſemper præcepta domini cuſtodiens, futuræ beatitudinem uitæ
2 per præſentia exempla meditaris. Oculi quo lumine uigent: pedes imprimunt certa ueſtigia,
auditus penetrabilis, dentes candidi, uox ſonora, corpus ſolidum, & ſucci plenum, cani cũ ru-
bore diſcrepant, uires cum ætate diſſentiunt. Non memoriæ tenacitatem, ut in pleriſq; cerni-
mus, antiquior ſenecta diſſoluit. Non calidi acumen ingenij, frigidus ſanguis obtundit. Non
contractam rugis faciem, arata frons aſperat. Nõ deniq; tremula manus per curuos cerę tra-
mites errantem ſtilum ducit. Futuræ nobis reſurrectionis uirorem in te dominus oſtendit, ut
3 peccati ſciamus eſſe, quod cæteri adhuc uiuentes præmoriũtur in carne, iuſticiæ, quod tu ado
leſcentiam in aliena ætate mentiris. Et quanq; multis iſtam corporis ſanitatem, etiam pecca-
toribus euenire uideamus, tamen illis hoc diabolus miniſtrat, ut peccent: tibi dominus præ-
ſtat, ut gaudeas. Doctiſſimi quiq; Græcorum, de quibus pro Flacco agens luculẽter Tullius
ait, Ingenita leuitas & erudita uanitas, regum ſuorum ac principum laudes, accepta mercede,
dicebant: Hoc ego nũc faciens, precium poſco pro laudibus. Et ne putes modica eſſe quę de-
B precor: margaritum de euangelio poſtularis. Eloquia domini, eloquia caſta, argentum, igne
examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum: ſcilicet commentarios Fortunatiani, &
propter noticiam perſequutionum Aurelij Victoris hiſtoriã, ſimulq; epiſtolas Nouatiani,
4 ut dum ſchiſmatici hominis uenena cognoſcimus, libentius ſancti martyris Cypriani biba-
mus antidotum. Miſimus interim te tibi, id eſt, Paulo ſeni Paulum ſeniorem, in quo propter
ſimpliciores quoſq; multũ in deijciendo ſermone laborauimus. Sed neſcio quomodo, etiam
ſi aqua plena ſit, tamen eundem odorem lagena ſeruat, quo dũ rudis eſſet, imbuta eſt. Si hoc
munuſculum placuerit, habemus etiam alia condita, quæ cum plurimis oriẽtalibus mercibus
ad te, ſi ſpiritus ſanctus afflauerit, nauigabunt.

SCHOLIA.

1 Igantum adduxit impietas.) Locus eſt Geneſis capite ſexto. In Hebræo pro gigantibus, cadentes habetur נְפִלִים. Symmachus uertit uiolentos. Illis temporibus ætas homi-
nis erat, centum uiginti anni. Tantum enim datum eſt pœnitendi ſpacium: ſed creſcenti-
bus indies uitijs, diluuium inſecutũ eſt. Purgati baptiſma mundi.) Nam ut nos bapti-
ſmo purgati renouamur, ita tunc mundus diluuio purgatus uidebatur. Et gemino bel
lum.) Verſus eſt Horatianus ex Arte poetica, penè prouerbiali ioco uſurpatus, quoties rem longius re-
petimus quàm oportet. Velut ſi quis bellum Troianum ſcripturus, exordiatur non à proximis belli cau
ſis, hoc eſt, ab Helena rapta, ſed à partu Ledæ, quæ iuxta fabulas duo peperit ouа ex Iouis concubitu, e
quorum altero prodierunt Caſtor & Pollux, ex altero Helena, quæ poſtea præbuit belli materiam.

Ad Chriſti ſimilitudinem.) Candidus enim apparuit Chriſtus tribus diſcipulis. Et agnus dei uoca-
tus eſt. Tametſi magis arbitror illum reſpexiſſe ad Apocalypſeos caput primũ. Caput autem & capilli
2 erant candidi uelut lana alba, & tanquam nix. Exempla meditaris.) Eleganter uſus eſt uerbo medita-
ris Iam enim cœperat eſſe, quod in reſurrectione futurus erat, hoc eſt incorrupto corpore ſemperq; flo-
renti. Memoriæ tenacitatem.) Nam hanc primum impetit ſenectus, teſte Plinio. Frigidus ſan-
guis.) Ita Vergilius: Frigidus obſtiterit circum præcordia ſanguis. Et Ariſtoteles putat in frigidis plus
eſſe animi, minus ingenij. Quanquam idem ſcribit, quibus ſanguis eſt craſſior, iis minus eſſe ingenij.
Aſinis autem craſſiſſimus eſt, homini ſubtiliſſimus. Per curuos ceræ.) Nam olim in ceratis tabulis
ſtilo æreo ſcribebant. Reſurrectionis uirorem.) Nonnulli codices habebant, uigorem, utraq; lectio

m quadrat

quadrat,ſed uirorem magis probo. Viuentes præmoriuntur.) Deficientibus oculis,putreſcentibus C
dentibus,aut etiam elabentibus,obſurdeſcentibus auribus,euaneſcente memoria, quid aliud eſt homo,
quàm uiuum cadauer? Et Plinius negat hos annos uitæ imputandos eſſe. In aliena ætate mentiris.) 3
Mire uſus eſt uerbo mentiris in bonam partem pro imitaris. Id mollius eſt in rebus, quàm in perſonis:
Vt ſi dicas,impudens loquacitas mentitur eloquentiam.Et alienam ætatem uocat, non alterius homi-
nis,ſed ut Vergilius Alienis menſibus æſtas,id eſt,non ſuis:ueluti qui ſenex amat,aliena ætate amare di
citur. Ingenita leuitas.) Eſt illi nationi natiuum ac gentilicium malum,leuitas ac facilitas, & erudita
uanitas. Vanitas mendacitas eſt. Vnde Iuuenalis: Et quicquid Græcia mendax:Huic ſi accedat erudi-
tio, quiduis poſſit attollere. Commentarios Fortunatiani.) Is natione Afer, Epiſcopus Aquileien-
ſis,in Euangelia titulis ordinatis,breui ruſticoq; ſermone ſcripſit commentarios. Aurelij Victoris.)
Sextus Aurelius Victor ſcripſit imperatorum geſta ab Auguſto uſq; ad Theodoſium,cuius operis ad-
huc extant fragmenta. Epiſtolas Nouatiani.) Hic Romanæ urbis preſbyter fuit, ſed Nouatiano-
rum hæreſim ſequutus. Schiſmaticum uocat, quod aduerſus Cornelium ſacerdotalem cathedram co-
natus ſit inuadere. Bibamus antidotum.) Antidotus enim proprie aduerſus uenena datur. Noua-
tus eius hæreſis autor,ſancti Cypriani preſbyter fuit.Is negabat poſt baptiſmum relapſos in peccatum,
eſſe recipiendos ad pœnitentiam.Aduerſus hũc ſcripſit Cyprianus. Paulo ſeni Paulum.)Sentit Pau- 4
li monachi uitam. In deijciendo ſermone.) At alij laborant in erigendo ſtilo,cum huic laborandum
fuerit,ut peius diceret. Alia condita.) Id eſt, repoſita,ſignificans non eſſe uulgaria, neq; quibuslibet
communia. Ita Vergilianus paſtor ſuũ pignus commendat: Nec dum illis labra admoui, ſed condita
ſeruo. Spiritus ſanctus afflauerit.)Apta uſus eſt metaphora,afflauerit.Spiritus enim eſt flare:cum ad
dat nauigabunt,id ait,quod niſi per mare mitti non poterant.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Euſtochium ex omnibus Paulæ liberis ſola perpetuam uirginitatem eſt amplexa,ſolaq; matri Beth
lehem demigranti comes fuit. Sub huius igitur perſona, quoniam apud Rhomanos primæ nobilitatis
fuit,uirgines omnes docet, quomodo ſit uiuendum. Et ſicut eſt boni præceptoris officium, non ſolum
indicat formam,quam oporteat ſequi, uerum etiam prodit & aperit technas ac fucos uirginum, mona
chorum, & clericorum,qui ſub prætextu caſtimoniæ,uentri & auariciæ ſeruiebant. Luſit autem in his
depingendis paulò liberius, quàm delicatæ quorundam aures ferre poſſent. Vnde alibi ſcribit libellum
hunc Rhomæ,nam illic ſcripſit,fuiſſe lapidatum,& in epiſtola ad Demetriadem,indicat multos hoc of- D
fenſos fuiſſe.Et Rufinus inter cætera crimina,hoc quoq; uiro ſanctiſſimo impingit,quod inſtitutionem
uirginis profeſſus omnium omnia crimina prodidiſſet. Meminit huius & Scuerus Sulpitius in dialo-
go quodam, ſed cum laude. Verum hic liber quàm male tractat malos monachos & clericos,tam ma-
le uiciſſim ab illis tractatus fuit.Adeo nanq; mendoſum reperimus, ut pro unico uitio exprobrato, de-
cem mendas induxiſſe uideantur.

HIERONYMVS AD EVSTOCHIVM DE CVSTODIA uirginitatis.

AVdi filia & uide,& inclina aurem tuam,& obliuiſcere populum tuũ, & domum patris tui, & concupiſcet rex decorem tuum. In quadrageſimo quarto pſalmo deus ad animam loquitur humanam,ut ſecundum exemplum Abrahæ,exiens de terra ſua, & de cognatione ſua, relinquat Chaldæos, qui quaſi dæmonia in-
terpretantur,& habitet in regione uiuentium,quam alibi propheta ſuſpirat,dicens:Credo ui dere bona domini, in terra uiuentium. Verum non ſufficit tibi exire de terra tua,niſi obliui-
ſcaris populi tui,& domus patris tui,ut carne contempta, ſponſi iungaris amplexibus.Ne re- E
ſpexeris, inquit, retro:nec ſteteris in omni circa regione, ſed in monte ſaluum te fac, ne forte
comprehendaris.Non expedit apprehenſo aratro,reſpicere poſt tergum,nec de agro reuerti
domum,nec poſt Chriſti tunicam, ad tollendum aliud ueſtimentũ tecto deſcendere.Gran-
de miraculũ: Pater filiam cohortatur,ne meminerit patris ſui. Vos de patre diabolo eſtis, &
deſideria patris ueſtri uultis facere,dicitur ad Iudęos.Et alibi:Qui facit peccatum,de diabolo
eſt. Tali primum parente generati nigri ſumus,& poſt pœnitentiam,nec dum culmine uirtu- F
tis aſcenſo,dicimus:Nigra ſum,ſed ſpecioſa filiæ Hieruſalem. Exiui de domo infantiæ meæ,
oblita ſum patris mei,renaſcor in Chriſto. Quid pro hoc mercedis accipio? Sequitur:Et con
cupiſcet rex decorem tuum.Hoc ergo illud magnum eſt ſacramentũ. Propter hoc relinquet
homo patrem & matrem ſuam,& adhærebit uxori ſuæ,& erunt ambo,iam nõ,ut ibi, in una
carne,ſed in uno ſpiritu.Nõ eſt ſponſus tuus arrogans,nõ ſuperbus,æthiopiſſam duxit uxo-

rem.

A rem. Statim ut uolueris ſapientiam audire ueri Solomonis, & ad eũ ueneris, confitebitur tibi cuncta quæ nouit, & inducet te rex in cubiculum ſuum, & mirum in modum colore mutato, ſermo tibi ille conueniet: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealbata? Hæc idcirco domina mi Eu ſtochium ſcribo, dominam quippe uocare debeo ſponſam domini mei, ut ex ipſo principio lectionis agnoſceres, nõ me nunc laudẽ uirginitatis eſſe dicturum, quam probaſti optimã, & cõſequuta es: nec enumeraturũ moleſtias nuptiarum, quomodo uterus intumeſcat, infans uagiat, cruciet pellex, domus cura ſolicitet, & omnia quæ putantur bona, mors extrema præcidat, Habent enim & maritatæ ordinem ſuũ, honorabiles nuptias, & cubile immaculatũ: Sed ut intelligeres tibi exeunti de Sodoma, timendũ eſſe Lot uxoris exemplũ. Nulla eſt enim in hoc libello adulatio. Adulator quippe, blandus inimicus eſt. Nulla erit rhetorici pompa ſermonis, quæ te etiã inter angelos ſtatuat, & beatitudine uirginitatis expoſita, mundũ ſubijciat pedibus tuis. Nolo tibi uenire ſuperbiam de propoſito, ſed timorem. Onuſta incedis auro, latro tibi uitandus eſt. Stadiũ eſt hæc uita mortalibus, hic contendimus, ut alibi coronemur. Nemo inter ſerpentes & ſcorpiones ſecurus ingreditur. Et inebriatus eſt, inquit dominus, gladius meus in cœlo, & tu pacem arbitraris in terra, quæ tribolos generat, & ſpinas, quã ſerpens comedit? Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principatus, & poteſtates huius mundi, & harum tenebrarũ, aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Magnis inimicorum circundamur agminibus, hoſtium plena ſunt omnia. Caro fragilis & cinis futura poſt modicum, pugnat ſola cum pluribus. Cum autem fuerit diſſoluta, & uenerit princeps mundi huius, & inuenerit in ea nihil, tunc ſecura audies per prophetam: Non timebis à timore nocturno: à ſagitta uolante per diem, à negocio perambulante in tenebris, ab incurſu & dæmonio meridiano. Cadent à latere tuo mille, & decem milia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabunt. Quod ſi eorum te multitudo turbauerit, & ad ſingula incitamenta uitiorum cœperis æſtuare, & dixerit tibi cogitatio tua: quid faciemus? reſpõdebit tibi
B Heliſæus: Noli timere, quia plures nobiſcum ſunt, quàm cum illis, & orabit, & dicet: Domine aperi oculos puellæ tuæ, ut uideat: & apertis oculis uidebis igneũ currũ, qui te ad exemplum Heliæ in aſtra ſuſtollat, & tunc læta cantabis: Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo uenantiũ: Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Quamdiu hoc fragili corpore detinemur, q̃diu habemus theſaurum iſtum in uaſis fictilibus, & concupiſcit ſpiritus aduerſus carnem, & caro aduerſus ſpiritũ, nulla eſt certa uictoria. Aduerſarius noſter diabolus, tanq̃ leo rugiens aliquẽ deuorare quærens, circumit. Poſuiſti, ait Dauid, tenebras: & facta eſt nox. In ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ. Catuli leonũ rugientes, ut rapiant, & quærant à deo eſcam ſibi. Non quęrit diabolus homines infideles, nõ eos qui foris ſunt, & quorũ carnes rex Aſſyrius in olla ſuccendit, de eccleſia Chriſti rapere feſtinat. Eſcæ eius ſecundum Abacuc electæ ſunt. Iob ſubuertere cupit, & deuorato Iuda, ad cribrandos Apoſtolos expetit poteſtatẽ. Non uenit ſaluator pacẽ mittere ſuper terrã, ſed gladiũ. Cecidit Lucifer, qui mane oriebatur, & ille qui in paradiſo delitiarũ nutritus eſt, meruit audire: Si exaltatus fueris ut aquila, inde detraham te, dicit dominus. Dixerat enim in corde ſuo: Super ſydera cœli ponã ſedẽ meam, & ero ſimilis altiſſimo. Vnde quotidie ad eos qui per ſcalam, Iacob ſomniante, deſcendũt, loquitur deus: Ego dixi dij eſtis, & filij altiſſimi omnes. Vos autem ſicut homines moriemini, & tãq̃ unus de principibus cadetis. Cecidit enim primus diabolus, & cũ ſtet deus in ſynagoga deorum, in medio aũt deos diſcernat, Apoſtolus eis, qui dij eſſe deſinũt, ſcribit: Vbi enim in uobis ſunt diſſenſiones & æmulationes, nónne homines eſtis, & ſecundum hominem ambulatis? Si Apoſtolus uas electionis & ſeparatus in euãgelium Chriſti, ob carnis aculeos & incentiua uitiorũ reprimit corpus ſuũ, & ſeruituti ſubĳcit, ne alĳs prædicans ipſe reprobus inueniatur, & tamen uidet aliam legẽ in membris ſuis repugnantẽ legi mentis ſuæ, & captiuum ſe in legem duci peccati: ſi poſt nuditatem, ieiunia, fames, carcerẽ, flagella, ſupplicia, in ſemetipſum reuerſus exclamat: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius: tu te putas ſecurã eſſe debere? Caue quæſo, ne quando de te dicat deus: Virgo Iſrael cecidit, & nõ

eſt qui ſuſcitet eam. Audenter loquar: Cum omnia poſſit deus, ſuſcitare uirginem non poteſt c poſt ruinam. Valet quidem liberare de pœna, ſed non uult coronare corruptam. Timeamus illam prophetiã, ne in nobis etiam cõpleatur: Virgines bonæ deficient. Obſerua quid dicat, & uirgines bonæ deficient, quia ſunt & uirgines malæ. Qui uiderit, inquit, mulierem ad concupiſcendũ eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Perit ergo & mente uirginitas. Iſtæ ſunt uirgines malæ, uirgines carne, non ſpiritu: uirgines ſtultæ, quæ oleum non habentes, excludũtur à ſponſo. Si aũt & illæ quæ uirgines ſunt, ob alias tamen culpas, uirginitate corporũ non ſaluantur: quid fiet illis, quæ proſtituerunt membra Chriſti, & mutauerunt templum ſancti ſpiritus in lupanar? Illico audient: Deſcende, ſede in terra uirgo filia Babylonis: ſede in terra, non eſt ſoliũ filiæ Chaldęorũ: non uocaberis ultra mollis & delicata. Accipe molam, mole farinã, diſcooperi uelamen tuũ, denuda crura, tranſi flumina, reuelabitur ignominia tua, apparebunt opprobria tua. Et hoc poſt dei filij thalamos, poſt oſcula fratruelis & ſpõſi, illa de qua quondam ſermo propheticus concinebat: Aſtitit regina à dextris tuis, in ueſtitu deaurato, circũdata uarietate, nudabitur, & poſteriora eius ponentur in faciem ipſius: Sedebit ad aquas ſolitudinis, poſito uaſe, & diuaricabit pedes ſuos omni tranſeunti, & uſq; ad uerticẽ polluetur. Rectius fuerat hominis ſubijſſe cõiugium, ambulaſſe per plana, quàm ad altiora tendentem, in profundum inferni cadere. Ne fiat obſecro ciuitas meretrix, fidelis Sion: ne poſt trinitatis hoſpitium, ibi dęmones ſaltent & ſirenç nidificent, & hericij. Non ſoluatur faſcia pectoralis, ſed z ſtatim ut libido titillauerit ſenſum, aut blandũ uoluptatis incẽdium dulci nos calore perfuderit, erumpamus in uocem: Dominus auxiliator meus, nõ timebo quid faciat mihi caro. Cum paululũ interior homo inter uitia atq; uirtutes cœperit fluctuare, dicito: Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in domino, quia confitebor illi, ſalutare uultus mei, & deus meus. Nolo ſinas cogitationem creſcere. Nihil in te Babylonium, nihil confuſionis adoleſcat. Dũ paruus eſt hoſtis interfice, nequitia, ne zizania creſcant, elidatur in ſemine. Audi pſalmiſtam, dicentem: Filia Babylonis miſera, beatus qui retribuet tibi retributionẽ tuam. D Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram. Quia enim impoſſibile eſt in ſenſum hominis non irruere innatum medullarum calorem, ille laudatur, ille prædicatur beatus, qui ut cœperit cogitare ſordida, ſtatim interficit cogitatus, & allidit ad petrã: petra aũt Chriſtus eſt. O quoties ego ipſe in eremo cõſtitutus, & in illa uaſta ſolitudine, quæ exuſta ſolis ardoribus, horridũ monachis præſtat habitaculũ, putabã me Romanis intereſſe delitijs. Sedebã ſolus, quia amaritudine repletus eram. Horrebant ſacco membra deformia, & ſqualida cutis, ſitum æthiopicæ carnis obduxerat. Quotidie lachrymæ, quotidie gemitus, & ſi quando repugnantem ſomnus imminens oppreſſiſſet: nuda humo, uix oſſa hærẽtia collidebam. De cibis uero & potu taceo, cum etiam languẽtes aqua frigida utantur, & coctũ aliquid accepiſſe, luxuria ſit. Ille igitur ego, qui ob gehennæ metũ, tali me carcere ipſe damnauerã, ſcorpionum tantum ſocius & ferarum, ſæpe choris intereram puellarum. Pallebant ora ieiunijs, & mens deſiderijs æſtuabat in frigido corpore, & ante hominẽ ſuũ iam carne præmortua, ſola libidinum incendia bulliebãt. Itaq; omni auxilio deſtitutus, ad Ieſu iacebam pedes, rigabã lachrymis, crine tergebã, & repugnantẽ carnem, hebdomadarũ inedia ſubiugabã. Non depudeſco infidelitatis meæ, quin potius plango me non eſſe, quod fuerim. Memini me clamantẽ, diem crebro iunxiſſe cum nocte, nec prius à pectoris ceſſaſſe uerberibus, quàm rediret domino increpante tranquillitas. Ipſam quoq; cellulam meã, quaſi cogitationũ mearum conſciam pertimeſcebam. Et mihimet iratus & rigidus, ſolus deſerta penetrabam. Sicubi concaua uallium, aſpera montium, rupium prærupta cernebã: ibi meæ orationis locus, ibi illud miſerrimæ carnis ergaſtulũ: &, ut ipſe mihi teſtis eſt dominus, poſt multas lachrymas, poſt cœlo inhærentes oculos, nonnunq; uidebar mihi intereſſe agminibus angelorum, & lætus gaudensq; cantabam: Poſt te in odore unguentorũ tuorum curremus. Si autem hoc ſuſtinent illi, qui exeſo corpore, ſolis cogitationibus oppugnantur: quid patitur puella, quæ delitijs fruitur? Nẽpe illud Apoſtoli: Viuens mortua eſt. Si quid itaq; in mę poteſt eſſe conſilij, ſi experto creditur,

hoc

A hoc primum moneo,hoc obteſtor,ut ſponſa Chriſti uinum fugiat pro ueneno. Hæc aduerſus adoleſcentiam,prima arma ſunt dæmonum.Non ſic auaricia quatit,inflat ſuperbia,delectat ambitio.Facile alijs caremus uitijs,hic hoſtis nobis incluſus eſt. Quocũq; pergimus,nobiſcum portamus inimicũ. Vinũ & adoleſcẽtia,duplex incendiũ uoluptatis eſt. Quid oleum flammę adijcimus? Quid ardenti corpuſculo fomenta ignium miniſtramus? Paulus ad Timotheum:Iam noli,inquit,aquam bibere,ſed uino modico utere, propter ſtomachũ tuum, & frequentes tuas infirmitates. Vide quibus cauſis uini potio cõcedatur,ut ex hoc ſtomachi dolor,& frequens medeatur infirmitas.Et ne nobis forſitan de ęgrotationibus blandiremur, modicum præcepit eſſe ſumẽdum,medici potius conſilio, quàm apoſtoli:licet Apoſtolus ſit medicus ſpiritualis:Et ne Timotheus imbecillitate ſuperatus,euangelij prædicandi nõ poſſet implere diſcurſus,Alioquin ſe dixiſſe meminerat:Vinũ in quo eſt luxuria:Et bonum eſt homini uinum non bibere,& carnem non manducare. Noe uinum bibit,& inebriatus eſt. Poſt diluuium,rudi adhuc ſeculo,& tunc primum plantata uinea,inebriare uinum forſitan neſciebat.Et ut intelligas ſcripturæ in omnibus ſacramentum, Margaritum quippe eſt ſermo dei, & ex omni parte forari poteſt,poſt ebrietatem nudatio femorum ſubſequuta eſt,libido iuncta luxuriæ.Prius enim uenter extenditur,& ſic cætera mẽbra cõcitantur. Manducauit enim populus,& bibit, & ſurrexerunt ludere. Lot amicus dei in monte ſaluatus, & de tot milibus populi ſolus iuſtus inuentus,inebriatur à filiabus ſuis, & licet illæ putarent genus hominum defeciſſe,& hoc facerent liberorum magis deſiderio,quàm libidinis:tamen ſciebant uirum iuſtum,hoc niſi ebriũ non eſſe facturum. Deniq; quid fecerit,ignorauit,& quanquam uolũtas non ſit in crimine,error in culpa eſt. Inde naſcuntur Moabitæ, & Ammonitæ inimici Iſrael, qui uſq; ad quartam & decimam progeniem, & uſq; in æternum,non ingrediuntur in eccleſiam dei.Helias cum Iezabel fugeret,& ſub quercu iaceret laſſus: ueniente ad ſe angelo ſuſci-
3 tatur,& dicitur ei:Surge & manduca. Reſpexit,& ecce ad caput eius panis collyrida,& uas a-
quæ.Reuera non poterat deus conditum ei merum mittere,& electos cibos, & carnes contu-
B ſione mutatas. Heliſæus filios prophetarum inuitat ad prandium, & herbis agreſtibus eos alens,conſonum prandentium audit clamorem:Mors in olla, Homo dei nõ iratus eſt cocis, lautioris enim menſæ conſuetudinem non habebat, ſed farina deſuper iacta, amaritudinem dulcorauit,eadem ſpiritus uirtute,qua Moyſes mutauerat maram in dulcedinem. Necnõ & illos qui ad eum comprehendendum uenerant,oculis pariter ac mente cęcatos,cum in Samariam neſcios induxiſſet,qualibus eos epulis refici imperauerit,auſculta.Pone eis panem & aquam,manducent & bibant,& remittantur ad dominũ ſuum.Potuit & Danieli de regijs ferculis,opulentior menſa transferri,ſed Abacuc ei meſſorum prãdium portat,arbitror ruſticanum.Ideoq; & deſideriorum uir appellatus eſt,quia panem deſiderij non manducauit, & uinum concupiſcentiæ non bibit.Innumerabilia ſunt de ſcripturis diuina reſponſa, quæ gulam damnent, & ſimplices cibos probent. Verum quia non eſt propoſitum de ieiunijs diſputare, & uniuerſa exequi ſui & tituli ſit & uoluminis,hęc ſufficiãt pauca de plurimis.Alioquin ad exemplum horum poteris tibi ipſa colligere,quomodo primus de paradiſo homo, uentri magis obediens quàm deo, in hanc lachrymarũ deiectus eſt uallem. Et ipſum dominum ſatanas fame tentauerit in deſerto.Et Apoſtolus clamitet:Eſcæ uentri, & uenter eſcis:deus autem hunc & illas deſtruet. Et de luxurioſis, quorum deus uenter eſt. Id enim colit unuſquiſque,quod diligit.Ex quo ſolicite prouidendum eſt,ut quos ſaturitas de paradiſo expulit, reducat eſuries.Quod ſi uolueris reſpondere,te nobili ſtirpe generatam,ſemper in delitijs,ſemper in plumis, non poſſe à uino & eſculentioribus cibis abſtinere,nec his legibus uiuere, diſtrictius reſpondebo:Viue ergo lege tua, quæ dei non potes. Non quod deus uniuerſitatis creator & dominus, inteſtinorum noſtrorum rugitu & inanitate uentris, pulmoniſq; delectetur ardore,ſed quod aliter pudicitia tuta eſſe nõ poſſit. Iob deo charus,& teſtimonio ipſius immaculatus & ſimplex:audi quid de diabolo ſuſpicetur: Virtus eius in lũbis,& poteſtas eius in umbilico. Honeſte uiri mulieriſque genitalia, immutatis ſunt appellata nominibus.

Vnde & de lumbis Dauid ſuper ſedem eius promittitur eſſe ſeſſurus. Et ſeptuaginta quinq; c
animæ introierunt in Aegyptum,quæ exierunt de femore Iacob. At poſtquam colluctante
domino,latitudo femoris eius emarcuit,à liberorum opere ceſſauit.Et qui paſca facturus eſt,
accinctis mortificatisq; lumbis,facere præcipitur.Et ad Iob dicit deus:Accinge ſicut uir lum-
bos tuos.Et Ioannes zona pellicea cingitur.Apoſtoli iubentur accinctis lumbis,euangelij te-
nere lucernas. Ad Hieruſalem uero, quæ reſperſa ſanguine, in campo inuenitur erroris, in
Ezechiele dicitur: Non eſt præciſus umbilicus tuus. Omnis igitur aduerſus uiros, diaboli
uirtus, in lumbis eſt: Omnis in umbilico contra fœminas fortitudo. Vis ſcire ita eſſe ut dici-
mus? Accipe exempla.Sampſon leone fortior & ſaxo durior:qui & unus & nudus mille per
ſequutus eſt armatos,in Dalilæ mollescit amplexibus.Dauid ſecundum cor domini electus,
& qui uenturum Chriſtum ſancto ſæpe ore cantauerat: poſtquam deambulans ſuper te-
ctum domus ſuæ,Bethſabeæ captus eſt nuditate,adulterio iunxit homicidium. Vbi & illud
breuiter attende,quod nullus ſit etiam in domo tutus aſpectus. Quapropter ad dominum
pœnitens loquitur: Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci.Rex enim erat,alium non time-
bat. Solomon per quem cecinit ipſa ſapientia: qui diſputauit à cedro libani uſque ad hyſo-
pum,quę exijt per parietem, receſſit à domino,quia amator mulierum fuit.Et ne quis ſibi de
ſanguinis propinquitate confideret, in illicitum Thamar ſororis Amnon frater exarſit incen
dium. Piget dicere, quot quotidie uirgines ruant, quantas de ſuo gremio mater perdat ec-
cleſia, ſuper quæ ſydera, inimicus ſuperbus ponat thronum ſuum: Quot petras excauet, &
habitet coluber in foraminibus earum. Videas pleraſque uiduas antequam nuptas, infe-
licem conſcientiam mentita tantum ueſte protegere.Quas niſi tumor uteri,& infantum pro-
diderit uagitus,erecta ceruice,& ludentibus pedibus incedunt.Aliæ uero ſterilitatē præbent, 4
& necdum nati hominis homicidium faciunt.Nonnullæ cum ſe ſenſerint concepiſſe de ſcele
re,abortij uenena meditantur,& frequenter etiam ipſæ commortuę,trium criminum reæ,ad
inferos perducuntur, homicidæ ſui,Chriſti adulteræ, nec dum nati filij parricidæ. Iſtæ ſunt D
quæ ſolent dicere: Omnia munda mundis.Sufficit mihi conſcientia mea. Cor mundum de-
ſiderat deus.Cur me abſtineam à cibis,quos creauit deus ad utendum? Et ſi quando feſtiuæ
& lepidæ uolunt uideri, ubi ſe mero ingurgitauerint, ebrietati ſacrilegium copulantes,aiunt:
Abſit,ut ego me à Chriſti ſanguine abſtineam.Et quam uiderint pallentem atq; triſtem, mi
ſeram & Manichæam uocant.Et conſequenter:tali enim propoſito ieiunium hæreſis eſt.Hæ
ſunt, quæ per publicum notabiliter incedunt, & furtiuis oculorum nutibus, adoleſcentium
greges poſt ſe trahunt, quæ ſemper audiunt per prophetam: Facies meretricis facta eſt tibi, 5
impudorata es tu.Purpura tantum in ueſte tenuis,& laxius,ut crines decidant,ligatum caput,
ſoccus uilior,& per humeros hyacinthina lena forte uolitans:ſuccinctæ manicæ brachijs ad- 6
hærentes,& ſolutis genubus fractus inceſſus:hæc eſt apud illas tota uirginitas.Habeant iſtæ
huiuſmodi laudatores ſuos,ut ſub uirginali nomine, lucroſius pereant. Libenter talibus non
placemus.Pudet dicere,proh nefas.Triſte,ſed uerum eſt: Vnde in eccleſias Agapetarum pe
ſtis introijt? Vnde ſine nuptijs aliud nomen uxorum? Imò unde nouum concubinarum ge-
nus? Plus inferam: Vnde meretrices uniuiræ? Eadem domo,uno cubiculo,ſæpe uno tenētur
& lectulo,& ſuſpicioſos nos uocāt,ſi aliquid exiſtimamus. Frater ſororem uirginem deſerit, 7
cœlibem ſpernit uirgo germanum, fratrem quærit extraneum, & cum in eodem propoſito
eſſe ſe ſimulent,quærunt alienorū ſpiritale ſolatium,ut domi habeant carnale commercium.
Iſtiuſmodi homines Solomon in Prouerbijs ſpernit,dicens: Alligabit quis in ſinu ignem, &
ueſtimenta eius non comburentur? Aut ambulabit ſuper carbones ignis, & pedes illius non
ardebunt? Exploſis igitur & exterminatis his quæ nolunt eſſe uirgines,ſed uideri, nunc ad te
mihi omnis dirigatur oratio. Quæ quanto prima Romanæ urbis uirgo nobilis eſſe cœpiſti,
tanto tibi amplius laborandum eſt, ne & præſentibus bonis careas, & futuris. Et quidem
moleſtias nuptiarum, & incerta coniugij, domeſtico exemplo didiciſti, cum ſoror tua Ble-
ſilla ætate maior, ſed propoſito minor,poſt acceptum maritum,ſeptimo menſe uiduata eſt.

Q infelix

A O infelix humana conditio & futuri neſcia. Et uirginitatis coronam, & nuptiarum perdidit uoluptatem. Et quanquam ſecundum pudicitiæ gradum teneat uiduitas, tamen quas illam per momenta ſuſtinere exiſtimas cruces, ſpectantem quotidie in ſorore, quod ipſa perdiderit,& cum difficilius experta careat uoluptate,minorem continentiæ habere mercedem? Sit tamen & illa ſecura,ſit gaudens. Centeſimus & ſexageſimus fructus de uno ſunt ſemine caſtitatis. Nolo habeas conſortium matronarum:Nolo ad nobilium domos accedas: Nolo te frequenter uidere,quod contemnens,uirgo eſſe uoluiſti.Sic ſibi ſolent applaudere mulierculæ de iudicibus uiris, & in aliqua poſitis dignitate. Si ad imperatoris uxorem concurrit ambitio ſalutantium,cur tu facis iniuriam uiro tuo? Ad hominis cõiugem, dei ſponſa properes? Diſce in hac parte ſuperbiam ſanctam,ſcito te illis eſſe meliorem. Neq; uero earum tantum te cupio declinare congreſſus, quæ maritorum inflantur honoribus,quas eunuchorum greges ſepiũt, & in quarum ueſtibus attenuata in filum auri metalla texuntur, ſed etiam eas fuge,quas uiduas neceſſitas fecit,non uoluntas: Non quod mortem optauerint maritorum, ſed quod datam occaſionem pudicitiæ,non libenter acceperint.Nunc uero tantum ueſte mu
8 tata priſtina,non mutatur ambitio.Præcedit caueas baſternarũ,ordo ſemiuirorũ,& rubentibus buccis,cutis farta diſtenditur, ut eas putes maritos non amiſiſſe,ſed quærere. Plena adulatoribus domus,plena conuiuis. Clerici ipſi quos & magiſterio eſſe oportuerat pariter & timori, oſculantur capita matronarũ,& extenta manu,ut benedicere eos putes uelle,ſi neſcias, precia accipiunt ſalutãdi. Illæ interim quæ ſacerdotes ſuo uiderint indigere præſidio,eriguntur in ſuperbiam: Et quia maritorum expertę dominatum,uiduitatis præferunt libertatem, caſtæ uocantur & Nonnæ, poſt cœnam dubiam, apoſtolos ſomniant. Sint tibi ſociæ,quas ieiunia tenuant, quibus pallor in facie eſt, quas & ætas probauit & uita, quæ quotidie in cordibus ſuis canunt: Vbi paſcis? Vbi cubas in meridie? Quæ ex affectu dicunt: Cupio diſſolui,& eſſe cum Chriſto. Eſto ſubiecta parentibus,imitare ſponſum tuũ. Rarus ſit egreſſus in publicum.Martyres tibi quærantur in cubiculo tuo.Nunquam cauſa deerit procedendi,ſi ſemper quando neceſſe eſt,proceſſura ſis. Sit tibi moderatus cibus, & nunq̃ uenter ex
B pletus.Plures quippe ſunt,quæ cum uino ſint ſobriæ, ciborum largitate ſunt ebriæ.Ad orationem tibi nocte ſurgenti,non indigeſtio ructum faciat,ſed inanitas.Crebrius lege,diſce q̃ plurima. Tenenti codicem ſomnus obrepat,& cadẽtem faciem,pagina ſancta ſuſcipiat. Sint tibi quotidiana ieiunia,& refectio ſatietatẽ fugiens.Nihil prodeſt biduo triduoq; trãſmiſſo, uacuum portare uentrem,ſi pariter obruatur, ſi compenſetur ſaturitate ieiunium. Ilico mens repleta torpeſcit,& irrigata humus,ſpinas libidinũ germinat. Si quando ſenſeris exteriorem
9 hominem florem adoleſcentiæ ſuſpirare,& accepto cibo,cum te in lectulo compoſitam,dulcis libidinũ pompa concuſſerit:arripe ſcutum fidei, in quo ignitæ diaboli extinguuntur ſagittæ.Omnes adulterantes,quaſi clibanus corda eorum. At tu Chriſti comitata ueſtigijs,& ſermonibus eius intenta,dic: Nõne cor noſtrũ ardens erat in uia, cum aperiret nobis Ieſus ſcripturas? Et illud: Ignitum eloquium tuum,& ſeruus tuus dilexit illud.Difficile eſt humanam animam aliquid non amare, & neceſſe eſt, ut in quoſcunque mens noſtra trahatur affectus. Carnis amor, ſpiritus amore ſuperatur. Deſiderium deſiderio reſtinguitur. Quicquid inde minuitur, hinc creſcit. Quin potius ſemper ingemina, & dicito ſuper lectum tuum: in noctibus quæſiui quem dilexit anima mea. Mortificate ergo, inquit Apoſtolus, membra ueſtra quæ ſunt ſuper terram. Vnde & ipſe poſtea confidenter aiebat: Viuo autem, iam non ego, uiuit uero in me Chriſtus. Qui mortificat membra ſua, & in imagine perambulat, non timet dicere: Factus ſum, ſicut uter in pruina. Quicquid in me fuerit humoris,excoctum eſt, & infirmata ſunt in ieiunio genua mea, & oblitus ſum manducare panem meum. A uoce gemitus mei adhæſerunt oſſa mea carni meæ. Eſto cicada noctium. Laua per ſingulas noctes lectum tuum, lachrymis tuis ſtratum tuum riga. Vigila & fito ſicut paſſer in ſolitudine: Pſalle ſpiritu,pſalle & ſenſu:Benedic anima mea dominum, & ne obliuiſcaris omnes retributiones eius,qui propiciatur cũctis iniquitatibus tuis:Qui ſanat omnes infirmitates tuas,

& redimit ex corruptione uitam tuam. Et quis noſtrum ex corde dicere poteſt: Quia cine- C
rem tanquam panem manducabam,& potionem meam cum fletu miſcebam? An nō flen-
dum eſt,non gemendum, cum me rurſus ſerpens inuitat ad illicitos cibos? Cum de paradi-
ſo uirginitatis eiectum,tunicis uult ueſtire pelliceis, quas Helias ad paradiſum rediens,proie
cit in terram? Quid mihi & uoluptati,quæ breui perit? Quid cum hoc dulci & mortifero car-
mine Sirenarum? Nolo illi ſubiacere ſententiæ,qua in hominem eſt illata damnatio: In do-
loribus,& in anxietatibus paries. Mulieris lex iſta eſt,non mea. Et ad uirum cōuerſio tua. Sit
conuerſio illius ad maritum,quæ uirum non habet Chriſtum: Et ad extremum,morte mo-
rieris. Finis iſte coniugij, meum propoſitum ſine ſexu eſt. Habeant nuptæ ſuum tempus
& titulum. Mihi uirginitas in Maria dedicatur & Chriſto. Dicat aliquis: Et audes nu-
ptijs detrahere,quæ à deo benedictæ ſunt? Non eſt detrahere nuptijs,cum illis uirginitas an
tefertur. Nemo malum bono comparat. Glorientur & nuptæ, cum à uirginibus ſint fecun-
dæ: Creſcite,ait,& multiplicamini,& replete terram. Creſcat & multiplicetur ille,qui impletu
rus eſt terram. Tuum agmen in cœlis eſt. Creſcite & multiplicamini, hoc expletur edictum
poſt paradiſum & nuditatem,& ficus folia,auſpicantia pruriginem nuptiarum. Nubat & nu
batur ille, qui in ſudore faciei comedit panem ſuum, cuius terra tribolos & ſpinas generat,&
cuius herba ſentibus ſuffocatur. Meum ſemen,centenaria fruge fœcundū eſt. Non omnes ca
piunt uerbum dei,ſed hi quibus datum eſt. Alium,eunuchum neceſſitas faciat,me uoluntas.
Tempus amplexādi,& tempus abſtinendi à complexibus,tempus mittendi lapides, & tem
pus colligendi. Poſtquam de duritia nationum generati ſunt filij Abrahæ, cœperunt ſancti 10
lapides uolui ſuper terram. Pertranſeunt quippe mundi iſtius turbines, & in curru dei,rota-
rum celeritate uoluuntur. Conſuant tunicas,qui incōſutam deſurſum tunicam perdiderunt,
quos uagitus delectat infantium, in ipſo lucis exordio fletu lugētium quod nati ſunt. Eua in
paradiſo uirgo fuit: poſt pelliceas tunicas, initium ſumpſit nuptiarum. Tua regio paradiſus
eſt. Serua quod nata es,& dic: Reuertere anima mea in requiē tuam. Et ut ſcias uirginitatem D
eſſe naturæ,nuptias poſt delictum: uirgo naſcitur caro de nuptijs,in fructu rēddens,quod in
radice perdiderat. Exiet uirga de radice Ieſſe,& flos de radice eius aſcendet. Virga mater eſt
domini,ſimplex,pura,ſyncera,nullo extrinſecus germine cohęrente,& ad ſimilitudinem dei
unione fœcunda. Virgæ flos Chriſtus eſt,dicens: Ego flos campi, & lilium conuallium. Qui 11
& in alio loco,lapis prædicatur abſciſſus de monte ſine manibus, ſignificante propheta,uir-
ginem naſciturum eſſe de uirgine. Manus quippe accipiuntur pro opere nuptiarum, ut ibi:
Siniſtra eius ſub capite meo,& dextera illius amplexabitur me. In huius ſenſus congruit uo-
luntatem etiam illud,quod animalia quę in arcam Noe bina inducuntur,immunda ſunt. Im
par numerus eſt mundus: Et Moyſes & Ieſus Naue nudis in ſanctam terrā pedibus iuben-
tur incedere: Et diſcipuli ſine calciamentorum onere, & uinculis pellium ad prædicationem
noui euāgelij deſtinantur. Et milites ueſtimentis Ieſu ſorte diuiſis,caligas nō habebant quas
tollerent. Nec em̄ poterat habere dominus,quod prohibuerat ſeruis. Laudo nuptias,laudo 12
coniugium,ſed quia mihi uirgines generant: lego de ſpinis roſam, de terra aurum, de con-
cha margaritum. Nunquid qui arat, tota die arabit? Nónne & laboris ſui fruge lætabitur?
Plus honorantur nuptiæ, quando quod de illis naſcitur, plus amatur. Quid inuides mater
filiæ? Tuo lacte nutrita eſt,tuis educata uiſceribus,in tuo adoleuit ſinu. Tu illam uirginem ſe
dula pietate ſeruaſti. Indignaris,quod noluit militis eſſe uxor,ſed regis? Grande tibi benefi-
cium pręſtitit. Socrus dei eſſe cœpiſti. De uirginibus,inquit Apoſtolus,præceptū domini nō
habeo. Cur? Quia & ipſe ut eſſet uirgo,nō fuit imperij, ſed propriæ uoluntatis. Neq; em̄ au-
diendi ſunt,qui eum uxorem habuiſſe cōfingunt,cum de cōtinentia diſſerens & ſuadens per
petuam caſtitatem,intulerit: Volo autem omnes eſſe ſicut meipſum. Et infra. Dico autem in
nuptis & uiduis: Bonū eſt illis,ſi ſic permaneant,ſicut & ego. Et in alio loco: Nunquid non ha
bemus poteſtatem circumducendi mulieres,ſicut & cæteri apoſtoli? Quare ergo non habet
domini de uirginitate præceptū? Quia maioris eſt mercedis, quod non cogitur,& offertur.

Quia

A Quia ſi fuiſſet uirginitas imperata,nuptiæ uidebantur ablatæ.Et duriſſimum erat contra na/
turam cogere,angelorumq; uitam ab hominibus extorquere, & id quodāmodo damnare,
quod cōditum eſt.Alia fuit in ueteri lege felicitas: Beatus qui habet ſemen in Sion,& dome/
ſticos in Hieruſalem.Et,maledicta ſterilis, quæ non pariebat:Et,filij tui ſicut nouellæ oliua/
rum,in circumitu menſæ tuæ.Et repromiſſio diuitiarum.Et,nō erit infirmus in tribubus tuis.
Nunc dicitur: Ne te lignum arbitreris aridum.Habes locum pro filijs & filiabus,in cœleſti/
bus ſempiternū.Nunc benedicuntur pauperes,& Lazarus diuiti prefertur in purpura.Nunc
qui infirmus eſt,fortior eſt.Vacuus erat orbis:&,ut de typicis taceam, ſola erat benedictio li
berorum.Propterea & Abraham iam ſenex Cethuræ copulatur. Et Iacob mandragoris re/
dimitur:Et concluſam uuluam in eccleſiæ figuram,Rachel conqueritur.Paulatim uero incre
ſcente ſegete,meſſor immiſſus eſt.Virgo Helias,Heliſeus uirgo, uirgines multi filij prophe/
tarum.Hieremiæ dicitur:Et tu ne accipias uxorem.Sanctificatus in utero,captiuitate propin/
qua, uxorem prohibetur accipere. Alijs uerbis idipſum Apoſtolus loquitur: Exiſtimo hoc
bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem,quoniā bonum eſt homini ſic eſſe.Quæ eſt iſta
neceſſitas,quæ aufert gaudia nuptiarum? Tempus breuiatum eſt:Reliquum eſt,ut & qui ha
bent uxores,ſint quaſi non habeant. In proximo eſt Nabuchodonoſor.Promouit ſe leo de
cubili ſuo. Quò mihi ſuperbiſſimo regi ſeruitura coniugia? Quò paruulos, quos propheta
complorat,dicens? Adhæſit lingua lactentis ad faucem ipſius in ſiti.Paruuli poſtulauerūt pa
nem,& qui frangeret eis,non erat. Inueniebatur ergo,ut diximus, in uiris tantum hoc conti/
nentiæ bonum,& in doloribus iugiter Eua parturiebat. Poſtquā uero uirgo concepit in ute/
ro,& peperit nobis puerum,cuius principatus in humeros eius,deum,fortem, patrem futuri
ſeculi,ſoluta maledictio eſt.Mors per Euam,uita per Mariam.Ideoq; & diuitius uirginitatis
donum fluxit in fœminas, quia cœpit à fœmina. Statim ut filius dei ingreſſus eſt ſuper ter/
ram,nouam ſibi familiam inſtituit,ut qui ab angelis adorabatur in cœlo,haberet angelos &
B in terris.Tunc Holofernis caput,Iudith continens amputauit.Tunc Aman,qui interpretatur
iniquitas,ſuo combuſtus eſt igni.Tunc Iacobus & Ioannes relicto patre, rheti,nauicula,ſecu
ti ſunt ſaluatorem, affectū ſanguinis & uincula ſeculi, & curam domus pariter relinquentes.
Tūc primū auditū eſt:Qui uult uenire poſt me,abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam,
& ſequatur me.Nemo enim miles cum uxore pergit ad prælium.Diſcipulo ad ſepulturam pa/
tris ire cupienti,nō permittitur.Vulpes foueas habent,& uolucres cœli nidos,ubi requieſcāt,
filius aūt hominis,non habet ubi caput ſuum reclinet.Ne forſitan cōtriſteris,ſi anguſte man
ſeris.Qui ſine uxore eſt,ſolicitus eſt quæ domini ſunt,quomodo placeat domino. Qui autē
13 cum uxore eſt,ſolicitus eſt quæ ſunt mundi,quomodo placeat uxori.Diuiſa eſt mulier,& uir
go. Quæ non eſt nupta,cogitat quæ ſunt domini, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Nam quæ
nupta eſt,cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat uiro. Quantas moleſtias habeant nu/
ptiæ,& quot ſolicitudinibus uinciātur,in eo libro quem aduerſus Heluidiū de beatæ Mariæ
perpetua uirginitate ædidimus,puto breuiter expreſſum. Nunc eadem replicare perlongum
eſt:Et ſi cui placet,de illo poteſt haurire fonticulo. Verū ne penitus uidear omiſiſſe,nunc di/
cam,quod cum Apoſtolus ſine intermiſſione orare nos iubeat,& qui in coniugio debitū ſol/
uit orare nō poſſit,aut oramus ſemper,& uirgines ſumus,aut orare deſinimus,ut cōiugio ſer
uiamus.Et ſi nupſerit,inquit,uirgo,nō peccat: Tribulationē tamen carnis habebūt huiuſmo/
di.Et in principio libelli præfatus ſum, me de anguſtijs nuptiarū, aut nihil omnino,aut pau/
ca dicturum:Et nunc eadem admoneo,ut ſi tibi placet ſcire quot moleſtijs uirgo libera,quot
uxor aſtricta ſit,legas Tertullianū ad amicum philoſophū,& de uirginitate alios libellos,&
beati Cypriani uolumen egregiū,& Papę Damaſi ſuper hac re, uerſu,proſaq; compoſita,&
Ambroſij noſtri quæ nuper ſcripſit ad ſororem opuſcula. In quibus tāto ſe effudit eloquio,
ut quicquid ad laudes uirginum pertinet exquiſierit,expreſſerit,ordinarit. Nobis diuerſo tra
mite incedendū. Virginitatem non tantum efferimus, ſed ſeruamus. Nec ſufficit ſcire,quod
bonum eſt, niſi cuſtodiatur attentius, quod electum eſt: Quia illud iudicij eſt,hoc laboris,

& illud

& illud commune cum pluribus,hoc cum paucis. Qui perſeuerauerit,inquit,uſque in finem, c
hic ſaluus erit.Et multi uocati,pauci autem electi.Itaq; obteſtor te coram deo, & Chriſto Ie
ſu,& electis angelis eius, ne uaſa templi domini, quæ ſolis ſacerdotibus uidere cõceſſum eſt,
facile in publicum proferas,ne ſacratiũ dei,quiſquam profanus aſpiciat.Oza arcam quã non
licebat tangere attingens, ſubita morte proſtratus eſt. Neq; enim uas aureum,& argentum
tam charum deo fuit,cũ templum corporis uirginalis. Præceſſit umbra,nunc ueritas eſt. Tu
quidem ſimpliciter loqueris,& ignotos quoſq; blanda non deſpicis,ſed aliter uident impudi
ci oculi. Non norunt animæ pulchritudinem conſiderare, ſed corporum. Ezechias theſau-
rum dei,monſtrat Aſſyriis, ſed Aſſyrij non debuerunt uidere,quod cuperent. Denique fre-
quentibus bellis Iudæa conuulſa, uaſa primum domini capta atq; translata ſunt. Inter epu-
las & concubinarum greges, quia palma uitiorum eſt, honeſta polluere, Balthaſar potat in
phialis. Ne declines aurem tuam in uerba malitiæ. Sæpe enim indecens aliquid loquentes,
tentant mentis arbitrium, ſi libenter audias uirgo quod dicitur, ſi ad ridicula quæque ſolua-
ris:quicquid dixeris,laudant: quicquid negaueris,negant: facetam uocant & ſanctam, & in
qua nullus ſit dolus. Ecce uere ancilla Chriſti,dicentes: Ecce tota ſimplicitas: Nõ ut illa hor
rida,turpis,ruſticana, terribilis,& quæ ideo forſitan maritum non habuit, quia inuenire non
potuit.Naturali ducimur malo.Adulatoribus noſtris libenter fauemus,& quãquam nos re-
ſpondeamus indignos,& calidus rubor ora perfundat,attamen ad laudem ſuam,intrinſecus
anima lætatur.Sponſa Chriſti arca eſt teſtamenti,intrinſecus & extrinſecus deaurata,cuſtos
legis domini.Sicut in illa nihil aliud fuit,niſi tabulæ teſtamenti,ita & in te nullus ſit extrinſe-
cus cogitatus:Super hoc propiciatorium quaſi ſuper cherubim, ſedere uult dominus. Mittit
diſcipulos ſuos, ut in te ſicut in pullo aſinæ ſedeat. Curis te ſecularibus ſoluat,ut paleas & la
teres Aegypti derelinquens, Moyſen ſequaris in eremo, & terram repromiſſionis introeas.
Nemo ſit qui prohibeat, non mater, non ſoror, non cognata, non germanus: Dominus
te neceſſariam habet. Quod ſi uoluerint impedire, timeãt flagella Pharaonis,qui populum d
dei ad colendum eum nolens dimittere, paſſus eſt ea quæ ſcripta ſunt.Ieſus ingreſſus in tem
plum, ea quæ templi non erant, proiecit. Deus enim zelotes eſt, & non uult patris domum
fieri ſpeluncam latronum.Alioqui ubi æra numerantur,ubi ſunt caueæ columbarum,& ſim
plicitas enecatur, ubi in pectore uirginali ſecularium negociorum cura æſtuat, ſtatim uelum
templi ſcinditur: ſponſus conſurgit iratus,& dicit: Relinquetur uobis domus ueſtra deſerta.
Lege euangelium,& uide quomodo Maria ad pedes domini ſedens,Marthæ ſtudio præfe-
ratur.Et certe ſedulo hoſpitalitatis officio, domino atq; diſcipulis eius, conuiuium præpara-
bat. Martha,inquit, Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima, pauca autẽ neceſſaria ſunt,
ut unum:Maria bonam partem elegit,quæ non auferetur ab ea.Eſto & tu Maria,cibis præ-
ferto doctrinam.Sorores tuę curſitent,& quęrãt quomodo Chriſtum hoſpitem ſuſcipiant.
Tu ſemel ſeculi onere proiecto,ſede ad pedes domini,& dic: Inueni eum quẽ quærebat ani-
ma mea:tenebo eum,& nõ dimittã,& ille reſpondeat: Vna eſt columba mea,perfecta mea,
una eſt matri ſuæ,electa genitrici ſuæ,cœleſti uidelicet Hieruſalem. Semper te cubiculi tui
ſecreta cuſtodiãt, ſemper tecum ſponſus ludat intrinſecus. Oras,loqueris ad ſponſum,legis,
ille tibi loquitur:Et cum te ſomnus oppreſſerit,ueniet poſt parietem, & mittet manum ſuam
per foramen,& tanget uentrem tuum.Et expergefacta conſurges,& dices:Vulnerata chari-
tate ego ſum,& rurſus ab eo audies: Hortus concluſus ſoror mea ſponſa: hortus concluſus,
fons ſignatus. Caue ne domum exeas, & uelis uidere filias regionis alienæ, quamuis fratres
habeas patriarchas,& Iſrael parente læteris. Dina egreſſa,corrũpitur.Nolo te ſpõſum quæ-
rere per plateas. Nolo te, circumire angulos ciuitatis, dicas licet:Surgã & circũibo ciuitatem,
& in foro, & in plateis quæram quem dilexit anima mea, & interroges: Num quem dilexit
anima mea,uidiſtis? nemo tibi reſpondere dignabitur.Sponſus in plateis non poteſt inueni-
ri.Arcta & anguſta uia eſt,quæ ducit ad uitam.Deniq; ſequitur: Quæſiui eum,& non inue-
ni:uocaui eum & non reſpondit mihi.Atq; utinam non inueniſſe ſufficiat.Vulneraberis,nu-

daberis

A daberis, & gemebunda narrabis: Inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem: percusserunt me,& uulnerauerunt me,tulerunt theristrum meum mihi.Si autem hoc exiens patitur illa,quæ dixerat: Ego dormio,& cor meum uigilat, & fasciculus stactes fratruelis meus mihi,in medio uberum meorum commorabitur:quid de nobis fiet,quæ adhuc adolescentulæ sumus? quæ sponsa intrante cum sponso remanemus extrinsecus? Zelotypus est Iesus, non uult ab alijs uideri faciem tuam. Excuses licet atq; causeris:obducto uelamine ora contexi,& quæsiui te ibi,& dixi: Annuncia mihi,quem dilexit anima mea: ubi pascis,ubi cubas in meridie, ne quando efficiar sicut operta super greges sodalium tuorum: indignabitur,tumebit,& dicet:Si non cognoueris teipsam ò pulchra inter mulieres, egredere tu in uestigijs gregum, & pasce hædos tuos in tabernaculis pastorum. Sis licet pulchra & inter omnes mulieres species tua diligatur à sponso,nisi te cognoueris,& omni custodia seruaueris cor tuum, nisi oculos iuuenum fugeris,egredieris de thalamo meo,& pasces hædos,qui staturi sunt à sinistris. Itaque mi Eustochium filia,domina,conserua,germana,aliud enim ętatis,aliud meriti, aliud religionis, hoc charitatis est nomen, audi Esaiam loquentem: Populus meus intra cubiculum tuum.Claude ostium tuum,abscondere pusillum aliquantulũ,donec trãseat ira domini,Foris uagentur uirgines stultæ,tu intrinsecus esto cum sponso, quia si ostium clauseris, & secundum Euangelij præceptum in occulto oraueris patrem tuum,ueniet & pulsabit,& dicet:Ecce ego sto ante ianuam & pulso.Si quis mihi aperuerit,introibo & cœnabo cum eo, & ipse mecum: & tu statim solicita, respondebis: Vox fratruelis mei pulsantis: Aperi mihi soror mea,proxima mea,perfecta mea. Nec est ut dicas:Dispoliaui me tunica mea,quomodo induam illam?laui pedes meos,quomodo inquinabo eos?Ilico consurge & aperi, ne te morante pertranseat,& postea conqueraris & dicas: Aperui ego fratrueli meo, fratruelis meus pertrãsiuit.Quid enim necesse est,ut cordis tui ostia clausa sint? Sponso aperiãtur Christo, claudantur diabolo secundum illud: Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, ne
B dimiseris locum tuum.Daniel in cœnaculo suo manebat in superioribus (neq; enim manere poterat in humili) fenestras apertas ad Hierusalem habuit. Et tu habeto apertas fenestras, sed unde lumẽ introeat,unde uideas ciuitatem domini. Ne aperias illas fenestras, de quibus dicitur,intrauit mors per fenestras uestras.Illud quoq; tibi uitandum est,ne inanis gloriæ ardore capiaris.Quomodo,inquit Iesus,potestis credere, gloriam ab hominibus accipientes? Vide quale malum sit,quod qui habuerit,non potest credere.Nos uero dicamus:Quoniam gloriatio mea tu es.Et: Qui gloriatur,in domino glorietur. Et:Si adhuc hominib.placerem, Christi seruus nõ essem.Et: Mihi autem absit gloriari,nisi in cruce domini nostri Iesu Christi,per quem mihi mundus crucifixus est,& ego mundo.Et illud: In te laudabimur tota die, in domino laudabitur anima mea.Cum facis eleemosynam, deus solus uideat. Cum ieiunas,læta sit facies tua. Vestis nec satis munda,nec sordida, & nulla diuersitate notabilis, ne ad te obuiam prætereuntiũ turba consistat,& digito monstreris. Frater est mortuus, sororis est corpusculum deducendum,caue ne dum hæc sæpius facis,ipsa moriaris. Nec satis religiosa uelis uideri,nec plus humilis quàm necesse est, ne gloriam fugiendo quæras. Plures enim paupertatis misericordiæ atq; ieiunij arbitros declinãtes,hoc ipso cupiunt placere, quod placere cõtemnunt:& mirum in modum laus dum uitatur,appetitur.Cęteris perturbationibus quibus hominis mens gaudet,ægrescit,sperat,& metuit,plures inuenio extraneos.Hoc uitio pauci admodum sunt qui caruerũt:& ille est optimus,qui quasi in pulchro corpore, rara nerorum sorde respergitur.Neq; uero moneo,ne de diuitijs glorieris, & ne de generis nobilitate te iactes,ne te cæteris præferas. Scio humilitatẽ tuam.Scio te ex affectu dicere: Domine, non est exaltatum cor meum, neq; elati sunt oculi mei. Noui apud te & apud matrem tuam superbiam,per quam diabolus cecidit,penitus locum non habere. Vnde ad te super ea scribere superfluum sit.Stultissimum quippe est docere,quod nouerit ille quem doceas.Sed ne hoc ipsum tibi iactantiã generet,quod seculi iactantiã contempsisti,ne cogitatio tacita subrepat,ut quia in auratis uestibus placere desisti,placere coneris in sordidis,& quãdo in conuen

tum fra/

tum fratrum ueneris uel ſororum, humilius ſedeas,ſcabello te cauſeris indignam: uocem ex c
induſtria, quaſi confectam ieiunijs,tenues: & deficientis imitata greſſum, humeris innitaris
alterius. Sunt quippe nonnullæ exterminantes facies ſuas, ut appareant hominibus ieiu-
nantes,quæ ſtatim ut aliquem uiderint,ingemiſcunt,demittunt ſupercilium: & operta facie,
uix unum oculum liberant ad uidendum. Veſtis pulla,cingulum ſacceum,& ſordidis mani-
bus pedibuſq́,uenter ſolus,quia uideri non poteſt,æſtuat cibo.His quotidie pſalmus ille ca
nitur:Dominus diſſipabit oſſa hominũ ſibi placentium.Aliæ uirili habitu,ueſte mutata,eru-
beſcunt eſſe quod natæ ſunt,crinẽ amputant,& impudenter erigunt facies eunuchinas. Sunt
quæ cilicijs ueſtiuntur, & cucullis fabrefactis, ut ad infantiam redeant,imitantur noctuas &
bubones.Sed ne tãtum uidear diſputare de fœminis,uiros quoq́ fuge,quos uideris catena- 14
tos:quibus fœminei contra Apoſtolũ crines,hircorum barba,nigrũ pallium,& nudi patien-
tia frigoris pedes.Hęc omnia argumenta ſunt diaboli.Talem olim Antonium,talem nuper
Sophronium Roma cõgemuit.Qui poſtq̃ nobilium introierunt domos,& deceperunt mu
lierculas oneratas peccatis,ſemper diſcentes,& nunq̃ ad ſcientiam ueritatis peruenientes,tri-
ſtitiam ſimulant,& quaſi longa ieiunia, furtiuis noctium cibis protrahunt. Pudet dicere reli-
qua,ne uidear potius inuehi,q̃ monere.Sunt alij (de mei ordinis hominib.loquor) qui ideo
presbyterium & diaconatum ambiunt, ut mulieres licentius uideant. Omnis his cura de ue-
ſtibus,ſi bene oleant: ſi pes,laxa pelle,non folleat.Crines calamiſtri ueſtigio rotantur,digiti
de anulis radiant:& ne plantas humidior uia ſpargat,uix imprimunt ſumma ueſtigia.Tales
cum uideris, ſponſos magis exiſtimato q̃ clericos. Quidam in hoc omne ſtudium uitamq́
poſuerunt,ut matronarum nomina,domos,moresq́ cognoſcant. Ex quibus unum,qui hu-
ius artis eſt princeps,breuiter ſtrictimq́ deſcribam,quo facilius magiſtro cognito,diſcipulos
recognoſcas. Cum ſole feſtinus exurgit,ſalutandi ei ordo diſponitur,uiarum compendia re-
quiruntur, & penè uſq́ ad cubilia dormientium, ſenex importunus ingreditur.Si puluillum
uiderit,ſi mantile elegãs,ſi aliquid domeſticæ ſupellectilis,laudat,miratur,attrectat, & ſe his
indigere conquerens,non tam impetrat quãm extorquet,quia ſingulæ metuunt ueredarium d
urbis offendere. Huic inimica caſtitas, inimica ieiunia,prandium nidoribus probat, & altilis
γεραποπίπτης, uulgo pipizo nominatur.Os barbarũ & procax,& in conuicia ſemper arma
tum.Quocũq́ te uerteris,primus in facie eſt.Quicquid nouũ inſonuerit,aut autor,aut exag-
gerator eſt famæ.Equi per horarum momenta mutantur,tam nitidi,tamq́ feroces,ut Thra 15
cij regis illum putes eſſe germanũ. Varijs callidus hoſtis pugnat inſidijs. Sapientior erat co-
luber omnibus beſtijs,quas creauerat dominus ſuper terrã. Vnde & Apoſtolus:Nõ,inquit,
ignoramus eius aſtutias.Nec affectatæ ſordes,nec exquiſitæ mundiciæ cõueniunt Chriſtia-
no.Si quid ignoras,ſi quid de ſcripturis dubitas,interroga eum,quem uita cõmendat: excu-
ſat ætas,fama non reprobat,qui poſſit dicere:Deſponſaui enim uos uni uiro,uirginẽ caſtam
exhibere Chriſto.Aut ſi non eſt qui poſſit exponere,melius eſt aliquid neſcire ſecure,quàm
cum periculo diſcere.Memento,quia in medio laqueorum ambulas, & multæ ueteranæ uir-
gines caſtitatis indubitatæ,in ipſo mortis limine coronam perdidere de manibus. Si quæ
ancillulæ ſunt comites propoſiti tui, ne erigaris aduerſus eas, ne infleris ut domina. Vnum
ſponſum habere cœpiſtis,ſimul pſallitis.Chriſti ſimul corpus accipitis,cur menſa diuerſa ſit?
Prouocentur & aliæ. Honor uirginum ſit inuitatio cæterarũ. Quod ſi aliquam ſenſeris infir
miorem in fide,ſuſcipe,conſolare,blandire,& pudicitiam illius fac lucrum tuum.Si qua ſimu
lat,fugiens ſeruitutẽ,huic aperte Apoſtolum lege: Melius eſt nubere,quàm uri.Eas autem
uirgines & uiduas quę ocioſæ & curioſæ domos circumeunt matronarũ,quæ rubore frontis
abſtrito,paraſitos uincunt mimorum,quaſi quaſdam peſtes abijce.Corrumpunt mores bo-
nos,cõfabulationes peſſimæ.Nulla illis niſi uentris cura eſt,& quæ uentri ſunt proxima.Iſti
uſmodi hortari ſolent,& dicere: Miſella,rebus tuis utere, & uiue dum uiuis,& nunquid filijs
tuis ſeruas? Vinoſæ atq; laſciuæ,quiduis mali inſinuant,ac ferreas quoq; mentes ad delitias
emolliunt.Et cum luxuriatæ fuerint in Chriſto,nubere uolunt,habentes damnationẽ,quod

primam

A primam fidem irritam fecerunt. Nec tibi diserta multum uelis uideri, aut lyrici festiuo car-
16 minis metro ludere. Non delumbem matronarum saliuam delicata secteris, quæ nũc strictis dentibus, nunc labijs dissolutis, balbutientem linguam in dimidiata uerba moderantur, rusticum putantes omne quod nascitur. Adeo illis adulterium etiam linguæ placet. Quæ enim cõmunicatio luci ad tenebras? Qui cõsensus Christo cum Belial? Quid facit cum psalterio Horatius? cum Euangelijs Maro? cum apostolis Cicero? Nónne scandalizatur frater, si te uiderit in idolio recumbentem? Et licet omnia munda mundis, & nihil reijciẽdum, quod cum gratiarum actione percipitur, tamen simul bibere non debemus calicem Christi, & calicem dæmoniorum. Referam tibi meæ infelicitatis historiam. Cum ante annos plurimos domo, parentibus, sorore, cognatis, & quod his difficilius est, cõsuetudine lautioris cibi, propter cœlorum me regna castrassem, & Hierosolymam militaturus pergerem, bibliotheca, quam mihi Romæ summo studio ac labore confeceram, carere non poteram. Itaq; miser ego lecturus Tullium ieiunabam. Post noctium crebras uigilias, post lachrymas, quas mihi pręteritorum recordatio peccatorũ ex imis uisceribus eruebat, Plautus sumebatur in manus. Si quando in memet reuersus, prophetas legere cœpissem, sermo horrebat incultus. Et quia lumẽ cæcis oculis non uidebam, non oculorum putabam culpam esse, sed solis. Dum ita me antiquus serpens illuderet, in media fermè quadragesima medullis infusa febris, corpus inuasit exhaustum, & sine ulla requie (quod dictu quoq; incredibile sit) sic infelicia membra depasta est, ut ossibus uix hæreret. Interim parantur exequiæ, & uitalis animæ calor, toto frigescente iam corpore, in solo tantum tepente pectusculo palpitabat, cum subito raptus in spiritu ad tribunal iudicis pertrahor, ubi tantũ luminis, & tantum erat ex circũstantium claritate fulgoris, ut proiectus in terrã, sursum aspicere non auderẽ. Interrogatus de conditione Christianum me esse respõdi. Et ille qui præsidebat: Mentiris, ait, Ciceronianus es, nõ Christianus. Vbi enim thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Ilico obmutui, & inter uerbera (nam cędi me iusserat) cõscientiæ magis igne torquebar, illum mecum uersiculũ reputans: In inferno autem quis confitebitur tibi? Clamare autem cœpi & eiulãs dicere: Miserere mei domine, miserere mei. Hæc uox
B inter flagella resonabat. Tandem ad præsidentis genua prouoluti qui astiterant, precabãtur ut ueniam tribueret adolescẽtiæ, & errori locum pœnitentiæ † cõmodaret: exacturus deinde cruciatũ, si gentilium literarũ libros aliquando legissem. Ego qui in tanto constrictus articulo, uellem etiam maiora promittere: deierare cœpi, & nomen eius obtestãs, dicere: Domine, si unq; habuero codices seculares, si legero, te negaui. In hæc sacramẽti uerba dimissus, reuertor ad superos: & mirantibus cunctis, oculos aperio, tanto lachrymarum imbre perfusos, ut etiam incredulis fidem facerem ex dolore. Nec uero sopor ille fuerat, aut uana somnia, quibus sæpe deludimur. Testis est tribunal illud, ante quod iacui, testis iudicium triste, quod timui, ita mi nunq; contingat in talem incidere quæstionẽ, liuentes habuisse scapulas, plagas sensisse post somnũ, & tanto dehinc studio diuina legisse, quanto nõ ante mortalia legeram.

Fortè condonaret

Auariciæ tibi quoq; uitandũ est malum, non ut aliena nõ appetas (hoc enim & publicæ leges puniunt) sed quo tua, quæ sunt aliena nõ serues. Si in alieno, inquit, fideles nõ fuistis, quod uestrũ est, quis dabit uobis? Aliena nobis auri argentiq; sunt pondera, nostra possessio spiritualis est, de qua alibi dicitur: Redemptio animæ uiri, propriæ diuitiæ. Nemo enim potest duobus dominis seruire, aut enim unũ odiet, & alterum amabit: aut unũ patietur, & alterum contemnet. Non potestis deo seruire & mãmonæ, id est, diuitijs. Nam gentili Syrorum lingua, mãmona diuitiæ nuncupantur. Cogitatio uictus, spinæ sunt fidei. Radix auariciæ, cura gentiliũ. At dicis: Puella sum delicata, & quæ manibus meis laborare non possum. Si ad senectam uenero,, si ægrotare cœpero, quis mei miserebitur? Audi apostolis loquentẽ Iesum: Ne cogitetis in corde uestro, quid manducetis: neq; corpori uestro, quid induamini. Nonne anima plus est q̃ esca, & corpus plus q̃ uestimẽtum? Respicite uolatilia cœli, quoniam non serunt, neq; metunt, neq; cõgregant in horrea, & pater uester cœlestis pascit illa. Si uestis defuerit, lilia proponãtur. Si esurieris, audias, beatos pauperes & esurientes. Si aliquis te afflixe-

n rit do-

rit dolor,legito:Propter hoc complaceo mihi in infirmitatibus meis, & datus eſt mihi ſtimu c
lus carnis meæ, angelus ſatanæ, qui me colaphizet,ne extollar. Lætare in omnibus iudicijs dei.Exultauerũt enim filiæ Iudæ in omnibus iudicijs tuis domine. Illa tibi ſemper in ore uox reſonet:Nudus exiui de utero matris meæ,nudus redeam.Et:Nihil intulimus in hunc mundum,neq; auferre quid poſſumus. At nunc pleroſq; uideas armaria ſtipare ueſtibus,tunicas mutare quotidie,& tamen tineas non poſſe ſuperare. Quæ religioſior fuerit,unum exterit ueſtimentum,& plenis arcis pannos trahit. Inficiuntur membranæ colore purpureo. Aurum liqueſcit in literas, gemmis codices ueſtiuntur, & nudus ante fores earum Chriſtus emoritur. Cum manum egenti porrexerint,buccinant. Cum ad agapen uocauerint,pręco conducitur. Vidi nuper (nomen taceo,ne ſatyram putes) nobiliſſimam Romanorum mulierem in baſilica beati Petri ſemiuiris antecedẽtibus,propria manu,quo religioſior putaret,ſingulos nummos diſpertire pauperibus. Interea (ut uſu noſſe perfacile eſt) anus quædam annis pãniſcq; obſita præcurrit, ut alterum nummum acciperet, ad quam cum ordine peruenisſet, pugnus porrigitur pro denario,& tãti criminis reus ſanguis effunditur.Radix omnium malorum eſt auaricia.Ideoq; ab Apoſtolo idolorum ſeruitus appellatur.Quære primum regnum dei,& hæc omnia apponẽtur tibi. Non occidet fame animam iuſtam dominus.Iunior fui & ſenui, & non uidi iuſtũ derelictum,neq; ſemen eius quærens panem. Helias coruis miniſtrantibus paſcitur.Vidua Sareptana,ipſa cum filijs nocte moritura,prophetam paſcit eſuriens.Et mirum in modum capſace completo,qui alendus uenerat,alit. Petrus apoſtolus inquit:Argentum & aurum non habeo, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine domini Ieſu ſurge & ambula.At nunc multi,licet ſermone taceant,opere loquuntur:Fidem & miſericordiam non habeo,quod autem habeo, argentum & aurum,hoc tibi nõ do.Habentes autem uictum & ueſtitum,his cõtenti ſumus.Audi Iacob,quid ſua oratione poſtulet:Si fuerit dominus meus mecum,& ſeruauerit me in uia hac per quam ego iter facio, & dederit mihi panem ad mãducandum,& ueſtitum ad ueſtiendum. Tantum neceſſaria deprecatus eſt,& poſt annos uigin- D
ti diues dominus,& ditior pater,ad terram reuertitur Chanaan. Infinita de ſcripturis exempla ſuppeditant,quæ auariciam doceant eſſe fugiendã. Verum quia nunc ex parte de ea dicitur,& ſuo (ſi Chriſtus annuerit) uolumini reſeruatur,quid ante nõ plures annos Nitriæ geſtum ſit,referemus. Quidam ex fratribus parcior magis cẽp; auarior,& neſciens triginta argenteis dominum uenditum, centum ſolidos quos lina texendo acquiſierat,moriens dereliquit. Initum eſt inter monachos conſilium (nam in eodem loco circiter quinq; milia diuiſis cellulis habitabant) quid facto opus eſſet.Alij pauperibus diſtribuendos eſſe dicebant: alij dandos eccleſiæ,nonnulli parentibus remittendos.Macarius uero & Pambo & Iſidorus,& cæteri,quos patres uocant, ſancto in eis loquente ſpiritu,decreuerũt infodiendos eſſe cũ eodem, dicentes:Pecunia tua tecum ſit in perditionem.Nec hoc crudeliter quiſcq; putet factum,tantus cunctos per totam Aegyptũ terror inuaſit,ut unum ſolidũ dimiſiſſe,ſit criminis.Et quoniam monachorũ fecimus mentionem,& te ſcio libenter audire,quæ ſancta ſunt,aurem pau liſper accõmoda. Tria ſunt in Aegypto genera monachorũ. Primum cœnobitæ,quod illi 17
ſauſes gentili lingua uocant,nos in cõmuni uiuentes poſſumus appellare.Secundũ anachoritæ,qui ſoli habitant per deſerta, & ab eo quod procul ab hominibus receſſerint nuncupantur.Tertium genus eſt,quod remoboth dicunt,deterrimũ atq; neglectum,& quod in noſtra prouincia aut ſolum,aut primũ eſt.Hi bini uel terni,nec multò plures ſimul habitant,ſuo arbitratu ac ditione uiuentes.Et de eo quod laborauerint,in medium partes conferũt,ut habeant alimenta cõmunia. Habitant autem quàm plurimi in urbibus & caſtellis, & quaſi ars ſit ſancta,nõ uita, quicquid uendiderint, maioris eſt precij. Inter hos ſæpe ſunt iurgia,quia ſuo uiuentes cibo,non patiuntur ſe alicui eſſe ſubiectos. Reuera ſolent certare ieiunijs, & rem ſecreti,uictoriæ faciũt.Apud hos affectata ſunt omnia,laxæ manicæ,caligæ follicantes, ueſtis craſſior,crebra ſuſpiria,uiſitatio uirginum,detractio clericorũ: & ſi quando dies feſtus uenerit,ſaturãtur ad uomitum. His igitur quaſi quibuſdam peſtibus exterminatis, ueniamus ad

eos qui

A eos qui plures ſunt, & in commune habitant, id eſt,quos uocari cœnobitas diximus. Prima apud eos confœderatio eſt, obedire maioribus, & quicquid iuſſerint,facere. Diuiſi ſunt per decurias atque centurias,ita ut nouem hominibus decimus præſit.Et rurſus decem præpoſitos, ſub ſe centeſimus habeat. Manent ſeparati,ſed iunctis cellulis. Vſq; ad horam nonam, ut inſtitutum eſt,nemo pergit ad alium,exceptis his decanis,quos diximus,ut ſi cogitationibus fortè quis fluctuat,illius conſoletur alloquijs.Poſt horam nonam in commune concurritur,pſalmi reſonant,ſcripturæ recitantur ex more. Et completis orationibus, cunctiſq; reſidentibus, medius,quem patrem uocant, incipit diſputare. Quo loquente, tantum ſilentium fit,ut nemo alium reſpicere,nemo audeat excreare.Dicentis laus,in fletu eſt audientium. Tacite uoluuntur per ora lachrymæ,& ne in ſingultus quidem erumpit dolor.Cum uero de regno Chriſti, & de futura beatitudine, & de gloria cœperit annunciare uentura: uideas cunctos moderato ſuſpirio,& oculis ad cælum leuatis,intra ſe dicere: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ,& uolabo,& requieſcam? Poſt hæc concilium ſoluitur,& unaquæque decuria cum ſuo parente pergit ad menſam, quibus per ſingulas hebdomadas uiciſſim miniſtrant. Nullus in cibo ſtrepitus eſt,nemo comedens loquitur. Viuitur pane,leguminibus & holeribus, quæ ſale ſolo condiuntur. Vinum tantum ſenes accipiunt, quibus & paruulis ſæpe fit prandium,ut aliorum feſſa ſuſtentetur ætas, aliorũ non frangatur incipiens.Dehinc conſurgunt pariter,& hymno dicto,ad preſepia redeunt:ibi uſq; ad ueſperam cum ſuis unuſquiſq; loquitur,& dicit: Vidiſtis illum & illum? Quanta in ipſo ſit gratia? quãtum ſilentium? quàm moderatus inceſſus? Si infirmum uiderint,conſolantur:ſi in dei amore feruentem,cohortantur ad ſtudium. Et quia nocte extra orationes publicas in ſuo cubili unuſquiſque uigilat,circumeunt cellulas ſingulorum,& aure appoſita,quid faciant diligenter explorant.Quem tardiorem deprehenderint,non increpant, ſed diſſimulato quod norunt,eum ſæpius uiſitant:& prius incipientes,prouocant magis orare quàm cogunt. Opus diei ſtatum eſt,quod decano
B redditum,fertur ad œconomum,qui et ipſe per ſingulos menſes patri omnium cum magno tremore reddit rationem.A quo etiam cibi cum facti fuerint, præguſtantur,& quia non licet dicere cuiquam: Tunicam & ſagum textaq; iuncis ſtrata non habeo: ille ita uniuerſa moderatur,ut nemo quod poſtulet habeat. Si quis uero cœperit ægrotare,trãsfertur ad exedram latiorem,& tanto ſenum miniſterio confouetur,ut nec delitias urbium,nec matris quærat affectum.Dominicis diebus orationi tantum & lectionibus uacãt,quod quidem & omni tempore completis opuſculis faciunt. Quotidie aliquid de ſcripturis diſcitur.Ieiunium totius anni æquale eſt,excepta quadrageſima,in qua ſola conceditur diſtrictius uiuere.A Pentecoſte cœnæ mutantur in prandia,quo & traditioni eccleſiaſticæ ſatisfiat,& uentrem cibum nõ one
18 rent duplicato.Tales Philo Platonici ſermonis imitator,tales Ioſephus Græcus Liuius, in ſecunda Iudaicæ captiuitatis hiſtoria,Eſſenos refert. Verum quia nunc de uirginibus ſcribens, penè ſuperfluũ de monachis diſputaui,ad tertium genus ueniam, quos anachoritas uocant, qui & de cœnobijs exeuntes,excepto pane & ſale,ad deſerta nihil perferunt amplius.Huius uitæ autor Paulus,illuſtrator Antonius:& ut ad ſuperiora cõſcendam,princeps Ioannes Baptiſta fuit.Talem uero uirum Hieremias quoq; propheta deſcribit,dicens: Bonum eſt uiro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. Sedebit ſolitarius & tacebit,quoniam ſuſtulit ſuper ſe iugum,& dabit percutienti ſe maxillam.ſaturabitur opprobrijs,quia non in ſempiternum abijciet dominus.Horum laborem & conuerſationem in carne non carnis,alio tempore ſi uolueris explicabo. Nũc ad propoſitum redeam,quia de auaricia differens ad monachos ueneram. Quorum tibi exempla proponens, nõ dico aurum atq; argentum,& cæteras opes,ſed ipſam terram & cœlum deſpiciens, & Chriſto copulata cantabis: Pars mea dominus. Poſt hæc quanq; Apoſtolus orare nos ſemper iubeat, & ſanctis etiam ipſe ſit ſomnus oratio,tamen diuiſas orandi horas debemus habere,ut ſi fortè aliquo fuerimus opere detenti,ipſum nos ad officium tempus admoneat. Horam tertiam,ſextam,nonam,diluculũ quoque & ueſperam,nemo eſt qui neſciat.Nec cibi ſumantur, niſi oratione premiſſa,nec receda-

tur à menſa,niſi referatur creatori gratia.Noctibus bis terq; ſurgendum,reuoluenda quę de
ſcripturis memoriter retinemus.Egredientes de hoſpitio, armet oratio:regrediẽtibus de pla
tea,oratio occurrat anteq; ſeſſio:nec prius corpuſculũ requieſcat, q; anima paſcatur.Ad om
nem actum,ad omnẽ inceſſum manus pingat crucem. Nulli detrahas,nec aduerſus filium
matris tuæ ponas ſcandalũ.Tu quæ es,ut alienũ ſeruum iudices? Suo domino ſtat,aut cadit.
Stabit aũt:Potens eſt enim dominus ſtatuere illum. Nec ſi biduo ieiunaueris,putes te nõ ie
iunantibus eſſe meliorẽ.Tu ieiunas,& iraſceris,ille comedit,& fortè blanditur. Tu uexationẽ
mẽtis & uentris eſuriẽ rixando digeris:ille moderatius alitur,& deo gratias agit. Vnde quoti
die clamat Eſaias:Non tale ieiuniũ elegi dicit dominus.Et iterum: In diebus ieiuniorũ ueſtro
rum inueniũtur uoluntates ueſtræ, & omnes qui ſub ueſtra poteſtate ſunt ſtimulatis.In iudi
cijs & litibus ieiunatis,& percutitis pugnis humilem.Vt quid mihi ieiunatis? Quale illud po
teſt eſſe ieiuniũ,cuius iram non dicam nox occupat,ſed luna integram derelinquit? Teipſam
conſiderans,noli in alterius ruina,ſed in tuo opere gloriari.Nec illarum tibi exempla propo
nas, quæ carnis curam facientes,poſſeſſionũ reditus, & quotidianas domus impenſas ſuppu
tant. Neq; enim undecim Apoſtoli Iudæ proditione ſunt fracti,nec Phygelo & Alexandro
facientibus naufragium, cæteri à curſu fidei ſubſtiterunt. Nec dicas, illa & illa ſuis rebus frui
tur,honoratur ab hominibus,fratres ad eam cõueniunt et ſorores.Nunquid ideo uirgo eſſe
deſijt.Primum dubiũ eſt,an uirgo ſit talis:Non enim quomodo uidet homo,uidet deus.Ho
mo uidet in facie,deus aũt uidet in corde. Dehinc etiam ſi corpore uirgo eſt,an ſpiritu uirgo
ſit,neſcio.Apoſtolus autem ita uirginem definiuit:Vt ſit ſancta corpore & ſpiritu.Ad extre
mum habeat ſibi gloriam ſuam.Vincat Pauli ſentẽtiam,delitijs fruatur & uiuat.Nos melio
rum exempla ſectemur.Propone tibi beatam Mariam, quæ tantæ extitit puritatis,ut mater
domini eſſe mereretur.Ad quam cum angelus Gabriel in uiri ſpecie deſcẽdiſſet, dicens:Aue
gratia plena,dominus tecũ: conſternata & perterrita,reſpondere non potuit.Nunquã enim
à uiro fuerat ſalutata.Deniq; nunciũ diſcit & loquitur. Et quæ hominẽ formidabat,cum an D
gelo fabulatur intrepida.Potes & tu eſſe mater domini. Accipe tibi tomum magnũ,nouum, 19
& ſcribe in eo ſtilo hominis,uelociter ſpolia detrahe:& poſtquã acceſſeris ad prophetiſſam,
& conceperis in utero,& pepereris filium,dic:A timore tuo domine cõcepimus,& doluimus,
& peperimus ſpiritum ſaluationis tuæ,quem fecimus ſuper terram.Tunc & filius tuus tibi re
ſpondebit,& dicet: Ecce mater mea & fratres mei.Et mirum in modum,illum quem in latitu
dine pectoris tui paulò ante deſcripſeras,quẽ in nouitate cordis ſtilo ſignaueras: poſtquam
ſpolia ex hoſtibus receperit: poſtquã denudauerit principatus & poteſtates, & affixerit eas
cruci:conceptus adoleſcit,& maior effectus ſponſam te incipit habere de matre. Grandis la
bor, ſed grande præmium, eſſe quod martyres, eſſe quod apoſtoli, eſſe quod Chriſtus eſt.
Quæ quidem uniuerſa tunc proſunt, cum in eccleſia fiunt,cum in una domo paſcha celebra
mus, ſi arcam ingredimur cum Noe: ſi pereunte Hiericho, Rahab meretrix iuſtificata nos
continet. Cæterum uirgines, quales apud diuerſas hæreſes, & quales apud impuriſſimum
Manichæum eſſe dicuntur, ſcorta ſunt exiſtimandæ, non uirgines. Si enim corporis earum
autor eſt diabolus, quomodo poſſunt honorare plaſmationem hoſtis ſui? Sed quia ſciunt
uirginale uocabulum glorioſum, ſub ouium pellibus lupos tegunt. Chriſtum mentitur anti
chriſtus,& turpitudinem uitæ falſo nominis honore conueſtiunt. Gaude ſoror, gaude filia,
gaude mi uirgo,quia quod aliæ ſimulãt,tu uere eſſe cœpiſti. Hæc omnia quæ digeſſimus,
dura uidebunt ei,quæ non amat Chriſtum.Qui autem omnem ſeculi pompam pro purga
mẽto habuerit,& uana duxerit uniuerſa ſub ſole, ut Chriſtum lucrifaciat:qui cõmortuus eſt
domino ſuo, & cõſurrexit, & crucifixit carnẽ cum uitijs & cõcupiſcentijs, libere proclamabit:
Quis nos ſeparabit à charitate dei? an tribulatio? an anguſtia? an ꝑſecutio? an fames? an nu
ditas? an periculum? an gladius? Et iterum: Certus ſum,quia neque mors, neque uita,neq;
angelus,neque principatus,neq; poteſtates, neque inſtantia,neque futura,neque fortitudo,
neque excelſum,neque profundum,neque alia creatura poterit nos ſeparare à charitate dei,

quæ eſt

A quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro. Dei filius pro noſtra ſalute hominis factus eſt fi/
lius. Nouẽ menſibus in utero ut naſcatur expectat, faſtidia ſuſtinet, cruentus egreditur, pan/ Caute legito
nis inuoluitur, blandicijs delinitur, & ille pugillo mundum includens, præſepis continetur an
guſtijs. Taceo quod uſq; ad triginta annos ignobilis, parentum paupertate cõtentus eſt: uer
beratur, & tacet: crucifigitur, & pro crucifigentibus deprecatur. Quid igitur retribuam domi/
no pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen domini inuoca/
bo. Precioſa eſt in conſpectu domini, mors ſanctorũ eius. Hæc eſt ſola digna retributio, cum
ſanguis ſanguine compenſatur, & redempti cruore Chriſti, pro redemptore libenter occum/
bimus. Quis ſanctorum ſine certamine coronatus eſt? Abel iuſtus occiditur, Abraham uxo
rem periclitatur amittere. Et ne in immenſum uolumen extendam, quære & inuenies ſingu/
los aduerſa perpeſſos. Solus in delicijs Solomon fuit, & forſitã ideo corruit. Quem enim di
ligit dominus, corripit. Caſtigat autem omnem filium quem recipit. Nõne meliũs eſt breui
tempore dimicare, ferre uallum, arma ſumere, laſſeſcere ſub lorica, & poſtea gaudere uicto/
rem, quàm impatientia unius horę ſeruire perpetuo? Nihil amantibus durum eſt, nullus dif/
ficilis cupienti labor eſt. Reſpice quanta Iacob pro Rachel pacta uxore ſuſtinuit: Et ſeruiuit,
inquit ſcriptura, Iacob pro Rachel annis ſeptem. Et erant in conſpectu eius quaſi dies pauci.
Vnde & ipſe poſtea memorat: In die urebar æſtu, & gelu nocte. Amemus & nos Chriſtũ,
eiuſq; ſemper quæramus amplexus, & facile uidebitur omne difficile, breuia putabimus uni
uerſa quæ longa ſunt, & iaculo illius uulnerati, per horarum momenta dicemus: Heu me,
quia peregrinatio mea prolongata eſt à me. Non ſunt enim condignæ paſſiones huius tem
poris ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quia tribulatio patientiã operatur, pa/
tientia autem probationem, probatio autem ſpem, ſpes autem non confundit. Quando tibi
graue uidetur eſſe quod ſuſtines, Pauli ſecundã epiſtolam ad Corinthios lege: In laboribus
plurimum, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter. A Iu/
B dæis quinquies quadragenas una minus accepi, ter uirgis cęſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter
naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui. In itineribus ſępius periculis fluminum,
periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in
deſerto, periculis in mari, periculis in falſis fratribus, in laboribus, in miſerijs, in uigilijs mul/
tis, in fame & in ſiti, in ieiunijs plurimis, in frigore & nuditate. Quis noſtrum ſaltem mini/
mam portionem de catalogo harum ſibi poteſt uindicare uirtutũ? Ob quæ ille poſtea con/
fidenter aiebat: Curſum conſummaui, fidem ſeruaui. Supereſt mihi corona iuſtitiæ, quam
retribuet mihi in illa die dominus iuſtus iudex. Si cibus inſulſior fuerit, contriſtamur, & puta
mus deo nos aliquod præſtare beneficium, cum aquatius uinum bibimus. Calix frangitur,
menſa ſubuertitur, uerbera reſonãt, & aqua tepidior ſanguine uindicatur. Regnum cœlo/
rum uim patitur, & uiolenti rapiũt illud. Niſi uim feceris, cœlorum regna non capies. Niſi
pulſaueris importune, panem nõ accipies ſacramenti. An nõ tibi uidetur uiolentia, cum caro
cupit eſſe quod deus eſt, & illuc unde angeli corruerunt, angelos iudicatura conſcendit? Egre
dere quæſo pauliſpur de carcere, & præſentis laboris ante oculos tuos tibi pinge mercedem,
quam nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Qualis erit illa dies, cum
tibi Maria mater domini choris occurret comitata uirgineis? cum poſt rubrũ mare, ſubmer/
ſo cũ ſuo exercitu Pharaone, tympanũ tenẽs præcinet reſpõſuris: Cantemus domino, glorio
ſe enim honorificatus eſt: equum & aſcenſorẽ proiecit in mare. Tunc Thecla in tuos læta uo
labit amplexus. Tunc & ipſe ſpõſus occurret, & dicet: Surge, ueni proxima mea, ſponſa mea,
columba mea, quia ecce hyems trãſiuit, & pluuia abijt ſibi. Tunc angeli mirabũtur, & dicent:
Quæ eſt iſta proſpiciens quaſi diluculũ, ſpecioſa ut luna, electa ut ſol? Videbunt te filiæ, &
laudabũt reginæ, & cõcubinæ prædicabũt. Hinc & alius caſtitatis chorus occurret: Sara cum
nuptis ueniet, filia Phanuelis Anna cũ uiduis. Erunt in diuerſis gregibus carnis & ſpiritus ma
tres tuæ. Lætabitur illa quod genuit, exultabit iſta quod docuit. Tunc uere ſuper aſinam do/
minus aſcendet, & cœleſtẽ ingredietur Hieruſalẽ. Tunc paruuli, de quibus in Eſaia ſaluator

effaẽt:Ecce ego & pueri quos mihi dedit deus, palmas uictoriæ ſubleuãtes,cõſono ore canta c
bũt: Oſanna in excelſis:Benedictus qui uenit in nomine domini,oſanna in excelſis.Tũc cen
tum quadragita quatuor milia in cõſpectu throni & ſeniorũ tenebunt citharas,& cantabunt
canticũ nouum.Et nemo poterit dicere canticũ illud,niſi numerus definitus. Hi ſunt qui cum
mulieribus ſe non coinquinauerunt,uirgines enim permanſerunt.Hi ſunt qui ſequuntur ag/
num quocunq; uadit.Quotieſcũq; te uana ſeculi delectauerit ambitio,quoties in mundo ali
quid uideris glorioſum, ad paradiſum mente tranſgredere, eſſe incipe quod futura es,& au/
dies à ſponſo tuo:Pone me ſicut umbraculum in corde tuo, ſicut ſignaculum in brachio tuo,
& corpore pariter ac mente munita clamabis,& dices:Aquæ multæ nõ poterunt extinguere
charitatem,& flumina non operient eam.

SCHOLIA

NE reſpexeris,inquit.) Alluſit ad hiſtoriã Lot fugientis è Sodoma. Non eos qui foris ſunt.) 1
Ita diuus Paulus appellat alienos à profeſſione Chriſti: Quid mihi de his qui foris ſunt iudi/
care? Eſcæ eius electæ.) Apud Abacuc capite primo:Diabolus piſcatori confertur,qui il/
licit eſca homines,& attrahit uelut hamo.Nam eſca proprie dicitur,quod hamo præfigitur:
unde dictum eſt & ineſcare. Et deuorato Iuda.) Iam enim pactus erat de prodendo Chriſto. Verba
Chriſti ad Petrum ſunt,Lucæ capite uigeſimo ſecundo. Timeamus illam prophetiam) Eſt apud A/
mos capite octauo:In illa die uirgines deficient pulchræ Porrò καλὸς Græcis & bonum ſignificat,&
pulchrum. Deſcende,ſede in terra.) Verba ſunt Eſaiæ cap. xlvij. Nudabitur & poſteriora.) Ita
comminatur deus Hieremiæ cap.xiij. Diuaricabit pedes ſuos omni trãſeunti.) Locus eſt apud Eze
chielem cap.xvi. Et uſque ad uerticem polluetur.) Ita Hieremias cap.ij. Filij quoque Mempheos &
Taphneos conſtuprauerunt te uſque ad uerticem. Vnde ego nudabo & reuelabo femora, & poſte/
riora tua contra faciem tuam, & apparebit ignominia tua. Et Sirenæ nidificent.) Locus eſt apud E/ 2
ſaiam cap. xxxiiij. quanquam de uocabulis portentorum nonnihil uariant interpretes. Et ante ho/
minem ſuum.)Hic locus in omnibus quæ uiderim exemplaribus erat depraua tus.Quædam habebant,
& quidem uetuſtiora: Et ante hominẽ ſuum, iam carne præmortua. Quædam ita: Et ante hominem,
ſua iam carne præmortuum.Alia rurſum: Et ante omnem eſum,iam carne præmortua.Fortaſſe legen/
dum:Intra ſinum,iam carne præmortua.Aut,intra hominem ſuum,iam carne præmortua:ut intelligas D
libidinem in ſola mente uiuere,cum in carne,ſit mortua. Aut,ante hominem ſuum,id eſt,ante ſenectam.
Inde naſcuntur Moabitæ.) Nempe ex inceſtu.Locus eſt Deuteronomij cap.xxiij.ubi deus uetat,ne
Iſrahelitæ fœdus aut pacem ineant unquam cum Moabitis & Ammonitis, néue ſinant illos uenire in
eccleſiam:quod illis ex Aegypto uenientibus non occurrerint cum pane & aqua: quodq; Balam aduer
ſus illos conduxerint, ut malediceret populo. Panis Cõllyrida.) Locus eſt tertio Regum libro,ca/ 3
pite uigeſimonono,Nõnulli codices habebant,Collyre.Eſt autem Collyra genus panis ſiue cruſti,à quo
diminutiuum Collyris. Vnde Collyridas in Leuitico legimus,quæ frixa eſt farina, aut alio quouis hu/
more cohærens. Conditũ ei merum.) Mulſum ſignificat, quod olim erat in delitijs:uel potius quod
Græci uocant οἶνον ἀρωματίτην, uulgò Hippocraticum appellant. Contuſione mutatas.) Confun/
dunt enim contuſas carnes,ac miſcent,ut ſorberi quoq; poſſint,& non uideantur eſſe carnes. Maran
in dulcedinem.) Nam מָרָה Mara Hebræis ſonat amaritudinem Locus eſt Exodi decimoquinto.
Necnon & illos.) Locus eſt libro Regum iiij. cap.vi. Diuina reſponſa.) Non quod interrogan/
ti ſint dicta, ſed quod ſimpliciter oracula reſponſa dicantur. Super quæ ſydera inimicus ſuperbus.)
Nam ita minitatur apud Eſaiam cap.xiiij.In cœlum conſcendam, ſuper aſtra dei exaltabo ſoliũ meum.
Et ludentibus pedibus.) Ita depinxit laſciuum & fractum puellarum inceſſum, quod alibi quoq; lu/
dere pedibus,uocat.Alluſit ad Eſaiæ ſermonem cap.iij. niſi quod Septuaginta uerterunt, τοῖς ποσὶν ἅμα
παίζουσαι. id eſt,pedibus ſimul ludentes.Hieronymus uertit, Pedibus ſuis compoſito gradu incedebãt.
Hoc loco fortaſſe Hieronymus ſcripſerat,ludentes pedibus, nimirum reddens quod uerterant Septua/
ginta. Aliæ uero ſterilitatem præbent.) Videtur deeſſe,ſibi:ut intelligas ſterilitatem non à natura da 4
tam,ſed pharmacis accerſitam, quo citra periculum conceptus libidinentur:& hic nondum natum uo/
cat,nondum conceptũ.Nam conceptus abortio occiditur,de quo mox dicet. Volunt uiuere.) Qui/
dam codices habebant, uideri. Viuere autẽ hic uocat,uoluptarie uiuere, ſicuti Catullus: Viuamus mea
Lesbia Porrò lepide dixit,quod illas tetricas & illepidas appellare ſoleant,quæ ſeuerius uiuant. Mi/
ſeram & Manichæã uocant.) Miſeram ob ſordes:Manichæam, quod Manichæi cum turpiſſima com
mitterent flagitia,tamen nec carnibus, nec ouis ueſcebantur. Negabant enim ullo mortuo corpore ue/
ſcendũ eſſe,quod inde ſubſtantia diuina receſſiſſet. Nec uinũ bibebant,quod dicebãt eſſe fel principis te
nebrarum. Vuis tamen ueſcebãtur,ut teſtatur Auguſtinus in libro ad Quoduultdeum. Et cõſequen/
ter.) Id eſt, congrue & merito.Sic enim aliquoties Hieronymus utitur hoc aduerbio. Purpura tãtum 5
in ueſte tenuis.) Depingit uirginem delicatam,& ſibi parum conſtantem, cum quædam caſtimoniam

præ

A præ ſe ferant, quædam laſciuiam indicent. Purpura tenuis, id eſt, minus ardens, cum pulla veſtis magis conueniat ueræ uirgini. Et laxius, ut crines.) Cum oporteat uirginem comam radere, hæc tantum laxius alligat: ita tamen, ut hac occaſione capillos oſtentet. Soccus uilior.) Soccus delicatum erat calciamentum: uirgines oportebat nudis incedere pedibus. At illæ ſoccis utebantur, niſi quod paulo uilioribus. Et per humeros hyacinthina lena.) Hic quoque locus in omnibus erat deprauatiſſimus. Fortè legendum: Et per humeros lena fortè uolitans. Nam lena pallium eſt fœmineum ac delicatum. Fortè uolitans dixit, quod non eſſet aſtricta ſicut cæteris, ſed temere uolitaret, neglectum magis quàm ſanctimoniam indicans. Succinctæ manicæ.) Obijcitur apud Maronem Troianis ueluti delicatum, quod tunicæ haberent manicas. Hæc uirgo hoc tantum diſtabat, quod manicas haberet non pen-
6 dulas, ſed aſtrictas brachijs. Solutis genibus.) Nam hoc quoque putabant ad uirginitatem pertinere, cum ſit laſciuum. Animaduerte lector, ita depinxit hanc uirginem, ut quod minus ad rem pertineret, in hoc eſſet aliqua uirginis imago, uelut in ſocco uiliore, in laxius allígato capite. In his uero quę propius ad rem pertinebant, ut in ſermone, in cibo, in inceſſu, appareret impudicus animus. Vt ſub nomine uirginali lucroſius.) Proderat enim illis uirginis titulus ad lucrum, non ad ſanctimoniam: atque hæc lectio magis probatur, quod alias ſimile quiddam ſcripſit Hieronymus. Et ita quædam habebant exemplaria. Vide num legendum, lurcoſius, hoc eſt, perditius, aut certe licentius pereant. Nam citius, quod in pleriſque ſcriptum erat, mihi non probatur: neq; multo magis arridet Lurcoſius. Lucroſius, ut dixi, maxime probo. Vnde in eccleſias Agapetarum peſtis.) ἀγαπητὴ Græce ſignificat dilectam. Eo uerbo Paulus libenter utitur. Vnde hac uoce iſti abutebantur ad prætexendum turpe commercium ſuum. Vnde meretrices uniuiræ.) Vniuiræ, quas Græci uocant μονογάμους. Quoniã apud ueteres
7 honeſtius erat concubinæ uocabulum, adiecit quod erat odioſius, meretricis. Rurſus adiecit, uniuiræ, quaſi nihil intereſſet inter illas, & publicitus corpore quęſtũ facientes, niſi quod illæ apud unũ meretrica rẽtur. Frater ſororẽ.) Mirũ eſt, ut iſti qui grãmaticen ceu rẽ triuialẽ & humilẽ aſpernãtur, & ſophiſticis argutijs freti, nihil nõ poſſe ſeſe putãt, inuertãt omnia. Locus hic ita diſtinguẽdus eſt, ne repetã quot modis fuerit confuſus. Frater ſororẽ uirginẽ deſerit, cœlibẽ ſpernit uirgo germanũ: Fratrẽ quærit extraneum. Atq; hunc locum nominatim Seuerus Sulpitius citat. Exploſis igitur & exterminatis.) Auſim deierare, & exterminatis, ſubditicia eſſe uerba: & aut addita eſſe ab audaculo quopiam, aut pro his ſcripſiſſe Hieronymum, & exibilatis. Vtrunq; translatum eſt à Theatris, in quibus fabula quæ populo
B diſplicuiſſet, ſibilis & ſtrepitu pedum eijciebatur. Caueas Baſternarum) Baſternas dixit delicatas lecticas, quibus opulentæ matronæ deferebantur per urbem præcedente Eunuchorum turba. Meminit huius uocis Hieronymus, enarrans caput Eſaiæ ſexageſimũ ſextũ. Vſurpauit eandem Aelius Lampridius in Heliogabalo, Rurſum Ammianus Marcellinus libro decimoquarto. Porrò Hieronymus Baſternas appellat caueas, quod cancellatæ ſpeciem præbeant cauearum. Vnde celebratur dictum cuiuſdam, qui conſpiciens matronam Baſterna uehi, negauit caueam eſſe pro fera: ſignificans tam malam beſtiam ferreæ caueæ includendam eſſe. Videtur autem hoc uehiculi genus nomen eſſe ſortitum à populo: unde forſitan fuit inuectum Romã. Nã Baſtarnarũ meminit Strabo libro ſeptimo, quos ait ſupra Germaniã eſſe, in cõfinio germanorũ & Pyrrhigetarũ, niſi quod gentis nomen ſcribitur per a, baſtarnę,
8 uehiculi per e Baſternę. Ordo ſemiuirorũ.) Aut eunuchos intelligit, quorũ miniſterio nobiles matrone gaudebãt: aut miniſtros molles ac delitijs effœminatos. Caſtę uocãtur & nõnę,) Ita nũc quoq; uulgo uocantur monachę uirgines. Apparet hoc uerbi ab Aegyptijs in uulgi ſermonẽ ueniſſe. Solent enim aliquoties res eius gẽtis ſortiri uocabula, in qua præcipuę fuerint, aut unde natæ ſint. Aegyptus aũt, prę ter cæteras prouincias, monachorũ gregibus abũdabat. Quorũ lingua puto monachos & ſanctos, Nõnos fuiſſe uocatos: monachas & uirgines Nõnas. Nã meminit Suidas Nõni cuiuſdã Aegyptij, qui Partheniũ theologũ uerſibus ſit interpretatus. Et parthenos græce uirginẽ ſonat, quaſi uirgo ſcripſerit in uirginẽ. Denicp in hac eadẽ epiſtola aliquanto inferius, cũ de monachorũ agit generibus, Aegyptijs utitur uocabulis. Poſt cœnã dubiã.) Retulit uerba Terẽtij ex Phorm. Cœna dubia apponitur. Dubiã uocat opiparam, ubi dubites quid ſumas potiſſimum, alioqui dubia cæna dici poterat, quæ non caret ſuſpitione ueneni. Libidinum pompa.) In pompa circunferuntur, quæ delectent oculos. Et libidines ſuam habent pompam, cum oſtendunt commoda matrimonij, & animo ſubijciũt uaria coniugij delecta-
9 menta. Omnes adulterãtes.) Ita legis Oſee ca. 7. Omnes adulterantes, quaſi clibanus ſuccenſus à coquẽte. Nã ad eũ modũ deſcribit æſtus impiorũ. Sed habent aliũ felicẽ æſtũ & pij, cũ diuinæ ſcripturæ flagrant amore. In imagine perambulat.) Alluſit ad uerba pſalmi 38: Verũtamen in imagine pertranſit homo, ſed & fruſtra cõturbatur. In imagine perambulant, qui ſecundũ ſpiritũ uiuunt, nõ ſecundũ carnẽ. Iuxta ſpiritum & animum ad dei imaginem conditi ſumus, qui ſpiritus eſt & inuiſibilis: iuxta carnem ad pecudum accedimus ſimilitudinem. Eſto cicada noctum.) Cicadæ nõ canunt, niſi ferueſcente ſole, mane, ueſperi, & noctu mutæ ſunt: & cum canunt, ſtridore quodam lugubri ſtrepunt. At pij noctu maxime canunt. Et cicadæ rore paſcuntur, pij lachrymis. Mulieris iſta lex eſt, non mea.) Qua
10 ſi uirgo mulier non ſit, quod dicat Paulus: Diuiſa eſt mulier & uirgo. Poſtquam de duritia nationum.) Alluſit ſimul & ad Euangelicum illud: Potens eſt deus de his lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ, & ad

locum prophetæ, qui est apud Zachariam capite nono, iuxta enarrationem septuaginta. Nam ex Hebraeis Hieronymus uertit, Lapides sancti eleuabuntur super terram. Consuant tunicas. Matres coguntur parare tunicas proli. At Christi tunica fuit inconsutilis, simplicitatem significans uere Christiani hominis, nihil curantis nisi bonam mentem: At quæ nupsit hanc perdidit tunicam, distracta in uarias curas. Fletu lugentes quod nati sunt.) Quamquam fere consentiunt exemplaria, quæ quidem ipse uiderim, tamen quoniam omnino non consistit hæc lectio, non dubitem mutare ad hunc modum: Quos uagitus delectat infantium, in ipso lucis exordio fletu lugentium quod nati sunt. Aut, flentium quod nati sunt. Sic & Plinius: A fletu uitam auspicamur. Nam prima uox nascentis hominis ploratus est. Et ad similitudinem dei unione fœcunda.) Quid dignum imprecemur sciolis, qui 11
nihil non deprauarunt? Non succurrentibus exemplaribus, ita legendum arbitror: Nullo extrinsecus cohærente germine, sed ad conchæ similitudinem, dei unione fœcunda. Siquidem gemma est unio, quam & margaritum uocant. Ea nascitur in conchis purissimis, non aliunde concepta quàm ex ipsis conchis quibus cohæret. Plinius è rore cœlesti concipi putat, ac miram habere cum cœlo cognationem. Lege Plinij caput trigesimum quintum libri 9. Porrò quod ait, dei unione, aut interpretando dixit per appositionem, fœcunda unione, qui deus est, aut unione dei, cui coniuncta fuit infusione diuinæ naturæ: simulque fit allusio ad uocem unionis, quæ gemmam significat. Paulo post memor huius similitudinis: Lego, inquit, de spinis rosam, de terra aurum, de concha margaritum. Quod pro- 12
hibuerat.) Quod, nempe habere caligas. Caliga calciamenti genus est. Nam hoc caligarum genus quo nunc utimur, ueteres nesciebant. Prohibet Christus, ne calciamentum haberent Apostoli. Et tamen Petrus in Actis ab angelo iubetur calciare se caligis suis. Vnde hæc non ad literam accipienda sunt, sed eatenus, ut intelligamus omnium rerum corporearum solicitudinem abijciendã ijs, qui uelint apostolico fungi munere. Nunquid qui arat, tota die arabit?) Locus est apud Esaiam capite uigesimo octauo, quem trahit ad matrimonium & uirginitatem, ut intelligas arandi & serendi tempus præterisse, nunc esse tempus colligendi fructus. Fructus autem matrimonij uirginitas. Neque enim audiendi sunt.) Quidam opinati sunt Paulo uxorem fuisse, quam in Epistolis sororem appellans, saluere iubet & commendat. Nouellæ oliuarum.) Quidam codices habebant, sicut nouellatio oliuarum. Vt de typicis taceam.) Innuens illa aliud significare, quàm sonent. Atque ita duplici repellit argumento, primum quod typum habeant, deinde quod una cum Mosaica lege desierint, sicuti bellum & alia pleraque. Diuisa est mulier & uirgo.) Et hic secus citat, quàm nos uulgo legimus, ut 13
indicatum est alibi. Et Ambrosij nostri.) Nostrum addidit, quod Tertullianus Afer fuerit, ut & Cyprianus: Damasus Hispanus, Ambrosius Italus, aut si mauis, Gallus. Theristrum siue The- D
ristrium.) Vestis est genus, cuius meminit Iulius Pollux. Apparet fuisse uestem æstiuam. Nam θέρος æstatem significat. Populus meus intra.) Locus est apud Esaiam capite uigesimosexto.
Daniel in cœnaculo.) Est apud ipsum capite sexto. Cœnaculum autem est pars domus superior, quam uulgò solarium uocant. Ne inanis gloriæ ardore.) Forte legendum est pro ardore, nidore, ueluti fumo, qui ad tempus delectet, non expleat animum, ut nidor carnium. Digito monstreris.) Alludit ad Persianum illud: At pulchrum est digito monstrari, & dicier, hic est. Facies eunuchinas.) Nam eunuchi cum uestem habeant uirilem, tamen imberbi mento speciem fœminæ præ se ferunt. Quos uideris catenatos.) Qui cinguli loco catenis ferreis utebantur, ad ostentationem san- 14
ctimoniæ. Contra Apostolum.) Qui scripserit indecorum esse uiro, si comam nutriat. Et nudi impatientia frigoris pedes.) Aut legendum: Nudi patientia frigoris pedes, aut tumidi impatientia frigoris pedes. Talem olim Antonium.) De his tacito nomine significauit in Epistola ad Rusticum monachum. Calamistri uestigio.) Nam calamistro circumuoluti, postea seruant illius uestigium, iam crispi redditi. Et altilis geranopopa.) Vix locus hic restitui possit citra suppetias exemplarium. Ex uestigijs mendosæ scripturæ puto sic esse legendũ: Prandium nidoribus probat, altilis, uulgò pipizo nominatur: ut intelligas id demũ prandium illi lautum esse, quod altilium habeat nidorem. Et ob id pipizonem uulgò dictum, quod pipi uox sit auium cortaliũ, ut testatur & Aristophanes. Sed unde geranopopa? Nam quidam codices non habent. Forte legendum γερανοπέπτα, geranopepta, à coquendis gruibus, quæ tũ in delitijs erant. Aut γερανοκόπτα, quod geranos Græcis significet, etiã instrumentum quo cõminuebantur farinæ. Thracij regis germanũ.) Germanus plus est quàm 15
frater, hoc est, simillimus. Sentit autem Diomedem Thraciæ regem, qui hospitũ carne solitus est pascere equos suos: hunc Hercules confecit, si fabulis credimus. Quæ rubore frontis attrito.) Lego abstrito, aut certe absterso. Parasitos uincunt mimorum.) Mimos uocat sordidas & uulgares comœdias, in quibus inducuntur parasiti abiectissime assentantes. Mi catella.) Imitatur blandimenta mulierculæ. Non delumbem matronarum saliuam.) Delumbem uocat mollem & effœminatam. Et saliuam gustum & opinionem, quam aliquis primis imbiberit annis. Sumptũ est ab infantibus, qui abhorrent à saliua, cui non assueuerint: & eum saporem putant esse suauissimũ, quẽ prima nutrix pręmãso cibo indidit. Retulit autem Satyrici uerba. Omne quod nascitur.) Id est, quicquid est naturale, quicquid non est adulteratum artificio. Et eleganter dixit, adulterium linguæ. Cum ante annos pluri-
mos.

mos.) Hæc est illa fabula, quam memoriter tenent omnes etiam ij, qui ne uerbum quidem unquam legerunt in scriptis Hieronymianis. Vapulauit, inquiunt, Hieronymus, quod Ciceronem legerit. Ac mira quadam religione sic ab omnibus bonis abstinent literis, ut nec sacras attingant, ne forte imprudentes incidant in aliquod uerbum Ciceronis, & cum Hieronymo uapulent: & tum sibi uidentur Apostolis proximi, si quàm spurcissime loquantur. At diuus Hieronymus cum Ruffino locum hunc obijcienti respondet, somnium uocat, etiam si hic somnium fuisse neget. Nec hoc unquam sensit Hieronymus, Ciceronem non esse legendum: sed in hoc duntaxat, ut diuina rectius intelligamus, & commodius tractemus. Alioqui quid sibi uult, quod scribit ad Oratorem Magnum? At isti, cum uniuersam uitam in nugis sophisticis & inanissimis quæstiuncularum rixis consenescant, sibi placent quod nihil attigerint bonorum autorum. Vnde recte statuit Leo decimus: qui, cum hæc scriberem, Romanam tenebat sedem; ne quis in scholis publicis, quas Vniuersitates uocant, ultra quinque annos sic in rhetoricis aut poeticis literis studium omne consumeret, ut nihil attingeret grauiorum studiorum. Verum quod uetuit in poeticis, idem uetuit in philosophicis. Nos quoque pueri quondam libris aliquot istorum stolidam superstitionem explosimus, qui prætextu religionis politiores literas, quia nō didicerint, insectantur. His acceptum ferimus, quod autorum ut quisque est lectu dignissimus, ita deprauatissimum habemus. Horum opera factum est, & ut in restituendo Hieronymo, doctis aliquot plus sudoris impēsum sit, quàm ipse insumpserit scribendo. Quin insuper sacrilegi tantum ac tam sacrum uirum audent uocare poeticum, parumq; religiosum, quod non scribat quæstiones Scotico stilo. Quasi uero Paulus, aut prophetæ, aut omnino quisquam ueterum ac uere Christum spirātium theologorum, ad istum scripserit modum. Ne ipse quidem Aristoteles homo ethnicus, nec inter philosophos admodum probatæ uitæ, qui tantum auri reliquerit, ut à Plinio inter Crœsos & Crassos referatur, deinde talium argutiarum pater, unquam tam sophistice negatus est, quàm negantur isti, qui se diuinarum literarum doctores & interpretes uocant. In talem incidere quæstionem.) Quæstiones dicuntur etiam cruciatus, quibus ueri confessio exprimitur. Pannos trahit.) Pannos uocat uestes tritas ac laceras. Cum ad Agapen.) ἀγάπην dilectio est siue charitas. Sic & hodie apud uulgus Italiæ, Galliæ, & nostrum denique, uocant eleemosynam charitatem. Nec sine causa uoluit hoc uerbo uti, cum describat, quàm non amanter dent, quod uocant dilectionem. Hoc nomine proprie significabant conuiuium, quo pauperes reficiebantur: qua uoce usus est & Iudas in epistola sua, res non dissimilis sportulæ ethnicorum.

17 Cœnobitæ.) κοινὸς communis, βίος uita siue uictus. Id à Pythagora fluxisse tradunt, cuius est illud: Amicorum communia esse omnia. Hanc uitam κοινόβιον appellabant, teste Gellio. Anachoritæ.)
B ἀναχωρεῖν secedere. Vt nemo quid postulet, nemo non habeat.) Nonnulli codices habebant: Vt nemo quid postulet, nemo dehabeat, utranq; lectionem quis non uideat esse mendosam? Sic autem legendum censeo: Vt nemo quod postulet habeat, id est, ut non sit necesse quicquam petere. Completis opusculis.) Præscriptas operas uocat opuscula, nisi mauis opeculis. A Pentecoste.) Paschale tempus quinquagesima est, quæ Græce dicitur πεντηκοστή, cuius extremus dies est, quo datus fuit spiritus sanctus. A Pascha uero usq; ad ascensionem domini, uetabat ieiunium ecclesiastica consuetudo, sicuti testantur & Decreta. Ex hoc loco palàm patet, olim cum ieiunarent Christiani, solitos differre cibum usq; ad uesperam. Et monachi, ne uiderentur ieiunare, cibum capiebant in meridie, quod uulgo
18 nunc faciunt in quadragesima ieiunantes. Tales Philo Platonici sermonis.) Hic Philo Iudæus fuit, de quo dictum est illud, teste Hieronymo, ἢ φίλων πλατωνίζει, ἢ πλάτων φιλωνίζει, hoc est, aut Philo imitatur Platonem, aut Plato Philonem. Iosephus Græcus Liuius.) Scripsit enim Græce, tametsi Iudæus natus, sed eloquentissime, tantum in aliena profecerat lingua. Essenos refert.) Hic deprauarant, pro Essenos, esse nos debere. Esseni populus est interioris Iudææ, uergentis ad occidentem, nouum philosophorum genus: cum fœminis nullum commercium, palmulis uictitant, pecuniam spernunt, conuenarum affluxu propagatur populus Nemo tamen admittitur, ullius culpæ uel leuissimæ sibi cōscius. Hæc fermè Plinius. Nec admodum diuersa tradunt Iosephus & Philo. Phygelo & Alexandro.) Hi desciuerant à Paulo, sicut alibi demonstrauimus. Cum angelo fabulatur.) Venuste usus est uerbo familiari. Fabulantur enim inter se familiares, cum liberius colloquuntur. Fac tibi Tomum grandem.)
19 τόμους Græci uocant à secando, quod excidantur è pellibus animantium, quæ Latini à conuoluendo & euoluendo dicunt uolumina: locus est apud Esaiam capite octauo. Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stilo hominis, uelociter spolia detrahe, cito prædare. Ac paulò post sequitur: Et accessi ad prophetissam, & concepit & peperit filium &c. Cum Maria mater domini.) Exodi decimoquinto capite, Maria prophetissa soror Aaron tympanum tenens, præcinit mulierum choro, quod hic torquet ad Mariam uirginem.

ANTIDOTVS. Videtur in hac, Satyrica mordacitate inuehi in uirgines & monachos ac clericos, & argutius illorum uitam depingere. Verum quando neminem carpit nominatim, & malos reprehendit, non probos, illis imputandū est, qui sic uixerunt, non Hieronymo, qui illos suis depinxit coloribus.

AD HAEC. Videtur hic quoq; quædā durius dicere in matrimonium, cui Hieronymus non admodum fauit, imò tāto magis fauit, quod uoluit esse quàm minime inquinatū libidine, & uirginitati similimum.

mum. Nominatim illud dictum durius: Tempus amplexandi, & tempus abstinendi à complexibus. C
Significat in Euangelij lege tempus esse abstinendi à complexibus. Rursum illud: Consuant tunicas, & cætera, quasi Christi tunicam non habeant quæ nupserint. Item illud: Et tu scias uirginitatem esse naturæ, nuptias post peccatum. Significat coitum esse naturæ corruptæ, non conditæ. Sunt & alia, quæ si quis inique excutiat, dissentire uiderentur à uulgata theologorum opinione, qui matrimonium faciunt unum è septem sacramentis. Verum hæc omnia, si quo animo scripsit Hieronymus, eo legantur, nihil habent quod quenquan offendat. In hac Epistola locus ille est, quo quidam ridicule iactitant euidenter reflelli eos, qui putant Hieronymum in adolescentia perdidisse uirginitatem, id quod ipse locis aliquot ingenue fatetur. Sed istorum glorioſum errorem peperit schematis ignoratio, eo siquidem tropo dixit: Virginitatem seruamus, quo Vergilius dixit: Proceras erigit alnos. Seruat enim, qui seruandi rationem tradit. Et titulus est non de laude, sed de custodia uirginitatis. Pueriliter itaque gestiunt, qui sibi uidentur arguti, dum ita colligunt. Hieronymus seruat uirginitatem: Nemo autem seruat quod non habet, quasi non seruemus & res alienas. Alioqui si Hieronymus loquitur de sua uirginitate, quomodo sibi cohæret sermo: Nobis, inquit, diuerso tramite incedendum, uirginitatem non tantum efferimus, sed seruamus. Nec sufficit scire quod bonum est, nisi custodiatur attentius quod electum. Hæc quum quidam scripto euulgent, idque cum atroci calumnia, tamen appellari gaudent Magistri nostri, sibique uidentur semidei, miro supercilio præ se despicientes grammaticos, qui si grammaticæ litas sent, non ad hunc modum se pueris deridendos propinarent. Si tantopere fauent gloriæ sanctissimi uiri, dicere poterant, illum fuisse lapsum ante baptismum. Nam mendacijs laudari nolunt, quibus semper placuit ueritas.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Blesilla Paulæ filia, mortuo marito, admonita ualida febri, totam sese conuertit ad Christum, & monacham profiteri cœpit, non sine magna inuidia & oblatratione cognatorum, quorum obtrectationibus hic respondet diuus Hieronymus.

HIRONYMVS AD MARCELLAM
de ægrotatione Blesillæ. D

ABraham tentatur in filio, & fidelior inuenitur. Ioseph in Aegyptum uenditur, ut patrem pascat & fratres. Ezechias uicina morte terretur, & fusus in lachrymas, quindecim annorum spatio protelatur ad uitam. Petrus Apostolus domini passione cõcutitur, & amariter flens, audit: Pasce oues meas. Paulus lupus rapax, & Beniamin adolescentior in ecstasi cæcatur ut uideat: & repentino tenebrarum horrore circundatur, dominum uocat, quem dudum ut hominem persequebatur. Ita & nunc, mi Marcella, Blesillam nostram uidimus ardore febrium per triginta fermè dies iugiter æstuasse: ut sciret reijciendas delicias corporis, quod paulò post uermibus exarandum sit. Venit & ad hanc dominus Iesus, tetigitque manum eius, & ecce surgens ministrat ei. Redolebat aliquid negligentiæ, & diuitiarum fascijs colligata, in seculi iacebat sepulchro. Sed infremuit Iesus, & conturbatus in spiritu, clamauit dicens: Blesilla, ueni foras. Quæ uocata surrexit, & egressa cum domino uescitur. Iudæi minentur & tumeant, quærant occidere suscitatam: soli apostoli glorientur. Scit se uitam suam ei debere, qui reddidit. Scit se eius amplexari pedes, cuius paulò ante iudicium pertimescebat. Corpus penè iacebat exanime, & anhelos artus mors uicina quatiebat. Vbi tunc erant auxilia propinquorum? ubi uerba omni inaniora fumo? Nihil tibi debet ò ingrata cognatio, quæ mundo perijt, & Christo reuixit. Qui Christianus est, gaudeat: qui irascitur, non se esse indicat Christianum. Vidua quæ soluta est uinculo maritali, nihil necesse habet nisi perseuerare. At scandalizat quempiam uestis fuscior. Scandalizet Ioannes, quo inter natos mulierum maior nullus fuit: qui angelus dictus, ipsum quoque dominum baptizauit, quia camelorum uestitus tegmine, zona pellicea cingebatur. Cibi displicent uiliores? nihil uilius est locustis. Illæ Christianos oculos scandalizent potius, quæ purpurisso, & quibusdam fucis ora oculosque depingunt, quarum facies gypseæ, & nimio candore deformes, idola mentiuntur. Quibus si fortè improuidis lachrymarum stilla eruperit, sulco defluit: quas nec numerus annorum potest docere, quod uetulæ sint, quæ capillis alienis uerticem struunt, & præteritam iuuentutem in rugis anilibus poliunt: quæ de-

nicq

A niq; ante nepotum gregem trementes uirgunculæ componuntur. Erubescat mulier Christiana, si naturæ cogit decorem, si carnis curam facit ad concupiscentiam, in qua qui sunt, secundum Apostolum, Christo placere non possunt. Vidua nostra ante morosius ornabatur, & die tota quid sibi deesset, quærebat ad speculum. Nunc loquitur confidenter: Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginem transformamur, à gloria in gloriam quasi à domini spiritu. Tũc crines ancillulæ disponebant, & mitellis crispantibus uertex artabatur innoxius: nunc neglectum caput scit sibi tantum sufficere quod uelatur. Illo tempore plumarũ quoq; dura mollicies uidebatur, & in extructis thoris iacere uix poterat. Nunc ad orandum festina consurgit, & tinnula uoce cæteris alleluia præripiens, prior incipit laudare dominum suum. Flectũtur genua supra nudam humum, & crebris lachrymis facies psimmithio ante sordidata purgatur. Post orationem psalmi concrepant, & laxa ceruix, poplites uacillantes, in somnumque uergentes oculi, nimio mentis ardore uix impetrant ut quiescãt. Pulla tunica, minus cum humi iacuerit, sordidatur. Soccus uilior, auratorum precium calceorum egentibus largitur. Cingulum non auro, gemmisque distinctum est, sed laneum, & tota simplicitate purissimum, & quod possit magis astringere uestimenta, quàm cingere. Si huic proposito inuidet scorpius, & sermone blando de uetita rursum arbore comedere persuadet, illidatur ei pro solea anathema, & in suo morienti puluere dicatur: Vade retro Satana, quod interpretatæ, aduersę. Aduersarius quippe Christi est & antichristus, cui præcepta displicent Christi. Oro te, quid tale unquam, quale Apostoli fecimus, ut merito scandalizentur? Patrem senem cum nauicula & reti dimittunt. Publicanus à teloneo surgit, & sequitur saluatorem: uolens discipulus reuerti domum, & suis ante renunciare, magistri uoce prohibetur. Sepultura nõ datur patri: & pietatis genus est, impium esse pro domino. Nos quia serica uestę non utimur, monachi iudicamur: quia ebrij nõ sumus, nec cachinno ora dissoluimus, continentes uocamur & tristes. Si tunica non canduerit, statim illud e triuio, impostor & Græcus est. Cauillentur uafriora licet, & pingui aqualiculo fartos circunferant homines, Blesilla nostra ridebit, nec dedignabitur loquacium ranarum audire conuitia, cũ dominus eius dictus sit Beelzebub.

B

SCHOLIA.

Luitiarum fascijs.) Historiam Lazari reuocati ad uitam, accommodat ad allegoriam.

1 Vbi uerba.) Quibus ante adhortabantur, ut mundum sequeretur, opes, honorem, uoluptatem, in summa, felicitatem pollicentes, hoc est, inanissimas nugas. Nihil uilius est locustis.) Vbi sunt isti, qui stultissimos mouent tumultus, quod scribatur Ioannes locustis animantibus uesci solitus, & è locustis conantur Iouis, quod aiunt, cerebrum reddere, ne tantus uir cibo parum opiparo uideatur alij: Hieronymus fatetur, eo cibo nihil fuisse uilius, idq; putat ad illius laudem pertinere. Facies gypseæ.) Olim è gypso statuæ quoque fiebant, Galli uulgò uocant, plastre. Gypseas ergo facies uocat, cerussa oblitas & uelut incrustatas: hoc ipso deformes, quod nihil habeant ruboris. Vnde nonnullæ purpurissum adhibebãt. Trementes uirgunculæ.) Ironice dixit, anus iam, ut quibus sint filij, filijq; filiorum, & tamen perinde quasi uirgunculæ sint præ teneritudine trementes, comuntur & poliuntur. Mitellis crispantibus.) Mitellam fecit à mitra, quod est capitis ornamentum: crispantibus, quia thorulis intortæ sint. Artabatur innoxius.) Torquebant caput mitris, nihil commeritũ, cum alia membra forent crucianda. Facies psimmithio.) Quod Latini uocant cerussam, Græci ψιμμίθιον. In suo morienti puluere.) Ad hunc modum habebant exemplaria. Quanquam ipse censeo legendum pure pro puluere, à pus, quod pro ueneno nonnunquam accipitur. Horatius: Rupuli pus atque uenenum. Et in præfatione quadam in Esaiam Hieronymus ijsdem fermè uerbis utitur de pure & scorpio. Impostor & Græcus.) Impostor est, qui arte decipit. Græci olim male audiebant apud Rhomanos, ut hinc quoque apparet. Huius prouerbij meminit & alibi. Vafriora.) Id est, falsiora, magisque mordacia. Pingui aqualiculo.) Videlicet obesos, qui mulierem ieiunijs macilentam rideant.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Leæ, quæ uirginum monasterio præfuerat, mortem, cum consulis designati qui sub idem fere tempus obierat diem, morte componit: ostendens, quantum interfit inter exitum sanctorum, & interitum eorum quos hic mundus ut felices adorat.

Hieronymus

HIERONYMVS AD AD MARCELLAM DE EXITV LEAE. C

VM hora fermè tertia hodiernæ diei, ſeptuageſimum ſecundum pſalmum, id eſt, tertij libri principiũ legere cœpiſſemus, & docere cogeremur, tituli ipſius partem ad finem ſecundi libri, partem ad principium tertij libri pertinere: quod ſcilicet, defecerunt hymni Dauid filij Ieſſe, finis eſſet prioris: pſalmus uero Aſaph, principiũ ſequentis, & uſq; ad eum locũ perueniſſemus, in quo iuſtus loquitur: Dicebã, ſi narrabo ſic, ecce generationem filiorum tuorũ pręuaricatus ſum, quod in Latinis codicibus non ita habemus expreſſum, repente nobis nunciatum eſt ſanctiſſimam Leam exiſſe de corpore. Ibiq; ita te palluiſſe cõſpexi, ut uere aut pauca, aut nulla ſit anima, quæ fracto uaſe teſtaceo, 1
non triſtis erumpat. Et tu quidem, non quod futuri incerta eſſes dolebas, ſed quod triſte funeri obſequium non dediſſes. Deniq; in medijs fabulis, rurſum didicimus reliquias eius iam Oſtiam fuiſſe delatas. Quæras, quo pertineat iſta replicatio? Reſpõdebo tibi uerbis Apoſtoli, multum per omnem modum. Primum, quod uniuerſorum gaudijs proſequenda ſit, quæ calcato diabolo, coronam iam ſecuritatis accepit. Secũdo, ut eius uita breuiter explicetur. Tertio, ut deſignatum conſulem de ſuis ſeculis detrahẽtem, eſſe doceamus in tartaro. Et quidem conuerſationem Leæ noſtræ, quis poſſit digno alleuare præconio? Ita eam totam ad domi-
num fuiſſe conuerſam, ut monaſterij princeps, mater uirginũ fieret, poſt molliciem ueſtium ſacco membra triuiſſe, inſomnes orationibus duxiſſe noctes, & comites ſuas plus exemplo docuiſſe quàm uerbis. Humilitatis fuit tantæ tamq; ſubiectæ, ut quondam domina plurimorum, ancilla omnium putaretur, niſi quod eo Chriſti magis eſſet ancilla, dum domina hominum non putatur. Inculta ueſtis, uilis cibus, neglectum caput: ita tamẽ, ut cum omnia faceret, oſtentationem fugeret ſingulorum, ne reciperet in præſenti ſeculo mercedem ſuam. Nũc igitur pro breui labore æterna beatitudine fruitur, excipitur angelorum choris: Abrahę ſinibus confouetur, & cum paupere quondam Lazaro, diuitem purpuratum & non palmatum conſulem, ſed atratum, ſtillam digiti minoris cernit inquirere. O quanta rerũ mutatio: Ille quem ante paucos dies dignitatum omnium culmina præcedebãt: qui quaſi de ſubiectis hoſtibus D
triumpharet, capitolinas aſcendit arces, quem plauſu quodam & tripudio populus Romanus excepit, ad cuius interitum urbs uniuerſa commota eſt, nunc deſolatus & nudus, non in lacteo cœli palatio, ut uxor mentitur infelix, ſed in ſordẽtibus tenebris continetur. Hæc uero 2
quam unius cubiculi ſecreta uallabant, quæ pauper uidebatur & tenuis, cuius uita putabatur amentia, Chriſtum ſequitur, & dicit: Quæcunq; audiuimus, ita & uidimus in ciuitate dei noſtri, & reliqua. Quapropter moneo, & flens gemensq; conteſtor, ut dum huius mundi uiam currimus, non duabus tunicis, id eſt, duplici ueſtiamur fide. Nõ calciamentorũ pellibus, mortuis uidelicet operibus prægrauemur: Non diuitiarũ nos pera ad terram premat: Nõ uirgæ, id eſt, potentiæ ſecularis quæratur auxilium: non pariter & Chriſtum uelimus habere & ſeculum, ſed pro breuibus & caducis, æterna ſuccedant, & cũ quotidie, ſecundũ corpus loquor, præmoriamur, in cæteris non nos perpetuos exiſtimemus, ut poſſimus eſſe perpetui.

SCHOLIA.

NOn temere meminit interruptæ interprætationis. Síquidem defecerunt hymni Dauid, pertinet ad luctum de morte Leæ. Et illud: Si narrabo ſic, ecce nationem filiorum tuorum &c. pertinet ad utrunq;, ad Leam translatam ad immortalitatem, & ad impiũ diuitem ad inferos præcipitatum. Quæ fracto uaſe teſtaceo.) Ita uocat corpuſculum hoc, Eccleſia- 1
ſten ſequutus, qui per ænigma corpus hydriam uocat. Vt conteratur, inquit, hydria ſuper fontem, & confringatur rota ſuper ciſternam, & reuertatur puluis in terram ſuam unde erat, & ſpiritus redeat ad deum qui dedit illum. Significat autem diuus Hieronymus, perpaucos eſſe, qui mortem non horreant. Deſignatum conſulem.) Deſignati dicebantur, iam quidem creati, ſed qui nõdum iniſſent magiſtratum, & idcirco addit, de ſuis ſeculis detrahentem, quod interceptus fuiſſet, antequam ineundi magiſtratus dies ueniſſet. Non palmatum conſulem.) Toga conſularis palmas habebat, quemadmodum & triumphantis. Ea candida conſueuit eſſe, præſertim candidatis. Atratum.) Alluſit ad magiſtratuum petitores, qui ob candidam ueſtem, candidati uocabantur. In lacteo cœli palatio.) Alluſit ad lacteam uiam, qua poetæ fingunt iter eſſe ad Iouis arcem, reliquorũ deorum palatijs hinc atq; hinc diſpoſitis.

A spositis. Vt uxor mentitur.) Nam erat ethnici mariti uxor ethnica. Vnde iuxta ethnicorum morem
2 in deos relatum fingebat. Meminit huius in epistola ad Paulam De morte Blesillæ. Quidã codices pro mentitur habebant, commentatur: utraq; lectio probe habet. Nam commentum, figmentum uocamus. Vnde commentari. Non duabus tunicis.) Mire totum hunc euangelij locum ad allegoriam trahit. Duplici uestiamur fide.) Vt partim fidamus Christo, partim mundo. Hanc epistolam scripsit ab eremo Romam reuersus, cum Marcellam erudiret in sacris literis, ut in illius testatur epitaphio.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Paulæ primogenita filia, septimo post nuptias mense maritum amisit, deinde periit & ipsa, nomine Blesilla, maternæ auiæ uocabulum referens. Huius obitum intemperantius ac sine fine plorantem Paulam Hieronymus consolatur, atq; etiam acriter obiurgat, ostendens non esse Christianorum tantopere deflere bene uita defunctos. In ipsius autem epitaphio Paulæ, uitium hoc illi tribuit Hieronymus, quod impensissime dilexerit liberos suos. Huius epistolæ mentionem facit in eo quod modo citauimus epitaphio, testans Romæ scriptam fuisse, nimirum eo tempore quum illuc per Epiphaniũ & Paulinum episcopos è Syria retractus, Marcellæ cæterisq; nobilibus fœminis innotuisset.

HIRONYMVS AD PAVLAM SVPER obitu Blesillæ filiæ.

QVis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarũ & plorabo: non ut Hieremias ait, uulneratos populi mei, nec ut Iesus miseriam Hierusalem, sed plorabo sanctitatem, misericordiam, innocentiam, castitatẽ: plorabo omneis pariter in unius morte defeciſſe uirtutes. Non quod lugenda sit illa quæ abijt, sed quod nobis impatientius sit dolendũ, qui talem uidere desiuimus. Quis enim siccis oculis recordetur, uiginti annorum adolescentulam tam ardenti fide crucis leuasse uexillum, ut magis amissam uirginitatem, quàm mariti doleret interitum? Quis sine singultibus transeat orandi instantiam, nitorem linguæ, memoriæ tenacitatem, acumen ingenij? Si Græce loquentẽ audisses, Latine eam nescire putares. Si in Rhomanum sonum lingua se uerterat: nihil omnino
1 peregrini sermo redolebat. Iã uero, quod in Origene quoq; illo Græcia tota miratur, in pau
B cis non dicam mensibus, sed diebus, ita Hebrææ linguę uicerat difficultates, ut in discendis ca
2 nendisq; psalmis, cum matre contenderet. Humilitas uestium nõ (ut in plerisq; solet) tumentes animos arguebat, sed cum interiori se mente deiecerat, inter ancillarũ uirginũ cultum dominamq; nihil medium, nisi quod in eo facilius dignoscebatur, quod neglectius incedebat. Vacillabant ægrotatione gressus, & pallentem ac trementem faciem, uix collum tenue sustinebat, & tamen aut prophetam, aut Euangelium semper in manibus tenebat. Lachrymis ora complentur, singultus occupat uocem, & hærentem linguam, uiscera commota non laxant. Cum sanctum corpusculum febrium ardor excoqueret, & semianimæ lectulum uallaret circulus propinquorum, hæc in extrema uerba mandabat: Orate dominũ Iesum ut mihi ignoscat, quia implere non potui, quod uolebam. Secura esto mi Blesilla: confidimus, probas uera quæ dicimus: Nunquam est sera conuersio. Vox hæc primum dedicata est in latrone: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Postquam autem sarcina carnis abiecta, ad suum anima reuolauit autorem, & in antiquam possessionem diu perigrinata conscendit: ex more parantur exequiæ, & nobilium ordine præeũte, aureum feretro uelamen obtenditur. Videbatur mihi tunc clamare de cœlo: Non agnosco uestes, amictus iste nõ est meus, hic ornatus alienus est. Sed quid agimus? Matris prohibituri lachrymas, ipsi plangimus. Confiteor affectus meos, totus hic liber fletibus scribitur. Fleuit & Iesus Lazarum, quia amabat illum. Non est optimus consolator, quem proprij uincũt gemitus, cuius uisceribus emollitis, fracta in lachrymis uerba desudant. Testor mi Paula Iesum, quem Blesilla nunc sequitur: testor sanctos angelos, quorum consortio fruitur, eadem me dolorum perpeti tormenta quæ pateris: patrem esse spiritu, nutritiũ charitate, & interdum dicere: Pereat dies illa, in qua natus sum. Et, hei mihi mater, ut quid genuisti me uirum, qui dicerer discrimen omni terræ. Et illud: Iustus es domine, ueruntamen iudicia loquar ad te. Quid est, quod uiæ peccatorum prosperantur? Et, mei quoq; penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. Quia zelaui in peccatoribus, pacem peccatorum uidens. Et dixi: Quomodo cognouit deus, & si est

ſcientia in excelſo? Ecce ipſi peccatores & abundantes in ſeculo, obtinuerunt diuitias. Sed rur c
ſus illud occurrit: Si narrauero ſic, ecce generationem filiorũ tuorum prævaricatus ſum. Nun/
quid & in meam mentem, non hic ſæpius fluctus illiditur? Quare ſenes impĳ, ſeculi diuitĳs
perfruuntur? quare adoleſcẽtia rudis, & ſine peccato pueritia, immaturo flore meritur? Quid
cauſæ eſt, ut ſæpe bimuli trimuliq; , & ubera materna lactentes à dæmonio corripiantur, re/
pleantur lepra, morbo regio deuorentur? & econtrario, impĳ, adulteri, homicidę, ſacrilegi, ue
geti atq; ſecuri de ſua ſanitate, in deum blaſphement? Præſertim cum iniuſticia patris non re
dundet ad filium: & anima quæ peccauerit, ipſa moriatur. Aut ſi manet uetus illa ſententia,
peccata patrum in filios oportere reſtitui, iniquum ſit longæui patris innumera delicta in in/
nocentem infantiam repenſare. Et dixi: Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meũ, & laui inter inno/
centes manus meas, & factus ſum flagellatus tota die. Sed cum hæc cogitarem, ſtatim didi/
ci cũ propheta: Et ſuſcepi, ut cognoſcerem: hic labor eſt in cõſpectu meo, donec ingrediar ſan
ctuarium dei, & intelligam in nouiſſima eorũ. Iudicia enim domini abyſſus multa. Et, ò pro/
fundum diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei, quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſti/
gabiles uiæ eius. Bonus eſt deus, & omnia quæ bonus facit, bona ſint neceſſe eſt. Mariti
orbitas irrogatur, plango quod occidit. Sed quia ſic placet domino, æquo animo ſuſtinebo.
Vnicus raptus eſt filius, durum quidem, ſed tolerabile, quia ſuſtulit ille, qui dederat. Si cæcus
fuero, amici me lectio conſolabitur. Si auditum quoque ſurdæ aures negauerint, uacabo à
uitĳs: nihil aliud, niſi dominum cogitabo. Imminebit ſuper hæc & dura pauperies, frigus, lan
guor, & nuditas: extremam expectabo mortem, & breue putabo malum, quod finis meliot
ſubſequatur. Conſideremus quid ethicus ille pſalmus ſonet: Iuſtus es domine, & rectum iu/
dicium tuum. Hoc non poteſt dicere, niſi ille, qui ad uniuerſa quæ patitur, magnificat domi/
num, & ſuo merito imputans, in aduerſis de eius clementia gloriatur. Exultauerunt enim fi/
liæ Iudæ in omnibus iudicĳs domini. Si Iuda confeſſio interpretatur: confitens autem omnis
anima credentis eſt: neceſſe eſt, ut qui ſe credere dicit in Chriſto, in omnibus Chriſti iudicĳs D
gaudeat. Sanus ſum, gratias refero creatori. Langueo, & in hoc laudo domini uoluntatem.
Quando enim infirmor, tunc fortis ſum, & uirtus ſpiritus in carnis infirmitate perficitur. Pa/
titur & Apoſtolus aliquid quod non uult, pro quo ter dominum deprecatur. Sed dicitur ei:
Sufficit tibi gratia mea, quia uirtus in infirmitate perficitur, & ad reuelationũ humiliandam
ſuperbiam, monitor quidam humanæ imbecillitatis apponitur, in ſimilitudinem triumphan
tium, quibus in curru retro comes adhærebat per ſingulas acclamationes ciuium, dicens: Ho
minem te eſſe memento. Cur autem durũ ſit, quod quandoq; patiendũ eſt? Et cur dolemus
quenquã mortuũ? Ad hoc enim nati ſumus, ut maneamus æterni? Abrahã, Moyſes, Eſaias,
Petrus, Iacobus, Ioannes, Paulus electionis uas, & ſuper omnia filius dei, moritur: & nos indi
gnamur aliquem exire de corpore, qui ad hoc forſitan raptus eſt, ne malitia mutaret intelle/
ctum eius? Placita enim erat deo anima eius. Propter hoc properauit educere eam de media
iniquitate, ne longo uitæ itinere, deuĳs oberraret anfractibus. Lugeatur mortuus, ſed ille,
quem gehenna ſuſcipit, quẽ tartarus deuorat, in cuius pœnã æternus ignis æſtuat. Nos quo/
rum exitum angelorũ turba comitatur, quibus obuiam Chriſtus occurrit: grauemur magis,
ſi diutius in tabernaculo iſto mortis habitemus. Quia quãdiu hic moramur, peregrinamur
à domino. Illa illa nos cupido teneat: Hei mihi, quia peregrinatio mea prolongata eſt à me,
habitaui cum habitantibus Cedar, multũ peregrinata eſt anima mea. Si cedar tenebræ ſunt,
& mundus iſte ſunt tenebræ, quia lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non cõprehenderunt:
faueamus Bleſillæ noſtræ, quæ de tenebris migrauit ad lucem, & inter fidei incipientis ardo/
rem, conſummati operis percepit coronam. Reuera ſi ſeculare deſiderium: &, quod deus à ſu/
is auertat, delitias uitæ huius cogitantem, mors immatura rapuiſſet: plangenda erat, & omni
lachrymarum fonte ploranda. Nunc uero cum propitio Chriſto, ante quatuor fermè men/
ſes, ſecundo quodammodo propoſiti ſe baptiſmo lauerit, & ita deinceps uixerit, ut calcato
mundo, ſemper monaſterium cogitarit, nõ uereris, ne tibi ſaluator dicat: Iraſceris Paula, quia

tua

A tua filia,mea facta est filia? Indignaris de iudicio meo, & rebellibus lachrymis facis iniuriam possidenti? Scis enim quid de te,quid de cæteris tuis cogitem. Cibum tibi denegas,non ie iuniorum studio, sed doloris. Non amo frugalitatem istam.Ieiunia ista aduersarij mei sunt.
3 Nullam animam recipio,quæ me nolente,separatur à corpore. Tales stulta philosophia habeat martyres,habeat Zenonem,Cleombrotum,uel Catonem. Super nullũ requiescit spiritus meus,nisi super humilem & quietum, & trementem uerba mea. Hoc est quod mihi in monasterio promittebas? Quod habitu à matronis cæteris separato,tibi quasi religiosior uidebaris? Mens ista quæ plangit,sericarum uestium est. Interciperis & emoreris,& quasi non in meas manus uentura sis,crudelem iudicem fugis.Fugerat quondã & Ionas animosus propheta,sed in profundo maris meus fuit.Si uiuentem crederes filiam,nunquam plangeres ad meliora migrasse.Hoc est quod per Apostolum meum iusseram, ne pro dormientibus in similitudinem gentium tristaremini.Erubesce,ethnicæ comparatione superaris.Melior diaboli ancilla,quàm mea est.Illa infidelem maritum translatum fingit in cœlum,tu mecum tuam filiam commorantem,aut non credis,aut non uis. Sed dicis:quomodo lugere me prohibes, cum & Iacob Ioseph in sacco fleuerit: congregatisq; ad se omnibus propinquis noluerit consolari,dicens:Descendam ad filium meum lugens in infernum? Et Dauid Absalon cooperto capite planxerit,repetens: Filius meus Absalon, Absalon filius meus: quis dabit,ut moriar pro te filius meus Absalon? Moysi quoq; & Aaron,cæterisq; sanctorum solennis sit luctus exhibitus? Perfacilis ad ista responsio est, Luxisse Iacob filium, quem putabat occisum, ad quem & ipse erat ad inferos descensurus,dicens:Descendam ad filium meum lugens in infernum,quia necdum paradisi ianuam Christus effregerat,nec dum flammeam illam romphe am & uertiginem præsidentium cherubim,sanguis eius extinxerat. Vnde & Abraham licet in loco refrigerij, tamen apud inferos cum Lazaro fuisse scribitur. Et Dauid iuste fleuisse fi-
B lium parricidam,qui alium paruulum,postquam ut uiueret impetrare non potuit, quia sciebat non peccasse,non fleuit.De Moyse uero & Aaron, quod eis ex ueteri more sit planctus exhibitus,non mirandum est,cum & in Actis apostolorum iam Euangelio coruscante,Stephano fecerint Hierosolymæ fratres planctum magnum:Et utique planctus magnus, non in plangentium exanimatione, ut tu putas: sed in pompa funeris,& exequiarum frequentia intelligendus sit. Deniq; de Iacob scriptura sic loquitur: Et ascendit Ioseph sepelire patrem suum,& ascenderunt cum eo omnes pueri Pharaonis, & seniores domus eius, & seniores omnis terræ Aegypti, & omnis domus Ioseph & fratres eius. Et post paululum: Et ascenderunt cum eo quadrigæ & equites, & facta sunt castra grandia nimis. Ac deinde: Et planxerunt eum planctu magno, & forti nimis. Planctus iste solennis, non longas Aegyptijs imperat lachrymas, sed funeris monstrat ornatum. Iuxta quem modum Aaron quoque & Moysen, fletos esse manifestum est. Nequeo satis scripturæ laudare mysteria, & diuinum
4 sensum,in uerbis licet simplicibus admirari, quid sibi uelit quod Moyses plangitur, & Iesus Naue uir sanctus sepultus refertur, & tamen fletus esse non scribitur. Nempe illud quod in Moyse, id est, in lege ueteri sub peccato Adam omnes tenebantur elogio, & ad inferos descendentes,consequenter lachrymæ prosequebantur,secundum Apostolum, qui ait: Et regnauit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam super eos qui non peccauerunt. In Iesu uero, id est, in Euangelio:per quem paradisus est apertus,mortem gaudia prosequuntur, flentesq; hodie Iudæi, & nudatis pedibus in cinere uolutati,sacco incubant. Ac ne quid desit superstitioni,ex ritu uanissimo pharisæorum, primum cibum lentis accipiunt, uidelicet ostendentes quali edulio primogenita perdiderint. Sed merito, quia in resurrectionem domini non credentes,antichristi præparantur aduentui.Nos uero qui Christum induimus,& facti sumus,iuxta Apostolum,genus regium & sacerdotale,non debemus super mortuos contristari.Et dixit,inquit, Moyses ad Aaron & Eleazar & Ithamar filios eius, qui relicti erant: Caput uestrum non denudabitis & uestimenta uestra non scindetis,ne moriamini, & super omnem synagogam ueniat ira. Nolite, inquit, scindere uestimenta uestra, & luctum exhi-

bere gentilem,ne moriamini. Mors noſtra peccatum eſt: Et, quod forſitan crudele alicui uideatur,ſed fidei neceſſarium eſt,in eodem Leuitico ſcribitur:quomodo ſacerdos magnus ad patrem,matrem, fratresq́;,uel liberos mortuos prohibeatur accedere:ne uidelicet anima dei ſacrificijs uacans, & tota in illius myſterijs occupata,aliquo impediatur affectu.Nónne alijs uerbis idipſum in Euangelio præcipitur, ut non renunciet domui diſcipulus? ut mortuo patri non exhibeat ſepulturā? Et de ſanctis, inquit, non exiet,& nō contaminabitur ſanctificatio dei eius, quia ſanctum oleum unctionis à deo ſuper eum eſt. Certe poſtquam credimus in Chriſtum, & oleo unctionis eius accepto, illum portamus in nobis, non debemus exire de templo, id eſt,de propoſito Chriſtiano: non foras egredi, incredulitati uidelicet gentilium commiſceri,ſed eſſe ſemper intrinſecus,id eſt, uoluntati domini miniſtrare. Hæc idcirco dicimus: ne ignorantia ſcripturarum autoritatem tibi præberet in luctu,& uidereris rationabiliter errare.Et adhuc ſic loquutus ſum, quaſi unam de turbis conuenerim Chriſtianam. Nunc uero cum ſciam toti te renunciaſſe mundo, & abiectis calcatisq́; delitijs ſeculi, orationi,ieiunijs, lectioni uacare quotidie,cum ad exemplum Abraham cupias exire de terra tua, & de cognatione tua,ut & Chaldæis & Meſopotamia derelictis, terram repromiſſionis introeas,cum omnem ſubſtantiolam, aut pauperibus dilargita ſis,aut filijs ante mortem mundo mortua dederis:miror te ea facere, quæ ſi facerent cæteræ,reprehenſione dignæ uiderentur.Redit tibi in memoriam confabulatio eius, blanditiæ,ſermo,conſortium:& quod his careas,pati non potes.Ignoſcimus matris lachrymis, ſed modum quærimus in dolore. Si parentem cogito,non reprehendo quod plangis.Si Chriſtianam & monacham, iſtis nominibus mater excluditur. Recens uulnus eſt,& tactus iſte quo blandior, non tam curat, quàm exaſperat.Attamen quod tempore mitigandū eſt,cur ratione non uincitur? Nam & Noemi famem fugiens in terra Moab,& maritū perdidit & filios,& cum ſuorū auxilio eſſet deſtituta, Ruth alienigena ab eius latere non recedit. Vide quanti meriti ſit deſertæ præſtitiſſe ſolatium. Ex eius ſemine Chriſtus oritur.Reſpice Iob,quanta ſuſtinuit,& uidebis te nimium delicatam, illum erectis in cœlum oculis,inter ruinas domus,pœnas ulceris, innumeras orbitates, & ad extremum uxoris inſidias, inuictam tenuiſſe patientiam. Scio quid reſponſura ſis: Hoc illi quaſi iuſto ad probationem eueniſſe.Et tu è duobus elige, quod uelis:aut ſancta es, & probaris:aut peccatrix,& iniuſte quereris, minora ſuſtinens quàm mereris. Quid uetera replicem? Præſentia exempla ſectare.Sancta Melania noſtri temporis inter Chriſtianos uera nobilitas,cum qua tibi dominus,mihiq́; concedat in die ſua habere partem, calente adhuc mariti corpuſculo,& necdum humato, duos ſimul perdidit filios. Rem ſum dicturus incredibilem, ſed teſte Chriſto,non falſam. Quis illam tunc non putaret more lymphatico, ſparſis crinibus,ueſte conſciſſa,lacerum pectus inuadere? Lachrymæ gutta non fluxit, ſtetit immobilis: & ad pedes aduoluta Chriſti,quaſi ipſum teneret,arriſit. Expeditius, inquit, tibi ſeruitura ſum domine,quia tanto me onere liberaſti.Sed forſitan ſuperatur in cæteris.Quinimò qua illos mente cōtempſerit, in unico poſtea filio probat:cui omni quam habebat poſſeſſione conceſſa, ingruente iam hyeme, Hieroſolymam nauigauit.Parce quæſo tibi, parce filiæ cum Chriſto iam regnanti:parce ſaltem Euſtochio tuæ, cuius parua adhuc ætas, & rudis penè infantia,te magiſtrante dirigitur.Seuit nunc diabolus,& quia unam cernit de tuis liberis triumphantem,obtritū ſe eſſe condolens,quærit in remanente uictoriam,quam in præeunte iam perdidit.Grandis in ſuos pietas,impietas in deum eſt.Abraham unicum filium lętus interficit, & tu unam de pluribus quereris coronatam? Non poſſum ſine gemitu eloqui, quod dicturus ſum.Cum de media pompa funeris, te exanimem referrent, hoc inter ſe populus muſſitabat:Nónne illud eſt quod ſæpius dicebamus? Dolet filiā ieiunijs interfectam, quod non uel de ſecundo eius matrimonio tenuerit nepotes.Quouſq; genus deteſtabile monachorum non urbe pellitur? non lapidibus obruitur? non præcipitatur in fluctus? Matronam miſerabilem ſeduxerunt,quæ quàm monacha eſſe noluerit, hinc probatur,quod nulla gentilium ita ſuos unquam fleuerit filios. Qualem putas ad iſtas uoces Chriſtū habuiſſe triſticiam?

A stitiam? Quomodo exultasse satanam, qui nunc tuam animam eripere festinans, & pij tibi proponens doloris illecebram: dum ante oculos tuos, filiæ semper imago uersatur, cupit matrem simul necare uictricis, & solitudinem sororis inuadere relictæ. Non ut terream loquar, sed ut mihi testis est dominus, quasi ante tribunal eius assistens, in hæc te uerba cõuenio. Detestandæ sunt istæ lachrymæ, plenæ sacrilegio, incredulitate plenissimæ, quæ nõ habent modum, quę usq; ad uiciniã mortis accedunt. Vlulas & exclamitas, & quasi quibusdam facibus accensa, quantum in te est, tui semper homicida es. Sed ad talem clemens ingreditur Iesus, & dicit: Quid ploras? Non est mortua puella, sed dormit. Irrideant circunstantes. Ista infidelitas Iudæorum est. Te quoq; si ad sepulchrũ filiæ uolueris uolutari, angelus increpabit: Quid quæris uiuentem cũ mortuis? Quod quia Maria fecerat Magdalene, postquam uocem domini se clamantis agnouit, ad eius prouoluta pedes audit: Ne tetigeris me, necdũ enim ascendi ad patrem meũ, id est, non mereris tangere resurgentem, quem mortuũ existimas in sepulchro. Quas nunc existimas Blesillam nostram pati cruces, quæ ferre tormenta, quod tibi Christum uideat subiratum? Clamat nũc illa lugenti, si unquam me amasti mater, si tua ubera suxi, si tuis institituta sum monitis, ne inuideas gloriæ meæ: nec hoc agas, ut à nobis in perpetuũ separemur. Putas esse me solam? Habeo pro te Mariam matrem domini. Multas hîc uideo, quas ante nesciebam. O quanto melior est iste comitatus. Habeo Annam quondã in euangelio prophetantem: &, quo magis gaudeas, tantorum annorum labores, ego in tribus mensibus consequuta sum. Vnam palmã castitatis accepimus. Misereris mei, quia mundum reliqui? At ego uestri sortem doleo, quos adhuc seculi carcer includit, quos quotidie in acie præliantes, nunc ira, nunc auaricia, nunc libido, nunc uariorũ incentiua uitiorũ, pertrahunt ad ruinã. Si uis, ut mater mea sis: cura placere Christo. Non agnosco matrem, meo domino displicentem. Loquitur illa & alia multa, quæ taceo, & pro te dominum rogat, mihiq; ut de eius mente securus sim, ueniam impetrat peccatorũ: quod monui, quod hortatus sum, quod
B inuidiam propinquorum, ut salua esset, excepi. Itaq; dum spiritus hos artus regit, dũ uitæ huius fruimur commeatu, spondeo, promitto, polliceor, illam mea lingua resonabit, illi mei dedicabuntur labores, illi meum sudabit ingenium: Nulla erit pagina, quę non Blesillam sonet. Quocũq; sermonis nostri monumenta peruenerint, illa cum meis opusculis peregrinabitur. Hanc in mea mente defixam legent uirgines, uiduæ, monachi, sacerdotes. Breuis uitæ spatiũ, æterna memoria compensabit. Quæ cum Christo uiuit in cœlis, in hominum quoq; ore uiC ctura est. Transibit & præsens ætas, sequentur secula post futura, quæ sine inuidia iudicabũt. Inter Paulæ Eustochiiq; nomen media ponetur. Nunquam in meis moritura est libris. Audiet me semper loquentem cum sorore, cum matre.

SCHOLIA.

1 NItorem linguæ.) Hieronymus in muliercula laudat elegantiam sermonis, cum hodie sapientes isti, pulchrum ducant spurce loqui, & Christianum hominem decere linguæ sordes. In Origene quoque illo.) Illo addidit ob emphasim. Nam si in tam incomparabili uiro miratur Græcia, quod unam Hebræam linguam adiecerat suæ, quanto magis mirandum, fœminam esse trilinguem? Testatur alijs aliquot locis Hieronymus, Origenem Hebraicas didicisse literas, ut diffisus Septuaginta, ueteris testamenti ueritatem ex ea peruestigaret, præsertim in Tomis, in quibus accuratius disputat. Nam in homilijs uulgata utitur æditione. Cum matre contenderet.) Contenderet dixit in bonam partem pro certaret, non quod uere certaret, sed quod
2 eò profecerit, ut certare posset. Tumentes animos.) Animi plurali numero, ferociam significant & fastum. Arguebat posuit pro indicabat, ut Vergilius: Degeneres animos timor arguit. Vacillabant ægrotatione.) Nonnulli codices scriptum habebant: Vacillabat ægrotatione fessa. Vtraq; lectio probe habet, nisi quod posterior mihi magis arridet. Pallentem ac trementem.) Vtrunque consequi solet morbum. Pallor ob uitiatos humores, & exhaustum sanguinem: & tremor ob uires extenuatas. Et semianimem in lectulum.) Hunc locum in omnibus deprauatum exemplaribus, ita restituimus: Et semianimæ lectulum uallaret circulus propinquorum. Mariti orbitas.) Noue dixit mariti mortem, mariti orbitatem. Propositi se baptismo.) Significat illi in animo fuisse, monacham
3 fieri, sed morte præuentam, nondum adisse monasterium. Irasceris Paula.) Apte ad affectus indu-

xit prosopopeiam,dum Christum ipsum loquentem facit. Habeat Zenonem.) Zeno sibi mortem c
consciuit,ut quidam putant,laqueo,ut alij,inedia. Testis Laertius in eius uita. Theombrotū.)Legen/
gendum est Cleombrotum. Is fuit adolescēs Ambraciotes,qui de tecto se præcipitem dedit,ut patet ex
Græco epigrammate.Εἰσὶ ἐθέλῃς τὸν παῖδα Κλεόμβροτον ἀμβρακιώτην μιμοῦ, καὶ τέγεων σὸν δέμας ἐκχάλασον. Id est, Quod si uelis iuuenem Cleombrotum Ambraciotam imitare, & de tectis tuum corpus de/
mitte. Catonem.) Vticensem,qui gladio in uentrem adacto,ac manu reuulsis uisceribus perijt,ut re/
fert Plutarchus in eius uita. Ethnicæ comparatione superaris.) Hanc apparet fuisse cognatam Paulę,
cuius meminit in epistola,cuius initium:Cum hora ferme tertia, ut uxor mentitur infelix. Mos autem
erat ethnicis,ut uxores,manes maritorū pro dijs colerent,& in lararío haberent, quasi iam essent in deo
rum numerum relati. Moyses plangitur.) De Moysi planctu legis Deuter. cap.ult. De Iosue sepulto 4
absq; fletus mentione,Iosue capite ultimo. Consequenter.) ἀκολουθῶς, id est, congruenter & merito;
qua uoce ad eundem modum utitur & alibi. In Leuitico.) Cap. 21. legis de huiusmodi. Et de san/
ctis inquit.) Est eodem in loco.Super patre quoq; suo & matre non contaminabitur, nec egredietur de
sanctis,ne polluat sanctuarium domini, quia oleum sanctæ unctionis dei sui super eum est. Quo blan/
dior.) Blandior hoc loco uerbum est,non nomen. Quas nunc existimas.) Inducit alteram prosopo/
peiam,cum filiam loquentem facit defunctam. Nunquam in meis moritura est.) Vide ut intellexerit
diuus Hieronymus,sua scripta semper uictura, in quibus immortalem famam pollicetur Blesillæ. Neq;
enim est ipsa,sibi incognita uirtus.Præsensit & prædixit Horatius ac Vergilius, ingenij sui monumen/
ta perpetuo uictura. Præsensit & Ouidius.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Paulina Paulæ filia,post Blesillam natu maxima,nupserat Pammachio iuueni docto cum primis,&
nobili, qua defuncta,monachi propositum suscepit, opes suas in pauperum subsidium elargiens. Lau/
dat Hieronymus uxorem defunctam,adhortans maritum,ut in sancto proposito pergat: uerecunde si/
gnificans,ut in Bethlehem se conferat, angustia rei familiaris laborantem, & Paulæ socrui, Eustochioq;
cognatæ sese adiungat.Hæc epistola tametsi breuis est,tamen multum habet & eruditionis & eloquen
tiæ,utpote ad uirum eruditum & eloquentem scripta, à uiro omnium & doctissimo & eloquentissimo.
Scripsit ad eundem & alia permulta.

AD PAMMACHIVM CONSOLATIO SVPER obitu Paulinæ uxoris.

D
1
SAnato uulneri & in cicatricem superductæ cuti,si medicina colorem reddere uo/
luerit,dum pulchritudinem corporis quærit, plagam doloris instaurat. Ita & e/
go serus consolator, qui importune per biennium tacui, uereor ne nunc impor/
tunius loquar, & attrectans uulnus pectoris tui,quod tempore & ratione cura/
tum est,cōmemoratione exulcerem.Quæ enim aures tam duræ, quæ de silice excisa præcor
dia,& Hyrcanarum tigrium lacte nutrita, possunt sine lachrymis Paulinæ tuæ audire no/ 2
men? Quis parturientem rosam & papillatum corymbum, antequam in calathum funda/
tur orbis. & tota rubentium foliorum pandatur ambitione,immature demessum,æquis ocu
lis marcescere uideat? Fractum est preciosissimum margaritum. Virens smaragdi gemma 3
contrita est.Quid boni habeat sanitas,languor ostēdit.Plus sensimus quod habuimus,post/
quam habere desiuimus. In agro terræ bonæ, tres fructus legimus, centesimum, sexagesi/ 4
mum, & tricesimum.In tribus mulieribus & sanguine & uirtute coniunctis, tria Christi præ/
mia recognosco.Eustochium uirginitatis flores metit.Paula laboriosam uiduitatis aream te/
rit. Paulina castum matrimonij cubile seruat. Tali filiarum mater fulta comitatu, totum in
terris uindicat quod Christus promisit in cœlo. Et ut quadrigam domus una emitteret san/
ctitatis, & fœminarum uirtutibus responderent uiri, additur comes Pammachius, uerum
Ezechielis Cherubim,cognatus,gener, maritus, imò frater amantissimus, quia sancta con/
sortia spiritus,uocabula nō tenent nuptiarum.Huic quadrigæ Iesus pręsidet.De his equis &
Abacuc canit:Ascende super equos tuos,& equitatio tua salus. Impari cursu, pari animo ad
palmam tenditur. Discolores equi, sed uoluntate concordes,unum aurigæ iugum trahunt,
non expectantes flagelli uerbera,sed ad uocis hortamenta feruentes.Dicamus aliquid & de
philosophis.Quatuor uirtutes scribunt Stoici, ita sibi inuicem nexas, & mutuo cohærentes,
ut qui unam non habuerit, omnibus careat,prudentiam,iusticiam,fortitudinem, temperan/
tiam.Has omnes sic habetis singuli, ut tamen emineatis in singulis. Prudentia in te, in ma/

tre

A tre iuſticia, in uirgine fortitudo, in nupta temperantia prædicatur. Quid enim eo ſapien-
tius, qui contempta mundi ſtultitia, Chriſtum ſequutus eſt, dei uirtutem & dei ſapientiam?
Quid matre iuſtius, quæ inter liberos opibus diſtributis, docuit diuitias contemnendo, quid
filij amare deberent? Quid Euſtochio fortius, quæ nobilitatis portas, & arrogantiam gene
ris conſularis, uirginali propoſito fregerit, & in urbe prima, primum genus ſubiugauerit pu-
dicitiæ? Quid Paulina temperantius? quæ legens illud Apoſtoli: Honorabiles nuptiæ &
cubile immaculatum, nec ſororis felicitatem, nec matris continentiam auſa appetere, maluit
in humilioribus tuta pergere, quàm pẽdulo gradu in ſublimioribus fluctuare? Quanquam
illa ſemel inito matrimonio, nihil aliud diebus ac noctibus cogitauerit, niſi ut reddito fructu
nuptiarũ, ſecundũ caſtimoniæ gradum arriperet, & tanti dux fœmina facti, uirum propoſi-
to ſuo iungeret, non relinquens ſalutis comitem, ſed expectans. Dumq; crebris abortiis, &
experta fœcunditate conceptuum, non deſperat liberos, & ſocrus auiditatem, maritiq; triſti-
4 tiam pręponit imbecillitati ſuæ, paſſa eſt aliquid de Rachelis exemplo. Pro filio doloris, dex
teræ uirum, deſiderij ſui peperit hæredem. Certisq; autoribus didici illam, non primæ ſen-
tentiæ dei: Creſcite & multiplicamini, & replete terram: nec officio coniugali ſeruire uoluiſſe,
ſed ad hoc optaſſe filios, ut Chriſto uirgines pareret. Legimus & uxorem ſacerdotis Phine-
es audita captiuitate arcæ domini, ſubito uteri dolore correptam, ædidiſſe filium Ichabod,
& inter manus & officia fœminarum, animam emiſiſſe cum prole. De prima, Beniamin,
hoc eſt, filius uirtutis ac dexteræ: de ſecunda inclytus ſacerdos dei, ex arcæ cognomine na-
5 ſcitur. Nobis poſt dormitionem ſomnumq; Paulinę, Pammachium monachum eccleſia pe
perit poſthumum, & patris & cõiugis nobilitate patritium, eleemoſynis diuitem, humilitate
ſublimem. Apoſtolus ſcribit ad Corinthios: Videte fratres uocationem ueſtram, quia non
multi ſapientes, non multi nobiles. Hoc naſcentis eccleſiæ rudimenta poſcebant, ut granum
ſinapis paulatim in arborem creſceret, ut ſenſim euangelij fermentum, totam eccleſiæ maſ-
B ſam altius eleuaret. Noſtris temporibus Roma poſſidet, quod mundus ante neſciuit. Tunc
rari ſapientes, potentes, nobiles, Chriſtiani: Nunc multi monachi ſapientes, potentes, nobi-
les. Quibus cunctis Pammachius meus ſapientior, potentior, nobilior, magnus in magnis,
primus in primis, ἀρχιστρατηγὸς monachorum. Tales Paulina morte ſua nobis liberos de
dit, quos uiuens concupiuerat poſſidere. Lętare ſterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ
non parturis, quoniam quot Romæ ſunt pauperes, tot filios repente genuiſti. Ardentes
gemmæ, quibus ante collum & facies ornabantur, egentium uentres ſaturant. Veſtes ſericæ
& aurum in fila lenteſcens, in mollia lanarum ueſtimenta mutata ſunt, quibus repellatur fri-
gus, non quibus nudetur ambitio. Delitiarum quondam ſupellectilem, uirtus inſumit. Ille
cæcus extendens manum, & ſæpe ubi nemo eſt, clamitans: hæres Paulinæ, cohæres Pamma
chij eſt. Illum truncum pedibus, & toto corpore ſe trahentem, tenerę puellæ ſuſtentat ma-
nus. Fores quæ prius ſalutantium turbas uomebant, nunc à miſeris obſidentur. Alius tumen
ti aqualiculo mortem parturit, alius elinguis & mutus, & ne hoc quidem habens unde ro-
get, magis rogat, dum rogare non poteſt. Hic debilitatus à paruo, non ſibi mendicat ſtipem.
Ille putrefactus morbo regio, ſupuiuit cadaueri ſuo. Non mihi ſi linguę cẽtum ſint, oraq;
6 centum: Omnia pœnarum percurrere nomina poſſim. Hoc exercitu comitatus ince-
dit, in his Chriſtum confouet, horum ſordibus dealbatur. Munerarius pauperum, & egen-
tium candidatus, ſic feſtinat ad cœlum. Cæteri mariti ſuper tumulos cõiugum ſpargunt uio-
las, roſas, lilia, floresq; purpureos, & dolorem pectoris his officijs cõſolantur. Pammachius
noſter ſanctam fauillam oſſaq; ueneranda, eleemoſynæ balſamis rigat. His pigmentis atq;
odoribus fouet cineres quieſcentes, ſciens ſcriptum: ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemo-
ſyna peccatum. Quãtas uires habeat miſericordia, & quibus donãda ſit præmijs, beatus Cy
prianus grandi uolumine executus, & Danielis conſilium probat, qui regem impijſſimum ſi
ſe audire uoluiſſet, ſcit pauperum ſuſtentatione ſaluãdum. Gaudet huiuſcemodi filiæ mater
hærede, Non dolet opes ad alium perueniſſe, quas cernit ijſdẽ quibus ipſa uoluerat, erogari.

Quin potius gratulatur absq; labore suo, sua uota compleri. Non enim substantiæ diminu- C.
tio,sed operarij commutatio est. Quis enim hoc crederet,ut consulum pronepos, & Furiani 7
germinis decus,inter purpuras senatorum, furua tunica pullatus incederet, & non erubesce-
ret oculos sodaliũ,ut deridentes se derideret? Est confusio quæ ducit ad mortem,& est confu
sio,quæ ducit ad uitam. Prima uirtus est monachi, contemnere hominum iudicia,& semper
Apostoli recordari,dicentis: Si adhuc hominibus placere uellem,Christi seruus non essem.
Tale quid & dominus loquitur ad prophetas,quod posuerit faciem eorum quasi urbem æ-
neam,& lapidem adamantinũ,& columnam ferream,ne pauerent ad iniurias populi,sed im
pudentiam subsannantiũ,frontis rigore contererent. Ingenia liberaliter educata, facilius uere
cundia,cp̃ metus superat. Et quos tormenta non uincunt,interdum uincit pudor. Non est pa
rum,uirum nobilem,uirum disertũ,uirum locupletem,potentiũ in plateis uitare comitatum,
miscere se turbis,adhærere pauperibus,rusticis copulari, de principe uulgũ fieri. Sed quanto
humilior,tãto sublimior est. Lucet margaritum in sordibus,& fulgor gemmæ purissimæ, A.
etiam in luto radiat: Hoc est quod dominus repromisit: Glorificantes me,glorificabo. Alij
hoc intelligant de futuro,quando mœror uertetur in gaudium,& transeunte mundo sancto
rum corona non transit: Ego & in præsentiarũ uideo sanctorum promissa compleri. Antecp̃
Christo tota mente seruiret,notus erat in senatu, sed multi alij habebant insulas proconsula
res. Totus orbis huiuscemodi honoribus plenus est. Primus erat,sed inter primos. Præcede-
bat alios dignitate, sed & alios sequebatur. Quamuis clarus honor,uilescit in turba,& apud
uiros bonos indignior fit ipsa dignitas,quam multi indigni possident. Vnde egregie de Cæ
sare Tullius,cum quosdam,ait,ornare uoluit,non illos honestauit,sed ornamenta ipsa turpa
uit. At nunc omnes Christi ecclesię Pammachiũ loquuntur. Miratur orbis pauperem,quem
hucusq; diuitem nesciebat. Quid consulatu illustrius? Annuus honor est,& postquam alius
successerit,prior desinit. Latent in multitudine laureæ,& triumphi interdum triumphantium
sordibus polluuntur. Quod ante per manus patritias tradebatur, & sola nobilitas posside- D.
bat, quo consul Marius, uictor Numidiæ & Teuthonum atque Cimbrorum, ob ignobili- 8
tatem familię putabatur indignus,quod Scipio ultra annos pro uirtute meruit,nunc sola mi
litia possidet,& agrestia dudũ corpora,fulgens palma circundat. Plus ergo accepimus, quàm
dedimus. Parua dimisimus,& grandia possidemus. Centuplicato fœnore Christi promissa
redduntur. In tali & Isaac quondam agro seuerat, qui paratus ad mortem,ante euangelium,
euangelicam portauit crucem. Si uis,inquit,perfectus esse,uade & uende omnia quæ ha-
bes,& da pauperibus,& sequere me. Si uis perfectus esse. Semper grandia in audientium po
nuntur arbitrio. Et ideo uirginitatem Apostolus non imperat, quia dominus disputans de
eunuchis, qui se castrassent propter regna cœlorum,ad extremũ intulit: Qui potest capere,
capiat. Non est enim uolentis,neq; currentis,sed miserentis dei. Si uis perfectus esse. Non ti-
bi imponitur necessitas,ut uoluntas prẽmium consequatur. Si uis ergo esse perfectus,& desi
deras esse quod prophetæ,quod Apostoli, quod Christus est: uende,non partem substan-
tiæ,ne timor penuriæ infidelitatis occasio sit, & cum Anania & Sapphira pereas,sed uniuer-
sa quæ possides. Cumcp̃ uendideris,da pauperibus,non locupletibus,non superbis. Da quo
necessitas sustentetur,non quo augeantur opes. Cumcp̃ legeris illud Apostoli: Boui triturau
ti os nõ alligabis: Et,dignus est operarius mercede sua: Et,qui altario ministrãt,de altario par
ticipantur,memento quoq; huius sententiæ: Habentes uictũ & uestitũ, his contenti sumus.
ubi uideris fumare patinas, & Phasides aues lentis uaporibus decoqui, ubi argenti pondus,
ubi feruentes Buricos mãnos, comatulos pueros,preciosas uestes,picta tapetia,ibi ditior est
largitore cui largiendum est. Pars sacrilegij est, rem pauperum dare non pauperibus: Et ta- 9
men non est satis perfecto & consummato uiro opes cõtemnere,pecuniam dissipare,& pro-
ijcere quod in momento & perdi & inueniri potest. Fecit hoc Crates Thebanus, fecit Anti-
sthenes, fecerunt plurimi,quos uitiosissimos legimus. Plus debet discipulus Christi præsta-
re,quàm mundi philosophus, gloriæ animal,& popularis aurę atq; rumorum uenale manci

pium

A pium. Tibi non ſufficit opes cõtemnere, niſi Chriſtum ſequaris. Chriſtũ autem ſequitur, qui peccata dimittit, & uirtutum comes eſt. Chriſtum ſcimus ſapientiam. Hic theſaurus in agro ſcripturarum naſcitur, hæc gemma multis emitur margaritis. Sin autem adamaueris captiuam mulierem, id eſt, ſapientiam ſeculare, & eius pulchritudine captus fueris: decalua eam, & illecebras crinium atq; ornamenta uerborũ cum emortuis unguibus ſeca. Laua eam prophetali nitro, & tunc requieſcens cum illa dicito: Siniſtra eius ſub capite meo, & dextra illius amplexabit me, et multos tibi fœtus captiua dabit, ac de Moabitide efficietur Iſraelitis. Chriſtus ſanctificatio eſt, ſine qua nemo uidebit faciẽ dei. Chriſtus redemptio, idem redemptor & preciũ. Chriſtus omnia, ut qui omnia propter Chriſtũ dimiſerit, unum inueniat pro omnibus, & poſſit libere proclamare: Pars mea dominus. Sentio te diuinis ardere doctrinis, nec temeritate quorundã docere quod neſcias, ſed ante diſcere, quod docturus ſis. Simplices epiſtolæ tuæ olent prophetas, apoſtolos ſapiunt. Non cothurnatã affectas eloquentiã, nec more puerorũ argutas ſentẽtiolas in clauſulis ſtruis. Cito turgens ſpuma dilabitur, & quãuis
10 grãdis tumor, cõtrarius ſanitati eſt. Scitũ eſt illud quoq; Catonis: Sat cito, ſi ſat bene. Quod nos quondam adoleſcentuli cum à perfecto oratore in præfatiuncula diceretur, riſimus. Memineſſe te puto erroris mutui, quando omne Athenæũ ſcholaſticorum uocibus conſonabat: Sat cito, ſi ſat bene. Felices, inquit Fabius, eſſent artes, ſi de illis ſoli artifices iudicarẽt. Poetam non poteſt noſſe, niſi qui uerſum poteſt ſtruere. Philoſophos non intelligit, niſi qui ſcit dogmatum uarietates. Manufacta & oculis patentia, magis probãt artifices. Noſtra quàm dura ſit neceſſitas, hinc potes animaduertere, quod uulgi ſtandũ eſt iudicio, & ille in turba metuendus, quem cum uideris ſolum, deſpicias. Hoc præteriens tetigi, ut eruditis contentus auribus, non magnopere cures, quid imperitorum de ingenio tuo rumuſculi iactitent, ſed prophetarum quotidie medullas bibas, Chriſti myſtes, patriarcharum ſymmyſtes Siue legas, ſiue ſcribas, ſiue uigiles, ſiue dormias, Amos tibi ſemper buccina in auribus ſonet. Hic li-
B tuus excitet animam tuam: hoc amore furibundus, quære in lectulo tuo quem deſiderat anima tua, & loquere confidenter: Ego dormio, & cor meũ uigilat. Cumq; inueneris eum & tenueris, ne dimittas. Et ſi pauxillum dormitanti elapſus fuerit è manibus, noli protinus deſperare. Egredere in plateas, adiura filias Hieruſalem, reperies eum cubãtem in meridie, laſſum ebrium, noctis rore madefactum, inter greges ſodalium, in aromatum uarietatibus, inter po-
11 ma paradiſi. Ibi ei da mammillas tuas, ſugat de erudito pectore, requieſcat inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & interiora eius in fulgore auri. Paruulus iſte & puer, qui butyro & melle ſaginatur, qui inter caſeatos nutritus eſt montes, cito creſcit in iuuenem, uelociter in te hoſtes ſpoliat, mature prædatur Damaſcum, & regem uincit Aſſyrium. Audio te Xenodochiũ in portu feciſſe Romano, & uirgam de arbore Abraham in Auſonio plantaſſe littore. Quaſi Aeneas noua caſtra metaris, & ſuper undã Tyberis, ubi ille cogẽte quon-
12 dam penuria, cruſtis fatalibus & quadris patulis nõ pepercit, tu uiculum noſtrum, id eſt, domum panis ædificas, & diuturnam famem, repentina ſaturitate compenſas. Euge noſter, initia tranſgrederis, ſtatum ſummum tenes, de radice peruenis ad cacumen, primus inter monachos, in prima urbe, primum ſequeris patriarcham. Lot, quod interpretatur declinans, campeſtria eligat, & iuxta Pythagoræ literam, facilia magis ac ſiniſtra ſectetur. Tu in arduis & ſaxoſis cum Sara tibi monumentum para. Iuxta ſit ciuitas literarum, deletisq; gigantibus, fi-
15 liis Enakim, hæreditatem tuam, gaudium & riſus excipiat. Diues erat Abraham auro, argento, pecore, poſſeſſione, ueſtibus, tantam habebat familiam, ut ad ſubitos nuncios iuuenibus electis, armare poſſet exercitum, & quatuor reges quos quinq; reges fugerant in Dan conſequutos occideret: & tamen poſt tam crebra hoſpitalitatis officia, dum non refutat homines, ſuſcipere meruit deum. Non ſeruis & ancillulis imperabat, ut miniſtrarẽt hoſpitibus, nec borum quod exercebat per alios minuit, ſed quaſi reperta præda, cum Sara ſua humanitati ſoſus incubuit. Ipſe pedes lauit, ipſe pinguem uitulum portauit humeris de armento. Stetit ut ſeruus peregrinis prandentibus, & Saræ manibus coctos cibos, ieiunaturus appoſuit. Hæc

moneo

monco frater chariſſime pietate qua te diligo, ut non ſolum pecuniam,ſed teipſum Chriſto c
offeras,hoſtiam uiuam,ſanctam,placentem deo,rationabile obſequium tuum,& imiteris fi
lium hominis, qui non uenit miniſtrari, ſed miniſtrare.Et quod patriarcha alienis,hoc diſci
pulis & ſeruis magiſter exhibuit & dominus. Corium pro corio,& omnia quæ homo poſſi
det,dare poteſt pro anima ſua. Sed tange,inquit diabolus,carnes eius,niſi in faciem benedi
xerit tibi.Scit hoſtis antiquus,maius continentiæ ꝙ nummorum eſſe certamen.Facile abijci
tur,quod hæret extrinſecus,inteſtinum bellum periculoſius. Coniuncta diſglutinamus,uni
ta diſſuimus.Zachæus diues erat,apoſtoli pauperes.Reddidit ille quadruplum quod rapue
rat,diuiſitq; pauperibus medietatem ſubſtantiæ ſuæ quæ remanſerat,ſuſcepit Chriſtum ho
ſpitem, ſalus facta eſt domui eius, & tamen quia paruulus erat, & Apoſtolicæ proceritati ſe
non poterat extendere,non fuit in duodecim numero apoſtolorum. Apoſtoli autem quan
tum ad diuitias nihil, quantum ad uoluntatem,totum mundum pariter reliquerunt.Si offe
ramus Chriſto opes cũ anima noſtra,libenter ſuſcipiet.Si autẽ quæ foris ſunt deo,quę intus
ſunt diabolo demus: non eſt æqua partitio,& dicitur nobis: Nónne ſi recte offeras, & non 14
recte diuidas, peccaſti? Quod patritij generis, primus inter primos monachos eſſe cœpiſti,
non tibi ſit tumoris,ſed humilitatis occaſio,ſcienti filium dei factum filium hominis. Quan
tumcunq; te deieceris,humilior Chriſto nõ eris.Eſto,incedas nudis pedibus, fuſca tunica ue
ſtiaris,æqueris pauperibus, inopum cellulas dignanter introeas, cæcorum oculus ſis,manus
debilium,pes claudorum,ipſe aquam portes,ligna concidas,focum extruas,ubi uincula?ubi
alapæ?ubi ſputa?ubi flagella?ubi patibulum? ubi mors? Et cum omnia quæ dixi feceris,ab
Euſtochio tua Paulaq; uinceris,ſi non opere,certe ſexu. Ego quidem Romæ non eram,&
tunc me tenebat eremus. Atque utinam pertenuiſſet, quando ſocero tuo uiuente Toxotio
ſeculo ſeruiebam. Sed tamen audio,quæ immundicias platearum ferre non poterant, quæ
eunuchorum manibus portabantur,& inęquale ſolum moleſtius tranſcendebant,quibus ſe
rica ueſtis oneri erat,& ſolis calor incendium:nunc ſordidatæ & lugubres,& ſui comparatio
ne forticulæ,uel luçernas concinnant,uel ſuccendunt focum,pauimenta uerrunt,mundant le D
gumina, holerum faſciculos in feruentem ollam deijciunt, apponunt menſas, calices porri
gunt,effundunt cibos,huc illucq; diſcurrunt. Et certe magnus uirginum chorus cum illis ha
bitat.Num huiuſcemodi miniſteria alijs imperare non poterant? Sed nolunt uinci ab his la
bore corporum, quas ipſę ſuperãt uirtute animi. Hæc dico,non quod de ardore mentis tuæ
quicquam dubitem, ſed quo currentem impellam, & acriter dimicanti, feruorem fauore au
geam. Nos in iſta prouincia ædificato monaſterio, & diuerſorio propter extructo, ne forte
& modo Ioſeph cum Maria in Bethlehem ueniens nõ inueniat hoſpitium,tantis de toto or
be confluentibus turbis obruimur monachorum,ut nec cœptum opus deſerere,nec ſupra ui
res ferre ualeamus. Vnde quia penè nobis illud de euangelio contigit, ut futuræ turris nõ an
te computaremus expenſas,compulſi ſumus fratrem Paulinianum ad patriam mittere,ut ſe
mirutas uillulas,quæ barbarorum effugerunt manus, & parentum communium cenſus uen
deret,ne cœptum ſanctorum miniſterium deſerẽtes,riſum maledicis & æmulis præbeamus.
In calce epiſtolæ recordatus ſum quadrigæ ueſtræ & propoſito quintã deeſſe Bleſillam, pe
nè oblitus de ea loqui,quæ prima de uobis præceſſerit ad dominum. Vere nunc quinque in 15
treis, ac duas uidemus eſſe diuiſas, illa cum ſorore Paulina dulci ſomno fruitur, tu duarum
medius,ad Chriſtum leuius ſubuolabis.

SCHOLIA

PLagam doloris inſtaurat.) Plagam doloris habẽt quæ quidem uiderim exemplaria,ſed men
doſe,ni fallor.Nondum enim de uulnere animi loquitur, ſed de plaga corporis.Nam de ani
mi plaga mox ſubijcit. Vnde legẽdum opinor,plagæ dolorem. Cum enim plaga ipſum uul
nus ſignificet,& dolor animi ſit uulnus,non poteſt dici plaga doloris,niſi per appoſitionem,
ut intelligas dolorem renouatum,qui eſt animi uulnus. At non iteratur hic uulnus,ſed priſtini uulneris
dolor recrudeſcit cõmemoratione cicatricem refricante. Serus conſolator.) Serus,uel quia poſt lon
gum tem

A gum temptus, uel quia poſt tempus. Tempore & ratione.) Duo ſunt quæ dolorem animi leniunt, tempus ipſum, dies enim adimit ægritudinem,& ratio. De ſilice exciſa præcordia.) Rurſum alluſit ad Maronis carmẽ,quod ſuperius indicauimus: Sed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus, Hyr canæq; admorunt ubera tigres. Paulinæ tuæ.) Tuæ dixit,quod olim fuerit uxor,& affectum addidit
2 pronomine. Papillatum Corymbum.)Corymbum uocat faſtigiatum mucronem roſæ recentis,quæ nondum explicuit ſua folia. Vnde & parturientem appellat,quod uelut ad partum turgeat.Papillatum item à ſimilitudine papillarum fœminearum. In calathum fundatur.) Roſam foliis explicitam,ob ſi/militudinem calathum uocat. Quemadmodum Vergilius in carmine de roſa,ſi modo illius eſt: Nec mora,ridentis calathi patefecit honorem,Prodens incluſi ſemina denſa croci. Foliorũ pandatur am bitione.) Nam folia numerabantur in roſis, ut autor Plinius. Vnde uenuſte uocauit ambitionem roſæ, uelut o tentantis ſuas opes.Comparat roſæ nõdum adultæ puellam adhuc teneram.Et hoc imitatus ex Marone: Iam meditans foliis ſe numerare ſuis. Precioſiſſimum Margaritum.) Gemmarum precia mutantur cum ætatibus,ſicut & cæterarum rerum. Summum autẽ precium olim fuiſſe margaritis, hoc
5 eſt, unionibus,abunde teſtatur Plinius. Virens ſmaragdi.)Negant quicquam æque uirere atq; ſma ragdum,cuius gemmæ propria commendatio eſt uiror. Totum ſibi uendicat.) Quia pro una filia,tot filias uirgines habebat ſpirituales.Nam Chriſtus in euangelio centuplũ pollicetur. Verum Ezechie lis.) Cherubim Hebræis plenitudinem ſcientiæ ſonat, cuius myſtica deſcriptio eſt apud Ezechielem. Imò frater.) Ita Paulus in epiſtolis ſuis uxorem ſuam ſororem appellat,ut ſentiũt ij,qui credunt Pau/lo fuiſſe uxorem. Nobilitatis portas.) Ita uocat ſtrepitum & ſplendorem amplæ fortunæ, alludens ad nobilium palatia,quæ portas habent potius quàm fores. Tanti dux fœmina.)Venuſte quod Ma ro dixit de Didone,torſit ad Paulinã,quæ uiro ſuo dux fuit ad pietatẽ amplectẽdam, & eõtemnendum mundũ. Crebris abortijs.) Sæpius aborſum fecerat Paulina.Nõ abortit aũt,niſi quæ concepit,etiam ſi uitio aliquo uel corporis uel ſeminis fit,ut fœtus nondum maturus eijciatur.Ex abortijs igitur intelle/
4 xit,ſe non eſſe ſterilem. Rachelis exemplo.) Rachel peperit בִּנְיָמִין Beniamin, quod Hebraice ſo/nat filium dextræ, quo nomine pater infantem uocauit. Nam ipſa moriens dolore partus appellauerat בֶּן־אוֹנִי Benoni,id eſt,filium doloris mei. Virum deſiderij ſui.) Pammachium intellige monachum. Illa in uotis habuit,quod filius fuit:unde & deſiderij uocat heredem. Ichabod.) אִיכָבוֹד Hebraice ſo nat,cecidit gloria.Nam id nomen mater moriens impoſuit.Refertur primi Regum cap.iiij. De pri/ma proles Beniamin.) Id eſt, de Rachele, quæ in partu perijt. Vnde moriens mater uocauit filium Be/
B noni,id eſt,filium doloris mei.Sed pater commutauit illi nomen,& uocauit Beniamin,id eſt filium dex træ.Hiſtoria refertur Geneſis.xxxv. Ex arcæ cognomine.) Quod arca eſſet capta,ob id mater eum uocauit Ichabod,id eſt,cecidit gloria:ſic enim ſonat Hebraice. Poſthumum.) Poſthumi dicuntur,qui
5 patre ſepulo naſcuntur. Nã uxore defuncta,Paulinus dum fit monachus,quaſi naſcitur eccleſiæ. Elee moſynis diuitem &c.) Feſtiuiter contexuit contraria. ἀρχισπατηγὸς.) Id eſt, primus dux:translatum à militia.Qui præcedit uniuerſum exercitum,uocatur ἀρχισπατηγὸς Archiſtrategus. Salutantiũ tur bas.) Domus potentum ſalutatorum officijs mane celebrantur.Alluſit autem Hieronymus ad carmen Vergilianum: Mane ſalutantum totis uomit ædibus undam. In his autem omnibus eſt iucundiſſi/ma rerum deſcriptio. Tumenti aqualiculo.) Hydropicum ſignificat.Feſtiuiter autem dixit,parturit, ob tumorem uentris:& mortem,ob morbum pene immedicabilẽ. Debilitatus à paruo.) Taxat cru delitatem quorundã, qui pueris membra diſtorquent ac frangũt, ut per hos mendicent. Vnde addidit: non ſibi mendicat,ſed ijs,à quibus producitur. Morbo regio.) Quem Græci Ictericum uocant,idem & aurigo dicitur, à colore, quem bilis per omne corpus diffuſa gignit: unde putreſcat ſummũ corpus
6 neceſſe eſt.Et licet diutius aliquando uiuant,tamen cadauer potius,quàm corpus circumferunt. Ma nerarius pauperum.) Munerarij dicebantur, qui munus, hoc eſt,ludos aut ſpectaculum aliquod æde/bant populo:quos Græci uocant Agonothetas,quaſi dicas,certaminum poſitores.Itaq; Pammachium uocat munerarium pauperum,quod ut olim qui magiſtratum petebant, populi fauorem æditis mune/ribus captabant: ita hic pauperum fauorem cõciliare largitionibus uideretur,ad emerendum regnum dei.Et ob id addidit,egentium candidatus,quod per illorum ſuffragia ambiret, nõ magiſtratum,ſed cœ lum.Nec citra emphaſim dixit,feſtinat.Nam exoneratus ſarcina diuitiarũ,quas ſemel in pauperes ero/gauerat, celerius ire poterat. Danielis conſilium.) Sic enim conſulit regi Nabuchodonoſor capite quarto Quamobrem rex conſilium meum placeat tibi,& peccata tua eleemoſynis redime, & iniquita tes tuas miſericordijs pauperum,forſitan ignoſcet deus delictis tuis. Filiæ mater.) Paulinam intelli/git & Paulam. Cõſulum pronepos.) Nobilitatem exprimit Pammachij,qui proauum haburerit con
7 ſularem.Idem dixerat ſuperius:Et patris & cõiugis nobilitate clarũ. Et Furiani germinis.) Vult eum à Furio Camillo genus ducere. Furua tunica.) Furuum apud ueteres nigrum erat. Aulici proceres olim candidis ueſtiebantur,monachi nigro,ueluti lugentes. Quaſi urbem æneam.) Locus nonnihil diuerſus habetur Ezechielis cap.iij.Ecce dedi faciem tuam ualentiorẽ faciebus eorum,& frontem tuam duriorem frontibus eorum, ut Adamantem & ut ſilicem dedi faciem tuam. Similis locus eſt apud Hie/remiam cap.xv. Infulas proconſulares.) Tyaræ genus erat inſigne nobilitatis,ut nunc torquem au/

ream collo

ream collo geſtant. Quamuis clarus honos.) Quamuis dixit pro quantumuis:& quidem elegãter, c
ne quis ſciolus ſcripturam mutet. Per manus patricias.) Nonnulli codices habebant,patricijs:& re/
ctius,ni fallor,ut intelligas inſignia nobilitatis olim ſucceſſione ſolere contingere.Nam hoc eſt per ma/
nus tradere,cum alius alij tradit per ſucceſſionem. Quo conſul Marius.) Marius quia nouus erat ho
mo,quemadmodum & Cicero,uidebatur indignus clauo cõſulari,quãꝯ toties uictor,tot actis ex ho/
ſte triumphis. Quod Scipio ultra annos.) Scipio Africanus ob egregiam uirtutem ante annos legi/ 8
timos conſulatum eſt aſſequutus. Fulgens palma.) Opinor pro palma, legẽdum palla,ut intelligas
ueſtem ſenatoriam.Quanꝯ non ignoro palmatam togam olim fuiſſe ueſtem triumphalem,qua fortaſ/
ſe nobiles honoris cauſa utebantur. Fœnore Chriſti.) Eleganter uſus eſt uerbo. Nam fœnus,quod à
ferendo dicitur,proprie eſt aruorum, quæ plus reddunt ꝯ acceperunt:poſtea cœpit contra naturam pe
cunia pecuniam parere. In tali agro.) Id eſt,tam fertili,qui centuplum reddat.Significat autem perfe
ctionem Euangelicam. Lentis uaporibus.) Hoc eſt, exiguo igni,& paulatim:quemadmodum quæ
cruſtis triticeis inſepulta nunc coquuntur in clibano , ut pars delitiarum ſit etiam in ratione coquendi,
non tantum in genere cibi. Feruentes buricos mannos.) Manni nobilium equi uocabantur,quibus
per urbem obequitabant.Horatius: Et Appiam Mannis terit. Feruentes uocat,alacres & bene pa/
ſtos. Nam alioqui manni dicuntur,quod manui aſſueuerunt. Quidam codices habebant buricos,qui/
dam boricos,quidam omittunt hanc uocem.Forte Buricos appellauit à ciuitate Achaiæ Buris,quod il/
linc laudatiſſimi mitterentur. Pars ſacrilegij.) Partem uocat genus ſiue ſpeciem.Sacrilegium eſt fur/ 9
tum rei ſacræ.At quod pauperibus eſt deſtinatũ, id ueluti Chriſto dicatum eſt. Crates Thebanus.)
Cynicus fuit,qui ſeruos proijcere aurum in media iuſſit Libya, quia tardius irent,propter onus ſegnes.
Et Antiſthenes.) Hic Cynicæ ſectæ princeps fuit & autor.Porrò Cynicorum erat ,nihil habere præ
ter pallium,peram & baculum. Sin autem adamaueris capt.&c.) Hęc lex refertur Deuteronomij ca
pite xxi. Coturnatam.) Id eſt,turgidam & tragicam,à cothurno calceamento tragico. More pue
rorum.) Significat epiphonemata, quibus ipſe diuus Hieronymus libenter utitur. Nec hic reprehen/
dit,cum ait: More puerorum,ſed oſtendit hæc à pueris potiſſimum & ſolum affectari,qui ætate illa rhe
torum floſculis ludebant,à uiris iam prouectis non item. In clauſulis.) Id eſt,in fine narrationis,uel ar
gumentationis.Nam hic adhibentur epiphonemata. Grandis tumor.) Quod eſt corporum,tranſitu 10
ſit ad ſtilum.Satius eſt habere corpus preſſum & ſanum, quam tumidũ & malis diſtẽtum humoribus:
Ita oratio melior eſt, quæ preſſa eſt,ꝯ exuberans ac tumens. Erroris mutui.) Fatetur ſe non recte ri/
ſiſſe optimam ſententiam,quam ſenex uehemẽter probat. Athenæum.) Locus erat Athenis Miner/ D
uæ ſacer,ubi ſuas artes ſinguli profitebantur, quem locum hodie Romæ Sophiam uocant. Hic accipit
Athenæum pro quouis loco,ubi traduntur literæ. Felices inquit.) Quintilianus hoc dictum citat,
nomine Fabij Pictoris. Dogmatũ uarietates.) Decreta ſeu placita philoſophorum,dogmata uocan/
tur.Sunt autem alia dogmata Stoicorum,alia Peripateticorum,alia Epicuræorum. Chriſti myſtes.)
Myſtæ dicuntur,qui ſacris alicuius numinis ſunt initiati.Symmyſtæ,qui ijſdem myſterijs ſunt initiati.
Amos tibi buccina.) Alluſit ad hoc,quod eſt apud hunc prophetã cap.ij.Morietur in ſonitu Moab
in clangore tubæ.Et rurſum capite tertio:Si clanget tuba in ciuitate,& populus non expaueſcet: Intelli/
git autem ardorem & impetum ad diuinas literas. Paruulus iſte.) Alludit ad locum Eſaiæ cap. vij. 11
de puero,cui nomẽ Emanuel, qui butyrũ & mel comeſurus dicitur, uidelicet ut cito grandeſcat,& ſciat
reprobare malum,& eligere bonũ,& Aſſyrios populari &c.Commiſcuit autem hic multos ſacræ ſcri/
pturę locos,ex cantico amatorio,ex pſalmis,ex Eſaia,qui omnes huc ſpectant, ut aſſidua ſanctorum uo
luminum euolutione meditationeꝯ,paretur ſolida quædam eruditio,non bracteata. Xenodochiũ.)
ξενοδόχιον locus eſt,quo recipiuntur hoſpites,quæ uulgò hoſpitalia uocant,trito uocabulo magis quàm
probo:à ξένος hoſpes,& δέχομαι recipio. De arbore Abraham.) Reſpexit ad hiſtoriam,quæ refer
tur Gen. cap.xvij.de Abraham tres angelos excipiente hoſpitio,& ſub arbore cibos reliquaꝯ hoſpita
litatis officia exhibente. Huius arboris (quercum autem aiunt fuiſſe) ueſtigia ſua ætate extitiſſe, ſcribit
Hieronymus in epitaphio Paulæ. Quin & Aeneas cum ex fatalis cruſti mentione agnoſceret Italiam,
ſub arbore capiebat cibum. Cruſtis fatalibus.) Retulit fabulam, quæ eſt apud Vergilium libro Ae/ 12
neidos tertio.Celeno harpyia prædixerat ſocijs Aeneæ futurum, ut Italiam adirent:ſed non prius con/
derent urbem,quàm illos dira fames ambeſas ſubigeret malis abſumere menſas. Idꝯ ita euenisſe narrat
in ſeptimo: Conſumptis hic forte alijs,ut uertere morſus Exiguam in Cererem penuria adegit eden/
di, Et uiolare manu malisꝯ audacibus orbẽ Fatalis cruſti, patulis nec parcere quadris, Heus,etiam
menſas conſumimus,inquit Iulus. Nec plura alludens,ea uox audita,laborum Prima tulit finem.
Euge noſter.) Sermo eſt fauentis & applaudentis. Primum ſeq.patriarchã.) Nempe Abraham,
qui princeps eſt patriarcharum,is montana elegit & ardua. Campeſtria eligat.) Diuiſus eſt Lot à
fratre ſuo,propterea quod ob increſcentem familiæ gregisꝯ numerum, non caperet illos eadem regio.
Lot declinans ab Oriente,elegit ſibi regionem circa Iordanem undiqꝯ irriguam : Abraham conceſſit in
terram Chanaan.Refertur Geneſis cap.xiij. Tu in arduis & ſaxoſis.) De Sara ſepulta in Hebron in 13
ſpelunca,legis Gen. cap.xxiij. Iuxta ſit ciuitas literarum.) Significat Cariath ſephor,quod Hebræis
ſonat

A sonat,ciuitas literarum.Porrò uicum hunc uicinum fuisse Hebron, satis indicat in epitaphio Paulæ:At que inde,inquit,consurgens,conscendit Hebron, hæc est Cariath arbe.Moxq; subiicit: Noluit pergere ad Cariath sephor,id est,uiculum literarum. Deletisq; gigantibus.) Monstra uitiorum intelligit.De his legimus Numerorum xiij.cap.Populus quem aspeximus,proceræ staturę est.Ibi uidimus monstra quædam filiorum Enak de genere gigãteo:quibus comparati,quasi locustæ uidebamur.Sonat ענקים Enakim Hebræis,fortes ac potentes,ut intelligas contemptũ fastum nobilium. Hæreditatem g.cir.) Isaac hæres & filius erat Saræ,id Hebraice sonat gaudium,siue risus. Ex duris & arduis laboribus,men tis sibi bene conscię gaudium paratur. Rationabile obsequium.) Græce est τὴν λογικὴν λατρείαν, id est,animi cultum:uidelicet ut teipsum offeras hostiam,qui rationalis es uictima.Id Paulus dixit ad di
14 stinctionem pecudum brutarum,quas immolabãt Iudæi. Si recte offeras.) Apparet hanc fuisse con uersionem Septuaginta,cum Hebraica secus habeant,ut indicat diuus Hieronymus interpretans Gene sis caput quartũ.Nam illi sic reddiderunt, οὐκ ἐὰν ὀρθῶς προσφέγκῃς,ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς,ἥμαρτες. Cæ corum oculus sis.) Alluśit ad locũ Iob cap.xxix.Oculus fui cæco,pes claudo. Sui comparatione for ticulæ.) Id est,si secum ipsę conferantur,reputeturq; quales nunc sint, & quales aliquãdo fuerint,uiden tur aliquanto fortiores seipsis. Lucernas concinnant.) Id est,adaptant & componunt. Propter ex tructo.) Hic aduerbium est propter,non præpositio,ut Terentius:Interdũ propter dormiet. Et non inueniat.) Quoniam olim non erat illis locus in diuersorio,& idcirco reclinarunt puerum in præsepio.

Fratrem Paulinianum.) Hic indicat diuus Hieronymus,sibi fuisse fratrem nomine Paulinianũ,quo niam addit communium parentum.Huius & alibi meminit. Habuit & sororem,quam commendat ali cubi suis amicis. Semirutas uillulas.) Nam ipse in catalogo scriptorum illustrium,ostendit oppidum Stridonis,in quo natus fuerat,à Gotthis subuersum fuisse.Hic uerecũde rogat,ut Pammachius suis opi bus Bethlehemiticos sumptus adiuuet,& illic faciat,quod in Italia extructo Xenodochio faciebat.

15 In tres ac duas.) Alluśit ad proportiones Arithmeticas. Quinq; non possunt diuidi in duas æquas parteis, sed in duo & tria. Quatuor erant Paulæ filiæ, quarum Eustochium duntaxat superfuit. Mater igitur una cum filiabus quinarium efficiebat: tres erant defunctæ uita,duæ supererant, Paula & Eusto chium,nisi forte Pammachiũ uult esse quintum,ut excludas Ruffinam,quæ statim in primo uitæ exor dio periit. Tu duarum medius.) Verecunde inuitat Pammachium,ut in Bethlehem commigret, & Paulæ socrui Eustochioq; sese adiungat. Nam Romæ non perinde commodum esse Christum sequi.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

B Paula Romana,primariæ nobilitatis mulier,patre Rogato,matre Blesilla,nupta fuit Toxotio,cui quatuor ædidit filias,Blesillam,Paulinam,Eustochium, quæ eadem dicta est Iulia, & Ruffinam,unum filium, paterno nomine Toxotium. Marito defuncto, mundi contemptum cœpit profiteri, atque in in eo proposito uixit Romæ annos quinque. Deinde peragratis sacris Iudææ locis, peragrata Aegy pto ad Alexandriam usque, in Bethlehem consedit: Ibi quatuor instituit monasteria, unum uirorum, tria uirginum: inter quas uiginti peractis annis, feliciter obiit diem. Huius epitaphium Hieronymus scribit ad Eustochium filiam, in quo declarat quantam habuerit totius diuinæ scripturæ scientiam, & quam paratam promptamq; memoriam.

AD EVSTOCHIVM VIRGINEM
epitaphium Paulæ matris.

SI cuncta corporis mei membra uerterentur in linguas, & omnes artus humana uoce resonarẽt, nihil dignum sanctæ ac uenerabilis Paulæ uirtutibus dicerem. Nobilis genere,sed multo nobilior sanctitate, potens quondã diuitijs,sed nunc
1 Christi paupertate insignior. Gracchorũ stirps, soboles Scipionum, Pauli hæ
2 res,cuius uocabulũ trahit,Martiæ Papyriæ matris Africani uera & germana progenies, Ro mæ prætulit Bethlehem, & auro tecta fulgentia, informis luti uilitate mutauit. Non mœre mus quod talem amisimus, sed gratias agimus, quod habuimus,imò habemus. Deo enim uiuunt omnia,& quicquid reuertitur ad dominum, in familiæ numero computatur. Quan quam amissio illius,cœlestis domus habitatio sit, quæ quamdiu in corpore fuit,peregrinata est à domino,& uoce semper flebili querebatur, dicẽs:Heu mihi,quia peregrinatio mea pro lõgata est, habitaui cum habitãtibus Cedar, multũ peregrinata est anima mea. Nec mirum si planxerit se uersari in tenebris (hoc enim Cedar interpretatur) cum mũdus in maligno po situs sit: & sicut tenebræ illius,ita & lumen eius,luxq; in tenebris luceat, & tenebræ eam non cõprehenderunt. Vnde & illud crebrius inferebat:Aduena sum & peregrina sicut omnes pa tres mei.Et iterũ:Cupio dissolui & esse cũ Christo.Quoties aũt infirmitate corpusculi(quam

incredibili abstinentia,& duplicatis cõtraxerat ieiunijs) uexabatur,hoc in ore uoluebat:Sub/ c
iicio corpus meum,& in seruitutem redigo,ne alijs prædicans,ipsa reproba inueniar.Et: Bo/
num est uinum non bibere,& carnem non mãducare.Et:Humiliaui in ieiunio animã meam,
& totum lectũ meum uersasti in infirmitate mea,& uersata sum in miseria,dum mihi cõfigi/
tur spina.Atq; inter doloris aculeos, quos mira patiẽtia sustinebat, quasi apertos sibi cœlos
aspiceret,loquebatur: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ,& uolabo & requiescam? Te/
stor Iesum & sanctos eius,ipsumq; propriũ angelũ,qui custos fuit & comes admirabilis fœ/
minæ,me nihil in gratiam,nihil more blandientiũ loqui,sed quicquid dicturus sum pro testi
monio dicere,& minus eius esse meritis, quã totus orbis canit: sacerdotes mirãtur,uirginum
chori desiderant,monachorum & pauperum turbæ deplangunt. Vis lector eius breuiter sci
re uirtutes? Omnes suos pauperes pauperior ipsa dimisit. Nec mirum,de proximis & fami/
liola quã in utroq; sexu de seruis & ancillis in fratres sororesq; mutauerat,ista proferre,cum
Eustochium uirginem, & deuotam Christo filiam, in cuius consolationem libellus hic cudi/
tur,procul à nobili genere,sola fide & gratia diuitem reliquerit. Carpamus igitur narran/
di ordinem. Alij altius repetant,& à cunabulis eius, ipsisq; (ut ita dicam) crepundijs matrem
Blesillam,& Rogatum proferant patrem,quorum altera Scipionum Gracchorumq; proge
nies est:alter per omnes ferè Græcias usq; hodie stemmatibus & diuitijs, ac nobilitate Aga/
memnonis fertur sanguinẽ trahere,qui decennali Troiam obsidione deleuit. Nos nihil lau/
dabimus,nisi quod propriũ est,& de purissimo sanctæ mentis fonte profertur. Quanq; do/
minus atq; saluator in Euãgelio doceat apostolos,sciscitantes quid sibi redditurus sit,qui sua
pro nomine eius dimiserũt, centuplum in præsentiarũ recepturos,& in futuro uitã æternam.
Ex quo intelligimus,non laudis esse possidere diuitias,sed pro Christo eas cõtemnere: non
tumere ad honores, sed pro dei fide eos paruipendere. Vere quod pollicitus est seruis suis &
ancillis saluator,reddidit in præsenti. Nam quę unius urbis contempsit gloriam,totius orbis
opinione celebratur: quam Romæ habitantem nullus extra Romam nouerat, latentem in d
Bethlehem & barbara & Romana terra miratur. Cuius enim gentis homines ad sancta lo/
ca non ueniunt? Quis aũt in sanctis locis præter Paulam, quod plus inter homines mirare/
tur,inuenit? Hæc sicut inter multas gẽmas preciosissima gemma micat, & iubar solis paruos
igniculos stellarum obruit & obscurat:ita cunctorũ uirtutes & potentias sua humilitate supe
rauit,minimaq; fuit inter omnes,ut omniũ maior esset. Et quanto plus se deijciebat,tãto ma
gis à Christo subleuabatur. Latebat,& non latebat. Fugiendo gloriam, gloriam merebatur:
quæ uirtutem quasi umbra sequitur, & appetitores sui deserens, appetit contemptores. Sed
quid ago,narrandi ordinem prætermittens? Dum in singulis teneor,non seruo præcepta di/
cendi. Tali igitur stirpe generata,iuncta est uiro Toxotio,qui Aeneæ & Iuliorum altissi/
mum sanguinem trahit. Vnde etiam filia eius Christi uirgo Eustochium Iulia nuncupatur,
& ipse Iulius, à magno demissum nomen Iulo. Et hæc dicimus,non quod habentibus
grandia sint, sed quo contemnentibus mirabilia. Seculi homines suspiciunt eos,qui his pol/
lent priuilegijs. Nos laudamus, qui pro saluatore ista despexerint: & mirũ in modum quos
habentes paruipendimus,si habere noluerint cõtemnentes,prędicamus. His inq; orta maio
ribus,& fœcũditate ac pudicitia probata,primũ uiro,deinde propinquis, & totius urbis testi/
monio,cum quinq; liberos ædidisset:Blesillã,super cuius morte eam Romę consolatus sum:
Paulinam,quæ sanctum & admirabilem uirum, & propositi & rerum suarũ Pammachium
reliquit hætedem,ad quem super obitu eius paruulũ libellum ædidimus:Eustochiũ,quę nũc
in sanctis locis uirginitatis & ecclesiæ monile precioſum est: Ruffinã,quæ immaturo funere
pium matris animũ consternauit: & Toxotium,post quem parere desijt,ut intelligeres eam
no diu seruire uoluisse officio cõiugali,sed mariti desiderio,qui marem optabat,liberos ædi/
disse:postq; uir mortuus est,ita eum planxit,ut prope ipsa moreretur:ita se conuertit ad do/
mini seruitutẽ,ut eius mortem uideretur optasse. Quid ego referã,amplæ & nobilis domus,
& quondam opulentissimæ,omnes penè diuitias in pauperes erogatas? Quid in cunctos cle

mentissimum

A mentissimum animum,& bonitatem etiam in eos,quos nunc̄ꝫ uiderat euagantem? Quis in/
opum moriens, nō illius uestimentis obuolutus est? Quis clinicorum non eius facultatibus
3 sustentatus est? Quos curiosissime tota urbe perquirens, damnum putabat,si quisc̄ꝫ debilis
& esuriens cibo sustentaretur alterius. Spoliabat filios,& inter obiurgantes propinquos,ma/
iorem se eis hæreditatem,Christi misericordiam,dimittere loquebatur. Nec diu potuit
excelsi apud seculū generis, & nobilissimæ familiæ uisitationes & frequentiā sustinere. Mœ/
rebat honore suo,& ora laudantiū declinare ac fugere festinabat. Cumc̄ꝫ Orientis & Occi/
dentis episcopos ob quasdam ecclesiarum dissensiones Romam imperiales literę contraxis/
sent,uidit admirabiles uiros, Christic̄ꝫ pontifices, Paulinum Antiochenæ urbis episcopum,
4 & Epiphanium Salaminæ Cypri,quæ nunc Constātia dicitur: quorum Epiphanium etiam
hospitem habuit: Paulinum in aliena manentem domo,quasi proprium,humanitate posse/
dit. Quorum accensa uirtutibus,per momēta patriam deserere cogitabat. Non domus, non
liberorum,non familiæ,non possessionum,nō alicuius rei,quæ ad seculum pertinet,memor:
sola (si dici potest) & incomitata ad eremū Antoniorum atqꝫ Paulorum pergere gestiebat.
Tandemc̄ꝫ exacta hyeme,aperto mari, redeuntibus ad ecclesias suas episcopis,& ipsa uoto
cum eis ac desiderio nauigauit. Quid ultra differo? Descendit ad portū, fratre,cognatis,affi/
nibus,&(quod his maius est) liberis prosequentibus,& clementissimam matrem pietate uin
cere cupientibus. Iam carbasa tendebātur,& remorum ductu nauis in altum protrahebatur.
Paruus Toxotius supplices manus tendebat in littore. Ruffina iam nubilis,ut suas expecta/
ret nuptias,tacēs fletibus obsecrabat. Et tamen illa siccos tendebat ad cœlū oculos, pietatem
in filios,pietate in deum superans. Nesciebat se matrem,ut Christi probaret ancillam. Tor/
quebantur uiscera,& quasi à suis mēbris distraheretur,cum dolore pugnabat: in eo cunctis
5 admirabilior, quod magnā uinceret charitatem. Inter hostium manus & captiuitatis duram
necessitatem nihil crudelius est,quàm parentes à liberis separari. Hoc contra iura naturæ ple
na fides patiebatur, imò gaudens animus appetebat, & amorem filiorum maiore in deum
B amore cōtemnens,in sola Eustochio,quæ & propositi & nauigationis eius comes erat, acqui
escebat. Sulcabat interim nauis mare, & cunctis qui cum ea uehebātur littora respiciētibus,
ipsa auersos tenebat oculos, ne uideret quos sine tormento uidere non poterat. Fateor,nulla
sic amauit filios, quibus antec̄ꝫ proficisceretur,cuncta largita est,exhęredās se in terra,ut hæ
reditatem inueniret in cœlo. Delata ad insulam Pontiam,quam clarissimæ quondam fœmi/
narum sub Domitiano principe pro confessione nominis Christiani,Flauiæ Domicillæ no/
bilitauit exilium, uidensc̄ꝫ cellulas in quibus illa longum martyrium duxerat, sumptis fidei
alis,Hierosolymam & sancta loca uidere cupiebat. Tardi erant uenti,& omnis pigra ueloci
tas. Inter Scyllam & Charybdim Adriatico se credens pelago, quasi per stagnum uenit Me
6 thonen, ibic̄ꝫ refocillato paululum corpusculo: Et sale tabentes artus in littore ponens,
7 Per Maleam,& Cytheram sparsasc̄ꝫ per æquor Cycladas,& crebris freta concita terris:
Post Rhodum & Lyciam tandem uidit Cyprum, ubi sancti & uenerabilis Epiphanij pedi/
bus prouoluta,decem ab eo diebus retenta est: nō in refectionem,ut ille arbitrabatur,sed in
opus dei,ut re comprobatum est. Nam omnia illius regionis lustrans monasteria,prout po
tuit,refrigeria sumptuū fratribus dereliquit,quos amor sancti uiri de toto illuc orbe cōduxe/
8 rat. Inde breui cursu transfretauit Seleuciam,de qua ascendens Antiochiam,sancti confesso/
ris Paulini modicum charitate detenta, media hyeme, calente ardore fidei, fœmina nobilis,
quæ prius eunuchorum manibus portabatur,asello sedens profecta est. Omitto Cœles Sy
9 riæ & Phœnices iter (neqꝫ enim hodœporicon eius dispositi scribere) ea tantum loca nomi/
nabo,quæ sacris uoluminibus continentur. Beryto Romana colonia,& antiqua urbe Sido/
ne derelicta, in Sareptæ littore Heliæ est ingressa turriculam,in qua adorato domino salua/
10 tore, per arenas Tyri,in quibus genua Paulus fixit, peruenit ad Coth, quæ nunc Ptolemais
dicitur:& per campos Mageddo,Iosiæ nec̄ scios,intrauit terram Philistiim. Mirata rui/
nas Dor, urbis quondā potentissimæ, & uersa uice Stratonis turrim ab Herode rege Iudææ

in honorem Cæſaris Auguſti Cæſaream nuncupatam,in qua Cornelij domum,Chriſti ui/ c
dit eccleſiam,& Philippi ædiculas,& cubicula quatuor uirginum prophetarum. Deinde An 11
tipatrida ſemirutum oppidulum, quod de patris nomine Herodes uocauerat: & Lyddam
uerſam in Dioſpolim, Dorcadis atq; Aeneæ reſurrectione ac ſanitate inclytam. Haud pro/ 12
cul ab ea Arimathiam uiculum Ioſeph, qui dominum ſepeliuit, & Nobe urbem quondam
ſacerdotum, nunc tumulum occiſorum. Ioppen quoq; fugientis portum Ionæ,& (ut aliquid
perſtringam de fabulis poetarum) religatæ ad ſaxum Andromades ſpectatricem. Repeti/ 13
toq; itinere Nicopolim,quæ prius Emaus uocabatur, apud quã in fractione panis cognitus 14
dominus,Cleophæ domum in eccleſiam dedicauit. Atque inde proficiſcens,aſcendit Betho
ron inferiorem & ſuperiorem, urbes à Solomone conditas, ſed uaria poſtea bellorũ tempe/
ſtate deletas, ad dexteram aſpiciens Haialon & Gabaon,ubi Ieſus filius Naue cõtra quinq;
reges dimicans,ſoli imperauit & lunæ, & Gabaonitas ob dolos & inſidias fœderis impetra/
ti,in aquarios lignariosq; damnauit. In Gabaon urbe uſq; ad ſolum diruta,paululum ſubſti/
tit, recordata peccati eius, & concubinæ in fruſta diuiſæ, & tribus Beniamin trecentos uiros 15
propter Paulum apoſtolum reſeruatos. Quid diu moror? Ad leuam mauſoleo Helenę dere
licto,quæ Adiabenorum regina in fame populum frumento iuuerat,ingreſſa eſt Hieroſoly
mam urbem trinominem,Iebus,Salem, Hieruſalem,quæ ab Helio poſtea Hadriano,de rui 16
nis, & cineribus ciuitatis in Heliam ſuſcitata eſt. Cumq; proconſul Palæſtinæ, qui familiam
eius optime nouerat,præmiſſis apparitoribus iuſſiſſet parari prætorium,elegit humilem cel/
lulam, & cuncta loca tanto ardore ac ſtudio circumiuit, ut niſi ad reliqua feſtinaret,à primis
non poſſet abduci. Proſtrataq; ante crucem,quaſi pendentem dominum cerneret,adorabat.
Ingreſſa ſepulchrũ,reſurrectionis oſculabatur lapidẽ,quem ab oſtio monumenti amouerat
angelus. Et ipſum corporis locum,in quo dominus iacuerat, quaſi ſitiens deſideratas aquas,
fideli ore lambebat. Quid ibi lachrymarũ,quantum gemituum,quid doloris effuderit,teſtis
eſt cuncta Hieroſolyma, teſtis eſt ipſe dominus, quem rogabat. Vnde egrediens aſcendit D
Sion,quæ in arcem uel ſpeculam uertitur. Hanc urbem quondam expugnauit & reædifica/
uit Dauid. De expugnata ſcribitur: Væ tibi ciuitas Ariel,id eſt,leo dei,& quondã fortiſſima, 17
quam expugnauit Dauid. De ea quæ ædificata eſt,dictum eſt: Fundamenta eius in monti/
bus ſanctis, diligit dominus portas Sion, ſuper omnia tabernacula Iacob. Non eas portas,
quas hodie cernimus in fauillam & cinerem diſſolutas,ſed portas,quibus nõ præualet infer/
nus,& per quas credentium ad Chriſtum ingreditur multitudo. Oſtendebatur illi columna
eccleſiæ porticum ſuſtinens, infecta cruore domini, ad quam uinctus dicitur & flagellatus.
Monſtrabatur locus, uhi ſuper centum uiginti credentium animas ſpiritus ſanctus deſcen/
diſſet,ut Iohelis uaticinium compleretur. Deinde facultatula ſua pauperibus aq; cõſeruis di/ 18
ſtributa, perrexit ad Bethlehem, & in dextera parte itineris ſtetit ad ſepulchrum Rachel, in
quo mater Beniamin,nõ ut uocauerat moriens,Benoni,hoc eſt,filius doloris mei,ſed ut pa/
ter prophetizauit in ſpiritu,filium dextræ procreauit. Atq; inde Bethlehẽ ingreſſa,& in ſpe/
cum ſaluatoris introiens,poſtq; uidit ſacrum uirginis diuerſorium,& ſtabulum in quo agno
uit bos poſſeſſorem ſuum,& aſinus præſepe domini ſui,ut illud impleretur,quod in eodem
propheta ſcriptum eſt: Beatus qui ſeminat ſuper aquas, ubi bos & aſinus calcant: me audien/
te iurabat, cernere ſe oculis fidei infantem pannis inuolutum, uagientem in præſepe domi/ 19
num. Magos adorantes,ſtellam fulgentem deſuper, matrem uirginem, nutritium ſedulum,
paſtores nocte uenientes, ut uiderent uerbum quod factum erat: & iam tunc euãgeliſtæ Io/
annis principium dedicarent: In principio erat uerbum,& uerbũ caro factũ eſt. Paruulos in/
terfectos,Herodem ſæuientem,Ioſeph & Mariam fugientes in Aegyptũ. Mixtisq; gaudio
lachrymis,loquebatur: Salue Bethlehem domus panis,in qua natus eſt ille panis,qui de cœ
lo deſcendit. Salue Ephrata regio uberrima, atq; καρπφόρε, cuius fertilitas deus eſt. De te
quondam Michæas uaticinatus eſt: Et tu Bethlehem domus Ephrata, non minima es in mi
libus Iuda. Ex te mihi egredietur, qui ſit princeps in Iſrahel, & egreſſus eius ab initio à diebus

æternitatis

A æternitatis. Propterea dabis eos usq; ad tempus parientis. Pariet,& reliquiæ fratrũ eius con/
uertentur ad filios Israel. In te enim natus est princeps,qui ante luciferũ genitus est,cuius de
patre natiuitas,omnẽ excedit ætatem. Et tamdiu in te Dauidici generis origo permansit,do/
nec uirgo pareret,& reliquię populi credentis in Christum,conuerterentur ad filios Israel,&
libere prædicarent: Vobis oportebat primũ loqui uerbum dei,sed quoniam repulistis illud,
& indignos uos iudicastis æternæ uitæ,ecce cõuertimur ad gentes. Dixerat enim deus:Non
ueni nisi ad oues perditas domus Israel.Et eo tempore Iacob super eo uerba completa sunt:
Non deficiet princeps ex Iuda, & dux de femoribus eius, donec ueniat, cui repositum est,&
ipse erit expectatio gentium.Bene Dauid iurabat, bene uota faciebat,dicens: Si introiero in
tabernaculum domus meę,si ascendero in lectum strati mei:si dedero somnum oculis meis,
& palpebris meis dormitationem,& requiem temporibus meis, donec inueniam locum do/
mino,tabernaculũ deo Iacob:& statim quid desideraret exposuit,atq; oculis prophetalibus,
quem nos uenisse iam credimus,ille uenturum esse cernebat.Ecce audiuimus eum in Ephra/
21.20 ta,inuenimus eum in campis syluæ. Vau quippe sermo Hebraicus, ut te docente didici,non
Mariam matrem domini,hoc est, αὐτῶ, sed ipsum,id est, αὐτὸν significat.Vnde loquitur
confidenter: Introibimus in tabernaculum eius,adorabimus in loco ubi steterũt pedes eius.
Et ego misera atq; peccatrix,digna sum iudicata deosculari præsepe,in quo dominus paruu/
lus uagijt?Orare in spelunca,in qua uirgo puerpera dominum fudit infantem?Hęc requies
mea,quia domini mei patria est.Hic habitabo,quoniã saluator elegit eam. Paraui lucernam
Christo meo.Anima mea illi uiuet,& semen meum seruiet ipsi.Haud procul inde descendit
ad turrim Ader,id est,gregis,iuxta quam Iacob pauit greges suos,& pastores nocte uigilan
tes audire meruerunt:Gloria in excelsis deo,& super terrã pax hominibus bonæ uoluntatis.
Dumq; seruant oues, inuenerunt agnum dei puro & mundissimo uellere, quod in ariditate
B totius terræ cœlesti rore completum est, & cuius sanguis tulit peccata mundi,& exterminato
22 rem Aegypti,litus in postibus fugauit. Statimq; cõcito gradu,cœpit per uiam ueterem per/
gere,quæ ducit Gazam,ad potentiam uel ad diuitias dei, & tacita secum uoluere,quomodo
23 eunuchus Aethiops gentium populos præfigurans mutauerit pellem suam: & dum uetus
relegit instrumentum,fontem repperit Euangelij.Atq; inde ad dexteram transit. A Bethsur
uenit Escol, quæ in botrum uertitur. Vnde in testimoniũ terræ fertilissimæ,& in typum eius
qui dicit: Torcular calcaui solus,& de gentibus non est uir mecum, exploratores botrum mi
24 ræ magnitudinis portauerunt.Nec post longum spatium intrauit Saræ cellulas,uidens incu
nabula Isaac,& uestigia quercus Abraham,sub qua uidit diem Christi,& lætatus est.Atque
25 inde cõsurgens,ascendit Chebron,hæc est Cariath arbe,id est,oppidum uirorum quatuor,
Abraham, Isaac, Iacob, & Adam magni, quem ibi conditum, iuxta librum Iesu Naue He/
bræi autumant, licet plerique Caleb quartum putent, cuius ex latere memoria monstratur.
His inspectis,noluit pergere ad Cariathsephor, id est,uiculum literarum, quia contemnens
occidentem literam,reppererat spiritum uiuificãtem. Magisq; mirabatur superiores & infe/
riores aquas,quas Othoniel filius Iephone,Zenez pro australi terra & arida possessione su
sceperat:& aquarum ductu, siccos prioris instrumenti agros faciebat irriguos,ut redemptio/
26 nem ueterum peccatorũ,in aquis baptismi reperiret.Altera die, orto iam sole,stetit in superci
lio Caphar Barucha,id est,uillæ benedictionis,quem ad locum Abraham dominum prose
quutus est. Vnde latam despiciens solitudinem, ac terram quondam Sodomæ, & Gomor/
ræ, Adamæ, & Seboim, contemplata est balsami uineas in Engaddi,& Segor uitulã cõster
nantem,quæ prius Bala uocabatur:& in Zoaram,id est, paruulam,Syro sermone translata
27 est. Recordabatur speluncæ Lot, & uersa in lachrymas, uirgines socias admonebat, cauen/
28 dum esse uinum,in quo est luxuria, cuius opus Moabitæ sunt & Ammonitæ.Diu hæreo in
29 meridie,ubi sponsa cubantem repperit sponsum, & Ioseph inebriatus est cum fratribus suis.
Reuertar Hierosolymam,& per Thecuam atque Amos rutilantem montis Oliueti crucem
aspiciam,de quo saluator ascendit ad patrem.In quo per annos singulos uacca ruffa in holo

cauſtum domino cremabatur,& cuius cinis expiabat populum Iſrael: in quo,iuxta Ezechie c
lem,Cherubim de templo tranſmigrantes,eccleſiam domini fundauerunt. Poſt ingreſſa ſe/ 30
pulchrum Lazari, Mariæ & Marthæ uidit hoſpitium, & Bethphage uillam ſacerdotalium
maxillarum: & locum in quo pullus laſciuiens gentium, dei frena ſuſcepit: apoſtolorumq;
ſtratus ueſtibus,mollia terga prębuit ad ſedendum. Rectoq; itinere deſcendebat Hiericho,
recogitans illum de Euangelio uulneratum, ac ſacerdotibus & leuitis, mentis feritate præte/
reuntibus, clementiam Samaritæ, id eſt, cuſtodis, qui ſeminecem ſuo iumento impoſitum, 31
ad ſtabulum eccleſiæ deportauit. Et locum Adomim, quod interpretatur ſanguinum, quia
multus in eo ſanguis crebris latronum fundebatur incurſibus. Et arborem ſycomorum Za/
chæi, id eſt,bona pœnitentiæ opera, quibus cruenta dudum & noxia rapinis, peccata calca/
bat: excelſumq; dominum de excelſo uirtutum intuebatur.Et iuxta uiam cæcorum loca,qui
receptis luminibus utriuſque populi credentis in dominum ſacramenta præmiſerant. In/ 32
greſſa Hiericho, uidit urbem quam fundauit Hazel in Abirā primogenito ſuo,& cuius por/
tas poſuit in Segub nouiſſimo filiorum. Intuita eſt caſtra Galgalæ, & aceruum præputio/
rum,& ſecundæ circumciſionis myſterium: & duodecim lapides, qui de Iordanis illuc trans
lati alueo, duodecim apoſtolorū fundamenta firmauerant: & fontem quondam legis ama/
riſſimum & ſterilem,quem uetus Heliſæus ſua condiuit ſapientia,& in dulcorem ubertatēq; 33
conuertit. Vix nox tranſierat, feruentiſſimo æſtu uenit ad Iordanem. Stetit in ripa flumi/
nis,& orto ſole, ſolis iuſtitiæ recordata eſt, quomodo in medio amnis alueo ſicca ſacerdotes
poſuerint ueſtigia: & ad Heliæ & Heliſæi imperium, ſtantibus ex utraque parte aquis, iter
unda præbuerit: pollutasq; diluuio aquas, & totius humani generis interfectione macula/
tas,ſuo dominus mundauerit baptiſmate.Longum eſt ſi uelim de ualle Achor dicere,id eſt, 34
tumultus atque turbarum, in qua furtum & auaricia cōdemnata eſt: & de Bethel domo dei,
in qua ſuper nudam humū, nudus & pauper dormiuit Iacob: et poſito ſubter caput lapide,
qui in Zacharia ſeptē oculos habere deſcribitur, & in Eſaia lapis dicitur angularis,uidit ſca/ D
lam uſq; ad cœlum tendentē:in qua dominus deſuper innitebatur, aſcendentibus porrigens
manum,& negligentes de ſublimi præcipitans.Sepulchra quoq; in monte Ephraim Ieſu fi/
lij Naue,& Eleazari filij Aaron ſacerdotis, è regione uenerata eſt:quorum alter conditus eſt
in Tannathſare à ſeptentrionali parte montis Gaas: alter in Gabaa filij ſui Phinees, ſatisq; 35
mirata eſt, quod diſtributor poſſeſſionum ſibi montana & aſpera delegiſſet. Quid narrem
Silo,in qua altare dirutum hodieq; monſtratur,& raptum Sabinarū à Romulo, tribus Ben
iamitica præcurrit. Tranſiuit Sichem,non ut plerique errantes legunt Sichar,quæ nunc Nea/ 36
polis appellatur,& ex latere montis Garizim extructam circa puteum Iacob intrauit eccleſi/
am:ſuper quo reſidēs dominus, ſitiensq; & eſuriens,Samaritanæ fide ſatiatus eſt:quæ quin
que Moſaicorum uoluminum uiris,ſextoq;,quem ſe habere iactabat,errore Doſithei dere/
licto,uerum Meſſiam,& uerum repperit ſaluatorem.Atq; inde diuertens,uidit duodecim pa
triarcharum ſepulchra:& Sebaſten,id eſt,Samariam,quæ in honorem Auguſti ab Herode
Græco ſermone Auguſta eſt nominata. Ibi ſiti ſunt Heliſæus & Abdias prophetæ, & (quo
maior inter natos mulierum non fuit) Ioannes Baptiſta. Vbi multis intremuit conſternata
mirabilibus: nanque cernebat uarijs dæmones rugire cruciatibus, & ante ſepulchra ſancto/
rum ululare homines more luporū, uocibus latrare canum,fremere leonum,ſibilare ſerpen/
tum,mugire taurorum.Alios rotare caput,& poſt tergum terram uertice tāgere:ſuſpenſisq;
pede fœminis, ueſtes defluere in faciem. Miſerebatur omniū,& per ſingulos effuſis lachry/
mis,Chriſti clementiā deprecabatur. Et ſicut erat inualida, aſcendit pedibus montem,in cu/
ius duabus ſpeluncis, perſequutionis & famis tempore, Abdias propheta centum prophe/
tas aluit pane & aqua. Inde cito itinere percurrit Nazareth nutriculam domini,Chanaan & 37
Capharnaum, ſignorum eius familiares. Lacum Tyberiadis, nauigante domino ſanctifi/
catum: & ſolitudinem, in qua multa populorum milia paucis ſaturata ſunt panibus, & de
reliquijs ueſcentium repleti ſunt cophini duodecim tribuum Iſrahel. Scandebat montem
Thabor

A Thabor, in quo transfiguratus est dominus. Aspiciebat procul montes Hermon & Her-
38 monium,& campos latissimos Galilææ,in quibus Sisara & omnis exercitus eius,Barach uin
cente prostratus est. Torrens Cison,qui mediam planiciem diuidebat,& oppidum iuxta Na
im,in quo uiduæ suscitatus est filius, monstrabatur. Dies me prius quàm sermo deficiet,si uo
luero cuncta percurrere, quæ Paula uenerabilis fide incredibili peruagata est. Transibo ad
39 Aegyptum, & in Sochoth atque apud fontem Sampson, quem de molari maxillæ dente
produxit, subsistam parumper:& arentia ora colluam,ut refocillatus uideam Morasthim,se
pulchrum quondam Micheæ prophetæ,nunc ecclesiam. Et ex latere derelinquã Chorreos,
40 & Getheos,Maresa,Idumęam,& Lachis,& per arenas mollissimas pergentium uestigia sub
trahentes,latamq; eremi uastitatem,ueniam ad Aegypti fluuium Sior,qui interpretatur tur
bidus, & quinq; Aegypti transeam ciuitates,quæ loquuntur lingua Chananitide, & terram
Gessen,& campos Thaneos,in quibus fecit deus mirabilia. Et urbem No, quæ postea uersa
est in Alexandriam:& oppidum domini Nitriam,in quo purissimo uirtutum nitro sordes la
uantur quotidie plurimorum. Quod cum uidisset,occurrente sibi sancto & uenerabili episco
41 po Isidoro confessore, & turbis innumerabilibus monachorum,ex quibus multos sacerdo-
talis & leuiticus sublimabat gradus:lætabatur quidem ad gloriam domini, sed se indignam
tanto honore fatebatur. Quid ego narrem Macarios,Arsetas,Serapionas,& reliqua colum-
narum Christi nomina? Cuius non intrauit cellulam? quorum pedibus non aduoluta est?
Per singulos sanctos Christũ se uidere credebat,& quicquid in illos contulerat, in dominum
contulisse lætabatur. Mirus ardor,& uix in fœmina credibilis fortitudo. Oblita sexus & fra-
gilitatis corporeę,inter tot milia monachorum cum puellis suis habitare cupiebat. Et forsitan
cunctis eam suscipientibus impetrasset,ni maius sanctorum locorum retraxisset desiderium.
Atq; propter feruentissimos æstus de Pelusio Maiomam nauigatione perueniens,tanta ue-
locitate reuersa est, ut auem putares. Nec multò post in sancta Bethlehem mansura perpe-
B tuo,angusto per trienniũ mansit hospitiolo,donec extrueret cellulas ac monasteria,& diuer-
sorium peregrinorum iuxta uiam conderet, in qua Maria & Ioseph hospitium non inuene-
rant. Huc usque iter eius descriptum sit,quod multis uirginibus & filia comite peragrauit.

Nunc uirtus latius describatur, quæ ipsius propria est, & in qua exponenda, deo iudice ac
teste profiteor,me nihil addere, nihil in maius attollere more laudantium: sed ne rerum ex-
cedam finem, multa detrahere: & ne apud detractores & genuino me semper dente roden-
42 tes fingere puter,& cornicẽ Aesopi alienis coloribus adornare. Quæ prima Christianorum
uirtus est,tanta se humilitate deiecit,ut qui eam non uidisset & pro celebritate nominis uide-
re gestisset,ipsam esse non crederet,sed ancillularum ultimam. Et cum frequẽtibus choris uir-
ginum cingeretur,& ueste & uoce & habitu & incessu minima omnium erat: nunq; post uiri
mortẽ usq; ad diem dormitionis suæ cum ullo comedit uiro,quamuis eum sanctũ & in pon-
tificali sciret culmine constitutũ. Balneas,nisi periclitans,non adijt. Mollia, etiam in grauissi-
ma febre,lectuli strata nõ habuit,sed super durissimam humum, stratis ciliciolis quiescebat:
si tamen illa quies dicenda est, quæ iugibus penè orationibus dies noctesq; iungebat: illud
implens de psalterio: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum
meum rigabo, In qua fontes crederes lachrymarum,ita leuia peccata plangebat,ut illam gra
uissimorum criminũ crederes ream. Cunq; à nobis crebrius moneretur,ut parceret oculis,&
eos seruaret euangelicæ lectioni,aiebat: Turpanda est facies, quam contra dei præceptũ pur
purisso & cerussa & stibio sæpe depinxi. Affligendum corpus, quod multis uacauit delitijs.
Longus risus,perpeti cõpensandus est fletu. Mollia linteamina & serica preciosissima,aspери-
tate cilicij commutanda. Quæ uiro & seculo placui,nunc Christo placere desidero. Si inter ta
les tantasque uirtutes castitatem in illa uoluero prædicare, superfluus uidear: in qua etiam
cum secularis esset,omnium Rhomæ matronarum exemplum fuit: quæ ita se gessit,ut nun-
quam de illa etiam maledicorum quicquam auderet fama confingere. Nihil animo eius cle-
mentius,nihil erga humiles blandius fuit. Nõ appetebat potentes,nec tamẽ superbos & glo-

riolam quærentes,faſtidio deſpiciebat. Si pauperem uidebat,ſuſtentabat:ſi diuitem, ad be- c
nefaciendum hortabatur. Liberalitas ſola excedebat modum. Et uſuras tribuens,uerſuram quoque ſæpius faciebat, ut nulli ſtipem rogantium denegaret.Fateor errorem meum: cum in largiendo eſſet profuſior,arguebam, illud proferens de Apoſtolo: Non ut aliis refrigerium, nobis autem tribulatio,ſed ex æqualitate in hoc tempore,ut ueſtra abundantia ſit ad illorum inopiam,& illorum abundantia ſit ad ueſtram inopiam.Et hoc de euangelio ſaluatoris: Qui habet duas tunicas,det alteram non habenti.Et prouidendum eſſe,ne quod libenter faceret,ſemper facere non poſſet:multaq; huiuſcemodi, quæ illa mira uerecũdia,& ſermone parciſſimo diſſoluebat:teſtem inuocans deũ, ſe pro illius nomine cũcta facere,& hoc habere uoti,ut mendicans ipſa moreretur,ut unũ nummũ filiæ non dmitteret,& in funere ſuo aliena ſindone inuolueretur.Ad extremũ inferebat:Ego ſi petiero,multos inueniam qui mihi tribuant,iſte mendicans ſi à me nõ acceperit,quæ ei poſſum etiã de alieno tribuere,& mortuus fuerit,à quo eius anima requiretur? Ego cautior in re familiari eſſe cupiebã, ſed illa ardentior fide,toto ſaluatori animo iungebatur:& pauperem dominum,pauper ſpiritu ſequebatur,reddens ei quod acceperat,pauper pro ipſo effecta.Deniq; conſequuta eſt quod optabat, & in grandi ære alieno filiam dereliquit:quod huc uſq; debens,nõ ſuis uiribus,ſed Chriſti ſe confidit miſericordia redditurã. Solent pleræq; matronarũ buccinatoribus ſuis dona conferre, & in paucos largitate profuſa, manũ à cæteris retrahere: quo illa omnino carebat uitio. Ita enim ſingulis ſuam pecuniam diuidebat,ut ſingulis neceſſariũ erat: non ad luxuriam, ſed ad neceſſitatem.Nemo ab ea pauperum uacuus reuerſus eſt.Quod obtinebat,non diuitiarũ magnitudine, ſed prudentia diſpenſandi: illud ſemper replicans: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiã conſequentur. Et: Sicut aqua extinguit ignẽ,ita eleemoſyna extinguit peccatum.Et: Facite uobis amicos de iniquo mammona,qui uos recipiãt in æterna tabernacula. Et: Date eleemoſynã,& ecce omnia munda ſunt uobis.Et uerba Danielis, regẽ Nabuchodonoſor monentis, ut eleemoſynis redimeret peccata ſua. Nolebat in his lapidibus pecuniam d
effundere,qui cum terra & ſeculo tranſituri ſunt: ſed in uiuis lapidibus, qui uoluuntur ſuper terram, de quibus in Apocalypſi Ioannis, ciuitas magni regis extruitur: quos in Saphirũ & Smaragdum & Iaſpidem,& cæteras gẽmas eſſe uertendos,ſcriptura cõmemorat. Verũ hæc poſſunt eſſe cõmunia cũ paucis,& ſcit diabolus,non in ſummo uirtutũ culmine poſita.Vnde loquitur ad dominum, poſt amiſſam Iob ſubſtantiam, poſt euerſam domum,poſt liberos interfectos, corium pro corio,& omnia quę habuerit homo,dabit pro anima ſua.Sed extende manum tuam,& tange oſſa eius & carnes,niſi in faciem benedixerit tibi.Scimus pleroſq; dediſſe eleemoſynam, ſed de proprio corpore nihil dediſſe.porrexiſſe egentibus manum, ſed carnis uoluptate ſuperatos. dealbaſſe ea quæ foris erant, & intus plenos fuiſſe oſſibus mortuorum.At non Paula talis,quæ tantæ continentiæ fuit, ut propè menſuram excederet, & debilitatem corporis nimijs ieiunijs ac labore cõtraheret. Quæ, exceptis diebus feſtis, uix oleum in cibo caperet:ut ex hoc uno ęſtimetur,quid de uino & liquamine,& piſcibus,& melle,& ouis,& reliquis quæ guſtui ſuauia ſunt,iudicarit. In quibus ſumendis quidã ſe abſtinentiſſimos putant,& ſi his uentrem ingurgitauerint, tutam pudicitiam ſuſpicantur. Semper quidem uirtutes ſequitur inuidia,feriuntq; ſummos fulgura montes. Nec mirũ ſi hoc de ho- 45
minibus loquar,cũ etiam dominus noſter phariſæorũ zelo ſit crucifixus, & omnes ſanctiæmulos habuerint,in paradiſo quoq; ſerpens fuerit,cuius inuidia mors introiuit in orbẽ terrarum.Suſcitauerat ei dominus Adad Idumæũ,qui eam colaphizaret,ne ſe extolleret,& quaſi quodam ſtimulo carnis ſæpius ammonebat, ne magnitudo uirtutum altius raperet, & aliarum uitijs fœminarum, ſe in excelſo crederet conſtitutam.Ego aiebam,liuori eſſe cedendum & dandum inſanię locũ,quod feciſſet Iacob in fratre ſuo Eſau,& Dauid in pertinaciſſimo inimicorum Saul:quorum alter in Meſopotamiam fugerit,alter ſe Allophylis tradiderit, malens hoſtibus quam inuidis ſubiacere.At illa reſpondebat: Iuſte hæc diceres,ſi diabolus contra ſeruos dei & ancillas nõ ubiq; pugnaret, & ad omnia loca fugientes nõ prędederet,ſi non

ſanctorum

A ſanctorum locorum amore retinerer, & Bethlehem meam in alia reperire poſſem parte terrarum. Cur enim non patientia liuorẽ ſuperem? Cur non humilitate frangam ſuperbiam, & percutienti maxillã offeram alteram? Dicente apoſtolo Paulo: Vincite in bono malũ. Nónne apoſtoli gloriabantur, quando pro domino ſunt paſſi contumeliã? Nónne ipſe ſaluator humiliauit ſe, formã ſerui accipiens, & factus eſt obediens patri uſq; ad mortem, & mortem crucis, ut nos ſua paſſione ſaluaret? Iob niſi certaſſet, & uiciſſet in prælio, non accepiſſet coronam iuſtitiæ, nec audiſſet à domino: Putas me aliter loquutũ tibi, cũ ut appareres iuſtus? Beati dicuntur in euangelio, qui perſequutionẽ patiũtur propter iuſticiã. Secura ſcit conſciẽtia, quod non propter peccata patiamur, & afflictio in ſeculo, materia præmiorũ eſt, Si quando procacior fuiſſet inimicus, & uſq; ad uerborũ iurgia proſiliſſet, illud pſalterij decantabat: Cum conſiſteret aduerſum me peccator, obmutui & ſilui à bonis. Et rurſus: Ego autẽ quaſi ſurdus non audiebam, & quaſi mutus non aperiens os ſuum. Et factus ſum ſicut homo non audiens, & nõ habens in ore ſuo increpationes. In tẽtationibus, Deuteronomij uerba uoluebat: Tentat uos dominus deus ueſter, ut ſciat ſi diligatis dominũ deum ueſtrum de toto corde ueſtro, & de tota anima ueſtra. In tribulationibus & anguſtijs, Eſaiæ replicabat eloquia: Qui ablactati eſtis à lacte, qui abſtracti ab ubere, tribulationẽ ſuper tribulationẽ expectate, ſpem ſuper ſpem, adhuc puſillum propter malitiam labiorum, propter linguam malignã. Et ſcripturæ teſtimonium in conſolationẽ ſuã ediſſerebat: Ablactatorum eſſe, eorum ſcilicet, qui ad uirilem ætatem perueniſſent, tribulationem ſuper tribulationẽ ſuſtinere, ut ſpem ſuper ſpem mereantur accipere. Scientes quoniã tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uero ſpem, ſpes autem non confundit. Et, quod ſi is qui foris eſt homo noſter corrumpatur, ille qui intus eſt innouetur: & in præſentiarum leue & momentaneum tribulationis ueſtræ, æternę gloriæ pondus operatur in uobis: non aſpicientibus quę uidentur, ſed quę non uidentur. Quæ enim uidentur, temporalia ſunt: quæ autem non uidentur, æterna. Nec
B longum fore tempus, etiam ſi humanæ impatientiæ tardum uideatur, quin dei ſtatim uidea tur auxilium, dicentis: Tempore opportuno exaudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tibi. Nec doloſa labia & linguas iniquorum eſſe metuendas, cum domino adiutore lætemur, & ipſum debeamus audire per prophetam monentem: Nolite timere opprobria hominum, & blaſphemias eorum ne metueritis. Sicut enim ueſtimentum, ſic comedit eos uermis: & ſicut lanam, ſic deuorauit eos tinea. Et: Per patientiam ueſtrã poſſidebitis animas ueſtras. Et: Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et alibi: Tribulationem ſuper tribulationem ſuſtinere, ut patienter agamus in omnibus quæ accidunt nobis. Patiens enim uir multum prudens. Qui autem puſillanimis eſt, uehementer inſipiens. In languoribus & crebra infirmitate dicebat: Quando infirma ſum, tunc fortis ſum. Et: Habemus theſaurũ iſtum in uaſis fictilibus, donec mortale hoc induat immortalitatem, & corruptiuum hoc ueſtiatur incorruptione. Et iterum: Sicut ſuperabundant paſſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abundauit & conſolatio. Ac deinde: Vt ſocij paſſionũ eſtis, ſic eritis & conſolationis. In mœrore cantabat: Quare triſtis es anima, & quare conturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi, ſalutare uultus mei, & deus meus. In periculis loquebatur: Qui uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Et iterum: Qui uult animam ſuã ſaluam facere, perdet eam. Et: Qui perdiderit animam ſuam propter me, ſaluam eam faciet. Quando diſpendia rei familiaris & euerſio totius patrimonij nunciabatur, aiebat: Quid enim prodeſt homini ſi totũ mundũ lucrifecerit, & animæ ſuæ damnum habuerit? aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua? Et: Nudus exiui de utero matris meæ, nudus & redeã. Sicut domino placuit, ita factũ eſt. Sit nomen domini benedictũ. Et illud: Nolite diligere mundum, neq; ea quæ ſunt in mundo. Quoniam omne quod in mundo eſt, deſideriũ carnis eſt, & concupiſcentia oculorũ, & ſuperbia uitæ huius: quæ non eſt ex patre, ſed ex mundo. Et mundus tranſit, & cõcupiſcentia eius.
44 Scio eñ ſcriptas infirmitates grauiſſimas liberorũ, & maxime Toxotij ſui, quẽ diligebat plurimum.

rimum.Cumq; illud uirtute compleſſet,turbata ſum,& non ſum loquuta,in hæc uerba pro/ C
rupit:Qui amat filiũ aut filiam plus quàm me,nõ eſt me dignus.Et orans ad dominũ,loque
batur:Poſſide domine filios mortificatorũ,qui pro te quotidie mortificãt corpora ſua. Noui
ſuſurronẽ quẽdã (quod genus hominũ uel perniciоſiſſimũ eſt)quaſi beneuolũ nunciaſſe,q̃d
pro nimio feruore uirtutũ quibuſdã uideretur inſana , & cerebrũ illius dicerent confouendũ.
Cui illa reſpondit:Theatrũ facti ſumus mundo,& angelis & hominibus. Et: Nos ſtulti pro/
pter Chriſtũ,ſed ſtultũ dei ſapientius eſt hominibus. Vnde & ſaluator loquitur ad patrem:
Tu ſcis inſipientiam meam.Et iterum:Tanquã prodigiũ factus ſum multis,& tu adiutor for
tis:ut iumentum factus ſum apud te,& ego ſemper tecum.Quem in euangelio & propinqui
quaſi mentis impotem ligare cupiebant,& aduerſarij ſuggillabant,dicẽtes:Dæmonium ha/
bet,& Samaritanus eſt:In Beelzebub principe dæmoniorũ eijcit dæmonia . Sed nos audia/
mus Apoſtolum cohortantem:Hæc eſt gloria noſtra,teſtimonium conſcientiæ noſtræ,quo
niam in ſanctitate & ſynceritate, & in gratia dei conuerſati ſumus in mundo . Et dominum
dicentem ad Apoſtolos:Ideo mundus odit uos,quoniam non eſtis de mundo.Si enim eſſe/
tis de mundo, amaret utiq; mundus quod ſuum erat . Et ad ipſum dominum uerba uerte/
bat: Tu noſti cordis abſcondita, & hæc omnia uenerunt ſuper nos,nec ſumus obliti tui , nec
inique egimus in teſtamento tuo,nec auerſum eſt retrorſum cor noſtrum.Et propter te mor/
tificati ſumus tota die,reputati ſumus ut oues occiſionis.Sed dominus auxiliator meus, non
timebo quid faciat mihi homo.Legi enim:Fili honora dominũ,& confortaberis,& extra do
minũ nullum timueris.His & talibus teſtimonijs,quaſi armatura dei,& aduerſus omnia qui/
dem uitia, ſed præcipue inſtruebat ſe contra inuidiam ſæuientem , & patiendo iniurias,furo/
rem rabidi pectoris mitigabat.Deniq; uſq; ad diem mortis,& huius patientia,& aliorum ze
lus omnibus patuit:qui ſuum rodit autorem,& dum æmulum lædere nititur , in ſemetipſum
proprio furore bacchatur. Dicam & de ordine monaſterij,quomodo ſanctorũ continen/
tiam in ſuũ uerterit lucrum.Seminabat carnalia,ut meteret ſpiritualia:dabat terrena,ut cœle/ D
ſtia tolleret:breuia cõcedebat,ut pro his æterna mutaret.Poſt uirorum monaſterium, quod
uiris tradiderat gubernandũ,plures uirgines quas è diuerſis prouincijs congregarat, tam no
biles, quàm medij & infimi generis , in tres turmas monaſteriaq; diuiſit:ita duntaxat, ut in
opere & in cibo ſeparatæ,pſalmodijs & orationibus iungerentur.Poſt alleluia cantatũ (quo
ſigno uocabantur ad collectã) nulli reſidere licitũ erat . Sed prima ſeu inter primas ueniens,
cęterarum operiebatur aduentum,pudore & exemplo ad laborem eas prouocãs,nõ terrore,
Mane hora tertia,ſexta,nona,ueſpere,noctis medio,per ordinem pſalterium cantabãt. Nec
licebat cuiq; ſororũ ignorare pſalmos,& nõ de ſcripturis ſanctis quotidie aliquid diſcere.Die
tantũ dominico ad eccleſiam procedebant,ex cuius habitabant latere.Et unũquodq; agmen
matrem propriam ſequebatur,atq; inde pariter reuertentes,inſtabãt operi diſtributo, & uel
ſibi,uel cæteris indumenta faciebant.Si qua erat nobilis,non permittebatur de domo ſua ha
bere comitem , ne ueterum actuum memor , & laſciuientis infantiæ errorem refricaret anti/
quum,& crebra confabulatione renouaret. Vnus omniũ habitus . Linteamine ad tergendas
ſolum manus utebantur . A uiris tanta ſeparatio , ut à ſpadonibus quoq; eas ſeiungeret , ne
ullam daret occaſionem linguæ maledicæ,quę ſanctos carpere ſolita eſt in ſolatiũ delinquen
di.Si qua uel tardior ueniebat ad pſalmos,uel erat in opere pigrior,uarijs eam modis aggre
diebatur.Si erat iracũda,blanditijs:ſi patiens,correptione, illud Apoſtoli imitans:Quid uul/
tis?In uirga ueniam ad uos,an in ſpiritu lenitatis & manſuetudinis?Excepto uictu & ueſtitu,
nullam habere quicq; patiebatur,dicente Paulo:Habentes uictum & ueſtitum , his contenti
ſumus:ne conſuetudine plus habendi præberet locum auariciæ,quæ nullis expletur opibus,
& quanto amplius habuerit,plus requirit , & neq; copia,neq; inopia minuitur. Iurgantes in/
ter ſe,ſermone leniſſimo fœderabat.Laſciuientem adoleſcẽtularum carnem crebris & dupli/
catis frangebat ieiunijs,malens eis ſtomachũ dolere,quàm mẽtem. Si uidiſſet aliquam com/
ptiorem , contractione frontis,& uultus triſtitia arguebat errantem,dicens: Mundiciam cor/

poris

A poris atq; ueſtitus,animæ eſſe immundiciam. Et turpe uerbum atq; laſciuum, nunc̄ de ore uirgineo proferendū:quibus ſignis libidinoſus animus oſtenditur: & per exteriorem homi/nem,interioris hominis uitia demonſtrantur.Quam linguoſam garrulā ac procacem rixiſq; perſpexerat delectari,& ſæpius cōmonitam nolle conuerti,inter ultimas & extra conuentum ſororum,ad fores triclinij orare faciebat, & ſeparatim cibum capere:ut quam obiurgatio nō correxerat,emendaret pudor.Furtum quaſi ſacrilegiū deteſtabatur. Et quod inter ſeculi ho/mines,uel leue putatur,uel nihil:hoc in monaſterijs grauiſſimum dicebat eſſe delictū. Quid memorem clementiam & ſedulitatem in ægrotantes,quas miris obſequijs,& miniſterijs con fouebat? Cūq; alijs languentibus,large præberet omnia,& eſum quoq; exhiberet carnium, ſi quando ipſa ægrotaſſet,ſibi non indulgebat,& in eo inæqualis uidebatur,quod in alijs cle mentiam,in ſe duritiam commutabat.Nulla iuuenum puellarū ſano & uegeto corpore,tan/tæ ſe dederat continentiæ,quantæ ipſa fracto & ſenili debilitatoq; corpuſculo.Fateor,in hac re pertinacior fuit,ut ſibi non parceret, & nulli cederet admonenti. Referam quod exper/tus ſum.Menſe Iulio feruentiſſimis æſtibus incidit in ardorem febris,& poſt deſperationem cum dei miſericordia reſpiraſſet, & medici perſuaderent ob refectionem corporis uino opus eſſe tenui & parco,ne aquam bibens in hydropem uerteretur, & ego clam beatum papā Epi phanium rogarem,ut eam moneret, imò compelleret uinū bibere:illa, ut erat prudens & ſo/lertis ingenij,ſtatim ſenſit inſidias,& ſubridens,meum eſſe quod ille diceret, intimauit. Quid plura? Cum beatus pōtifex poſt multa hortamenta exiſſet foras, quærenti mihi quid egiſ/ſet,reſpondit: Tantum profeci,ut ſeni homini penè perſuaſerit,ne uinum bibam. Hęc refero, non quod inconſideranter,& ultra uires ſumpta onera probem:monente ſcriptura, Super te onus ne leuaueris:ſed quod mentis eius ardorem, & deſiderium fidelis animæ, ex hac quo/que probare uelim perſeuerantia,decantantis:Sitiuit anima mea in te,c̄ multipliciter tibi ca/ro mea.Difficile eſt modū tenere in omnibus.Et uere iuxta philoſophorū ſententiā μεσότης
B ἡ ἀρετὴ, κακία ὑπερβολὴ πίλεται, id eſt, modus uirtus eſt,uitiū nimietas reputatur.Quod nos una & breui ſententiola exprimere poſſumus:Ne quid nimis. Quæ in contemptu cibo/rum tantam habebat pertinaciam:in luctu mitis erat,& ſuorum mortibus frangebatur, ma/xime liberorum.Nam & in uiri & filiarum dormitione,ſemper periclitata eſt. Et cum os ſto/machumq; ſignaret:& matris dolorem,crucis niteretur impreſſione lenire: ſuperabatur affe ctu,& credulam mentem,parentis uiſcera conſternabant:animoq; uincens,fragilitate corpo/ris uincebatur.Quam ſemel languor arripiens,longo tempore poſſidebat,ut & nobis inquie tudinem,& ſibi diſcrimina offerret.In quo illa lætabatur,per momenta commemorans: Mi/ſer ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius? Dicat prudens lector, pro laudi/bus me uituperationem ſcribere. Teſtor Ieſum,cui illa ſeruiuit,& ego ſeruire cupio,me utran/que in partem nihil fingere,ſed quaſi Chriſtianum de Chriſtiana,quę ſunt uera,proferre,id eſt,hiſtoriam ſcribere,non panegyricum:& illius uitia,aliorum eſſe uirtutes. Vitia loquor,ſe cundum nimium meum,& omnium ſororum ac fratrum deſiderium,qui illam diligimus, & abſentem quærimus. Cæterum illa impleuit curſum ſuum,fidemq; ſeruauit, & nunc frui/tur corona iuſticiæ:ſequiturq; agnum quocunq; uadit.Saturatur quia eſuriuit, & læta decan tat:Sicut audiuimus,ita & uidimus in ciuitate domini uirtutum,in ciuitate dei noſtri. O bea/ta rerum commutatio,fleuit,ut ſemper rideret: Deſpexit lacus contritos, ut fontē dominum reperiret. Veſtita cilicio eſt,ut nunc albis ueſtimentis uteretur,& diceret: Scidiſti ſaccū meum, & induiſti me lęticia. Cinerem ſicut panem manducabat,& potionem ſuam cum fletu miſce/bat,dicens,Fuerūt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: ut in æternum pane angelorum ueſceretur,& caneret: Guſtate & uidete,quoniā ſuauis eſt dominus. Et, Eructauit cor meum uerbū bonū, dico ego opera mea regi. Et Eſaiæ, imò domini per Eſaiam in ſe caneret uerba compleri: Ecce qui ſeruiunt mihi manducabunt,uos autem eſurietis. Ecce qui ſeruiunt mihi bi/bent,uos autem ſitietis. Ecce qui ſeruiunt mihi lætabuntur, uos autem confundemini. Ecce qui ſeruiunt mihi exultabunt,uos autem clamabitis ob dolorem cordis,& propter contritio/

nem

nem ſpiritus ululabitis. Dixeram lacus cã ſemper fugiſſe contritos, ut fontem dominum c
reperiret,ut poſſet læta cãtare:Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum,ita deſiderat anima
mea ad te deus.Quando ueniam & apparebo ante faciem dei? Tangam ergo breuiter quo
modo hæreticorum cœnoſos deuitauerit lacus,& eos inſtar habuerit ethnicorum. Quidam
ueterator callidus,atq; ut ſibi uidebatur, doctus & ſciolus, me neſciente cœpit ei proponere
quęſtiones,& dicere:Quid peccauit infans,ut à dæmone corripiatur?In qua ætate reſurrectu
ri ſumus? Si in ipſa qua morimur:ergo nutricibus poſt reſurrectionem opus erit. Sin aliter,
nequaquam erit reſurrectio mortuorum, ſed transformatio in alios. Diuerſitas quoq; ſexus
maris ac fœminæ erit,aut non erit? Si erit,ſequentur & nuptiæ, & concubitus, ſed & genera
tiõ.Si non erit,ſublata diuerſitate ſexus,eadem corpora non reſurgent, aggrauat enim terre
na inhabitatio ſenſum multa cogitantem, ſed tenuia erunt & ſpiritualia, dicente Apoſtolo:
Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale. Ex quibus omnibus probare cupiebat,
rationales creaturas ob quædam uitia,& antiqua peccata in corpora eſſe delapſas: & pro di
uerſitate & meritis peccatorũ,tali uel tali conditione generari, ut uel corporũ ſanitate gaude
rent,& parentum diuitijs ac nobilitate, uel in morbidas carnes & domos inopum uenientes,
pœnas priſtinorum luerent delictorũ,& præſenti ſeculo atq; corporibus, quaſi carcere clau
derentur. Quod cum audiſſet,& ad me retuliſſet, indicans hominem,mihiq; incubuiſſet ne
ceſſitas nequiſſimæ uiperæ ac mortiferæ beſtiæ reſiſtendi,de quibus pſalmiſta cõmemorat,
dicens: Ne tradas beſtijs animas confitentiũ tibi:Et,increpa domine beſtias calami, qui ſcri
bentes iniquitatem,loquuntur contra dominum mẽdacium,& eleuant in excelſum os ſuum:
conueni hominem,& orationibus eius,quã decipere nitebatur, breui interrogatione conclu
ſi. Vtrum crederet futuram reſurrectionem mortuorum,an non? Qui cum ſe credere reſpon
diſſet,intuli: Eadem reſurgent corpora,an altera? Cum dixiſſet eadem:ſciſcitatus ſum:In eo
dem ſexu,an in altero? Ad interrogata reticẽti, & inſtar colubri huc atq; illuc transferenti ca
put,ne feriretur:quia inquam taces,ego mihi,pro te reſpondebo,& conſequentia inferam.Si D
non reſurget mulier,ut mulier, neq; maſculus ut maſculus: non erit reſurrectio mortuorum,
quia ſexus membra habet,membra autem totũ corpus efficiunt.Si autem ſexus & membra
non fuerint,ubi erit reſurrectio corporum,quæ ſine ſexu non conſtant & membris? Porro ſi
corporum nõ fuerit reſurrectio,nequaquam erit reſurrectio mortuorum. Sed & illud quod
de nuptijs obijcis:Si eadem membra fuerint,ſequi nuptias,à ſaluatore diſſoluitur. Erratis ne
ſcientes ſcripturas,neq; uirtutem dei.In reſurrectione enim mortuorum,non nubent,neque
nubentur,ſed erunt ſimiles angelorum. Vbi dicitur,non nubent, neq; nubentur, ſexuum di
uerſitas demonſtratur.Nemo enim de lapide & ligno dicit,non nubent neq; nubentur,quæ
naturam nubendi non habent:ſed de his qui poſſint nubere,& gratia Chriſti ac uirtute non
nubant.Quod ſi oppoſueris, quomodo ergo erimus ſimiles angelorum:cum inter angelos,
non ſit maſculus & fœmina.Breuiter auſculta:Non ſubſtantiam nobis angelorum, ſed con
uerſationẽ,& beatitudinem dominus repromittit.Quomodo & Ioannes Baptiſta anteq; de
collaretur,angelus appellatus eſt,& omnes ſancti ac uirgines dei, etiã in iſto ſeculo uitam in
ſe exprimunt angelorum,Quando enim dicitur: Eritis ſimiles angelorũ,ſimilitudo promitti
tur,non natura mutatur.Simulq; reſponde:quomodo illud interpreteris,quod Thomas do
mini reſurgentis tetigerit manus,& uiderit lancea latus eius perforatum? Et Petrus in littore
ſtantem uiderit dominum, & partem aſſi piſcis,ac fauum mellis comedentem? Qui ſtabat,
profecto habebat pedes.Qui monſtrauit latus uulneratum,utiq; & uentrem, & pectus ha
buit,ſine quibus non ſunt latera uentri & pectori cohærentia.Qui loquutus eſt,lingua & pa
lato ac dentibus loquebatur.Sicut enim plectrum cordis,ita lingua illiditur dentibus, & uo
calem reddit ſonum.Cuius palpatæ ſunt manus,conſequẽter & brachia habuit. Cum igitur
omnia membra habuiſſe dicatur,neceſſe eſt,ut totũ corpus habuerit,quod cõficitur ex mem
bris:non utiq; fœmineum,ſed uirile,ideſt,eiuſdẽ ſexus, in quo mortuus eſt. Quod ſi obten
deris,ergo & nos poſt reſurrectionẽ comedemus? Et quomodo clauſis ingreſſus eſt ianuis,

contra

A contra naturam pinguium,& ſolidorum corporum? Audies: Noli propter cibum reſurrecti onis fidem in calumniam trahere. Nam & archiſynagogi filiæ reſuſcitatæ iuſſit cibum dari. Et Lazarus quatriduanus mortuus, cum ipſo ſcribitur iniſſe conuiuium, ne reſurrectio eorum phantaſma putaretur. Sin autē clauſis ingreſſus eſt ianuis,& idcirco ſpirituale & aereum corpus niteris approbare,ergo & antequam pateretur,quia contra naturam grauiorum corporū ſuper mare ambulauit,ſpirituale corpus habuit. Et Apoſtolus Petrus,qui & ipſe ſuper aquas pendulo inceſſit gradu,ſpirituale corpus habuiſſe credendus eſt,cum potentia magis & uirtus oſtendatur dei,quando fit aliquid contra naturam. Et ut ſcias in ſignorum magnitudine, non naturæ mutationem, ſed dei omnipotentiam demonſtrari: Qui ambulabat fide, cœpit infidelitate mergi,niſi eum manus domini ſubleuaſſet,dicētis:Modicę fidei:quare dubitaſti? Miror autem te obdurare frontem, loquente domino:Infer digitum tuum huc, & tange manus meas:& porrige manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Et alibi: Videte manus meas,& pedes meos,quia ipſe ego ſum. Palpate & uidete, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet,ſicut me uidetis habere. Et cum hoc dixiſſet, oſtendit eis manus & pedes. Oſſa audis & carnem,& pedes, & manus:& globos mihi Stoicorum,atque aeria quædam deliramenta confingis. Porrò ſi quæris:cur infans à dęmone corripiatur, qui peccata non habuit:aut in qua ætate reſurrecturi ſimus,cum diuerſa ætate moriamur:ingratis ſuſcipies,iudicia dei abyſſus multa. Et: ò altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei, quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius,& ininueſtigabiles uiæ eius. Quis enim cognouit ſenſum domini:aut quis conſiliarius eius fuit? Aetatum autem diuerſitas non mutat corporum ueritatem. Cū enim corpora quotidie noſtra fluant,& aut creſcant,aut decreſcāt:ergo tot erimus homines, quot quotidie commutamur: aut alius fui cum decem annorum eſſem, alius cum triginta,alius cū quinquaginta, alius cum iam toto cano capite ſum. Igitur iuxta eccleſiarum traditiones, & Apoſtolum Paulum, illud eſt reſpondendum: quod in uirum perfectum,
B & in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti reſurrecturi ſumus, in qua & Adam Iudæi conditum autumant,& dominum ſaluatorem legimus ſurrexiſſe: & multa quæ de utroq; teſtamento,in ſuffocationem hæretici protuli. Ex quo die ita cœpit hominem deteſtari,& omnes qui eiuſdem dogmatis erant, ut eos uoce publica,hoſtes domini proclamaret. Et hæc dixi, non ut breuiter hæreſim confutarem,cui multis uoluminibus reſpondendū eſt: ſed ut fidem tantæ fœminæ oſtenderē,quæ maluit inimicitias hominū ſubire perpetuas,quàm dei offenſam,amicitijs noxijs prouocare. Dicam ergo ut cœperam,nihil ingenio eius docilius fuit.

Tarda erat ad loquendum,uelox ad audiendum:memor illius præcepti: Audi Iſrael,& tace. Scripturas ſanctas tenebat memoriter. Et cum amaret hiſtoriam, & hoc ueritatis diceret fundamentum:magis tamen ſequebatur intelligentiam ſpiritualem:& hoc culmine, ædificationem animæ protegebat. Deniq; compulit me, ut uetus & nouum inſtrumentum, cum filia,me diſſerente,perlegeret. Quod propter uerecundiam negans,propter aſſiduitatē tamen & crebras poſtulationes eius præſtiti,ut docerem quod didiceram:nō à meipſo,id eſt,à præſumptione,peſſimo præceptore,ſed ab illuſtribus eccleſiæ uiris. Sicubi hæſitabam, & neſcire me ingenue cōfitebar,nequaquam mihi uoluit acquieſcere,ſed iugi interrogatione cogebat, ut è multis uarijſq; ſententijs, quæ mihi uideretur probabilior,indicarem. Loquar & aliud, quod forſitan æmulis uideatur incredibile. Hebræam linguam, quam ego ab adoleſcentia, multo labore ac ſudore ex parte didici, & infatigabili meditatione non deſero, ne ipſe ab ea deſerar,diſcere uoluit,& conſequuta eſt: ita ut pſalmos Hebraice caneret,& ſermonem abſq; ulla Latinæ linguæ proprietate perſonaret. Quod quidem uſq; hodie in ſancta filia eius Euſtochio cernimus,quæ ita ſemper adhæſit matri,& eius obediuit imperijs, ut nunquā abſq; ea cubaret,nunquam procederet,nunquam cibum caperet, ne unum quidem nummum haberet poteſtatis ſuæ,ſed & paternam & maternam ſubſtantiolam, à matre diſtribui pauperibus lætaretur:& pietatem in parentem, hæreditatem maximam & diuitias crederet. Non debeo ſilentio prętерire,quanto exultauerit gaudio,quod Paulā neptē ſuā ex Læta & Toxo

tio genitam, imò uoto & futuræ uirginitatis repromissione conceptam: audierat in cunis & c
crepitaculis balbutiente lingua, alleluia cantare: auiæq; & amitæ nomina, dimidiatis uerbis
frangere. In hoc solo patriæ desiderium habuit: ut filium, nurum, neptem, renuntiasse secu-
lo, & Christo seruire cognosceret. Quod & impetrauit ex parte. Nam neptis Christi flam-
meo reseruatur. Nurus æternæ se tradens pudicitiæ, socrus opera, fide, & eleemosynis sequi-
tur, & Romæ conatur exprimere, quod Hierosolymis illa compleuit. Quid agimus ani-
ma? Cur ad mortem eius uenire formidas? Iamdudum prolixior liber cuditur, dũ timemus
ad ultima peruenire, quasi tacentibus nobis, & in laudibus illius occupatis differri possit occu
bitus. Hucusq; prosperis nauigauimus uentis, & crispantia maris æquora labens carina sulca-
uit. Nunc in scopulos incurrit oratio, & tumentibus fluctuum motibus, præsens utrique no-
strum intentatur naufragium, ita ut cogamur dicere: Præceptor saluos nos fac, perimus. Et il-
lud: Exurge, ut quid obdormis domine? Quis enim possit siccis oculis Paulam narrare mo-
rientem? Incidit in grauissimam ualetudinem, imò quod optabat inuenit, ut nos desereret,
& plenius domino iungeretur, In quo languore, Eustochij filię probata semper in matre pie
tas, magis ab omnibus comprobata est. Ipsa assidere lectulo, flabellum tenere, sustentare ca-
put, puluillum supponere, fricare pedes, manu stomachum confouere, mollia strata compo-
nere, aquam calidam temperare, mappulam apponere, omnium ancillarum præuenire offi-
cia, & quicquid alia fecisset, de sua mercede putare subtractum. Quibus illa precibus, quibus
lamentis & gemitu, inter iacentem matrem & specum domini discurrit, ne priuaretur tanto
contubernio, ne illa absente uiueret: ut eodem feretro portaretur? Sed ò mortalium fragilis,
& caduca natura, & nisi Christi fides nos extollat ad cœlũ, & æternitas animæ promittatur,
cum bestijs ac iumentis, corporum una conditio est. Idem occubitus iusto & impio, bono &
malo, mundo ac immundo, sacrificanti & non sacrificanti. Sicut bonus, ita & qui peccat. Sicut
qui iurat, ita & is qui iuramentum metuit. Similiter & homines & iumenta, in fauillam & ci-
nerem dissoluuntur. Quid diu immoror, & dolorem meũ differendo facio longiorem? Sen- D
ticbat prudentissima fœminarũ adesse mortem, & frigente alia parte corporis atq; membro
rum, solum animæ teporem in sacro pectore palpitare, & nihilominus quasi ad suos perge-
ret, alienosq; desereret, illos uersiculos susurrabat: Domine dilexi decorem domus tuæ, & lo-
cum habitationis gloriæ tuæ. Et, quàm dilecta tabernacula tua domine uirtutũ, concupiscit &
deficit anima mea in atria domini. Et, elegi abiecta esse in domo dei mei, magis quàm ha-
bitare in tabernaculis peccatorum. Cumq; à me interrogaretur, cur taceret, cur nollet respon-
dere, an doleret aliquid: Græco sermone respondit, nihil se habere molestiæ, sed omnia quie
ta & tranquilla perspicere. Post hęc obmutuit, & clausis oculis, quasi iam mortalia despiceret,
usq; ad expirationem animę, eosdem repetebat uersiculos: ut quod dicebat, uix audire posse
mus. Digitumq; ad os tenens, crucis signum pingebat in labijs. Defecerat spiritus, & anhela
bat in mortem. Animaq; erumpere gestiens, ipsum stridorem, quo mortalium uita finitur, in
laudes domini conuertebat. Aderant Hierosolymarum & aliarum urbium episcopi, & sacer-
dotum inferiores gradus, ac leuitarum innumerabilis multitudo. Omne monasterium, uirgi
num & monachorum chori repleuerant. Statimq; ut audiuit sponsum uocantem: Surge, ue-
ni proxima mea, speciosa mea, columba mea: Quoniam ecce hyems trãsijt & recessit, pluuia
abijt sibi: Læta respondit: Flores uisi sunt in terra, tempus sectionis aduenit. Et, credo uidere
bona domini in terra uiuentium. Ex hinc non ululatus, non planctus: ut inter seculi homines
fieri solet, sed psalmorum linguis diuersis examina concrepabant. Translataq; episcoporum
manibus, & ceruicem feretro subijcientibus, cũ alij pontifices lampadas cereosq; præferrent,
alij choros psallentium ducerent, in media ecclesia speluncæ saluatoris est posita. Tota ad fu
nus eius, Palæstinarum urbium turba conuenit. Quem monachorum latentium in eremo cel
lula sua tenuit? Quam uirginum cubiculorum secreta texerunt? Sacrilegium putabat, qui nó
tali fœminæ ultimum reddidisset officium. Viduæ & pauperes in exemplũ Dorcadis, uestes
ab ea præbitas ostendebant. Omnis inopum multitudo matrem & nutritiam se perdidisse
clamabat

A damabat. Quodq; mirum sit, nihil pallor mutauerat faciem, sed ita dignitas quędam & gra-
uitas ora compleuerat, ut eam putares non mortuam, sed dormientem. Hebræo, Græco, La-
tino, Syroq; sermone psalmi in ordine personabant: non solum triduo, donec subter eccle-
siam, & iuxta specum domini conderetur: sed per omnem hebdomadā, cunctis qui uenerant,
suum funus, & proprias credentibus lachrymas. Venerabilis uirgo filia eius Eustochium,
quasi ablactata super matrem suam, abstrahi à parente non poterat: deosculari oculos, hæ-
rere uultui, totum corpus amplexari, & se cū matre uelle sepeliri. Testis est Iesus, ne unum
quidem nummum ab ea filiæ derelictum: sed ut ante iam dixi: derelictum magnum æs alie-
num: &, quod his difficilius est, fratrum & sororum immensam multitudinem, quos susten-
re arduum, & abijcere impium est. Quid hac uirtute mirabilius, fœminam nobilissimæ fami-
liæ, magnis quondam opibus: tanta fide omnia dilargitam, ut ad egestatem penè ultimam
perueniret? lactent alij pecunias, & in corbonā dei æra cōgesta, funalibusq; aureis dona pen-
dentia. Nemo plus dedit pauperibus, quam quæ sibi nihil reseruauit. Nunc illa diuitijs frui-
tur, & his bonis: quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. No-
stram uicem dolemus, & inuidere potius glorię eius uidebimur, si uoluerimus diutius flere re-
gnantem. Secura esto Eustochiū, magna hæreditate ditata es. Pars tua dominus, & quo ma-
gis gaudeas, mater tua longo martyrio coronata est. Non solum enim effusio sanguinis in
confessione reputatur, sed deuotæ quoq; mentis seruitus immaculata, quotidianum marty-
rium est. Illa corona de rosis & uiolis plectitur, ista de lilijs. Vnde & in Cantico scribitur can-
ticorum: Fratruelis meus candidus & rubicundus: & in pace, & in bello, eadem prędmia uince-
tibus tribuens. Mater inquam tua audiuit cum Abraham: Exi de terra tua, & de cognatione
tua, & ueni in terram quam ostendam tibi. Et per Hieremiam dominū præcipientem: Fugite
de medio Babylonis, & saluate animas uestras. Et usq; ad diem mortis suæ, nō est reuersa in
Chaldæā: nec ollas Aegypti, & uirulentias carniū desiderauit, sed choris comitata uirgineis,
B ciuis est saluatoris effecta, & de paruula Bethlehem, cœlestia regna conscendens, dicit ad ue-
45 rum Noemi: Populus tuus, populus meus, & deus tuus, deus meus. Hūc tibi librū ad duas
lucubratiunculas, eodem quē tu sustines dolore, dictaui. Nam quotienscunq; stilū figere uo-
lui, & opus exarare promissum: totiens obriguerunt digiti, cecidit manus, sensus elanguit. Vn
de & inculta oratio, uotum scribentis absq; ulla elegantia & uerborum lepore testatur. Vale
ò Paula, & cultoris tui ultimam senectutem, orationibus iuua. Fides & opera tua Christo te
sociant, præsens facilius quod postulas impetrabis. Exegi monumentum tuum ære peren-
nius, quod nulla destruere possit uetustas. Incidi elogium sepulchro tuo, quod huic uolumi-
ni subdidi, ut quocunq; noster sermo peruenerit, te laudatam, te in Bethlehem conditam le-
ctor agnoscat.

Sequitur titulus sepulchri.

Scipio quam genuit, Paulæ fudere parentes:
46 Gracchorum soboles, Agamemnonis inclyta proles:
Hoc iacet in tumulo. Paulam dixere priores:
Eustochij genitrix: Romani prima senatus
Pauperiem Christi & Bethlehemitica rura sequuta.

In fronte speluncæ.

Aspicis angustum, præcisa rupe sepulchrum?
Hospitium Paulæ est, cœlestia regna tenentis.
Fratrem, cognatos, Romam, patriamq; relinquens:
Diuitias, sobolem, Bethlehemiti conditur antro.
Hic præsepe tuum Christe, atq; hic mystica magi
Munera portantes, hominiq; deoq; dedere.

Dormiuit sancta & beata Paula, septimo Kalendarum Februarium, tertia sabbati post so-
lis occubitum. Sepulta est quinto Kalend. earundem, Honorio Augusto & Arestino consu-

libus. Vixit in ſancto propoſito, Romæ annos quinq; Bethlehem annos uiginti. Omne uitæ tempus impleuit, annis quinquaginta ſex, menſibus octo, diebus uiginti.

SCHOLIA.

GRacchorum ſtirps.) Non ſine figura ſtirpem uocat de ſtirpe ortam. Duo Gracchi fuerũt, Tiberius & Caius, quos nobiliſſimos fuiſſe teſtatur Iuuenalis: Malo Venuſinam, quàm te Cornelia mater Gracchorum, ſi cum magnis uirtutibus adfers Grande ſupercilium, & numeras in dote triumphos. Scipionum ſoboles.) Fuerunt & huius nominis atq; gentis aliquot clari, præcipue Scipio Aphricanus, ab Aphrica deuicta reperto cognomine: Scipio Aſiaticus, ab Aſia deuicta: Scipio Naſica, uir optimus iudicatus. Pauli Hæres.) Paulum Aemylium ſentit, patrem Scipionis Aphricani, cuius uitam deſcripſit Plutarchus. Martiq; Papyriæ.) Hanc Paulus Aemylius duxerat uxorem, Maſonis uiri conſularis filiam, ex qua Scipionem Aphricanum ſuſcepit. Quanq; uxorem poſt diuturnum cõuictum repudiauit, neq; repudij cauſam fateri uoluit, niſi quod oſtenſo calceo nouo & bello, negabat alios ſcire, qua parte ſtringeret pedem ſuum: ſignificans uxoris ingenium, cum ſuis moribus parũ conuenire. Ita Plutarchus. Vera & germana.) Quod Græci γνήσιον uocant, contrarium ei, quod dicunt νόθον, illud genuinum poſſis uertere, hoc adulterinum. Paulam autem germanam uocat, quod ab eius mulieris nobilitate nequaquam degeneret. Per omneis ferè Græcias.) Græcias dixit, ut nos Gallias & Pannonias, Hiſpanias, Britannias, quod harum regionum unaquæq; in plureis portionis diſſecta ſit. Iulius à magno.) Intertexuit heroicum Maronis carmen, qui C. Iulium Cæſarem uoluit ab Iulo Aeneæ filio duxiſſe genus. Vt intelligeres.) Addidit Epiphonema huic narrationis parti. Ita planxit.) Elegans ex contrarijs conflata ſententia. Quis clinicorum.) Pleriq; codices habebant clericorum, nonnulli deprauatius Clunicorum, ſed tamen propius ad germanam ac ueram ſcripturam. Clinicorum enim haud dubie legendum eſt. Nam κλίνη Græce lectus eſt, ut intelligas ob debilitatem corporis, lecto affixos: cuiuſmodi ſunt podagrici, paralyticiq;. Vnde & medicorum genus nomen habet eorum, qui lecto decumbentes curant. Si quiſq; debilis.) Debiles ſunt, uel mutili, uel manco membro, aut alioquin inutili. Dimittere loquebatur.) Si mihi permittatur in exemplarium conſenſu mutare ſcripturam, malim iocabatur, quàm loquebatur, ut intelligamus Paulam, hoc ueluti ioco ſolere placare querimonias amicorum, ita dicentem: Non facio uobis damnum, imo lucrum, comparo eleemoſynis miſericordiam dei, quam uobis relinquam hæreditatis uice, rem longe precioſiorem pecunia, aut prædijs. Imperiales literæ.) Mirum eſt, ætate diui Hieronymi tantã etiamnũ imperatorũ autoritatẽ fuiſſe Romæ, ut illorũ literis orientis atq; occidẽtis epiſcopi Romam contraherentur, ac non potius Romani pontificis, præſertim cum Cõſtantinus iam Sylueſtro ceſſiſſet imperium, ſi uera eſt fama. Salaminæ Cypri.) Nam in Cypro inſula Salamis, ſiue Salamina eſt, ut alibi teſtatur Hieronymus, quæ poſtea Conſtantia dicta eſt. Quorum Epiphanium.) Quorum pro è quibus dixit. Hic Epiphanius uir eloquens & eruditus, multa uolumina conſcripſit aduerſus hæreticos, quæ à doctis legebantur ob rerum cognitionem, ab indoctis ob ſermonis elegantiam. Vixit ad decrepitam ætatem, ut teſtatur Suidas. Antoniorũ atq; Paulorum.) Feſtiuitatis cauſa mutatus eſt numerus. Significat autem ſanctos monachos Pauli atq; Antonij ſimiles, qui uere monachi ſolitariam uitam exigebant, procul ab omni mortalium ſemoti commertio. Aperto mari.) Veteres abſtinebant à mari menſibus hybernis, quod præcipit Heſiodus quoq; Nunc media etiam bruma ſtudiũ lucri Chriſtianos per omnia trahit maria. Dicitur autem aperiri mare, cum fit nauigabile, nimirum à uernis Fauonijs. Paruus Toxotius.) Hic erat filius Paulæ, minimus natu inter liberos. Vnde conſentaneum erat, illum teneriùs ab ea diligi, uel quia ſolus maſculus, uel quia poſtremus omnium natus. Eſt autem hoc loco iucunda rerum hypotypoſis, non ſine affectibus, ut obiter hoc indicẽ de arte. Quod magnam uinceret charitatem.) Pro charitatem quidam codices habebant pietatem, quanquam hic locus mihi uidetur non omnino uacare mendo. Fortaſſe ſic erat legendum: Cum dolore pugnabat pietas, in eo admirabilior, quod magnam uinceret pietatem. Siquidem ut affectus in deum pietas uocatur, ſic & amor erga parentes aut liberos, pietas dicitur. Ad inſulam Pontiam.) Ab oſtio Tyberino in mari Italico duæ occurrunt inſulæ, Pontia & Pandatoria: in quas apparet olim à Romanis mitti ſolitos relegatos. Addit autem delata, quaſi non fuerit omnino huc deſtinatus curſus, ſed uolente deo uenti huc impulerint, ut uideret ueſtigia ſanctarum mulierum. Inſularum meminerunt omnes ferè Coſmographi, nominatim Ptolomæus, & Mela. Inter Scyllam & Charibdim.) Anguſtum eſt fretum, per quod à mari Tyrrheno uenitur in mare Adriaticum. Venit Methonam.) Methona ciuitas eſt littoralis Laconicæ, ut Stephanus: Meſſeniæ, ut Ptolemæus. Addit autem quaſi per ſtagnum, quod id mare minimum ſentiat æſtus. Nam mediterraneum mare, locis aliquot, nullo æſtu creſcit, aut decreſcit, non magis quàm lacus, cum in Oceano locis quibuſdam ſurgat ad octonos cubitos, præſertim apud ſeptemtrionales.

Et ſale tabentes artus.) Intertexuit uerſus Vergilianos, hemiſtichijs hinc atq; illinc conſarcinatis.

Per maleam.) Malea promontorium eſt Laconicæ, quod non ſine periculo præternauigabatur, id quod Græco quoque teſtatum eſt prouerbio. Refert Strabo libro octauo. Id in mare protenditur ad quinque paſſuum milia ut teſtatur Seruius in quintum librum Aeneidos. Et Cytheram.) Ea eſt inſula

A ſita oppoſita Cretæ. Coniungit autem & Homerus, Maleam ac Cytheram, Odiſſeæ libro nono, cum Vlyſſes narrat ſe uentis ad Maleam, atq; Cytheram fuiſſe depulſum. Et Plinius libro quarto Cythera, inquit, cum oppido, ante Porphyris appellata. Hæc ſita eſt à Maleę promontorio quinque milibus paſſuum, propter anguſtias periculoſo ibi nauium ambitu. Sparſasq; per æquor.) Cyclades inſulæ ſunt, paſſim obuiæ in mari: à circuitu dictæ, quod neceſſe ſit eas longo ambitu circuire, ſi Seruio credimus. Quãquàm diſſentit Pomponius. Hæ ad læuam ſunt una cum Sporadibus, præter legenti Cretam ad
7 dextram. Hemiſtichia ſunt ex tertio Aeneidos libro. Concita terris.) Nam ſæuius eſt mare, terra ſępe intercurrente. Poſt Rhodum & Lyciam.) Rhodus nobiliſſima inſula eſt, oppoſita Lyciæ, quæ pars eſt Aſiæ littoralis: olim ſeptuaginta complectens oppida, teſte Plinio. Porrò Rhodus abeſt à litore uiginti milibus paſſuum, olim Ophiuſa dicta. Hanc alibi Hieronymus unam è Cycladibus facit.

Tandem uidit Cyprum.) Aduerbium tandem, non ſolum indicat longam & moleſtam nauigationem: uerum etiam deſiderium Paulæ, cupientis uidere ſuum hoſpitem, nempe Epiphanium. Cyprus ingens & nobilis eſt inſula ad dextram occurrens emenſis mare Pamphylium. In breui curſu.) Siquidem ab inſula Cypro, ad continentem Syriæ non admodũ longus eſt traiectus, id quod apparet in tabulis coſmographicis. Porrò Seleucia ciuitas eſt nobilis in promontorio Syriæ. De qua aſcendens, Antiochiam.) Poſt Seleuciam occurrit Antiochia, quæ eſt Syriæ Cœles. Nam ſunt aliæ complures huius nominis. In hac Paulinus erat Epiſcopus, ſicut indicatum eſt antea. Quin etiam hæc Syriæ pars,
8 quæ Seleuciam complectitur, Antiochia dicta eſt, ut teſtatur Pomponius. Modicum charitate detenta.) Paula feſtinabat ad loca ſancta, tamen hoc tribuit charitati Paulini, ut illic pauliſper commoraretur. Addidit detenta, ut intelligas retinente Paulino non ſua ſponte manſiſſe. Cum hoc Romæ conſuetudinem habuerat, ut indicat alibi diuus Hieronymus: apud quem duos reperies Paulinos, alterum monachum celebrem, poſtea Nolanum Epiſcopum, cuius extant aliquot epiſtolæ ſcriptæ ad diuũ Auguſtinum, & ad hunc una diui Hieronymi: alterum de quo hoc agit loco. Is fuit Antiochenæ eccleſiæ Epiſcopus, non is opinor, qui numeratur uigeſimus ſecundus, medius inter Philogonum & Euſtathium, ſed quem Lucifer ab exilio reuocatus, accitis duobus alijs confeſſoribus, Antiochiæ Epiſcopum fecit, Euſtathij epiſcopi presbyterum, qui ſe nunquàm hæreticorũ communione polluerat. Media hyeme.) Apparet totam æſtatem nauigatione conſumptam. Eleganter retulit contraria, Brumam & ardorem fidei: ſicut & mox, eunuchorum manus, & aſellum. Cœles Syriæ & Phœnicis.) Phœnices lego
B non Phœnicis. Vtraq; pars eſt Syriæ. Nam iuxta Plinium Syria, qua contingit Arabas, Palæſtina uocatur. Deinde erat Iudæa & Cœle, poſtea Phœnice, & qua recedit interius, Damaſcene, ac magis etiam
9 meridiana, Babylonia. Dicta eſt autem ea pars Cœle, quod Græcis cauam ſonat, quod campeſtris ſit & humilis regio. Neq; enim hodœporicum.) Id eſt, itinerarium, ὁδὸς Græce uia eſt, πορεύομαι ambulo. Inde ὁδοιπόροι uiatores, aut iter facientes & ὁδοιπορικόν, opus conſcriptum de his quæ in itinere accidunt. Beryto Romana Colonia.) Hæc eſt in ora Syriæ Antiochenę, ſubiecta Libano, ut teſtatur Põponius Mela. Meminit & Strabo. Eadem dicta eſt, felix Iulia, ut teſtatur Plinius lib. 5. cap. 20. In Sarepte.) Ciuitas Sidoniorum iuxta publicam uiam ſita, quondam habitatio Heliæ, ut teſtatur alibi. Quo loco, ſicut uidetur, ætate diui Hieronymi, ſolebat oſtendi turris prophetæ, ob memoriam egregij miraculi, quod refertur tertio libro Regum cap. 17. Nec caret emphaſi quod addit, antiqua urbe Sidone derelicta. Nam Sidon ſæpe nominatur in literis prophetarum, ſed & opulenta & ſuperba. Magis igitur placuit ſanctæ mulieri turricula, quæ paupertatis admoneret, quàm diues illa Sidon: cum ipſa relictis diuitijs, ad paupertatem properaret. Eſt autem Sidon urbs Phœnices, terminus Chananeorum ad aquilonem, iuxta Libani montis ortum ſita. Quæ ceciderat quidem in ſortem tribui Aſſur: uerũ non fuit poſſeſſa, quod incolas non ualuerint expellere. Plinius ſignificat artificio uitri quõdam fuiſſe nobilem. Idem
10 meminit & Sareptę. In quibus genua.) Tyrus metropolis eſt Phœnices in tribu Neptalim, uiceſimo prope miliario à Cæſarea Philippi. Porrò quod ait, per arenas Tyri, ſignificat, id quod narratur in Actis Apoſtolicis capite 21. Paulum cum Tyro nauigaturus eſſet Ptolemaidem, poſitis genibus in littore oraſſe. Peruenit ad Cod.) Quidam codices habebant Cob, ciuitas eſt Iudææ maritima, prope montem Carmelum, cui nomen immutatum à Ptolemæo quopiam Ptolemais. Per campos Mageddo.) Hiſtoria extat quarto Regum libro capite 23 & 2 Paralipom. 5. De Ozia occiſo in Mageddo.

Terram Philiſtijm.) Diuus Hieronymus in Hebraicis quæſtionibus Philiſtæos putat eſſe, quos nos corrupto uocabulo Palæſtinos appellamus. Alibi ſcripſit Philiſtijm uocatam fuiſſe Aſcalonem, & oppoſitam regioni Palęſtinæ. Mirata ruinas Dor.) Olim ciuitas erat, nouem milia paſſuũ diſtans à Cæſarea Palæſtinæ, proficiſcentibus Tyrũ. Hieronymus in locis Hebraicis, oſtendit hanc ſuis temporibus fuiſſe deſertam. Vnde hic quoq; ruinas dicit. Verſa uice Stratonis turrim.) Verſa uice, id eſt, econtrario. Sicut Dor olim celebris, nunc extincta eſt, ita turris Stratonis olim oppidulũ ignobile, extructa eſt in prædaram urbem. Hanc Hieronymus putat olim uocatã Accaron. Plinius indicat dictã fuiſſe Apolloniam. Deinde ab Herode rege conditam, Cæſareã nominatam: poſtremo Coloniam primã Flauiam,
11 ab imperatore Veſpaſiano deductam. Cornelij domũ.) De domo huius Cornelij, legis in Actis apoſtolorum capite 10. Et Philippi ædiculas.) De hoc fit mentio in Actis apoſt. capite uiceſimo primo.

Ad hunc Paulus diuertit. Fuit autem unus ex diaconis ſeptem. Cubicula quatuor.) Nam in eodem loco traditur quatuor Philippus habuiſſe uirgines prophetantes. C De patris nomine.) Nempe Antipatri, fuit enim Antipatris ciuitas Palæſtinæ, quam Hieronymus alibi dirutam fuiſſe teſtatur ætate ſua.

Et Lyddam uerſam.) Et hæc maritima ciuitas eſt Palæſtinæ, poſtea cõmutato nomine uocata Diospolis, id eſt Iouis ciuitas. Meminit & Plinius Lyddę, libro 5. Dorcadis atq; Aeneæ.) De Dorcade ad uitam a Petro reuocata, legis in Actis apoſtolorum cap. 9. Id autem accidit, non in Lydda, ſed in Ioppe, quod & ipſum eſt oppidum Palæſtinæ maritimũ, haud longe à Lydda: in qua paulo ante idem Petrus ſanauerat Aeneam, octo iam annos affixum grabato ob paralyſim, ut in eodem capite narratur. Porrò Hieronymus ait Lyddam utroq; nobilem, quod Lyddæ nunciatum eſſet Petro de morte puellæ, &, ut dixi, non longe abeſſet à Ioppe. Alioqui poterat memoriæ lapſus uideri. Ac ſanitate inclytam.) Quidam codices pro ſanitate habebant ſanctitate, ſed mendoſe. Nam quod ait, reſurrectione, ad Dorcadem refertur, quæ reuixit: quod ait ſanitate, ad Aeneam pertinet paralyſi liberatum. Nobe urbem quondam ſa.) Hanc Doeg Idumæus funditus euertit, trucidatis octoginta quinq; uiris ueſtitis Ephod lineo, interfectis & mulieribus & pueris, ut legimus 1. Reg. lib. cap. 22. Hæc ciuitas erat olim ſacerdotibus ſeparata. Portum Ionæ:) Ioppę meminit & Plinius, Ioppicam eam uocans. Portum Ionę uocat, quod Ionas propheta cum fugeret Tharſis, hic nauim conſcenderit, ut legitur apud hunc ipſum capite. 1. Porrò Ioppe portum fuiſſe Iudeæ, teſtantur Regum & Paralipomenon libri, ad quem rex Hiram ligna de Libano ratibus tranſportabat, ut illinc terreſtri itinere Hieroſolymam deueherentur. Eſt autem oppidum Palæſtinæ maritimum in tribu Dan. Religatæ ad ſaxum.) Fabula de Andromada ad ſaxum alligata, ut beluæ marinæ exponeretur, quam Perſeus eo periculo liberauit, extat apud Ouidium libro Metamorphoſeon quarto. Eleganter autem Hieronymus dixit ſpectatricem. Siquidem, ut refert Pomponius Mela, oſtendebant olim Ioppenſes clarum ueſtigium Andromades à Perſeo ſeruatæ, ac beluæ marinæ immania oſſa, atq; his argumentis contendebant, hoc oppidum ante diluuium fuiſſe. Diuus Hieronymus in Ionæ commentarijs, ſcribit ſuis adhuc temporibus in littore oſtendi ſolere ſaxa, quibus Andromada fuiſſet alligata. Plinius prodidit, Ioppen in colle ſitam eſſe, præiacẽre ſaxo: in quo uinculorum Andromadę ueſtigia oſtenderentur. Eam illic coli, fabuloſam ceto. Repetitoq; itinere.) Vel quod ibi quieuerit, uel quod iam magis deflectat ad meridianam Syriæ partem. Quanq; Plinius & Ptolemæus Neapolim habent, ſed aliam ab hac. Hieronymus in locis Hebraicis indicat hanc inclytam fuiſſe ciuitatem Palæſtinæ, patriam Cleophæ. De Neapoli poſtea meminerit. Cleophæ domum.) Apparet illic eccleſiam oſtendi ſolere, quæ fuerit aliquando domus Cleophæ, in qua Chriſtus, ut ſacerdos fregit panem, atq; ita dedicauit. Bethoron ſuperiorẽ & inferiorem.) De Bethoron ſuperiore & inferiore condita à Sara, habes 1. Parali. cap. 7. & ſecnndi cap. 8. quod Solomon extruxerit Bethoron ſuperiorem & inferiorem, ciuitates muratas, habentes portas & uectes & ſeras, &c. Aialon & Gabaon.) Ciuitates ſunt inter ſe finitimę. De hac uictoria Ioſue, & quomodo ſol & luna pugnante illo ſteterint immoti, legis Ioſue cap. decimo. Hieronymus in deſcriptione Iudęę uocat Haialon, ſi modo codex nõ eſt mendoſus. Eſſe autem uallem & præruptum ſuper quod orante Ieſu, quondam luna ſtetit iuxta uillam. Nomen manebat etiam ætate Hieronymi contra orientem Bethelis. Tribus ab ea milibus diſtat, haud procul à Gabaa & Rama Saulis urbibus. Et concubinę in fruſta diuiſæ.) De uxore leuitæ nefarie conſtuprata à Beniamitis, & ad mortem uſq; multorum libidine defatigata, deq; eiuſdẽ cadauere in duodecim diſſecto partes, quæ ſingulę ad ſingulas tribus miſſæ ſunt, deq; Beniamitica tribu propemodũ ad internitionẽ deleta, legis Iud. cap. 19. & itẽ cap. 20. Propter Paulũ Apoſtolũ.) Hoc adiecit, quod Paulus Beniamiticę tribus fuerit, ut ipſe teſtatus eſt. Vnde & illud in illum accõmodatur: Beniamin lupus rapax.

Quę Adiabenorũ regina.) Hoc adiecit, ne putaremus de Helena Argiua dictum. Porrò Adiabeni in Aſſyria ſunt. Siquidẽ Syrię pars ultra Armeniã, olim Adiabene uocabatur. Stephanus oſtendit mediam fuiſſe inter Euphratẽ & Tigrim. Vnde & Meſſene ſit dicta. Quidã hinc uocabulũ inditũ putant Adiabene, quod ob frequentiã occurrentiũ fluminum tranſiri facile non poſſit. In hac Suidas putat inueniri Naphthã, id eſt bituminis genus. Itẽ fauces, quas uocant ἄορνου στόμιου, quod hinc halitus exeat adeo peſtilens, ut non ſolum animantia terreſtria ſi acceſſerint, uerumetiã ſuperuolantes aues interimat: quin ſi ſpargeretur, regionẽ prorſus inhabitabilẽ redderet. Nunc rectus fertur in ſublime, ac mox refractus deorſum reflectitur. Ita fit, ut nec ea quæ ſunt in aere admodũ ſublimi lędantur, nec quæ in ambitu uerſantur. Mauſoleum magnificum monumentũ uocãt à Mauſolo Carię rege, cui uxor incredibili ſumptu monumentum extruxit, hauſtis etiã in potu mariti cineribus. Vnde poſtea omnia monumẽta Mauſolea dici cœpta: cuiuſmodi ob meritũ Helenæ uidetur illic erectũ. Vrbẽ trinominẽ.) Olim dicta eſt Salem, ut putat Ioſephus. Vnde Melchiſedec dictus eſt rex Salem, & inflexo nomine uocata eſt Salyma, deinde Solyma. Eadem dicta eſt Iebus, à Iebuſeis incolis: quibus eiectis rex Dauid eam totius Iudęæ metropolim fabricatus eſt. Ab Helio poſtea Hadriano.) Apparet Hadrianum imperatorem prænomine Helium fuiſſe dictum, atque hinc ciuitatem Heliam, ſiue Aeliam fuiſſe uocatam, quod hanc a Tito deſtructam, ſic inſtauratam auxerit, ut loca reſurrectionis & inuentæ crucis, quæ prius extra mœnia fuerant, ætate diui Hieronymi, ſeptentrionali muro circundarentur, ut ipſe teſtatur alibi. In Chronicis

A Eusebianis,testatur hanc urbem ab Helio Hadriano conditam fuisse, & in fronte eius portæ,quà Bethlehem uersus erat iter, sus habebatur marmori insculptus, significans Romanæ potestati subiacere Iudæos. Porrò contumelioso symbolo, per suem repræsentabant populum Iudæorum, quod ea gens à suillis carnibus superstitiosissime abhorreat. Sunt qui putant, hanc non ab Helio Hadriano, sed à Tito Helio Vespasiani filio extructam fuisse. Sion, quæ in arcem.) Sion Hebraice sonat arcem siue speculam. Nam Sion mons est, in quo sita est Hierusalem, ut testatur Hieronymus in commentarijs E-
17 saiæ. Ariel, id est,leo dei.) Sic enim Hebræis sonat Ariel, & ita uerterunt Aquila & Symmachus, teste Hieronymo. Atque ita uocat Hierosolymam, non iuxta historiam, sed iuxta allegoriam, alioqui Ariel ciuitas est diuersa ab Hierosolyma. Hanc quidã putant esse quam uocant Areopolim, quod Martis idolum adhuc ibi coleretur. Sed quomodo hanc expugnarit Dauid, & eandem reædificarit, quoniam paucis explicari non potest, qui cupiet cognoscere, legat interpretationem diui Hieronymi, in hunc locum Esaiæ capite uigesimo nono. Nam dissensus interpretum facit, ut alij intelligant expugnatam & captam, alij instauratam. Supra centum & uiginti.) Id narratur à Luca in apostolorum Actis capite primo. Vt Ioelis uaticinium comper.) Quod est apud hunc prophetam capite secundo. Sed & super seruos meos & ancillas in diebus illis effundam spiritum meum. Perrexit ad Bethlehem.) Oppidum est distans ab Hierusalem sexto miliario, cõtra meridianam plagam, iuxta uiam
18 quæ ducit Chebron, teste Hieronymo. Ad sepulchrum Rachel.) Locus est haud procul à Bethlehem in Ephrata, cui nomen inditum est, sepulchrum Rachel, quod illic sepulta sit, ut testatur Hieronymus in Matthæum, & item in Hieremiam. In quo Beniamin mater.) Rachel quum enitere-tur Beniamin, secꝫ sentiret dolore mori, uocauit eum Benoni, id est, filium doloris mei. Sed pater inflexit nomen in melius auspicium, & uocauit eum Beniamin, quod sonat filius dextræ. Ita legis Geneseos capite trigesimo quinto. Specum saluatoris.) Quod illic putetur fuisse natus Christus. In eodem propheta.) Nempe Esaia, cuius hæc uerba sunt capite trigesimo secundo: Beati qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bouis & asini. Vtrunque uero prophetæ locum detorsit ad hanc rem, festiuiter magis quàm serio. Nec enim de hoc asino aut boue loquutus est propheta. Quin & illud anno andum, aliquando secus Hieronymum hunc locum c re, quam habeatur apud Esaiam: sed se-
19 quutus est uersionem Septuaginta, οὖ βοῦς καὶ ὄνος πατεῖ. Cernere se oculis fidei.) Ad hunc respexit locum qui librum illum conscripsit, cuius initium est: Cogi is me ò Paula & Eustochium, quisquis is fuit (nam Hieronymum autorem non esse, suo docebimus loco) quum ait: Ad præsepe quoque ò
B Paula, te teste nato puero, & cætera quæ sequuntur. Bethlehem domus panis.) Hoc enim Hebræis sonat Bethlehem. Salue Ephrata.) Hebræis Ephrata fertilem aut frugiferam sonat. Est autem Bethlehem in Ephrata, ut paulò superius ostensum est, & palàm testatur Hieronymus, exponens psalmum centesimum trigesimum primum, Regio, inquiens, Bethlehem usque hodie appellatur Ephrata. Huius rei & aliæ scripturæ testes sunt: Ephrata ipsa est Bethlehem. Atque καρποφόρε.) Id est, frugifera,
20 καρπὸς fructus est, φέρω, fero. Inde καρποφόρος, ferax siue fertilis. Zod quippe.) Varie depraua-tus est hic locus, ob utriusque sermonis Hebraic Græciꝫ insciti am. Nonnulli codices habebant Zop, nonnulli Sod, nonnulli ו Vau. Hebræi genus nominis aut personæ, appositicia litera notant, non articulo, aut pronomine sicuti Græci & Latini. Proinde si scribatur cum adiectione ה he שְׁמַעְנוּהָ signi ficabit audiuimus eam, genere fœmineo. Si cũ adiunctione ו Vau שְׁמַעְנוּהוּ significat audiuimus eum, genere masculino. Quanquam in Hebraicis pariter & Latinis exemplaribus habetur hic locus genere fœminino per ה he שְׁמַעְנוּהָ id est, audiuimus eam, & מְצָאנוּהָ id est, inuenimus eam. Item ἀκούσαμεν αὐτὴν καὶ εὕρομεν αὐτήν. Nec huiusce rei mentionem facit Hieronymus hunc enarrans psalmum, si uel illius, uel certe integri sunt illi commentarij. Vnde uidetur ad id data opera detorsisse, ob
21 loci huius commoditatem. Vt te docente didici.) Hoc ita legendum est, ut accipias, Paulam hæc loqui præsente Hieronymo, ad quem uerterit orationem, & à quo sermonem Hebraicum didicerit, quemadmodum testatur & postea. Vel ex hoc loco conijcere licet, diuum Hieronymum Paulæ totius huius peregrinationis comitem fuisse. Adar.) Nam ea uox Hebræis significat, gregem uel populum. Historiam hanc legis Geneseos capite uigesimo nono. Quidam putant Ader esse locum in quo fuit ædificatum templum. Turrim Ader, id est, gregis appellatam, ob congregationem totius gentis. Diuus Hieronymus in Hebraicis quæstionibus putat esse locũ iuxta Bethlehem, in quo grex angelorum cecinit in ortu domini, uel in quo Iacob pecora pauit, atque hinc inditum nomen. Meminit huius loci Michæas. Et tu turris nebulosa filia Sion. Litus in postibus.) Litus participium à lino, quod
22 significat inunctus. Alluslt ad historiam Exodi. Per uiam ueterem.) Sic appellatur in sacris literis. Nec temere addidit hoc cognomen: nimirum innuens ueteris esse uitæ non Christianæ, studere diuitijs. Quæ ducit Gazam.) Nam Gaza quondam Phœnices, post Palæstinæ ciuitas fuit, siquidem Stephano credimus, de qua dictum est alibi. Porrò Gaza Persica lingua diuitias significat, qua uoce tamen sint usi Latini, uelut Horatius in Odis. Icci, beatis nunc Arabum inuides Gazis, quod ea gens opulentia immodica fuerit infamis. Pomponius Mela, prodidit Gazam Persica lingua sonare ærariũ, & hinc nomen inditũ huic urbi, quod cum Cambyses armis Aegyptum peteret, huc belli et opes & pecu

niam contulisset. Vocem barbaram usurparunt Latini pro thesauro. Porrò quod Hieronymus addidit, c
uel potentiam dei, huc pertinet, quod eadem ciuitas dicta est Aza. Porrò Aza Hebræis significat, robu
sta seu fortis. Quomodo Eunuchus Aethiops.) Alluſit ad hoc, quod refert Lucas in Actis Apoſto
lorum, capite octauo. Angelus autem domini loquutus est ad Philippum, dicens: Surge & uade contra
meridianum, ad uiam quæ descendit ab Hierusalem in Gazam, hæc est deserta &c. Nec temere memi
nit de Aethiopis mutata pelle, quod locus quem legebat Eunuchus haberet illa: Et sicut agnus coram
tondente &c. Simulq; respexit ad illud Hieremiæ capite decimotertio: Si mutare potest Aethiops pel
lem suam. Vetus relegit instrumentum.) Hoc refert ad uiam ueterem, quæ quasi notabat uetus in 23
strumentum. Fontem repperit.) Velut aquam uiuam & nouam, qua renasceretur. Et apte discedit
à Gaza, futurus Christianus. De fonte uero mox dicam. A Bethsur uenit.) Hæc ætate Hieronymi
uocabatur Bethsura: uicus est in tribu Iuda, obuius uigesimo lapide eũtibus ab Hierosolyma Chebron.
Iuxta hũc fons est ad radices montis ebulliens, qui ab eadem in qua gignitur humo sorbetur. In hoc fon
te putant Eunuchum Candacis reginæ baptizatum fuisse. Escol.) Opinor hanc esse Escaul, quam
Hieronymus indicat obuiam ad septẽtrionem ab Eleutheropoli proficiscentibus Nicopolim. Escol au
tem אשכל Hebraice sonat botrum. Diuus Hieronymus in Hebraicis quæstionibus, ostendit Mam
bre & Escol fratres fuisse amicos Abrahæ. Vnde nomen inditum est locis Saræ cellulas.) Id est, par
uas ædiculas; quæ illic monstrabantur ob miraculum antiquitatis, in quibus genuit Isaac. Et uestigia 24
quercus.) Nempe apud Mambre, de qua dictum in superioribus scholijs. Vestigia uocat monumen
ta, quæ diuus Hieronymus alibi testatur extitisse usque ad tempora suæ infantiæ, quanquam ibi Tere
binthum uocat. Atque inde consurgens.) Nam Chebron haud procul abesse à conualle Mambre,
in qua deum uidit Abraham, legimus Geneseos capite decimo tertio. Hæc uillula dicta est Chariath ar
be. Abest ab Hierosolyma uiginti duobus fermè passuum milibus. Cariath arbe.) Cariath arbe so
nat Hebræis uicum, uel oppidum quatuor uirorum, quod illi putant illic quatuor esse sepultos Adam,
Abraham, Isaac & Iacob. Porrò eundem fuisse locum Chebron & Chariath arbe, testatur Iosue caput
decimumquartum. Rursum libri Iudicum caput primum. Antiquitus dicebatur Chariath arbe, postea
commutato nomine dictus est Chebron. Adam magni.) Sic enim legis Iosue capite decimoquar
to. Adam maximus ibi inter Enakim situs est. Sed de his diximus aliàs. Caleb quartum putent.) 25
Hic erat filius Iephone, cui Iosue montem Chebron possidendum tradidit, ut habetur eo quem modo
citauí loco. Montanam enim fuisse regionem significat, cum ait, ascendit Chebron. Cariathsepher.)
Quod Hebræis sonat, uiculum literarum. Hunc locum olim Dabir uocatum fuisse, postea dictum Ca D
riathsepher, testatur Iudicum libri caput primum, & eundem non procul abfuisse ab Chebron. Occi
dentem literam.) Alluſit ad illud Paulinum: Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Othoniel fi
lius Iepho.) Quemadmodum Axa uxor Othoniel, suasu mariti petierit a patre suo Caleb, irriguum su
perius & inferius, pro arente terra Australi, legis Iosue capite decimoquinto. Caphar Barucha.) 26
Sonat uillam benedictionis. Quomodo Abraham produxerit angelos euntes Sodomam, legis Gene
seos capite decimooctauo. Apparet in monte locum esse. Latam despiciens.) Nimirum è mon
te, & desertum est ad meridiem. Ac terram quondam Sodomæ.) Quondam dixit, quia nunc lacus
est pestilens, quem mortuum uocant mare. Cæteri lacum Asphaltiten, à bitumine quod solum gignit.
Apud Strabonem Sirbonis, ni fallor, appellatur, de quo prodigiosa quædam prodidit libro decimo sex
to: Addens Sodomam metropolim fuisse regionis olim tredecim oppidis habitatæ, quæ deinde terræ
motu sit absorpta, quod terra fuerit ignea. Eratosthenes putat id lacuum inundatione cõtigisse, qui sub
inde erumpentes terram contexerint. Balsami uineas.) De uinea Engaddi fit mentio in Cantico can
ticorum: Botrus Cypri dilectus meus mihi in uineis Engaddi. Hieronymus in Hebraicis quæstionibus
ostendit, grandem uicum fuisse in tribu Iuda, palmarum & opobalsami fertilem, prius dictum Asason
Thamar, id est, urbs palmarum. Imminet mari mortuo. Et Segor uitulam conternantem.) Segor ci
uitas sola superfuit ex incendio quinque ciuitatum Sodomorum. Imminet mari mortuo, diuidit Moa
bitas à Philistæis. Hieronymus testatur in hac positum fuisse præsidium Romanorum. Iuxta hanc gigni
balsamum, & poma palmarum, pristinæ ubertatis indicia. Quondam uocata fuit Bala, quod Hebræis
sonat absorpta, quod tertio terrarum motu fuisset prostrata. Vnde & Lot ei loco diffidebat. Segor au
tem Hebræis sonat paruulã seu iuniorem. Syrorum autem lingua Zoara dicitur: uoce idem significan
te illis, quod Iudæis Segor. Porrò quod adiecit, uitulam conternantem, uoce nimirum à ternione confi
cta, quod apud Hebræos habeatur שְׁלִישִׁיָּה, sumpsit ex Esaiæ cap. xv. Vectes eius usq; ad Segor uitu
lam conternantem. Speluncæ Lot.) Apparet ostendi solere speluncam, in qua filiæ Lot cum eo con
cubuerunt. Descenderat enim in speluncam diffisus urbi Segor, & ob eam causam diuus Hieronymus
non putat excusandum Lot, ut cui dominus promiserit in Segor tutum fore ab incẽdio. Cuius opus 27
Moabitæ sunt.) Significat incestum concubitum Lot cum utraq; filia, è quarum altera natus est Moab
princeps eius populi, ex altera Ammon, autor primus eius gentis. Vterq; populus illaudatus in diuinis
literis. Diu hæreo in meridie.) Significat hanc partem Australem fuisse. Quidam codices habebãt: 28
Deinde diuertit ad meridiem, uerum prior lectio plus habet festiuitatis, propter phãtasiam historicam.

Imaginatur

A Imaginatur enim se in his locis uersari,quos describit,& uelut animo obambulat. Possunt autē hæc uer
ba ad Paulam accommodari,ut eam ita loquentem faciat:Diu hæreo in meridie,uelut offensam memo
ria rerum parum lætarum,præsertim cum illic dormiat sponsus in canticis,quem magis expedit in no
bis uigilare. Porrò de Ioseph qui iussit adesse fratres suos,ut secum conuiuium agerent in meridie, legis
Genesis capite quadragesimo tertio: Cuius conuiuij simulq; capitis hic est finis:Biberuntq; & inebria
ti sunt cum eo.Ab his igitur male ominatis locis reflectit se ad montem Oliueti,ut felicioris ominis.

39 Reuertar Hierosolymam.) Ab extrema meridiana parte reflectit ad septentrionem & occidentem.
Et per Thecuam atque Amos.) Duo montes sunt in conspectu redeuntibus à mari mortuo Hiero
solymam, ultra hos ostendit se mons Oliueti. Thecua buccinam sonat,Amos fortem. Rutilantem
montis Oliueti crucem.) Apte dixit rutilantem, ob ruborem sanguinis. Nonnulli codices pro crucem
scriptum habebant lucem, ut intelligas de luce ascendentis in cœlum Iesu. De quo saluator ascendit
ad patrem.) Montem Oliueti torrens Cedron interfluit,eumq; diuidit ab Hierosolyma ad exortum so
lis,ubi ultima uestigia domini humo impressa, adhuc ætate diui Hieronymi monstrabantur, ut ipse li
teris prodidit,non absq; memorabili miraculo.Etenim cum terra eadem,quotidie à credentibus hauri
retur,nihilominus sancta illa uestigia cōtinuo pristinum statum recipiebāt. Addit & aliud miraculum,
cum eo in loco conderetur ecclesia, summum illius cacumen nunquam potuit contegi neque concame
rari, sed semper ab ima terra usque ad summum cœlum patuit iter, qua dominicum corpus ascenderat
in cœlum.Ad huiusmodi igitur spectacula properabat Paula. Abest mons ab Hierusalem, itinere sab
bati, in hoc Christum ascendisse, testatur Lucas in Actis capite primo. In quo per annos singulos.)
30 Sic habes in Numeris capite decimonono. De templo transmigrantes.) De Cherubim migrātibus,
legis apud Ezechielem capite decimo. Rursum de nouo templo, per quod uult intelligi Christianam
ecclesiam, legis apud eundem capite quadragesimo. Refert simile quiddā & Iosephus de trāsmigratio
ne uirtutum e templo. Sepulchrum Lazari.) Id ostendebatur in Bethania.Ea est uilla in latere mon
tis Oliueti,secundo lapide ab Hierosolyma.Quo in loco extructam ecclesiam fuisse,testatur alibi Hiero
nymus Lazari suscitati monumentum. Bethphage uillam.) Bethphage uiculus erat sacerdotum,in
monte Oliueti situs. Sonat autem,ut uidetur,Hebraice,domus maxillarum.Sic enim exponit Hierony
mus enarrans euangelium Matthæi. Ex hoc loco Christus misit suos discipulos, qui adducerent pul
lum asinæ, quem nunc trahit ad allegoriam. Rectoq; itinere descendebat Hiericho.) Recto quia
antehac ob montes obuios nonnihil circumacta est. Cæterum Hiericho dicta est & Oza. Est in tribu
B Ephraim,oppidum bis subuersum,bis item instauratum: hoc dominus Iesus dignatus est sua illustrare
31 prædicatione. Recogitans illum de euangelio.) Via quæ ducit ab Hierusalem in Hiericho fuit olim
infamis latrocinijs. De parabola uulnerati à latronibus,legis Lucæ capite decimo. Et locum Ado
mim.) Hebræis enim sonat sanguinem. Et arborem Sycomorum.) Id accidisse iuxta ciuitatem Hie
richo,testatur Lucas capite decimonono. Apparet arborem adhuc monstrari solitam ætate Hierony
mi. Peccata calcabat.) Quod Zachæus arborem sycomorum ascēdit,uti Iesum uideret,legis Lucæ
decimonono, idq; accidit in Hiericho. De genere arboris plura diximus in annotationibus euāgelicis,
quam Hieronymus interpretatur peccata, letaliter dulcia.Ea calcat qui festinans ad Christum, erigit se
in altum,& prius amatas illecebras spernit. Cæcorum loca.) De duobus cæcis legimus apud Mat
thæum capite nono. Verum hos duos non illuminauit prius quam reuersus esset in domum suam, hoc
est,Nazareth. Cæterū Bartimeum, Timei filium sanauit in Hiericho, peruictus illius improbis clamo
ribus,ut refert Lucas ca. xviij. ubi palàm indicat hoc accidisse in uia,quæ ducit Hiericho, sed Matthæus
32 capite uigesimo narrat de duobus cæcis, ad quem locum magis apparet respexisse Hieronymū. Fun
dauit Asel in Abiram.) Ita Iosue cap. vi. imprecatus est, pocq; hanc urbem euerterat.Maledictus uir co
ram domino qui susciauerit & ædificauerit ciuitatem Hiericho. In primogenito suo fundamēta illius
iaciat,& in nouissimo liberorum ponat portas eius. Hāc enim Iosue subuertit funditus. Et aceruum
præputiorum) Nam Hebræis Galgala sonat collem præputiorum,uel collem circuncisionis. Hęc uoca
batur secunda circuncisio facta per Iosue,sicuti refertur Iosue cap. v. eiq; loco nomen est inditum Galga
la,qui factum testaretur.Huc respexit Hieronymus,cum ait:secundæ circuncisionis mysteriū,interpre
tans euangelium, quæ circuncisio est non carnis, sed affectuum animi.Ostendebatur ætate Hieronymi
locus desertus eorū,quæ illic fecit Iosue,uestigia retinens,miro cultu habitus ab illius partis incolis,hoc
est,orientalibus. Et duodecim lapides.) Duodecim lapides quos Iosue,præmonitus à deo,iussit ab e
33 lectis è singulis tribubus uiris deportari,è Iordane sublatos,legis Iosue cap. v. in ipsa statim fronte. Et
fontem quondam legis.) Hoc primum miraculum fecit Helisæus,post arreptum in aera Heliam atq; id
temporis habitabat Hiericho. Quæ ciuitas quum esset accommoda incolis, sed aquas haberet steriles
& insuaues, Helisæus sale immisso in fontem reddidit eas salubres ac fertiles,ut legis quarto Regum li
bro capite secundo. Verum autem Helisæum, Christum interpretatur Hieronymus, qui amaram &
inutilem Moysi legem, sua gratia condulcauit & salutiferam reddidit. Feruentissimo æstu.) Subest
tacita φωτίωσις, in nocte & æstu feruentissimo,iam nondum orto sole tamen illa feruebat, & ideo pro
perabat ad flumen. Quomodo in medio.) Quemadmodum aquæ Iordanis inferiores in mare de
fluxerint

fluxerint,superiores constiterint,montis instar intumescentes,alueo qui in medio erat sicco relicto,do/ c
nec sacerdotes portantes arcam fœderis unà cum populo trãsirent,legis Iosue capite tertio. Longum 34
est,si uelim de Achor.) De Achor lapidato à filijs Israel,omnibus illius facultatibus igni exustis,propte
rea quod suffuratus fuerat de rebus hostium,lege Iosue caput septimũ. Achor autem interpretatur tur/
bationem,quod Iosue dixerit ei qui peccarat:Quia turbalti nos,exturbet te dominus in die hac. Be
thel domo dei.) Id enim sonat apud Hebræos Bethel. De Iacob legis Geneseos capite uigesimo octauo:
quomodo suppositio capiti lapide dormiens uiderit mysticam illam scalam. Connexuit autem huius la
pidis allegoriam cum eius allegoria, de quo scribit Zacharias capite tertio. Quia ecce lapis quem dedi
coram Iesu,super lapidem unum septem oculi sunt. Sepulchra quoque.) De Iosue sepulto in monte
Ephraim,deq; Eleazaro filio Aaron,& illic sepulto,legis Iosue capite ultimo. Porrò mons Ephraim uer
git ad deserta,in quo ciuitas est Thamnasara,siue Thamna,in hac Hieronymus indicat suis quoq; tem/
poribus magnum sepulchrum ostendi solere. Porrò montis nomen est Gaa. In Gabaa.) Gabaath est 35
in tribu Beniamin,urbs Phinees. Quod distributor possessionum &c.) Nam Iosue in sua possessio/
ne legitur fuisse sepultus. Ea sita est in monte Ephraim. Vnde mirata est Paula, quid sibi uoluerit Iosue,
quod mõtuosa & aspera sibi sumpserit, cum ipsi in manu esset, campestria quæ fertiliora sunt deligere:
Siue quod id esset singularis continentiæ. Neq; enim huius temporis principes meliora tantum sume/
rent,sed si possent omnia uendicarent:Siue quod subest mysterium,uirtutem non in mollibus,sed in du
ris & arduis rebus esse sitam. Altare dirutum.) Quoniam Beniamitæ sacrificantes ex insidijs ado/
riebantur. Et raptum Sabinarum.) Romani pe speciem ludorum solennium,Sabinorum mulieres
rapuerunt,ne noua ciuitas inopia mulierum periret, ut refert Titus Liuius libro primo. Itidem & Ben/
iamitæ,ne periret tribus,quæ propter constuprationem unius mulieris penè deleta fuit, rapuerũt puel/
las aliarum tribuum, solennes choros ducentes in Silo. Historiam legis Iudicum capite ultimo. Præ/ 36
currit.) Vel quia tempore prior,uel quia uiolentior. Certe similis utriusque causa,& simili occasione u/
triusque sunt usi. Transiuit Sichem.) Ea fuit ciuitas Iacob, sic uocata à filio Emor regis sui. Est autem
in Samaria, non procul à sepulchro Ioseph,iuxta hanc dominus Iesus collocutus est cum muliercula Sa
maritana. Quo quidem in loco postea ecclesia extructa est,ex latere montis Garizim. Eam suis adhuc
tẽporibus extitisse testatur alibi diuus Hieronymus. De Neapoli meminit Plinius & Ptolemæus. Cæ/
terum in locis Hebraicis Hieronymus hanc urbem Sichar uocat, nisi corruptus est codex. Errore
Dosithei.) Is hæreticus fuit iudaizans. Sebasten,id est,Samariam.) Samaria regalis erat ciuitas tri/
bus Israel, in uertice Somer montis sita, media inter Galilæam & Iudæam. Vnde quondam omnis illa D
regio Samaria fuit dicta. Ciuitas ipsa ab Herode Antipatri filio,Græco uocabulo σεβαστὴ dicta est,quod
Latine sonat Augusta. Nam Latini uocant augustum,quod maiestatem quandam præ se ferat,id quod
Græci uocant sebaston,à uerbo σέβομαι, quod est ueneror & adoro. Abdias propheta.) Extat hi/ 37
storia libro Regum tertio, capite decimooctauo. Nutriculam domini.) Vnde dictus est Naza/
reus,& olim Christiani probro Nazarei uocabantur. Nazareth autem est uicus in Galilæa iuxta mon
tem Thabor. Chanaan & Caphernaum.) Nam in Chanaa Galilææ mutauit aquã in uinum. Et in
Capharnaum demigrauit relicta Nazareth, posteaquam tentatus fuit à diabolo, atque illic auspica/
tus prædicationem regni dei,& in eadem ciuitate sanauit filium Centurionis paralyticum. Porrò Cha/
naa oppidum fuit in tribu Assur, Galilææ gentium. Capharnaum oppidum est haud procul à stagno
Genezaret in Galilæa gentium, situm in finibus Zabulon & Neptalim, ut in locis Hebraicis indicat
Hieronymus. Lacum Tyberiadis.) Iordanis qui ex Panade fonte oritur iuxta montem Antili/
banum,ubi prima conuallium obtigit occasio in lacum se fundit,longum sedecim milia passuum,latum
sex milia: Genesareth, siue Genesaram uocant. Amœnis oppidis circumseptus est. Rursum in alueo
suo aliquandiu progressus, lacum Tyberiadis facit. Etiamsi Plinius libro quinto, capite decimoquin/
to uidetur ex utroque unum facere lacum. Nouissime decurrit in lacum Asphaltiten, quem eundem,
ut dixi,mare mortuum uocant. Scandebat montem Thabor.) Non temere addidit,scandebat. Est 38
enim mons mira rotunditate sublimis, sicut alibi diximus,in medio Galilææ, dirimens tribus Isachar
& Neptalim. Eundem uocant Itabyrium. Campos latissimos Galilææ.) Est enim mons Tha/
bor,ut dictum est,in medio Galileæ. Et ab hoc monte descendit exercitus Barach pugnaturus aduersus
hostes. Historiam legis Iudicum capite quarto. Torrens Cison.) Est iuxta montem Thabor. Hoc
loco dimicatum est cum Sisara, ut testatur in locis Hebraicis. Est & ciuitas Cison in tribu Isachar sepa/
rata leuitis. Et oppidum iuxta Naim.) Iuxta,hoc loco aduerbium est. Naim autem distat à Thabor
monte secundo miliario contra meridiem iuxta Endor. De filio uiduæ in uitam reuocato, legis Lucæ
capite septimo. Transibo ad Aegyptum.) Nam omisso itinere reflectit ad occidentem meridio/
nalem. Et in Socoth.) Hic fuit prima mansio filiorum Israel exeuntium ex Aegypto: etiamsi Hie/ 39
ronymus in explicandis mansionibus ad Fabiolam,hanc secundam facit. Apud fontem Sampson.)
Ostendebatur,ut apparet,locus dictus fons Sampson, ob fontem, quem illi sitienti deus elicuit e dente
maxillæ asini. Vnde dictus est locus,fons inuocãtis de maxilla: ut legis Iudicum capite decimoquinto.
Vt refocillatus uideam.) Alluslt ad hoc,quod scriptũ de Sampsone: Quibus hausti refocillauit spiri
tum,&

A tum,& uires recepit. Moasthim.) Hic est uiculus Palæstinæ,haud procul ab Eleutheropoli situs,patria Micheæ prophetæ:unde & Morasthites cognominatur.Eodem in loco monstrabatur illius sepulchrum. Et ex latere derelinquã.) Has regiones ut impias non inuisit,sed ad leuam relinquit. Chorreos.) Horum fit mentio in sacris literis. Ietheos.) A Ietheth, quæ est regio principũ Edom, in Ga-
40 balene,hoc est,Idumæa. Idumææ.) Huic postea cõmutatum est nomen Gabalene, regio quondam Esau,à quo uocabulum inditum Idumæa,quod ille Edom uocatus sit.Plinius item Idumæam partem facit maritimæ Syriæ. Lachis.) Vna est è ciuitatibus,quas cepit Iesus,rege eius interfecto. Et per arenas mollissimas.) Huiusmodi describit Lucanus in Libya. Ad Aegypti fluuium Sior.) Opinor hunc esse,quem alij Nilum uocant. Nec desunt qui putent,Sior esse fluuium è Nilo deriuatum. Gessen.) Hic habitauit Iacob cum liberis. Et campos Thaneos.) De quibus legis psalmo septuagesimo
septimo.Hic Moyses & Aaron ædiderũt sua prodigia. Et hic habitarunt Hebræi, qui metu Babyloniorum fugerãt cum Hieremia. Versa est in Alexandriam.) Alexandria ciuitas est Aegypti,inter Africam, Aegyptum & mare,quasi claustrum posita: in qua corpus diui Marci euangelistæ conditum,sua ætate à fidelibus honorari solere,testatur diuus Hieronymus. Versam dixit,ob nomen cõmutatum ab Alexandro Magno,qui eam aut condidit,aut instaurauit:cuius meminit Plinius libro quinto. Et oppidum Nitriam.) Alluit ad nitrum,quod olim adhibebant in eluendis uestiũ maculis,ob acrimoniam:
cuius uice nunc utuntur cinere ac lixiuio,siue sapone. Apparet autem hoc oppidum tum nuper conuer
41 sum fuisse ad religionem Christi. Isidoro cõfessore.) Is episcopus fuit Pelusiotarum,uir eruditus,qui libris epistolaribus interpretatus est sacram scripturam, ut testis est Suida. Macarios,Arsetas.) Nomina sunt illustrium apud Aegyptios monachorum.Sed festiuitatis gratia numerum singularem mutauit in pluralem. De Pelusio magnam.) Pelusium est unum ex ostijs Nili, proximum Iudææ.Appa-
ret terrestri itinere peruenisse usq; ad Alexandriã & Nitriam:deinde ob intolerabilem regionis æstum, ab ostio Pelusiaco renauigasse in Iudæam. Cæterum pro magna, quidam codices habebant,magnam: quidam Maiomam , nonnulli Nazumam. Maioma portus erat Gazæ, cui post uersum nomen Constantia,ac deinde dicta Gaza maritima,quemadmodum alibi latius explicuimus. Genuino me sem-
per &c.) Genuini dentes sunt, qui sub gena latent, qui & canini dicuntur. Vnde qui mordacius oblo-
42 quuntur,genuino dicuntur rodere. Persius: Et genuinum fregit in illis. Cornicem Aesopi.) Sentit de Apologo Aesopi , apud quem cornicula furtiuis auium plumis se uestierat. Cumq; primum esset omnibus miraculo ob insolitam colorum uarietatem,demum suam quibusq; reuellẽtibus plumam,nudata risui fuit. Versuram quoq; sæpe.) Quidam haud contemnendi codices, pro uersuram habebãt
(usuram, sed mendose. Nam uersuram Latini uocant, cum æs alienum ære alieno dissoluitur. Ita Paula
B cum deesset pecunia, mutuo sumebat ad usuram. Eam ad diem præscriptum,cum rursus non esset quo resolueret,denuo sumebat mutuum ab alio, quo superius æs alienum redderet, creditore tantum mutato,manente nihilominus obligatione.Exempla sunt apud Terentium, Donatum interpretem,& Senecam. Buccinatoribus suis.) Miram & gratiã & emphasim addidit metaphora. Nam buccinatores sunt,qui canunt buccina.Et buccina admonetur populus ut audiat præconium,aut edictum publicum.
43 Vnde ambitiosos laudatores,buccinatores uocat. Feriuntq; summos.) Versus est ex Odis Horatianis,quem Hieronymus eò detorsit,ut significet,egregiam uirtutem obnoxiam esse inuidiæ.In eundem sensum Titus Liuius:Liuor,inquit,uelut ignis alta petit.Quanquã Horatius in aliam sententiam dixit, nempe magnam fortunam expositam esse tristibus casibus. Adad Idumæum.) Hic Adad puer fugerat in Aegyptum , interfectis à Dauid omnibus masculini generis Idumæis . Inde mortuo Dauid , iam grandior factus,& adiutus opibus Pharaonis, negocium exhibuit Solomoni, ut legis libro regum tertio,capite undecimo. Videtur autem significare Ruffinum. Allophylis.) Hoc est,alienigenis.De Iacob,quomodo ob inuidiam fratris Esau fugerit in Mesopotamiam,legis Geneseos capite uigesimooctauo.De Dauid,quomodo à Saul inuidente suæ gloriæ,profugerit ad Achis Philistæũ, legis Regum primi libri capite uigesimoseptimo. Patiens enim uir.) Sic habet Solomon in Prouerbiorum capite decimoquarto:Qui patiens est,multa gubernatur sapiẽtia:qui autem impatiens est,exaltat stultitiã suam.
44 Toxotij sui.) Hic erat filius Paulæ natu minimus. Et matris dolorem.) Nonnulla exemplaria habebant,matricis dolorem:utraq; lectio tolerabilis,nisi quod argutior est matris:ut intelligas affectũ maternum,quoniam de filiarũ obitu paulò ante meminit. Conueni hominem.) Error quem coarguit, partim sapit Origenem,uel potius Platonem,& uidetur Ruffinum subnotare tacito nomine. Christi flammeo.) Flammeũ est, quo fœminæ tegunt capita. Præsens utriusq; nostri intentatur naufragiũ.) Ita constanter habebant exemplaria: neq; cuiquam obscurum est,quin hic locus sit deprauatus. Arbitror ita legendũ: Præsens utriq; nostrum intentatur naufragium,ut intelligas Eustochium & Hieronymum pariter Paulæ obitu fuisse periclitatos,cum illa uiua fuissent felices. Iusto & impio,bono & malo.) Ita scribit Ecclesiastes capite nono: eo quod uniuersa æque ueniant, iusto & impio, bono & malo, mundo & immundo, immmolanti uictimas & sacrificia contemnenti. Sicut bonus,sic & peccator: ut
45 periurus,ita qui uerum deierat. Veram Noemi.) נעמי Noemi Hebraice sonat pulchrã uel consolatam:id trahit ad Paulam. Porrò locus est Ruth capite primo. Hunc tibi librum.) Ad Eustochium filiam

filiam loquitur,non ad Paulam. Ad dictas lucubratiunculas.) Dictamus,cum ipsi non scribimus,sed notario scribendum pronunciamus,hoc est,lingua tantum utimur nostra,manu aliena.Et mirum est senem,ut apparet pene decrepitum,tantum potuisse duabus dictatiunculis,præsertim luctu occupatum. Non enim aliquid subinane suspicari libet in uiro tam sancto. Exegi monumentum.) Exegi,pro perfeci dixit:monumentum uocat hūc librum,quem de illius scripsit uirtutibus. Retulit autem carmen ex Odis Horatianis: Exegi monumentum ære perennius, Regaliq; situ pyramidum altius. Quod non imber edax,non aquilo impotens Possit diruere, aut innumerabilis Annorum series,aut fuga temporum. Aere perennius.) Nam antiquitus ponebantur æreæ statuæ, aut tituli in æs inciebantur, ad propagandam in posteros defuncti memoriam. Verum huiusmodi monumēta,si tempestatis,aut hominum iniuria non demolitur,certe tempus ipsum omnia consumens,abolet. Ingenij monumenta sola perpetua sunt,& in omne durant æuum. Agamemnonis inclyta.) Maternum genus duxerat à Scipionibus & Gracchis,paternum ab Agamemnone. Diuitias sobolem.) Post hoc carmen quidā codices additū habebāt hūc uersum: His fruitura locis,felix ubi dona Magorū. Mihi uidetur supereſſe. c 46

ANTIDOTVS. Offendet fortassis nonnullos hic locus,quo diuus Hieronymus uidetur non satis tribuere his,qui sacras ædes suis sumptibus uel extruūt,uel ornant:quū his temporibus plericq; summā hanc esse pietatem existiment: & sint nōnulli principes,qui tot bella,tot cædes,tot sacrilegia,tot totius uitæ facinora simul atq; flagitia,probe compensata putent,si sacram aliquam ædiculam uel alienis sumptibus curarint extruendam,ut ne quid dicam de episcopis.Et audias passim,sacerdotes tātum tribuentes donarijs templo dicatis, ut inexpiabile sacrilegium fore clamitent ,si quis hinc aliquid in pauperum subsidium fame pereuntium detrahere conetur,atq; id si fiat,Christum ipsum,aut uirginem Mariā suis bonis spoliari uociferentur.Quasi uero Christus eiusmodi gaudeat ostentaculis,qui ipse pauperrimus, opes istas calcandas esse docuit:aut sanctissima Maria nugis eiusmodi gaudeat,cum uiua semper negle xerit.Aut quasi decorum sit,ea ostentari in templis Christianorū,in quibus hæc docentur esse spernenda Christi discipulis. Non damnauit igitur Hieronymus elegantem templorum structuram,nō reprehendit ornatum mundum, sed in his negat esse culmen uirtutis : & præfert eleemosynam , quæ in uiua dei templa,hoc est,in Christi pauperes erogatur.Sed ipsius Hieronymi uerba subnotabo:Nolebat,inquit,in his lapidibus pecuniam effundere,qui cum terra & seculo transituri sunt, sed in uiuis lapidibus, qui uoluuntur super terram,& cætera quæ sequuntur in hanc sententiam. Rursum aliquanto inferius, cum ait : Iactent alij pecunias,& in corbonā dei æra congesta, funalibusq; aureis dona pendentia.Non improbat eos qui munera templis dicant, sed quid magis probet innuit. D

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Hic Lucinius natione Beticus,destinarat adire Bethlehē,& opibus suis iūuerat Hieronymi gregem: sanctum illius propositum collaudat, hortans ut pergat quò cœpit, ad perfectam uirtutem. Respondet ad quædam,de quibus scripserat Lucinius.

HIERONYMVS AD LVCINIVM

NEc opinanti mihi,subito literæ tuæ redditæ sunt,quæ quāto insperatæ,tāto gaudiorum plenæ, quiescentem animam suscitarūt, ut statim amore complecterer, quem oculis ignorabam,& illud mecum tacitus mussitarē:Quis dabit mihi pennas sicut columbæ,& uolabo & requiescā, ut inueniat quem diligit anima mea? Vere nunc in te sermo dominicus completus est: Multi ab Oriente & Occidente uenient,& recumbent in sinu Abrahæ.Cornelius centurio cohortis Italicæ, iam tunc Lucinij mei præfigurabat fidem.Apostolus Paulus scribens ad Romanos: Cum,inquit,in Hispaniam profiſciſci cœpero,spero quod præteriens uideam uos, & à uobis deducar illuc:tantis fluctibus approbauit, quid de illa prouincia quæreret. In breui tempore ab Hierosolymis usq; ad Illyricum Euangelij iaciens fundamenta, Romam uinctus ingreditur,ut uinctos superstitionis erroribus liberos faciat.Manet in hospitio conducto per bienniū, ut nobis utriusq; instrumenti æternā reddat domū. Piscator hominū,misso rete apostolico, te quoq; quasi pulcherrimū Auratā inter innumera piscium genera traxit ad littus.Reliquisti amaros fluctus,salsos gurgites,fissuras montiū,& Leuiathan regnantē in aquis,cum Iesu deserta expetens contempsisti,ut possis illud propheticum canere: In terra deserta,& in inuio,& inaquoso, sic in sancto apparui tibi.Et iterū:Ecce elongaui fugiens,& mansi in solitudine.Expectabam eum qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus & tempestate.Obsecro te & moneo parentis affectu, ut qui Sodomam reliquisti,ad mōtana festinans, post tergum ne respicias, ne aratri stiuam, ne fimbriā saluatoris, ne cincinnos eius, noctis rore madefactos, quos semel tenere cœpisti, aliquando dimittas: ne de tecto uirtutum pristina quæsiturus uestimenta descendas, ne de agro

A agro reuertaris domum,ne campestria cum Lot & amœna hortorum diligas, quæ non irri/
2 gantur de cœlo ut terra sancta,sed de turbido flumine Iordanis, postquã dulces aquas ma/ris mortui commixtione mutauit.Cœpisse multorum est,ad culmen peruenisse paucorum. Qui in stadio currunt,omnes quidem currunt,sed unus accipit brauium.At contra de nobis dicitur:Sic currite,ut apprehẽdatis.Non est inuidus Agonotheta noster,nec alterius palma, alteri parat ignominiam . Omnes athletas suos desiderat coronari . Gaudet anima mea, & magnitudine lætitiæ rem mœroris patior.Ruth in lachrymas uerba prorumpunt.Zachęus publicanus ad unius horę conuersionẽ,hospitem habere meruit saluatorem.Martha & Maria,conuiuio præparato dominum susceperę.Meretrix lauat fletibus pedes,& unguentis bonorum operum dominici corporis dedicat sepulturam . Simon leprosus inuitat magistrum cum discipulis,& non contemnitur.Abrahæ dicitur: Egredere de terra tua,& de cognatione tua,& de domo patris tui,& uade in terram quam monstrauero tibi.Relinquit Chaldæam, relinquit Mesopotamiam:quærit quod nescit,ne perdat quod inuenerat.Non enim arbitratus est simul se habere posse & patriam & dominũ,sed iam tunc illud prophetæ Dauid opere complebat:Aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei : Hebræus,id est, παρώτης atq; transitor,dum non est præsenti uirtute contentus , sed præteritorum obliuiscens,in futurum se extẽdit,& scit illud : Ibunt de uirtute in uirtutem:mysticum sortitus est nomen,& uiam tibi aperuit,quomodo nõ quęras ea quę tua sunt,sed quæ aliena:& illos putes parẽtes,fratres,affines atq; cognatos,qui tibi in Christo copulati sunt.Mater,inquit,mea & fratres mei sunt hi,qui faciunt uoluntatem patris mei.Habes tecum prius in carne,nunc in spiritu sociam : de cõiuge germanam,de fœmina uirum,de subiecta parem,quæ sub eodem iugo ad cœlestia simul regna festinat. Cauta rei familiaris dispẽsatio, & ad calculos rediens, non cito deponitur.Ioseph cum tunica Aegyptiam effugere non potuit.Adolescens ille,qui opertus sindone sequebatur Iesum, quia tentus fuerat à ministris, terrenum abiiciens operimentum,nudus euasit. Helias igneo curru raptus ad cœlum, meloten reliquit in terris.Helisæus boues & iuga prioris operis uertit in uota.Loquit᷑ sapientissimus uir: Qui tangit picem,
B inquinabitur ab ea. Quamdiu uersamur in rebus seculi, & anima nostra possessionum ac re/
3 dituum procuratione deuincta est,de deo libere cogitare non possumus. Quæ enim particípatio iustitiæ cum iniquitate,aut quæ societas lucis ad tenebras? Qui cõsensus Christi ad Belial? Quæ pars fideli cum infideli? Non potestis,inquit dominus,deo seruire & mammonæ. Aurum deponere incipientium est,non perfectorum.Fecit hoc Crates Thebanus,fecit Antisthenes.Seipsum offerre deo,proprie Christianorum est & apostolorum, qui duo cum uidua paupertatis suæ in Gazophylacium æra mittentes,totum censum quem habuerunt,domino tradiderunt,& merentur audire:Sedebitis super duodecim solia,iudicantes duodecim tribus Israel. Hæc & ipse intelligis quo animo replicem,& quod sub alijs uerbis te ad sanctorum locorum inuitem habitaculũ.Abundantia tua multorum inopiam sustentauit, ut & horum diuitiæ in tuam indigentiam redundarent.Feciſti tibi amicos de iniquo mammona,qui te reciperent in æterna tabernacula . Laudanda res, & apostolicorum temporum uirtutibus coæquanda,quando uenditis possessionibus suis,credentes afferebant pecunias,atq; fundebant ante pedes apostolorum,ostendentes auariciam esse calcandam. Sed dominus magis quærit animas credentium,q̃ opes.Legimus:Redemptio animæ uiri,propriæ diuitiæ.Possumus quidem diuitias proprias intellígere, quę non de alieno,non de rapinis sunt,iuxta illud: Honora deum de tuis iustis laboribus,sed melior est intelligẽtia,ut diuitias proprias cognoscamus thesauros absconditos, quos nec fur possit suffodere, nec latro uiolentus eripere.

Opuscula mea,quæ non sui merito,sed tua bonitate desiderare te dicis,ad describendum hominibus tuis dedi,& descripta uidi in chartaceis codicibus:ac frequenter monui, ut conferrent diligentius,& emendarent. Ego enim tanta uolumina præ frequentia commeantium & peregrinorum turbis relegere non potui:& ut ipsi probauere præsentes,longo tentus incommodo,uix diebus quadragesimæ,quibus ipsi proficiscebantur,respirare cœpi. Vnde si para

grammata reppereris,uel minus aliqua deſcripta ſunt,quæ ſenſum legentis impediant: non c
mihi debes imputare,ſed tuis, & imperitiæ notariorum librariorumq; incuriæ, qui ſcribunt non quod inueniunt,ſed quod intelligunt:& dum alienos errores emendare nituntur,oſtendunt ſuos.Porrò Ioſephi libros,& ſanctorum Papiæ & Polycarpi uolumina,falſus ad te rumor pertulit à me eſſe translata, quia nec ocij mei, nec uirium eſt,tãtas res eadem in alteram linguam exprimere uenuſtate. Origenis & ſancti Didymi pauca tranſtulimus, uolentes noſtris ex parte oſtendere, quid Græca doctrina retineret. Canonem Hebraicæ ueritatis, excepto octateucho, quem nunc in manibus habeo, pueris, tuis & notarijs dedi deſcribendum.Septuaginta interpretum ęditionem,& te habere non dubito,& ante annos plurimos diligentiſſime emendatam, ſtudioſis tradidi,nouum Græcæ reddidi autoritati. Vt enim ueterum librorum fides de Hebræis uoluminibus examinanda eſt,ita nouorum Græci ſermonis normam deſiderat. De ſabbato quod quęris,utrum ieiunandum ſit,& de euchariſtia, an accipienda quotidie,quod Romanæ eccleſiæ & Hiſpaniæ obſeruare perhibentur,ſcripſit quidem & Hippolytus uir diſertiſſimus,& carptim diuerſi ſcriptores è uarijs autoribus ædidere.Sed ego illud te breuiter admonendum puto,traditiones eccleſiaſticas (præſertim quæ fidei non officiant)ita obſeruandas,ut à maioribus traditæ ſunt.Nec aliorũ conſuetudinem, aliorum contrario more ſubuerti. Atque utinam omni tempore ieiunare poſſimus, quod in Actis apoſtolorum diebus Pentecoſtes & die dominico, apoſtolum Paulum,& cum eo credentes feciſſe legimus. Nec tamen Manicheæ hæreſeos accuſandi ſunt,cũ carnalis cibus præferri non debuerit ſpirituali. Euchariſtiam quoq; abſq; condemnatione noſtri, & pungente conſcientia,ſemper accipere,& pſalmiſtam audire,dicẽtem: Guſtate & uidete, quoniam ſuauis eſt dominus,& cum eo canere:Eructauit cor meum uerbum bonum.Nec hoc dico,quod dominicis diebus ieiunandum putem, & contextas ſexaginta diebus ferias auferam: ſed unaquæq; prouincia abundet in ſenſu ſuo, & præcepta maiorum, leges apoſtolicas arbitretur.Duo palliola,& amphimalũ de tuis uſibus uel utenda,uel ſanctis danda ſuſcepi. Ego in- D
ſignia paupertatis, & quotidianæ ſymbolia pœnitentiæ,tibi & ſorori tuæ miſi: quatuor cilicíola apta propoſito, & uſibus ueſtris,& codicẽ, hoc eſt uiſiones Eſaiæ ualde obſcuriſſimas, quas nuper hiſtorica explanatione differui, ut quotieſcũq; mea opuſcula uideris,toties amici dulciſſimi recordatus, nauigationem quam parumper diſtuleras,pares. Et quia non eſt in homine uia eius,& à domino greſſus hominis diriguntur:ſi fortè (quod procul abſit)aliquid fuerit impedimenti,quæſo ut quos charitas iungit,terrarum longitudo non ſeparet: & abſentem Lucinium noſtrum,ſemper præſentem literarum uiciſſitudine ſentiamus.

SCHOLIA

AVlti ab Oriente & Occidente.) Siue quod uere conuerſus eſſet ad Chriſtum, rebus omnibus cõtemptis, ſiue quod undiq; Bethlehem concurreretur è longinquis regionibus. 1

Pulcherrimum Auratam.) Aurata piſcis eſt,à colore dictus, qui nomẽ ſuum hodieq; apud uulgus Italicum obtinet. Leuiathan regnantem.) Ita deſcribitur apud Iob:Nunquid extraham Leuiathan hamo? Ad montana feſtinans.) Reſpexit ad hiſtoriã Lot, qui iuſſus eſt ad montana fugere, Sodoma ardente. Ne aratri ſtiuam.) Varijs alluſionibus infarſit hũnc locum.Primum alluſit ad id quod eſt in Euangelio,qui miſſa ad aratrum manu retroſpexerit,non eſſe idoneum regno dei. Deinde ad mulierem,quæ tacta fimbria Ieſu,ſanata eſt à fluxu ſanguinis. Item alludit ad illud quod eſt in Canticis: Caput meum plenũ eſt rore,& cincinni mei guttis noctium.Rurſus ad illud Euangelicum,quod in die illa uetat,ne de tecto deſcendat,ut tunicam recipiat,qui nudus fugere cœperit. Rurſum de Lot & Abraham,qui diuiſi ſunt. Abraham elegit montana, Lot campeſtria.

Poſtquam dulces aquas.) Plinius libro quinto, cap. xv. prodidit Iordanem amnem amœnum,ſaluberibus eſſe aquis,donec poſt longos flexus ueluti inuitus Aſphaltitę lacui miſcetur. Ibi perdit laudatas aquas peſtilẽtibus mixtas. Diximus eum lacum mortuum mare dici. Significat aũt uere Chriſtianum, ab uniuerſis huius mundi curis liberum eſſe oportere. Non eſt inuidus Agonotheta.) Agonotheta Græcis eſt,qui certamini preſidet,propoſitis præmijs. ἀγὼν certamẽ, τίθημι pono. Rem doloris patior.) Sic & apud Terentium Demea lachrymat præ gaudio. Ruth in lachrymas.) Eſt Ruth cap. i. Fleuit eĩm nurus Noemi,nõ dolore,ſed amore.Simulq; profectę ſunt in Bethlehẽ. Vnde tacite ſignificat diuus Hieronymus optare ſe conſortiũ Lucinij. Sed ſuſpicor hunc locũ eſſe deprauatũ: legendũ autem

Ruth

A Ruth,pro uerbis lachrymæ prorumpunt. Quanquam & altera lectio tolerabilis. Hebræus,id est, περώτης.) περᾶν Græce est transire,siue superare, aut transmittere.Idem Hebræis sonat Hebræus. Me loten reliquit in terris.) μελότη pellis est ouilla, siue exuuium uelleris ouilli : μῆλον enim ouem significat. Ac redituum.) A redeundo dicuntur,non à reddendo.Ouidius: Turpe thori reditu census augere paternos. Quod autem fructus ex re quapiam colligitur,id ex ea redire dicitur Crates Thebanus.) Hic aurum abiecit in mare:de quo dictum est aliâs.Antisthenes Cynicus fuit,strennuus contemptor omnium rerum. Si paragrammata.) παραγράμματα dicere possis literas perperam positas: γράμμα litera, & præpositio παρὰ,in malam ferè partem significat. Et sancti Didymi.) In huius catalogo testatur se uertisse librum de spiritu sancto. Excepto octateucho.) Octo Græce octo,& τεῦχος uolumen.Ita distinguitur à pentateucho,quinq; complectẽte uolumina Moysi,cum hæc pars octo complectatur. Amphimalum.) Tunica est gausapina,utrinq; uillos habens. Quotidianæ symbolia pœnitentiæ.) σύμβολον aliquando significat signum,inde diminutiuum symbolium.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Theodorã Hispanam uiduã cõsolatur de morte Lucinij Betici mariti,sed quem fratris habuerit loco.

HIERONYMVS AD THEODORAM

epitaphium Lucinij Betici.

LVgubri nuncio consternatus super sancti & uenerabilis mihi dormitione Lucinij,uix breuem epistolam dictare potui. Non quod eius uicem doleam, quem scio ad meliora transisse, dicente Moyse : Transiens uidebo uisionem hanc magnam: sed quod torquear desiderio,nõ meruisse me eius uiri uidere faciẽ,quem in breui tempore huc uenturum esse credebam. Verum est illud super necessitate mortis prophetale uaticinium,quod fratres diuidat,& charissima inter se nomina crudelis & dura dissociet.Sed habemus cõsolationem, quia domini uoce iugulatur,per quem ad eam dicitur:Ero mors tua ô mors,ero morsus tuus inferne.Et in consequentibus : Adducet urentem uentum dominus de deserto descendentem , qui siccabit omnes uenas eius , & desolabit fontem illius. Exiuit enim uirga de radice Iesse, & flos de uirginali frutice pullulauit. Qui loquitur in Cantico canticorũ : Ego flos campi,& lilium cõuallium.Flos noster mortis interitus,ideoq; C & mortuus est,ut mors illius morte moreretur. Quod autem de deserto dicitur adducẽdus, uirginalis uterus demõstratur,qui absq; coitu & semine uiri,deum nobis fudit infantem:qui calore spiritus sancti exiccaret fontes libidinum,& caneret in psalmo:In terra deserta et inuia & inaquosa, sic in sancto apparui tibi. Aduersum ergo mortis duritiam & crudelissimam necessitatem hoc solatio erigimur, quod breui uisuri sumus eos,quos dolemus absentes. Neq; enim mors, sed dormitio & somnus appellatur . Vnde & beatus Apostolus uetat de dormientibus contristari : ut quos dormire nouimus , suscitari posse credamus : & post digestum soporem uigilare cum sanctis,& cum angelis dicere : Gloria in excelsis deo,& super terram pax hominibus bonæ uoluntatis.In cœlo,ubi non est peccatum, gloria est, & perpetua laus,& indefessa præconia.In terra aũt,ubi seditio,bella atq; discordiæ,pax imprecanda est: & pax non in omnibus, sed in his, qui bonæ uoluntatis sunt, & salutationem audiunt Apostolicam : Gratia uobis & pax à deo patre , & domino nostro Iesu Christo multiplicetur: ut in pace sit locus eius , & habitatio eius in Sion, id est, in specula, sublimitate dogmatum atque uirtutum, in anima credentis : cuius quotidie angelus uidet faciem dei, & reuelato uultu gloriam dei contemplatur. Vnde obsecro te,& currentem ut aiunt,impello,ut Lucinium tuum desideres quidem ut fratrem,sed gaudeas regnare cum Christo,quia raptus est,ne malicia immutaret mentẽ eius.Placita enim erat deo anima illius,& in breui spatio tempora multa compleuit.Nos dolendi magis,qui quotidie stamus in prælio peccatorum, uitijs sordidamur, accipimus uulnera, & de ocioso uerbo reddituri sumus rationem. Ille iam securus & uictor te aspicit de excelso,& fauet laboranti, & iuxta se locum præparat, eodem amore & eadem charitate,qua oblitus officij coniugalis, in terra quoq; sororẽ te habere cœperat,imò tu illum fratrem, quia casta coniunctio, sexum nõ habet nuptialem. Et si adhuc in carne positi I & renati in Christo,non sumus Græcus & barbarus,seruus & liber,masculus & fœmina,sed omnes in eo unũ sumus:quanto magis cum coruptiuũ hoc induerit incorruptionem, & mor

tale hoc induerit immortalitatem, nō nubent,neq; nubentur, ſed erunt ſicut angeli in cœlis? c
Quando dicit,non nubent,neq; nubentur, ſed erunt ſicut angeli in cœlis:non natura & ſubſtantia corporum tollitur, ſed gloriæ magnitudo monſtratur.Neq; enim ſcriptum eſt,erunt angeli,ſed ſicut angeli.Vbi ſimilitudo promittitur, ueritas denegatur. Erunt, inquit,ſicut angeli,id eſt, ſimiles angelorum: ergo homines eſſe non deſinent. Inclyti quidem & angelico ſplendore decorati, ſed tamen homines,ut apoſtolus apoſtolus ſit,& Maria Maria: & confundatur hæreſis,quæ ideo incerta & magna promittit,ut quæ certa & moderata ſunt,auferat.Et quia hæreſeos ſemel fecimus mentionem,qua Lucinius noſter digne eloquentię tuba prædicari poteſt, qui ſpurciſſima per Hiſpanias Baſilidis hæreſi ſæuiente, & inſtar peſtis & morbi,totas intra Pyrenæum & Oceanum uaſtante prouincias,fidei eccleſiaſticæ tenuit puritatem,nequaq; ſuſcipiens,Armagil, Barbelon,Abraxas,Balſamum,& ridiculum Leuſibo 2
râm, cæteraq; magis portenta quàm nomina,quæ ad imperitorum & mulierculārū animos concitandos,quaſi de Hebraicis fontibus hauriunt, barbaro ſimplices quoſque terrentes ſono, ut quod non intelligunt,plus mirentur. Refert Irenæus, uir apoſtolicorum temporū, & Papiæ auditoris euāgeliſtæ Ioannis diſcipulus,epiſcopus eccleſiæ Lugdunenſis,quod Marcus quidam de Baſilidis gnoſtici ſtirpe deſcendens,primum ad Gallias uenerit,& eas partes per quas Rhodanus & Garumna fluūt,ſua doctrina maculauerit:maximeq; nobiles fœminas,quędam in occulto myſteria repromittens,hoc errore ſeduxerit, magicis artibus & ſecreta corporum uoluptate, amorem ſui concilians. Inde Pyrenæum tranſiens, Hiſpanias occuparit,& hoc ſtudio habuerit,ut diuitum domus,& in ipſis fœminas maxime appeteret,quæ ducuntur uarijs deſiderijs,ſemper diſcentes, & nunquam ad ſciētiam ueritatis peruenientes. Hoc ille ſcripſit ante annos circiter trecētos.Et ſcripſit in his libris,quos aduerſus omnes hæreſes doctiſſimo & eloquentiſſimo ſermone cōpoſuit.Ex quo perpendat prudentia tua,qua Lucinius noſter laude ſit dignus, qui clauſit aurem, ne audiret iudiciū ſanguinis, & omnem ſubſtātiam ſuam diſperſit & dedit pauperibus, ut iuſtitia eius maneret in ætermum. Nec pa D
triæ ſuæ largitate contentus, miſit Hieroſolymarum & Alexandrinæ eccleſiæ tantum auri, quanto multorum poſſit inopiæ ſubueniri. Quod cum multi mirentur & prædicent, ego in illo magis laudabo feruorem & ſtudium ſcripturarum, quo ille deſiderio opuſcula noſtra flagitauit, & miſſis ſex notarijs (quia in hac prouincia Latini ſermonis ſcriptorūq; penuria eſt) deſcribi ſibi fecit, quæcunq; ab adoleſcentia uſq; in præſens tempus dictauimus? Non nos honorauit,qui paruuli & minimi Chriſtianorū omnium ſumus,& ob conſcientiam peccatorum,Bethlehemitici ruris ſaxa incolimus,ſed Chriſtum, qui honoratur in ſeruis ſuis,& apoſtolis repromittit,dicens: Qui uos recipiunt,me recipiunt.Et qui me recipiunt,recipiunt eum qui me miſit. Itaq; chariſſima filia, hanc epiſtolam amoris mei in illum habeto epitaphium,& quicquid poſſe me ſcieris in opere ſpirituali,audacter impera,ut ſciant ſecula poſt futura,cum qui dicit in Eſaia: Poſuit me ut ſagittam electam, in pharetra ſua abſcondit me, duos uiros tantis maris atq; terrarū inter ſe ſpatijs ſeparatos,ſuo acumine uulneraſſe,ut cum mutuo in carne ſe neſciāt,amore ſpiritus copulētur. Subſcriptio. Sanctā te corpore & ſpiritu ſeruet ille Samarites,id eſt,ſeruator & cuſtos, de quo in pſalmo ſcribitur:Non dormitabit neq; dormiet qui cuſtodit Iſrael: ut Hir, qui interpretatur uigil, qui deſcendit ad Daniel, ad te quoq; ueniat,& poſſis dicere:Ego dormio,& cor meum uigilat.

SCHOLIA

NOn ſumus Græcus & barbarus.) Ita Paulus ad Galatas cap.iij.Quicunq; in Chriſto baptizati eſtis,Chriſtum induiſtis.Non eſt Iudæus,neq; Græcus:non eſt ſeruus,neq; liber:nō eſt maſculus,neq; fœmina. Omnes enim uos unum eſtis in Chriſto Ieſu. Quando dicit,non nubent.) De hac hæreſi diſputat in epitaphio Paulæ copioſius. Baſilidis hæreſi.) Baſilides in cæteris Simonianus,trecētos ſexagintaquinq; fabricatus eſt cœlos,ut teſtatur diuus Auguſtinus in libro ad Quoduultdeum.Inde myſticū illud nomen ſuis diſcipulis cōmendabat ἀβραξας. Nam his literis iuxta Græcam ſupputationē,hic numerus ſignatur α & β, ſignificant unum & duo, ρ & α, centum & unum, σ & α, ducenta & unum: ξ, quæ quinta eſt in hac dictione litera,ſignificat ſexaginta. 1

In ſumma

A In summa redduntur trecenta sexaginta quinque. Proinde mundum hunc & hominem negabat à deo conditum, sed à trecẽtesimo sexagesimoquinto cœlo. Idem negabat ipsum Christum à Iudæis fuisse crucifixum, sed eius loco Simonem Cyrenẽsem, qui iuxta Matthæum, coactus fuit baiulare crucem domini. Diuus Hieronymus enarrans tertiũ Amos prophetæ caput, prodidit Basilidem hoc portentoso uocabulo deum appellasse, quem gentiles alijs literis, sed eundẽ reddẽtibus numerum, μίθραν appellent. Mythran autem illi solem appellant, qui hoc dierum numero cursum annuum conficit. Meminit idem huius prodigiosi uocabuli Abraxas, enarrans primum Abdiæ caput. Cæterũ illud, Armagil, Barbelon, Balsamum, Leusibora, consimilis insaniæ sunt uocabula: in hoc conficta, ut ἀιῶνας, hoc est, secula significent, literarũ notis: quæ ridicule cõmentus est Valentinus & Marcion, triginta constituens ἀιῶνας, tradas, ogdoadas, & dodecadas, atq; huiusmodi præstigijs uerborum, plebeculæ simplici & imperitæ conans imponere: quæ peregrina magis miratur, & quæ minus intelligit, plus credit habere mysterij. Vnde qui ridiculas profitẽtur artes, magiam notoriam, Græca quædam & Hebraica, nõnulla conficta uocabula inculcant nihil significantia. Meminit horum uerborũ Hieronymus & in libro aduersus Vi-
2 gilantium. Item in cõmentarijs in Esaiam. Quasi de Hebraicis fontibus.) Non quod Hebraica sint, sed quo plus haberent autoritatis, hinc sumpta uideri uolebãt, ex occultis illorum Thalmudicis aut Cabballisticis libris: haberentq; nõnihil tale, quale apud Hebræos nomen dei tetragrammaton. Irenæus uir apostolicorum temporum.) Hic uolumen scripsit aduersus quinq; hæreses, ut testatur in catalogo scriptorum Hieronymus, ubi mentionem facit & Papiæ. Basilidis gnostici.) Hoc cognominis sibi uindicabant, ob arcanam mysteriorum scientiam, sed rectius ijdem βορβορίτου sunt dicti à cœno, ob turpitudinem quam exercebant in suis mysterijs. Inde Pyrenæum.) Montes enim Pyrenæi Gallias dirimunt ab Hispanijs. Vt Hir, qui interpretatur uigil.) Habes Danielis capite quarto.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Fabiolam nobilem fœminam laudat, quod post lapsum ad Christum conuersa, sanctissimam uereq; Christianam egerit uitam, gloriosumq; meruerit uitę finem. Scripsit ad hanc De uestibus Aaron, cuius epistolæ initium est: Vsque hodie, quam in suo reperies Tomo. Item alteram De mansionibus.

HIERON. AD OCEANVM. EPITAPHIVM FABIOLAE

B PLures anni sunt, quod super dormitione Blesillæ, Paulam uenerabilem fœminam recenti adhuc uulnere, consolatus sum. Quartę æstatis circulus uoluitur, ex quo ad Heliodorum episcopum Nepotiani scribens epitaphium, quicquid habere potui uirium in illo tunc dolore consumpsi. Ante hoc fermè bienniũ, Pammachio meo pro subita peregrinatione Paulinæ, breuem epistolam dedi, erubescẽs ad disertissimum uirum plura loqui, & ei sua ingerere, ne non tam consolari amicum uiderer, cũ stulta iactantia docere perfectũ. Nunc mihi fili Oceane uolenti, & ultrò appetenti, debitum mu-
1 nus imponis, quo pro nouitate uirtutum, ueterem materiam nouam faciam. In illis enim uel parentis affectus, uel mœror auunculi, uel desideriũ mariti temperandum fuit: & pro diuersitate personarum, diuersa de scripturis adhibenda medicamina. In præsentiarũ tradis mihi Fabiolam, laudem Christianorum, miraculum gentilium, luctum pauperũ, solatium monachorum. Quicquid primum arripuero, sequentium comparatione uilescit. Ieiunium prædicem? Sed præualescunt eleemosynæ. Humilitatem laudem? Sed maior est fidei ardor. Dicam appetitas sordes, & in condemnationem uestium sericarum plebeium cultum, & seruilia indumenta quæsita? Plus est animum deposuisse cũ cultum. Difficilius arrogantia, cũ auro carẽmus & gemmis. His enim abiectis, interdũ glorioſis tumemus sordibus, & uendibilem paupertatem, populari auræ offerimus. Cælata uirtus, & cõscientiæ fota secreto, deum solum iudicem respicit. Vnde nouis mihi est efferenda præconijs, & ordine rhetorum prętermisso, tota de confessionis ac pœnitentiæ incunabulis assumenda. Alius forsitan scholæ memor, Q. Maximum Vnus qui nobis cunctando restituit rem, & Fabiorum gentem proferret in medium, diceret pugnas, describeret prælia, & per tantæ nobilitatis gradus Fabiolam uenisse iactaret, ut quod in uirga nõ poterat, in radicibus demonstraret. Ego diuersorij Bethlehemitici, & præsepis domini amator, in quo uirgo puerpera deũ fudit infantẽ, ancillam Christi, non de nobilitate ueteris historiæ, sed de ecclesiæ humilitate producam. Et quia statim in principio, quasi scopulus quidã, & procella mihi obtrectatorũ eius opponitur, quod secundum sortita matrimoniũ, prius reliquerit, nõ laudabo conuersam, nisi prius ream absoluero. Tanta prior maritus uitia habuisse narratur, ut ne scortũ quidem & uile mancipiũ ea sustine-

re posset. Quæ si uoluero dicere, perdam uirtutẽ fœminæ, quæ maluit culpam subire diuidij c
cꝫ corporis sui infamare partẽ, & maculas eius detegere. Hoc solum proferã, quod uerecun-
dæ matronæ & Christianæ satis est. Præcepit dominus uxorem nõ debere dimitti, excepta
causa fornicationis, & si dimissa fuerit, manere innuptã. Quicqd uiris iubetur, hoc cõsequen-
ter redundat in fœminas. Neqꝫ enim adultera uxor dimittẽda est, & uir mœchus tenendus.
Si qui meretrici iungitur, unum corpus facit: ergo & quæ scortatori impuroꝯ sociatur, unum
cum eo corpus efficitur. Aliæ sunt leges Cæsarũ, alię Christi, aliud Papinianus, aliud Paulus
noster præcipit. Apud illos uiris impudicitiæ frena laxãtur, & solo stupro atqꝫ adulterio con
demnato, passim per lupanaria & ancillulas libido ꝓmittitur, quasi culpã dignitas faciat, nõ
uoluntas. Apud nos, quod nõ licet fœminis, æque nõ licet uiris, & eadẽ seruitus pari cõditio-
ne censetur. Dimisit ergo, ut aiunt, uitiosum: dimisit illius & illius criminis noxiũ: dimisit, penè
dixi quod clamãte uicinia uxor sola non prodidit. sin aũt arguitur, quare repudiato marito,
nõ innupta permãserit: facile culpã fatebor, dum tamen referã necessitatẽ. Melius est, inquit
Apostolus, nubere cꝫ uri. Adolescentula erat, uiduitatem suam seruare nõ poterat. Videbat
aliã legem in membris suis repugnantẽ legi mentis suæ, & se uinctã & captiuam ad coitũ tra-
hi. Melius arbitrata est aperte cõfiteri imbecillitatẽ suã, & umbrã quandã miserabilis subire
coniugij, cꝫ sub gloria uniuiræ opera exercere meretricũ. Idem Apostolus uult uiduas adole
scentulas nubere, filios procreare, nullã dare occasionem aduersario maledicti gratia. Et pro
tinus cur hoc uelit, exponit: Iam enim quædã abierunt retro post Satanã. Igitur & Fabiola,
quia persuaserat sibi, et putabat à se uirũ iure dimissum: nec Euangelij uigorẽ nouerat, in quo
nubendi uniuersa causatio uiuẽtibus uiris fœminis amputatur: dum multa diaboli uitat uul-
nera, unũ incauta uulnus accepit. Sed quid ego in abolitis & antiquis moror, quęrens excu
sare culpã, cuius pœnitentiã ipsa confessa est? Quis hoc crederet, ut post mortẽ secũdi uiri in
semet reuersa, quo tempore solent uiduę negligẽtes, iugo seruitutis excusso, agere se liberius,
adire balneas, uolitare per plateas, uultus circũferre meretricis, saccũ indueret, ut errorẽ publi D
ce fateretur: & tota urbe spectante Romana, ante diem Paschæ in basilica quondã Laterani,
qui Cæsariano trũcatus est gladio, staret in ordine pœnitentiũ, episcopo, presbyteris, & om-
ni populo collachrymãtibus: sparsum crinẽ, ora lurida, & squalidas manus, sordida colla sub
mitteret? Quæ peccata fletus iste nõ purget? Quas inueteratas maculas hæc lamenta nõ ab-
luant? Petrus trinam negationem trina cõfessione deleuit: Aaron sacrilegiũ, & conflatum ex
auro uituli caput, fraternę correxere preces. Dauid sancti & mansuetissimi uiri homicidiũ pa
riter & adulterium septem dierum emendabat fames. Iacebat in terra, uolutabatur in cinere,
& oblitus regię potestatis, lumen quærebat in tenebris. Illumcꝫ tantũ respiciens quem offen
derat, lachrymabili uoce dicebat: Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Et: Redde mihi læ
titiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Atqꝫ ita factum est, ut qui me prius do-
cuerat uirtutibus suis, quomodo stans non caderem, doceret per pœnitentiam, quomodo ca
dens resurgerem. Quid tam impium legimus inter reges quàm Achab, de quo scriptura di-
cit: Non fuit alius talis ut Achab, qui uenũdatus est, ut faceret malum in conspectu domini?
Hic cum propter sanguinẽ Naburthæ correptus fuisset ab Helia, & audisset iram domini per
prophetã: Occidisti, & insuper possedisti, & ecce ego inducã supꝫ te malũ, & demetam poste-
riora tua, & reliqua: scidit uestimenta sua, & operuit cilicio carnẽ suam, ieiunabatcꝫ in sacco, &
ambulabat demisso capite. Tunc factus est sermo dei ad Heliã Thesbyten, dicens: Nõne ui
disti Achab humiliatũ coram me? Quia ergo humiliatus est mea causa, non inducã malum
in diebus eius. O felix pœnitentia, quæ ad se dei trahit oculos, quæ furentem sententiam
dei, cõfesso errore mutauit. Hoc idem & Manasses in Paralipomenon, & Niniuen fecisse le-
gimus in propheta, publicanum quoqꝫ in Euangelio. E quibus primus non solum indulgen
tiam, sed & regnũ recipere meruit. Alter impendentẽ dei fregit irã. Tertius pectus uerberans
pugnis, oculos non leuabat ad cœlũ. Et multo iustificatior recessit publicanus humili cõfessio
ne uitiorũ, quàm pharisæus superba iactatione uirtutũ. Non est loci huius ut pœnitentiam
prædicem

A prædicem,& quasi contra Montanum Nouatumq; scribens, dicam illam hostiam domino esse placabilem:Et,sacrificium deo,spiritū cōtribulatū: Et,malo pœnitentiā peccatoris, quàm mortem:Et,exurge,exurge Hierusalem:& multa alia, quæ prophetarū clangunt tubæ. Hoc unum loquar,quod & legentibus utile sit,& præsenti causæ conueniat. Non est confusa dominū in terris,& ille eam nō confundetur in cœlo. Aperuit cunctis uulnus suū,& decolorem in corpore cicatricem,flens Roma conspexit. Dissuta habuit latera,nudū caput, clausum os. Non est ingressa ecclesiam domini, sed extra castra cum Maria sorore Moysi separata con-
5 sedit:ut quā sacerdos ciecerat,ipse reuocaret.Descendit de solio delitiarum suarū,accepit molam,fecit farinam, & discalciatis pedibus transiuit fluenta lachrymarū. Sedit super carbones ignis.Hi ei fuere in adiutorium.Faciem per quam secundo uiro placuerat,uerberabat,oderat gemmas,linteamina uidere non poterat,ornamenta fugiebat.Sic dolebat,quasi adulterium commisisset, & multis impendijs medicaminū unum uulnus sanare cupiebat. Diu morati sumus in pœnitentia,in qua uelut in uadosis locis resedimus,ut maior nobis & absq; ullo impedimento se laudum eius campus aperiret.Recepta sub oculis omnis ecclesię communione, quid fecit? Scilicet in die bona malorū non oblita est: & post naufragium rursum tentare noluit pericula nauigandi.Quin potius omnē censum quem habere poterat (erat aūt amplissimus,& respondens generi eius)dilapidauit,ac uendidit:& in pecuniam congregatam, usibus pauperum pręparauit,& prima omniū νοσοκομεῖον instituit,in quo ægrotantes colligeret de plateis,& cōsumpta languoribus atq; inedia miserorū mēbra foueret. Describam ego nunc diuersas hominum calamitates,truncas nares, effossos oculos,semiustos pedes,luridas manus,tumētes aluos,exile femur,crura turgentia,& de exesis ac putridis carnibus, uermiculos bullientes? Quoties morbo regio & pedore cōfectos humeris suis ipsa portauit? Quoties lauit purulentam uulnerum saniem,quam alius aspicere non ualebat? Prębebat cibos propria manu,& spirās cadauer forbitiunculis irrigabat. Scio multos diuites & religiosos ob stoma-
B chi angustiam exercere huiusmodi misericordiam per aliena ministeria,& clementes esse pecunia,non manu. Quos equidem non reprobo,& teneritudinem animi nequaq; interpretor infidelitatem:sed sicut imbecillitati stomachi ueniam tribuo,sic perfectæ mentis ardorem in cœlum laudibus fero.Magna fides ista contemnit.Scio quid in Lazaro diues purpuratus ali quando non fecerit,quali superba mens retributione damnata sit.Ille quē despicimus,quem uidere non possumus,ad cuius intuitum nobis uomitus erumpit,nostri similis est, de eodem nobiscum formatus est luto,ijsdem compactus elementis. Quicquid patitur,& nos pati possumus. Vulnera eius existimemus propria: & omnis animi in alterum duritia, clementi in nosmetipsos cogitatione frangetur. Non mihi si linguæ cētum sint,oraq; centū, Ferrea uox, Omnia morborū percurrere nomina possim. Quæ Fabiola in tanta miserorū refrigeria cōmutauit, ut multi pauperū sani,languentibus inuiderent. Quanq; illa simili liberalitate erga clericos & monachos ac uirgines fuerit.Quod monasteriū non illius opibus sustentatum est? Quem nudū & clinicū non Fabiolæ uestimenta texerunt? In quorū se indigētiam nō effudit præceps & festina largitio? Angusta misericordiæ eius Roma fuit. Peragrabat ergo insulas & totū Ethruscū mare, Volscorūq; prouinciā, & recōditos curuorū littorū sinus, in quibus monachorū consistunt chori,uel proprio corpore,uel transmissa per uiros sanctos ac fideles munificentia circumibat. Vnde repente & contra opinionē omniū Hierosolymam nauigauit,ubi multorū excepta concursu, nostro parumper usa est hospitio: cuius societatis recordans,uideor mihi adhuc uidere quam uidi. Iesu bone,quo illa feruore,quo studio intenta erat diuinis uoluminibus? & ueluti quādam famem satiare desiderans,per prophetas, Euangelia,psalmosq; currebat:quæstiones & proponens,& solutas recōdens in scriniolo pectoris sui.Nec uero satiabatur audiendi cupidine,sed addens scientiam,addebat dolorem:& quasi oleum flammæ adieceris,maioris ardoris fomenta capiebat. Quodā die cum in manibus Moysi Numeros teneremus,& me uerecunde rogaret,quid sibi uellet nominū tāta congeries:cur singulæ tribus in alijs atq; alijs locis uarie iungerentur: quomodo Balaam ariolus

ſic futura Chriſti myſteria prophetarit, ut nullus propemodum prophetarũ tam aperte de c
eo uaticinatus ſit: reſpondi ut potui, & uiſus ſum interrogationi eius ſatisfacere. Reuoluens er
go librum, peruenit ad eum locum, ubi catalogus deſcribitur omnium manſionũ, per quas de
Ægypto egrediens populus, peruenit uſq; ad fluenta Iordanis. Cumq; cauſas quęreret & ra
tiones ſingularum, in quibuſdã hęſitaui, in alijs inoffenſo cucurri pede, in pleriſq; ſimpliciter
ignorantiam confeſſus ſum. Tunc uero magis cœpit urgere, & quaſi non mihi liceret neſcire
quod neſcio, expoſtulare, ac ſe indignam tãtis myſterijs dicere. Quid plúra? Extorſit mihi ne
gandi uerecundiam, ut proprium ei opus huiuſcemodi diſputatiunculę pollicerer, quod uſq;
in præſens tempus, ut nunc intelligo, domini uoluntate dilatũ, reddetur memoriæ illius: ut ſa
cerdotalibus prioris ad ſe uoluminis induta ueſtibus, per mundi huius ſolitudinẽ gaudeat ſe
ad terram repromiſſionis aliquando ueniſſe. Verum quod cœpimus proſequamur. Quæ/
rentibus nobis dignũ tantæ fœminæ habitaculum, cum illa ita ſolitudinẽ cuperet, ut diuerſo/
rio Mariæ carere nollet: ecce ſubito diſcurrentibus nuncijs, Oriens totus intremuit: ab ultima 4
Mæotide inter glacialem Tanain, & Maſſagetarũ immanes populos, ubi Caucaſi rupibus fe
ras gentes Alexandri clauſtra cohibẽt, erupiſſe Hunorũ examina, quæ pernicibus equis huc
illucq; uolitantia, cędis pariter ac terroris cuncta cõplerent. Aberat tunc Romanus exercitus,
& bellis ciuilibus in Italia tenebatur. Hanc gentẽ Herodotus refert ſub Dario rege Medorũ
uiginti annis Orientẽ tenuiſſe captiuũ, & ab Aegyptijs atq; Aethiopibus annuũ exegiſſe ue
ctigal. Abigat Ieſus ab orbe Romano tales ultra beſtias. Inſperati ubiq; aderant, & famam
celeritate uincentes, non religioni, non dignitatibus, non ætati parcebant, non uagientis miſe/
rebantur infantiæ. Cogebantur mori, qui nondũ uiuere cœperant: & neſcientes malũ ſuum,
inter hoſtium manus ac tela ridebant. Conſonus inter omnes rumor, petere eos Hieroſoly/
mam, & ob nimiam auri cupiditatem ad hanc urbem percurrere. Muri neglecti pacis incuria
ſartiebantur: Antiochia obſidebatur. Tyrus ſe uolens à terra abrũpere, inſulam quęrebat an/
tiquam. Tunc & nos cõpulſi ſumus parare naues, eſſe in littore: aduentum hoſtiũ præcauere, p
& ſæuientibus uentis, magis barbaros metuere q̃ naufragium, nõ tam propriæ ſaluti, quàm
uirginũ caſtimoniæ prouidentes. Erat in illo tempore quædã apud nos diſſenſio, & barbaro
rum pugnam domeſtica bella ſuperabant. Nos in oriente tenuerunt iam fixæ ſedes, & inue/
teratũ locorum ſanctorũ deſiderium. Illa quæ tota in ſarcinis erat, & in omni urbe peregrina, 5
reuerſa eſt ad patriã, ut ibi pauper uiueret, ubi diues fuerat: manẽs in alieno, quæ multos pri/
us hoſpites habuit: & (ne ſermonẽ longius protraham) in conſpectu Romanæ urbis paupe/
ribus erogaret, quod illa teſte uẽdiderat. Nos hoc tantũ dolemus, quod precioſiſſimũ de ſan
ctis locis monile perdidimus. Recepit Rhoma quod amiſerat, & procax ac maledica lingua
gentiliũ, oculorũ teſtimonio confutata eſt. Laudent cæteri miſericordiã eius, humilitatẽ, fidẽ,
ego ardorẽ animi plus laudabo. Librũ quo Heliodorũ quondã iuuenis ad eremũ cohorta
tus ſum, tenebat memoriter: & Romana cernens mœnia, incluſam ſe eſſe plãgebat. Oblita ſe
xus, fragilitatis immemor, ac ſolitudinis tantũ cupida, ibi erat, ubi animo morabatur. Nõ po/
terat teneri conſilijs amicorũ: ita ex urbe, quaſi de uinculis geſtiebat erũpere. Diſpenſationem
pecuniæ, & cautam diſtributionẽ, genus infidelitatis uocabat. Non alijs diſtributionem elee/
moſynarum tribuere, ſed ſuis pariter effuſis, ipſa pro Chriſto ſtipes optabat accipere. Sic feſ/
ſtinabat, ſic impatiens erat morarum, ut illam crederes profecturã. Itaq; dũ ſemper paratur,
mors eam inuenire non potuit imparatam. Inter laudes fœminæ ſubito mihi Pammachius
meus exoritur. Paulina dormit, ut iſte uigilet. Præcedit maritũ, ut Chriſto famulum derelin/
quat. Hic hæres uxoris, & hæreditatis alij poſſeſſores. Certabant uir & fœmina, quis in portu
Abrahæ tabernaculũ figeret: & erat hæc inter utrunq; contentio, quis humanitate ſuperaret.
Vicit uterq;, & uterq; ſuperatus eſt. Ambo ſe uictos & uictores fatentur, dũ quod alter cupie
bat, uterq; perfecit. Iungũt opes, ſociant uolũtates, ut quod æmulatio diſſipatura erat, concor
dia creſceret. Necdũ dictum, iam factũ. Emitur hoſpitium, & ad hoſpitiũ turba cõcurrit. Non
eſt enim labor in Iacob, nec dolor in Iſrael. Adducunt maria, quos in gremio ſua terra ſuſci/

piat

A piat. Mittit Roma properantes, quos nauigatutos littus molle confoueat. Quod Publius semel fecit in insula Mytilene erga unum apostolũ, & (ne cõtradictioni locum tribuã) in unam nauim: hoc isti & frequenter faciunt & in plures: nec solũ inopum necessitas sustentatur, sed prona in omneis munificentia aliquid & habentibus prouidet. Xenodochiũ in portu Roma no situm, totus pariter mundus audiuit. Sub una æstate didicit Britãnia, quod Aegyptus & 6 Parthus nouerant uere. Quod scriptũ est: Timẽtibus dominũ, omnia cooperãtur in bonum, in obitu tantæ fœminæ uidimus comprobatũ. Quodã præsagio futurorũ ad multos scripserat monachos, ut uenirẽt, & se graui onere laborantẽ absoluerẽt, faceretq; sibi de iniquo mãmona amicos, qui eam reciperent in æterna tabernacula. Venerũt, amici facti sunt: dormiuit illa quomodo uoluit, & deposita tandẽ sarcina, leuior uolauit ad cœlũ. Quantũ haberet uiuentis Fabiolæ Roma miraculum, in mortua demonstrauit. Necdum spiritum exhalauerat, necdum debitã Christo reddiderat animam: Et iam fama uolans, tanti prænũcia luctus, totius urbis populum ad exequias congregabat. Sonabãt Psalmi, & aurata tẽplorũ, reboans in sublime quatiebat alleluia. Hic iuuenũ chorus, ille senũ, qui carmine laudes Fœmineas & 7 facta ferãt. Non sic Furius de Gallis, non Papyrius de Samnitibus, nõ Scipio de Numãtia, nõ Pompeius de Põti gentibus triumphauit. Illi corpora uicerant, hæc spirituales nequitias subiugauit. Audio præcedentium turmas, & cateruatim in exequijs eius multitudinem cõfluentem. Nõ plateæ, nõ porticus, nõ imminentia desuper tecta capere poterãt prospectantes. Tunc suos in unum populos Roma cõspexit: fauebant sibi omnes in gloria pœnitentis. Nec mirum si de eius salute homines exultarent, de cuius conuersione angeli lætabantur in cœlo. Hoc tibi Fabiola ingenij mei senile munus, has officiorum inferias dedi. Laudauimus sæpe uirgines, uiduas, ac maritatas, quarum semper fuere candida uestimẽta, quę sequũtur agnum quocunq; uadit. Felix præconiũ, quod nulla totius uitæ sorde maculatur. Procul liuor facessat, absit inuidia. Si paterfamilias bonus est, quare oculus noster malus est? Quę inciderat in B latrones, Christi humeris reportata est. Multæ mansiones sunt apud patrem. Vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia. Cui plus dimittitur, plus amat.

SCHOLIA.

1 PArentis affectus.) Parentis, refertur ad Paulam Blesillæ matrem: auunculi, ad Heliodorum Nepotiani auunculum: maritj, ad Pammachium Paulinæ maritum. Scholæ memor.) Declamatoriam scholam intellige. Porrò præcepta iubent in genere laudatorio à maiorum laudibus ordiri. Vnus qui nobis.) Retulit Vergilianum carmen ex libro Aeneidos sexto, quod ille ab Ennio mutuatus traditur. Dictum est hoc de Q. Fabio Maximo, qui cunctatione sua Hannibalem fregit, remq; Romanam penè ad extremam desperationem redactam restituit. Vnde & contator dictus est. Et quia statim in princip.) Hoc ad consilium pertinet, quod & admonet Quintilianus, ut si quid fuerit quod ad causam uideatur obstaturum, id amoliamur non obseruata ratione communium præceptorum. Id quod fecit M. Tullius in oratione habita pro Milone. Corporis sui infamare partem.) Corporis partem maritum uocat, quod uir & uxor unũ corpus appelletur Paulo. Hoc addidit, ne uideretur uel fauore tacuisse, uel metu, sed humanitate. Hoc admonendum putaui, ne quis hic inepte argutus, aliquid obscœnius somniet, cum nihil tale significet Hieronymus. In basilica quondam Laterani.) Indicat unde basilica Lateranensis, quæ Romæ summa fuit, nomen inuenerit. Aaron sacrilegium.) Legis Exodi capite uigesimo secundo. Fraternas
2 preces, Moysi preces intelligit. Quàm Achab.) De peccato Achab, & de huius pœnitentia, legis tertio libro Regum, capite uigesimoprimo. Contra Montanum.) Vel hinc apparet, istos Christianis post baptismum lapsis, negasse per pœnitentiam reditum ad gratiam Christi: deceptos, opinor, occasione uerborum Pauli in Epistola ad Hebræos: Impossibile est &c. Et Ioannis in prima epistola: Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis. Alioqui si senserunt, non esse recipiendos in contubernium ecclesiæ, qui à baptismo prolapsi fuissent in aliquod crimen, ab hac sententia minimum abfuit Augustinus, qui semel lapso aperit ecclesiæ fores, relapso claudit. Nec tamen huic claudit fores cœli, cui claudit fores templi. Ex hoc loco potes animaduertere, olim confessionem fuisse publicam: & de notis commissis publicam item satisfactionem. Et apparet, Hieronymi tempore nondum institutam fuisse secretam admissorum confessionem, quam postea ecclesia salubriter instituit, si modo recte utantur ea & sacerdotes & laici. Verum in hoc labuntur theologi quidã parũ attenti, quod quæ ueteres illi scribũt de huiusmodi publica & generali cõfessione, quę nihil aliud erat, q; signis quibusdã & piaminibus ab episcopo indictis, se peccatorẽ, & bonorũ cõmunione indignũ agnoscere, trahunt ad hanc

ad hanc occultam & longe diuersi generis. Sedit super carbones ignis.) Alluſit ad carbones deſola/ C
torios Dauid: & carbonem uiuum, qui purgauit labia Eſaiæ. Et reſpondens generi.) Reſpondens e/
leganter dixit, pro cõueniens & par. Erat enim ut nobiliſſima, ita & ditiſſima. Noſocomion.) Ita lego 3
in pleriſq; exemplaribus. Vide legendum ne ſit νοσωδιώμιον, quod Latine ſonat languentium uiculum.
Nam νοσεῖν ægrotare eſt, κώμη uicus ſeu cáſtellum. Niſi forte mauis νοσκωμεῖον à uerbo κομαίω, quod
eſt curo ſeu nutrio, pro loco quo nutriuntur ac fouentur ægroti: atque hoc mihi magis placet. Neque e/
nim admodum me mouet interpretatio Græcæ uocis, quam in quibuſdam codicibus aſſcripſit neſcio
quis. Exile femur, crura tur.) Alluſit ad Horatianum illud: Et femur tumẽtibus Exile ſuris additum. Id
autem ſolet euenire tumidis & hydropicis. Vermiculos bullientes.) Significat morbum pedicula/
rem, quo periit L. Sylla. Spirans cadauer.) Quaſi uiuens iam mortuus ſit: hoc ſuperius alijs dixit uer/
bis, de morbo regio laborantibus: Suo funeri ſuperuiuit. In cœlum laudibus fero.) Prouerbialis eſt hy
perbole, pro eo quod eſt, uehementer laudare. Clinicum.) Id eſt, qui ob morbum lecto decũbit, ut ali
bi diximus. Ab ultima Mæotide.) Quæ ad Scythas pertingit. Vnde & ea gens Mæotici uocantur, 4
à palude Mæotide, quæ à Boſphoro ad Tanaim uſq; deflectitur, autore Mella. Glacialem Tanaim,)
Quod flumen hoc ob regionis frigus ſæpe concreſcat gelu. Maſſagetarum.) Populus eſt Scythiæ,
intra Caucaſi rupes concluſus. Alexandri clauſtra.) De portis Caucaſijs ſentit, quas magno errore
Caſpias uocatas, admonet Plinius libro ſexto, capite undecimo. item libro quinto, capite uigeſimoſepti
mo. Hac de re qui plura cupiet cognoſcere, legat librum Strabonis undecimum. Tales ultra beſtias.)
Noue dixit, pro eo quod eſt, magis feros, quàm ſint ipſæ beſtiæ: niſi malis, ultra pro poſthac. Pacis 5
incuria.) In pace negliguntur ea quæ ad bellum pertinent.. Obſidebatur Antiochia.) De ciuitate
Antiochia ſentit, quæ ſita eſt in Cœleſyria. Tyrus ſe uolens à terra.) Tyrus metropolis Phœnices,
abeſt uigeſimo prope miliario à Cæſarea Philippi, quondam inſula mari prælto ſeptingentis paſſibus
diuiſa: ſed ab Alexandro Magno continens facta, comportatis aggeribus, ut ipſe teſtatur alibi Hierony
mus. Quæ tota in ſarcinis.) Hieronymus & Paula cum ſuis uirginibus cogebantur manere, quod
illic iam ædificauerant. At Fabiola, quoniam omnia ſua in ſarcinis habebat, non in ædificijs aut fundis,
poterat fugere. Hoc adiecit, ne uideretur reliquiſſe Bethlehem: uel quod parum illi conueniret cum cæ/
teris, uel quod inſtituti pœniteret. Necdum dictum, iam factum.) Hoc prouerbiali dicto miram facti
celeritatem ſignificabant. Vergilius: Dicto citius tumida æquora placat. In inſula Mitylene.) Inſula
eſt oppoſita Aſiæ, in qua Paulus excuſſit uiperã, & in qua Publius eius inſulæ princeps, Paulum triduo D
benigne excepit hoſpitio: cuius patrem ſanauit dyſenteria laborantem, ut legis in Actis Apoſtolicis ca/
pite uigeſimooctauo. Ne contradictioni.) Vt excludam, quod forte quis obiecturus ſit, Publium in
plures hoſpitalem fuiſſe, nempe in unã nauim, quæ Paulũ uehebat. Didicit Britannia.) Britanniam 6
nominat, ut quæ longiſſime ſemota ſit ab Aegypto. Adeo uelox fuit fama, ut quod uere cognouerãt pro
pinqui Aegyptij, id eadẽ æſtate rumor ad Britannos extremos orbis peruexerit. Quomodo uoluit.)
Hoc eſt pauper: id enim optabat. Et iã fama uolans.) Rurſus intertexuit uerſum Maronis. Qua/
tiebat alleluia.) Annotandum eſt, alleluia cani ſolitum in funere Chriſtianorum, uelut à gratulantibus,
quod euolaſſent ad ſuperos. Hic iuuenum chorus.) Carmen eſt Maronis ex octauo Aeneidos libro:
Hic iuuenum chorus, ille ſenum qui carmine laudes Herculeas & facta ferunt. Herculeas Hieronymus
uertit in fœmineas. Non ſic Furius.) Furium Camillum ſentit, qui Gallos præter ſpem ex urbe Ro/
ma depulit. Nõ Papyrius.) Papyrius Curſor egregiam de Samnitibus uictoriam retulit, cæſis eodem
die Samnitum triginta milibus, trecentis quadraginta: captis quatuor milibus, ſeptuagintaſeptem: ca/
ptis item ſignis militaribus nonagintaſeptem. Autor Titus Liuius primæ Decadis libro decimo.

Non Scipio de numantia.) Scipio Africanus Numantiam acerrime obſedit. Ipſi ciues ne in manus 7
uictoris uenirent, inuicem ſeſe trucidarunt. Scipio tandem captã urbem funditus deleuit, deq; ea trium/
phauit. De Ponti gentibus.) Cn. Pompeius Tigranem Armeniorum regem in deditionem accepit:
Mithridatem ſæpius prælio uictum, & fugientem per omnia perſecutus, ad ſumendum uenenũ adegit.
Denicq; Aſiam in prouinciæ formã redegit. In unum populos.) Vel quia ſepticollis eſt urbs, uel quia
uarias habet in ſe nationes urbs Romana. Inferias dedi.) Inferiæ dicuntur ſacrificia, aut munera quę
in honorem defunctorum inferuntur. Si paterfamilias.) Chriſtum intelligit, qui benignitate ſua di/
gnatus eſt eam hoc honore, quæ reſipuit poſt lapſum.

ARGVMENTVM ET SCHOLIVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Excuſat ſe Theophilo Papę Alexandrino, quod librum illius paſcalem, eruditum pariter & eloquen 1
tem, ſerius uerterit: impeditus partim obitu Paulæ, partim ſuo morbo. Iuncto paſchali libro.) Vti/
nam extaret hic liber, quem tãtopere probat diuus Hieronymus. Nam de his duobus quos reperimus
inter illius opera, quid ſentiendum ſit, ſuo dicemus loco. Non eſſe triſtem eloquentiam.) Eſt enim, ut
inquit M. Tullius, alumna pacis eloquentia, & lętis ac tranquillis rebus effloreſcit. Item Ouidius: Car/
mina proueniunt animo deducta ſereno. Demoſthenem atq; Platonem.) Hoc eſt ſummum orato/
rem cum ſummo philoſopho.

Hieronymus

A EX eo tempore quo beatitudinis tuę accepi epistolas, iuncto paschali libro, usque
1 in præsentem diem, ita & mœrore luctus, & solicitudine, ac diuersis super statu
ecclesiæ hinc inde rumoribus exagitatus sum, ut uix uolumen tuum potuerim
in Latinum sermonem uertere. Optime enim nosti iuxta ueterem sententiam,
non esse tristem eloquentiam: maxime si ad ægritudinem animi, accedat corporis ægritudo.
Et hanc ipsam epistolam febre æstuans, & quintum iam diem decumbens lectulo, nimia festinatione dictaui: breuiter indicans beatitudini tuæ, magnũ me laborem sustinuisse in translatione eius, ut omnes sententias pari uenustate transferrem, & Græcæ eloquẽtiæ, Latinum aliqua ex parte responderet eloquium. In principio philosopharis, & generaliter agens dum omnes erudis, unum iugulas: in reliquis autem quod uel difficillimum est, rhetoricæ eloquentiæ iungis philosophos, & Demosthenem, atque Platonem nobis consocias. O quanta dicuntur in luxuriam, quantis præconijs extollitur continentia, & de intimis sapientiæ disciplinis, diei ac noctis, lunæ cursus ac solis ratio, mũdi istius natura describitur, & hanc ipsam disputationem ad scripturarum refers autoritatem, ne in paschali libro uidearis de secularibus quicquàm fontibus mutuatus. Quid plura? In his laudare te uereor, ne assentandi crimen incurram. Optimus liber est, & in philosophis, & agens susceptam causam, absque inuidia personarum. Vnde obsecro te ignoscas tarditati etiam meæ. Ita enim sanctæ & uenerabilis Paulæ confectus sum dormitione, ut absque translatione huius libri, usque in præsentiarum, nihil aliud diuini operis scripserim. Perdidimus enim, ut ipse nosti, repente solatium: quod, ut conscientiæ nostræ testis est dominus, non ad proprias ducimus necessitates, sed ad sanctorũ refrigeria, quibus illa solicite seruiebat. Sancta & uenerabilis te filia tua Eustochiũ, quæ nullam pro matris absentia recipit consolationem, te uniuersa fraternitas suppliciter salutat. Libros quos dudum scripsisse te nunciasti, uel legendos nobis, uel uertendos transmitte. Vale in Christo.

B

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Abigao presbytero Hispano, excusat se quod non scripserit. Eundem consolatur, ne moleste ferat cæcitatem corporis, cum animo cernat: Huius integritatem laudat.

HIERONYMVS AD ABIGAVM.

QVamuis mihi multorum sim conscius peccatorum, & quotidie in oratione flexis genibus loquar: Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris: tamen sciens scriptum esse ab apostolo: ne inflatus superbia incidat in iudicium diaboli: Et in alio loco scriptum: Superbis deus resistit: humilibus autem dat gratiam, nihil ita à pueritia conatus sum uitare quàm tumentem animum & ceruicem erectam, dei contra se odium prouocantem. Noui enim magistrum & dominum & deum meum in carnis humilitate dixisse: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde: & ante per os Dauid ceciniisse: Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Et in alio loco legimus: Ante gloriã humiliabitur cor uiri, & ante ruinam eleuatur. Itaq; obsecro te, ne me putes sumptis literis tuis ante tacuisse: & aliorum, uel infidelitatem, uel negligẽtiam in me referas. Quid enim causæ erat, ut prouocatus officio tacerem, & amicitias tuas, meo silentio repellerem, qui ultro soleo bonorum appetere necessitudinem, & me eorum ingerere charitati? Quia meliores sunt duo, cq; unus: & si alter ceciderit, ab altero fulcietur. Funiculus triplex non facile rumpitur, & frater fratrem adiuuans, exaltabitur. Scribe ergo audacter, & absentiam corporum, crebro uince sermone. Nec doleas si hoc non habeas quod formiculæ, & muscæ, & serpentes habent, id est, carnis oculos: sed illum te oculum habere lætare, de quo in Cantico dicitur canticorũ: Vulnerasti me soror mea sponsa, uno de oculis tuis, quo deus uidetur: de quo à Moyse dicitur: Transiens uidebo uisionem hanc magnam. Deniq; quosdam etiam mundi philosophos legimus, ut totam cogitationem ad mentis cogerent puritatem, sibi oculos eruisse. Et à propheta dicitur: Intrauit mors per fenestras uestras. Et apostoli audiunt: Qui uiderit mulierem

lierem ad concupiſcendum eam,& reliqua. Vnde præcipitur eis, ut leuent oculos & uideant c
ſegetes candidas,quæ præparatæ ſunt ad metendum.Quod autem precaris, ut noſtris mo-
nitis Nabuchodonoſor,& Rapſaces,& Nabuzardan,& Holofernes in te occidantur,nunq;
noſtra auxilia poſtularet,ſi in te uiuerent.Sed quia illi in te mortui ſunt, & cum Zorobabel,
& cum Ieſu filio Ioſedech ſacerdote magno,cum Ezra quoq; & Neemia ruinas Hieruſalem
ædificare cœpiſti,nec mittis mercedes in pertuſum ſaculum,ſed theſauros tibi in cœleſtibus
paras,idcirco noſtras appetis amicitias,quos Chriſti famulos arbitraris. Sanctã filiã meam
Theodoram,ſororem beatæ memoriæ Lucini per ſe commẽdatam,meo ſermone commen
do,ut in cepto itinere non laſſetur,ut ad terram ſanctam multo per eremum labore perueni-
at, ut non putet perfectam eſſe uirtutem exiſſe de Ægypto, ſed per innumerabiles inſidias
ad montem Nabo,& ad Iordanem fluuium peruenire, ut accipiat ſecundam in Galgala cir- 2
cunciſionem,ut illi muri Hiericho corruant, ſacerdotalium tubarum ſubuerſi clangoribus,ut
iuguletur Adonizedek, ut Hai, & Azor pulcherrimæ quondam corruant ciuitates. Fratres
qui nobiſcum in monaſteriolo ſunt te ſalutant. Sanctos qui nos diligere dignantur per te,
oppido ſalutamus.

SCHOLIA.

CRebro uince ſermone.) Quidam codices pro uince habebant iunge,ſed magis mihi pro- 1
batur uince. Quoſdam etiam mundi.)Democritum intelligit,Epicurum,& horum di-
ſcipulum Metrodorum,qui fecerunt mundos innumerabiles. Nabuchodonoſor &c.)
Hoſtes barbari,qui ſubuerterunt Hieruſalem,populo in captiuitatem abducto,uerum Zo
robabel,cum Ieſu cæteriſq;, de quibus meminit Aggeus capite 1. & 2. ruinas ciuitatis re-
ſtituerunt. Animus eſt templum dei, uitia hoſtes,uirtutes inſtauratrices. Sic enim interpretatur diuus
Hieronymus. Nec mittis mercedes.)Aggeus capite 1. Et qui congregauit,miſit eas in ſaculum per-
tuſum. Vide eius loci interpretationem, & hunc rectius intelliges. Ad montem Naboth.) Naboth 3
enim Hebræis ſeſſionem ſignificat.Ea eſt animæ quies & tranquillitas,quam parit perfecta uirtus. Al-
luſit autem ad manſiones, quas alibi eſt interpretatus. Secundam in Galgala.) Chriſtianorum eſt ſe- D
cunda circunciſio,quorum eſt ampu are omnes affectus:non ſolum turpes, uerumetiam mundanos &
corporeos craſſoſq;. Alluſit autem ad circunciſionem quã fecit Ioſue in loco cui à re nomen eſt inditum
Galgala,quod Hebraice ſignificat collem præputiorum. Vt illi muri Hiericho.) Quomodo ſeptem
tubis canentibus ſeptem ſacerdotibus,funditus ruerint muri Hiericho,legis Ioſue cap.6. Adonize-
dek.)Hic fuit unus ex quinq; regibus,quos confecit Ioſue,ut legis Ioſue ca.10. Hai & Azor.)De Hai
capta,habes eodem ca.De Azor exuſta flammis,opulentiſſima ciuitate,legis Ioſue cap.11.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Caſtrutium Pannonium conſolatur de cæcitate oculorum, docens eam aliquoties à deo propitio immitti.

HIRONYMVS AD CASTRVTIVM.

SAnctus filius meus Heraclius diaconus mihi retulit,quod cupiditate noſtri Ciſ
ſam uſque ueniſſes,& homo Pannonius,id eſt terrenum animal, non timueris
Adriatici maris æſtus & Aegæi atq; Ionij ſubire diſcrimina.Et niſi te pius fratrũ
retinuiſſet affectus:uoluntatem opere compleſſes.Habeo itaq; gratias,& in ac-
ceptum refero. In amicis enim non res quæritur, ſed uoluntas: quia alterum ab inimicis fæ-
pe prębetur,alterum ſola charitas tribuit.Simulq; obſecro, ne imbecillitatem corporis quam
ſuſtines, de peccato tibi exiſtimes eueniſſe.Quod quidem & apoſtoli ſuſpicãtes de eo qui na
tus erat cęcus ex utero,interrogantesq; dominum ſaluatorem:Iſte peccauit an parentes eius,
ut cæcus naſceretur,audiunt:Neq; hic peccauit,nec parentes eius,ſed ut manifeſtentur opera
dei.Quantos enim cernimus Ethnicos atq; Iudæos,hæreticos, atq; diuerſorum dogmatum
homines,uolutari in cœno libidinum,madere ſanguine,feritate lupos, rapacitate miluos uin
cere,& nihilominus flagellum non apropinquare tabernaculis eorum, nec eos cum homini-
bus uerberari:& idcirco ſuperbire contra deum,& tranſire uſq; ad cœlum os eorũ:Cum ſan-
ctos econtrario uiros,ſciamus ægrotationibus,miſerijs & ægeſtate torqueri, qui forſitan di-
cunt:Ego fruſtra ſanctificaui animam meam,& laui inter innocentes manus meas. Et ſtatim
ſe repre-

A se reprehendentes aiunt: Si narrauero sic, ecce nationem filiorum tuorum reprobaui. Si cæcitatis causam putas esse peccatum: & id dei inferre iram, quod crebro medici remediantur: in similabis Isaac, qui in tantum lucis expers fuit, ut etiam cui nollet, errore deceptus benediceret. Referes crimen in Iacob, cuius caligauerat acies: & cum interioribus oculis, & spiritu prophetali longe post futura prospiceret: & Christum cerneret de stirpe regia esse uenturum, Ephraim & Manassem uidere non poterat. Quid inter reges Iosia sanctius? Aegyptio mucrone interfectus est. Quid Petro, quid Paulo sublimius? Neronianum gladium cruentarunt. Et (ut de hominibus taceam) dei filius sustinuit ignomiam crucis: & tu putas beatos, qui felicitate istius seculi & delicijs perfruuntur? Magna ira est, quando peccantibus non irascitur deus. Vnde & in Ezechiele ad Hierusalem, Iam, inquit, non irascar tibi, zelus meus recessit à te. Quem enim diligit dominus, corripit: & castigat omnem filium quem recipit. Non erudit pater, nisi quem amat. Non corripit magister discipulum, nisi eum quem ardentioris cernit ingenij. Medicus si cessauerit curare, desperat. Quod si responderis: quo modo Lazarus recepit mala in uita sua: libenter nunc tormenta patiar, ut futura mihi gloria reseruetur. Non enim uindicabit dominus bis in idipsum. Iob uir sanctus & immaculatus, & iustus in generatione sua, cur tanta perpessus sit, ipsius uolumine continetur. Et ne ueteres replicando historias, longum faciam, & excedam mensuram epistolę: breuem tibi fabulam referam, quæ infantiæ meæ temporibus accidit. Beatus Antonius cum à sancto Athanasio Alexandriæ episcopo propter confutationem hæreticorum, in urbem Alexandriam esset accitus, & isset ad eum Didymus uir eruditissimus, captus oculis: inter cæteras sermocinationes, quas de scripturis sanctis habebant: cum eius admiraretur ingenium: & acumen animi collauda-
ret: sciscitans ait: Num tristis es, quod oculis carnis careas? Cum ille pudore reticeret: secun-
do tertioq; interrogans, tandem elicuit ut mœrorem animi simpliciter fateretur. Cui Anto-
nius: Miror, ait, prudentem uirum eius rei dolere damno, quam formicæ & muscæ & culices
B habent: & non lætari illius possessione, quam sancti soli & Apostoli meruerunt. Ex quo perspicuides, quod multo melius sit spiritu uidere quàm carne: & illos oculos possidere, in quos pec cati festuca non possit incidere. Nos, licet hoc anno non ueneris, tamen non desperamus aduentum tuum. Quod si sanctus Diaconus portitor literarum, tuis amplexibus fuerit irretitus, & illo comitante huc ueneris, libenter suscipiam dispensationis moram, magnitudine fœnotis duplicari.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Iulianus diues & potens, intra paucos dies amisit duas filias & uxorem. Mox incursantibus barbaris, bonam possessionum partem perdidit. Hunc comparatione Iob consolatur, & exemplo Pammachij Paulinæq; adhortatur ad perfectam uitam, hoc est, absolutum mundi contemptum, uidelicet huc uocante etiam ipsa fortuna.

HIRONYMVS AD IVLIANVM.

1 TIlius meus, frater tuus, Ausonius in ipso iam profectionis articulo, cum mihi præsentiam sui tarde dedisset, & cito abstulisset, atq; in puncto temporis, salue pariter ualeq; dixisset: uacuum se redire arbitratus est, nisi mearum aliquid ad te nugarũ, tumultuario sermone portaret. Iam demisso synthemate equus publicus sternebatur, & nobilem iuuenem punicea indutum tunica baltheus ambiebat, & tamen ille apposito notario cogebat loqui, quæ uelociter ædita, uelox consequeretur manus: & linguæ celeritatem, prenderent signa uerborum. Itaq; non scribentis diligentia, sed dictantis temeritate, longum ad te silentium rumpo, offerens tibi nudam officij uolũtatem. Extemporalis est epistola, absq; ordine sensuum: sine lenocinio & compositione uerborum, ut totum in illa amicum, nihil de oratore reperias. In procinctu effusam putes, & abire cupienti ingestum uiaticum. Diuina scriptura loquitur: Musica in luctu, intempestiua narratio. Vnde & nos leporem artis rhetoricę contemnentes, & puerilis atq; plausibilis eloquij uenustatem, ad sanctarum scripturarum grauitatem confugimus, ubi uera uulnerum medicina est, ubi do-

lorum certa remedia: in quibus recipit unicum filium mater in feretro, ubi turbæ dicitur cir- c
cunſtanti: Non eſt mortua puella, ſed dormit. Vbi & quatriduanus mortuus ad uocem incla
mantis domini ligatus egreditur. Audio te in breui tempore, duas uirgunculas filias iunctis
penè extuliſſe funeribus, & pudiciſſimam ac fidiſſimam coniugem tuam Fauſtinam, imò fi-
dei calore germanam, in qua ſola poſt amiſſos liberos acquieſcebas, ſubita tibi dormitione
ſubtractam: quaſi ſi naufragus in littore latrones reperiat, & iuxta eloquia prophetarum fu-
giens urſum, incidat in leonē: extendenſq; manum ad parietem, à colubro mordeatur. Con-
ſecuta rei familiaris damna, uaſtationem totius barbaro hoſte prouinciæ, & in communi de-
populatione priuatas poſſeſſionum tuarum ruinas, abactos armentorū ac pecorum greges,
uinctos occiſoſq; ſeruulos, & in unica filia quā tibi tā crebræ orbitates fecerāt chariorem, ele-
ctum nobiliſſimum generum: ex quo, ut omnia taceam, plus mœroris, quàm gaudij ſuſcepi-
ſti. Hic eſt catalogus tentationum tuarum, hęc cum Iuliano tyrunculo Chriſti, pugna hoſtis
antiqui. Quæ ſi ad te reſpicias, grandia ſunt. Si ad bellatorem fortiſſimum, ludus & umbra
certaminis. Beato Iob poſt malorum examina uxor peſſima reſeruata eſt, ut per eam diſce-
ret blaſphemare. Tibi ſublata eſt optima, ut miſeriarum ſolatium perderes. Aliud eſt ſuſti-
nere quam nolis: aliud deſiderare quam diligas. Ille in tot mortibus filiorum domus ſuæ rui-
nam unum habuit ſepulchrum, & ſciſſis ueſtibus, ut parentis monſtraret affectum, proci-
dens in terram adorauit, & dixit: Nudus exiui de utero matris meæ, nudus & redeam. Domi
nus dedit, dominus abſtulit: ſicut domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen domini benedi-
ctum. Tu, ut parciſſime dicam, inter multorum officia propinquorum, & conſolantes ami-
cos, tuorum excquias proſequutus es. Perdidit ille ſimul omnes diuitias, & ſuccedentibus ſi-
bi malorum nunciis ad ſingulas plagas ferebatur immobilis, complens in ſe illud de ſapiente
præconium: Si fractus illabatur orbis, Impauidum ferient ruinæ. Tibi maior pars derelicta 2
ſubſtantiæ, ut tantum tenteris, quantum ferre potes. Necdum enim ad eum perueniſti gra-
dum, ut totis aduerſum te cuneis dimicetur. Diues quondam dominus, & ditior pater: ſubi- D
to orbus & nudus eſt. Cumq; in omnibus his quæ contigerant ei, non peccaſſet coram do-
mino: nec quicquam loquutus eſſet inſipiens: exultans dominus in uictoria famuli ſui, & illi-
us patientiam ſuum ducens triumphum, dixit ad diabolum: Animaduertiſti famulum me-
um Iob: quia non eſt quiſquam ei ſimilis ſuper terram? Homo innocens, uerus dei cultor,
abſtinens ſe ab omni malo, & adhuc perſeuerans in innocentia. Pulchre addidit: Et adhuc
perſeuerans in innocentia, quia difficile eſt preſſam malis innocētiam, nō dolere: & hoc ipſo
fide non periclitari, quod ſe uideat iniuſte ſuſtinere quod patitur. Ad quæ reſpondens diabo
lus domino, ait: Corium pro corio, & omnia quæ habuerit homo dabit pro anima ſua. Sed
extende manum tuam, & tange oſſa & carnes eius, niſi in faciem benedixerit tibi. Callidiſſi-
mus aduerſarius & inueteratus dierum malorum, nouit alia eſſe quæ extrinſecus ſint, & phi-
loſophis quoque mundi adiaphora, hoc eſt indifferentia, in eorum amiſſione atque contem-
ptu perfectam non eſſe uirtutem, alia quæ intrinſecus & deſiderata cogant dolere perden-
tem. Vnde audacter dei renuit prædicationem, & dicit: nequaquam eum debere laudari, qui
nihil de ſe, ſed totum extra ſe dederit, qui pro corio ſuo coria obtulerit filiorum, depoſuerit
marſupium, ut fruatur corporis ſanitate. Vnde intelligit prudentia tua uſque ad hunc termi-
num peruenīſſe tentationes tuas, & dediſſe te corium pro corio, pellem pro pelle, omniáque
quæ habes, parum eſſe dare pro anima tua, necdum autem extentam in te manum dei, nec
tactas carnes, nec oſſa confracta, ad quorum dolorem difficile eſt non ingemiſcere, & in fa-
ciem deo benedicere, pro eo quod eſt maledicere. Vnde & Nabutha in Regum libris dicitur
benedixiſſe deum & regem, & idcirco lapidatur à populo. Sciens autem dominus athletam
ſuum, imò uirum fortiſſimum etiam in iſto extremo perfectóque certamine non poſſe ſu-
perari: Ecce, inquit, trado illum tibi, tantum animam illius cuſtodi. Caro uiri ſancti datur in
diaboli poteſtatem, & animæ ſanitas reſeruatur, ne ſi illud percuſſiſſet, in quo ſenſus eſt men-
tisq; iudicium, non eſſet culpa peccantis, ſed eius qui ſtatum mentis euerterat. Laudent er-
go te

A go te alij,& tuas contra diabolum uictorias panegyricis proſequãtur, quod læto uultu mortes tuleris filiarum, quod in quadrageſimo die dormitionis earum lugubrem ueſtem mutaueris,& dedicatio oſtium martyris,candida tibi ueſtimenta reddiderit, ut non ſentires dolorem orbitatis tuę,quem ciuitas uniuerſa ſentiret,ſed ad triumphum martyris exultares,quod ſanctiſſimam coniugem tuam non quaſi mortuam,ſed quaſi proficiſcentem deduxeris. Ego te nequaquam adulatione decipiam, nec lubrica laude ſupplantabo. Loquar illud potius quod tibi audire conducit.Fili accedens ad ſeruitutem dei, præparato animam tuam ad tentationem,& cum omnia feceris,dicito: Seruus inutilis ſum,feci quod facere debui. Tuliſti liberos,quos ipſe dederas.Recepiſti ancillam,quam mihi ob breue ſolatium commodaueras. Non contriſtor, quod recepiſti: ſed ago gratias,quod dediſti. Quondam diues adoleſcens omnia quæ in lege præcepta ſunt, ſe impleſſe iactabat. Ad quem dominus in euangelio. Vnum,inquit, tibi deeſt:Si uis perfectus eſſe,uade uende omnia quæ habes, & da pauperibus:& ueni ſequere me. Qui omnia ſe feciſſe dicebat, in primo certamine diuitias uincere nõ poteſt. Vnde & difficile intrant diuites in regna cœlorum: quæ expeditos, & alarum leuitate ſubnixos,habitatores deſiderant. Vade,inquit,& uende:non partem ſubſtantiæ,ſed uniuerſa quæ poſſides,& da:non amicis, non conſanguineis,non propinquis, non uxori, non liberis,plus aliquid addam:Nihil tibi ex omnibus metu inopiæ reſeruans,ne cum Anania damneris & Sapphira, ſed da cuncta pauperibus: & fac tibi amicos de iniquo mammona: qui te recipiant in æterna tabernacula, ut me ſequaris, ut dominum mundi, poſſeſſionem habeas: ut poſſis canere cum propheta:Pars mea dominus,& ut uerus leuita nihil de terrena hæreditate poſſideas.Et hoc hortor:Si uis eſſe perfectus,ſi apoſtolicæ dignitatis culmẽ cupis,ſi ſublata cruce Chriſtum ſequi, ſi apprehenſo aratro non reſpicere poſt tergum, ſi in ſublimi tecto poſitus, priſtina ueſtimenta contemnis, & ut euadas Aegyptiam dominam, ſeculi palli-
3 um derelinquis. Vnde & Helias ad cœlorum regna feſtinans, non poteſt ire cum pallio, ſed mundi in mundo ueſtimenta dimittit. Sed hoc ais apoſtolicæ dignitatis eſt, & eius qui uelit
B eſſe perfectus.Cur autem & tu nolis eſſe perfectus? Cur qui in ſeculo primus es,nõ in Chriſti familia primus ſis? An quia uxorem habueris? Habuit & Petrus,& tamen cum reti eam & nauicula dereliquit. Prouidentiſſimus dominus, & omnium ſalutem deſiderans, malensq; pœnitentiam peccatoris quàm mortem, abſtulit tibi hanc excuſationem, ut non illa te retrahat ad terras,ſed tu eam ſequaris ad paradiſi regna trahentem.Bona liberis pares,quæ te ad dominum præceſſerunt, ut partes earum non in diuitias ſororis proficiant, ſed in redemptionem animæ tuæ, atq; alimenta miſerorum. Hæc monilia filiæ tuæ à te expetunt, his gemmis ornari capita ſua uolunt. Quod perituru erat in ſerico, uilibus pauperum tunicis ſeruetur.Repetunt à te parteis ſuas, iunctæ ſponſo nolunt uideri pauperes & ignobiles, propria ornamenta deſiderant. Nec eſt quod excuſes nobilitatem & diuitiarum pondera. Reſpice ſanctum uirum Pammachium,& feruentiſſimæ fidei Paulinum presbyterum,qui non ſolum diuitias, ſed ſeipſos domino obtulerunt: Qui contra diaboli tergiuerſationem, nequaquam pellem pro pelle,ſed carnes & oſſa & animas ſuas domino conſecrarunt: Qui te & exemplo & eloquio, id eſt, & opere & lingua poſſunt ad maiora perducere. Nobilis es,& illi: ſed in Chriſto nobiliores.Diues & honoratus,& illi:imò ex diuitibus & honoratis pauperes & inglorij, & idcirco ditiores & magis inclyti, quia pro Chriſto pauperes & inhonorati.Et tu quidem benefacis, quod ſanctorum diceris uſibus miniſtrare, fouere monachos, eccleſijs offerre quàm plurima.Sed hæc rudimenta ſunt militiæ tuæ.Contemnis aurum,contempſe-
4 runt & multi philoſophi. E quibus unus,ut cæteros ſileam, multarum poſſeſſionũ precium, proiecit in pelagus: Abite dicens in profundum malæ cupiditates:ego uos mergam, ne ipſe mergar à uobis.Philoſophus gloriæ animal,& popularis auræ uile mancipium,totam ſimul ſarcinam depoſuit, & tu te putas in uirtutum culmine cõſtitutum, ſi partem ex toto offeras? Teipſum uult dominus hoſtiam uiuam,placentem deo.Te, inquam, non tua.Et ideo uarijs tentationibus commonet,quia multis plagis & doloribus eruditur Iſrael.Et quem diligit do-

minus corripit. Flagellat autem omnem filium quem recipit. Paupercula uidua duo æra mi- c
nuta misit in Gazophylacium. Et quia totum obtulit quod habebat, omnes dicitur in obla-
tione munerum dei superasse locupletes, quæ non pondere sui, sed offerentiũ uoluntate pen
santur. Vt multis erogaueris censum tuum, & quidam tua gaudeant liberalitate, tamen mul-
to plures sunt, quibus nihil dedisti, Neq; em̃ Darij opes, & Crœsi diuitiæ ualent explere pau
peres mundi. Quod si teipsum domino dederis, & apostolica u irtute perfectus, sequi cœpe-
ris saluatorem, tunc intelliges ubi fueris, & in exercitu Christi, cq; extremum tenueris locum.
Nõ planxisti filias mortuas, & paternę in genis lachrymæ Christi timore siccatę sunt. Quan
to maior Abraham, qui unicum filium uoluntate iugulauit: & quem hæredem mundi futu-
rum audierat, non desperat etiam post mortem esse uicturum. Iepte obtulit uirginem filiam,
& idcirco in enumeratione sanctorum ab Apostolo ponitur. Nolo tantum ea offeras domi
no, quæ potest fur rapere, hostis inuadere, proscriptio tollere: quę & accedere possunt & rece
dere, & instar undarum ac fluctuum à succedentibus sibi dominis occupãtur: atq;, ut uno cun
cta sermone comprehendam, quæ uelis nolis in morte dimissurus es. Illud offer, quod tibi
nullus hostis possit auferre, nullus eripere tyrannus: quod tecum pergat ad inferos, imò ad
regna cœlorum, & ad paradisi delitias. Extruis monasteria, & multus à te per insulas Dalma
tiæ sanctorum numerus sustentatur. Sed melius faceres, si & ipse sanctus inter sanctos uiue-
res. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, dicit dominus. Apostoli gloriantur, quod o-
mnia dimiserint, & secuti sint saluatorem, & certe præter retia, & nauem nihil legimus eos di-
misisse: & tamen testimonio futuri iudicis coronantur, quia se offerentes, totum dimiserant
quod habebant. Hęc loquor non in fugillationem operum tuorum, uel quod extenuem libe
ralitatem & eleemosynas tuas, sed quod te nolim inter seculares esse monachum, & inter mo
nachos secularem: totumq; à te experiam, cuius audio mẽtem diuino cultui deditam. Si huic
consilio nostro, uel amicus, uel assecla, uel propinquus renititur, & te ad delitias splendentis
mensæ reuocat: intelligito eum non de tua anima, sed de suo uentre cogitare, & omnes opes d
lautaq; cõuiuia, subita morte finiri. Octo & sex annorum, intra uiginti dies duas filias amisi-
sti, & arbitraris senẽ diu posse uiuere? Cuius ut ætas longa tendatur, audi & Dauid: Dies ui-
tæ nostrę septuaginta anni: si autem amplius, octoginta: & quicquid supereſt, labor & dolor
est. Felix & omni dignus beatitudine, quem senectus Christo occupat seruientem, quem ex-
trema dies saluatori inuenerit militantem, qui non confundetur cum loquetur inimicis suis in
porta, cui in introitu paradisi dicetur: Recepisti mala in uita tua, nunc autem hic lætare. Nec
enim ulciscetur bis dominus in eadem re. Diuitem purpuratum gehennæ flamma suscepit.
Lazarus pauper & ulceribus plenus, cuius carnes putridas lambebant canes, & uix de micis
mensæ locupletis miserabilem sustentabat animam, in sinu Abrahæ recipitur, & tanto pa-
triarcha parente lætatur. Difficile imò impossibile est, ut & præsentibus quis & futuris frua-
tur bonis, ut & hic uentrem, & ibi mentem impleat, ut de delitijs transeat ad delitias, ut in
utroque seculo primus sit, ut & in cœlo & in terra appareat glorioſus. Quod si tibi tacita co-
gitatio scrupulum mouerit, cur monitor ipse nõ talis sim, qualem te esse desidero, & nonnul-
los uideris in medio itinere corruisse: illud breuiter respondebo, non mea esse quæ dico, sed
domini saluatoris. Non monere quod ipse possim, sed quid debeat uelle, qui seruus futurus
est Christi. Et athletę suis incitatoribus fortiores sunt, & tamẽ monet debilior, ut pugnet ille
qui fortior est. Noli respicere Iudam negantem, sed Paulum respice confitentem. Iacob diti-
simi patris filius, solus & nudus in baculo pergit Mesopotamiam, iacet lassus in itinere, & qui
delicatissime à Rebecca matre fuerat educatus, lapide ad caput pro puluillo utitur. Vidit sca-
lam de terra usque ad cœlũ, & ascendentes per eam angelos & descendentes, & desuper inni
tentem dominum, ut lassis manum porrigeret, ut ascendentes suo ad laborem prouocaret
aspectu. Vnde & uocatur locus ipse Bethel, id est, domus dei, in qua quotidie ascenditur atq;
descenditur. Et sancti enim corruunt, si fuerint negligentes, & peccatores pristinum recipiunt
gradum, si sordes fletibus lauerint. Hoc ideo dixi, ut nõ te terreant descendentes, sed prouo-
cent

A cent aſcendentes. Nunquam exemplum à malis ſumitur. Etiam in ſeculi rebus ſemper à me/liori parte incitamenta uirtutum ſunt. Oblitus propoſiti, & epiſtolaris breuitatis, plura dicta/re cupiebam, ad materiæ quippe dignitatem, & ad meritum perſonæ tuæ, parum eſt omne quod dicitur, & ecce tibi noſter Auſonius cœpit ſchedulas flagitare, urgere notarios: & hin/nitu feruentis equi, ingenioli mei feſtinus arguere tarditatem. Memento igitur noſtri, & cura
5 ut in Chriſto ualeas. Atq; ut cætera taceam, domeſtica ſanctæ Veræ exempla ſectare, quæ uere ſequuta Chriſtum, peregrinationis moleſtias ſuſtinet, & ſit tibi tanti dux fœmina facti.

SCHOLIA.

1  Ilius meus.) Suum filium uocat, ſenex iuuenem, illius fratrem, ob æqualem ætatem, ſiue quod germanus eſſet. Iam dimiſſo Synthemate.) Synthema Græce, compoſitionem ſignificat. Vnde ueſtis genus è uarijs compoſitæ quæ & Syntheſis dicitur: & Syntheſiati qui hac induti eſſent. Martialis: Syntheſibus dum gaudet eques, dominuſq; ſenatus. Et alibi: Frigus enim magnum ſyntheſis una facit. Apparet hanc ueſtem fuiſſe potentum & nobilium uice togæ, quam hic deponit conſcenſurus equum. Sed probabilius eſt, hic ſynthema, Græce σύνθημα poſitum eſſe pro ſigno, quod ex compoſito dabatur ad ſignificandum tempus iam aggre/diendi negotium. Equus publicus.) Id honoris cauſa fiebat nobilibus, aut alijs à principe euocatis. Nam Tripartitæ hiſtoriæ libro primo legimus, Epiſcopos ad Nicenam ſynodum euocatos Cæſare pu/blicos aſinos, mulas ac equos curſorios ſuppeditante. Poſt inſtitutum eſt, ne cui præſtaret princeps eue ctionum copiam, niſi ſenatoribus ab ipſo euocatis. Id liquet ex tit. De curſu publico, in Cod. libro duo/decimo. Punicea indutum.) Purpura & Baltheus, inſignia quondam erant procerum aulicorum.

2 Muſica in luctu.) Muſicam hoc loco uocat rhetoricam orationis ſuauitatem. Fugiens urſum in/cidat.) Ita legis Amos capite quinto. Quomodo ſi fugiat uir à facie leonis, & occurrat ei urſus. Et ingre diatur domum, & innitatur manu ſuper parietem, & mordeat eum coluber. Si fractus illabatur or/bis.) Duo uerſus ſunt ex Odis Horatij, de uiro Stoico, quem nulla res commouere poſſit. Totis ad/uerſum te cuneis.) Cuneos aciem uocat, quod hac ſpecie ſoleant acies confligere inſtructæ. Ditior pa ter eſt.) De Iob ſentit, qui diues erat poſſeſſionibus, ſed beatior erat numero liberorum. Ἀδιάφορα.)
3 B Id eſt, indifferentia. Sic enim uocant Stoici omnia præter uirtutem & turpitudinem, quod illa nec mala ſint nec bona, ueluti paupertas, diuitiæ, regnū, ſeruitus, uita, mors. Vnde eſt Nabutha.) De Naboth per dolum occiſo, quod creditus eſſet maledixiſſe deo & Regi, legis libro Regum tertio capite uigeſi/mo primo. Panegyricis.) Panegyrici erant orationes ſolemnes, quæ in frequentiſſimo totius populi conuentu recitabantur in laudem alicuius. Si in ſublimi tecto.) Locus eſt apud Marcum capite deci/mo tertio. Duobus uerbis indicauit allegoriam. Tectū eſt faſtigium euangelicæ perfectionis, ueſtimen/ta mundi opes. Aegyptiam dominam.) Quod eſt in Geneſi de Ioſeph ſolicitato ab impudica domi/na, trahit ad tropologiam. Vnde & Helias.) Locus eſt quarto Regum libro, cap. ſecundo. Ad pa/radiſi regna trahentem.) Quia præceſſit & mortua eſt. Nonnulli codices habebant, tendentem. Sed tra hentem mihi magis probatur. In diuitias ſororis.) Sentit de uera Iuliani ſorore, cuius mentionem fa cit in calce epiſtolæ. Vilibus.) Quaſi ſolum hoc maneret ex opibus, quod in pauperes fuerit eroga/tum. Iunctæ ſponſo.) Quia iam in cœlo ſint. Excuſes nobilitatem.) Excuſamus illi, cui negamus quod petit. Excuſamus eum, pro quo reſpondemus. Excuſamus rem, ut ualetudinem, occupationes, æta tem, cuius præte xtu nos excuſamus. Hoc admonui, quod in pleriſq; codicibus locum hūc deprauarant
4 inelegantes quidam hac offenſi elegantia. E quibus unus.) Id narrant de Cratete philoſopho, cuius alibi ſæpenumero meminit. Vile mancipium.) Accommodat exemplum per collationem. Manci/pium uocat, philoſophum quod ſeruiat famæ populari, & huius gratia nihil non faciat. Iepte obtulit uirginem.) Refertur in epiſtola Pauli ad Hebræos, inter ſanctos Iepte, cum fuerit ſpurius. De uirgine fi/lia ex uoto immolata, legis Iudicum capite undecimo. Proſcriptio tollere.) Proſcriptio fuit olim atro ciſſimum damnationis genus, qua ſubito facultates alicuius publicabantur. Patriarcha parente.) In cuius ſinu fouetur ut filius. Et Athletæ ſuis incitatoribus.) Athletæ dicuntur qui nō conducti, ſed glo riæ cauſa certant. Qui hos certantes extimulant uoce, uocat incitatores. Sanctæ Veræ.) Hanc appa/ret eſſe Iuliani ſororem, cuius ante meminit. In calce huius epiſtolæ aſſcriptum erat in quibuſdam codici
1 bus: Tribuat tibi Chriſtus ut audias, ut taceas, ut intelligas, & ſic loquaris. Quæ quoniam adiecta uide/bantur à quopiam, & nihil ad huius epiſtolæ pertinebant argumentum, reſecui, præſertim cum in uetu/ſtis exemplaribus non haberentur.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Exuperantium adhortatur, ut relicta militia imperiali, conferat ſe ad perfectam Chriſtiani uitam, u/naq; cum fratre ſuo Quintiliano Bethlehem commigret.

INter omnia quæ mihi ſancti fratris Quintiliani amicitiæ præſtiterunt, hoc uel maximum eſt,quod te mihi ignotũ corpore,mente ſociauit.Quis enim non diligat eum,qui ſub paludamento & habitu militari agat opera prophetarum, & exteriorem hominem aliud promittentem,uincat interiori homine, qui formatus eſt ad imaginem creatoris? Vnde & prior ad officium prouoco literarum,& precor,ut mihi occaſionem tribuas ſæpius reſcribendi,quo de cætero ſcribam audacius. Illud autem prudentiæ tuæ breuiter ſignificaſſe ſufficiat,ut memineris apoſtolicæ ſententiæ: Vinctus es uxori,ne quæras ſolutionem:ſolutus es,ne quæras uxorem,id eſt,alligationẽ,quæ ſolutioni contraria eſt.Qui igitur ſeruit officio cõiugali,uinctus eſt:qui uinctus eſt,ſeruus eſt. Qui autem ſolutus eſt,liber eſt.Cum ergo Chriſti gaudeas libertate,& aliud agas,aliud repromittas,ac propemodum in domate conſtitutus ſis, non debes ad tollendam tunicam tecto deſcendere,nec reſpicere poſt tergum,nec aratri ſemel arrepti ſtiuam dimittere.Sed ſi fieri poteſt,imitare Ioſeph,& Aegyptiæ dominæ palliũ relinque, ut nudus ſequaris dominum ſaluatorem, qui dicit in euangelio:Niſi quis dimiſerit omnia, & tulerit crucem ſuam,& ſecutus me fuerit, non poteſt meus eſſe diſcipulus.Proiice ſarcinam ſeculi,ne quæras diuitias, quæ camelorum prauitatibus comparantur.Nudus & leuis ad cœlum euola,ne alas uirtutum tuarum auri depriment pondera.Hoc autem dico,non quo te auarum didicerim,ſed quod intelligam,idcirco adhuc militiæ operam dare,ut impleas ſacculum,quem euacuare dominus præcepit.Si igitur qui habent poſſeſſiones & diuitias,iubentur omnia uendere,& dare pauperibus, & ſic ſequi ſaluatorem:dignatio tua,aut diues eſt,& debet facere quod præceptum eſt:aut adhuc tenuis,& non debet quærere,quod erogatura eſt.Certe Chriſtus pro animi uoluntate omnia in acceptum refert.Nemo apoſtolis pauperior fuit,& nemo tantum pro domino dereliquit. Vidua illa in Euangelio paupercula,quæ duo minuta miſit in Gazophylacium, cunctis præfertur diuitibus,quia totum quod habuit dedit.Et tu igitur eroganda non quæras,ſed quæſita iam tribue,ut fortiſſimum tyrunculum ſuum Chriſtus agnoſcat,ut lætus tibi de lõgiſſima regione uenienti occurrat pater,ut ſtolam tribuat, ut donet anulum,ut immolet pro te uitulum ſaginatum,ut expeditũ cum ſancto fratre Quintiliano ad nos cito faciat nauigare. Pulſaui amicitiarum fores:ſi aperueris,nos crebro habebis hoſpites.

SCHOLIA.

SVb paludamento.) Paludamentum ueſtis eſt militaris. Vnde paludati uocantur. In domate conſtitutus.)Reſpicit ad illud euangelicum,quo uetamur è tecto deſcendere,ad tollenda ueſtimenta. Stiuam dimittere.) Stiua pars ea eſt aratri, qua regitur ac tenetur. Reſpexit ad locum illum euangelicum:Nemo mittens manum ad aratrũ &c. Quæ camelorum prauitatibus.)Prauum eſt quod intortum eſt. Camelorum corpora diſtorta,& gibbo montuoſa. At ſimplex ſit oportet, qui uelit ſequi Chriſtum. Aut adhuc tenuis.) Eleganter tenuem uocat pauperẽ. Eroganda non quæras.) Venuſte uſus eſt ſchemate ἀντιμεταβολῆς,quam quidam uocant commutationem. Chriſtus agnoſcit.) Agnoſcimus,quæ recipimus & approbamus.

ARGVMENTVM ET SCHOLIVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ex ipſa epiſtola nõ liquet ad quã ſcripta ſit. Titulus tamen indicat ſcriptã ad materterã Caſtorinã,cũ hac apparet Hieronymo fuiſſe diſſidij neſcio quid. Rogat igitur,ut tandẽ ſecũ redeat in gratiam. Ioannes idem Apoſtolus.)Non ſine cauſa addidit,idẽ apoſtolus & euangeliſta. Partim quod non omnes epiſtolæ Ioannis,ſint Ioãnis euangeliſtę,partim quo plus ponderis habeat ſententia,aſſcribit titulos auctoritatis.Nec enim leue uideri poteſt, quod ſcripſit is qui ſimul fuerit & apoſtolus & euangeliſta. Iraſcimini & nol. pec.Si contigerit iraſci,ne ſinas iram exire in maledictum,aut ſcelus,aut in ſimultatem.

AD CASTORINAM MATERTERAM.

IOannes idem Apoſtolus & Euangeliſta in epiſtola ſua, ait: quicunque odit fratrem ſuum, homicida eſt, & recte: Cum enim homicidium ex odio ſæpe naſcatur, quicunque odit, etiam ſi necdum gladio percuſſerit: animo tamen homicida eſt. Cur ais tale principium? Scilicet ut ueteri rancore depoſito, mundum pectoris deo paremus habitaculum? Iraſcimini,inquit Dauid,& nolite peccare. Hoc quid uelit intelligi,Apoſtolus plenius interpretatur:Sol nõ occidat ſuper iracundiã ueſtram. Quid agemus

A mus nos in die iudicij, ſuper quorũ iram non unius diei, ſed tantorũ annorum ſol teſtis occu/
buit? Dominus loquitur in euangelio: Si offers munus tuũ ad altare, ibiq; recordatus fueris,
quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & uade re/
cõciliari prius fratri tuo, & ſic offeres munus tuũ ad altare. Væ mihi miſero, ne dicam & tibi,
qui tãto tempore, aut non obtuli munus ad altare, aut ira permanẽte ſine cauſa obtuli. Quo
modo in quotidiana prece unquã diximus: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimitti
mus debitoribus noſtris, animo diſcrepante cum uerbis, oratione diſſidente cum factis? Pre/
cor itaq; quod & ante annũ prioribus literis rogauerã, ut pacem quam nobis reliquit domi/
nus, habeamus, & meum deſideriũ, & tuam mentem Chriſtus intueatur. In breui ante tribu/
nal eius recõciliata ſeu ſciſſa cõcordia, aut præmiũ recuperabit, aut pœnam. Quod ſi tu, quod
procul abſit, nolueris, ego liber ero. Epiſtola me hæc mea cum lecta fuerit, abſoluet.

ARGVMENTVM ET SCHOLIVM EPIST. SEQVENTIS

Hanc ſcripſit iuuenis ex eremo, quam primum relicta patria adijt, Heliodoro comite. Familiaris eſt
1 epiſtola, & ex parte iocoſa. Loco motum.) Qui cedit loco, ſignficat ſe uelle componere litem. Eſt au
tem ſermo militaris. Aegrotatio.) Eleganter ægrotationẽ tribuit corpori, animo ægritudinem, cum
moleſtia ſeu morbus ad utrunq; pertineat. Oratorio more.) Primum argumentis rem probant, dein
de iubent citari teſtes. Nam argumenta ex ipſa re colligit orator. Teſtimonia ſunt extra cauſam.

Meis ſceleribus fugatus.) Ciuiliter imputat ſuis ſceleribus quod ille non remanſerit, ut amicũ liberet
ſuſpitione leuitatis. Sororem meam.) Apparet ſororem Hieronymi uirginitatis propoſitum arripu
iſſe, quam & aliãs commendat amicis ſuis. Hibera excetra.) Significat obtrectatorem aliquem uiru
lentum. Nam excetra dicta eſt hydra, quam confecit Hercules. Addidit Hibera, quod illa fuerit Argiuo
rum. Hibera autem dixit, uel quod Hiſpanus eſſet obtrectator, uel quod portentoſus.

AD IVLIANVM DIACONVM

ANtiquus ſermo eſt: Mendaces faciunt, ut nec uera dicẽtibus credatur. Quod mi
hi à te ego obiurgatus de ſilentio literarum accidiſſe uideo. Dicam: Sepe ſcripſi,
B ſed negligentia baiulorum fuit? Reſpondebis: Omnium non ſcribentium uetus
iſta excuſatio eſt. Dicam, non reperi qui epiſtolas ferret? Dices, hinc iſthuc iſſe
quam plurimos. Contendam, me etiam his dediſſe? At illi, quia non reddiderunt, negabunt,
& erit inter abſentes incerta cognitio. Quid igitur faciam? Sine culpa ueniam poſtulabo, re/
1 ctius arbitrans pacem loco motum petere, quàm ęquo gradu certamina cõcitare, quanquam
ita me iugis, tam corporis ægrotatio, quàm animæ ægritudo conſumpſit, ut morte imminen
te, nec mei penè memor fuerim. Quod ne falſum putes, oratorio more poſt argumẽta teſtes
uocabo. Sanctus frater Heliodorus hic adfuit, qui cum mecum eremũ uellet incolere, meis
ſceleribus fugatus abſceſſit. Verum omnem culpam præſens uerboſitas excuſabit. Nam, ut
ait Flaccus in Satyra: Omnibus hoc uitium eſt cantoribus, inter amicos Rogati ut nun
quam cantent, iniuſſi nunquam deſiſtant. Ita te deinceps faſcibus obruam literarum, ut econ
trario incipias rogare, ne ſcribam. Sororem meã filiam in Chriſto tuam, gaudeo te primum
nunciante, in eo permanere quod cœperat. Hic enim ubi nunc ſum, non ſolum quid agatur
in patria, ſed an ipſa patria perſtet, ignoro. Et licet me ſiniſtro Hibera excetra ore dilaniet, nõ
timebo hominum iudicium, habiturus iudicem meum, iuxta illud quod quidam ait: Si fra/
ctus illabatur orbis, Impauidum ferient ruinæ. Quapropter quæſo ut apoſtolici memor prę
cepti, quo docet opus noſtrum permanere debere, & tibi à domino præmium in illius ſalute
pares, & me de communi in Chriſto gloria, crebris reddas ſermonibus lætiorem.

ARGVMENTVM ET SCHOLIVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Apparet hanc fuiſſe ſcriptam cum primum adiſſet eremum, & in Syriæ ſolitudinibus incommode
ageret, nec manere poſſet, ob uexationem regionis, nec redire, quod iam aggreſſus eſſet hoc uitæ ge/
nus. Ex titulo magis quàm ex epiſtola cognoſcimus, hanc ſcriptam ad Theodoſiũ, & cæteros Anacho
ritas. Omni crimine caput.) Caput ſeipſum uocat, ut pro toto homine, caput dicimus. Nec regre/
di ualeo.) Quia ſuſceperat monachi propoſitum: nec progredi, quia obſtabant multa incommoda.

QVàm uellem nunc uestro interesse conuentui,& admirandum consortium,licet c
isti oculi non mereantur aspicere, tota cum exultatione complecti. Spectarem desertum omni amœnius ciuitate. Viderem desolata ab accolis loca, quasi ad quoddam paradisi instar sanctorũ cœtibus obsideri. Verum quia hoc mea faciunt delicta, ne cõsortio beatorum inferatur obsessum omni crimine caput: idcirco obsecro (quia uos impetrare posse non ambigo) ut me ex istius tenebris seculi uestro liberetis oratu. Et ut ante dixerã præsens,& nunc per literas uotum indicare non cesso,quod mens mea omni ad id studium & cupiditate rapiatur. Nunc uestrum est,ut uoluntatem sequatur effectus. Meum est ut uelim: obsecrationũ uestrarum est, ut quod uelim & possim. Ego ita sum,quasi à cuncto grege morbida aberrans ouis. Quod nisi me bonus pastor ad sua stabula humeris impositũ reportarit,lababunt gressus,& in ipso conamine uestigia concident assurgentis. Ego sum ille prodigus filius,qui omni quã mihi pater crediderat portione profusa,necdũ me ad genitoris genua submisi,necdũ cœpi prioris à me luxuriæ blandimenta depellere.Et quia paululũ non tam desiui à uitijs, q̃ cœpi uelle desinere,nunc me nouis diabolus ligat retibus, nunc noua impedimenta proponens,maria undiq; circũdat, & undiq; pontum,nunc in medio constitutus elemento,nec regredi ualeo, nec progredi possum: Supereſt ut oratu uestro sancti spiritus aura me prouehat,& ad portum optati littoris prosequatur.

ARGVMENTVM ET SCHOLIVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Apparet hoc esse fragmentum longioris epistolæ.Scripserat in charta pusilla, ob inopiam,& tamen minutis literis, quo plus uerborũ complecteretur. Videtur humaniter exceptus fuisse à uirginibus quibusdam.His gratias agit,quod ipsæ sanctæ, se peccatorẽ non contempserint. Nec hic titulus additus est ex epistola. Inscribitur enim ad uirgines Hermonenses, quas apparet fuisse in monte Hermon. Dico enim læsus.) Apparet aliquem obtrectatorem minuere conatum opinionem illius apud has uirgines.

Nolite iudicare.) Vtitur duplici argumento. Nemo despiciendus.Qui scis enim an malus sit? Fallitur in multis hominũ iudicium.Et si malus erat, fieri potest,ut conuersus sit in alium uirum, hunc cum deus recipiat, cur fastidiant homines?

HIERONYMVS AD VIRGINES HERMONENSES

CHartæ exiguitas indicium solitudinis est, & idcirco longum sermonẽ breui spatio coartaui, quia & uobiscum uolebam prolixius loqui, & angustia schedulæ cogebat tacere.Nũc igitur ingenio est uicta pauperies. Minutæ quidem literæ, sed confabulatio longa est. Et tamen in hoc necessitatis articulo animaduertite charitatem, cum nec penuria scriptionis ualuerit prohibere ne scriberem. Vos autem ignoscite obsecro dolenti.Dico enim læsus,dico lachrymans,ne unum quidem apicem,toties uobis tribuenti officium,præstitistis.Scio quia nulla cõmunio luci & tenebris est:nulla cum ancillis dei,peccatori societas. Attamen & meretrix domino pedes lachrymis lauit,& de dominorum micis canes edunt.Et ipse saluator nõ uenit iustos uocare,sed peccatores. Non egent sani medico. Et magis uult pœnitentiã peccatoris quàm mortem. Et errantem ouiculam suis humeris refert.Et prodigum filium reuertentem,excipit lętus pater. Quin potius Apostolus ait:Nolite iudicare ante tempus. Tu enim quis es qui alienum seruum iudices? Suo domino stat,aut cadit.Et qui stat,uideat ne cadat.Et inuicem onera uestra portate. Aliter sorores charissimæ hominum liuor,aliter Christus iudicat.Non eadem est sentẽtia tribunalis eius,& anguli susurronum.Multæ hominibus uiæ uidentur iustæ,quæ postea reperientur prauę. Et in testaceis uasculis thesaurus sæpe reconditur. Petrum ter negantem, amaræ in suum locum restituere lachrymæ.Cui plus dimittitur,plus amat. De toto grege siletur,& ob unius morbidæ pecudis salutem angeli lætantur in cœlo.Quod si cui uidetur indignum,audiat à domino:Amice,si ego bonus sum,quare oculus tuus nequam est?

ARGVMENTVM ET SCHOLIVM EPIST. SEQVENTIS

Nec à quo scripta sit hæc nec ad quem,satis liquet,stilus Augustinũ magis resipit quàm Hieronymũ.

Cum in urbe Leges.) Legij sunt in Pannonia, quæ finitima est patriæ diui Hieronymi. Lege est in Africa. Vnde magis uidebitur esse scripta ab Augustino.

Ad Au/

AD AVGVSTINVM

A CVm in urbe Leges anteriori tempore commeassem, nimium sum contristatus, quod te totum ibidem minime potui reperire. Inueni enim te medium, & ut ita dicam, partem animæ tuæ, Seuerum charissimũ, de quo ex parte gauisus sum. Perfecte enim gauderem, si te totum inuenirem. Vnde ex parte qua te repereram gratulabar: & propter partem tuam, quam nequaquã cernebam, omnibus modis contristabar. Proinde dixi animæ meę: Quare tristis es, & quare conturbas me? Spera in deo, & faciet præsentem amicum quem diligis. Vnde cõfido in domino & spero, quod me faciet de tua uisione gratulari. O si oculis cerni dilectio posset, profecto uideres, quãta apud te nostra esset dilectio. Aut enim æquiparans dilectioni tuæ magnũ tibi afferret gaudium: aut si maior esset, magnum tibi afferret imitationis studium. Ergo quia in domino te diligo, dilige diligentem: & ut cæteri tecum diligant, per ecclesiasticam autoritatem hortare. Nam quod petis in literis tuis, ut ego pro te orem, id recte facerem, si ego ipse à peccatis liber essem, ut pro alijs liceret orare. Et ideo te admoneo, ut orationes assiduas animi tui pro me emittas ad dominum, & memor professionis, illam ante oculos tuos constituas diem, in qua iustus ab auditu malo non timebit, & ideo iustus non timebit, quia non audiet: Vade in ignem æternum. Sed ueni benedicte patris mei, percipe regnum. Ad quod nos perducat, qui uiuit & regnat in secula seculorum.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Hieronymus cum primum relictis cognatis & amicis Syriam adisset, Heliodorus aliquãtisper apud eum commoratus, reuersus est in patriam, Innocentius febri perijt. Euagrij solius & Hylæ contubernio subleuabatur. Nam Bonosus, cum quo pariter ab infantia fuerat educatus, & in literis institutus, quem ad monachi propositum prior inflammauit, solus in insula quadam horrida sanctam agebat uitam. Ac rebus hoc loco stantibus, tandem intellexit Ruffinum, quem & ipsum habuerat studiorum sacrorum sodalem, in Aegyptum concessisse. Hunc igitur inuitat ad se, & de suo statu, deq; Bonosi sodalis sui uita reddit certiorem.

B HIERONYMVS AD RVFFINVM

PLus deum tribuere quàm rogatur, & ea sæpe cõcedere, quę nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, licet ex sacrorum ministerio uoluminum ante cognouerim, tamen in causa propria nũc probaui Ruffine charissime. Ego enim qui audaci fieri satis uoto credebam, si uicissitudine literarũ imaginem nobis præsentiæ mentiremur, audio te Aegypti secreta penetrare, monachorũ inuisere choros, & cœlestem in terris circumire familiam. O si mihi nunc dominus Iesus Christus, uel Philippi ad Eunuchum, uel Abacuc ad Danielem translationem repente concederet, q̃p ego nunc tua arctis stringerem colla complexibus, q̃ illud os, quod mecũ uel errauit aliquando uel sapuit, impressis figerem labijs. Verum quia non tam te sic ad me uenire, quàm ad te sic ire non mereor, & inualidum etiam cum sanum est corpusculum, crebri fregere morbi, has mei uicarias, & tibi obuias mitto, quæ te copula amoris innexum, ad me usq; perducant. Prima inopinati gaudij ab Heliodoro fratre mihi est nunciata felicitas. Non credebam certum, quod certum esse cupiebã, præsertim cum & ille ab alio se audisse diceret, & rei nouitas fidem sermonis auferret. Rursum suspensam uoto nutante mentem, quidam Alexandrinus monachus, qui ad Aegyptios cõfessores, & uoluntate iam martyres, pio plebis iam dudum fuerat trãsmissus obsequio, manifestus ad credulitatem nuncij autor impulerat. Fateor & in hoc meam labasse sententiam. Nam cum & patriam tuam ignoraret & nomen, in eo tamen plus uidebatur afferre, quod eadem asserebat quæ iam alius indicauerat. Tandem plenũ ueritatis põdus erupit. Ruffinum enim Nitriæ esse, & ad beatum perrexisse Macarium, crebra commeãtium multitudo referebat. Hic uero tota credulitatis frena laxaui, & tunc uere ægrotum esse me dolui. Et nisi me attenuati corporis uires quadã compede præpedissent, nec mediæ feruor æstatis, nec nauigantibus semper incertũ mare, pia cum festinatione gradienti ualuisset obsistere. Credas mihi frater, non sic tempestate iactatus portum nauta prospectat,

non sic

non ſic ſitientia imbres arua deſiderant, non curuo aſſidens littori anxia filium mater expe/ c
ctat. Poſtquam me à tuo latere ſubitus turbo conuulſit: poſtquam glutino charitatis hæren/
tem impia diſtraxit auulſio: Tunc mihi cæruleus ſupra caput aſtitit imber. Tunc maria
undiq;, & undiq; cœlum. Tandem in incerto peregrinationis erranti, cum me Thracia, Pon/
tus atque Bithynia, totumq; Galatiæ & Cappadociæ iter, & feruido Cilicum terra fregiſſet
æſtu: Syria mihi uelut fidiſſimus naufrago portus occurrit. Vbi ego quicquid morborũ eſſe
poterat expertus, ex duobus oculis unum perdidi. Innocentium enim partem animæ meæ,
repentinus febrium ardor abſtraxit. Nũc uno & toto mihi lumine Euagrio noſtro fruor, cui
ego ſemper infirmus ad laborem cumulus acceſſi. Erat nobiſcũ & Hylas ſancti Melanij fa/
mulus, qui puritate morũ, maculam ſeruitutis abluerat, & hic necdum obductam reſcidit ci/
catricem. Verũ quia de dormientibus cõtriſtari apoſtoli uoce prohibemur, & nimia uis mœ/
roris læto ſuperueniente nuncio temperata eſt: indicamus hæc tibi, ut ſi neſcis, diſcas, ſi ante
cognouiſti, pariter gaudeamus. Bonoſus tuus, imò meus: &, ut uerius dicam, noſter, ſcalã prę
ſagatam Iacob ſomniante iam ſcandit, portat crucem ſuam, nec de craſtino cogitat, nec poſt
tergum reſpicit. Seminat in lachrymis, ut in gaudio metat. Et ſacramento Moyſi ſerpentem
in eremo ſuſpendit. Cedant huic ueritati, tam Græco quàm Romano ſtilo, mẽdacijs ficta mi
racula. Ecce puer honeſtis ſeculi nobiſcum artibus inſtitutus, cui opes affatim, dignitas appri
me, inter æquales erat: cõtempta matre, ſororibus, & chariſſimo ſibi germano, inſulam pela/
go circunſonante naufragam, cui aſperæ cautes & nuda ſaxa & ſolitudo terrori eſt, quaſi qui
dam nouus paradiſi colonus inſedit. Nullus ibi agricolarum, nullus monachorum, ne paruu
lus quidẽ, quem noſti, Oneſimus, quo uelut fratre in oſculo fruebatur, in tãta uaſtitate adhæ 3
ret lateri comes. Solus ibi, imò iam Chriſto comitante non ſolus, uidet gloriam dei, quam
etiam apoſtoli, niſi in deſerto non uiderant. Non quidem conſpicit turritas urbes, ſed in no/
uę ciuitatis cenſu, dedit nomen ſuũ. Horrent ſacco membra deformi, ſed ſic melius obuiam
Chriſto rapietur in nubibus. Nulla euriporum amœnitate perfruitur, ſed de latere domini D
aquam uitæ bibit. Proponatur tibi ante oculos amice dulciſsime, & in præſentiã rei totus ani/
mo ac mente conuertere. Tunc poteris laudare uictoriam, cum laborem præliantis agnoue/
ris. Totam circa inſulam fremit inſanũ mare, & ſinuoſis montium illiſum ſcopulis æquor re/
clamat. Nullo terra gramine uiret, nullis uernans campus denſatur umbraculis. Abruptæ ru/
pes, quaſi quendam horrore carcerem claudunt. Ille ſecurus, intrepidus, & totus de Apoſto/
lo armatus, nunc deum audit dum diuina relegit, nunc cum deo loquitur cum dominum ro/
gat, & fortaſſe ad exemplum Ioannis aliquid uidet, dum in inſula commoratur. Quas nunc 4
diabolum nectere tricas? quas parare arbitraris inſidias? Forſitan antiquę fraudis memor, fa
mem ſuadere tentabit. Sed iam illi reſponſum eſt: Non in ſolo pane uiuit homo. Opes forſi
tan gloriamq; proponet. Sed dicetur illi: Qui cupiunt diuites fieri, incidũt in muſcipulam &
tentationes. Et: Mihi gloriatio omnis in Chriſto eſt. Feſſa membra ieiunijs, morbo grauan/
te concutiet, ſed Apoſtoli repercutietur eloquio: Quando enim infirmor, tunc fortior ſum.
Et uirtus in infirmitate perficitur. Minabitur mortem, ſed audiet: Cupio diſſolui, & eſſe cum
Chriſto. Ignita iacula uibrabit, ſed excipientur ſcuto fidei. Et ne multa replicem, impugnabit
Satanas, ſed tutabitur Chriſtus. Gratia tibi domine Ieſu, quod in die tua habeo, qui pro me
te poſſit rogare. Scis ipſe (tibi enim patẽt pectora ſingulorum, qui cordis arcana rimaris, qui
tantæ beſtiæ aluo incluſum prophetam in profundo uides) ut ego & ille pariter à tenera in/
fantia ad florentem uſque adoleuerimus ætatem, ut ijdem nos nutricum ſinus, ijdem ample/
xus fouerint baiulorum. Et cum poſt Romana ſtudia ad Rheni ſemibarbaras ripas, eodem
cibo, pari frueremur hoſpitio, ut ego primus cœperim uelle te colere. Memento quæſo hunc
bellatorem tuum, mecum quondam fuiſſe tyronem. Habeo promiſſum maieſtatis tuę. Qui
docuerit & non fecerit, minimus uocabitur in regno cœlorum. Qui autem docuerit & fecerit,
maximus uocabitur in regno cœlorum. Fruatur ille uirtutis corona, & ob quotidiana marty
ria ſtolatus aguum ſequatur. Multæ enim ſunt mãſiones apud patrem. Et: Stella à ſtella dif/
fert in

A fert in claritate:Mihi cõcede, ut inter ſanctorũ calcanea caput poſſim leuare : ut cum ego uoluerim,ille perfecerit:mihi ignoſcas,quia implere non potui, illi tribuas præmium quod meretur.Plura fortaſſe quàm epiſtolæ breuitas patiebatur, longo ſermone protraxerim, quod mihi ſemper accidere conſueuit, quando aliquid de Bonoſi noſtri laude dicendum eſt. Sed ut ad illud redeã unde diſceſſeram,obſecro te ne amicum qui diu quęritur,uix inuenitur,difficile ſeruatur, pariter cum oculis mens amittat. Fulgeat cui libet auro,& pompaticis ferculis coruſca ex ſarcinis metalla radient. Charitas non poteſt comparari.Dilectio precium nõ habet.Amicitia quæ deſinere poteſt,uera nunquam fuit.Vale in Chriſto.

SCHOLIA

1 AVdaci fieri ſatis uoto.) Audax uotum appellat,cum optat aliquis,quod uix poſſit impetrari. Præſentiæ mentiremur.) Rurſum mentiri ponit pro effingere & imaginari,aut imitari.Nam mutuis literis quaſi colloquimur abſentes. Plus igitur obtigit, cẽ auſus fuerat optare, cum ipſe Ruffinus adueniret in Aegyptum. Cœleſtem in terris.) Sentit cœtus monachorum,cœleſtem uitam in terris agentium. Philippi ad Eunuchum.) Quomodo angelus miſerit Philippum obuiam Eunucho ut baptizaretur, legis in Actis apoſtolorum cap.viij. Habacuc ad Danielem.) De Habacuc qui attulit prandium Danieli incluſo,legis Danielis cap.xiiij. Vel errauit aliquando.) Quod eodem Origenis ſtudio ducerentur.Item alibi:Errauimus iuuenes,emendemur ſenes. Ruffinum eſſe Nitriæ.) Ea ciuitas eſt iuxta Alexandriam, tum recens ad Chriſtum conuerſa.

2 Semper incertum mare.) Non ſolum hybernis menſibus. Nam hæc ſcripſit æſtate. Tunc mihi cæruleus.) Intertexuit uerſus ex Aeneide Vergiliana.Significat ſibi obortas tenebras & rerum deſperationem ob digreſſionem ſodalis. Cum me Thracia,Pontus.)Miro compendio complexus eſt iter ſuum,quo peruenit è Dalmatia in Syriam. Primũ enim occurrit Thracia, in qua eſt Conſtantinopolis, ab hac tranſmiſſo freto Propontidis,peruenit in minorem Aſiam,in qua occurrit Pontus,Bithynia,Galatia,& Cappadocia.Nam à Cilicia proxima eſt Syria. Ex duobus oculis.) Vehementer charũ amicum oculum uocat,amantium more. Nunc uno & toto.) Toto,quia non ſupereſt alius oculus.

3 Erat nobiſcum & Hylas.) Hylas,aptum famulo uocabulum.Nam is fuit miniſter Herculis. Necdum obductum.) Intelligi uult recentem dolorem ex obitu Innocentij. In oſculo fruebatur.) Hoc dixit alludens ad uocem Græcã ὀνίομαι id eſt,fruor. Vnde dictus eſt Oneſimus. Quam apoſtoli niſi.)

B Matthæus cap.xvij.& Marcus cap.ix.quorũ ille addit ſeorſum, hic ſolos:oſtendens in ſolitudine montis hanc uiſionem apoſtolis exhibitam fuiſſe. Nouæ ciuitatis cenſu.) Cenſus agebatur quinto quoque anno, tum mos erat ſingulos dare nomina. Sed ſic melius.) Nimirum minus onuſtus corporis mole. Nulla Euripporum.)Euripos olim nobiles gaudebant habere in hortis,ſic arte factos,ut aqua ſubito immitteretur & emitteretur:& miris uicibus huc & illuc flueret ac reflueret, ad exẽplar Euripi maris.

4 Ad exemplũ Ioannis.) Nam is creditur Apocalypſim in Pathmo inſula ſcripſiſſe. Quas nunc diabolum.) Reſpexit ad hoc,quod Chriſtus tentatus fuit in deſerto. Ad Rheni ſemibarbaras ripas.) Admonuimus alibi,Hieronymum in Gallia cõmoratum,nominatim Treueris,licet hæ regiones nunc Germaniæ nomine ferantur uulgo. Semibarbaras uocat, quod cultiores eſſent extrema Germania. Quin & alibi Galliarum ſtudia florentiſſima uocat. Qui docuerit & nõ fecerit.) Hoc ad ſe refert,qui bonos omnes inſtigarit ad hanc uitam,etiam ſi ipſe non poſſit eandem ſequi. Pompaticis ferculis.) Quibus in publicis ludis ac pompis ſpectacula ſtatuarum,aut ſimilia oſtentacula circũferebãtur.Quanquam locus hic mihi uidetur non uacare mendo. Charitas non poteſt.) Admonet Ruffinum,ut perſeueret in amicitia,quaſi iam tum præſagiens futurum,ut eum aliquando ſentiret hoſtem.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Expoſtulat cum Nitia hypodiacono Aquileiæ, quod nihil ſcribat, uelut immemor recentis amici. Exemplo Chromatij & Euſebij hortatur,ut aliquando ſcribat.Hic Nitias Hieronymo ſodalis fuit deliciarum,& peregrinationum comes. Quãquam ad quem ſcripta ſit epiſtola,è titulo liquet, non ex ipſa.

HIERONYMVS AD NITIAM

1 TVrpilius comicus tractans de uiciſſitudine literarũ:Sola, inquit,res eſt,quæ homines abſentes præſentes facit. Nec falſam dedit, quanq̃ in re non uera, ſententiam.Quid enim eſt (ut ita dicam) tam præſens inter abſentes,quàm per epiſtolas,& alloqui & audire quos diligas? Nam & rudes illi Italię homines,quos Ca-

2 ſcos Ennius appellat,qui ſibi (ut in rhetoricis Cicero ait) ritu ferino uictum quærebant,ante chartæ & membranarum uſum, aut in dedolatis è ligno codicillis,aut in corticibus arborum mutuo epiſtolarum alloquia miſſitabãt. Vnde & portitores earum tabellarios, & ſcriptores à libris arborum librarios uocauere. Quanto magis igitur nos,expolito iam artibus mundo,

id non

id non debemus omittere, quod illi sibi præstiterunt, apud quos erat cruda rusticitas, & qui e
humanitatem quodammodo nesciebāt? Ecce beatus Chromatius cum sancto Eusebio non plus natura quàm morum æqualitate germano, literario me prouocauit officio. Tu modo à nobis abiens, recentem amicitiam scindis potius quàm dissuis. Quod prudenter apud Ciceronem Lælius uetat. Nisi fortè ita tibi exosus est Oriens, ut literas quoq; tuas huc uenire formides. Expergiscere, expergiscere, euigila de somno, præsta unam chartæ schedulam charitati. Inter delicias patriæ, & communes quas habuimus peregrinationes, aliquando suspira. Si amas, scribe obsecranti: si irascēris, iratus licet scribe. Magnum & hoc desiderij solamen habebo, si amici literas, uel indignantis accipiam.

SCHOLIA

VRpilius.) Hunc Eusebius testatur fuisse temporibus Pompeij. Quāquam nulla ingenij sui 1
monumenta nobis reliquit, quæ quidem extent. Quanquam in re non uera.) Nam comœdia res ficta est, & tamen in fictis fabulis ueræ dicuntur sententiæ. Quidam non intelligentes hunc locum, ut qui nihil intelligunt, nisi quod redactum sit in formam syllogismi, pro his uerbis, quanquam in re non uera, mutauerant, quam in se nouerat. Quos Cascos Ennius appellat.) 2
Prisci cascum uocabant uetus, lingua Sabinorum. Ennianum carmen adducit Marcus Varro: Quam primum Casci populi caruere Latini. Est & prouerbium in Chiliadibus nostris: Cascus cascam ducit, id est, uetulus uetulam. Ritu ferino.) Quia glandibus uictitabamt. Ante chartæ.) Membranæ conficiuntur è pellibus, chartæ è linteis. E ligno codicillis.) Tabulis ceratis, aut corticibus arborum. Vnde codices dicuntur libri, à codice seu caudice arborum. Tu modo à nobis.) Modo, id est, paulò ante. Quo grauius est tam cito desisse meminisse absentis amici. Scindis potius cꝫ dissuis.) Dissuimus paulatim, discindimus repente. Docet autem M. Tullius in Lęlio, dissuendam esse cōsuetudinem, non discindendam, si quando inciderimus in amicitiam nobis parum idoneam.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Chromatius & Eusebius fratres, unà cum Iouiniano amico & matre nec nō sororibus uirginibus, eadem in domo sancte uiuebāt. His omnibus una epistola satisfacit Hieronymus, cōprobat laudes Bonosi, de quo scripserant. Sororem suam illis cōmendat, & sanctum illorum contubernium laudibus uehit.

HIERONYMVS AD CHROMATIVM D

NOn debet charta diuidere, quos amor mutuus copulauit: nec per singulos officia mei sunt partienda sermonis, cum sic inuicem uos ametis, ut non minus treis charitas iungat, quàm duos natura sociauit: quin potius si rei cōditio pateretur, sub uno literulæ apice nomina indiuisa concluderem: uestris quoque ita me literis prouocantibus, ut & in uno treis, & in tribus unum putarem. Nam postquā sancto Euagrio transmittente, in ea ad me cremi parte delatæ sunt, quæ inter Syros ac Sarracenos uastum limitem ducit, sic gauisus sum, ut illum diem Romanæ felicitatis, quo primum Marcelli apud Nolam prælio post Canensem pugnā Hannibalis agmina conciderunt, ego uicerim. Et licet supradictus frater sæpe me uisitet, atque me ita ut sua in Christo uiscera foueat, tamen longo à me spatio seiunctus, non minus mihi dereliquit abeundo desiderium, quàm attulerit ueniendo lætitiam. Nunc cum uestris literis fabulor, illas amplector, illæ mecum loquuntur, illæ hic tantum Latine sciunt. Hic enim aut barbarus semisermo discendus est, aut 2
tacendum. Quotiescunque charissimos mihi uultus, notę manus referunt impressa uestigia, toties aut ego hic non sum, aut uos hic estis. Credite amori uera dicēti, & cum has scriberem, uos uidebam. De quibus hoc primum queror, cur tot interiacentibus spatijs maris atque terrarum tam paruam epistolam miseritis, nisi quod ita merui, qui uobis (ut scribitis) ante non scripsi. Chartam defuisse nō puto Aegypto ministrante commercia. Et si alicui Ptolemæus maria clausisset, tamen rex Attalus membranas à Pergamo miserat, ut penuria chartæ pellibus pensaretur. Vnde & Pergamenarum nomen ad hunc usque diem tradente sibijnuicem posteritate seruatum est. Quid igitur? Arbitrer baiulum festinasse? Quamuis longæ epistolæ una nox sufficit. An uos aliqua occupatione detentos? Nulla necessitas maior est charitate. Restant duo: Vt aut uos piguerit, aut ego non meruerim. E quibus magis uolo uos incusare tarditatis, quàm me condemnare non meritum. Facilius enim negligentia emendari potest, quàm

A teſt,quàm amor naſci.Bonoſus (ut ſcribitis) quaſi filius ἰχθύος, id eſt piſcis,aquoſa petit.
3 Nos priſtina contagione ſordẽtes, quaſi reguli & ſcorpiones arẽtia quæq; ſectamur.Ille iam calcat ſuper colubri caput:nos ſerpenti,terram ex diuina ſententia comedenti,adhuc cibus ſumus.Ille iam poteſt ſummum graduum pſalmum ſcandere, nobis adhuc in primo aſcenſu ſtentibus,neſcio an dicere aliquando contingat:Leuaui oculos meos in montes,unde ueniet auxilium mihi.Ille inter minaces ſeculi fluctus in tuto inſulæ,hoc eſt eccleſiæ,gremio ſedens ad exemplum Ioannis,librum fortè iam deuorat: ego in ſcelerum meorum ſepulchro iacẽs, & peccatorum uinculis colligatus,dominicum de Euãgelio expecto clamorem:Hieronyme ueni foras. Bonoſus inquam (quia ſecũdum prophetam omnis diaboli uirtus in lumbis eſt)
4 trans Euphratem tulit lumbare ſuum:ubi illud in foramine petræ abſcondens, & poſtea ſciſſum reperiens,cecinit:Domine,tu poſſediſti renes meos.Dirupiſti uincula mea,tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Me uero Nabuchodonoſor ad Babylonem,id eſt confuſionem mentis meæ, catenatum duxit:ibi mihi captiuitatis iugum impoſuit: ibi ferri circulũ naribus meis innectens,de canticis Sion cantare præcepit.Cui ego dixi:Dominus ſoluit compeditos,dominus illuminat cæcos. Vt breuiter cœptam diſſimilitudinem finiam, ego ueniam deprecor,ille expectat coronam.Soror mea,ſancti Iuliani in Chriſto fructus eſt.Ille plantauit,uos rigate:dominus incrementum dabit. Hanc mihi Ieſus pro eo uulnere, quod diabolus inflixerat, præſtitit,uiuam reddẽdo pro mortua. Huic ego(ut ait gentilis poeta) omnia etiã tuta timeo. Scitis ipſi lubricum adoleſcentiæ iter,in quo & ego lapſus ſum, & uos non ſine timore tranſiſtis,Hoc illa nunc maxime ingrediens,omnium eſt fulcienda præceptis, omnium eſt ſuſtentanda ſolatijs,id eſt,crebris ueſtræ ſanctitudinis epiſtolis roboranda.Et quia charitas omnia ſuſtinet, obſecro ut etiam à papa Valeriano ad eam confortandam literas exigatis. Noſtis puellares animos his rebus plerunq; ſolidari,ſi ſe intelligant curæ eſſe maioribus.In mea ẽm patria ruſticitatis uernacula,deus uenter eſt,& in diẽ uiuitur:& ſanctior eſt ille,qui ditior eſt. Acceſſit huic patellæ(iuxta tritum populi ſermone prouerbium)dignum operculum, Lupicinus ſacerdos:ſecundũ illud quoq;,de quo ſemel in uita Craſſum ait riſiſſe Lucillius, ſimilem
B habent labra lactucam,aſino carduos comedente: uidelicet ut perforatam nauem debilis gubernator regat,& cæcus cæcos ducat in foueam, taliſq; ſit rector,quales illi qui regũtur. Matrem cõmunem,quæ cum uobis ſanctitate ſocietur,in eo uos præuenit,quia tales genuit, cuius uere uenter aureus poteſt dici, eo ſalutamus honore,quo noſtis: unà quoq; ſuſcipiendas cunctas ſorores,quæ ſexũ uicere cũ ſeculo:quæ oleo ad lampadas largiter præparato, ſponſi opperiuntur aduẽtum.O beata domus,in qua morantur Anna uidua,uirgines prophetiſſæ,geminus Samuel nutritus in templo.O tecta felicia,in quibus cernimus Machabæorum martyrum coronis cinctam martyrem matrem. Nam licet quotidie Chriſtum cõfiteamini, dum eius præcepta ſeruatis:tamen ad priuatam gloriam publica hæc acceſſit uobis & aperta confeſſio,quod per uos ab urbe ueſtra Ariani quõdam dogmatis uirus excluſum eſt.Et miramini forſitan,quod in fine iam epiſtolæ rurſum exorſus ſim.Quid faciam? Vocem pectori negare non ualeo:epiſtolæ breuitas compellit tacere,deſideriũ ueſtri cogit loqui. Præproperus ſermo:confuſa turbatur oratio:amor ordinem neſcit.

SCHOLIA.

1 QVæ inter Syros ac Sarracenos.)Hos diuus Hieronymus,p Agarenis, Sarracenos corrupto uocabulo dictos putat.Gẽtem autem eſſe feram,& incertis uagantẽ ſedibus infeſtam finitimis omnibus. In Hebraicis quæſtionibus ſignificat Sarracenos ab Iſmaele ortos,dictos à Sarrã,quod Hebraica lingua ſonat Onagrum.Sunt aũt in cõfinio Syriæ & Arabiæ ad meridianam plagam. Marcelli apud Nolam.)In cannẽſi pugna multa Romanorũ milia ceciderãt,uictore Hannibale. Rurſus apud Nolam Marcelli auſpicijs, Pœni grauiſſime conciſi ſunt.Narrat Liuius Decadis tertiæ,lib.iiij. Aut barbarus ſemiſermo.)Conſentiunt quidem exem
2 plaria,uerum arbitror legendũ,ſemibarbarus ſermo,quod parum Syriace illic loquerentur:aut barbariſſimus ſermo:aut barbarus mihi ſermo. Aegypto miniſtrãte cõmercia.)Vide num legẽdũ ſit, Aegypti miniſtrante cõmercio.Nam hinc aduehebantur chartæ ſiue papyrus, quæ aliunde fiebãt q; ex mẽbranis.Aut ſi non placet mutare ſcripturã, intellige chartas è Tyro,ubi primũ inuentæ putantur

tantur,deuehí in Aegyptum. Tamen rex Attalus mẽbranas.)Leuiter alluſit ad hiſtoriã,quod ob æmulationẽ circa bibliothecas,Ptolemæus nõ paſſus ſit exportarí papyrũ,& ob id chartæ ab Alexandro repertæ ſunt,Deínde Pergamí ínuentæ membranæ, quarũ magnam uím Attalus rex Romam miſit. Quaſí filius píſcis.)Quod píſcís amet aquas.Is ıocus quoniã frigidíor erat,addidít Hieronymus,ſicut ſcribitis,oſtẽdens illorum eſſe nõ ſuum. Nos priſtina.)Bonoſus elegerat inſulam undiq; marí circũfluam,Hieronymus uerſabat in arenís Syriæ.Porrò regulus,quẽ Greçí baſiliſcum uocant,& ſcorpius,in aridis locis maxime reperiuntur,ut in Libycís arenís. Nos ſerpentí.) Ita legís Gen.iij.Super pectus tuũ gradíeris,& comedes terram omnibus díebus uitę tuæ.Peccator aũt pabulũ eſt diaboli. Summũ graduum pſalmũ.)Alluſit ad quindecim gradus qui ſunt in quindecim pſalmís. Trans Euphratem.)Hic locus ad quẽ alluſit,eſt apud Hieremiã cap.xiij. Gentilís poeta.)Sic Vergilius in quarto libro Aeneidos: Omnia tuta tímens. Scitis lubricũ.) Hic palam confitetur Hieronymus ſe fuiſſe lapſum in adoleſcentia,& alibí fatetur ſe uirginitatẽ non habere. Ruſticitas uernacula.)Quod Græcí uocãt ἰδιωτεύειν, hoc eſt,propriũ alicuí loco. Quidam codices ſcriptũ habebãt,ruſticitatis uernacula. Lupicínus ſacerdos.) Epiſcopũ intelligit dignũ tali populo. Símilẽ h.l.)Lactuca mollís eſt.At aſinus quoniã habet labra dura,quod nobís eſt lactuca,hoc illí eſt carduus,herba ſpinoſiſſima:cuí tamẽ eſt aliquid cũ lactuca cõmune,quod ſuccũ habet lacteũ.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Expoſtulat cum Chryſogono Aquileiæ monacho,quod níhil ſcribens, oblitus uideatur abſentis amici,idq; tam cito,& eius quem nuper amicum habere cœperit.

HIERONYMVS AD CHRYSOGONVM MONACHVM

QVi circa te affectus meus ſit,chariſſimus ambobus Heliodorus tibi potuit fideliter nunciare:qui nõ minore te diligit amore, q; ego diligo:ut ſemper in ore meo nomen tuum ſonem:ut ad primã quanq; confabulationẽ iucundiſſimi mihi con ſortij recorder:ut humilitatẽ admirer,uirtutem efferam,prædicẽ charitatem. Verum tu quod natura lynces ínſitum habent,ne poſt tergum reſpicientes meminerint priorũ, & mens perdat,quod oculí uidere deſierint:ita noſtræ es neceſſitudínis penitus oblitus,ut illam epiſtolã quam in corde Chriſtianorũ ſcriptã Apoſtolus refert, nõ parua litura,ſed imis (ut aiunt)ceris eraſeris.Et ille quidem quas díximus feræ, ſub frondẽte captantes arboris ramo fugaces capreas,aut timidum ceruos animal comprehendunt: currentemq; fruſtra prædam,dum hoſtem ſuum ſecum uehit,rabido deſuper ore dilaniãt:& tamdiu meminere prædandí,quamdiu uenter uacuus ſiccum fame guttur exaſperat. Vbi uero ſanguine paſta feritas uiſcera diſtẽta compleuerit,cum ſaturitate ſuccedit obliuio:tamdiu neſcitura quid capiat, donec memoriã reuocauerit eſuries. Tu necdum ſatiatus è nobis, cur finem iungis exordio? cur amittis anteq; teneas? Niſi forte negligentiæ ſemper excuſatione ſocia,aſſeras te non habuiſſe quod ſcriberes:cum hoc ipſum debueris ſcribere,te non habuiſſe quod ſcriberes.

SCHOLIA.

VErum tu quod natura lynces.)Plínius tradit Lyncíbus hãc ineſſe obliuionẽ,ut ſi interendũ ſubito reſpexerint,oblitæ cibí quí adeſt,aliũ quęrant. Quam in corde Chriſti.) Sic eñ Paulus ad Corinth.epiſt.ij.cap.iij.Epiſtola mea uos eſtis ſcripta in cordíbus &c.

Parua litura.)Lítura delet ſummũ æquor ceræ,a linendo dicta.At tũ ſolent apparere nonnunq; aliqua literarũ ueſtigia. Cæterum quod penitus aboletur,imís ceris eradí dícitur.

HIERONYMVS AD ANTONIVM DE MODESTIA.

DOminus noſter humilitatis magiſter,diſceptantibus de dignitate diſcipulis,unũ apprehendit è paruulis,dicens: Quicunq; ueſtrum nõ fuerit cõuerſus ſicut infans,non poteſt introire in regnum cœlorũ. Quod ne tãtum docere,nec facere uideretur,impleuit exemplo:dum diſcipulorũ pedes lauat:dum traditorem oſculo excipit: dum loquitur cum Samaritana:dum ad pedes ſibi ſedente María,de cœlorũ diſputat regno: dum ab inferis reſurgens,primũ mulierculís apparet.Satanas aũt ex archangelico faſtigio non aliam ob cauſam,niſi ob contrariã humilitati ſuperbiam ruit. Et Iudaicus populus primas cathedras, & ſalutationes in foro uendicans,deputato antea in ſtillã ſitulæ, gentium populo ſuccedẽte, deletus eſt. Contra ſophiſtas quoq; ſeculi & ſapiẽtes mũdi Petrus & Iacobus piſcatores mittũtur.Cuius rei cauſa ſcriptura ait:Superbis deus reſiſtit,humilibus dat gratiam. Vide frater quale malum ſit,quod aduerſarium habet deum.Ob quod in Euangelio & pharifæus arrogãs ſpernit̃,& humilis publicanus auditur.Decẽ iam (niſi fallor) epiſtolas plenas tam officij

A q̄ precum miſi,cum tu ne nutum quidem facere dignaris: & domino loquente cũ ſeruis,frater cum fratre nõ loqueris. Nimis,inquies,contumelioſe. Crede mihi,niſi ſtili uerecundia prohiberet,tanta læſus ingererem,ut inciperes mihi reſcribere,uel iratus. Sed quoniã & iraſci hominis eſt,& iniuriam nõ facere,Chriſtiani:ad antiquum morẽ reuertens, rurſus precor, ut & diligentem te diligas,& conſeruo ſermonem conſeruus impartias. Vale in domino.

SCHOLIA

1 COntra ſophiſtas.)Sophiſtas intelligit ſapientiæ profeſſores. At nunc ut diuitias & imperium,ita ſapientiam quoq; pluſq̄ mundanam libenter amplectimur,cum Chriſtus amet eſſe purus ab omni contagio mundi. Cum tu ne motum quidem.)Quidã codices habebant motum,quidam mutũ,quidam nutum. Conjcio ſcriptum fuiſſe,ne my quidem, ſiue ne mu quidem,pro eo quod eſt,ne minimũ quidem uerbum. M. Varro refert hunc uerſum,ni fallor,Ennianũ:Dicit quod minimũ eſt:neq;,ut aiunt,my facere audẽt. De quo plura ſcripſimus in Chiliadibus ꝓuerbiorũ. Aliquis imperitus,cũ nõ intelligeret, quid ſibi uellet,facere mu,caſtigauit, hoc eſt,deprauauit,mutum:quod alius rurſum offenſus abſurditate ſenſus,uertit in motũ. Tertius quiſpiam,cui nec hoc faciebat ſatis,ex mutum fecit nutum. Atq; hæc ſanè lectio tolerabilior eſt.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Quidam ex conſenſu uxoris,inſtituerat ab uſu matrimonij abſtinere:ſed per occaſionẽ domeſticæ conſuetudinis relapſus eſt ad coitũ. Illa pœnitens,ſe contulerat ad loca ſancta. Hieronymo rem narrat. Adhortatur igitur maritũ, ut uxoris exemplo pœniteat, & ſacra uiſat loca. Opinor nomen eius ad quem ſcribit, data opera ab Hieronymo prætermiſſum, ne famam illius notaret. Quanq̄ haud ſcio quis aſcripſit ad Ruſticum.

HIERONYMVS AD RVSTICVM

QVod ignotus ad ignotum audeo ſcribere, ſanctæ ancillæ Chriſti Hedibiæ & filiæ meæ,coniugis tuæ Artemiæ, imò ſororis ex coniuge atq; conſeruæ, fecit deprecatio. Quæ nequaquam propria ſalute contenta, tuam & ante quæſiuit in patria, & nunc in ſanctis locis quærit, imitari cupiens Andreæ & Philippi apoſtolorum beneuolentiam:quorum uterq; inuentus à Chriſto, fratrem Simonem, & amicum Nathanael inuenire
B deſiderat: ut alter eorum mereatur audire, Tu es Simon filius Iohanna, tu uocaberis Cephas,quod interpretatur Petrus: alter donum dei (hoc enim lingua noſtra ſonat Nathanael)Chriſti ad ſe loquentis teſtimonio ſubleuetur, Ecce uere Iſraelita, in quo dolus non eſt. Optauerat quondam & Lot cum filiabus ſaluare coniugẽ ſuam, & de incendio Sodomæ & Gomorræ penè ſemiuſtus erumpẽs,educere eam,quæ priſtinis uitijs tenebatur aſtricta: ſed ea deſperatione trepida, reſpiciensq; poſt tergum, æterno infidelitatis titulo condemnatur. Et ardens fides pro una muliere perdita, totam Segor liberat ciuitatem. Deniq; poſtq̄ Sodomiticas ualles ac tenebras derelinquens,ad montana cõſcendit, ortus eſt ei Sol in Segor, quæ interpretatur paruula: ut parua fides Lot,quia maiora non poterat, ſaltem minora ſeruaret. Neq; enim Gomorræ quondã & erroris habitator,ſtatim ad meridiem poterat peruenire,in qua Abraham amicus domini cum angelis ſuſcepit deum. Et Ioſeph fratres paſcit in Aegypto,ſponſusq; audit à ſponſa: Vbi cubas? ubi paſcis in meridie? Samuel quondã plangebat Saulem,quia ſuperbiæ uulnera pœnitentiæ medicamine non curabat. Et Paulus lugebat Corinthios,qui fornicationis maculas lachrymis delere nolebãt. Vnde & Ezechiel librũ deuorat ſcriptum intus & foris,carmine & planctu & uæ. Carmine ſuper laude iuſtorũ: planctu ſuper pœnitentibus:uæ ſuper his de quibus ſcriptum eſt: Cum uenerit impius in profundum malorum,contemnit. Quos oſtendit Eſaias,dicẽs: Vocauit dominus ſabaoth in die illa ad fletum & planctum & decaluationem & accinctionem ciliciorum:ipſi autem fecerunt lætitiam & exultationem,mactantes uitulos & occidentes oues,ut comederent carnes, dicentes: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. De quibus & Ezechiel loquitur: Et tu fili hominis dic domui Iſrael,ſic loquuti eſtis,dicentes:Errores noſtri & iniquitates noſtrę ſuper nos erunt,& in ipſis contabeſcimus:& quomodo ſalui eſſe poterimus? Dic eis: Viuo ego dicit dominus,Nolo mortem impij,ſed ut cõuertatur à uia ſua. Et iterum: Reuertimini recedentes à uia ueſtra: quare moriemini domus Iſrael? Nihil tam offendit deum, q̄ deſperatione

meliorum hęrere prioribus.Licet ipſa deſperatio incredulitatis indicium ſit.Qui enim deſpe C
rat ſalutem,non putat futurum eſſe iudicium.Quod ſi metueret, utiq; bonis operibus ſe iudi
ci præpararet.Audiamus per Hieremiam loquentem deum:Conuerte pedem tuũ à uia aſpe
ra,& guttur tuum à ſiti. Et iterum: Nunquid qui cadit non reſurget? aut qui auerſus eſt,non
reuertetur? Et per Eſaiam:Quando conuerſus ingemueris,tunc ſaluus eris, & ſcies ubi fueris.
Scire nõ poſſumus ægrotationis mala,niſi cum fuerit ſanitas conſequuta. Et quantum boni
uirtus habeat,uitia demõſtrant:clariuſq; fit lumen cõparatione tenebrarum.Ezechiel quoq;
ĩſdem uerbis,quia eodẽ & ſpiritu: Conuertimini,inquit,& redite ab iniquitatibus ueſtris do
mus Iſrael,& nõ erunt uobis in tormentum impietates. Proĳcite omnes impietates ueſtras,
quibus impie egiſtis aduerſum me:& facite uobis cor nouũ & ſpiritum nouũ.Et quare morie
mini domus Iſrael? Nolo enim mortẽ peccatoris dicit dominus. Vnde & in conſequentibus
loquitur:Viuo ego dicit dominus.Nolo mortem peccatoris,niſi ut reuertatur à uia ſua & ui
uat: ne mens incredula de bonorum repromiſſione deſperet: & ſemel perditioni animus de
ſtinatus,non adhibeat uulneri curationem,quod nequaq; exiſtimat poſſe curari. Idcirco iu
rare ſe dicit, ut ſi non credimus promittenti deo, credamus ſaltem pro noſtra ſalute iuranti.
Quam ob cauſam iuſtus precatur,& dicit:Conuerte nos deus ſalutaris noſter,& auerte furo
rem tuum à nobis.Et iterum : Domine,in uoluntate tua preſtitiſti decori meo fortitudinem.
Auertiſti faciem tuam à me,& factus ſum conturbatus:Poſtq; enim fœditatem delictorum
meorum uirtutum decore mutaui,infirmitatem meam tua gratia roboraſti.Ecce audio polli
centem: Perſequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non reuertar donec deficiant:
ut qui te ante fugiebam,& inimicus eram,tua comprehendar manu. Ne ceſſes à perſequen
do,donec deficiam à uia mea peſſima,& reuertar ad uirum meum priſtinum:qui mihi dabit
linteamina mea,& oleum,& ſimilam, & cibabit me pinguiſſimis cibis. Qui idcirco obſepſit
atq; præcluſit uias meas peſſimas,ut eam inuenirem uiam, quæ dicit in Euangelio : Ego ſum D
uia,ueritas,& uita. Audi prophetam loquentem : Qui ſeminant in lachrymis,in gaudio me
tent.Euntes ibant & flebant, portantes ſemina ſua . Veniẽtes autem uenient in exultatione,
portantes manipulos ſuos.Et loquere cum eo:Lauabo per ſingulas noctes lectum meum,in
lachrymis meis ſtratũ meum rigabo.Et iterum : Sicut deſiderat ceruus ad fontes aquarũ, ita
deſiderat anima mea ad te deus.Sitiuit anima mea ad te deum fontẽ uiuum, quãdo ueniam
& apparebo ante faciẽ dei.Factæ ſunt mihi lachrymæ meæ panes per diem & noctem.Et in
alio loco:Deus deus meus,ad te de luce uigilo. Sitiuit anima mea ad te, q; multipliciter tibi
caro mea.In terra deſerta & inuia & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi. Quanq; enim ſitie
rit te anima mea,tamen multo te plus carnis meæ labore quæſiui : & tibi in ſancto apparere
non potui,niſi prius in terra deſerta à uitĳs & inuia aduerſarĳs poteſtatibus, & abſq; humo
re & rheumate ullius libidinis commorarer. Fleuit & dominus ſuper ciuitatem Hieruſalem
quia non egiſſent pœnitentiam: & Petrus trinam negationem amaritudine abluit lachryma
rum,impleuitq; illud propheticum:Exitus aquarum deduxerunt oculi mei.Plangit & Hiere
mias populum pœnitentiã non agentem,dicens Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis
fontem lachrymarum,& plorabo populum iſtum per diem & noctem? Cur autem plangat
& defleat,ſequenti ſermone demõſtrat:Nolite flere mortuũ,neq; plangatis eum.Flete plan
ctu qui egreditur,quia nõ reuertetur ultra.Nequaq; igitur gentilis plãgẽdus eſt,atq; Iudæus,
qui in eccleſia non fuerunt,& ſemel mortui ſunt: de quibus ſaluator dicit : Dimitte mortuos
ſepelire mortuos ſuos:ſed eos plange, qui per ſcelera atq; peccata egrediuntur de eccleſia,&
nolunt ultra reuerti ad eam damnatione uitiorum. Vnde & ad uiros eccleſiaſticos, qui muri
& turres eccleſiæ nuncupantur,loquitur ſermo propheticus, dicens : Muri Sion, proferte la
chrymas,implentes illud Apoſtoli : Gaudere cum gaudentibus,flere cum flentibus: ut dura
corda peccantium ueſtris lachrymis prouocetis ad fletum , ne perſeuerantes in malicia , au
diant : Ego plantaui te uineam frugiferam, omne ſemen uerum: quomodo uerſa es in ama
ritudinem uitis alienæ? Et iterum:Ligno dixerunt,pater meus es tu:& lapidi, tu genuiſti me:

&

A & uerterunt ad me dorſa,& non facies ſuas.Et eſt ſenſus: Noluerunt ad me conuerti,ut age/
rent pœnitentiam,ſed per cordis duritiam in iniuriam meam ſua terga uerterunt. Quamob/
rem & dominus loquitur ad Hieremiam: Vidiſti quæ fecerunt mihi habitatio Iſrael? Abie/
runt ſuper omnem montem excelſum, & ſubter omne lignum frondoſum, & fornicati ſunt
ibi,& dixi poſtquam fornicata eſt & fecit hæc omnia, ad me reuertere,& non eſt reuerſa. O
clementia dei, ó noſtra duritia, dum & poſt tanta ſcelera nos prouocat ad ſalutem, & ne ſic
quidem uolumus ad meliora cõuerti. Si reliquerit,inquit,uxor uirum ſuum,& alij nupſerit,
& uoluerit poſtea reuerti ad eum,nunquid ſuſcipiet eam, & non deteſtabitur? Pro quo ſcri/
ptum eſt iuxta Hebraicam ueritatem, quod in Græcis & Latinis codicibus non habetur: Et
tu reliquiſti me,tamen conuertere & ſuſcipiam te dicit dominus.Eſaias quoq; in eundem ſen
ſum ijſdem penè loquitur ſermonibus:Conuertimini qui profundum conſilium cogitatis, &
iniquum filij Iſrael, reuertere ad me,& redimam te. Ego deus, & non eſt alius præter me, iu/
ſtus & ſaluator nõ eſt abſq; me.Reuertimini ad me,& ſalui eritis, qui eſtis in extremis terræ.
Recordamini horum, & ingemiſcite, & agite pœnitentiam qui erratis. Conuertimini corde,
& mementote priorum à ſeculo,quoniam ego ſum deus, & nõ eſt alius abſq; me. Scribit &
Iohel:Conuertimini ad me ex toto corde ueſtro,in ieiunio, & lachrymis, & planctu:ſcindite
corda ueſtra, & non ueſtimenta ueſtra. Miſericors enim & miſerator eſt dominus, & agens
pœnitentiam ſuper malicijs.Quantæ autem ſit miſericordiæ, & quàm (ut ita loquar) nimiæ
ineffabiliſcq; clementiæ,Oſee propheta nos doceat,per quẽ loquitur deus:Quid tibi faciam
Ephraim?quomodo te protegam Iſrael?quid tibi inquam faciã?Sicut Adama ponam te,&
ſicut Seboim. Conuerſum eſt cor meum in me, & conturbata eſt pœnitudo mea.Nequaq;
faciam ſecundum iram furoris mei. Vnde & Dauid loquitur in pſalmo: Non eſt in morte
qui memor ſit tui,in inferno autem quis cõfitebitur tibi?Et in alio loco:Peccatum meum no/
tum feci,& iniquitatẽ meam non abſcondi. Dixi,pronunciabo cõtra me iniquitatem meam
domino,& tu dimiſiſti impietatem cordis mei.Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempo
B re opportuno. Veruntamen in diluuio aquarum multarũ ad eum nõ approximabunt. Vide
quanta magnitudo ſit fletuum,ut aquarum diluuio comparetur.Quos qui habuerit,& dixe
rit cum Hieremia: Non ſileat pupilla oculi mei, ſtatim in illo complebitur: Miſericordia &
ueritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia & pax deoſculatæ ſunt: ut ſi te iuſtitia & ueritas ſeruauerint,
miſericordia & pax prouocent ad ſalutem. Totam pœnitentiã peccatoris oſtendit pſalmus
quinquageſimus, quãdo ingreſſus eſt Dauid ad Bethſabee uxorẽ Vriæ Ethei, & à Nathan
prophetante correptus,reſpõdit:Peccaui. Statimq; meruit audire:Et dominus abs te abſtu/
lit peccatum. Adulterio enim iunxerat homicidium, & tamen conuerſus ad lachrymas: Mi
ſerere,ait, deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. Et ſecundum multitudinem miſe/
rationum tuarum,dele iniquitatem meam. Magnum enim peccatum,magna indigebat mi/
ſericordia. Vnde iungit & dicit: Multum laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo mun/
da me. Quoniam iniquitatem meam ego agnoſco, & delictum meum contra me eſt ſem/
per. Tibi ſoli peccaui (rex enim eram,alium non timebam) & malum coram te feci, ut iuſti/
ficeris in ſermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Concluſit enim deus omnia ſub peccato,
ut omnibus miſereatur. Tantumq; profecit, ut dudũ peccator & pœnitens tranſierit in ma/
giſtrum,& dicat: Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur. Confeſſio enim &
pulchritudo coram eo,ut qui ſua confeſſus fuerit peccata, & dixerit: Putruerunt & corruptæ
ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ, fœditatem uulnerum in ſanitatis decorem com/
mutet. Qui enim abſcondit iniquitatem ſuam,non proſperabitur. Achab rex impiſſimus,
uineam Nabuthæ cruore poſſedit: & cum Hiezabel non tam coniugio ſibi, quàm crudelita
te coniuncta, Heliæ increpatione corripitur. Hæc dicit dominus: Occidiſti & poſſediſti. Et
iterum: In loco in quo linxerunt canes ſanguinem Nabuthæ, ibi lingent ſanguinem tuum,
& Hiezabel canes comedẽt ante muros Iezrael.Quod cum audiſſet Achab,ſcidit ueſtimen/
ta ſua,& poſuit ſaccum ſuper carnem ſuam,ieiunauitq; & dormiuit in cilicio.Factusq; eſt ſer

mo domini ad Heliam,dicens: Quoniam reueritus eſt Achab faciem meam, non inducam c
malum in diebus eius. Vnum ſcelus Achab & Hiezabel, tamen conuerſus ad pœnitentiam Achab,pœna differtur in poſteros: & Hiezabel in ſcelere perſeuerans, præſenti iudicio condemnatur. Loquitur & dominus in Euangelio: Viri Niniuitæ ſurgent in iudicium cum generatione hac,& condemnabunt eam, quia egerunt pœnitentiam in prædicatione Ionæ. Non enim ueni uocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Drachma perit, & tamen inuenitur in ſtercore. Nonagintanouem oues relinquuntur inſolitudine, & una ouis quæ aberrauerat,paſtoris humeris reportatur. Vnde & lætitia angelorum eſt ſuper uno peccatore agente pœnitentiam. Quanta felicitas,ut de ſalute noſtra exultent cœleſtia? De quibus dicitur: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Nullum in medio ſpatium. Mors & uita ſibi contraria ſunt, & tamen pœnitentia copulantur. Luxurioſus filius totam prodegerat ſubſtantiam: & procul à patre,uix porcorum cibis inediam ſuſtentabat. Reuertitur ad parentem, immolatur ei uitulus ſaginatus: ſtolam accipit & anulum, ut Chriſti recipiat ueſtimentum, quod dudum polluerat, & audire mereatur: Candida ſint ſemper ueſtimenta tua. Receptoq; ſignaculo dei,proclamet ad dominum: Pater peccaui in cœlum,& coram te,& reconciliatus oſculo,dicat ad eum: Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui domine. Iuſtitia iuſti non liberabit eum in quacunq; die peccauerit,& iniquitas iniqui non nocebit ei,quacunq; die conuerſus fuerit. Vnuũquenq; iudicat ſicut inuenerit. Nec præterita conſiderat,ſed præſentia,ſi tamen uetera crimina nouella cõuerſione mutentur. Septies cadit iuſtus, & reſurget. Si cadit,quomodo iuſtus? Si iuſtus, quomodo cadit? Sed iuſti uocabulum non amittit,qui per pœnitentiam ſemper reſurgit. Et non ſolum ſepties, ſed ſeptuagieſſepties delinquenti,ſi conuertatur ad pœnitentiam,peccata donantur. Cui plus dimittitur,plus diligit. Meretrix lachrymis pedes ſaluatoris lauat,& crine detergit, & in typum eccleſiæ de gẽtibus congregatæ meretur audire: Dimittuntur tibi peccata tua. Phariſæi iuſtitia perit ſuperbia: & publicani humilitas,confeſſione ſaluatur. Per Hieremiam conteſtatur deus: Ad ſummam loquar contra gentem & regnum,ut eradicem & deſtruam,& diſperdam illud. Si pœnitẽtiam D
egerit gens illa à malo ſuo,quod locutus ſum aduerſum eam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui ut facerem ei. Et ad ſummam loquar ſuper gentem & regnum, ut ædificem,& ut plantem illud. Si fecerit malum in conſpectu meo, ut non audiat uocem meam,pœnitentiam agam ſuper bono, quod loquutus ſum ut facerem ei. Statimq; infert: Ecce ego fingo contra uos malum, & cogito contra uos cogitationem. Reuertatur unuſquiſque à uia ſua mala,& dirigite uias ueſtras & ſtudia ueſtra. Qui dixerunt: Deſperauimus, poſt cogitationes enim noſtras ibimus, & unuſquiſq; poſt prauitatem cordis ſui malum faciemus. Symeon iuſtus in Euãgelio loquitur: Ecce hic poſitus eſt in ruinam,& in reſurrectionẽ multorum, in ruinam uidelicet peccatorũ, & in reſurrectionem eorum qui agunt pœnitentiam. Apoſtolus ſcribit ad Corinthios: Auditur inter uos fornicatio,& talis fornicatio,qualis ne inter gẽtes quidem,ita ut uxorem patris aliquis habeat. Et uos inflati eſtis,& nõ magis luctum habuiſtis,ut tollatur de medio ueſtrum, qui hoc opus fecit. Et in ſecũda ad eoſdem epiſtola, ne abundantiori triſtitia pereat,qui eiuſmodi eſt,reuocat eum: & obſecrat,ut cõfirment ſuper illum charitatẽ,ut qui inceſtu perierat,pœnitentia conſeruetur. Nullus quidem mũdus à peccato,ne ſi unius quidem diei fuerit uita eius,numerabiles autem anni uitę illius. Aſtra quoq; ipſa non ſunt munda in conſpectu eius, & aduerſum angelos ſuos peruerſum quid excogitauit. Si in cœlo peccatum,quanto magis in terra? Si delictum in his qui carent tentatione corporea,quanto magis in nobis,qui fragili carne circũdamur,& cum Apoſtolo dicimus: Miſer ego,quis me liberabit de corpore mortis huius? Non enim habitat in carne noſtra bonũ,nec agimus quod uolumus,ſed quod nolumus, ut aliud anima deſideret,aliud caro facere cogatur. Quod ſi quidam iuſti appellantur in ſcripturis & nõ ſolũ iuſti, ſed iuſti in conſpectu dei: iuxta illam iuſtitiam appellantur iuſti,iuxta quam ſupra dictum eſt: Septies cadit iuſtus,& reſurget. Et iuxta quod iniquitas iniqui non nocebit ei in quacunque die conuerſus fuerit.

Deniq;

A Deniq; & Zacharias pater Ioannis,qui ſcribitur iuſtus,peccauit in eo quod nõ credidit,& ſta tim ſilentio cõdemnatur.Et Iob,qui iuſtus & immaculatus,ac ſine querela in principio uolu minis ſui ſcribitur,poſtea & dei ſermone,& cõfeſſione ſui peccator arguitur.Si Abrahã,Iſaac & Iacob,prophetę quoq; & apoſtoli,nequaq; caruere peccato:ſi puriſſimũ triticũ habuit mi xtas paleas,quid de nobis dici poteſt,de quibus illud ſcriptũ eſt: Quid paleis ad frumentũ di cit dominus? Et tamẽ paleæ futuro reſeruantur incendio: & zizania hoc tempore mixta ſunt ſegetibus frumentorũ,donec ueniat qui habet uentilabrũ in manu ſua, & purgauerit areã,ut cõgreget triticũ in horrea,& quiſquilias gehennę igni cõburat.Hęc omnia quaſi pulcherrima ſcripturarũ prata diſcurrẽs, in unũ locũ uolui congregare,& de ſpecioſiſſimis floribus coronã tibi texere pœnitentiæ,quã imponas capiti tuo:& aſſumas pennas colũbæ, & uoles & requi eſcas,& clementiſſimo reconcilieris patri. Narrauit mihi uxor quondã tua,nunc ſoror atq; conſerua,quod iuxta pręceptũ Apoſtoli ex conſenſu abſtinueritis uos ab opere nuptiarũm, ut uacaretis orationi:tuaq; rurſum ueſtigia,quaſi in ſalo poſita fluctuaſſe,imò (ut apertius lo quar)eſſe prolapſa.Illam aũt audiſſe à domino cũ Moyſe: Tu uero hic ſta mecum,& dixiſſe de domino:Statuit ſupra petram pedes meos.Tuã domũ,quæ fundamenta fidei ſolida non habebat,poſtea diaboli turbine concidiſſe.Porrò illius perſtare in domino, & ſuũ tibi hoſpi tium non negare:ut cui prius coniunctus fueras corpore,nunc ſpiritu copuleris.Qui enim ad hæret domino,unus ſpiritus eſt cũ eo.Cumq; uos rabies barbarorũ, & imminens captiuitas ſepararet,ſub iuriſiurãdi teſtificatiõe pollicitũ,ut ad ſancta tranſeuntẽ loca,uel ſtatim,uel po ſtea ſequereris,& ſeruares animam tuam,quam uiſus fueras negligẽtia perdidiſſe.Redde igi tur quod præſente deo ſpopondiſti,Incerta eſt uita mortalium:ne ante rapiaris, quàm tuam impleas ſponſionem.Imitare eam,quam docere debueras.Prohpudor,fragilior ſexus uincit ſeculum,& robuſtior ſuperatur à ſeculo.Tanti dux fœmina facti eſt:& non ſequeris eam, in cuius ſalute candidatus es fidei? Quod ſi te rei familiaris tenent reliquiæ,ut ſcilicet & mortes
B amicorũ & ciuiũ uideas,& ruinas urbium atq; uillarũ:ſaltem inter captiuitatis mala,& feroces hoſtium uultus,& prouinciæ tuæ infinita naufragia,teneto tabulam pœnitentiæ,& memen to conſeruæ tuæ,quę tuã quotidie ſuſpirat nec deſperat ſalutẽ.Tu uagaris in patria,imò non patria,quia patriam perdidiſti:iſta pro te in locis uenerabilibus reſurrectionis & crucis, & in cunabulorũ domini ſaluatoris,in quibus paruulus uagiit, tui nominis recordatur, teq; ad ſe orationibus trahit:ut ſi non tuo merito,ſaltem huius ſalueris fide. Iacebat quondam paraly ticus in lectulo,& ſic erat cunctis artubus diſſolutus,ut nec pedes ad ingrediendum, nec ma nus mouere poſſet ad precandum,& tamen profertur ab alijs,& reſtituitur priſtinæ ſanitati, ut portaret lectulum,qui dudum portabatur à lectulo.Et te igitur abſentem corpore,præſen tem fide,offert conſerua tua domino ſaluatori:& dicit cum Chananæa.Filia mea male uexa tur à dæmonio.Recte enim appellabo animam tuam filiã animę eius,quæ ſexus neſcit diuer ſitatem:quia te quaſi paruulum,atq; lactantem,& necdũ ualentem ſumere ſolidos cibos, in uitat ad lac infantiæ,& nutricis tibi alimenta demonſtrat: ut poſſis dicere cũ propheta: Erra ui ſicut ouis perdita: quære ſeruum tuum,quoniam mandata tua non ſum oblitus.

SCHOLIA.

1 ABſq; humore & rheumate.) ῥεῦμα græce fluxus eſt. Pituita & humor corporis deſiccatur inedia.Et corpore exucco,libido extinguitur.Id refert ad hoc quod ſcriptum eſt: In inuio & inaquoſo. Sicut Adama ponã te.) Adama & Seboim duæ ciuitates ſunt iuxta So domam,ex his quas ignis cœleſtis abſumpſit. Quid paleis ad frumentum.) Eſt apud Hieremiam capite uigeſimotertio. Tanti dux fœmina facti.)Hemiſtichium eſt Maro nis,quo diuus Hieronymus libenter utitur. Candidatus es fidei.) Quia ſeruatur uir infidelis in mulie refideli. Vt candidati nondum aſſequuti ſunt honorem,ſed proximum eſt ut conſequantur: ita uicinus eſt ſaluti,cuius uxor iam præceſſit ad uere Chriſtianam uitam.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Docet uiduis & uirginibus uitandam eſſe domeſticam conſuetudinem eorum, unde ſit periculum, uel pudicitiæ,uel famæ.Argumentũ epiſtolę narrat ipſe.In calce huius libelli ſubſignificat,hoc argumen tum à ſe declamatorio more fuiſſe ſumptum & tractatum. Idem innuit in alia quadam epiſtola: unde

nec hic ullum nomen admiſcetur uſquam. Verſatur in genere ſuaſorio: tamẽ plurimi incidũt loci con/ C
iecturales, in quibus mire luſit Hieronymus. Vtitur crebris dilemmatis in argumẽtando. Multum item admiſcet feſtiuitatis.

DE VITANDO SVSPECTO CONTVBERNIO.

REtulit mihi quidam frater è Gallia ſe habere ſororem uirginem, matremq; uiduam: quæ in eadem urbe diuiſis habitarent cellulis: & uel ob hoſpitij ſolitudinem, uel ob cuſtodiẽdas facultatulas, præſules ſibi quoſdam clericos aſſumpſiſſent: ut maiore dedecore iungerẽtur alienis, quam à ſe fuerant ſeparatæ. Cumq; ego ingemiſcerem, & multo plura tacendo quàm loquendo ſignificarem: Quæſo te, inquit, corripias eas literis tuis, & ad concordiam reuoces: ut mater filiam, & filia matrem agnoſcat. Cui ego optimam, inquam, mihi iniungis pronunciã: ut alienus cõciliem, quas filius fraterq; non potuit: quaſi uero epiſcopalem cathedram teneam, & nõ clauſus cellula, ac procul à turbis remotus, uel præterita plangam uitia, uel uitare nitar præſentia. Sed & incongruum eſt latere corpore, & lingua per totum orbem uagari. Et ille: Nimium, ait, formidoloſus es. Vbi illa quondam cõſtantia, in qua multo ſale orbem defricans, Lucilianum quippiam retuliſti? I Hoc eſt, aio, quod me fugat, & labra diuidere non ſinit. Poſtquam enim arguendo crimina, factus ſum criminoſus: & iuxta tritum uulgi ſermone prouerbium: Iurgantibus & negantibus cunctis, nec aures me credo habere, nec tactum: ipſiq; parietes in me maledicta reſonarunt, & in me pſallebant qui bibebant uinũ: coactus malo tacere didici: rectius eſſe arbitrans, ponere cuſtodiam ori meo, & oſtium munitum labrijs meis, q; declinare cor meum in uerba maliciæ: & dum carpo uitia, in uitium detractionis incurrere. Quod cum dixiſſem: Non eſt, inquit, detrahere, uerum dicere: nec priuata correptio, generalem facit doctrinam: cum autrarus, aut nullus ſit, qui ſub huius culpæ reatum non cadat. Quæſo ergo te, ne me tanto itinere uexatum, fruſtra ueniſſe patiaris. Scit enim dominus, quod poſt uiſionem ſanctorum locorum, hanc uel maxime cauſam habui, ut cum tuis literis ſorori mederer ac matri. Et ego: Iam/ D
iam, inquam, quod uis faciam: nam & epiſtolæ tranſmarinæ ſunt, & ſpecialiter ſermo dictatus, raro poteſt inuenire quos mordeat. Te autem obſecro, ut clam ſermonem hunc habeas. Cumq; portaueris eum pro uiatico, ſi auditus fuerit, lætemur pariter: ſi autẽ contemptus fuerit, quod & magis reor, ego uerba perdiderim, tu itineris longitudinem. Primum uos ſcite cupio ſoror & filia, me non idcirco ſcribere, quia aliquid de uobis ſiniſtrum ſuſpicer, ſed ne cæteri ſuſpicentur, ueſtram me orare concordiam. Alioquin (quod abſit) ſi peccatorum uos exiſtimarem glutino cohæſiſſe, nunquam ſcriberem, ſciremq; me ſurdis narrare fabulam. Deinde hoc obſecro, ut ſi mordacius quippiam ſcripſero, non tam meæ putetis auſteritatis eſſe, quàm morbi. Putridæ carnes ferro curantur & cauterio: uenena ſerpentina pelluntur antidoto. Quod ſatis doleo, maiori dolore expellitur. Ad extremum hoc dico, quod ſi etiã hæc conſcientia criminis uulnus non habeat, habet tamen fama ignominiam. Mater & filia nomina pietatis, officiorum uocabula, uincula naturæ, ſecunda poſt deum fœderatio. Non eſt laus, ſi uos diligitis: ſcelus eſt, quod odiſtis. Dominus Ieſus Chriſtus ſubiectus erat parentibus ſuis: uenerabatur matrẽ, cuius ipſe erat pater. Colebat nutritiũ, quem nutriuerat: geſtatumq; ſe meminerat alterius utero, alterius brachijs. Vnde & in cruce pendens, commendat parentem diſcipulo, quam nunquam ante crucem dimiſerat. Tu uero filia (iam enim deſino ad matrem loqui, quam forſitan & ætas & imbecillitas ac ſolitudo excuſabilem facit) tu inquam filia, eius domum anguſtam iudicas, cuius non tibi fuit uenter anguſtus? Decem menſibus utero clauſa uixiſti, & uno die in uno cubiculo cũ matre non duras? An oculos eius ferre non potes? Et quæ omnes motus tuos, utpote illa quæ genuit, quæ aluit, & ad hanc adduxit ætatem, facilius intelligit, teſtem domeſticam fugis? Si uirgo es, quid times diligentem cuſtodiam? Si corrupta, cur non palam nubis? Secunda poſt naufragium tabula eſt, quod male cœperis, ſaltem hoc remedio temperare. Neq; uero hoc dico, quod poſt peccatum tollam pœnitentiam, ut quod male cœpit, male perſeueret, ſed quod deſperem in iſtiuſmodi copula diuulſionem. Alioqui ſi ad matrem migraueris poſt ruinam, facilius poteris cum ea plangere,

quod

A quod per illius abſentiam perdidiſti. quod ſi adhuc integra es,& non perdidiſti, ſerua ne per
das. Quid tibi neceſſe eſt in ea uerſari domo,in qua neceſſe habes quotidie aut perire,aut uin
cere? Quis unq; mortaliū iuxta uiperā ſecuros ſomnos capit? Quę etſi nō percutiat,certe ſoli
citat. Securius eſt perire nō poſſe,quàm iuxta periculū nō periſſe. In altero tranquillitas eſt,in
altero gubernatio. Ibi gaudemus,hic euadimus. Sed fortè reſpōdeas: Nō bene morata ma/
ter eſt,res ſeculi cupit, amat diuitias,ignorat ieiuniū,oculos ſtibio linit, uult cōpta procedere,
& nocet propoſito meo,nec poſſum cū huiuſmodi uiuere. Primū quidem etiam ſi talis eſt ut
cauſaris,maius habebis præmiū,ſi talem nō deſeras. Illa te diu portauit in utero,diu aluit: &
difficiliores infantiæ mores,blanda pietate ſuſtinuit. Lauit pannorū ſordes,& immūdo ſæpe
fœdata eſt ſtercore. Aſſedit ægrotāti: & quę pro te ſua faſtidia ſuſtinuit, tua quoq; paſſa eſt.
Ad hanc perduxit ætatē,ut Chriſtū amares docuit. Nō tibi diſpliceat eius conuerſatio, quæ
te ſponſo tuo uirginē conſecrauit. Quod ſi ferre nō potes, & delitias eius fugis: atq; (ut hoc
uulgò ſolet dici) ſecularis eſt mater,habes alias uirgines,habes ſanctū pudicitię chorū. Quid
matrem deſerens, eum diligis, qui forſitan ſuam reliquit ſororē & matrem? Illa difficilis,ſed
iſte facilis. Illa iurgatrix,ergo iſte placabilis. Quæro utrum uirum ſequuta ſis, an poſtea inue
neris? Si eum ſequuta es, manifeſtum eſt cur matrē reliqueris. Si poſtea repperiſti, oſtendis
quid in matris hoſpitio nō potueris inuenire. Durus dolor eſt,& meo mucrone me uulnerās:
Qui ambulat,inquit,ſimpliciter,ambulat confidenter. Tacerem,ſi me nō morderet conſcien/
tia, & in alijs meum crimen non reprehenderē: nec per trabem oculi mei alterius feſtucam
uiderem. Nunc autem cum inter fratres procul habitans,eorumq; fruens contubernio,hone
ſte ſub arbitris,& uideam raro,& uidear: impudentiſſimū eſt eius te uerecundiam non ſequi,
cuius ſequeris exemplum. Quod ſi dixeris: Et mihi ſufficit conſcientia mea: habeo deum iu/
dicem,qui meæ uitæ eſt teſtis: non curo quid loquantur homines: audi Apoſtolum ſcriben
B tem: Prouidentes bona,nō ſolum coram deo,ſed etiam coram omnibus hominibus. Si quis
te carpit quod ſis Chriſtiana,quod ſis uirgo,nō cures: quod ideo dimiſeris matrem,ut in mo
naſterio inter uirgines uiueres: talis detractio laus tua eſt. Vbi non luxuria in puella dei,ſed
duritia carpitur,crudelitas iſta pietas eſt. Illum enim præfers matri,quem præferre iuberis &
animæ tuæ. Quem ſi & ipſa prætulerit,& filiam te ſentiet & ſororē. Quid igitur? ſcelus eſt ſan
cti uiri habere cōtubernium? Obtorto collo me in ius trahis,ut aut probem quod nolo,aut
multorum inuidiam ſubeam. Sanctus uir nunq; à matre filiam ſeiungit: utranq; ſuſcipit, &
utranq; ueneratur. Sit quamlibet ſancta filia,mater uidua indicium caſtitatis eſt. Si coæuus
tuus eſt ille neſcio quis, matrem tuam honoret ut ſuam: ſi ſenior te,ut filiam diligat,& paren
tis ſubijciat diſciplinæ. Non expedit amborum famæ,plus te illum amare quàm matrem: ne
non uideatur in te affectum eligere,ſed ætatem. Et hæc dicerem, ſi fratrem monachū nō ha/
beres,ſi domeſticis careres præſidijs. Nunc uero,proh dolor,inter matrem atq; germanū,&
matrem uiduā, fratremq; monachum, cur ſe alienus interſerit? Bonum quidem eſt, ut te &
filiam noueris & ſororem. Si autem utrunq; nō potes,& mater quaſi dura reſpuitur, ſaltem
frater placeat. Si frater aſperior eſt,mollior ſit illa quæ genuit. Quid palles? quid æſtuas?
quid uultum rubore ſuffundis? & trementibus labijs impatientiā pectoris conteſtaris? Non
ſuperat amorem matris & fratris, niſi ſolius uxoris affectus. Audio præterea te ſuburbana
rura,uillarum amœnitates cum affinibus atq; cognatis,& iſtiuſmodi generis hominibus cir/
cumire. Nec dubito quin uel conſobrina,uel ſoror ſit,in quarum ſolatium noui generis duca
tis aſſecla. Abſit quippe, ut quamuis proximi ſint & cognati,uirorum te ſuſpicer captare con
ſortia. Obſecro ergo te uirgo,ut mihi reſpondeas. Sola uadis in comitatu propinquorum,an
cum amaſio tuo? Quamuis ſis impudens,ſeculariū oculis eum ingerere nō audebis. Si enim
hoc feceris, & te & illum familia uniuerſa cantabit. Vos cunctorum digiti denotabunt. Ipſa
quoq; ſoror aut affinis ſiue cognata,quę in adulationē tui ſanctum nōnunq; corā te uocant:
cum ſe paululum auerterint,portentuoſum ridebunt maritum. Sin autem ſola ieris (quod &
magis exiſtimo) utiq; inter ſeruos adoleſcentes, inter maritatas fœminas atq; nupturas, in/
ter la/

ter laſciuas puellas,& comatos linteatoſq; iuuenes,furuarũ ueſtium puella gradieris.Dabit c
tibi barbatulus quilibet manum,ſuſtentabit laſſam:& preſſis digitis,aut tentabitur, aut ten/
tabit. Erit tibi inter uiros matronasq; conuiuium:ſpectabis aliena oſcula,pręguſtatos cibos.
Et non abſq; ſcandalo tuo in alijs ſericas ueſtes,auratasq; miraberis. In ipſo quoq; cõuiuio
ut ueſcaris carnibus, quaſi inuita cogeris. Vt uinum bibas,dei laudabitur creatura, Vt laues
balneis,ſordibus detrahetur.Et omnes te,cũ aliquid eorũ quę ſuadent, retrectans feceris,pu
ram,ſimplicem,dominam,& uere ingenuam conclamabunt. Perſonabit interim aliquis can
tor ad menſam,& inter pſalmos dulci modulamine currentes,quoniam alienas non audebit
uxores,te,quę cuſtodẽ non habes,ſæpius reſpectabit.Loquetur nutibus,& quicquid metuit
dicere,ſignificabit affectibus.Inter has tantas illecebras uoluptatum,etiam ferreas mentes li
bido domat:quæ maiorem in uirginibus patitur famem,dum dulcius putat omne quod ne/
ſcit.Narrant gentilium fabulæ,cantibus ſirenarũ nautas iſſe in ſaxa præcipites:& ad Orphei
citharã,arbores beſtiasq;, ac ſilicũ dura mollita. Difficile inter epulas ſeruatur pudicitia. Ni/
tens cutis,ſordidũ oſtendit animum. Legimus in ſcholis pueri,& ſpirantia in plateis æra per/ 2
ſpeximus:aliquem oſſibus uix hærentem,illicitis arſiſſe amoribus,& ante uita caruiſſe quàm
peſte.Quid tu facies puella,ſani corporis,delicata,pinguis,rubens,æſtuans inter carnes,inter
uina,& balneas, iuxta maritatas, iuxta adoleſcentulos? quæ & ſi rogata non feceris, tamen
formæ putes teſtimoniũ ſi rogeris.Libidinoſa mens ardentius inhoneſta perſequit:& quod
non licet,dulcius ſuſpicatur.Veſtis ipſa uilis & pulla,animi tacentis indiciũ eſt: ſi rugam non
habeat:ſi per terram ut altior uidearis trahatur: ſi de induſtria diſſuta ſit tunica, ut aliquid in
tus appareat,operiatq; quod fœdũ eſt,& aperiat quod formoſum.Caliga quoq; ambulan/
tis nigella ac nitens,ſtridore ad ſe iuuenes uocat.Papillæ faſciolis comprimuntur, & criſpanti
cingulo,anguſtius pectus arctatur.Capilli,uel in frontẽ,uel in aures defluunt. Palliolum in/
terdum cadit, ut candidos nudet humeros: & quaſi uideri noluerit, cælat feſtina, quod uo/
lens detexerat. Et quando in publico quaſi per uerecundiam operit faciem: lupanarium ar/ D
te, id ſolum oſtendit, quod oſtenſum magis placere poteſt. Reſpondebis: Vnde me no/
ſti? Et quomodo tam longe poſitus,iactas in me oculos tuos? Fratris hoc tui mihi narraue/
runt lachrymæ, & intolerabiles per momenta ſingultus.Atq; utinam ille mentitus ſit,& ma
gis timens hoc quàm arguens,dixerit:Sed mihi crede:nemo mẽtiens plorat.Dolet ſibi præ/
latum iuuenem, non quidem comatum, non ueſtium ſericarum, ſed toroſulum, & in ſordi/
bus delicatum:qui ipſe ſacculum ſignet,textrinum teneat, penſa diſtribuat, regat familiam,
emat,quicquid de publico neceſſarium eſt:Diſpenſator & dominus & præueniens officia ſer
uulorum,quem omnes rodant famuli: & quicquid domina non dederit, illum clamitẽt ſub/
traxiſſe. Querulum ſeruulorũ genus eſt, & quantacunq; dederis,ſemper eis minus eſt. Non
enim conſiderant de quanto, ſed quantum detur:doloremq; ſuum ſolis, quod poſſunt,ob/
trectationibus conſolantur.Ille paraſitum,iſte impoſtorẽ:hic hæredipetam,alius nouo quo/
libet appellat uocabulo.Ipſum iactãt aſſidere lectulo,obſtetrices adhibere languenti,porta 3
re matulam,calefacere lintea,plicare faſciolas. Facilius mala credunt homines,& quodcunq;
domi fingitur,rumor in publicum fit.Nec mireris,ſi ancillæ & ſeruuli de uobis iſta cõfingant,
cum mater quoq; idipſum queratur & frater. Fac igitur quod moneo, quod precor, ut pri/
mum matri,dehinc ſi id fieri non poteſt, ſaltem fratri reconcilieris. Aut ſi iſta tam chara no/
mina hoſtiliter deteſtaris,diuidere ab eo, quem tuis diceris prætuliſſe. Si autẽ & hoc nõ po/
tes,reuerere certe tuos.Si non potes deſerere, uel honeſtius ſodali tuo utere. Separentur do
mus ueſtræ,diuidaturq; conuiuium,ne maledici homines ſub uno tectulo uos manentes, le
ctulum quoq; criminentur habere cõmunem.Potes & ad neceſſitates tuas quale uoluiſti ha
bere ſolatium,& aliqua ex parte publica carere infamia.Quanquam cauẽda ſit macula,quæ
nullo nitro ſecundum Hieremiam, nulla fullonum herba elui poteſt. Quando uis ut te ui/
deat & inuiſat,adhibe arbitros,amicos,liberos,ſeruulos. Bona conſcientia nullius oculos fu/
git.Intret intrepidus,ſecurus exeat. Taciti oculi,& ſermo ſilens,& totius corporis habitus,uel
trepidatio/

A trepidationem interdum,uel ſecuritatem loquuntur.Aperi quæſo aures tuas, & clamorẽ totius ciuitatis exaudi.Iam perdidiſtis ueſtra uocabula,& mutuo ex uobis cognomina ſuſcepiſtis: tu illius diceris,& ille tuus.Hæc mater audit & frater: paratiq; ſunt, & precantur uos ſibi diuidere, & priuatam ueſtræ coniunctionis infamiam laudem facere communẽ. Tu eſto cũ matre,ſit ille cum fratre. Audentius diliges ſodalem fratris tui,honeſtius amabit mater amicum filij quàm filiæ ſuæ.Quod ſi nolueris,ſi mea monita rugata fronte contempſeris,epiſtola tibi hæc uoce libera proclamabit: Quid alienum ſeruum obſides? Quid miniſtrum Chriſti famulum tibi facis? Reſpice ad populum:ſingulorum facies intuere.Ille in eccleſia legit,in te aſpiciunt uniuerſi,niſi quod penè licentia coniugali de tua infamia gloriaris.Nec iam ſecreto dedecore potes eſſe contenta.Procacitatem libertatem uocas.Facies meretricis facta eſt tibi,neſcis erubeſcere. Iterum me malignum,iterum ſuſpitioſum & rumigerulũ clamitas. Ego ne ſuſpitioſus? ego ne maliuolus? qui ut in principio epiſtolæ præfatus ſum,ideo ſcripſi,quia non ſuſpicabar.An tu negligens,diſſoluta,contemptrix:quæ annos nata uiginti quinq;,adoleſcentem necdum bene barbatulum,ita brachijs tuis,quaſi caſſibus incluſiſti? Optimum reuera pędagogum,qui te moneat,qui aſperitate frontis terreat.Et quanquam in nullis ætatibus libido ſit tuta:tamen uel cano capite,ab aperta defendit ignominia. Veniet,ueniet tempus,dies enim allabitur dũ ignoras, & iſte formoſulus tuus,quia cito ſeneſcunt mulieres,maxime quæ iuxta uiros ſunt, uel ditiorem reperiet uel iuniorem. Tũc te pœnitebit conſilij tui, & tedebit pertinaciæ, quando & rem & famam amiſeris, quando quod male iunctum fuerat,diuidetur bene.Niſi forte ſecura es,& coaleſcente tanti temporis charitate,diſſidium non uereris.Tu quoq; mater quæ propter ætatem maledicta nõ metuis,noli ſic uindicare ut pecces.Magis à te diſcat filia ſeparari, quàm tu ab illa ſeiungi. Habes filium & filiam & generũ, imò & contubernalem filiæ tuæ. Quid quæris aliena ſolatia, & ignes iam ſopitos ſuſcitas? Honeſtius eſt tibi ſaltem culpam filiæ ſuſtentare,quàm occaſionem tuæ quærere. Sit tecum filius monachus,pietatis uiduitatiſq; præſidium.Quid tibi alienum hominem quæris, in ea
B præſertim domo,quæ filium & filiam capere non potuit? Eius iam ætatis es,ut poſſis nepotes habere ex filia: Inuita ad te utrunq;. Reuertatur cum uiro,quæ ſola exierat.Virũ dixi,nõ maritum. Nemo calumnietur. Sexum ſignificare uolui, non coniugium. Aut ſi erubeſcit & retractat, & domum in qua nata eſt arbitratur anguſtam, uos ad eius hoſpitium pergite, quamuis arctum ſit, facilius matrem & fratrem capere poteſt quàm hominem alienum, cũ quo certe in domo una ſine cubiculo,caſta manere non poterat. Sint in una domo duæ fœminæ,& duo maſculi.Si autẽ & tertius ille γηροβόσκος tuus abire non uult, & ſeditiones ac turbas concitat,ſit biga,ſit triga,frater ueſter ac filius,& ſororem illi exhibebis & matrẽ. Alij uitricum & generum uocitent, ille nutritium appellet & fratrem. Hæc ad breuem lucubratiunculam celeri ſermone dictaui, uolens deſiderio poſtulantis ſatisfacere,& quaſi ad ſcholaſticam materiam me exercens. Eadem enim die mane pulſabat oſtium, qua profecturus erat.Simulq; ut oſtenderem obtrectatoribus meis,quod & ego poſſem quicquid ueniret in buccam dicere.Vnde & de ſcripturis pauca perſtrinxi: nec orationem meam, ut in cæteris libris facere ſolitus ſum, illarum floribus texui. Extemporalis eſt dictatio,& tanta ad lumen lucernulæ facilitate profuſa, ut notariorum manus lingua præcurreret, & ſigna ac furta uerborum uolubilitas ſermonum obrueret. Quod idcirco dixi, ut qui non ignoſcit ingenio, ignoſcat uel tempori.

SCHOLIA

1 VCilianum quippiam retuliſti. Palàm alluſit ad id quod Horatius ſcripſit de Lucilio ſatyrico. At idem quod ſale multo Vrbem defricuit, charta laudatur eadem. Salem uocat dicta ſalſa ac mordacia. Et defricare, pro taxare & tangere poſitum eſt. Iurgantibus atque negantibus cunctis.) Etenim ſi conſentientes uniuerſi, negent ſe tales, quales tu prædicas:nimirum quod uides,non uides: & quod audis,non audis. Veſtram euariare.) Quidam codices habebant,orare.Ego legendum cenſeo curare. Surdis narrare fabulam.) Prouerbium eſt, ubi quis nihil agit ſuadendo. Venena ſerpentina.) Serpentina ſeu ſerpẽtino ſupereſt:legendũ,uenena tollũtur antidoto

antidoto. Coràm te uocant.) Coràm hic aduerbium est. Et omnes tecum &c.) Et hic locus uari C
us habebatur in exemplaribus. Opinor ita legendum: Et omnes te, cum aliquid eorum quæ suadent, detrectans feceris, puram, simplicem &c. Legimus in scholis.) Exemplum eius qui amore contabuit, 2
cuius statua posita fuerat in publico. Spirantia dixit, quasi uiua. quod ueluti uiuum hominem represen/taret. Ita Vergilius: Excudent& alij spirantia mollius æra. Sed rosulum & in sordibus.) Quidam codices habebant Trossulum: legendum censeo, Torosulum: ut intelligas hominem non exhaustum uigilijs & ieiunijs, sed bene curata cute & obeso corpore, etiam si parum nitide cultum alias. Antiqui equites Romanos Trossulos appellabant, quæ quidem appellatio uidetur in iocum prouerbialẽ abisse. Persius: Trossulus exultat tibi per subsellia læuis. Sed torosulus magis placet. Quanquam Nonius indicat, Trossulos dictos quasi torosulos, citans Varronem ex Sesquiulysse, Nunc emũt Trossuli nardo niti di uulgo Attico talento equum. Festus admonet, Trossulos dictos equites, quod oppidum Thusco/rum Trossulum sine opera peditum ceperint. Iidem dicebantur Celeres, à Celere, qui Remum inter/fecit. Ille parasitum.) παρὰ iuxta, & σῖτος cibus. Vnde qui libenter cibo uescuntur alieno, parasiti uocabantur. Iste impostorem.) Qui arte fallunt, impostores appellantur, uelut qui uitreas gemmas pro natiuis uendunt. Hic hæredipetam.) Id est, captatorem testamentorum. Portare matulam.) 3
Quædam exemplaria habebant mapulam: nonnulla mattulam. E gemino mendo conijcere licet, legendum esse matulam. Id est uas, in quod redditur lotium. Erat abiectissimum obsequij genus porrigere matulam. Meminit hac de re in epistola ad Nepotianum. Nullo nitro.) Locus est apud Hieremiam capite secundo: Si laueris te nitro & multiplicaueris tibi herbam Borith, maculata es in iniquitate tua coràm me. Porrò Borith indicat Hieronymus Septuaginta uertisse herbam fullonum. Borith autem esse herbam, quę in Palæstina nascatur locis humectis, habens eandem fermè uim quam habet nitrum. Nitrum autem quiddam est non dissimile sali, quod ob acrimoniam olim ad lauandas uestes adhiberi consueuit. Et tertius ille.) Græca uox hoc loco uaria subijcitur in exemplaribus. Nec magni refert, aliorum errores percensere. Dubium non est quin legendum sit γηροβόσκῳ. Sic enim Græce uocatur, qui senilem ætatem parentis aut amici fouet ac sustinet, & γηροβοσκεῖν, alere senem. à γῆρας senectus, & βόσκω pasco.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Diaconus quidam impostor fugiens maritũ, cuius uitiauerat uxorem, episcopi sui literis Hieronymo commendatus, uenerat in Bethlehem, simulans se uelle monachũ fieri. Receptus est. Hic in ipsis sacris locis ausus est uirginem quandam ad stuprum solicitare. Deprehenso & ueniam petenti, ignouit Hiero nymus. Is deinde passim cœpit obtrectare famæ sancti uiri. Admonet igitur eum, ut ingressus mona sterijũ aliquod, pœnitentiæ laboribus expiet sua commissa. Apparet hoc quoque thema, declamatoria ratione tractatum ab Hieronymo. D

OBIVRGATIO GRAVIS IN SABINIANVM DIACONVM.

SAmuel quondam lugebat Saulem, quia pœnituerat dominum, quod unxisset eum regem super Israel. Et Paulus Corinthios, in quibus audiebatur fornicatio: & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, & quidem uoce flebili commonebat, dicens: Ne cũ rursus uenero, humiliet me deus apud uos, & lugeam multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditijs, quas gesserunt in im/pudicitia & fornicatione. Si hoc propheta & Apostolus nulla ipsi labe maculati, clemẽti in cũctos mente faciebant: quãto magis ego ipse peccator, in te debeo facere peccatore, qui nõ uis erigi post ruinam, nec oculos ad cœlum leuare: sed prodacta patris substãtia, porcorũ sili quis delectaris, & superbię prærupta conscendens, præceps laberis in profundum? Deũ uen trem uis habere pro Christo, seruis libidini, gloriaris in carne & confusione tua, & quasi pinguis hostia in mortem propriam saginaris, imitarisq; eorum uitam, quorum tormenta non metuis: ignorans, quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te hortetur. Secundum autẽ du/ritiam tuam & cor impœnitẽs, thesaurizas tibi irã in die iræ. An idcirco induratur iuxta Pharaonem cor tuum, quia non statim percuteris, & differris diu ad pœnam? Et ille dilatus est: & decem plagas, non quasi ab irato deo, sed quasi à patre commonente sustinuit, donec in peruersum acta pœnitentia, populum quem dimiserat per deserta sequeretur, & ingredi au/deret maria: per quæ sola doceri potuit, timori habendum eum, cui etiam elementa seruiunt. Dixerat & ille: Non noui dominum, neq; dimitto Israel, Quem tu imitans loqueris: Visio quam hic uidet, in dies longos est, & in tempora lõga iste prophetat. Propter quod dicit idẽ propheta: Hæc dicit Adonai dominus: Nõ prolongabuntur amplius omnes sermones mei, quoscunq; loquar, quia loquar uerbum & faciam. Sanctus Dauid de impijs & de sceleſtis dicit, quo

A cit:quorum tu pars non modica,ſed princeps es:quod ſeculi felicitate fruerentur & dicerent: Quomodo cognouit deus,& ſi eſt ſcientia in excelſo? Ecce ipſi peccatores & abundantes in ſeculo obtinuerunt diuitias: penè lapſo pede & fluctuanti ueſtigio cauſabatur, dicens: Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum,& laui inter innocentes manus meas. Præmiſerat enim,quia æmulatus ſum ſuper iniqua agentes, pacem peccatorum uidens,quia non eſt reſpectus mor
1 ti eorum, & ſolida plaga in flagella eorum. In laboribus hominum non ſunt, & cum homi/nibus non flagellabuntur.Propterea tenuit eos ſuperbia, circundati ſunt iniquitate & impie/tate ſua. Egredietur ſicut ex adipe iniquitas eorum:tranſierunt in affectum cordis. Cogita/uerunt,& locuti ſunt mala, iniquitatem in excelſo locuti ſunt. Poſuerunt in cœlum os ſuum, & lingua eorum pertranſijt ſuper terram.Nónne tibi uidetur de te omnis pſalmus eſſe com/poſitus? Vegeto quippe es corpore,& nouus antichriſti Apoſtolus, cum in una notus fueris ciuitate,tranſgrederis ad aliam.Non indiges ſumptibus, non plaga forti percuteris. Et cum hominibus,qui non ſunt ut irrationabilia iumenta, corripi non mereris. Propterea elatus es in ſuperbiam,& ueſtimentum tuum fœdat luxuria,& quaſi ex aruina pingui & quodam adi pe eructans uerba mortifera, non te reſpicis eſſe moriturum, nec unquam poſt expletam li/bidinem pœnitentia remorderis.Tranſiſti in affectum cordis, & ne tibi ſolus uidearis erraſ/ſe, ſimulas nefanda de ſeruis dei, neſciens quod iniquitatem in altum loquaris, & ponas in cœlum os tuum. Nec mirum ſi à te qualeſcunq; ſerui dei blaſphementur, cum patremfami/lias beelzebub uocauerint patres tui.Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrū, nec ſeruus ſupra do minum ſuum.Si illi in uiridi ligno tanta fecerunt,tu in me arido ligno quid facturus es? Ta/le quid & in Malachia plebs ſcandalizata credentium,de ore tuo loquitur:Dixerunt, uanus eſt qui ſeruit deo.Et quid plus? Quia cuſtodiuimus mãdata eius,& quoniam iuimus ſuppli/cantes ante faciem dei omnipotentis.Et nunc nos beatos dicimus alienos.Reædificantur om nes qui faciunt iniqua.Aduerſati ſunt deo,& ſalui facti ſunt. Quibus poſtea diem iudicij do
B minus cõminatur,& quid inter iuſtum & iniuſtum futurum ſit, multo ante prænuncians,ait: Et conuertimini:& uidebitis quid ſit inter iuſtum & iniuſtũ,inter ſeruientem domino,& non ſeruientem domino. Hæc tibi ridicula forte uideantur, qui comœdis & lyricis ſcriptoribus, mimis & lentulis delectaris, quanquam ne iſta tibi quidem prę nimia cordis hebetudine in/telligenda conceſſerim. Prophetarum uerba contemnas, ſed reſpondebit Amos: Et in tri/bus & in quatuor impietatibus,nónne auerſabor eum dicit dominus? Quoniam enim Da/maſcus, Gaza, Tyrus, Idumæa, Ammonitæ,& Moabitæ, Iudæi quoq; & Iſrael ſæpe ad ſe dei uaticinio deſtinato, ut agerent aliquando pœnitentiam, audire contempſerunt, iræ ſuæ quã illaturus eſt dominus cauſas iuſtiſſimas profert, dicens: In tribus & quatuor impietati/bus nónne auerſabor eos? Sceleratũ eſt,inqt,mala cogitare,cõceſſi.Nequius eſt male cogi/tata uelle perficere,& hoc pro mea miſericordia benignus indulſi.Nunquid & opere implen dum peccatum fuit? & mea ſuperbe calcanda clementia? Tamen & poſt factum, quia malo pœnitentiam peccatoris q̃ mortem (non enim ſani opus habẽt medico,ſed male habentes) iacenti manũ porrigo,& conſperſum in ſanguine ſuo, ut proprijs fletibus lauetur exhortor. Quod ſi nec ſic pœnitentiam uult agere,& fracto nauigio tabulã, per quam ſaluari poterat, non retentat,cogor dicere:Super tribus & quatuor impietatibus nónne auerſabor eum,dicit dominus? auerſionem ducens pro pœna,dum ſuæ peccator relinquitur uoluntati. Inde eſt quod peccata patrum in tertiam & quartam generationem reſtituit, dum nõ uult ſtatim pu/nire peccantem:Sed ignoſcens primis,poſtrema cõdemnat. Alioqui ſi protinus ſcelerũ ultor exiſteret,& multos alios,& certe Paulum apoſtolum eccleſiæ non haberẽt.Ezechiel prophe/ta,cuius ſupra fecimus mentionem,dei uerbum ad ſe factum referens, ait: Aperi os tuum,& manduca quæ ego dabo tibi.Et uidi,inquit,& ecce manus extenta ad me,& in ipſa uolumen libri.Et reuoluit illud in conſpectu meo,& in ipſo ſcriptum erat,à facie & retrorſum, lamen/tum & carmen,& uæ.Prima ſcriptura ad te pertinet,ſi tamen uolueris agere pœnitentiã poſt delictum.Secunda ad ſanctos,qui ad dei canticum prouocantur. Non eſt enim pulchra lau

datio in ore peccatoris. Tertia ad tui ſimiles: qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt immun- c
diciæ & fornicationi, & uentri, & his quæ infra uentrem ſunt: qui putant omnia morte finiri, & nihil eſſe poſt mortem, & dicunt: Tempeſtas ſi tranſierit, non ueniet ſuper nos. Liber ille, quem propheta deuorat, omnis ſeries ſcripturarũ eſt. In quibus & pœnitens plangitur, & iuſtus canitur, & maledicitur deſperans. Nihil ita repugnat deo, quàm cor impœnitens. Solum crimen eſt, quod ueniam conſequi non poteſt. Si enim ei ignoſcitur poſt peccatum, qui peccare deſiſtit, & ille flectit iudicem qui rogat: impœnitens autem omnis ad iracundiã prouocat iudicantem: ſolum deſperationis crimen eſt, quod mederi nequeat. Porrò ut ſcias deum quotidie peccatores ad pœnitentiam prouocare: qui ſi rigidi perſtiterint, de clemente eum ſeuerum & trucem faciũt: audi Eſaiæ uerba dicentis: Et uocabit, inquit, dominus Sabaoth in die illa ad fletum, & planctum magnũ, & decaluationem, & accinctionem ciliciorum. Ipſi uero fecerunt læticiam & exultationem, mactantes uitulos, & immolantes oues, ut comederent carnes, & biberent uinũ, dicentes: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Poſt quas uoces & perditæ mentis audaciam, ſcriptura commemorat, dicens: Et reuelata ſunt hæc in auribus domini Sabaoth, non remittetur uobis hoc peccatum, donec moriamini. Si enim peccato mortui fuerint, tunc eis remittetur peccatum: quod quamdiu in peccato uixerint, non dimittitur. Parce quæſo animæ tuæ. Crede dei filium futurũ eſſe iudicem. Recordare à quo epiſcopo diaconus ordinatus ſis. Nec mirũ quamuis ſanctum hominem, tamen in homine deligendo potuiſſe falli, cum & deum pœniteat, quod Saul in regem unxerit: Et in duodecim Apoſtolis Iudas ſit proditor repertus, & de quondã ordinis tui hominibus Nicolaus Antiochenus, immundiciarum omnium & Nicolaitarum hæreſeos autor extitiſſe referatur. Non tibi illa nunc replico, quod plures uirgines ſtupraſſe narreris, quod à te nobilium uiolata matrimonia, publico cæſa ſint gladio, quod per lupanaria impurus & helluo cucurriſti. Magna quidem iſta ſunt pondere ſuo, ſed fiunt eorum quæ illaturus ſum comparatione leuiora. Rogó quantum crimen eſt, ubi ſtuprum & adulterium parum eſt? Infeliciſſime mortalium, tu D
ſpeluncam illam, in qua dei filius natus eſt, & ueritas de terra orta eſt, & terra dedit fructum ſuum, de ſtupro condicturus ingrederis. Non times ne de præſepi infans uagiat, ne puerpera uirgo te uideat, ne mater domini contempletur? Angeli clamant, paſtores currunt, ſtella deſuper rutilat, Magi adorant, Herodes terretur, Hieroſolyma conturbatur, & tu cubiculũ uirginis, decepturus uirginem irrepis? Paueo miſer, & tam mente, q̃ corpore perhorreſco, ponere tibi uolens ante oculos tuos, opus tuum. Tota eccleſia nocturnis uigiliȝ Chriſtũ dominum perſonabat, & in diuerſarũ gentiũ linguis, unus in laudibus dei ſpiritus concinebat. Tu inter oſtia quondam præſepis domini, nunc altaris, amatorias epiſtolas fulciebas, quas poſtea illa miſerabilis, quaſi flexo adoratura genu, inueniret & legéret. Et ſtabas deinceps in choro pſallentium, & impudicis nutibus loquebaris. Proh nefas, non poſſum ultra progredi. Prorumpũt lachrymæ anteq̃ uerba, & indignatione pariter ac dolore, in ipſo meatu fauciũm ſpiritus coartatur. Vbi mare illud eloquentiæ Tullianæ? Vbi torrens fluuius Demoſthenis? Nũc profecto muti eſſetis ambo, & ueſtra lingua torpeſceret. Inuenta eſt res, quã nulla eloquentia explicare queat. Repertũ eſt facinus, quod nec Mimus fingere, nec Scurra ludere, nec Atellanus poſſit effari. Moris eſt in Aegypti & Syriæ monaſteriȝ, ut tam uirgo q̃ uidua, quę ſe deo uouerint, & ſeculo renunciantes omnes delitias ſeculi cõculcarint, crinem monaſteriorum matribus offerant deſecandũ, non intecto poſtea cõtra Apoſtoli uoluntatem inceſſuræ capite, ſed ligato pariter ac uelato. Nec hoc quiſpiã, præter tondentes nouit & tonſas, niſi quod quia ab omnibus fit, penè ſcitur ab omnibus. Hoc autem duplicem ob cauſam, de conſuetudine uerſum eſt in naturam: uel quia lauacrum non adeunt: uel quia oleũ nec capite nec ore norunt, ne à paruis animalibus, quæ inter cutem & crinem gigni ſolent & concretis ſordibus, opprimantur. Videamus igitur, tu uir bone inter iſta quid feceris. Futuro matrimonio, in ſpelunca illa uenerabili, quaſi quoſdam obſides accipis capillos, ſudariola infelicis, & cingulum dotale pignus deportas, iurans ei te nullam ſimiliter amaturum. Deinde curris

ad paſtorum

A ad pastorum locum,& angelorum desuper strepitu concinente,in eadem uerba testaris. Ni/
hil dico amplius,quod in oscula rueris,quod amplexatus sis. Totum quidem de te credi po/
test,sed ueneratio præsepis & campi non me sinunt plus credere, quàm te uoluntate tantum
& animo corruisse.Miser:Nónne quando in spelunca cum uirgine stare cœpisti,caligauerũt
oculi tui,lingua torpuit,conciderunt brachia,pectus intremuit,nutauit incessus? Post aposto
li Petri Basilicam,in qua Christi flammeo cõsecrata est,post crucis & resurrectionis & ascen
sionis dominicæ sacramenta,in quibus rursum se in monasterio uicturam spoponderat, au/
des crinem accipere tecum noctibus dormituræ,quem Christo messuerat in spelunca? Dein
de à uespere usq; mane fenestræ illius assides,& quia propter altitudinem, hærere uobis co/
minus non licebat,per funiculum,uel accipis aliquid,uel remittis. Vide quanta diligentia do
mini fuerit,ut nunquam domi uirginem,nisi in ecclesia uideris: & cum talem uterq; uestrum
habuerit uolũtatem,nisi per fenestram nocte facultas uobis non fuerit colloquendi. Orieba
tur tibi, ut postea didici, sol inuito.Exanguis,marcidus, pallidus, ut suspitione omni careres,
euangelium Christi,quasi diaconus lectitabas.Nos pallorem ieiunij putabamus, exangue
os contra institutum ac morem tuum,quasi confectum uigilijs mirabamur.Iam tibi & scalæ
per quas deponeres miseram parabantur,iam iter dispositum,decreta nauigia, condicta di/
es,fuga animo pertractata: & ecce angelus ille cubiculi Mariæ ianitor, cunarum domini cu/
stos,& infantis Christi gerulus,coràm quo tanta faciebas, ipse te prodidit. O funestos ocu/
los meos,ò diem illum omni maledictione dignissimum,in quo epistolas illas quas hucusq;
retinemus,consternata mente legi.Quæ ibi turpitudines? quæ blanditiæ? quanta de condi/
cto stupro exultatio? Hæccine diaconum,non dicam loqui,sed scire potuisse? Vbi miser ista
didicisti,qui in ecclesia te nutritum esse iactabas? Nisi quod in eisdem epistolis iuras te nun/
quam pudicum,nunquam fuisse diaconum.Si negare uolueris,manus tua te redarguet, ipsi
apices proclamabunt. Habeto igitur interim lucrum sceleris, non possum tibi ingerere quæ
B scripsisti. Iaces itaq; aduolutus genibus meis,& misericordiam,ut tuis uerbis utar, sanguinis
2 deprecaris.Et ò te miserum,neglecto iudicio dei,me tantum quasi uindicem times.Ignoui fa
teor. Quid enim aliud possum tibi facere Christianus? Hortatus sum ut ageres pœnitenti/
am, & in cilicio & cinere uolutareris,ut solitudinem peteres,ut uiueres in monasterio, ut dei
misericordiam iugibus lachrymis implorares.At tu bonæ spei columen,excetræ stimulis in/
flammatus,factus es mihi in arcum peruersum,& contra me conuiciorum sagittas iacis. Ini/
micus tibi factus sum,uera dicens. Non dolebo de maledictis.Quis enim nesciat, nihil nisi
flagitiosum tuo ore laudari? Hoc plango,quod te ipse non plangis, quod te non sentis mor
tuum,quod quasi gladiator paratus libitinæ in proprium funus ornaris. Amiciris linteis, di/
gitos anulis oneras,dentes puluere teris,raros in rubenti caluaria digeris capillos,taurina cer
3 uix toris adipeis intumescens, nec quia propter libidinem fracta est, inclinatur. Super hæc
unguenta fragras,mutas balneas, & contra renascentes pilos pugnas, per forum ac plateas
nitidus ac politus amator incedis. Facies meretricis facta est tibi, nescis erubescere. Conuer/
tere miser ad dominum,ut ad te dominus conuertatur.Age pœnitentiam, ut & ille agat pœ/
nitentiam super omnibus quæ locutus est malis,ut faceret tibi. Quid neglecto uulnere pro/
prio alios niteris infamare? Quid me bene tibi & sedulo cõsulentem,quasi phreneticus mor/
su laceras? Esto,ego flagitiosus sim,ut uulgò iactitas, saltem mecum age pœnitentiam. Cri/
minosus, ut simulas, imitare lachrymas criminosi. Num mea peccata uirtutes tuæ sunt? An
malorum tuorum putas solatium, si multos tui similes habeas? Fluant paululum de oculis
lachrymæ, inter sericum & linteamina,quibus tibi uideris fulgidus & formosus, intellige te
nudum,conscissum,sordidatum,mendicantem.Nunquam est sera pœnitentia.Quamuis de
Hierosolymis descenderis,& sis in itinere uulneratus,inde te Samaritanus impositũ iumen/
to,curandumq; ad stabulum referet. Sed & si mortuus iaces in sepulchro, tamen & fœten/
tem dominus suscitabit.Imitare saltem cæcos illos,propter quos saluator dimittens domum
suam & hæreditatem suam,Hiericho uenit.Sedentibus in tenebris & umbra mortis lux orta

eſt eis. Qui poſtquam præterire dominũ cognouiſſent, cœperunt clamare, dicentes: Fili Da c
uid miſerere noſtri. Poteris & tu uidere, ſi clames, ſi accitus ab eo ſordida ueſtimenta proïci-
as. Cum conuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris, & tunc ſcies ubi fueris. Tangat modice cica-
trices tuas, pertractet luminum quondam tuorũ ueſtigia. Licet ab utero ſic genitus ſis, & in
delictis cõceperit te mater tua, aſperget te hyſopo, & mundaberis: lauabit te, & ſuper niuem
dealbaberis. Quid incuruus terræ hæres, & totus in cœno iaces? Illa quam decem & octo an
nis ſatanas uinxerat, poſtquam à ſaluatore curata eſt, cœlũ erecta ſuſpexit. Quod ad Cain
dictum eſt, tibi dictum puta: Peccaſti quieſce. Quid longius recedis à facie dei, & habitas in
terra Naim? Quid totus in ſalo fluctuas, nec ſtatuis ſupra petram pedem tuum? Caue ne te
Phinees cum Madianitide fornicantẽ ſua haſta configat, qui plus quàm Thamar uirginem 4
frater & conſanguineus polluiſti: uerſus in Abſalom, occidere eum cupis, qui te rebellantem
plangit & mortuũ. Clamat contra te ſanguis Nabuthæ, & uinea Ieſraël, hoc eſt ſeminis dei,
quam in hortum uoluptatis & laſciuiæ holera conuertiſti, dignam de te ultionem repoſcit.
Mittitur tibi Helias, tormentum & interitum nuncians. Incuruare, & ſacco ueſtire pauliſper,
& de te poterit dicere deus: Vidiſti, quia reueritus fuerit Achab à facie mea? Non ſuperdu-
cam maliciam in diebus eius. Sed forte blandiris tibi, quod à tali epiſcopo diaconus ordina-
tus es. Iam ſuperius dixi, nec patrem pro filio, nec filium pro patre puniri. Anima enim quæ
peccauerit, ipſa morietur. Et Samuel habuit filios qui receſſerũt à timore dei, & abierũt poſt
auaritiam & iniquitatem. Et Heli ſacerdos ſanctus fuit, ſed habuit filios: qui, ut in Hebræo-
rum uoluminibus legimus, fornicabantur cum mulieribus in tabernaculo dei, & in ſimilitu-
dinem tui, impudenter ſibi dei miniſterium uendicabant. Vnde & locus tabernaculi ipſe ſub
uerſus eſt, & propter uitia ſacerdotum dei, ſanctuarium deſtitutum eſt. Quanquam & ipſe
Heli dum eſt nimium lenis in filios, offendit deum. Tantumq; abeſt, ut te ualeat epiſcopi tui
iuſticia liberare, ut timendum ſit, ne propter te de ſolio ſuo corruens, pereat inſanabilis. Oza
leuites arcam domini, quam portare ipſe debuerat, quaſi ruentem ſuſtentare uoluit, & per- D
cuſſus eſt. Quid de te futurũ putas, qui ſtantem arcã domini præcipitare conatus es? Quan-
to magis epiſcopus qui te ordinauit probabilis eſt, tanto tu amplius deteſtandus, qui talem
hominem fefelliſti. Solemus mala domus noſtræ ſcire nouiſſimi, ac liberorum & coniugum
uitia, uicinis canentibus ignorare. Nouerat te omnis Italia. Vniuerſi te ſtare ante altare Chri-
ſti ingemiſcebant. Nec tu tam callidus eras, ut prudẽter tua uitia cælares. Sic æſtuabas, ſic ſu-
bantem te & laſciuientem huc atq; illuc rapiebat uoluptas, ut quaſi quoſdã triumphos, pal-
mamq; uitiorum de expletis libidinibus ſubleuares. Deniq; inter gladios barbari mariti, &
mariti potentis excubias, impudicitiæ flamma te rapuit. Non timuiſti in illa domo adulteri-
um facere, in qua ſine iudice læſus uir ſe poterat ulciſci. Duceris ad hortulos, ad ſuburbana
pertraheris, tam libere & inſane te agis, ut abſente marito uxorem te putes habere, non adul-
teram. Vnde per quoſdam cuniculos dum illa tenetur, erumpis. Romam occultus ingrede-
ris, latitas inter Samnitas latrones, & ad primum mariti nunciũ, quod nouus tibi ex alpibus
Hannibal deſcendiſſet, nauigio te credis intuto. Tanta fugę celeritas fuit, ut tempeſtatem ter
ra duceres tutiorem. Veniſti utcunq; in Syriam, inde te uelle Hieroſolymam trãſcendere, &
ſeruiturũ domino polliceris. Quis nõ ſuſciperet eum, qui ſe monachũ promittebat, pręſertim
ignorãs tragœdias tuas, & epiſcopi tui cõmendatitias ad cæteros ſacerdotes epiſtolas legẽs?
At tu infelix transfigurabas te in angelũ lucis, & miniſter ſatanę, miniſtrũ iuſticiæ ſimulabas.
Sub ueſtitu ouiũ latebas lupus, & poſt adulterium hominis, adulter Chriſti eſſe cupiebas.
Hæc idcirco retuli, ut totã tibi ſcenã operũ tuorũ, quaſi in breui depingerem tabella, & geſta
tua ante oculos tuos ponerem, ne miſericordiã domini nimiamq; clementiã, materiam exi-
ſtimes delictorũ, rurſum crucifigens tibimetipſi filium dei, & oſtentui habens, & non legens
illud quod ſequitur. Terra enim uenientem ſæpe ſuper ſe bibens imbrem, & generans her-
bam opportunã illis à quibus colitur, accipit benedictionem à domino. Proferens autem ſpi-
nas & tribulos, reproba eſt & maledicto proxima, cuius conſummatio ſit in combuſtionem.

Scholia

A

SCHOLIA.

1 IT ſolida plaga in flagella.) Locus eſt ex pſal.lxxij.tametſi ſecus habet æditio uulgata, etiam Græcorũ.Hebræi ſic habent וּבְרִיא אוּלָם & firmũ palatium. Si in uiridi ligno.) Verba ſunt Chriſti Lucę xxiij.Se Chriſtus uiride lignũ uocat,ut iuuenem & innoxiũ,& uirtutum frondibus uirentem. De ore tuo loquitur.) Id eſt,tuis uerbis.Nã ita ſentis ut illi loquuntur. Quidam codices habebant,choro pro ore.Locus aũt eſt apud Malachiam cap.iij. Qui comœdis.) Comœdi qui agunt comœdias.Lyrici uerſus,qui ad lyram canũtur. Mimi, qui ſcribũt uerſus in ſcena repræſentandos. Et Lentulis.) Explicat quid dixerit mimis,quod Lentulus inter primos celebris mimographus fuerit.Quædã exemplaria pro Lentulis habebant clientulis,ſed mendoſe. Nicolaus Antiochenus.) Hic unus ex ſeptem primis diaconis fuit electus , ut habes in Actis apoſtolorum. Cæterũ pro neophytarũ,& ophitarũ,quas uoces in codicibus reperi,ſcribendum Nicolaitarum: quorum meminit Auguſtinus in lib. ad Quoduultdeũ. Fit item mentio in Decretis pont. Vbi mare illud.) Ciceroni mare tribuit,ob copiã:Demoſtheni torrentem,ob uim & impetũ. Nec mimus effingere.) Et carmen ipſum mimus uocatur,& ſcriptor,& hiſtrio,qui pronunciat,à uerbo μιμέω, quod eſt imitor,quod hiſtriones etiã citra uocem aliquoties geſticulatione corporis quiduis repręſentẽt. Nec
2 Atellanus.) Atellanus dicitur obſcœnarũ fabularum obſcœnus geſticulator,ut alibi dictũ eſt. Et miſericordiam ſanguinis.) Locus hic ut deprauatus,diuerſus habebatur in exemplaribus.Quædam habebant:Et heminam ſanguinis,ut intelligas, minimũ ſanguinis. Quædã miſericordiã ſanguinis, ut accipias,uulgus his uerbis ſolere deprecari capitis periculũ.Oſtẽdit enim uerba uulgi eſſe & inepta,non ſua,cum adijcit, Vt tuis uerbis utar. Paratus libitinæ.) In omnibus , quæ quidem uiderim exemplaribus habebatur,paratus libidine.Sed refragantibus illis non ſum ueritus mutare libitinæ.Sic enim mortem uocant poetæ.Horat. Niſi quod libitina ſacrauit. Dentes puluere teris.) Puluiſculum intellige,confectũ ex aromatibus, quo olim delicati diuites purgabãt dentes. Raros in rubenti caluaria.) Magis ridiculum erat,comendi capillitij ſtudioſum eſſe,qui pauculos haberet pilos. Addidit rubenti, uel quod bene paſtus eſſet , uel quod caluis ferè rubet caluaria . Porrò digeris dixit pro diſponis
3 & ordinas. Mutas balneas.) Id eſt,ſubinde alia atq; alia adis balnea.Quarũ uſus putatur obſtare ne ſylueſcant pili,& leue ſeruare corpus.Ita Perſius: Elixasq; nates labefactes forcipe adunca. Domum ſuam & hæreditatem.) Alluſit ad uerba Hieremiæ cap.xij. Reliqui domũ meam,dimiſi hæreditatem
B meam,dedi dilectã &c.Iuxta Hiericho ſanati ſunt cæci. Si accitus ab eo, ſordida.) Lucæ xviij cap. legis cæcum accerſitum à Ieſu,& ita ſanatũ. Et tunc ſcies ubi fueris.) Quod ut cæci,ſic & impij in tenebris ambulent,neſcientes in quantis uerſentur malis,niſi deus illis aperuerit oculos. Pertractet luminum tuorũ.) Apud Math.cap.ix.Ieſus tangit oculos cæcorũ, atq; ita ſanat. In terra Naim.) Alluſit ad uocem Hebraicã,Naim enim ſonat fluctũ,ſiue commotionem . Eſt oppidũ eius nominis in Iudæa,in quo Ieſus ſuſcitauit filiũ uiduæ. Apud Græcos item σάλος undarũ motum & iactationem ſignificat,à σαλεύομαι. Vnde poetæ mare ſalum uocant. Cum Madianitide.) Hiſtoria eſt in lib. Numerorum cap. xxv. Quidam codices habebant,ſero haſta configat. Quidã, ferro haſtæ. Quidã Syro-
4 maſtæ. Qui pluſquã Thamar.) Ammon uitiauit ſororem ſuã Thamar,ut legimus Reg. lib.ij.capite xiij.At ſacra uirgo pluſquã ſoror eſt. Verſus in Abſalom.) Nam is perſequebatur Dauid patrem, à quo tamen ſic amabatur,ut mortuũ defleuerit:Abſalom fili mi,fili mi Abſalom. Solemus mala domus.) Iuxta illud Iuuenalis: Dedecus ille domus ſciet ultimus. Subantem te & laſciuientem.) Subare eſt niti ad coitum.Horat. Iamq; ſubando,tenta cubilia,tectaq; rumpit. Vſus eſt hoc uerbo Plautus quoq;.Pleriq; codices habebãt deprauatũ,pro ſubantẽ,ſudantẽ. Inter Samnitas latrones.) Cum his crebro pugnatũ eſt à Romanis. Nauigio te credis incauto.) Pro incauto quidã habebant , intuto.Significat parũ tutam & incautã nauigationem,aut nauim minus tutam. Scenam operũ.) E Scena prodibant actores,qui fabulam repræſentabant. Vnde comœdiæ ſcenis diſtinguuntur . Etiam ſcenam umbram uocant.Illud autem ſentit , ſe uitam illius obſcuram in medium protuliſſe,& publicaſſe.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Vercellæ, maritus quidam uxorem innoxiam detulerat adulterij , conijcitur in carcerem una cum iuuene quẽ accuſarat maritus,admouentur tormenta.Iuuenis impatiens,cõfeſſus eſt quod non admiſerat.Mulier cõſtanter negauit. Vterq; damnatus ducitur ad ſupplicium. Ille occiditur: hæc ſæpius icta uixit,demũ admoto iugulo mucrone,uiſa eſt mori.Sublatũ cadauer reuixit.Huic cũ ad ſupplicium requireretur,Euagrius ab imperatore libertatẽ ſuis precibus impetrauit.Luſit in hac epiſtola D. Hieronymus artificio ſcribẽdę hiſtorię,& ſtilũ iam ſcribẽdi deſuetudine torpeſcentẽ,hac exercitatiũcula renouauit.

AD INNOCENTIVM DE MVLIERE SEPTIES ICTA.

SAepe à me Innocenti chariſſime poſtulaſti, ut de eius rei miraculo, quæ noſtra ætate acciderat,non tacerem.Cumq; ego id uerecunde & uere , ut nunc experior, negarem , meq; aſſequi poſſe diffiderem , ſiue quia omnis ſermo humanus infe-

rior esset laude cœlesti,siue quia ocium quasi quædam ingenij rubigo, paruulam licet facul- C
tatem,pristini siccasset eloquij:tu econtrario asserebas, in dei rebus non possibilitatem inspi- 1
ci debere, sed animum: neq; posse eum uerba deficere,qui credidisset in uerbo. Quid igitur faciam? Quod implere non possum,negare non audeo. Super onerariam nauem rudis uector imponor. Et homo qui necdum scalmum in lacu rexi, Euxini maris credor fragoribus. 2
Nunc mihi euanescentibus terris,cœlum undiq;,& undiq; pontus:nũc unda tenebris inhorrescens,& cæca nocte, nimborum spumei fluctus canescunt. Hortaris ut tumida malo uela suspendam, rudentes explicem, clauum regam. Pareo iam iubenti, & quia charitas omnia potest, spiritu sancto cursum prosequente confidam,habiturus in utraq; parte solatium.Si me ad optatos portus æstus appulerit, gubernator putabor. Si inter asperos orationis anfractus,impolitus sermo substiterit,facultatem forsitan requires, uoluntatem certe flagitare 3
non poteris. Igitur Vercellæ Ligurum ciuitas haud procul à radicibus alpium sita, olim potens,nunc raro est habitatore semiruta.Hanc cum ex more consularis inuiseret, oblatam sibi quandam mulierculam unà cum adultero, nam hoc crimen maritus impegerat, pœnali carceris horrore circundedit. Neq; multo post, cum liuidas carnes ungula cruenta pulsaret, & sulcatis lateribus dolor quęreret ueritatem, infeliciſſimus iuuenis uolens compendio mor- 4
tis longos cruciatus uitare,dum in suum mentitur sanguinem, accusauit alienum:solusq; omnium miser,merito iussus est percuti,qui non reliquit innoxiæ, unde posset negare. At uero mulier sexu fortior suo, cum eculeus corpus extenderet, & sordidas fœtore carceris manus post tergum uincula cohiberent, oculis quos tantum tortor alligare nõ poterat, suspexit ad cœlum, & uolutis per ora lachrymis: Tu,inquit,testis es domine Iesu: cui occultum nihil est, qui es scrutator renis & cordis: non ideo me negare uelle, ne peream,sed ideo mentiri nolle, ne peccem.At tu miser homo,si interire festinas,cur duos interimis innocentes? Equidem & ipsa cupio mori,cupio inuisum hoc corpus exuere,sed non quasi adultera, Præsto iugulum, micantem intrepida excipio mucronem,innocentiã tamen mecũ feram. Non moritur, quis- D
quis uicturus occiditur.Igitur consularis pastis cruore luminibus, ut fera, quæ gustatum sanguinem semper sitit,duplicari tormẽta iubet:& sæuũ dentibus frendens,similem carnifici minitatus est pœnã,nisi confiteretur sexus infirmior,quod non poterat robur uirile reticere.Succurre domine Iesu,ad unũ hominem tuum,cõplura sunt inuenta supplicia. Crines ligantur ad stipitem,& toto corpore ad eculeum fortius alligato,uicinus pedibus ignis apponitur,utrunq; latus carnifex fodit,nec papillis dantur induciæ:immota mulier manet,& à dolore corporis spiritu separato,dum conscientiæ bono fruitur, uetuit circa se sæuire tormenta. Iudex crudelis,quasi superatus attollitur:illa deum deprecatur. soluũtur membra compagibus: illa oculos ad cœlũ tendit. quasi de communi scelere alius confitetur: illa pro confitente negat,& periclitans ipsa,aliũ uendicat periclitantem. Vna interim uox est: Cæde,ure,lacera, non feci. Si dictis tollitur fides,ueniet dies,quæ hoc crimen diligenter discutiat: habeo iudicem meum.Iam lassus tortor suspirabat,ingemit:nec erat nouo uulneri locus. Iam uicta sæuitia,corpus quod laniarat horrebat.Ex templo ira excitus cõsularis: Quid miramini,inquit, circunstantes,si torqueri mulier mauult,quàm perire? Adulterium certe sine duobus cõmitti non potuit,& esse credibilius reor,noxiam ream negare de scelere,quàm innocentẽ iuuenem confiteri.Pari igitur prolata in utrũq; sententia,damnatos carnifex trahit,totus ad spectaculum populus effunditur, ut prorsus quasi migrare ciuitas putaretur, stipatis proruens portis turba densatur. Et quidem miserrimi iuuenis ad primum statim ictum amputatur gladio caput,truncumq; in suo sanguine uolutatur cadauer. Postquam uero ad fœminam uentum est,& flexis in terram poplitibus, super trementem ceruicem micans eleuatus est gladius, & exertam carnifex dexteram totis uiribus concitauit, ad primum corporis tactum stetit mucro letalis, & leuiter perstringens cutem,rasuræ modicæ sanguinem aspersit: imbellem manum percussor expauit,& uictam dexteram gladio marcescente miratus, in secundos impetus torquet.Languidus rursus in fœminam mucro delabitur,& quasi ferrum eam timeret attingere

A tingere circa ceruicem torpet innoxiam. Itaque furens & anhelans lictor, paludamento in
5 ceruicem retorto, dum toras expedit uires, fibulam quæ chlamydis mordebat oras, in hu-
mum excussit: ignarusq; rei, ensem librabat in uulnus. En tibi, ait mulier, ex humero aurum
ruit: collige multo quæsitum labore, ne pereat. Proh rogo quæ est ista securitas? Impenden-
tem non timet mortem: lætatur percussa, carnifex pallet: oculi gladium nō uidentes, fibulam
uident. Et ne parum esset, quod non formidabat interitum, præstat beneficium sæuienti. Iam
igitur & tertius ictus sacramentum frustratus erat trinitatis. Iam spiculator exterritus & non
credens ferro, mucronem aptabat in iugulum, ut qui secare non poterat, saltem premente
manu corpori conderetur. O omnibus res inaudita seculis. Ad capulum gladius reflectitur,
& uelut dominū suum uictus aspiciens, confessus est se ferire non posse. Huc huc mihi trium
exempla puerorum, qui inter frigidos flammarum globos hymnos ædidere pro fletibus,
circa quorum saraballa sanctamq; cæsariem, innoxium lusit incendium. Huc beati Danielis
reuocetur historia, iuxta quem adulantibus caudis, prædam suam leonum ora timuerunt.
Nunc Susanna nobilis fide, omniū subeat mentibus, quæ iniquo damnata iudicio, spiritu
sancto puerum replente saluata est. Ecce non dispar in utraq; misericordia domini. Illa libe-
rata per iudicem, ne iret ad gladium: hæc à iudice damnata, absoluta per gladiū est. Tandem
ergo ad fœminam uindicandam populus armatur. Omnis ætas, omnis sexus carnificem fu
gat, & cœtu in circulum coeunte exclamat. Non credit penè unusquisq; quod uidet. Turba-
tur tali nuncio urbs propinqua, & tota lictorū turma glomeratur. E quibus medius, ad quem
damnatorum cura pertinebat, erumpens, & caniciem immundam perfuso puluere turpans:
Quin meum, inquit, ò ciues petitis caput? me illi uicarium datis? Si estis misericordes, si cle-
mentes estis, si uultis seruare damnatā, innocens certe perire non debeo. Quo fletu uulgi con
cussus est animus, mœstusq; se per omnes torpor insinuat, & mirum in modum uoluntate
mutata, cum pietatis fuisset quod ante defenderāt, pietatis uisum est genus ut paterentur oc-
B cidi. Nouus igitur ensis, nouus percussor apponitur. Stat uictima, Christo tantū fauente mu
nita. Semel percussa concutitur, iterū repetita quassatur, tertio uulnerata prosternitur. O diui
næ potentiæ sublimāda maiestas: quæ prius fuerat quarto percussa, nec læsa, ideo post pau-
lum uisa est mori, ne pro ea periret innoxius. Clerici quibus id officij erat, cruentum linteo ca
dauer obuoluunt, & fossam humum lapidibus construentes, ex more tumulum parant. Fe-
6 stinato sol cursu occasum petit: & misericordia domini, celeriore cursu naturæ nox aduenit.
Subito fœminæ palpitat pectus, & oculis quærentibus lumen, corpus animatur ad uitā. Iam
spirat, iam uidet, iam subleuatur, & loquitur. Iam in illam potest uocem erumpere: Dominus
auxiliator meus, non timebo quid faciat mihi homo. Anus interim quędam, quæ ecclesiæ su
stentabatur opibus, debitum cœlo spiritum reddidit, & quasi de industria ordine currente re
rum, uicarium tumulo corpus operitur. Dubia adhuc luce, in littore diabolus occurrit: quærit
cadauer occisæ, sepulchrum sibi monstrari petit: uiuere putat, quam mori potuisse miratur.
Recens à clericis cespes ostenditur, & dudū superiecta humus, cum his uocibus ingeritur fla-
gitanti: Erue scilicet ossa iam condita. Infer nouum sepulchro bellum, & si hoc parum est, aui
bus ferisq; lanianda membra discerpe. Septies percussa, debet aliquid plus morte perpeti. Tali
ergo inuidia carnifice confuso, clàm domi mulier refocillatur. Et ne forte creber medici ad ec-
clesiam cōmeatus suspitionis panderet uiam, cum quibusdam uirginibus ad secretiorem uil-
lulam secto crine transmittitur. Ibi paulatim uirili habitu ueste mutata, in cicatricem uulnus
obducitur. Et ò uere ius summum, summa malicia: post tanta miracula adhuc sæuiunt leges.
En quo me gestorum ordo pertraxit. Iam enim ad Euagrij nostri nomen perueniemus. Cu
ius ego pro Christo laborem, si arbitrer à me dici posse, non sapiam: si penitus tacere uelim,
uoce in gaudium erumpente non possim. Quis enim ualeat digno canere præconio, Auxen-
tium Mediolanis incubantem, huius excubijs sepultum, penè antecp̄ mortuū? Romanum
episcopum iam penè factionis laqueis irretitum, & uicisse aduersarios, & non nocuisse supe-
ratis? Verum hęc ipse equidem spacijs exclusus iniquis. Prætereo, atq; alijs post me me-

moranda relinquo. Præsentis tantum rei fine contentus sum. Imperatorem de industria c
adit, precibus fatigat, merito lenit, solicitudine promeretur: ut redditã uitæ, redderet libertati.

SCHOLIA.

INgenij rubigo.) Cato contulit ingenium hominis cum ferro, quod si exerceas, usu quidem 1
nonnihil atteritur: si non exerceas, magis cõsumitur rubigine. Pristini siccasset eloquij.) Nihil enim citius exaresçit quàm fons eloquentiæ. Et duriuscule geminam metaphoram in eadem complexus est sententia, ferri & fontis. Non possibilitatem.) Græce magis dixit quàm Latine. Quanquam philosophis & Theologis hic sermo conceditur τὸ δυνατὸν. Neq; posse eum uerba deficere.) Quidam codices habebant, eum in uerbo deficere. Quidã, ei uerba deficere. Quidam, eum uerba deficere, quod postremum ego sanè potissimum approbo, ut deficere uerbo additus sit accusandi casus. Super oneratam nauim.) Quædam exemplaria scriptum habebant, onerariam nauim, quæ quidem posterior lectio mihi magis probatur, Siquidem onerarias naues uocant maiores illas oneribus uehendis paratas. Sunt enim & actuariæ. Porrò plus est periculi si pereat nauis onusta mercibus: unde ea non solet, nisi perito nauclero cõmitti. Scalmum in lacu.) Minores cymbæ, Scalmi uocantur. Euxini maris.) Idem Ponticum uocant, incipit à Bosphoro Thracio, hoc undosius & 2
feruentius, quod minus profundum, nec littora habet arenosa aut mollia, raras stationes. Vnde ob sæuiciam & incommoditatem ἄξενον, id est, inhospitum dixerunt accolæ: deinde ominis causa dictum est, εὔξεινον, id est, bene hospitale. Et pulchre dixit credor, de re periculosa. Euanescentibus terris.) Sic enim apparet procul intuentibus. Nam progresso, terræ condi uidentur, & paulatim uideri desinunt. Cœlum undiq; & und.) Hemistichium est ex Aeneide Maronis. Nunc unda tenebris inhor.) Imitatus est illud Vergilianum: Et inhorruit unda tenebris. Nocte nimborum.) Alluśit ad illud Maronis: Olli cæruleus supra caput astitit imber, Noctem hyememq; ferens. Noctem uocat caligi nem densissimam, & nocti simillimam. Spumei fluctus canes.) Vt lusit uerbis poeticis, id quod licet in historia nonnunquam. Tumida malo.) Ob sinus uento distentos. Cursum prosequente.) Cursum uocat nauticum, quoties uelis impellitur nauis. Et spiritus, hoc est flatus, si prosper est, cursum adiuuat. Ad optatos portus.) Venuste dixit æstus appulerit, hoc est, ipse undarum impetus, non ars 3
mea. Et proprie nauis appellitur, siue appellit. Orationis anfractus.) In Euxino mari multi sunt littorum anfractus & flexus periculosi nautis. Persistit adhuc in metaphora. Facultatem forte.) Id est, intelliges mihi defuisse facultatem non uoluntatem. Quod conatus sum, declarauí me uoluisse satisfacere: D
quod non sim assequutus, hinc est quia non potuerim. Vercellæ Ligurum.) Ligures ea pars Italiæ in qua sunt Genuenses, proximi Alpibus Gallicis. Quandã mulierculam.) Ex hoc loco palàm appa ret, adhuc ætate diui Hieronymi, adulterium capite solere puniri: nunc magnatum lusus est. Et sæuitur passim in miseros fures, cum nec Draconis leges, nec Romanæ, nec ullæ ethnicorum, nec ipsæ Mosaicæ leges simplex furtum supplicio capitis uindicauerint. Sed auaritia nostra facit ut usq; adeo simus infensi furibus, & ideo magnum malum existimamus furtum, quia pecuniam summi boni loco ducimus. Compendio mortis.) Ad quam longior erat uia per cruciatus. Et interim tractat locum conie- 4
cturalem, à quæstionibus. Ille confessus est crimen, quod non admiserat, impatientia tormentorum. Illa mori maluit, quàm de se mentiri. Non reliquit innoxiæ.) Nam illius confessio, quasi præiudicium erat mulieri. Rasuræ modicæ sanguinem.) Quædam habebant exemplaria, Rasuræ modico sanguine. Imbellem manum percussor expauit.) Nonnulli codices sic habebant, Aspersit sine bello imbellem manum. Sed mendose, ni fallor. Conjicio adscripsisse quempiam imbellem, id est, sine bello: & interpretamentum ab alio redactum fuisse in contextum. Mucro delabitur.) Quidam habebant, debilitatur: sed delabitur magis probo. Dum totas expedit uires.) Quidam habebant expedit: quidam, ex- 5
erit. Exerit probo, sed magis arridet expedit. Expedimus enim quod explicamus & promimus ad aliquid agendum. Fibulam quæ chlamydis.) Fibulis astringunt extremas oras uestium. Mire depinxit hunc carnificem, cum suo paludamento, cum fibula aurea. Decentissima uero usus est metaphora in mordebat oram, quod ueluti morsu astringat. Et ne parum esset.) Opinor legendum: Et ceu parum esset, hoc est quasi parum esset. Sacramentum erat.) Habebat mysterium & significationem diuinitatis. Frustratus.) Frustratus passiue dixit, pro frustra adactus. Corpori conderetur.) Condimus quod occultamus & abscondimus. Ferrum infixum corpori, condi dicitur. Circa quorum Saraballa.) Saraballum Parthorum lingua, uestis genus est fluxæ. Vtitur hoc uerbo diuus Hieronymus in Danielem capite tertio. Celeriore cursu naturæ.) Hic locus uarie fuerat depraua tus. Quidam ha- 6
bebant: Et misericordia domini celerior matura nocte aduenit. Opinor ita legendum: Et misericordia domini, celerior cursu naturæ nox aduenit, ut intelligas, per misericordiam dei factum, ut nox aduenire t celerior quàm solito naturæ cursu. Et ò uere ius summum.) Hunc quoq; locum sciolus aliquis depraua uerat. Sic enim mutatus erat: Et ò uere ius summum, & summa lætitia. Non dubium est, quin scribendum sit: Et ò uere summum ius, summa malicia. Citat enim tritissimum illud adagium, Summum ius, summa malicia: quo significatum est, nihil esse peius, quàm ius nimis exacte seruatum. Exposuimus

A posuimus copiosius in Chiliadibus nostris. Ad Euagrij nostri.) Huius humanitate significauit se subleuatum fuisse, cum primum in Syriæ solitudines commigrasset. Auxentium Mediolanis incubantem.) Significat hæresiarcham cui successit Ambrosius, oppressum diligentia Euagrij. Verum hæc ipse equidē.) Versus sunt ex Georgicis Maronis. Spatijs exclusus iniquis.) Hoc sentit, sibi non suppetere tempus, ad hæc omnia referenda.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

De ortu, uita & obitu Pauli primi, sicuti putant, Eremitæ, & quomodo fuerit sepultus à diuo Antonio monacho. Tanta erat in exemplaribus uarietas, ut appareat Hieronymum sæpius idem argumentum alijs tractasse uerbis, aut alium exercendæ copiæ causa, hoc fecisse. Videtur & hoc Hieronymus exercitandi ingenij gratia lusisse.

VITA PAVLI EREMITAE.

INter multos sæpe dubitatum est, à quo potissimum monachorum eremus habitari cœpta sit. Quidam enim altius repetentes, à beato Helia & Ioanne sumpsere principiū. Quorum & Helias plus nobis uidetur fuisse, quàm monachus, & Ioānes ante prophetare cœpisse quàm natus est. Alij autem, in quam opinionem uulgus omne consentit, asserunt Antonium huius propositi fuisse caput, quod ex parte uerum est. Non enim tam ipse ante omnes fuit, quàm ab eo omnium incitata sunt studia.
1 Amathas uero & Macarius discipuli Antonij, quorum superior magistri corpus sepeliuit, etiam nunc affirmant Paulum quendam Thebæum principem istius rei fuisse, quod non tam nomine, quàm opinione nos quoq; comprobamus. Nonnulli & hæc & alia prout uoluntas tulit iactitāt, subterraneo specu crinitum calcaneotenus hominem fuisse, & multa quę persequi ociosum est, incredibilia fingentes. Quorum quia impudens mendacium fuit, ne refellenda quidem sententia uidetur. Igitur quia de Antonio tam Græco quàm Romano stilo diligenter traditum est, pauca de Pauli principio & fine scribere disposui, magis quia res omissa fuit, quàm fretus ingenio. Quomodo autem in media ætate uixerit, & quas satanæ pertulerit insidias, nulli hominum compertum habetur. Sub Decio & Valeriano persequu-
B toribus, quo tempore Cornelius Romæ, Cyprianus Carthagine, felici cruore damnati sunt, multas apud Aegyptum & Thebaidam ecclesias, tempestas sæua populata est. Voti tunc Christianis erat, pro Christi nomine gladio percuti. Verū hostis callidus tarda ad mortem supplicia conquirens, animas cupiebat iugulare, non corpora. Et ut ipse, qui ab eo passus est, Cyprianus ait: uolentibus mori, nō permittebatur occidi. Cuius ut crudelitas notior fiat, duo memoriæ causa exempli subiecimus. Perseuerantem igitur in fide martyrem, & inter eculeos laminasq; uictorem, iussit melle perungi, & sub ardentissimo sole, ligatis manibus post tergum resupinari, scilicet ut muscarum aculeis cederet, qui ignitas sartagines ante superasset. Alium iuuenili ætate florentem, in amœnissimos hortulos præcepit abduci. Ibiq; inter lilia candentia & rubentes rosas, cum leni iuxta murmure aquarum serperet riuus, & molli sibilo arborum folia uentus pręstringeret, super extructum plumis lectum resupinari, & ne se inde posset excutere, blandis serico nexibus irretitum relinqui. Quo cum recedētibus cunctis, meretrix speciosa uenisset, cœpit delicatis stringere colla complexibus. Et, quod dictu quoq; scelus est, manibus attrectare uirilia, ut corpore in libidinē concitato, se uictrix impudica superiaceret. Quid ageret miles Christi, & quo se uerteret nesciebat. Quem tormenta non uicerāt, superabat uoluptas. Tandem cœlitus inspiratus: præcisam morsu linguam in osculantis se faciem expuit, ac sic libidinis sensum succedens doloris magnitudo superauit. Per idem ergo tempus quo talia gerebātur apud inferiorem Thebaidam, cum sorore iam uiro tradita, post mortem amborum parentum in hæreditate locupleti, Paulus relictus est annorum circiter quindecim, literis tam Græcis quàm Aegyptiacis apprime eruditus, mansueti animi, deum ualde amans. Et cum persecutionis procella detonaret, in uillam remotiorem & secretiorem secessit. Verū quid nō mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Sororis maritus cœpit prodere uelle, quem cælare debuerat. Non illum uxoris lachrymæ, non cōmunio sanguinis, non spectans cuncta ex alto deus, ab scelere reuocauit, Ad hęc instabat crudelitas, quæ pietatem

uidebatur

uidebatur imitari. Quod ubi prudentiſſimus adoleſcens intellexit, ad montium deſerta con c
fugiens,dum perſecutionis finem præſtolaretur,neceſſitatem in uoluntatem uertit,ac paula/
tim progrediens,turſuſq; ſubſiſtens, atq; hoc idem ſæpius faciens, tandem reperit ſaxeum
montem.Ad cuius radicem haud procul erat grādis ſpelunca,quæ lapide claudebatur.Quo
remoto(ut eſt cupiditas hominum occulta cognoſcere) auidius explorans, animaduertit in/
tus grande ueſtibulum,quod aperto deſuper cœlo,patulis diffuſa ramis uetus palma conte/
xerat,fontem lucidiſſimum oſtendēs: cuius riuum tantummodo foras erumpentem, ſtatim
modico foramine,eadē quæ genuerat aquas terra ſorbebat.Erant pręterea per exeſum mon
tem haud pauca habitacula, in quibus ſcabræ iam incudes & mallei,quibus pecunię olim ſi/
gnatæ uiſebantur. Hunc locum Aegyptiorum literæ ferunt furtiuæ monetæ officinam fuiſ/
ſe,ea tempeſtate qua Cleopatræ iūctus eſt Antonius.Igitur adamato(quaſi quod à deo ſibi
offerretur)habitaculo, omnem ibidem in orationibus & ſolitudine duxit ætatem. Cibum &
ueſtimentum ei palma præbebat.Quod ne cui impoſſibile uideatur,Ieſum teſtor & ſanctos
angelos eius,in ea eremi parte,quæ iuxta Syriam Saracenis iungitur,uidiſſe me monachos,
de quibus unus per triginta annos clauſus, hordeaceo pane & lutulenta aqua uixit. Alter in
ciſterna ueteri(quam gentili ſermone Syri cubam uocant) quinq; caricis per ſingulos dies ſu
ſtentabatur.Hæc igitur incredibilia eſſe uidebuntur his, qui nō crediderint,quia omnia poſ/
ſibilia ſunt credentibus. Sed ut ad id redeam unde digreſſus ſum,cum iam centum tredecim
annos beatus Paulus uitā cœleſtem ageret in terris, & nonagenarius in alia ſolitudine Anto
nius moraretur(ut ipſe aſſerere ſolebat)hæc in mentem eius cogitatio incidit, nullum ultra ſe
perfectum monachum in eremo conſediſſe. At illi per noctem quieſcenti reuelatum eſt eſſe
alium ulterius multo ſe meliorem,ad quem uiſendum deberet proficiſci.Ilico erumpente lu/
ce,uenerabilis ſenex infirmos artus baculo regente ſuſtentans, cœpit ire uelle quò neſciebat.
Et iam media dies coquente deſuper ſole feruebat, nec tamen à cœpto itinere abducebatur,
dicens:Credo in deum meū,quia quod mihi ſeruo ſuo promiſit,oſtendet.Nec plura his,con D
ſpicit hominem equo mixtū, cui opinio poetarum Hippocentauro uocabulū indidit. Quo 2
uiſo,ſalutaris impreſſione ſigni armat frontem. Et heus tu, inquit, quanā in parte hic ſeruus
dei habitat? At ille barbarum neſcio quid infrendens,& frangens potius uerba quàm prolo
quens,inter horrentia ora ſenis blandum quęſiuit eloquium.Et dexteræ protenſione manus
cupitum indicat iter,& ſic patentes campos uolucri tranſmittens fuga, ex oculis mirantis eua
nuit.Verum hæc utrum diabolus ad terrendum eum ſimulauerit,an(ut ſolet) eremus mon/
ſtruoſorum animalium ferax iſtam quoq; gignat beſtiam,incertum habemus. Stupēs itaq;
Antonius,& de eo quod uiderat ſecum uoluens,ulterius progreditur. Nec mora,inter ſaxo/
ſam cōuallem haud grandē homunculum uidet, aduncis naribus, fronte cornibus aſperata,
cuius extrema pars corporis in caprarum pedes deſinebat. Infractuſq; & hoc Antonius ſpe
ctaculo,ſcutum fidei & loricam ſpei, ut bonus præliator arripuit: nihilominus memoratum
animal,palmarū fructus eidem ad uiaticum quaſi pacis obſides afferebat.Quo cognito,gra
dum preſſit Antonius,& quiſnam eſſet interrogans, hoc ab eo reſponſum accepit, Mortalis
ego ſum,& unus ex accolis eremi, quos uario deluſa errore gentilitas, Faunos Satyroſq; &
incubos uocans colit.Legatione fungor gregis mei.Precamur ut pro nobis cōmunem deum
depreceris, quem pro ſalute mundi ueniſſe cognouimus, & in uniuerſam terram exĩt ſonus
eius.Talia eo loquēte,longæuus uiator ubertim faciem lachrymis rigabat, quas magnitudo
lęticiæ,indices cordis effuderat.Gaudebat quippe de Chriſti gloria,& de interitu Satanæ,ſi
mulq; admirans,quod eius poſſet intelligere ſermonem,& baculo humū percutiens,aiebat,
Væ tibi Alexandria,quæ pro deo portenta ueneraris. Væ tibi ciuitas meretrix,in quā totius
orbis dæmonia confluxere.Quid nunc dictura es? Beſtiæ Chriſtū loquuntur,& tu pro deo
portenta ueneraris. Necdum uerba compleuerat, & quaſi pennigero uolatu petulcū animal
aufugit.Hoc ne cuiq; ob incredulitatem ſcrupulum moueat,ſub rege Conſtantino uniuerſo
mundo teſte defenditur.Nam Alexandriam iſtiuſmodi homo uiuus perductus,magnū po

pulo

A pulo ſpectaculum præbuit: & poſtea cadauer exanime,ne calore æſtatis diſſiparetur ſale in/
fuſo,Antiochiam ut ab imperatore uideretur,allatum eſt.Sed ut propoſitum perſequar,An
tonius cœptam regionem pergebat,ferarum tantum ueſtigia intuens,& eremi latam uaſtita
tem.Quid ageret,quò uerteret gradū neſciebat.Iam altera effluxerat dies. Reſtabat unum,
ut deſeri ſe à Chriſto non poſſe confideret.Pernox ſecundas in oratione exegit tenebras,&
dubia adhuc luce,procul intuetur lupam ſitis ardoribus anhelantem,ad radicem montis itre
pere.Quam ſequutus oculis,& iuxta ſpeluncam cum fera abiiſſet accedens,intro cœpit aſpi/
cere,nihil curioſitate proficiente,tenebris arcentibus uiſum.Verum (ut ſcriptura ait)perfecta
dilectio foras mittit timorem,ſuſpenſo gradu & anhelitu temperato,callidus explorator in/
greſſus,ac paulatim progrediens,ſæpiuſq; ſubſiſtens,ſonū aure captabat.Tandem per cęcæ
noctis horrorem procul lumen intuitus,dum auidius properat, offenſo in lapidē pede, ſtre/
pitum concitauit: poſt cuius ſonitum beatus Paulus oſtium quod patebat occludens, ſera
obfirmauit. Tunc uero Antonius præ foribus corruens, uſque ad ſextam, & eo amplius ho/
ram,aditum precabatur,dicens: Qui ſim,unde,cur uenerim noſti.Scio me nō mereri conſpe/
ctum tuū,tamen niſi uidero,non recedam.Qui beſtias recipis,hominem cur repellis? Quæſi
ui,& inueni:pulſo,ut aperiat.Quod ſi nō impetro,hic moriar ante poſtes tuos:certe ſepelies
uel meū cadauer: Talia perſtabat memorans, fixusq; manebat. Ad quem reſponſum pau
cis ita reddidit heros. Nemo ſic petit,ut minet:nemo cum lachrymis iniuriā,uel calumniam
facit.Et miraris ſi non recipiā,cum moriturus aduenerisſ? Sic arridens Paulus patefecit ingreſ/
ſum.Quo aperto,dum in mutuos miſcentur amplexus,proprijs ſe ſalutauere nominibus,gra
tiæ domino in cōmune referuntur.Et poſt ſanctum oſculum reſidens Paulus, cum Antonio
ita exorſus eſt:En quē tanto labore quæſiſti,putridis ſenectute membris operit inculta cani/
cies.En uides hominē,puluerem mox futurum.Verum quia charitas omnia ſuſtentat,narra
mihi quæſo,quomodo ſe habeat humanū genus.An in antiquis urbibus noua tecta conſur
B gant,quo mundus regatur imperio, an ſuperſint aliqui, qui dæmonū errore rapiantur. Inter
has ſermocinationes ſuſpiciunt alitem coruū in ramo arboris conſediſſe, qui inde leniter ſub
uolabat,& integrum panem ante ora mirantium depoſuit. Poſt cuius abſceſſum:Eia, inquit
Paulus,dominus nobis prandium miſit,uere pius,uere miſericors. Sexaginta iam anni ſunt
quod accipio dimidij ſemper panis fragmentum,uerum ad aduentum tuū,militibus ſuis du
plicauit annonam.Igitur domino gratiarum actione celebrata,ſuper uitrei marginem fontis
uterq; conſedit.Hic uero quis frangeret panem oborta contentio, penè diem duxit in ueſpe/
rum.Paulus more cogebat hoſpitij,Antonius iure refellebat ætatis.Tandem conſilium fuit,
ut apprehēſo è regione pane,dum ad ſe quiſq; nititur, pars cuiq; ſua remaneret in manibus.
Dehinc paululum aquæ in fonte prono ore libauerunt: & immolantes deo ſacrificium lau/
dis,noctem tranſegere uigilijs.Cumq; iam eſſet terræ redditus dies,beatus Paulus ad Anto/
nium ſic loquutus eſt:Olim te frater in iſtis regionibus habitare ſciebam:olim te conſeruum
meum mihi promiſerat deus.Sed quia iam dormitionis tempus aduenit,& quod ſemper cu
piebam diſſolui & eſſe cum Chriſto,peracto curſu ſupereſt mihi corona iuſtitię,tu miſſus es
à domino,qui humo corpuſculū meum tegas,imò terræ terram reddas.His Antonius audi/
tis,flens & gemens ne ſe deſereret,atq; ut comitem talis itineris acciperet, precabatur. Et ille:
Non debes,inquit,quærere quæ tua ſunt,ſed quæ aliena.Expedit tibi ſarcina carnis abiecta,
agnum ſequi.Sed & cæteris expedit fratribus,ut tuo adhuc inſtituantur exemplo.Quamob
rem quæſo perge,niſi moleſtū eſt,& palliū quod tibi Athanaſius epiſcopus dedit, ad inuol/
uendum corpuſculū meum defer.Hoc aūt beatus Paulus rogauit, non quod magnopere cu
raret utrum tectū putreſceret cadauer,an nudum(quippe qui tanto temporis ſpatio,cōtextis
palmarum folijs ueſtiebatur) ſed ut à ſe recedenti, mœror ſuæ mortis leuaretur. Stupefa/
ctus ergo Antonius,quod de Athanaſio & pallio eius audierat,quaſi Chriſtum in Paulo ui
dens,& in pectore eius deum uenerans, ultra reſpondere nihil auſus eſt:ſed cum ſilentio la/
chrymans,oſculatis eius oculis manibusq;,ad monaſterium quod poſtea à Saracenis occu/

patum

patum est,regrediebatur.Neq; uero gressus sequebantur animum.Sed quamuis corpus ina c
ne ieiunijs,seniles etiam anni fregerant, tamen animo uincebat ætatem . Tandem fatigatus
& anhelus ad habitaculum suum confecto itinere peruenit.Cui cum duo discipuli,qui ei lon
go iam tempore ministrare consueuerant,occurrissent,dicentes:Vbi tamdiu moratus es pa
ter?Respondit:Væ mihi peccatori,qui falsi monachi nomen fero. Vidi Heliam, uidi Ioan
nem in deserto,& uere uidi Paulum in paradiso . Et sic ore compresso , manu uerberans pe
ctus,ex cellula pallium protulit.Rogantibusq; discipulis,ut plenius quidnam rei esset expo
neret,ait:Tempus tacendi,& tempus loquẽdi.Tunc egressus foras, & ne modicum quidem
cibi sumens,per uiam qua uenerat regressus est,illum sitiens, illum uidere desiderans , illum
oculis ac mente contemplans . Timebat enim quod euenit , ne se absente Christo debitum
spiritum redderet. Cumq; iam dies alia illuxisset , & trium horarũ spatio uiam remeauisset,
uidit inter angelorum choros, inter prophetarum & apostolorum populos, niueo candore
Paulum fulgentem in sublime conscendere.Et statim in faciem suam procidens,sabulum ca
piti superiaciebat:ploransq; & eiulans,aiebat:Cur me Paule dimittis? Cur insalutatus abis?
Tam tarde notus,tã cito recedis?referebat postea beatus Antonius tanta se uelocitate,quod
reliquum erat uiæ cucurrisse, ut instar auis peruolasset:nec immerito.Nam introgressus spe
luncam,uidit genubus complicatis,erecta ceruice,extensisq; in altum manibus,corpus exa
nime.Ac primum & ipse uiuere eum credens,pariter orabat.Postquã uero nulla(ut solebat)
suspiria precantis audiuit,in flebile osculũ ruens, intellexit quod etiam cadauer sancti deum
(cui omnia uiuunt)officioso gestu precabatur.Igitur obuoluto & prolato foras corpore,hy
mnos quoq; & psalmos de Christiana traditione decantans, contristabat Antonius,quod
sarculum quo terram foderet non haberet:fluctuansq; uario mentis æstu,& secum multa re
putans,dicebat: Si ad monasterium reuertar, tridui iter est:si hic maneam , nihil ultra profi
ciam.Moriar ergo,ut dignum est,iuxta bellatorem tuum Christe ruens extremum halitum
fundam. Talia eo animo uoluente,ecce duo leones ex interioris eremi parte currentes,uolan d
tibus per colla iubis,ferebantur,quibus aspectis exhorruit.Rursusq; ad deum referens men
tem,quasi columbas uideret,mansit intrepidus. Et illi quidem directo cursu,ad cadauer bea
ti senis substiterunt:adulantibusq; caudis circa eius pedes accubuere,fremitu ingenti rugien
tes: prorsus ut intelligeret eos plangere , quomodo poterant . Deinde haud procul cœpe
runt humum pedibus scalpere , arenamq; certatim egerentes , unius hominis capacem lo
cum foderunt. Ac statim quasi mercedem pro opere postulantes, cum motu aurium ceruice
reiecta,ad Antonium perrexerunt,manus eius pedesq; lingentes.At ille animaduertit bene
dictionem eos à se precari.Nec mora,in laudationem Christi effusus,quod muta quoq; ani
malia deum esse sentirent,ait: Domine, sine cuius nutu nec folium arboris defluit , nec unus
passerũ ad terrã cadit,da illis sicut tu scis.Et manu annuens eis,ut abirent imperauit. Cumq;
illi recessissent,sancti corporis onere seniles curuauit humeros. Et deposito eo in fossam,de
super humum congregans,tumulũ ex more composuit.Postq; autẽ alia dies illuxit,ne quid
pius hæres ex intestati bonis nõ possideret,tunicã eius sibi uendicauit,quam in sportarũ mo
dum de palmæ folijs ipse sibi cõtexuerat.Ac sic ad monasterium reuersus, discipulis cuncta
ex ordine replicauit, diebusq; solennibus Paschæ & Pentecostes semper Pauli tunica uesti
tus est.Libet in fine opusculi eos interrogare,qui sua patrimonia ignorant, qui domos mar
moribus uestiunt, qui uno filo uillarum insuũt prædia,huic seni nudo quid unquam defuit?
Vos gemma bibitis,ille naturæ concauis manibus satisfecit. Vos in tunicis aurum texitis,ille
ne uilissimum quidem indumentum habuit mancipij uestri.Sed econtrario illi quidem pau
perculo paradisus patet , uos auratos gehenna suscipiet. Ille uestem Christi, nudus licet,ta
men seruauit:uos uestiti sericis , indumentum Christi perdidistis . Paulus uilissimo puluere
coopertus iacet resurrecturus in gloriam : uos operosa saxi sepulchra premunt cum uestris
opibus arsuros.Parcite quæso uobis, parcite saltem diuitijs quas amatis.Cur & mortuos ue
stros auratis obuoluitis uestibus? Cur ambitio inter luctus lachrymasq; non cessat? An ca

dauera

A dauera diuitum nisi in serico putrescere nesciunt? Obsecro quicunq; hæc legis, ut Hieronymi peccatoris memineris, cui si dominus optionem daret, multo magis eligeret tunicam Pauli cum meritis eius, quàm regum purpuram cum pœnis suis.

SCHOLIA.

1 AMathas uero &.) Tres celebrantur Antonij discipuli: Sarmata, Amathas, & Macarius, quorum Sarmata à Saracenis incursantibus fuit interemptus. Quid non mortalia pectora cogis &c.) Carmen est ex Aeneide Maronis. Instabat crudelitas.) Nam religionis prætextu sæuiebant in Christianos, & impij uocabantur, apud quos solos erat pietas. Olim signatæ uisebantur.) Nonnulli codices pro uisebantur scriptum habebant, cudebantur. Furtiuæ monetæ.) Ad eundem usum paratum fuisse putarim, quod hodie Cumis ostenditur antrum Sibyllæ. Igitur adamato.) Festiuiter dixit adamato, cum sentiat eum loco delectatum. Cibum & uestimentum.) Nam fructum habet iucundissimum, quem palmulas, alij dactylos uocant. Et arbor est hirsuta frondibus. Quinq; carycis.) Ficos siccos carycas uocant, etiam si postea Græci carycas uocare cœperũt cibi genus ex contusis carnibus confectũ. Hippocentaurum.) Superne homines sunt,
2 inferne equi, unde nomen inditum, ἵππος equus, κέντρον stimulare. Plinius testatur huiusmodi monstrum Romam aliquoties allatum spectaculi gratia. Nonnulli codices habebant, onocentaurum, nonnulli centaurum. Frangens potius.) Id est, fragore quodam promens. Inter horrentia ora.) Hic locus habebatur diuersus in exemplaribus, nec ulla lectio mihi faciebat satis. Offenso in lapidem pede.) Sic enim legendum arbitror, cum hic locus uarie deprauatus haberetur. Talia perstabat.) Vt libenter diuus Hieronymus inserit uersus Vergilianos. Ex intestati bonis.) Iocatur quod Paulus utpote pauperculus, intestatus decesserit, hoc est, non condito testamento. Qui sua patrimonia.) Paupe ris est numerare pecus, ut inquit Ouidius. Et iuxta Flaccum, exilis domus est, ubi non & multa superfunt, & fallunt dominos & prosunt furibus. Qui uno filo.) De margarito gemma sentit, quod unico filo insuitur uesti, & tamen precium est multorum prædiorum.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Paulus & Hilarion diuerso uitæ genere parem assequuti sunt laudem. Ille per omnem uitam latitauit, hoc ipso notissimus, quod nulli notus fuerit. Hic dum huc & illuc discurrens fugitat famã, quo magis fugit hominum noticiam, hoc magis innotuit omnibus.

B VITA SANCTI HILARIONIS.

1 SCripturus uitam beati Hilarionis, habitatorem eius inuoco spiritum sanctum, ut qui illi uirtutes largitus est, mihi ad narrãdas eas sermonẽ tribuat, ut facta dictis exæquentur. Eorum enim qui fecere uirtutes (ut ait Crispus) tanta habentur merita, quantum ea uerbis potuere attollere præclara ingenia. Alexander Magnus Macedo, quem uel arietem, uel pardum, uel hircum caprarũ Daniel uocat, cum ad Achillis tumulum peruenisset: Felicem te, ait, iuuenis, qui magno fruaris præcone meritorũ, Homerum uidelicet significans. Porrò mihi tanti ac talis uiri conuersatio uitaq; dicenda est, ut Homerus quoq; si adesset, uel inuideret materiæ, uel succũberet. Quanq; enim sanctus Epi-
2 phanius Salaminæ Cypri episcopus, qui cum Hilarione plurimũ uersatus est, laudem eius breui epistola scripserit, quæ uulgò legitur, tamen aliud est locis cõmunibus laudare defunctum, aliud defuncti proprias narrare uirtutes. Vnde & nos fauore magis illius q; iniuria cœptum ab eo opus aggredientes, maledicorũ uoces cõtemnimus, qui olim detrahentes Paulo meo, nunc forte detrahẽt & Hilarioni, illũ solitudinis calumniati, huic obijciẽtes frequentiam: ut qui semper latuit, nõ fuisse: qui à multis uisus est, uilis existimetur. Fecerũt hoc & maiores eorum quondam pharisæi, quibus nec Ioannis eremus ac ieiunium, nec domini saluatoris turbæ cibi potusq; placuere. Verum destinato operi imponam manum, & Scylleos canes obturata aure transibo. Hilarion ortus uico Thabatha, qui circiter quinq; milia à Gaza urbe Palæstinæ ad austrum situs est, cum haberet parentes idolis deditos, rosa (ut dicitur) de spinis floruit. A quibus missus Alexandriam, grammatico traditus est: ibiq; quantum illa patiebatur ætas, magni ingenij & morũ documenta præbuit, in breui charus omnibus & loquendi arte gnarus. Quodq; his maius est omnibus, credens in dominum Iesum,
3 non Circi furoribus, non arenæ sanguine, nõ theatri luxuria delectabatur, sed tota illi uoluntas in ecclesiæ erat cõgregatione. Audiens autem tunc celebre nomen Antonij, quod per omnes Aegypti populos ferebatur, incensus uisendi eius studio, perrexit ad eremum. Et sta-

tim ut cum uidit,mutato priſtino habitu, duobus ferè menſibus iuxta eum manſit, contem/ c
plans ordinem uitæ eius, morumq; grauitatem. Quàm creber in oratione,quàm humilis in
ſuſcipiendis fratribus, ſeuerus in corripiendis,alacer in exhortandis eſſet:& ut continentiam
cibiq; eius aſperitatem nulla unquam infirmitas frangeret. Porrò frequentiam eorum, qui
ad eum ob uarias paſſiones aut impetus dæmonum concurrebãt,ultra non ferens: nec con/
gruum eſſe ducens,pati in eremo populos ciuitatum: ſicq; ſibi magis incipiendũ eſſe,ut cœ/
piſſet Antonius:illum quaſi uirum fortem uictoriæ præmia accipere, ſe necdum militare ce/
piſſe: reuerſus eſt cum quibuſdam monachis ad patriam:& parentibus iam defunctis,par/
tem ſubſtantiæ fratribus, partem pauperibus largitus eſt, nihil ſibi omnino reſeruans, & ti/
mens illud de Actibus apoſtolorũ,Ananiæ & Sapphiræ uel exemplum,uel ſupplicium,ma
ximeq; domini memor, dicentis: Qui non renunciauerit omnibus quæ habet, non poteſt
meus eſſe diſcipulus. erat autem tunc annorum quindecim. ſic nudus & armatus in Chri/
ſto, ſolitudinẽ quæ in ſeptimo miliario à Maioma Gazæ emporio per litus euntibus Aegy/
ptum ad leuam flectitur, ingreſſus eſt. Cumq; eſſent cruenta latrocinijs loca & propinqui
amiciq; eius imminens periculum denunciarent: contempſit mortem, ut mortem euaderet.
Mirabantur omnes animum, mirabantur ætatem: niſi quod flamma quędam pectoris,&
ſcintillæ fidei in oculis relucebãt.Lenes erant genæ,delicatum corpus & tenue,& ad omnem
iniuriam impatiens:quod leui uel frigore uel æſtu poſſet affligi. Igitur ſacco tantũ mem/
bra coopertus & pelliceum habens ependyten,quem illi beatus Antonius proficiſcenti de/
derat,ſagumq; ruſticum,inter mare & paludem,uaſta & terribili ſolitudine fruebatur,quin/
decim tantum carycas poſt ſolis occaſum comedens: & quia regio latrocinijs infamis erat,
nunquam in eodem loco manſitans. Quid faceret diabolus? quò ſe uerteret? Qui gloria/
batur ante, dicens: In cœlum aſcendam, ſuper ſydera cœli ponam thronum meum, & ero
ſimilis altiſſimo: cernebat ſe uinci à puero,& prius ab eo calcatum fuiſſe,quàm per ætatem
calcare potuiſſet. Titillabat itaque ſenſus eius,& pubeſcenti corpori ſolita uoluptatum incen/ d
dia ſuggerebat. Cogebatur tyrũculus Chriſti cogitare quod neſciebat:& eius rei animo pom
pam uoluere,cuius experimenta non nouerat. Iratus itaque ſibi,& pectus pugnis uerberans,
quaſi cogitationes cæde manus poſſet excludere: Ego,inquit, aſelle faciam ut non calcitres:
nec te hordeo alam,ſed paleis. Fame te conficiam & ſiti:graui onerabo pondere:per æſtus in
dagabo & frigora, ut cibũ potius quàm laſciuiam cogites. Herbarum ergo ſucco & paucis
carycis poſt triduum uel quadriduum deficientem animam ſuſtentabat,orans frequenter &
pſallens,& raſtro humum fodiens:ut ieiuniorum laborem labor operis duplicaret. Simulq;
ſiſcellas iunco texens,æmulabatur Aegyptiorum monachorũ diſciplinam, & Apoſtoli ſen/
tentiam,dicentis: Qui autem non operatur,non manducet:ſic attenuatus,& intantum exeſo
corpore,ut oſſibus uix hæreret. Quadam nocte cœpit infantum audire uagitus, balatus
pecorum,mugitus boum,planctum quaſi mulierum,leonum rugitus, murmur exercitus, &
rurſus uariarum portenta uocum,ut ante ſonitu quàm aſpectu territus cederet. Intellexit dæ
monũ ludibria,& prouolutus genibus, Chriſti crucẽ ſignauit in fronte: taliq; armatus caſſi/
de,& lorica fidei circundatus,iacens fortius præliabatur,amodo uidere deſiderãs,quos hor/ 4
rebat audire,& ſolicitis oculis huc illucq; circũſpiciens. Cum interim ex improuiſo,ſplenden/
te luna,cernit rhedam feruentibus equis ſuper ſe irruere:cumq; inclamaſſet Ieſum, ante ocu/
los eius repentino terræ hiatu pompa omnis abſorpta eſt. Tũc ille ait,Equum & aſcenſorem
proiecit in mare. Et, hi in curribus,& hi in equis,nos autem in nomine dei noſtri magnificabi
mur. Multæ ſunt tentationes eius,& die noctuq; uariæ dæmonum inſidiæ,quas ſi omnes
narrare uelim,modum excedam uoluminis. Quoties illi nudæ mulieres cubanti,quoties eſu
rienti largiſſimæ apparuere dapes? Interdum orantem,lupus ululans & uulpecula ganniens
tranſiliuit,pſallentiq; gladiatorum pugna ſpectaculum præbuit,& unus quaſi interfectus,&
ante pedes eius corruens,ſepulturam rogauit. Orauit ſemel fixo in terram capite, & ut natu/
ra fert hominum,abducta ab oratione mens, neſcio quid aliud cogitabat: inſilijt dorſo eius

festinus gladiator, & latera calcibus, ceruicem flagello uerberans: Eia, inquit, cur dormitas? cachinnansq; desuper, cum defeciſſet, an hordeum uellet accipere, ſciſcitabatur. Igitur à ſextodecimo uſq; ad uiceſimũ ſuæ ætatis annum, æſtus & pluuias breui tuguriunculo declinauit, quod iunco & carice texerat. Extructa deinceps breui cellula, quæ uſq; hodie permanet, latitudine pedum quatuor, altitudine pedũ quinq;, hoc eſt ſtatura ſua humiliore, porrò longitudine paulò ampliore, quàm eius corpuſculum patiebatur, ut ſepulchrũ potius quàm domum crederes: capillum ſemel in anno die Paſchæ totondit: ſuper nudam humũ ſtratumq; iunceum uſq; ad mortem cubitauit: ſaccum quo ſemel fuerat indutus, nunquã lauans, & ſuperfluum eſſe dicens, mundicitias in cilicio quærere. Nec mutauit alteram tunicam, niſi cum prior penitus ſciſſa eſſet. Scripturas quoq; ſanctas memoriter tenens, poſt orationes & pſalmos quaſi deo præſente recitabat. Et quia lõgum eſt per diuerſa tempora carptim aſcenſum eius edicere, cõprehendam breuiter, ante lectoris oculos uitam eius pariter exponens, & deinceps ad narrandi ordinẽ regrediar. Viceſimoprimo anno uſq; ad uiceſimumſeptimum, tribus annis dimidium lentis ſextarium madefactum aqua frigida comedit, & alijs tribus panem aridum cum ſale & aqua. Porrò à uigeſimoſeptimo uſq; ad triceſimum, herbis agreſtibus, & uirgultorum quorundam radicibus crudis ſuſtentatus eſt. A triceſimo aũt primo uſq; ad triceſimumquintum, ſex uncias hordeacei panis, & coctum modice holus abſq; oleo in cibo habuit. Sentiens autem caligare oculos ſuos, & totum corpus impetigine & pumicea quadam ſcabredine contrahi, ad ſuperiorem uictum adiecit oleum, & uſq; ad ſexageſimumtertium uitæ ſuæ annum hoc continentiæ cucurrit gradu, nihil extrinſecus aut pomorum, aut leguminis, aut cuiuslibet rei guſtãs. Inde cum ſe uideret corpore defatigatum, & propinquam putaret imminere mortem, à ſexageſimoquarto anno uſq; ad octogeſimum pane abſtinuit, incredibili feruore mentis, ut eo tempore quaſi nouus accederet ad ſeruitutem domini, quo cæteri ſolent remiſſius uiuere. Fiebant autem ei de farina & cõminuto holere ſorbitiunculæ,
B cibo & potu uix quinq; uncias appendentibus: ſicq; complens ordinem uitę, nunquam ante ſolis occaſum, nec in diebus feſtis, nec in grauiſſima ualetudine ſoluit ieiunium. Sed iam tempus eſt ut ad ordinem reuertamur. Cum habitaret adhuc in tuguriolo annos natus decem & octo, latrones ad eum nocte uenerunt, uel exiſtimantes habere aliquid quod tollerent, uel in cõtemptum ſui reputantes fieri, ſi puer ſolitarius eorum impetus non pertimeſceret. Itaq; inter mare & paludem à ueſpere uſq; ad ſolis ortum diſcurrentes, nunquam locum eius cubiculi inuenire potuerunt. Porrò clara luce reperto puero, quaſi per iocum: Quid, inquiunt, faceres, ſi latrones ad te uenirent? Quibus ille reſpondit: Nudus latrones non timet. Et illi: Certe, aiunt, occidi potes. Poſſum, inquit, poſſum: & ideo latrones non timeo, quia mori paratus ſum. Tunc admirati conſtantiam eius & fidem, confeſſi ſunt noctis errorem, cæcatosq; oculos, correctiorem deinceps uitam pollicentes. Viginti & duos iam in ſolitudine habebat annos, fama tantum notus omnibus, & per totas Palęſtinę uulgatus urbes, cum interim mulier quædam Eleutheropolitana cernens deſpectui ſe haberi à uiro ob ſterilitatem (iam enim per annos quindecim nullos cõiugij fructus dederat) prima irrumpere auſa eſt ad beatum Hilarionem, & nihil tale ſuſpicanti, repente genibus eius aduoluta: Ignoſce, inquit, audaciæ, ignoſce neceſſitati meæ. Quid auertis oculos? quid rogantem fugis? Noli mulierem aſpicere, ſed miſeram. Hic ſexus genuit ſaluatorem. Non habent ſani opus medico, ſed qui male habent. Tandem ſubſtitit, & poſt tantum temporis uiſa muliere, interrogauit cauſam aduentus eius ac fletuum. Et poſtquã didicit, leuatis ad cœlum oculis, fidere iuſſit, euntemq; lachrymis proſequutus, exacto anno uidit cum filio. Hoc ſignorum eius principium, maius aliud ſignum nobilitauit. Ariſtęneta Helpidij, qui poſtea Pręfectus prætorio fuit uxor, ualde nobilis inter ſuos, & inter Chriſtianos nobilior, reuertens cum marito & tribus liberis à beato Antonio, Gazæ propter eorum infirmitatem remorata eſt. Ibi enim ſiue ob corruptum aerem, ſiue (ut poſtea claruit) propter gloriam Hilarionis ſerui dei, hemitritæo pariter arrepti, omnes à medicis deſperati ſunt. Iacebat ululans mater, & quaſi inter tria filiorum

diſcurrens cadauera, quem prius plangeret neſciebat. Cognito autem quod eſſet quídam c
monachus in uicina ſolitudine, oblita matronalis pompæ, tantum ſe matrem nouerat: uadit
comitata ancillulis & eunuchis, uixq; à uiro perſuaſum eſt, ut aſello ſedens pergeret. Ad quẽ
cum peruenisſet: Per ego te, ait, Ieſum clementiſſimum deum noſtrum obteſtor, per crucem
& ſanguinem, ut reddas mihi treis filios, & glorificetur in urbe gentilium nomen domini ſal-
uatoris, & ingrediatur ſeruus eius Gazam, & Marnas corruat. Renuente illo & dicente, nun 5
quam ſe egreſſurum de cella: nec habere conſuetudinem, ut non modo ciuitatem, ſed ne uil-
lulam quidem ingrederetur, proſtrauit ſe humi crebro clamitans: Hilarion ſerue Chriſti,
redde mihi liberos meos. Quos Antonius tenuit in Aegypto, à te ſeruentur in Syria. Fle-
bant cuncti qui aderant, ſed & ipſe negans fleuit. Quid multa? Non prius mulier receſſit,
quàm ille pollicitus eſt ſe poſt ſolis occaſum Gazam introiturum. Quo poſtquam uenit, ſin
gulorum lectulos & arentia membra conſiderans, inuocauit Ieſum. Et ó mira uirtus, qua-
ſi de tribus fontibus ſudor pariter erupit, eadem hora acceperunt cibos, lugentemq; ma-
trem cognoſcentes, & benedicentes deum, ſancti manus deoſculati ſunt. Quod poſtquam
auditum eſt, & longe lateq; percrebuit, certatim ad eum de Syria & Aegypto confluebant,
ita ut multi crederent in Chriſtum, & ſe monachos profiterentur. Necdum enim tunc mo-
naſteria erant in Palæſtina, nec quiſquam monachum ante ſanctum Hilarionem in Syria
nouerat. Ille fundator & eruditor huius conuerſationis & ſtudij in hac prouincia fuit. Habe
bat dominus Ieſus in Aegypto ſenem Antonium: habebat in Palæſtina Hilarionem iunio-
rem. Facidia uicus eſt Rhinocoruræ urbis Aegypti. De hoc (ſunt decem iam anni) cæca
mulier adducta eſt ad beatum Hilarionem: oblataq; ei à fratribus (iam enim multi cum eo
monachi erant) omnem ſe ſubſtantiam expendiſſe ait in medicos. Cui reſpondit: Si quæ in
medicis perdidiſti dediſſes pauperibus, curaſſet te uerus medicus Ieſus. Clamante autem il-
la, & miſericordiam deprecante, expuit in oculos eius: ſtatimq; ſaluatoris exemplum uirtus
eadem proſequuta eſt. Auriga quoq; Gazenſis in curru percuſſus à dæmone, totus obri- D
guit, ita ut nec manum agitare, nec ceruicem poſſet reflectere. Delatus ergo in lecto, cum ſo
lam linguam moueret ad preces, audit non prius poſſe ſanari, quàm crederet in Ieſum, & ſe
ſponderet arti priſtinæ renunciaturum. Credidit, ſpopondit, ſanatus eſt, magisq; de animæ
q; de corporis ſalute exultauit. Præterea fortiſſimus iuuenis nomine Marſitas de territo-
rio Hieroſolymæ, tantũ ſibi applaudebat in uiribus, ut quindecim frumenti modios diu lon
geq; portaret: & hanc haberet palmam fortitudinis ſuæ, ſi aſinos uinceret. Hic afflictus peſ-
ſimo dæmone, non catenas, non compedes, non clauſtra oſtiorum integra patiebatur, mul-
torum naſum & aures morſibus amputauerat: horum pedes, illorum gulam fregerat. Tan-
tumq; ſui terrorẽ omnibus incuſſerat, ut oneratus catenis & funibus in diuerſa nitentiũ, qua-
ſi ferociſſimus taurus ad monaſterium pertraheretur: quem poſtquam fratres uidêre, perter
riti (erat enim miræ magnitudinis) nunciauerunt patri. Ille ſicut ſedebat, iuſſit eum ad ſe per-
trahi & dimitti. Solutoq;: Inclina, ait, caput & ueni. Tremere ille, & ceruicem flectere, nec aſpi
cere contra auſus: omniq; ferocitate depoſita, pedes cœpit ſedentis lambere. Adiuratus itaq;
dæmon, & tortus qui iuuenem poſſederat, ſeptima die egreſſus eſt. Sed nec illud taceñ-
dum eſt, quod Orionus, uir primarius & ditiſſimus urbis Ailæ, quæ mari rubro imminet, à
legione poſſeſſus dæmonum, ad eum adductus eſt. Manus, ceruix, latera, pedes ferro onera
ti erant, furorisq; ſæuitiam torui oculi minabantur. Cumq; deambularet ſanctus cum fratri-
bus, & de ſcripturis neſcio quid interpretaretur, erupit ille de manibus ſe tenentium, & am-
plexus eum poſt tergum, in ſublime leuauit. Clamor ortus ab omnibus: timebant enim ne
confecta ieiunijs membra collideret. Et ſanctus arridens: Sinite, inquit, & mihi meũ palæſtri-
tam dimittite. Ac ſic reflexa ſuper humeros manu, caput eius tetigit, apprehenſoq; crine,
ante pedes adduxit, ſtringens è regione ambas manus eius, & plantas utroque calcans pe-
de, ſimulq; ingeminans, torquere dæmonum turbã. Cumq; ille eiularet, & reflexa ceruice
terram uertice tangeret: Domine, inquit, Ieſu, ſolue miſerum, ſolue captiuum. Vt unum, ita

& plu-

A & plures uincere tuum est. Rem loquor inauditam: ex uno hominis ore diuersæ uoces, & quasi confusus populi clamor audiebatur. Curatus itaq; & hic non post multum temporis, cum uxore & liberis uenit ad monasterium, plurima, quasi gratiam redditurus, dona afferens. Cui sanctus: Non legisti, inquit, quid Hiezi, quid Simon passi sint: quorum alter accepit precium, alter obtulit: ut ille uenderet gratiam spiritus sancti, hic mercaretur? Cumq; Orionus flens diceret: Accipe, & da pauperibus, respondit: Tu melius potes tua distribuere, qui per urbes ambulas, & nosti pauperes. Ego qui mea reliqui, cur aliena appetam? Multis nomen paupcrum, occasio auariciæ est: misericordia uero artem non habet. Nemo melius erogat, quàm qui sibi nihil reseruat. Tristi autem & in terra iacenti, Noli, inquit, contristari fili, quod facio pro me, & pro te facio. Si enim hæc accepero, & ego offendam deum, & ad te legio reuertetur. Quis uero possit silentio præterire, quod Gazanus Maiomites haud longe à monasterio eius lapides ad ædificandum de ora maris cudēs, totus paralysi dissolutus, & ab operis socijs delatus ad sanctum statim ad opus reuersus est? Etenim littus quod Palæ
6 stinæ Aegyptoq; prætenditur, per naturam molle, arenis in saxa durescentibus asperatur: paulatimq; cohærescens sibi glarea, perdit tactum, cum non perdat aspectum. Sed & Italicus eiusdem oppidi municeps Christianus, aduersum Gazensem duumuirum, Marnæ idolo deditum, Circenses equos nutriebat. hoc siquidem in Romanis urbibus iam inde seruatur à Romulo: ut propter felicem Sabinarū raptū, ab ipso Conso quasi consiliorū deo, quadrigæ septeno curtant circumitu: & equos partis aduersæ fregisse, uictoria sit. Hic itaq; æmulo suo habente maleficum, qui dæmoniacis quibusdam imprecationibus huius impediret equos, & illius incitaret ad cursum, uenit ad beatum Hilarionem, & non tam aduersarium læ di, quàm se defendi obsecrauit. Ineptum uisum est uenerando seni, in huiuscemodi nugis orationem perdere. Cumq; subrideret & diceret: Cur enim nō magis equorum precium pro sa
lute animæ tuæ pauperibus erogas? Ille respondit, functionem esse publicam, & hoc nō tam
B se uelle, quàm cogi: nec posse hominem Christianum uti magicis artibus, sed à seruo Christi potius auxiliū petere, maxime contra Gazenses aduersarios dei, & non tam sibi q̄ ecclesiæ Christi insultantes. Rogatus ergo à fratribus qui aderant, scyphum fictilem quo bibere consueuerat, aqua iussit impleri, eiq; tradi. Quem cum accepisset Italicus, & stabulum, & equos, & aurigas suos, rhedam, carcerumq; repagula asperfit. Mira uulgi expectatio: nam & aduersarius hoc ipsum irridens diffamauerat, & fautores Italici sibi certam uictoriā pollicentes exultabant. Igitur dato signo hi aduolant, isti præpediuntur. Sub horum curru rotæ feruent, illi præteruolantium terga uix cernūt. Clamor fit uulgi nimius: ita ut ethnici quoq; ipsi concreparent, Marnas uictus à Christo est. Porrò furentes aduersarij, Hilarionem maleficum Christianū ad supplicium poscere. Indubitata ergo uictoria, & illis, & multis retro Circensibus plurimis fidei occasio fuit. Eiusdem Gazensis emporij oppido uirginem dei uicinus iuuenis deperibat. Qui cum frequenter tactu, iocis, nutibus, sibilis, & cæteris huiusmodi, quæ
7 solent morituræ uirginitatis esse principia, nihil profecisset: perrexit Memphim, ut confesso uulnere suo, magicis artibus rediret armatus ad uirginem. Igitur post annū doctus ab Aescu lapij uatibus, non remediantis animas sed perdentis, uenit præsumptū animo stuprum gestiens: & subter limen domus puellæ tormēta quædam uerborū, & portentosas figuras sculptas in æris Cyprij lamina defodit. Illico insanire uirgo, & amictu capitis abiecto, rotare crinem, stridere dentibus, inclamare nomen adolescentis. Magnitudo quippe amoris se in furorem uerterat. Perducta ergo à parentibus ad monasterium, seni traditur, ululante statim & confitente dæmone: uim sustinui, inuitus abductus sum, quàm bene Memphis somnijs homines deludebam. O cruces, ò tormenta quæ patior. Exire me cogis, & ligatus subter limen teneor. Non exeo, nisi me adolescens qui tenet, dimiserit. Tunc senex: Grandis, ait, fortitudo tua, qui licio & lamina strictus teneris. Dic, quare ausus es ingredi puellam dei? Vt seruarem, inquit, eam uirginem. Tu seruares proditor castitatis? Cur nō potius in eum qui te mittebat es ingressus? Vt quid, respondit, intrarem in eum, qui habebat collegam meū amoris dæmo

nem? Noluit autem sanctus antequam purgaret uirginem, uel adolescentem, signa iubere per- c
quiri, ne aut solitis incantationibus recessisse dæmon uideretur, aut ipse sermoni eius accomo g
dasse fidem, asserens fallaces esse dæmones, & ad simulandū esse callidos: & magis reddita sanitate increpuit uirginem, cur fecisset talia, per quæ dæmon intrare potuisset. Non solum autem in Palæstina, & in uicinis urbibus Aegypti uel Syriæ, sed etiam in longinquis prouin ciis fama eius percrebuerat. Nanq; candidatus Constantij imperatoris rutilus coma, & can- dore corporis indicans prouinciam (inter Saxones quippe & Alemanos gens eius non tam lata quàm ualida, apud historicos Germania, nunc uero Francia uocatur) antiquo, hoc est, ab infantia possessus à dæmone, qui noctibus eum ululare, ingemiscere, fremere dentibus compellebat, secreto ab imperatore euectionem petijt, causam ei simpliciter indicans. Et acce ptis ad consularem quoq; Palæstinæ literis, cum ingenti honore & comitatu Gazam dedu- ctus est. Qui cum à decurionibus illius loci quæsisset, ubi habitaret Hilarion monachus, ter- riti Gazenses, & putantes eum ab imperatore missum, ad monasterium adduxerunt: ut & honorem commendato exhiberent: & si quid ex præteritis iniurijs in Hilarionem essent of- fensi, nouo officio deleretur. Deambulabat tūc senex in arenis mollibus, & secum de psalmis nescio quid submurmurabat. Videnscq; tantam turbam uenientem, substitit. Et resalutatis omnibus, manucq; eis benedicens, post horam cæteros abire præcepit, illum uero cum seruis suis & apparitoribus remanere. Ex oculis enim eius & uultu, cur uenisset agnouit. Statim er- go ad interrogationem suspensus homo, uix terram pedibus tangens, & immane rugiens, Syro quo interrogatus fuerat sermone, respondit. Videres de ore barbaro, & qui Francam 9
tantum & Latinam linguam nouerat, Syra ad purum uerba resonare, ut non stridor, nō aspi ratio, non idioma aliquod Palæstini deesset eloquij. Confessus est itaque, quo in eum in- trasset ordine. Et ut interpretes eius intelligerent, qui Græcam tantum & Latinam linguam nouerant, Græce quoq; eum interrogauit. Quo similiter & in uerba eadem respondente, multascq; incantationum occasiones, & necessitates magicarum artium obtendente: Non cu- D
ro, ait, quomodo intraueris, sed ut exeas in nomine domini nostri Iesu Christi impero. Cumcq; curatus esset, simplicitate rustica decem auri libras offerens, hordeaceum ab eo pa- nem accepit, audiens quod qui tali cibo alerentur, aurum pro luto ducerent. Parum est de hominibus loqui, bruta quoque animalia quotidie ad eum furentia pertrahebantur, in qui- bus Bactrum camelum enormis magnitudinis, qui iam multos obtriuerat, triginta & eo am plius uiri distentum solidissimis funibus cum clamore adduxerunt. Sanguinei erant oculi, spumabat os, uolubilis lingua turgebat, & super omnē terrorē rugitus personabat immanis. Iussit igitur eum dimitti senex. Statim uero & qui adduxerant, & qui cum sene erant, usq; ad unum omnes defugere. Porrò ille solus perrexit obuiam, & sermone Syro: Non me, in- quit, terres diabole tanta mole corporis, & in uulpecula, & in camelo unus atq; idem es. Et in terim porrecta stabat manu. Ad quem dum furens, & quasi eum deuoratura belua perue- nisset, statim corruit, submissumcq; caput terræ coæquauit, mirantibus cunctis qui aderant, post tantam ferociam tantam subito mansuetudinem. Docebat autem senex, hominum causa diabolum etiam iumenta corripere: & tanto eorum ardere odio, ut non solum ipsos, sed & ea quæ ipsorum essent, cuperet interire. Huiuscq; rei proponebat exemplum, quod antequam beatum Iob tentare permitteretur, omnem substantiam eius interfecerit. Nec mo uere quempiam debere, quod domini iussione duo milia porcorum à dæmonibus interfe- cta sunt. Siquidem eos qui uiderant, non potuisse eos aliter credere exisse de homine tan- tam dæmonum multitudinem, nisi grandis porcorum numerus, & quasi à multis actus pa- riter corruisset. Tempus me deficiet, si uoluero uniuersa signa, quæ ab eo perpetrata sunt, dicere. In tantam enim à domino fuerat eleuatus gloriam, ut beatus quoq; Antonius audiēs conuersationem eius, scriberet ei, libentercq; eius epistolas sumeret. Et si quādo de Syriæ par tibus ad se languentes perrexissent, diceret eis: Quare uos tam longe uexare uoluistis, cum habeatis ibi filium meum Hilarionem? Exemplo itaque eius per totam Palæstinam innu-

merabilia

A merabilia monaſteria eſſe cœperunt,& omnes ad eum monachi certatim currere. Quod ille cernens, laudabat domini gratiam:& pro affectu animi ſingulos cohortabatur,dicens:Prætérire figurã huius mundi:& illam eſſe ueram uitam, quæ uitæ præſentis emeretur incõmodo. Volens autem exemplũ eis dare & humilitatis & officij,ſtatis diebus ante uindemiam luſtrabat cellulas monachorũ. Quod poſtq̃ cognitum eſt à fratribus, omnes ad eum confluebant:& comitati tali duce,circumibant monaſteria, habentes uiaticum ſuum:quia interdum uſq; ad duo milia hominũ congregabãtur.Sed & procedente tempore, unaquæq; uillula uicinis monachis ad ſuſceptionem ſanctorum gaudens,cibos offerebat. Quantum autem fuerit in eo ſtudij,ut nullum fratrem quamuis humilem,quamuis pauperem prẽteriret,
10 uel illud indicio eſt: quod uadens in deſertũ Cades ad unum de diſcipulis ſuis uiſendũ,cum infinito agmine monachorũ peruenit Eluſam, eo fortè die,quo anniuerſaria ſolennitas omnem oppidi populum in templum Veneris congregauerat. Colunt autem illam ob Lucifer um,cuius cultui Saracenorũ natio dedita eſt.Sed & ipſum oppidum ex magna parte ſemibarbarum eſt propter loci ſitũ.Igitur audito quod ſanctus Hilarion prẽteriret(multos enim Saracenorum arreptos à dæmone frequenter curauerat)gregatim ei cum uxoribus & liberis obuiam proceſſere,ſubmittẽtes colla,& uoce Syra Barach,id eſt,benedic inclamãtes. Quos ille blande humiliterq̃ ſuſcipiens,obſecrabat ut deũ magis q̃ lapides colerent:ſimulq; uber tim flebat, cœlum ſpectans, & pollicens ſi Chriſto crederent, ad eos ſe crebro eſſe uenturum.Mira domini gratia,non prius abire paſſi ſunt,q̃ futuræ eccleſiæ lineam mitteret: & ſacerdos eorũ,ut erat coronatus,Chriſti ſigno denotaretur. Alio quoq; anno cum exiturus eſſet ad uiſenda monaſteria,& digereret in ſchedula,apud quos manere, quos in trãſitu uiſitare deberet:ſcientes monachi quendã de fratribus parciorem, ſimulq; cupientes uitio eius mederi,rogabant ut apud eum maneret.Et ille: Quid,inquit, uultis & uobis iniuriam,& fratri uexationem facere? Quod poſtq̃ frater ille parcus audiuit,& annitentibus cũctis,uix ab inuito impetrauit,ut ſuum quoq; monaſteriũ in manſionũ ordinem poneret. Poſt diem er-
B go decimum uenerunt ad eum,cuſtodibus iam in uinea,qua uenirent illi diſpoſitis: qui cum lapidibus & glebarum iactu fundæq; uertigine accedentes deterrerent, ſine eſu uuæ mane omnes profecti ſunt,ridente ſene,& diſſimulante ſcire quod euenerat.Porrò ſuſcepti ab alio monacho,cui Sabas uocabulum eſt(debemus quippe parci tacere uocabulum, largi dicere) quia dominicus erat dies,inuitabantur ab eo uniuerſi in uineam, ut ante horam cibi uuarum paſtu laborem uiæ ſubleuarent.Et ſanctus:Maledictus, ait, qui prius refectionem corporis quàm animæ quæſierit. Oremus, pſallamus,reddamus domino officium, & ſic ad uineam properabitis.Completo itaq; miniſterio,in ſublimi ſtans benedixit uineæ, & ſuas ad paſcendum dimiſit oues.Erant autem qui ueſcebantur,non minus tribus milibus. Cumq; centum lagenis æſtimata fuiſſet integra adhuc uinea,poſt dies uiginti trecentas fecit. Porrò ille parcus frater multo minus ſolito colligens,etiam id quod habuerat uerſum in acetũ fero doluit. Hoc multis fratribus ſenex ante futurũ prędixerat. Deteſtabatur aũt prẽcipue monachos, qui infidelitate quadam in futurum reſeruatẽt ſua:& diligentiam haberent, uel ſumptuum, uel ueſtitus,aut alicuius earum rerum quæ cum ſeculo tranſeunt. Deniq; unũ de fratribus in quinto ferè à ſe miliario manentem, quia comperiebat hortuli ſui nimis cautum timidumq; cuſtodem,& pauxillum habere nummorum,ab oculis abegerat.Qui uolens ſibi reconciliari ſenem,frequẽter ueniebat ad fratres,& maxime ad Heſychiũ, quo ille uehementiſſime delectabatur.Quadam igitur die ciceris faſcem uirentis,ſicut in herbis erat,detulit.Quem cum Heſychius poſuiſſet in menſa ad ueſperum,exclamauit ſenex,ſe putorem eius ferre nõ poſſe,ſimulq; unde eſſet rogauit.Reſpondẽte autem Heſychio, quod frater quidam primitias agelli ſui fratribus detuliſſet:Non ſentis,inquit,putorem teterrimum, & in cicere fœtere auariciam? Mitte bubus, mitte brutis animalibus, & uide an comedant. Quod cum ille iuxta præceptum in præſepe poſuiſſet, exterriti boues, & plus ſolito mugientes,ruptis uinculis in diuerſa fugerunt.Habebat enim ſenex hanc gratiam,ut ex odore corporũ ueſtiumq;, & ea-

rum rerum quas quis tetigerat,sciret cui dęmoni,uel cui uitio subiaceret. Igitur sexagesimo c
tertio uitæ suæ anno cernens grande monasterium,& multitudinem fratrū secum habitanti-
um:turbasq; eorum,qui diuersis languoribus & immundis spiritibus occupatos ad se dedu-
cebant,ita ut omni genere hominū solitudo per circumitum repleretur,flebat quotidie,& in-
credibili desiderio cōuersationis antiquæ recordabatur. Interrogatus à fratribus quid habe-
ret,cur se conficeret,ait:Rursum ad seculū redīj,& recepi mercedem meā in uita mea. En ho-
mines Palæstinæ & uicinæ prouinciæ existimant me alicuius esse momenti, & ego sub præ-
textu monasterij ad dispensationem fratrum,uilem supellectilem habeo.Seruabatur autem
à fratribus,maxime ab Hesychio:qui miro amore ueneratioui senis deditus erat.Cumq; ita
uixisset lugens bienniū,Aristæneta illa,cuius supra fecimus mentionem,præfecti tunc uxor,
sed nihil de prefecti ambitu habens,uenit ad eum,uolens etiam ad Antonium pergere.Cui
ille flens: Vellem,ait,ipse quoq; ire,si non carcere huius monasterij clausus tenerer, & si eun-
di fructus esset,Biduū enim hodie est,quod totus mundus tali parente orbatus est. Credi-
dit illa & substitit.Et post paucos dies ueniente nuncio,Antonij dormitionem audiuit.
Mirentur alij signa quæ fecit, mirentur incredibilem abstinentiam, scientiam, humilitatem.
Ego nihil ita stupeo,quàm gloriam illum & honorem calcare potuisse.Concurrebāt episco-
pi,presbyteri,clericorum & monachorum greges, matronæ quoq; Christianorum grandis
tentatio,& hinc inde ex urbibus & agris uulgus ignobile:sed & potentes uiri & iudices, ut be
nedictum ab eo panem uel oleū acciperent.At ille nihil aliud nisi solitudinem meditabatur,
intantum,ut quadam die proficisci statuerit: & adducto asello(nimis quippe exesus ieiunijs,
uix ingredi poterat) iter arripere conaretur. Quod cum percrebuisset, & quasi uastitas & iu-
stitium Palæstinæ indiceretur, plus quàm decem milia hominum diuersæ ætatis & sexus ad
retinendum eum congregata sunt.Immobilis ille ad preces, & baculo arenas discutiens, lo-
quebatur:Fallacem dominū meum non faciam:non possum uidere subuersas ecclesias,calca
ta Christi altaria,filiorum meorum sanguinem. Vniuersi autem qui aderāt, intelligebant re- d
uelatum ei quiddā esse secreti,quod nollet confiteri:& nihilominus custodiebāt eum, ne pro
ficisceretur.Decreuit ergo,publica omnes uoce contestans,non cibi se, non potus quicquam
sumere,nisi dimitteretur.Et post septem dies inediæ, tandem relaxatus, ac ualedicens pluri-
mis,cum infinito agmine prosequentium uenit Betilium:ubi persuasis turbis ut reuerterētur,
elegit quadraginta monachos,qui haberent uiaticū,& possent ieiunantes ingredi,id est,post
solis occasum cibum sumere.Quinto igitur die uenit Pelusium,uisitatisq; fratribus,qui in ui
cina eremo erant, & in loco qui dicitur Lychnos morabantur, perrexit post triduum ad ca-
strum Theubatum, ut uideret Dracontium episcopum & confessorem, qui ibi exulabat.
Quo incredibiliter consolato tanti uiri præsentia, post aliud triduum multo Babylonem la-
bore peruenit, ut uideret Philonem episcopum & ipsum confessorem. Constantius enim
rex Arianorum fauens hæresi, utrunq; in ea loca deportauerat. Inde egrediens post tridu-
um uenit ad oppidum Aphroditon: ubi conuento diacono Baisane, qui locatis camelis &
dromedis,ob aquæ in eremo penuriam consueuerat euntes ad Antonium ducere, confessus
est fratribus instare diem dormitionis beati Antonij: & peruigilem noctem in ipso quo de-
functus fuerat loco,à se ei debere celebrari. Tribus igitur diebus per uastam & horribilem so
litudinem,tandem ad montem altissimum peruenerunt,repertis ibi duobus monachis, Isa-
ac & Pelusiano,quorū Isaac interpres Antonij fuerat.Et quia se præbet occasio, & ad id loci
uenimus,dignum uidetur breui sermone habitaculum tanti uiri describere. Saxeus & subli-
mis mons per mille circiter passus, ad radices suas aquas exprimit: quarum alias arenæ ebi-
bunt:aliæ ad inferiora delapsæ,paulatim riuum efficiunt: super quem ex utraq; ripa palmæ
innumerabiles, multum loco & amœnitatis & commodi tribuunt. Videres senem huc at-
que illuc cum discipulis beati Antonij discurrere. Hic aiebant psallere,hic orare, hic operari,
hic fessus residere solitus erat. Has uites, has arbusculas ipse plantauit: illam areolam ma-
nibus suis ipse composuit.Hanc piscinam ad irrigandum hortulum multo sudore fabricatus

est

a est. Istum sarculum ad fodiendũ terram pluribus annis habuit. Iacebat in stratu eius, & qua si calens adhuc cubile deosculabatur. Erat autem cellula non plus mensuræ per quadrum tenens, quàm homo dormiens extendi poterat. Præterea in sublimi montis uertice, quasi per cochleam ascendentibus arduo ualde nisu, duæ eiusdẽ mensurę cellulæ uisebãtur: in quibus uenientium frequẽtiam, & discipulorum suorũ contubernium fugiens, moratus est. Verum hæ in uiuo excisæ saxo, ostia tantum addita habebant. Postq; autem ad hortulũ uenerant: Videtis, inquit Isaac, hoc pomarium arbusculis cõsitum, & holeribus uirens. Ante hoc fermè trienniũ cum onagrorum grex uastaret, unũ è ductoribus eorum stare iussit, baculoq; tundens latera: Quare, inquit, comeditis quod nõ seminastis? Et exinde exceptis aquis, ad quas potandas uentitabant, nunq; eos nec arbusculam, nec holera cõtigisse. Præterea rogabat senex, ut sibi locum tumuli eius ostenderent. Qui cum seorsum eum abduxissent, utrum monstrauerint nec ne, ignoratur: causam occultandi iuxta præceptum Antonij fuisse referentes, ne Pergamius, qui in illis locis ditissimus erat, sublato ad uillam suam sancti corpore, martyrium fabricaretur. Igitur reuersus ad Aphroditon, duobus secum tantum retentis fratribus, in uicina eremo moratus est: tanta abstinentia & silentio, ut tunc primũ se cœpisse Christo seruire diceret. Porrò iam trienniũ erat, quod clausum cœlũ illas terras arefecerat: ut uulgò dicerent, Antonij mortem etiã elementa lugere. Non latuit fama Hilarionis accolas quoque illius loci: & certatim uirilis ac muliebris sexus, ora luridi & attenuati fame, pluuias à seruo Christi, id est à beati Antonij successore deprecabãtur. Quos ille cernens, mire doluit. Eleuatisq; in cœlũ oculis, & utrasq; in sublime erigens palmas, statim impetrauit quod rogauerãt. Ecce autem sitiens arenosaq; regio, postq; pluuijs irrigata est, tantam serpentũ & uenenatorum animaliũ ex improuiso ebulliuit multitudinem, ut percussi innumerabiles, nisi ad Hilarionem concurrissent, statim interirent. Benedicto itaq; oleo uniuersi agricolæ atq; pastores tangentes uulnera, certam salutem resumebant. Videns etiam ibi se miris honoribus affici,
b perrexit Alexandriam, inde ad ulteriorem Oasim eremũ transiturus. Et quia nunq; ex quo cœperat esse monachus, in urbibus manserat, diuertit ad quosdam fratres sibi notos in Brutio, haud procul ab Alexandria: qui cum miro gaudio suscepissent senem, & iam uicina nox esset, repente audiũt discipulos eius asinũ sternere, illumq; parare proficisci. Itaq; aduoluti pedibus, rogabant ne hoc faceret: & ante limen prostrati, citius se mori, q; tanto carere hospite testabantur. Quibus ille respondit: idcirco abire festino, ne uobis molestiam generem. Certe ex posterioribus cognoscetis, non sine causa me subito ambulasse. Igitur altera die Gazenses cum lictoribus profecti (nam pridie eum uenisse cognouerant) intrantes monasterium cum illum minime inuenissent, inuicem loquebantur: Nónne uera sunt quæ audiuimus? magus est, & futura cognoscit. Vrbs enim Gaza, postq; profecto de Palæstina Hilarione, Iulianus in imperium successerat, destructo monasterio eius, precibus ad imperatorem datis, & Hilarionis & Hesychij mortem impetrauerat: amboq; ut quęrerẽtur, toto orbe scriptũ erat. Egressus ergo de Brutio, per inuiã solitudinẽ intrauit Oasim: ibiq; anno plus minus exacto, quia illuc quoq; sua fama præuenerat, quasi iam in Oriente latere nõ posset, ubi multi illum & opinione & uultu nouerãt, ad solas nauigare insulas cogitabat: ut quem terra uulgauerat, saltem maria cælarent. Eodem fermè tempore Hadrianus discipulus eius de Palæstina superuenit, dicens Iulianũ occisum, Christianũ imperatorem regnare cœpisse: reuerti eum debere ad monasterij sui reliquias. Quod ille audiens detestatus est: & cõducto camelo per uastam solitudinem peruenit ad maritimã urbem Libyæ Paretoniũ: ubi Hadrianus infelix uolens Palæstinam reuerti, & pristinam sub nomine magistri quærens gloriam, multas ei fecit iniurias. Ad extremum, conuasatis quæ à fratribus ei missa detulerat, nesciente illo profectus est. Super hoc quia alter locus referendi nõ est, hoc tantum dixerim in terrorem eorum qui magistros despiciunt, quod post aliquantulum temporis computruerit morbo regio. Habens igitur senex Gazanum secum, ascendit classem, quę Siciliam nauigabat. Cumq; uenum dato euangeliorum codice, quem manu sua adolescens scripserat, dare naulum disponeret,

in medio

in medio fermè Adriæ,naucleri filius arreptus à dæmone,clamare cœpit & dicere: Hilarion c
ſerue dei,cur nobis per te & in pelago tutos eſſe non licet? Da mihi ſpatium donec ad terram
ueniam,ne hic eiectus,præcipiter in abyſſum. Cui ille: Si deus meus,ait,tibi concedit ut ma-
neas,mane. Sin autem ille te eiicit,quid mihi inuidiam facis,homini peccatori atq; mendico?
Hoc autem dicebat,ne nautę & negociatores qui in naui erant,ſe cum ad terrā peruenirent,
proderent. Nec multo poſt purgatus eſt puer,patre fidem dante,& cæteris qui aderant,nulli
ſe ſuper eius nomine locuturos. Ingreſſus autem Pachynum promontorium Siciliæ,obtulit 12
nauclero Euangelium pro ſubuectione ſua & Gazani. Qui nolens accipere,maxime cum ui
deret illos,excepto illo codice & his quibus ueſtiti erant,amplius nihil habere,ad extremum
iurat ſe non accepturum. Sed & ſenex accenſus fiducia pauperis cōſcientiæ,in eo magis læta-
batur,& quod nihil haberet ſeculi, & ab accolis illius loci mendicus putaretur. Porrò reco-
gitans ne negociatores de oriente uenientes ſe notum facerent,ad mediterranea fugit loca,id
eſt,uiceſimo à mari miliario,ibiq; in quodam deſerto agello, lignorum quotidie faſcem alli-
gans,imponebat dorſo diſcipuli. Quo in proximo uilla uenundato,& ſibi alimoniam,& his
qui forte ad eos ueniebant, pauxillulum panis emebant. Sed uere iuxta quod ſcriptum eſt:
Non poteſt ciuitas latere ſuper montem poſita. Scutarius quidam cum in Baſilica beati Pe-
tri Romæ torqueretur,clamauit in eo immundus ſpiritus. Ante paucos dies Siciliam ingreſ-
ſus eſt Hilarion ſeruus Chriſti, & nemo eum nouit, & putat ſe eſſe ſecretum,ego uadam &
prodam illum. Statimq; cum ſeruulis ſuis aſcenſa in portu naue,appulſus eſt Pachynum, &
deducente ſe dæmone,ubi ante tugurium ſenis ſe proſtrauit, ilico curatus eſt. Hoc initium
ſignorum eius in Sicilia,innumerabilem ad eum deinceps ægrotantium,ſed & religioſorum
hominum adduxit multitudinem: intantum, ut de primoribus quidam tumens morbo in-
tercutis, eodem die quo ad eum uenerat,curatus ſit. Qui poſtea offerens ei infinita munera,
audiuit dictum ſaluatoris ad diſcipulos: Gratis accepiſtis,gratis date. Dum hæc ita geruntur
in Sicilia,Heſychius diſcipulus eius,toto ſenem orbe quærebat,luſtrans littora,deſerta pene n
trans: & hanc tantum habens fiduciam,quia ubicunq; eſſet,diu latere nō poſſet. Tranſacto
igitur iam triennio,audiuit Methonæ à quodam Iudæo,uilia populis ſcruta uendente, pro-
phetam Chriſtianorum apparuiſſe in Sicilia,tanta miracula & ſigna facientem,ut de ueteri-
bus ſanctis deputaretur. Interrogatus itaq; habitum eius,inceſſum & linguā,maximeq; æta
tem,nihil dicere potuit. Ille enim qui referebat, famam ad ſe ueniſſe tantū hominis teſtaba-
tur. Ingreſſus igitur Adriam,proſpero curſu uenit Pachynum,& in quadam curui littoris uil-
lula, famam ſenis ſciſcitatus, conſona uoce omnium cognouit ubi eſſet, quid ageret: nihil in
eo ita cunctis admirantibus,quàm quod poſt tanta ſigna atq; miracula,ne fragmen quidem
panis à quoquan in illis locis accepiſſet. Et ne longum faciam,ſanctus uir Heſychius ad ma-
giſtri genua prouolutus,plantasq; eius lachrymis rigans,tandem ab eo ſubleuatus,poſt bi-
dui triduiq; ſermonē audit à Gazano, non poſſe ſenem iam in illis habitare regionibus, ſed
uelle ad barbaras quaſdam pergere nationes, ubi & nomen & ſermo ſuus incognitus foret.

Duxit itaq; illum ad Epidaurum Dalmatiæ oppidum, ubi paucis diebus in uicino agello
manſitans,non potuit abſcondi. Siquidem draco miræ magnitudinis, quos gentili ſermone
boas uocant, ab eo quod tam grandes ſint, ut boues glutire ſoleant, omnem late uaſtabat
prouinciam,& non ſolum armenta & pecudes, ſed agricolas quoq; & paſtores tractos ad ſe
ui ſpiritus abſorbebat. Cui cum pyram iuſſiſſet præparari,& oratione ad Chriſtū miſſa euo-
cato populo,præcepiſſet ſtruem lignorum ſcandere,ignem ſuppoſuit. Tum itaq; cuncta ſpe
ctante plebe,immanem beſtiam concremauit. Vnde æſtuans quid faceret, quò ſe uerteret,
aliam parabat fugam,& ſolitarias terras mente perluſtrans,mœrebat quod tacente de ſe lin
gua,miracula loquerētur. Ea tempeſtate,terræmotu totius orbis, qui poſt Iuliani mortem
accidit,maria egreſſa ſunt terminos ſuos: & quaſi rurſum deus diluuium minaretur,uel in an
tiquum chaos redirent omnia, naues ad prærupta de latere montium pependerunt. Quod
cum uiderent Epidauritani,frementes fluctus & undarum moles,& montes gurgitum litto-
ribus

A ribus inferri,uerentes quod iam euenisse cernebant, ne oppidum funditus subuerteretur, ingressi sunt ad senem,& quasi ad prælium proficiscentes,posuerunt eum in littore.Qui cum tria crucis signa pinxisset in sabulo, manusq; contra tenderet, incredibile dictu est in quantam altitudinē intumescens mare ante eum steterit:ac diu fremēs, & quasi ad obicem indignans, paulatim in semetipsum relapsum est.Hoc Epidaurus & omnis illa regio usq; hodie prædicat,matresq; docent liberos suos ad memoriā in posteros transmittendā. Vere illud quod ad apostolos dictum est:Si credideritis,dicetis huic monti,transi in mare,& fiet,etiam iuxta literam impleri potest,si tamen quis habuerit apostolorum fidem, & talem qualem illis habendam dominus imperauit.Quid enim interest,utrū mons descendat in mare, an immensi undarum montes repente obriguerint, & ante senis tantū pedes saxei ex alia parte molliter fluxerint. Mirabatur omnis ciuitas, & magnitudo signi Salonis quoq; percrebuerat, Quod intelligens senex,in breui lembo clam nocte fugit, & inuenta post biduum oneraria naui,perrexit Cyprum. Cumq; inter Maleam & Cytherā piratæ derelicta classe in littore, quæ nō antemna,sed conto regitur,duobus haud paruis myoparonibus occurrissent,& denuo hincinde fluctus occurrerent,remiges omnes qui in naui erāt trepidare,flere,discurrere, præparare contos,& quasi non sufficeret unus nuncius, certatim seni piratas adesse dicebāt. Quos ille procul intuens subrisit.Et cōuersus ad discipulos dixit:Modicę,inquit, fidei quare trepidatis? Nunquid plures sunt hi quàm Pharaonis exercitus? tamen omnes deo uolente submersi sunt.Loquebatur hic,& nihilominus spumantibus rostris,hostiles turmæ immine bant,iactu tantū lapidis medio.Stetit ergo in prora nauis,& porrecta contra uenientes manu:hucusq;,ait,uenisse sufficiat.O mira rerum fides,statim resiluere nauiculæ,& impellentibus contra remis,ad puppim impetus redit.Mirabantur piratæ,post tergum se redire nolentes:totoq; corporis nixu, ut ad nauigiū peruenirent laborantes, uelocius multo q̄ uenerant ad littus ferebantur. Prætermitto cętera,ne uidear in narratione signorum,uolumen extendere.Hoc solum dicā, quod prospero cursu inter Cycladas nauigans,hincinde clamantiū de
B urbibus & uicis,& ad littora concurrentium,immundorū spirituum uoces audiebat. Ingressus ergo Paphum urbem Cypri nobilem carminibus poëtarum,quæ frequenter terrę motu lapsa, nunc ruinarum tantum uestigijs quid olim fuerit ostendit, in secundo ab urbe miliario habitabat ignobilis, gaudensq; quod paucis diebus quiete uiueret. Verum non ad plenum uiginti transiere dies,cum per omnem illam insulā quicunq; immundos habebant spiritus clamare cœperunt, uenisse Hilarionem seruum Christi,& ad eum se debere propera-
15 re.Hoc Salamina,hoc Curium,hoc Lapetha,& urbes reliquæ conclamabant, plerisq; asserentibus scire se quidem Hilarionem,& uere illum esse famulum dei, sed ubi esset ignorare. Intra triginta igitur nec multo amplius dies, ducenti fermè,tam uiri quàm mulieres, ad eum cōgregati sunt. Quos cum uidisset,dolens quod se non paterentur quiescere,& quodammodo in ultionem sui sæuiens,tanta eos orationum instantia flagellauit: ut quidam statim, alij post biduū triduumúe,omnes uero intra unam hebdomadam curarentur. Manens itaq; ibi biennio,& semper de fuga cogitans, Hesychium ad se ueris tempore reuersurum, Palæstinam ad salutationem fratrū & monasterij sui cineres uisendos misit. Qui cum reuertisset, cupienti rursum ad Ægyptum nauigare,hoc est ad ea loca,quæ uocantur Bucolia, eo quod nullus ibi Christianorum esset,sed barbara tantum & ferox natio,suasit ut in ipsa magis insula ad secretiorem locum conscenderet.Quem cum diu lustrans omnia reperisset, perduxit eum duodecim milibus à mari procul inter secretos asperosq; montes, & quo uix reptando manibus genubusq; posset ascendi. Qui introgressus, contemplatus quidem est terribilem ualde & remotū locum, arboribusq; hincinde circundatū, habentem etiam aquas de supercilio collis irriguas,& hortulum peramœnum,& pomaria plurima, quorū fructū nunquam in cibo sumpsit:sed & antiquissimi iuxta templi ruinā, ex quo (ut ipse referebat & eius discipuli testantur)tam innumerabilium per noctes & dies dæmonum uoces resonabant,ut exercitum crederes.Quo ille ualde delectatus,quo scilicet antagonistas haberet in proximo: habitauit

bitauit ibi per annos quinq;:& ſępe inuiſente ſe Heſychio,in hoc extremo iam uitæ ſuæ tem c
pore refocillatus eſt,quod propter aſperitatem difficultatemq; loci & umbratum(ut fereba/
tur uulgò) multitudinem, aut nullus,aut rarus ad ſe uel poſſet,uel auderet aſcendere. Quo/
dam autem die egreſſus hortulum,uidit hominem toto corpore paralyticum iacentem ante
fores.Interrogauitq; Heſychium quiſnam eſſet,uel quomodo fuiſſet adductus. Qui reſpon
dens ait:procuratorem ſe fuiſſe uillulæ,ad cuius cõfinia hortulus quoq; in quo ipſi erant,per
tineret.Et ille collachrymans tendensq; ad iacentem manũ: Tibi,inquit, dico in nomine do/
mini noſtri Ieſu Chriſti,ſurge & ambula.Mira uelocitas.Adhuc uerba in ore loquentis uol/
uebantur, & iam membra ſolidata ad ſtandum hominem ſurrigebant. Quod poſtq; audi/
tum eſt, etiam difficultatem loci,& iter inuium plurimorũ uicit neceſſitas: nihil æque per cir/
cumitum cunctis uillis obſeruãtibus,q; ne quo modo elaberetur. Diſſeminauerat enim hoc
de eo rumor,diu eum in eodem loco manere non poſſe.Quod ille non leuitate quadam,aut
puerili ſenſu uictus faciebat,ſed honorem fugiens & importunitatem. Semper enim ſilenti/
um & uitam ignobilem deſiderabat. Igitur octogeſimo ætatis ſuæ anno cum abſens eſſet
Heſychius:quaſi teſtamẽti uice breuem manu propria ſcripſit epiſtolã, omnes diuitias ſuas
ei derelinquens.Euangelium ſcilicet,& tunicam facceam,cucullam & palliolum. Nam mini/
ſter eius ante paucos dies obierat. Venerunt itaq; ad ægrotantem de Papho multi religioſi
uiri:& maxime quod eum dixiſſe audierãt,iam ſe ad dominum migraturum, & de corporis
uinculis liberandum.Sed & Conſtantia quædam ſancta fœmina, cuius generum & filiam
de morte liberauerat unctione olei,quos omnes adiurauit, ut ne puncto quidem horæ poſt
mortem reſeruaretur, ſed ſtatim eum in eodem hortulo terra operirent,ſicut ueſtitus erat in
tunica cilicina & cuculla,& ſago ruſtico. Iamq; modicus calor tepebat in corpore, nec præ/
ter ſenſum quicquam uiui hominis ſupererat,& tamen apertis oculis loquebatur: Egredere,
quid times? egredere anima mea quid dubitas? Septuaginta prope annis ſeruiſti Chriſto,
& mortem times? In hæc uerba exhalauit ſpiritum. Statimq; humo obrutum,ante urbi ſe/ D
pultum,q; mortuum nunciauerunt. Quod poſtquam Paleſtinæ ſanctus uir audiuit Heſy
chius,perrexit ad Cyprum,& ſimulans ſe uelle habitare in eodem hortulo, ut diligentis cu/
ſtodiæ ſuſpicionẽ accolis tolleret,cum ingenti uitæ ſuæ periculo,poſt decem ferè menſes cor/
pus eius furatus eſt.Quod Maioniam deferens,totis monachorũ & oppidorum turbis pro
ſequentibus,in antiquo monaſterio condidit,illæſa tunica,cuculla & palliolo:& toto corpore
quaſi adhuc uiueret, integro: tantisq; fragrante odoribus, ut delibutum unguentis putares.

Non mihi uidetur in calce libri tacenda Conſtantiæ illius ſanctiſſimæ mulieris deuotio,
quæ perlato ad ſe nuncio, quod corpuſculum Hilarionis Palæſtinæ eſſet, ſtatim exanimata
eſt, ueram in ſeruum dei dilectionem etiam morte comprobans. Erat enim ſolita peruigiles
in ſepulchro eius noctes ducere,& quaſi cum præſente ad adiuuandas orationes ſuas ſermo
cinari.Cernas uſq; hodie miram inter Palæſtinos & Cyprios contentionem,his corpus Hi/
larionis, illis ſpiritum ſe habere certantibus. Et tamen in utriſq; locis magna quotidie ſigna
fiunt,ſed magis in hortulo Cypri, forſitan quia plus illum locum dilexerit.

SCHOLIA.

POtuere attollere.) Magni refert à quo pingaris, aut à quo tua uita literis prodatur. Vel
arietem.) Ita legis Danielis capite octauo: Etenim aries ſtabat ante paludem. Quanquã ex
his arietibus alterum interpretatur Darium auunculum Cyri, alterum Darium quem deui/
cit Alexander Magnus. Vel pardum.) Pardum appellat Daniel cap. vij. Poſt hæc,inqui
ens, aſpiciebam, & ecce alia beſtia quaſi pardus, & alas habebat quatuor ſuper ſe, & quatuor capita
erant in beſtia.Porrò regem hunc alatum pardum facit, quod incredibili celeritate mundum peragra/
rit. Cæterum per quatuor capita, quatuor intelligi uult duces, qui ſuppreſſerunt Alexandrum, Ptole/
mæum, Seleucum, Philippum, Antigonum. Vel hircum caprarum.) De hirco meminit cap. viij.
Illud mirandum,hic Hieronymum uelutí dubitare,per quam harum beſtiarum ſignificatus ſit Alexan
der,cum illic interpretetur & Angelus & hic ipſe. Ad Achillis tumulum.) Is erat ſepultus in Troia,
Cenotaphiũ erat in Cheroneſo,Achillis laudes extulit Homerus in Iliade.Et Alexãder iam puer ama/
bat pædagogũ Leonidem,qui ſe Phœnicem appellare ſolitus eſt,Philippũ,Peleũ. Nec tamen contigit

Alexandro

A Alexãdro prẽco qualem optabat. Etenim cum Apellem nactus esset pictorem, statuarium Lysippum, summos artifices: Cherylũ habuit malum poetam. Salaminæ Cypri.) Est enim in insula Cypro me
2 tropolis Salamina, siue Salamis, de qua sentit hoc loco. Locis communibus.) Taxat eos qui laudãt non ad fidem historiæ, sed ad exemplum, quomodo Xenophon laudauit Cyrum, tametsi malũ exemplar ille nobis proposuit. Fauore magis quàm.) Ne quis putaret æmulatione factum, quod Hieronymus idem tractaret argumentum quod tractauerat Epiphanius. Nam fauere uidetur, qui absoluit quod alius cœpit. Nec domini saluatoris.) Hoc est quod Christus ipse testatur in euangelio: Cecinimus uobis, & non saltastis: planximus, & non luxistis. Scylleos canes.) Alluſit ad fabulam Scyllæ, quam poetæ fingunt pubetenus cinctam canibus, ob latratum undarum. Obturata aure.) Respexit ad fabulam Vlyssis qui cera sociorum aureis obturauit, ne cantu Sirenarum auocarentur. Rosa de spinis.) Rosæ apud priscos prima gloria fuit inter flores: & tamẽ hæc in spinoso nascitur frutice, foliis etiam aculeatis. Circi furoribus.) Romæ in circo agebantur certamina. Annotandum ab Hieronymo notari, quod hodie principes Christiani præclarũ in primis ac uere regium putant, armatos hastis inter se cõcurrere, magno periculo, nullo fructu. Quidam codices post hæc uerba, circi furoribus habebant, nõ artificis furia, quæ puto addita ab indocto quopiam, qui conatus sit interpretari quid dixis-
3 set circi furores. Non arenæ sanguine.) Siquidem in arena committebantur gladiatores, spectaculum homine prorsus indignum. Non Theatri luxuria.) Luxuriam dixit propter ostentationẽ Barbaricarum opum. De qua meminit & in epistolis Horatius. Vel exemplum, uel supplicium.) Supplicium, si puniti sunt nocentes: exemplũ, si emendati sunt qui spectarunt. A Maionia Gazæ emporio.) Vel hinc apparet Maioniam fuisse littoralem, quod eam uocet emporium Gazæ, uelut opportunam importationibus. Emporium enim Græcis est, quod nobis mercatus, ab importando. Historia Tripartita Maiomã appellat nõ maioniam, quæ quum prius esset portus Gazæ ciuitatis, fauore Constantini ciuitatis honore donata est, ne seruiret idololatris, & ex nomine Cõstantij Cõstantini filij Constantia dicta est. Deinde per Iulianum in ditionem Gazensium redacta est, & appellata Gaza maritima. Ependyten.) ἐπῳδύτης Græcis dicitur uestis exterior, quasi dicas, superindumentum: quemadmodum interior dicitur subucula, intima indusium. Vox quę statim hoc loco sequebatur in codicibus, eraciasten, in plerisque exemplaribus non habebatur, nec uideo quid sibi uelit. Post solis occasum.) Hoc erat antiquis ieiunium, nihil capere cibi toto die. Per ætatem peccare.) Nonnulli codices pro peccare habebant calcare. Cæde manus.) Atrocem percussionem uocat cædem. Quidam habebant
B cessione, opinor scriptum fuisse cesione, per simplex s. Per æstus indagabo.) Nõ uideo quid hoc loco sibi uelit indagabo, puto legendum, agam. Quidam codices, inducam habent, pro indagabo.
4 Iacens fortius.) Exemplo Moysi, qui orando felicissime pugnauit. Iacentem uocat prostratũ & supplicem in oratione. Quod iunco & carice.) Carex herba est agrestis, sed spinosa, cum iuncus sit leuis & enodis. Lentis sextarium.) Lens leguminis est genus uile & plebeium. Sextarius mensuræ nomen. Eleutheropolitana.) Eleutheropolis ciuitas est Syriæ. Præfectus prætorio.) Nam erant & præfecti ærario, & præfecti urbis. Hemitritæo pariter.) Hic quidam non intelligentes hunc locum, pro hemitritæo mutarant, & meriti, sed prorsus ridicule. Siquidem ut clarissime docet Cornelius Celsus libro tertio, capite item tertio: Tertianæ febris duo sunt genera, alterum quod eodem modo quo quartana & incipit & desinit, nec aliud discrimen est, nisi quod unum tantum diem præstat integrum, tertio recurrit. Alterum longe pernicioſius, quod tertio quidẽ die reuertitur, ex octo autem & quadraginta horis, fere sex & triginta per accessionem occupat, interdum etiam uel minus uel plus, nec ex toto in remissione desistit, sed tãtum leuior est morbus. Et ob id medici ἡμιτριταῖον appellarunt, quod imperfecta sit tertiana, & propius ad quotidianam accedat. Gazam & Marnas.) Marnas dei nomen
5 est, uel dæmonis potius, qui illic colebatur, de quo dictũ in superioribus scholijs. Rinocoruræ.) Quidam codices habebant Rinochæ, uerum utraq; lectio mendosa est, legendum est autem Rhinocuraræ. Id est oppidum Aegypti, sic appellatũ, quod olim incolę summas nares haberent incisas, id quod nunc uidemus in equis quibusdam. Autor Stephanus. Propius ad ueram lectionem accedebãt, qui habebãt Rinocoruræ. Si asinos uinceret.) Nam horum est gestare onera, hominis est ingenio ualere magis quàm corpore. Meum palæstritam.) Palæstra lucta, Palęstrites luctator. Gazarius siue Gazanus Maramites.) Quidam habebant, zanamenus Manumites. Suspicor Gazamus nomẽ esse proprium, & pro Maranites legendum Maiomites, siue Maiomenus. Nam id temporis Maiomæ nomen adhuc uetus manebat. Et fit mentio de ora maris. Maioma autẽ portus erat Gazæ. In saxa durescentibus.) Simile quiddã uidemus in Britannia apud Londinũ, nempe limum marginis defluente subinde aqua,
6 paulatim in saxa durescere, manente tamen pristina limi specie. Perdit tactum.) Subaudi pristinum. Non est idem tangenti, & tamen idem est aspectui. Quasi consiliorũ deo.) Pro his uerbis, quasi consiliorum deo, ex codicibus uarie deprauatis coniectura suadet legendum, Conso, quasi consiliorũ deo. Quidam codex pro Conso, habebat Consulem, alius conscio. Vnde non est dubium quin sit uera lectio Conso. Festus enim Pompeius fragmentorum lib. iij. Consualia, inquit, ludi dicebantur, quos in honorem Consi faciebant, quem deum consilij putabant. Item M. Varro libro De lingua latina quinto,

Consualia, inquit, à Conso, quod tum feriæ publicæ ei deo & in circo ad arã eius ab sacerdotibus fiant c
ludi illi, quibus uirgines Sabinæ raptæ. Historiæ & Consualium meminit T. Liuius lib. ab urb. cõdita primo. Maleficum Christianum.) Maleficum uocat, non simpliciter eum qui malefacit, sed qui magicis & improbatis utitur artibus. Christiani quondam laborarunt hac infamia, propter miraculorum nouitatem. Ad supplicium poscunt.) Non admodum refert commemorare, quàm uarie fuerit hic locus depravatus. Verum collatis diuersis depravationibus, ita legendum esse deprehendimus. Porrò furentes aduersarij Hilarionem maleficum christianum ad supplicium poscere. Indubitata ergo uictoria, & illis & multis retro Circẽsibus, plurimis fidei occasio fuit. Sensus est. Occasione huius uictoriæ, plurimos ad fidem Christi fuisse conuersos, non solum in illis ludis Circensibus, qui tum agebãtur, uerum etiam alijs multis ordine secutis. Oppido uirginem dei.) Oppido hoc loco, ni fallor, aduerbium est, 7
pro ualde: & deperire posuit, pro adamare. Morituræ uirginitatis.) Vt eleganter lusit in uerbi metaphora. Sunt enim apud medicos morituri hominis indicia quædam, ita sunt & uirginitatis. Perrexit Memphim.) De hac urbe Aegypti prodigiosissima memorantur super illusionibus dæmonum & magorum ostentis. Aesculapij uatibus.) Hi magicis incantamentis pollicebantur remedia morborum, quales sunt hodie quoq; inter Christianos, tam impudentes, ut ausint eiusmodi promittere: & reperiunt tam stultos, ut credant illos posse præstare. Non remediantis.) Remediari dixit pro mederi. Quod uerbi non recordor usquam legisse me, nisi quod hic eodem utitur aduersus Iouinianum, addito ut hic quoq; facit, accusandi casu. Aeris Cyprij.) Genus est æris, mollius & ad sculpturam magis ac cõmodum. Qui licio & lamina.) Licia fila sunt, quibus implicatur stamen. Ea detracta è stamine, putabant in maleficijs efficaciam habere. Testis Vergilius. Et item Plinius ostẽdit licium telæ detractum, septenis nodis alligari solitum, sic ut ad singulos nodos uiduam aliquam nominarent. Id existimabant remedio esse morbis inguinum. Et lamina.) Vtraq; res mollis, filũ & lamina Cyprij æris, in quo magicæ imagines erant depictæ. Signa iubere perquiri. Veluti deprehensurus an uera dixisset dæmon. 8
Mirum est autem, quod hic de una uirgine narrat Hieronymus: sed ætate nostra rem uidimus multo prodigiosiorem, in frequenti uirginum monasterio, quod est in Hannonia, uulgo dictum keinout. Ea res non mediocriter torquebat humanissimum præsulem & uere patrem, episcopum Cameracensem Henricum, inter inclytos illos Berganæ stirpis heroas, tum natu maximum. Nam apud hunc id temporis admodum iuuenis uiuebam. Quæ gymnasia uir ille super hac re non consuluit? Quos non adduxit, quos existimasset, uel eruditione pollere, uel sanctimonia? Nemo nõ stupefactus discessit. Nec prius extincta est hoc malũ, q̃ extinctis ad unã uirginibus, quæ fuerant à dæmone correptæ. Candidatus D
Constantij.) Candidatum uocat, quod ambiret apud imperatorem honorem militiæ. Rutilus coma.) Hinc Horatius: Nec fera cærulea domuit Germania pube. Inter Saxones & Alemanos.) Hanc hodie uulgò non Franciam, sed Franconiam appellant. Neq; enim accipi potest de Francia Galliarum, ea parte in qua sunt Parisij. Francam tantum & Latinam.) Francam linguam appellat, eam quæ 9
nunc est Germanica. Nõ idioma.) ἴδιωμα Græcis proprietas est. Habet uniuscuiusq; gentis sermo nescio quid suum & peculiare. Bactrum camelũ.) Addidit nomen gentis, quod illinc maximi mitterentur. Submissumq; caput.) Nam cameli natura sunt erecto & prælongo collo. Et ad profectum animæ.) In nonnullis scriptum erat, pro affectu animi. Quamuis humilem.) Quamuis dixit, pro quantumuis, ut alias admonuimus. Cades.) Ea dicitur Cades Barnæ. Est in deserto, coniungitur ciuitati Petræ in Arabia. Peruenit Pelusium.) Pelusium ciuitas in extremo Nili ostio orientem uersus. Verum magis mihi placet, quod in alijs erat exemplaribus, Elusam. Ea ciuitas est nunc Palæstinæ, quondam Arabiæ, teste Stephano. Nam Pelusiũ in Aegypto est. Ob Luciferum.) Quem & hesperum uocant. Hanc enim stellam, Veneris esse putant. Syra Barach.) Alij scriptum habe- 10
bant Barecho. Lineam mitteret.) Id est, ut ducta linea circunscriberet locum extruendæ ecclesiæ, quod olim in urbibus quoq; condendis religiose fiebat. In mansionem poneret.) In alijs habebatur, in mansionum ordine poneret. Mansiones autem uocat, ubi quiescitur in itinere. Vastitas & iudicium.) Sic habebant exemplaria permulta, sed palàm est iustitium esse legendum. Iustitium autem est, quando diebus nefastis nihil agere publice licet. Hic longius transtulit, ad omnium rerum intermissionem, & quasi publicũ luctum. Id est, post solis oc.) Rursum interpretatur, quid sit ieiunium: nempe totum diem a cibis abstinere. Atq; id uocat habere uiaticum, non egere cibo. Qui dicitur Lychnos.) In nonnullis exemplaribus habebatur, Lith pro Lychnos. Et pro Theribatũ Thabotum. Philemonem.) Plerique codices habebant Philonem. Et Dromedis.) Dromadas uocat animal ad cursum 11
idoneum, & hinc uocabulum. Præterea in sublimi.) Hic locus diuersus habebatur in exemplaribus, In quibusdam ita scriptum erat: Quasi per cochleam ascendentibus, ut arduæ ualde, duæ eiusdem mensuræ cellulæ uidebantur. In alijs sic erat: Quasi per cochleam ascendentibus, ut arduo ualle adnisu, eiusdem mensura cellulæ uisebantur. Martyrium fabricaretur.) Martyrium appellat monumentum, aut sacellum martyri dicatũ, ut Ἀνακλάδου & similia apud Græcos. Plus minus.) Ita loquimur, incertum significantes utrum paulo plus fuerit, an paulo minus. Ad solas insulas.) Solas uocat desertas. Nam & locus solus dicitur, in quo nemo uersatur, ut apud Ouidium: Loca sola nocent, loca sola caueto.

Ad ex-

A Ad extremum conuastatus.) Quidam hunc locum ita deprauarant Commendatis fratribus ei, qui ei missa detulerat. At dubium non est, quin scribendum sit conuasatis. Est enim conuasare, in sarcinam conponere, quod uelis asportare. Ita seruus ille Terentianus: Aliquid conuasassem, & senis ultus essem iracundiam. Pachynum.) Sicilia tria habet promontoria, Pachynum, quod Græciam spectat: Lilybeum, quod Africam: Pelorum, quod ad Italiam uergens, Scyllæ aduersum est. Audiuit Methonæ.) De Methona diximus in Epitaphio Paulæ. Quidam codices habebant, Methono. Habetur autem & huius nominis ciuitas in Arabia. Vilia populo scruta.) Alluſit ad illud Horatianum in Epistolis: Vilia uendentem tunicato scruta popello. Boas uocant.) Nimirum à Græca uoce, βόας, quæ boues significat. Duobus haud paruis myoparonibus.) Myoparo, siue ut Græci Myoparon, genus nauigij est, ad cursum & celeritatem paratum. Hinc inde fluctus occurrerent.) Est enim circa Maleam promontorium periculosissima nauigatio, quod Græco quoque testatum est prouerbio.

15 Nobilem carminibus.) Nam ipsam Venerẽ Paphiam appellant, quod illic olim coleretur. Hoc Corion, hoc Lapithe.) Hæc nomina uarijs modis erant deprauata, ut cuique uenerat in mentem, ita mutata scriptura. Verum haud dubium est quin legendum sit, Curium & Lapethos, iuxta descriptionem Ptolemæi. Significat enim uniuersam insulam Cyprum, cuius præcipuę sunt urbes quas recensuit, Salamina ad orientem, Paphos ad occidentem, Lapethus ad septentrionẽ, Curium ad meridiem. Quæ uocantur Bucolia.) Quasi dicas bubulcorum loca siue sedes. Tantos agonistas.) Sic habebant plerique codices. Alij pro Agonistas mutarant, quos desiderabat. Ego non uideo quid hoc loco uelit, tantos, quasi uel maiores essent hi cæteris, uel plures. Vnde conijcio legendũ, pro tantos Agonistas, antagonistas, quod Græcis significat aduersarium certaminis ἀνταγωνιστὴς. Vt diligenti custodia suspitionem oculis tolleret.) Sic habebant aliquot exemplaria. Verum ex alijs nõ minus, sed aliter deprauatis, colligo legendum: Vt diligentis custodiæ suspitionem accolis tolleret, ut hic sit sensus. Eum ob id simulasse uelle commorari se in eo hortulo, ne alioqui ueniret in suspitionẽ accolis eius loci, quod tam diligenter obsideret & obseruaret sepulchrum.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Depinxit solitarium, depinxit celebrem, depingit hic captiuum & agitatum. Lusit & in hoc argumento, ingenij exercitandi gratia. Cæterum uarietatem lectionis apparet non casu, sed studio alicuius accidisse.

DE VITA MALCHI CAPTIVI MONACHI

B

1 Qui nauali prælio dimicaturi sunt, ante in portu & in tranquillo mari flectunt gubernacula, remos trahunt, ferreas manus, & uncos pręparant, dispositumq; per tabulata militem, pendente gradu, & labente uestigio stare firmiter consuescũt, ut quod in simulachro pugnæ didicerint, in uero certamine non perhorrescant. Ita & ego qui diu tacui (silere quippe me fecit, cui meus sermo supplicium est) prius exerceri cupio in paruo opere, & ueluti quandam rubiginem linguæ abstergere, ut uenire possim ad latiorem historiam. Scribere enim disposui (si tamen uitam dominus dederit, & si uituperatores mei saltem fugientem me & inclusum persequi desierint) ab aduentu saluatoris usque ad nostram ætatem, id est, ab apostolis, usque ad nostri temporis fecem, quomodo & per quos Christi ecclesia nata sit, & adulta, persequutionibus creuerit, martyrijs coronata sit: Et postquam ad Christianos principes uenit, potentia quidem & diuitijs maior, sed uirtutibus minor facta sit. Verum hæc aliàs. Nunc quod imminet explicemus. Maronia triginta fermè milibus ab Antiochia urbe Syriæ, haud grandis ad orientem distat uiculus. Hic post

2 multos, uel dominos, uel patronos, dum ego adolescentulus morarer in Syria, ad papæ Euagrij necessarij mei possessionem deuolutus est: quem idcirco nunc nominaui, ut ostenderem, unde nossem quod scripturus sum. Erat igitur illic quidã senex nomine Malchus, quem nos Latine regem possumus dicere, Syrus natione & lingua, & reuera αὐτόχθων. Anus quoque in eius contubernio ualde decrepita, & iam morti proxima uidebatur, tam studiose ambo religiosi, & sic ecclesiæ limen terentes, ut Zachariam & Helizabeth de euangelio crederes, nisi quod Ioannes in medio non erat. De his cum curiose ab accolis quærerem, quænam esset eorum copula, matrimonij, sanguinis, an spiritus: omnes uoce consona, sanctos & deo placitos, & mira nescio quæ respondebant. Qua cupiditate illectus, adortus sum hominem, & curiosius sciscitans rerum fidem, hæc ab eo accepi. Ego, inquit, mi nate Maroniaci agelli colonus, sed solus parentibus fui. Qui cum me quasi stirpem generis sui, & hæredem

familiæ ſuæ ad nuptias cogerent, monachum potius me uelle eſſe reſpondi. Quantis pater c minis, quantis mater blanditijs perſequuti ſint, ut pudicitiam proderem, hæc res ſola indi/cio eſt, quod & domum & parentes fugi. Et quia ad orientem ire non poteram propter uici/nam Perſidem, & Romanorum militum cuſtodiam, ad occidentem uerti pedes, pauxillu/lum neſcio quid portans uiatici, quod me ab inopia tantum defenſaret. Quid multa? Per/ueni tandem ad eremum Chalcidos, quæ inter Immam & Eſſam magis ad auſtrum ſita eſt. Ibi repertis monachis, eorum me magiſterio tradidi, manuum labore uictum quæritans, laſciuiamq; carnis refrenans ieiunijs. Poſt multos annos incidit mihi deſiderium, ut ad pa/triam pergerem. Et dum adhuc uiueret mater, iam enim patrem mortuum audieram, ſola/rer uiduitatem eius, & exinde uenundata poſſeſſiuncula, partem erogarem pauperibus, par/tem monaſterio conſtituerem: quid erubeſco confiteri infidelitatem meam? partem in ſum/ptuum meorum ſolatia reſeruarem. Clamare cœpit abbas meus, diaboli eſſe tẽtationem, & ſub honeſtæ rei occaſione, latere antiqui hoſtis inſidias. Hoc eſſe reuerti canem ad uomitum ſuum. Sic multos monachorum eſſe deceptos, nuſquam diabolum aperta frõte ſe prodere. Proponebat mihi exempla de ſcripturis plurima: inter quæ illud, quod initio Adam quoq; & Euam ſpe diuinitatis ſupplantauerit. Et cum perſuadere non poſſet, prouolutus genibus obſecrabat, ne ſe deſererem, ne me perderem: nec aratrum tenens, poſt tergum reſpicerem. Væ miſero mihi, uici monitorem peſſima uictoria, putans illum non meã ſalutem, ſed ſuum ſolatium quærere. Proſequutus ergo me de monaſterio, quaſi funus efferret, & ad extre/mum ualedicens: Video, ait, te fili ſatanæ cauterio notatum: non quæro cauſas, excuſationes non recipio. Ouis quæ de ouilibus egreditur, lupi ſtatim morſibus patet, De Beria ad Eſſam pergentibus, uicina eſt publico itineri ſolitudo, per quam Saraceni incertis ſedibus huc atq; illuc ſemper uagantur. Quæ ſuſpitio frequentiam in illis locis uiatorum congregat, ut immi/nens periculũ auxilio mutuo declinetur. Erant in comitatu meo uiri, fœminæ, ſenes, iuuenes, paruuli, numero circiter ſeptuaginta. Et ecce ſubito equorum camelorumq; ſeſſores Iſmaeli/tæ irruunt, crinitis uittatisq; capitibus ac ſeminudo corpore, pallia & latas caligas trahentes: D pendebant ex humero pharetræ: laxos arcus uibrantes haſtilia longa portabant. Nõ enim ad pugnandum, ſed ad prædam uenerant. Rapimur, diſpergimur, in diuerſa trahimur. Ego interim longo poſtliminio hæreditarius poſſeſſor, & ſero mei cõſilij pœnitens, cũ altera mu liercula in unius heri ſeruitutẽ ſortitus uenio. Ducimur, imò portamur ſublimes in camelis, & per uaſtam eremum ſemper ruinã timentes, pendemus potius quàm ſedemus. Carnes fe/micrudæ cibus, & lac camelorum potus erat. Tandem grandi amne tranſmiſſo, peruenimus ad interiorem ſolitudinem, ubi dominam liberosq; ex more gentis adorare iuſſi, ceruices fle ctimus. Hic quaſi clauſus carcere, mutato habitu, id eſt nudus ambulare diſco, Nam aeris quoque intemperies, nihil aliud præter pudenda uelari patiebatur. Traduntur mihi paſcen/dæ oues, & in malorum comparatione hoc fruor ſolatio, quod dominos meos & conſeruos rarius uideo. Videbar mihi aliquid habere ſancti Iacob, recordabar Moyſi, qui & ipſi in eremo quondam fuere paſtores. Veſcebar recenti caſeo & lacte. Orabam iugiter, canebam pſalmos, quos in monaſterio didiceram. Delectabat me captiuitas mea: agebamq; dei iu/dicio gratias, quod monachum quem in patria fueram perditurus, in eremo inueneram. O nihil unquam tutum apud diabolum. O multiplices & ineffabiles eius inſidiæ. Sic quoq; latentem me inuenit inuidia. Dominus uidens gregem ſuum creſcere, nihilq; in me depre/hendens fraudulentiæ: ſciebam enim Apoſtolum præcepiſſe, dominis ſic quaſi deo fideli/liter ſeruiendũ: & uolens me remunerare, quo fidum ſibi magis faceret, tradidit mihi illam conſeruam meam, aliquando captiuam. Et cum ego refutarem, diceremq; me Chriſtia/num, nec licere mihi uxorẽ uiuentis mariti accipere (ſiquidem captus nobiſcum uir eius, ab alio domino fuerat abductus) rurſus ferus ille & implacabilis in furorem uerſus, euaginato me cœpit petere gladio. Et niſi confeſtim brachia tendens mulierem præoccupaſſẽ, ilico fu/diſſet ſanguinem. Iam igitur uenerat tenebroſior ſolito, & mihi nimium matura nox. Duco in ſpe/

A in ſpeluncam ſemirutam,nouam coniugem: & pronubante nobis mœſticia,uterque deteſta
mur alterum, nec fatemur. Tunc uere ſenſi captiuitatem meam, proſtratusq; humi, mona-
chum cœpi plangere,quem perdebam,dicens:Huccine miſer ſeruatus ſum? Ad hoc me mea
ſcelera perduxerunt,ut incaneſcente iam capite,uirgo maritus fierem? Quid prodeſt paren-
tes,patriam,rem familiarem cõtempſiſſe pro domino:ſi hoc facio,quod ne facerem,illa con
tempſi,niſi quod forte propterea hæc ſuſtineo,quia patriam deſideraui? Quid agimus ani-
ma? perimus an uincimus? Expectamus manum domini,an proprio mucrone cõfodimur?
Verte in te gladium, tua magis mors timenda eſt, quàm corporis. Habet & ſeruata pudici-
tia ſuum martyrium, iaceat inſepultus Chriſti teſtis in eremo, ipſe mihi ero perſequutor &
martyr. Sic fatus, eduxi in tenebris quoque micantem gladium, & acumine contra me uer-
ſo: Vale,inquam,infelix mulier,habeto me martyrem potius quàm maritum. Tunc illa pedi
bus meis prouoluta: Precor te,inquit, per Ieſum Chriſtum, & per huius horæ neceſſitatem
adiuro,ne effundas ſanguinem tuum in crimẽ meum. Vel ſi mori placet,in me primum uer-
te mucronem:Sic nobis potius coniungamur. Etiam ſi uir meus ad me redierit,ſeruarem ca-
ſtitatem, quam me captiuitas docuit, uel interirem potius quàm perderem. Cur moreris,ne
mihi iungaris? Ego morerer,ſi mihi iungi uelles. Habeto me coniugem pudicitiæ, & magis
animæ copulam amato, quàm corporis. Sperent domini maritũ,Chriſtus nouerit fratrem.
Facile ſuadebimus nuptias, cum nos uiderint ſic amare. Fateor, inquit,obſtupui,& admira-
tus uirtutem fœminæ, coniugem plus amaui. Nunquam tamen illius nudum corpus intui-
tus ſum, nunquam eius carnem attigi, timens in pace perdere, quod in prælio ſeruaueram.
Tranſeunt in tali matrimonio dies plurimi,amabiliores nos dominis fecerant nuptiæ.Nulla
fugæ ſuſpitio, interdũ & menſe toto aberam fidus gregis paſtor per ſolitudinem.Poſt gran
de interuallum dum ſolus in eremo ſedeo, & præter cœlum terramq; nihil uideo, cœpi me-
cum tacitus uoluere, & inter multa, contubernij quoq; monachorum recordari, maximeq;
uultum patris mei,qui me erudierat, tenuerat,perdideratq;. Sicq; cogitans, aſpicio formica-
tum gregem anguſto calle feruere,ferre onera maiora quàm corpora. Aliæ herbarum quæ-
B dam ſemina forcipe oris trahebant, aliæ egerebant humum de foueis, & aquarum meatus
aggeribus excludebant. Illæ uenturæ hyemis memores, ne madefacta humus in herbã hor
rea uerteret, illata ſemina præcidebant. Hæ luctu celebri, corpora defuncta deportabant.
Quodq; magis mirum eſt in tanto agmine, egrediens non obſtabat intranti, quin potius ſi
quam uidiſſent ſub faſce & onere concidiſſe, ſuppoſitis humeris adiuuabant. Quid multa?
Pulchrum mihi ſpectaculum dies illa tribuit. Vnde recordatus Salomonis, ad formicarum
ſolertiam nos mittentis,& pigras mentes tali exemplo ſuſcitantis,cœpi tædere captiuitatis,&
monaſterij cellulas quærere,ac formicarum illarum ſolitudinem deſiderare,ubi laboratur in
medium, cumq; nihil cuiuſquam proprium ſit,omnium omnia ſunt. Regreſſo ad cubile oc-
currit mulier,triſticiã animi diſſimulare non potui.Rogat cur ita exanimatus ſim.Audit cau-
ſas,hortatur fugam.Peto ſilentij fidem, non aſpernatur,& iugi ſuſurro inter ſpem & metum
medij fluctuamus. Erant mihi in grege duo hirci miræ magnitudinis. Quibus occiſis, utres
facio,eorumq; carnes uiatico præparo.Et primo ueſperi,putantibus nos dominis ſecreto cu-
bitare,inuadimus iter,utres & partes carnium portantes.Cumq; peruenisſemus ad fluuium,
nam decem milibus aberat,inflatis conſcenſisq; utribus,aquis nos credimus, paulatim pedi-
bus ſubremigantes:ut deorſum nos flumine deferente,& multo longius quàm conſcendera
mus,in alteram nos exponente ripam,ueſtigium ſequentes perderent.Sed inter hæc made-
factæ carnes, & ex parte lapſæ, uix tridui cibum pollicebantur.Bibimus uſq; ad ſatietatem,
futuræ nos ſiti præparantes. Currimus, poſt tergum ſemper aſpicimus, & magis noctibus
prouehimus q̃ diebus,uel propter inſidias late uagantium Saracenorum,uel propter ardo-
rem ſolis nimium. Paueſco miſer etiam referens, & ſi tota mente ſecurus,toto tamen corpo-
re perhorreſco.Poſt diem uero tertium, dubio proſpectu procul aſpicimus duos camelis in-
ſidentes uenire concitos.Statimq; mens mali præſaga, putare cœpit dominũ meditari mor-

tem,ſolem cernere nigreſcẽtem. Dumq; timemus,& ueſtigijs nos proditos per arenas intel- C
ligimus,offertur ad dexteram ſpecus,longe ſub terram penetrans. Igitur timentes uenenata
animalia,nam ſolent uiperæ,reguli, & ſcorpiones,cæteraq; huiuſcemodi, feruorem ſolis de-
clinantia,umbram petere:intrauimus quidem ſpeluncam, ſed ſtatim in ipſo introitu ſiniſtræ
nos foueæ credimus, nequaquam ultra progrediẽtes, ne dum mortem fugimus,incurramus
in mortem.Illudq; nobiſcum reputantes,ſi iuuat dominus miſeros,habemus ſalutem.Si de-
ſpicit peccatores, habemus ſepulchrum. Quid putas fuiſſe nobis animi? quid terroris, cum
ante ſpecum haud procul ſtarent dominus & conſeruus, & ueſtigio indice iam ad latebras
peruenissent? O multo grauior expectata,quàm illata mors. Rurſus cum timore & labore
lingua balbutit,& quaſi clamante domino, mutire non audeo.Mittit ſeruum,ut nos de ſpe- 3
cu trahat: ipſe camelos tenet, & euaginato gladio,noſtrum expectat aduentum. Interea tri-
bus ferè uel quatuor cubitis introgreſſo famulo, nobis ex occulto tergum eius uidentibus,
nam oculorum iſtiuſmodi natura eſt, ut poſt ſolem umbram intrantibus, cæca ſint omnia,
uox per antrum ſonat:Exite furciferi,exite morituri.Quid ſtatis? quid moramini? Exite.Do
minus uocat,patienter expectat.Adhuc loquebatur, & ecce per tenebras aſpicimus leænam
inuaſiſſe hominem,& gutture ſuffocatum,cruentum intro trahere. Ieſu bone,quid tunc ter-
roris nobis,quid gaudij fuit? Spectabamus domino neſciente,hoſtem noſtrum perire.Qui
cum uideret illum moras facere, ſuſpicatus eſt duos uni reſiſtere. Sed iram differre non ua-
lens,ſicut tenebat gladium ad ſpeluncam uenit,& furore rabido ſerui increpans uecordiam,
prius à fera eſt tentus quàm ad noſtras latebras peruenire. Qui ſunt qui hoc crederẽt,ut an
te os noſtrum,beſtia pro nobis dimicaret? Sublato autem illo metu,ſimilis ante oculos no-
ſtros uerſabatur interitus, niſi quod tutius erat rabiẽ leonis, q; iram hominis ſuſtinere. Pa-
uemus intrinſecus, & ne mouere quidem nos auſi, præſtolabamur euentum rei, inter tanta
pericula,pudicitiæ tantum conſcientia pro muro ſepti.Leæna inſidias cauens,& uiſam eſſe ſe
ſentiens,apprehẽſos mordicus catulos effert,nobisq; cedit hoſpitium.Neq; tamen ſatis cre- D
duli,ſtatim erumpimus,ſed expectantes diu, & egredi cogitantes, illius nobis figurabamus
occurſum.Sublato ergo horrore, & alia tranſacta die egredimur ad ueſperã, uidimusq; ca-
melos,quos ob nimiam uelocitatem dromedarios uocant,præteritos cibos in ore uoluere,&
in aluum miſſos iterum retrahere.Quibus aſcenſis,& noua ſitarcia,id eſt,annona refocillati,
decima tandem die ad Romana per deſertum caſtra uenimus. Oblatiq; tribuno, rem ordi-
ne pandimus,inde tranſmiſſi ad Sabinum Meſopotamiæ ducem,camelorum precium acce-
pimus.Et quia iam abbas ille meus dormierat in domino,ad hęc delatus loca me monachis
reddo, hanc trado uirginibus, diligens eam ut ſororem, non tamen ei me credens ut ſorori.
Hæc mihi ſenex Malchus adoleſcentulo retulit.Hęc ego uobis narraui ſenex,& caſtis hiſto
riam caſtitatis expono. Virgines caſtitatem cuſtodire exhortor. Vos narrate po-
ſteris,ut ſciant inter gladios, & inter deſerta & beſtias,pudicitiam nun-
quam eſſe captiuam:& hominem Chriſto deditum
poſſe mori,non poſſe ſu-
perari.

SCHOLIA.

A

1 QVi nauali.)Hanc Græci uocant ναυμαχίαν, Subſignificat autem hoc argumentũ non eſſe ſerium,ſed exercitandi ſtili cauſa ſumptum. Ferreas manus.)Harpagones uocant,quibus iniectis attrahunt nauim,cõmiſſuri. Cui meus ſermo ſup.)Ruffinum, ni fallor,ſignificat,à quo omnia illius carpebantur. Fugientem me.)Mutarat enim locum,cedens aduerſario,ſicut alibi teſtatus eſt. Ab aduẽtu.)Opus quod hic polliceturopinor eſſe illud,quod in uiris illuſtribus ſua recẽſens,appellat χρονικὸν omnimodæ hiſtoriæ.

Et poſtq; ad Chriſtianos principes.)Quid diceres Hieronyme,ſi nunc uideres eccleſiam,tot regnis,tot opibus,tot bellis,tot uictorijs,tot triumphis,tot legationibus profanis,tot fœderibus, penè obrutam? Maronias.)Quidam habebant Maronianus,ſed deprauate.Apud Ptolemæum legimus Maroniam,& conuenit locus ad Hieronymi deſcriptionem. Papæ Euagrij.)Hunc oſten-
2 dit & alias ſibi ſubſidio fuiſſe. Malchus.)Hebræis מַלְךָ ſonat regem.Inde libri Malachim dicuntur. Thebaſtonis indigena.)Hic locus non uno modo deprauatus fuit. E ueſtigijs puto legendum eſſe ad hunc modum,Syrus & natione & lingua & reuera αὐτόχθων. Porrò indigena eius loci,aſſcripſerat aliquis,uolens exponere,quid eſſet αὐτόχθων. Chalcidos.)Chalcis eſt ad ſeptentrionem Syriæ:Eſſa ſeu Iſſa littoralis eſt.Imma interior ad orientem. Tenebroſior ſolito.) In omnibus exemplaribus pro ſolito habebatur ſolitudo. Et pronubante nobis.) Pronubæ eſt dictare uerba nuptialia, bene ominata. At qui hic malis ominibus inibatur matrimoniũ, ut uterq; alterũ detеſtaretur:pronubari dixit,pro pronubæ officio fungi. Ob mœſticiam.)Quidam habebant iuſti-
3 tiam,alij triſticiam:mihi mœſticiam magis probatur. Rurſus cum timore.) Locus hic planè deprauatus eſt,nec uno modo. Vide num ſic legendum ſit. Rurſum timore labor,lingua balbutit, & quaſi clamante domino mutire non audeo. Vt ſenſus ſit, Malchum inter narrandum pati denuo, quod olim in ipſa re fuiſſet paſſus.Aut ſic:timore labor,lingua balbutit, & clamante domino mutire non audeo. Vt intelligas,eum euocanti domino præ metu non auſum fuiſſe reſpondere.

Dromedarios.) Dromos enim Græce curſus eſt. Præteritos cibos.) Ruminant enim came-
2 li.Sed uide num præſtet legere prætritos. Sitarcia.) σῖτος cibus,& ἀρκεῖν ſufficere.

SImon Petrus,
Andreas
Iacobus frater domini
Matthæus
Iacobus Zebedæi.
Philippus
Bartholomæus
Thomas
Simon Cananæus
Matthias
Timotheus
Titus
Crescens
Iudas
Paulus apostolus
Barnabas
Lucas
Marcus
Ioannes
Hermas
Philo
Lucius Anneus Seneca.
Iosephus
Iustus

Clemens
Ignatius
Polycarpus
Papias
Quadratus
Aristides
Agrippa
Egesippus
Iustinus
Melito
Theophilus
Apollinarius
Dionysius
Pinytus
Tatianus
Philippus
Musanus
Modestus
Bardesanes
Victor
Irenæus
Pantænus
Rhodon
Clemens
Miltiades
Apollonius
Sarapion
Apollonius
Theophilus
Bacchylus
Polycrates

Heraclius
Maximus
Candidus
Appion
Sextus
Brabianus
Iudas
Tertulianus
Origenes
Ammonius
Ambrosius
Tryphon
Minutius
Gaius
Beryllus
Hippolytus
Alexander
Iulius
Geminus
Theodorus
Cornelius
Cyprianus
Pontius
Dionysius
Nouatianus
Malchion
Archelaus
Anatolius
Victorinus
Pamphilus
Pierius

Lucianus
Phileas
Arnobius
Firmianus
Eusebius
Rheticius
Methodius
Iuuencus
Eustathius
Marcellus
Athanasius
Antonius
Basilius
Theodorus
Eusebius
Triphylius
Donatus
Asterius
Lucifer
Eusebius
Fortunatianus
Acacius
Sarapion
Hilarius
Victorinus
Titus
Damasus
Apollinarius
Gregorius
Tacianus

Photinus
Sœbadius
Didymus
Optatus
Aquilius
Cyrillus
Euzoius
Epiphanius
Efræm
Basilius
Gregorius
Lucius
Diodorus
Eunomius
Prisscillianus
Matronianus
Tiberianus
Ambrosius
Euagrius
Ambrosius
Maximus
Gregorius
Ioannes
Gelasius
Theotimus
Dexter
Amphilochius
Sophronius
Hieronymus

A HIERONYMI EPISTOLA AD Dextrum prætorio præfectum, è Latina lingua in Græcam translata.

ΙΕΡΩΝΥΜΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ Δέξτορ ἔπαρχον πραιτρίῳ, ἀπὸ ῥωμαϊκῶν εἰς ἑλληνικὰ μεταβληθεῖσα.

HIERONYMVS DEXTRO

ΙΕΡΩΝΥΜΟΣ ΔΕΞΤΡΩ.

HOrtatis Dexter, ut Trãquillum sequens, ecclesiasticos scriptores in ordinem digeram: & quod ille in enumerandis gẽtilium literarum uiris fecit illustribus, ego in nostris faciam, id est, ut à passione Christi, usque ad decimumquartum Theodosij imperatoris annum, omneis qui de scripturis sanctis memoriæ aliquid prodiderunt, tibi breuiter exponam. Fecerunt quidem hoc idem apud Græcos, Hermippus peripateticus, Antigonus Carystius, Satyrus doctus uir, & longe omnium doctissimus, Aristoxenus musicus. Apud Latinos autem Varro, Santra, Nepos, Hyginus, & ad cuius nos exemplum uis prouocare, Tranquillus. Sed non mea & illorum similis est conditio: illi enim ueteres historias annalésque replicantes, potuerunt quasi de ingenti prato paruam opusculi sui coronam texere. Ego quid actum, qui nullum præuiũ sequens, pessimũ, ut dicitur, magistrũ memetipsum habeo? Quanꝯ Eusebius Pamphili, in decem Ecclesiasticæ historiæ libris, maximo nobis adiumẽto fuerit: & singulorum de quibus scripturi sumus uolumina, ætates autorum suorum sæpe testantur. Itaq; dominum Iesum Christum precor, ut quod Cicero tuus, qui in arce Romanæ stetit eloquentiæ, non est facere dedignatus in Bruto, oratorum Latinæ linguæ texens catalogum: id ego in ecclesię illius scriptoribus enumerãdis, digne cohortatione tua impleã. Si qui autem de his qui usque hodie scriptitant, à me in hoc uolumine prætermissi sunt, sibi magis quàm mihi debent imputare. Neq; enim cælantes scripta sua, de his quæ non legi, nosse potui, & quod alijs forsitan sit notum, mihi in hoc terrarum angulo fuerit ignotum. Certe cum scriptis suis claruerint

Προτρέπῃ δέξτρε, ὡς τὸ τραγκύλλῳ ἑπόμενόν με, τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς συγγραφέας κατὰ τάξιν ἐνθεῖναι, καὶ ὅσους ἐκεῖνος ἀπαριθμήσατο τοὺς περιφανεῖς ἄνδρας, τοὺς τὰ ἐθνικὰ σωτάξαντας πεπρίκα, μὰ γὼ τῷ μετρίῳ πρίσω, τό τ' εἶσιν, ἀπὸ τοῦ πάθους τοῦ σωτῆρος ἄχρι τεσσαρεσκαιδεκάτου ἔτους θεοδοσίου τοῦ βασιλέως, πάντας τοὺς ἐκ τῶν θείων γραφῶν συγγραψαμένους τι, καὶ τῇ μνήμῃ παραδεδωκότας, διὰ βραχέων φανερώσω. πεπρίκασι μὲν οὖν καὶ πρὸ ἐμοῦ, παρὰ τοῖς ἕλλησιν, ἑρμιππος περιπατητικὸς, ἀντίγονος καρύστιος, σάτυρος αὐτὴρ πολυμαθὴς, καὶ πολλῶν πάμπολυ διδασκαλικώτατος, ἀριστόξενος μουσικός. παρὰ δὲ τοῖς ῥωμαίοις, βάρρων, σάντρας, νέπως, ὑγῖνος καὶ ὃν εἰς ὑπόδειγμα ἡμᾶς προκαλεῖται βάλε, τραγκύλλος. ἀλλ' ὅτι ἔσιν ἐμοῦ καὶ ἐκείνων, ὁμοία ἡ αἵρεσις. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, παλαιὰς ἱστορίας καὶ τοὺς ἐπὶ τοῦ ἔτους ἀνακυλίοντες σωτάγματα, ἐστεφανήθησαν ὡσανεὶ ἐκ μεγάλου λειμῶνος, ἐλάχιστον στοῦν τὸ οἰκεῖον ἔργον στέφανον πλέξαι. Ἐγὼ δὲ, τί διαπράξομαι, ἡγοῦμαι μένων ἐπὶ μὴν ὅτι, δένι, ἀλλ' ἐμαυτὸν ἡγήσομαι, ὡς ὁ λόγος φησὶ, διδάσκαλον ἔχων. Εἰ καὶ τὰ μάλιστα εὐσεβὴς ὁ παμφίλου εἰς δύο καὶ δέκα ἐκκλησιαστικὰς ἱστορίας βίβλους, μεγίστην ἡμῖν παρέσχετο βοήθειαν, μὴ τὰ ἑκάστου περὶ ὧν συγγράφειν μέλλομεν τοῦ χρόνου ὑπὸ τῶν οἰκείων τῶν μαρτυρίαν παρέξεσι χρόνων. Τοιγαροῦν τὸν κύριον ἡμῶν ἰησοῦν χριστὸν δέομαι, ἵν' ὅπερ ὁ σὸς κικέρων, ὁ ἐν ῥώμῃ ἄκρων τῆς ῥωμαϊκῆς εὐγλωττίας ἰσάμιος, πρυτανεῦσαι οὐκ ἀπηξίωσεν εἰς βρεττανίαν, τὸν τῆς ἑσπερωνικῆς ῥωμαϊκῆς γλώττης συντάκτην καταλόγου, οὕτως ἐγὼ ἐν τῷ ἀπαριθμεῖσθαι τῆς σῆς συγγραφίας τοὺς αὐτοὺς ἐκκλησίας, ἐκπληρώσω δέκα τοὺς σοὺς προτροπῆς. Εἰ δέ τινος, ἐκεῖ ἄρχει τιμίου συγγεγραμμένου παρ' ἐμοῦ ἐν ᾧ δεῖ τοῦ χριστοῦ παρελείφθησαν, ἑαυτοῖς μᾶλλον ἢ μοὶ ἐγκλητέον. ὁ δὲ μὴ ἀκηκοὼς αὐτοὺς τοὺς ἴδια συγγράμματα, γνῶναι ἐδυνήθη ὅτις οὐκ ἐν ἐπιτυχεῖ. ὅπερ ἄλλοις ἐστὶν ὅτε γνωστὸν τυγχάνει, ἐμοὶ ἐν τῇ τοῦ κόσμου τούτου γωνίᾳ, ἄγνωστον ὑπῆρξεν. ὅμως ὅταν καταδηλοῖ διὰ τῶν οἰκείων γένωνται

ruerint, non magnopere noſtri ſilentij diſpendio ſuſpirabunt. Diſcant ergo Celſus, Porphyrius, Iulianus, rabidi aduerſus Chriſtum canes, diſcant eorum ſectatores, qui putant eccleſiam, nullos philoſophos & eloquentes, nullos habuiſſe doctores, quanti & quales uiri eam fundauerint, extruxerint, & ornauerint, & deſinant fidem noſtram, ruſticæ tantum ſimplicitatis arguere, ſuamq; potius imperitiam agnoſcant.

SImon Petrus filius Ioannis, prouinciæ Galilææ, uico Betſaida, frater Andreæ apoſtoli, & princeps apoſtolorum: poſt epiſcopatum Antiochenſis eccleſiæ, & prædicationem diſperſionis eorum, qui de circunciſione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Aſia, & Bithynia, ſecundo Claudij anno, ad expugnandum Simonem Magum Romam pergit, ibiq; uigintiquinque annis cathedram ſacerdotalem tenuit, uſq; ad ultimum annum Neronis, id eſt, decimumquartum. A quo & affixus cruci, martyrio coronatus eſt, capite ad terram uerſo, & in ſublime pedibus eleuatis: aſſerens ſe indignum, ut ſic crucifigeretur ut dominus ſuus. Scripſit duas epiſtolas, quæ catholicæ nominantur: quarum ſecunda à pleriſq; eius eſſe negatur, propter ſtili cũ priore diſſonantiã. Sed & Euangelium iuxta Marcũ, qui auditor eius & interpres fuit, huius dicitur. Libri aũt eius, è quibus unus Actorum eius inſcribitur, alius Euangelij, tertius prædicationis, quartus Apocalypſis, quintus iudicij, inter apocryphas ſcripturas reputãtur. Sepultus Romę in uaticano iuxta uiam triumphalem, totius urbis ueneratione celebratur.

Variat Græcus

Diuus Hieronymus nõ recenſuit niſi ſcriptores: at Sophronius reliquos item apoſtolos adiunxit. Ea nos Latina fecimus, & adijcienda curauimus, ne non congruerent Græca cum Latinis

ANdreas frater huius, ut maiores noſtri prodiderunt, Scythis, & Sogdianis, & Saccis prędicauit Euangeliũ domini noſtri Ieſu Chriſti, & in Auguſta ciuitate prædicauit, quę cognominatur magna, ubi eſt irruptio Apſari, & Phaſis fluuius, illic incolunt Aethiopes interiores. Sepultus eſt aũt Patris ciuitate Achaię, cruci ſuffixus ab Aegea præfecto Edeſenorum.

IAcobus, qui appellat' frater domini, cognomento Iuſtus, ut nõnulli exiſtimãt, Ioſeph

γένωντ ſυγγραμμάτων, ἐχ' ὡς τὰ μέγιστα βλαβέντες τῆ ἡμετέραν ὠφελήσωσι σωτηρίαν. Μαθέτωσαν τὰ γεγραμμένα Κέλσος, Πορφύριος, Ἰουλιανός, οἱ λυσσώδεις καὶ χειροῦ κύνες, μαθέτωσαν οἱ τὸ τῶν ἀκούοντας, οἱ νομίζοντας τὴν ἐκκλησίαν, μήτε φιλοσόφους καὶ εὐφραδεῖς, μήτε λογικοὺς ἐχθρεύσαι δυνασθήσεσθαι, ὅσοι καὶ πιστίκοι ἀνδρὸς, ταύτην θεμελιώσαντος, ᾠκοδόμησάν τε καὶ διεκόσμησαν, καὶ πασῶν τὴν ἡμετέραν πίστιν, ἀγροικικῆς μόνον εὐθυμίας ἁπλότητος, οἱ κείαν μᾶλλον ἀμαθίαν ὠμολογωσόμενοι.

ΣΙμων Πέτρος ἀπόστολος υἱὸς Ἰωνᾶ, ἐπαρχίας Γαλιλαίας, κώμης Βηθσαϊδᾶ, ἀδελφὸς Ἀνδρέου ἀποστόλου, καὶ ἀρχηγὸς τῶν ἀποστόλων, μετὰ τὴν σύστασιν τῶν ἀντιοχέων ἐκκλησίας, καὶ τὸ κήρυγμα τῶν διασπαρέντων, καὶ ἐκ περιτομῆς πιστευσάντων, ἐν Πόντῳ, Γαλατίᾳ, Καππαδοκίᾳ, Ἀσίᾳ, καὶ Βιθυνίᾳ, τῷ δευτέρῳ Κλαυδίου ἔτει, εἰς τὸ ἐκπολεμῆσαι Σίμωνα τὸν μάγον, πρὸ ἓξ μὴ ἐφεξῆς. ἔνθα εἰρηται πέντε ἐνιαυτοῦς, τὸ θρόνον τῆς ἱερωσύνης κατέχων, ἕως τοῦ τελευταίου ἐνιαυτοῦ νέρωνος, τουτέστι, τοῦ τεσσαρεσκαιδεκάτου, ἐφ' ὃ καὶ σωθεὶς ἐμαρτύρησε, τῶν κεφαλῶν γῆν ἔχων, σὺν πρόσω δὲ ἐν μετώπῳ, φαίσκων ἀναξιον ἑαυτὸν εἶναι, τὸ ὅμοιον τρόπον σωθῆναι τῷ πάντων κυρίῳ. ἔγραψε δύο ἐπιστολὰς τὰς ὀνομαζομένας καθολικάς. ἀφ' ὧν τὴν δευτέραν οἱ πλείους δοκιμάζουσιν αὐτοῦ τυγχάνειν, διὰ τὴν χαρακτῆρα, καὶ τὴν διαφωνίαν τοῦ πρώτης ἐπιστολῆς. ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ μαρκον εὐαγγέλιον, ὃς μαθητὴς αὐτοῦ καὶ ἑρμηνευτὴς γενέσθαι, τοῦτο λέγεται εἶναι. Τὰ δὲ συγγράμματα, ἅτινά πρῶτον, ὃ ἐπιγέγραπται πρᾶξις αὐτοῦ. δεύτερον, εὐαγγέλιον. τρίτον, κήρυγμα. τέταρτον, ἀποκάλυψις. πέμπτον, κρίσις, ὡς ἀπόκρυφα ὄντα ἀποδοκιμάζεται. Κλαυδίου δὲ ἐν ῥώμῃ ἐν τῷ βατικανῷ, πλησίον τοῦ ὁδοῦ τῆς ἐπικλίου τριόμφαλίας, μετὰ πάντος τοῦ σεβάσματος, πρὸς τοῦ ῥωμαίων θρησκεύεται.

ΑΝδρέας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὡς οἱ πρὸ ἡμῶν παραδεδώκασιν, σκύθαις καὶ σογδιανοῖς καὶ σάκκαις ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ. καὶ ἐν σεβαστοπόλει ἐκήρυξε τῇ μεγάλῃ. ὅπου ἔστιν ἡ παρεμβολὴ ἀλφεκ, καὶ φάσις ὁ ποταμός. ἔνθα οἰκοῦσιν αἰθίοπες οἱ ἐσώτεροι. δὲ πέτρου δὲ ἐν πάτραις τῆς ἀχαΐας, σταυρῷ παραδοθεὶς ὑπὸ ἀγαιέως τοῦ βασιλέως ἐδεσηνῶν.

ΙΑκωβος ὁ ἀδελφὸς τοῦ κυρίου, ἀπόστολος καὶ ἐπίκλιν δίκαιος, ὡς τινὲς ὑπολαμβάνουσι, τῶ

A Ioseph ex alia uxore, ut autem mihi uidetur, Marię sororis matris domini, cuius Iohannes in libro suo meminit, filius: post passionem domini statim ab apostolis Hierosolymorũ episcopus ordinatus, unam tantum scripsit epistolã, quæ de septem catholicis est, quæ & ipsa ab alio quodã sub nomine eius ædita asserit: licet paulatim tempore procedente obtinuerit autoritatẽ. Hegesippus uicinus apostolicorũ temporum, in quinto commentariorum libro de Iacobo narrans, ait: Suscepit ecclesiam Hierosolymæ post apostolos frater domini Iacobus, cognomẽto Iustus. Multi siquidem Iacobi uocabãtur. Hic de utero matris sanctus fuit, uinum & sicerã non bibit, carnem nullam comedit, nunquam attonsus est, nec unctus unguento, nec usus balneo. Huic soli licitum erat ingredi sancta sanctorum. Siquidem uestibus laneis non utebatur, sed lineis, solusq; ingrediebatur templum, & flexis genibus pro populo deprecabatur: intantum, ut camelorum duritiem traxisse eius genua crederentur. Dicit & alia multa, quæ enumerare longum

B est. Sed & Iosephus in uicesimo libro antiquitatum refert, & Clemens in septimo Hypotyposeon, mortuo Festo, qui Iudæam regebat, missum à Nerone esse successorem eius Albinum: qui quum nec dum ad prouinciam peruenisset: Ananus, inquit, pontifex adolescens Anani filius, de genere sacerdotali, accepta occasione ἀναρχίας, concilium congregauit: & compellens publice Iacobum, ut Christum dei filium denegaret, contradicentem lapidari iussit: qui quum præcipitatus de pinna templi confractis cruribus, adhuc semiuiuus tendens ad cœlum manus diceret: Domine, ignosce eis: quod enim faciunt, nescIunt: fullonis fuste, quo rudia uestimenta extorqueri solent, in cerebro percussus interijt. Tradit item Iosephus tantæ eum sanctitatis fuisse, & celebritatis in populo: ut propter eius necem, creditum sit subuersam esse Hierosolymam. Hic est de quo Paulus Apostolus scribit ad Galatas: Alium autem apostolorum uidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini. Et apostolorum

τῷ ἰωσὴφ, ἀπ' ἄλλης γυναικός. ὡς δέ μοι φαίνεται, μαρίας, ἀδελφῆς δὲ μητρὸς τοῦ κυρίου ἧς ἰωάννης μέμνηται, παρὰ τὸ πάθος τοῦ κυρίου εὐθὺς παρὰ τῶν ἀρχόλων ἱερουσολύμων ἐπίσκοπος κατασταθείς, μίαν μόνην σωιζράφαρ ὧν ἰσολὼν, ἥτις τῶν ἐπὶ καθολικῶν τυγχάνει. Καί τινος παρ' ἑτέρου τινὸς ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ ἐκδεδόσθαι τούτῳ φάσκοντος, ἐν χρόνῳ βραχὺ τοῦ χρόνου προϊόντος, αὐθεντίας τινὸς ἐπελαβεν. Ἡγήσιππος γείτων τῶν ἀρχολικῶν χρόνων, ἐν ᾧ φ' πέμπτῳ λόγῳ τῶν ὑπομνημάτων περὶ Ἰακώβου διηγούμενος, ἔφη. ἐδέξατο τὴν ἐκκλησίαν Ἱερουσολύμων μετὰ τῶν ἀρχόλων, ἀδελφὸς τοῦ κυρίου Ἰάκωβος, ὁ ὠνομασμένος δίκαιος, πᾶσι γὰρ τοῖς ἀνὰ τὸν Ἰακώβους. οὗτος ἐκ γαστρὸς ἅγιος ἦν, οἶνον καὶ σίκερα οὐκ ἔπιε, κρεῶν δὲ οὐδὲ ἔτερόν τι τοιοῦτον μετέλαβε ξώπορτε, οὐδὲ ἐκείρατο, οὐδὲ ἀλείμματι ἐχρῆτο λουτροῖς προσωμίλησεν. ἔθος δὲ ἦν αὐτῷ εἰσελθεῖν εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἐσθὴς δρεΐνη μόνη κεχρημένῳ, ἀλλὰ λινῇ, μόνος τε αὐτὸς ἤρχετο εἰς τὸν ναὸν εἰσιόντα. καὶ γόνατα κλίνων, ὑπὲρ τοῦ λαοῦ προσήυχετο, ὥστε τὰ γόνατα αὐτοῦ ὑπὸρ βαίνειν νομίζεσθαι σὺν τῷ καμήλῳ ὁ τύπους. λέγει καὶ ἕτερα τινα, ἃ μακρὸν εἴη καταλέγεσθαι. Καὶ γὰρ καὶ Ἰώσηπος ἐν ᾧ εἰκοσῷ τῆς ἀρχαιολογίας λόγῳ, καὶ Κλήμης ἐν ᾧ ἑβδόμῳ τ' ὑποτυπώσεων εἰρήκασι, μετὰ τὸν τελευτὸν τοῦ Φήστου τ' τὴν Ἰουδαίαν διέποντος, πεμφθῆναι πρὸς Νέρωνος διάδοχον αὐτ' Ἀλβῖνον. καὶ περὶ ἧς ἔσχεν τ' ἐπαρχίας πεῦσαι, Ἀνανος φησὶν ἱερεὺς νέος, Ἀνάνου υἱὸς, γένους ἱερατικοῦ, ἐλπιφὼς ἀφορμὴν ἀναρχίας, συνεδρίου γνωμένου ἠναγκασε τὸν Ἰάκωβον δημοσία, ἵνα τ' χρι στὸν τ' υἱὸν τ' θεοῦ ἀρνήσηται, ἀντιλέγοντα δὲ λιθοβολῆσαι προσέταξεν. ὃς ἐκ τ' πτερυγίου τ' ναοῦ κρημνισθεὶς, κατακόπων αὐτ' τῶν σκελῶν, ἡμιθανὴς ἐπάρας εἰς οὐρανὸν τὰς χεῖρας, λέγει. Κύριε, σύγγνωθι αὐτοῖς, οὐ γὰρ πρᾶσιν ἀγνοοῦσι. τότε γναφικῷ μοχλῷ ᾧ τὰ ἱμάτια ἐκπιάζειν εἰώθασι, κατὰ τὸν ἐγκέφαλον κρουσθεὶς, ἀνεπαύσατο. Προσίθησιν ὁ αὐτὸς Ἰώσηπος, τοιαύτης αὐτὸν γεγενῆσθαι ἁγιοσύνης φήμης καὶ θρησκείας παρὰ τοῦ λαοῦ, ὡς δοκεῖν τὸν αὐτὸν θάνατον πεπεῖσθαι πάντας, τὰ ἱερόσολυμα πεπορθῆσθαι. Περὶ τούτου καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλος πρὸς τοὺς Γαλάτας λέγει. ἄλλον δὲ ἐκ τῶν ἀποστόλων οὐδένα εἶδον, εἰ μὴ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου. Καὶ τῶν ἀποστόλων πρὸς τοῦτο

τύπους

stolorum super hoc crebrius acta testantur. Euangelium quoq; quod appellatur secundum Hebræos, & à me nuper in Græcum Latinumq; sermonem trãslatum est, quo & Origenes sæpe utitur, post resurrectionẽ saluatoris refert. Dominus aũt cum dedisset sindonem seruo sacerdotis, iuit ad Iacobum, & apparuit ei. Iurauerat enim Iacobus, se non comesturũ panem ab illa hora, qua biberat calicẽ domini, donec uideret eũ resurgentẽ à mortuis. Rursusq; post paululũ: Afferte, ait dominus, mensam & panem. Statimq; additur: Tulit panem, & benedixit, ac fregit, & dedit Iacobo Iusto, & dixit ei: Frater mi, comede panem tuum, quia resurrexit filius hominis à dormientibus. Triginta itaq; annos Hierosolymis rexit ecclesiam, id est, usq; ad septimũ Neronis annum, & iuxta templum ubi & præcipitatus fuerat, sepultus est. Titulũ usque ad obsidionem Titi & ultimam Hadriani notissimum habuit. Quidã è nostris in monte Oliueti eum putauerunt conditum, sed falsa eorum opinio est.

Græcus legisse uidetur, aperuit

MAtthæus, qui & Leui, ex publicano apostolus, primus in Iudæa propter eos qui ex circumcisione crediderant, Euangelium Christi Hebraicis literis uerbisq; composuit. Quod quis postea in Græcum trãstulerit, non satis certũ est. Porrò ipsum Hebraicum habetur usque hodie in Cæsariensi bibliotheca, quam Pamphilus martyr studiosissime confecit. Mihi quoque à Nazaræis, qui in Berœa urbe Syriæ hoc uolumine utuntur, describẽdi facultas fuit. In quo animaduertendum, quod ubicunque euangelista, siue ex persona sua, siue ex persona domini saluatoris, ueteris scripturæ testimonijs utitur, non sequatur Septuaginta translatorum autoritatem, sed Hebraicam, è quibus illa duo sunt: Ex Aegypto uocaui filium meum. Et: Quoniam Nazaræus uocabitur.

Hæc usque ad Iudã non sunt Hieronymi, sed à Græcis adiecta

IAcobus Zebedæi filius, duodecim tribubus quæ erant in dispersione, omnibus prædicauit Euangelium domini nostri Iesu Christi. Interfectus est autẽ gladio ab Herode Tetrarcha Iudæorum.

Philippus

τούτου μαρτυροῦσιν αἱ πράξεις. Καὶ τὸ εὐαγγέλιον δὲ τὸ ὑπὸ γράφον καθ' Ἑβραίους, ὅπερ ὑπ' ἐμοῦ νῦν εἰς τὴν ἑλληνικὴν καὶ Ῥωμαϊκὴν γλῶτταν μετεβλήθη, ᾧ καὶ Ὠριγένης πολλαχοῦ κέχρηται, μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ σωτῆρος, λέγει. Ὁ δὲ κύριος δεδωκὼς σινδόνα ᾧ δούλῳ τοῦ ἱερέως, ἀπελθὼν πρὸς Ἰάκωβον, ἤνοιξεν αὐτῷ. ὠμωμόκει γὰρ Ἰάκωβος μὴ γεύσασθαι ἄρτου, ἐξ ἐκείνης τῆς ὥρας ἀφ' ἧς πεπώκει τὸ ποτήριον ὁ κύριος ἕως οὗ ἴδῃ αὐτὸν ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν. Αὖθις δὲ μικρὸν ὕστερον, δότε, φησὶν ὁ κύριος, τράπεζαν καὶ ἄρτον. Εὐθὺς δὲ προσίθεται, λαβὼν ἄρτον, εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ δεδωκὼς Ἰακώβῳ ᾧ δικαίῳ, λέγει αὐτῷ. Ἀδελφέ μου, ἔσθιε τὸν ἄρτον τὸν σόν, ἠγέρθη γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν. Τριάκοντα τριγαροῦν ἐνιαυτοὺς τὴν Ἱεροσολύμων κυβερνήσας ἐκκλησίαν, τουτέστιν, ἕως ἑβδόμου ἐνιαυτοῦ νέρωνος, πλησίον τοῦ ναοῦ ἀπετέθη, ἐν ᾧ καὶ ἐρρίφθη. τίτλον ἄχρι τῆς Τίτου πολιορκίας, καὶ τῆς τελευταίας Ἀδριανοῦ ἐπίσημον ἔσχεν. Ὃν τινὲς ἐξ ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τοῦ ἐλαιῶνος τεθεῖσθαι νομίζουσι, ψευδοῦς οὔσης τῆς τούτων ὑπονοίας.

C

D

ΜΑτθαῖος ὁ καὶ λευὶς, ἀπόστολος ἀπὸ τελωνῶν, ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ πρῶτος διὰ τοὺς ἐκ περιτομῆς πιστεύσαντας Εὐαγγέλιον τοῦ ΧΡΙΣΤΟΥ γράμμασιν καὶ ῥήμασιν Ἑβραικοῖς συνέταξεν, ἀγνοουμένου τοῦ μετὰ ταῦτα εἰς ἑλληνικὸν τοῦτο μεταφράσαντος. Τὸ δὲ ἑβραικὸν ἄχρι τήμερόν ἐστιν ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ Καισαρείας τῆς παρὰ Παμφίλου μάρτυρος περισπουδάστως κατασκευασθείσης. Ἐμοὶ δὲ παρὰ τῶν Ναζωραίων τῶν ἐν βεροίᾳ τῆς Συρίας τούτῳ κεχρημένων, ἄδεια παρεσχέθη τῆς τούτου μεταγραφῆς, δι' οὗ ἐστὶν ἀκριβῶς πεισθῆναι, ὡς ἔνθα ἂν ὁ Εὐαγγελιστὴς εἴτε ἐκ προσώπου οἰκείου, εἴτε ἐκ προσώπου τοῦ κυρίου ἡμῶν ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ καὶ σωτῆρος ταῖς μαρτυρίαις κατακέχρηται τῶν παλαιῶν γραφῶν, μὴ ἀκολουθεῖν τῇ αὐθεντίᾳ τῶν ἑβδομήκοντα ἑρμηνευτῶν, ἀλλὰ τῇ ἑβραικῇ, ἀφ' ὧν τὰ δύο ἐστὶν ἐκεῖνα. ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου. καὶ ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται.

ΙΑκωβος ὁ τοῦ Ζεβεδαίου, ταῖς δώδεκα φυλαῖς ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ, πᾶσιν ἐκήρυξε τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ κυρίου ἡμῶν ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ. ἀνῃρέθη δὲ μαχαίρᾳ ὑπὸ Ἡρώδου Τετράρχου τῶν Ἰουδαίων.

Φίλιππος

A PHilippus apostolus in Phrygia prædicat Euangelium domini Iesu. Sepelitur Hierapoli cum filiabus honorifice.

BArtholomæus apostolus, Indis ijs qui dicuntur fortunati, prædicauit Euangelium Christi, & Euangeliũ quod est secundũ Matthæum eis tradidit. Dormiuit autẽ Albanopoli oppido maioris Armeniæ

THomas apostolus, quemadmodũ traditũ est nobis, Parthis & Medis et Persis et Germanis & Hyrcanis & Bactris et Magis prædicauit Euangelium domini. Dormiuit in ciuitate Calamina, quæ est Indiæ.

SImon Cananæus, cognomẽto Iudas, frater Iacobi episcopi, qui & successit illi in episcopatum, post obitum Iacobi cognomento iusti, uixit annos uiginti supra centũ. Crucifixus autem sub Traiano præfecto, mota persecutione graui, dormiuit.

MAtthias, cum unus esset è numero septuaginta, allectus est in ordinem undecim apostolorum, in locum Iudæ Iscariotæ, qui fuit proditor. In altera Aethiopia, ubi est irruptio
B Apsari, & Hyssi portus, prædicauit euãgelium, quum essent homines agrestes. Et illic dormiuit & illic sepultus est, usque ad hodiernum diem.

TImotheus autem Ephesiorum episcopus ordinatus à beato Paulo, ex gentibus erat, non ex circumcisione. De quo multa testatur Paulus, admonens ut honestam professionem dati sibi doni seruaret, qui & gloriose illic testificatus est.

TItus episcopus Cretæ, in eadem & in circumiacentibus insulis prædicauit euangelium Christi. Ibidem autem & dormiuit, & sepultus est, nempe in Creta.

CRescens in Gallijs prædicauit Euangelium & illic sepultus est. Eunuchus Candaces Aethiopum reginæ in Arabia cognomento felici, & in Taprobana insula maris rubri prædicauit Euangelium domini. Aiunt autem eum & ibidem martyrium pertulisse, & honorifice fuisse sepultum.

IVdas frater Iacobi paruã quidẽ quę de septẽ catholicis est, epistolã reliquit. Et qa de libro Enoch, q apocryphus est, in ea assumit testimoniũ, à plerisq; reijcit, tamen autoritatẽ uetustate iam & usu

ΦΙλιππος ὁ ἀπόστολος ἐν Φρυγίᾳ κηρύσσει τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ κυρίου ἰησοῦ. θάπτεται ἐν Ἱερατόλει μετὰ τῶν θυγατέρων ἐνδόξως.

ΒΑρθολομαῖος ὁ ἀπόστολος, Ἰνδοῖς, τοῖς καλουμένοις εὐδαίμοσιν, ἐκήρυξε, τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ χριστοῦ, καὶ τὸ κατὰ ματθαῖον αὐτοῖς Εὐαγγέλιον ἔδωκεν. ἐκοιμήθη δὲ ἐν Αλβανοπόλει τῆς μεγάλης Ἀρμενίας.

ΘΩμᾶς ὁ ἀπόστολος, καθὼς ἡ παράδοσις περιέχει, Πάρθοις καὶ Μήδοις καὶ Πέρσαις καὶ Γερμανοῖς καὶ Ὑρκανοῖς καὶ Βάκτροις καὶ Μάγοις ἐκήρυξε τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ κυρίου. Ἐκοιμήθη ἐν πόλει καλαμίνῃ τῆς Ἰνδικῆς.

ΣΙμων καναναῖος, ὁ ὑπὸ κληθεὶς Ἰούδας, ἀδελφὸς Ἰακώβου τοῦ ὑπὸ σκόπου, ὅς τις καὶ τὸν κλῆρον τῆς ὑπὸ σκοπῆς ἐδέξατο μετὰ τὴν Ἰακώβου τοῦ δικαίου κοίμησιν. ἔζησεν ἑκατὸν εἴκοσιν ἔτη. Σταυρῷ δὲ παραδοθεὶς ὑπὸ Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως, διωγμοῦ μεγάλου κινηθένθος, ἐκοιμήθη.

ΜΑτθίας εἷς ὢν τῶν ἑβδομήκοντα, συγκαταριθμηθεὶς δὲ μετὰ τῶν ἕνδεκα ἀποστόλων, ἀντὶ Ἰούδα τοῦ Ἰσκαριώτου τοῦ προδότου γενομένου, ἐν τῇ δευτέρᾳ Αἰθιοπίᾳ, ὅπου ἡ παρεμβολὴ ἀψαρου, καὶ ὕσσου λιμὴν, ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον, ἀγρίοις ἀνθρώποις οὖσι. καὶ ἐκεῖ ἐκοιμήθη, καὶ ἐκεῖ ἐτάφη ἕως τῆς σήμερον.

ΤΙμόθεος δὲ ὁ ἐπίσκοπος Ἐφέσου κατασταθεὶς ὑπὸ τοῦ μακαρίου Παύλου, ἐξ ἐθνῶν ἦν, οὐκ ἐκ περιτομῆς. ᾧ καὶ πολλὰ μαρτυρεῖ Παῦλος νουθετῶν τὴν καλὴν ὁμολογείαν τοῦ δοθέντος αὐτῷ χαρίσματος φυλαῦξαι, ὃς καὶ ἐνδόξως ἐκεῖ ἐμαρτύρησεν.

ΤΙτος ἐπίσκοπος Κρήτης, ἐν αὐτῇ καὶ ταῖς περὶξ νήσοις ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον τοῦ χριστοῦ. ἐκεῖ καὶ ἐκοιμήθη καὶ ἐτάφη ἐν Κρήτῃ.

ΚΡήσκης ἐν Γαλλίαις ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον, καὶ ἐκεῖ ἐτάφη. εὐνοῦχος κανδάκης τῆς βασιλίσσης Αἰθιώπων, ἐν Ἀραβίᾳ τῇ εὐδαίμονι, καὶ ἐν Ταπροβάνῃ νήσω ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον τοῦ κυρίου. Λόγος δὲ περιέχει, ὡς καὶ μεμαρτυρηκέναι αὐτὸν ἐκεῖ, καὶ ἐνδόξως ταφῆναι.

ΙΟύδας ἀδελφὸς ἰακώβου, ἐλαχίστην, ἥ τις ἐκ τῶν ἑπτὰ καθολικῶν ἐστὶν, ὑπὸ στολὴν καταλέλοιπεν. καὶ ἐπείπερ ἀπὸ τῆς βίβλου Ἐνὼχ, τῆς ἀποκρύφου τυγχανούσης, προσλαμβάνεται ἐν αὐτῇ μαρτυρίας, παρὰ πολλῶν ἐκβάλλεται, ἀλλ' ὅμως τῇ ἀρχαιότητι

iam & uſu meruit,& inter ſanctas ſcripturas cõputatur.

PAulus apoſtolus, q ante Saulus, extra numerum duodecim apoſtolorum, de tribu Beniamin & oppido Iudææ Giſchalis fuit, quo à Romanis capto,cum parentibus ſuis Tarſum Ciliciæ commigrauit: à quibus ob ſtudia legis miſſus Hieroſolymã, à Gamaliele uiro doctiſſimo, cuius Lucas meminit, eruditus eſt. Cum autem interfuiſſet neci martyris Stephani, & acceptis à põtifice templi epiſtolis, ad perſequendos eos, qui Chriſto crediderant, Damaſcum pergeret,reuelatione compulſus ad fidem, quæ in actibus apoſtolorum ſcribitur, in uas electionis de perſecutore trãslatus eſt. Cũq; primum ad prædicationem eius Sergius Paulus proconſul Cypri credidiſſet, ab eo quod eum Chriſti fidei ſubegerat, ſortitus eſt nomen Paulus: & iuncto ſibi Barnaba, multis urbibus peragratis, reuertensq; Hieroſolymam, à Petro Iacoboq; & Ioanne gentium apoſtolus ordinatur. Et quia in actibus apoſtolorum pleniſſime de eius conuerſatione ſcriptum eſt,hoc tantum dicam, quod poſt paſſionem domini uiceſimoquinto anno, id eſt ſecundo Neronis, eo tempore quo Feſtus procurator Iudææ ſucceſſit Felici, Romam uinctus mittitur, & biennium in libera manens cuſtodia, aduerſus Iudæos, de aduentu Chriſti quotidie diſputauit. Scien/dum autem in prima ſatisfactione,necdum Neronis imperio roborato, nec in tanta erumpente ſcelera, quanta de eo narrant hiſtoriæ, Paulum à Nerone dimiſſum, ut euangelium Chriſti in Occidentis quoque partibus prædicaret, ſicut ipſe ſcribit in ſecunda epiſtola ad Timotheum, eo tempore quo & paſſus eſt, de uinculis dictans epiſtolam: In prima mea ſatisfactione nemo mihi affuit, ſed omnes me dereliquerunt, non eis imputetur. Dominus autem mihi affuit,& confortauit me, ut per me prædicatio compleretur,& audirent omnes gentes, & liberatus ſum de ore leonis. Manifeſtiſſime leonem propter crudelitatẽ Neronem ſignificans. Et in ſequentibus: Liberatus ſum de ore leonis. Et ſtatim, Liberauit me dominus ab omni opere malo, & ſaluauit me in regnũ ſuum cœleſte, quod ſcilicet preſens ſibi ſentiret imminere martyrium. Nam & in eadem epiſtola præmiſerat: Ego enim iam immolor, & tempus reſolutionis

καὶ τῆ τῆς χρήσεως ἀυθεντία ἠξιώθη ταῖς θείαις γραφαῖς συγκαταριθμεῖσθαι. C

ΠΑύλος ὁ ἀπόστολος ἔξω τ̃ ἀριθμ̃ τ̃ δώδεκα ἀποστόλων τυγχάνων, ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν, & κώμης Γισχάλων τ̃ Ἰουδαίας, ὁρμώμενος πρεσβευόμενος πρὸς τ̃ Ρωμαίων τ̃ αὐτ̃ κώμης, μετὰ τ̃ν οἰκείων γονέων εἰς Ταρσὸν τ̃ Κιλικίας κατῴκησεν, ὑφ' ὧν σαλεὶς διὰ τὴν ἄσκησιν τ̃ νόμου εἰς Ἱεροσόλυμα, παρὰ Γαμαλιὴλ αὐθὶ διδασκαλικωτάτῳ, & τῆ λαικᾶς μέμνηται, ἐφοίτησεν. ἀλλ' ἡνίκα πρὸς τὴν σφαγὴν Στεφάνου τ̃ μάρτυρος, λαβὼν ἐξουσίας τ̃ ἱερέως ὡς διωγμὸν τ̃ν ἐν Χ̃ῳ ἰησοῦ χρισῶ πεισθεὶς ἀπαγαγεῖν τὴν Δαμασκὸν ἐπ' ἀναλύσεως εἰς τὸν πίστιν τὸν ἐν ταῖς πράξεσι τ̃ν ἀποστόλων ἐγγεγραμμένον, εἰς σκεῦος ἐκλογῆς ἀπὸ διώκτου μετετέθη. πεισθέντος δ' πρὸς τὸν τότου κήρυξιν Σεργίου Παύλου ἀνθυπάτου τ̃ Κυπρίων, ἐπ' αὐτ̃ ὅτι αὐτὸ τὴν πίστιν τ̃ χρισοῦ ἐπαίδευεν, ἐκληρώθη τ̃ ὄνομα τὸν Παῦλον. & συζεύξας ἑαυτῷ Βαρνάβαν, πολλαῖς τε πόλεσιν ἐξουσίας ἀναζεύξας εἰς Ἱεροσόλυμα πρὸς Πέτρου & Ἰακώβου τ̃ ἐθνῶν ἀπόστολος καθίσαι. Ἐπεὶ δὲ ἐν ταῖς πράξεσι τ̃ν ἀποστόλων περὶ τ̃ τότου διδασκαλίας πολλὰ εἴρηται, οὐκ μόνον λέξω, ὅτι πρὸ μικρὸ τὸ πάθους τ̃ κυρίου ἐνιαυτῷ πέμπτῳ ἔτει, τότε ἐπὶ Νέρωνος, ἡνίκα Φῆστος ὁ τ̃ Ἰουδαίας ἐπίτροπος διεδέξατο Φήλικα, εἰς Ρώμην δέσμιος πέμπεται. & ὡδὶ δύο ἐνιαυσοῦ ἐνειλούμενος φυλακῇ, κατὰ τ̃ν Ἰουδαίων περὶ τ̃ ἐλούσεως ἰησοῦ χρισοῦ ἐκάστοτε διηγήσατο. Δεῖ γὰρ εἰδέναι ὅτι ἐν τῇ πρώτῃ ἀπολογίᾳ, μήπω τ̃ τ̃ Νέρωνος βασιλείας στερεωθείσης, μήτε εἰς θεοὺς αὐτ̃ πράξεις ὅσας αἱ ἱστορίαι φέρουσιν, διελήλακός, Παῦλος πρὸς Νέρωνος ἀπελύθη ὡδὶ τὸ εὐαγγέλιον τ̃ ἰησοῦ χρισοῦ καὶ ἐν θεσὶ ἐθνικοῖς μέρεσιν κηρύξαι, καθὼς γράφει ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολῇ, ἐν τῷ καιρῷ, ἐν ᾧ καὶ ὑπ' αὐτ̃, ὅτ' αὖ ἐν τοῖς δεσμοῖς ὤν, ἐπιστέλλει, λέγων. Ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο, & ἐρρύσθην ἐκ στόματος λέοντος, σαφῶς διὰ τὴν ὠμότητα, Νέρωνα λέγων. Ἀισθόμενος γ' διαλοιπὸν ἐπιθεῖναι αὐτῷ τὸ μαρτύριον, ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ προεῖπε, λέγων. Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τ̃ ἐμ̃ ἀναλύσεως ἐφέστηκεν. D

Ομοίως

A tionis meæ instat. Hic ergo decimoquarto Neronis anno, eodem die quo Petrus, Romæ pro Christo capite truncatus sepultus que est in uia Ostiensi, anno post passionem domini tricesimo septimo. Scripsit autem nouem ad septem ecclesias epistolas, ad Romanos unam, ad Corinthios duas, ad Galatas unam, ad Ephesios unam, ad Philippenses unam, ad Colossenses unam, ad Thessalonicenses duas: præterea ad discipulos suos, Timotheo duas, Tito unam, Philemoni unam. Epistola autem quæ fertur ad Hebræos, non eius creditur propter stili sermonis que distantiam: sed uel Barnabæ iuxta Tertullianum: uel Lucæ euangelistæ, iuxta quosdam: uel Clementis Romanæ postea ecclesiæ episcopi, quem aiunt sentētias Pauli proprio ordinasse & ornasse sermone. Vel certe quia Paulus scribebat ad Hebræos, & propter inuidiam sui apud eos, nominis titulum in principio salutationis amputauerat. Scripserat ut Hebræus Hebræis Hebraice, id est, suo eloquio disertissime, ut ea quæ eloquenter B scripta fuerant in Hebręo, eloquentius uerterentur in Græcum: & hanc causam esse, quod à cęteris Pauli epistolis discrepare uideatur. Legunt quidam & ad Laodicēses, sed ab omnibus exploditur.

BArnabas Cyprius, qui et Ioseph Leuites, cum Paulo gentium apostolus ordinatus, unam ad ædificationem ecclesiæ pertinentem epistolam composuit, quæ inter apocryphas scripturas legitur. Hic postea propter Ioannem discipulum, qui & Marcus uocabatur, separatus à Paulo, nihilominus euangelicæ prædicationis iniunctum sibi opus exercuit.

LVcas medicus Antiochēsis, ut eius scripta indicāt, Græci sermonis non ignarus fuit, sectator apl̄i Pauli, & omnis peregrinationis eius comes. Scripsit euangeliū, de quo idem Paulus: Misimus, inquit, cū illo fratrem, cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. Et ad Colossenses: Salutat uos Lucas medicus charissimus. Et ad Timotheum: Lucas est mecum solus.

Aliud

Ομοίως τρίνυν καὶ αὐτὸς τεσσαρεσκαιδεκάτῳ Νέρωνος ἐνιαυτῷ, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ᾗ καὶ Πέτρος ἐν Ρώμῃ ὑπὲρ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ἀποκεφαλισθεὶς, ἀπετέθη ἐν τῇ ὁδῷ, τῇ λεγομένῃ ὀστηνσίᾳ, ἔτους μιᾷ τὸ πάθος τοῦ κυρίου ἡμῶν ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ, τριακοστοῦ ἑβδόμου. Εγραψε δὲ πολὺ στολὰς ἐννέα πρὸς ἑπτὰ ἐκκλησίας οὕτως, πρὸς Ρωμαίους μίαν, πρὸς Κορινθίους δύο, πρὸς Γαλάτας μίαν, πρὸς Εφεσίους μίαν, πρὸς Φιλιππησίους μίαν, πρὸς Κολασσεῖς μίαν, πρὸς Θεσσαλονικεῖς δύο, καὶ πρὸς τοὺς οἰκείους μαθητὰς, Τιμοθέῳ δύο, Τίτῳ μίαν, Φιλήμονι μίαν. Τὴν δὲ πρὸς Εβραίους πολὺ στολὴν τινὲς νομίζουσι μὴ εἶναι αὐτοῦ, διά τε τὸ χαρακτῆρα, καὶ τὴν τοῦ λόγου διαφωνίαν, ἀλλὰ Βαρνάβα κατὰ τὸν Τερτυλλιανὸν, ἢ τοῦ Λουκᾶ τοῦ εὐαγγελιστοῦ, καθά τισι δοκεῖ, ἢ Κλήμεντος τοῦ τῆς ἐκκλησίας Ρώμης ὕστερον πολυσκόπου, ὅν φασι τὰ ἀποφθέγματα Παύλου οἰκείῳ συνταῦξαι καὶ κοσμῆσαι λόγῳ. ἢ τόγε μᾶλλον Παῦλος γράφων πρὸς Εβραίους, διὰ τὸν φθόνον τὸν πρὸς αὐτὸν, τὴν τοῦ ἀποστόλου πολὺ γραφὴν ἐν ἀρχῇ τῆς προσηγορίας γραφῆναι, οὐκ ἐδοκίμασεν. Εγεγραφεῖ γὰρ ὡς Εβραῖος Εβραϊστὶ, τουτ' ἔστιν οἰκείᾳ φρασει ἐλλογίμως, καὶ ἅπερ εὐφραδῶς συντέτακτο τῇ Εβραΐδι διαλέκτῳ, εὐφραδέστερον εἰς Ελληνικὴν μετεφράσθη, καὶ ταύτην εἶναι τὴν αἰτίαν, τοῦ ὀιεσθαι διαφωνεῖν ταῖς ἄλλαις Παύλου πολυστολαῖς. Τινὲς δὲ, καὶ τὴν πρὸς Λαοδικεῖς ἀναγινώσκουσιν, ἀλλὰ παρὰ πάντων ἐκβάλλεται.

ΒΑρναβας Κύπριος, ὁ καὶ Ἰωσὴφ Λευίτης, μετὰ Παύλου τῶν ἐθνῶν ἀπόστολος καταστάθεις, μίαν πρὸς οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας πολυστολὴν συνέταξεν, ἥ τις εἰς τὰς ἀποκρύφους γραφὰς ἀναγινώσκεται. Οὗτος ὕστερον διὰ Ἰωάννην τὸν μαθητὴν, ὃς καὶ Μάρκος ἐκαλεῖτο, χωρισθεὶς Παύλου, οὐδὲν ἧττον τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος ἔργον πολυταγὲν αὐτῷ ἐπλήρωσεν.

ΛΟυκᾶς ἰατρὸς Αντιοχεὺς, καθὼς τὰ συγγράμματα αὐτοῦ δηλοῖ, τοῦ ἑλληνικοῦ οὐκ ἄπειρος, σπουδαστὴς Παύλου ἀποστόλου, καὶ πάσης αὐτοῦ τῆς ἀλλοδαπῆς ἀκόλουθος. Συνέταξεν εὐαγγέλιον, περὶ οὗ αὐτὸς Παῦλος, ἀπεστείλαμέν φησι μὲν αὐτῷ τὸν ἀδελφὸν, οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ κατὰ πάσας τὰς ἐκκλησίας. Καὶ πρὸς τοὺς Κολασσεῖς, ἀσπάζεται ὑμᾶς Λουκᾶς ὁ ἰατρὸς ὁ ἀγαπητός. καὶ πρὸς Τιμόθεον, Λουκᾶς ἐστὶ μετ' ἐμοῦ μόνος. Καὶ

Aliud quoq; ędidit uolumē egregiū, quod titulo πράξεις ἀποστόλων prænotatur: cuius historia usq; ad biennium Romę commorantis Pauli peruenit, id est, usque ad quartum Neronis annum. Ex quo intelligimus, in eadem urbe librum esse compositum. Igitur περιόδους Pauli, & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulam, inter apocryphas scripturas computamus. Quale enim est, ut indiuiduus comes apostoli, inter cæteras eius res, hoc solum ignorauerit? Sed & Tertullianus uicinus eorum temporum, refert presbyterum quendam in Asia σπουδαστὴν apostoli Pauli, conuictum apud Ioannem, quod autor esset libri, & confessum se hoc Pauli amore fecisse, & ob id excidisse. Quidam suspicantur, quotiescunque in epistolis suis Paulus dicit, iuxta euangelium meum, de Lucæ significare uolumine: & Lucam non solum ab apostolo Paulo didicisse euangelium, qui cum domino in carne non fuerat, sed & à cæteris apostolis, quod ipse quoque in principio sui uoluminis declarat, dicens: Sicut tradiderunt nobis, qui a principio ipsi uiderunt & ministri fuerunt sermonis. Igitur euangelium sicut audierat scripsit. Acta uero apostolorum sicut uiderat composuit. Vixit octoginta & quatuor annos, uxorē nō habēs. Sepultus est Constātinopoli, ad quā urbem uicesimo Constantij anno, ossa eius cū reliquijs Andreæ apostoli translata sunt de Achaia.

MArcus discipulus & interpres Petri, iuxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ a fratribus, breue scripsit euangelium. Quod quum Petrus audisset, probauit, & ecclesiæ legendum sua authoritate edidit, sicut Clemens in sexto ὑποτυπώσεων libro scribit. Et Papias Hierapolitanus episcopus, meminit huius Marci, & Petrus in epistola prima, sub nomine Babylonis figuraliter Rhomam significans: Salutat uos quæ in Babylone cum electa, & Marcus filius meus. Assumpto itaque euāgelio quod ipse confecerat, perrexit Aegyptum, & primus Alexandriæ Christum annuncians, constituit

ἕτερον δὲ ἐξέδωκε τεῦχος ἐξαίρετον, ὑπὲρ γράφην πράξεις ἀποστόλων, οὗ ἡ ἱστορία ἕως διετείας διαγοντος ἐν τῇ Ῥώμῃ Παύλου ἐκτείνεται, τουτέστιν ἕως τεταρτου Νέρωνος ἐνιαυτοῦ. ἀφ' ὧν πεπείσμεθα, ἐν τῇ αὐτῇ πόλει τὴν βίβλον συντετάχθαι. Ἡ γὰρ περίοδος Παύλου καὶ Θέκλας, καὶ πᾶς ὁ μῦθος ὡσανεὶ Λέοντος βαπτισθέντος, εἰς τὰς ἀποκρύφους γραφὰς ψηφισθήσεται. Οὐδὲ γὰρ ἐνεχώρει τὸν ἀχώριστον τοῦ ἀποστόλου μεταξὺ τῶν λοιπῶν αὐτοῦ πράξεων τοῦτο ἠγνοηκέναι. Ἀλλὰ καὶ Τερτυλλιανὸς ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ἀναφέρει πρεσβύτερόν τινα ἐν τῇ Ἀσίᾳ, σπουδαστὴν Παύλου ἀποστόλου, ἐλεγχθέντα ὑπὲρ Ἰωάννου, ὅια παρ' αὐτοῦ συνταγείσης βίβλου, ὡμολογηκέναι φίλτρῳ κατεχόμενον Παύλου τούτου πεποιηκέναι, διὸ καὶ ἐκβεβλῆσθαι τοῦτον τινὲς ὑπολαμβάνουσιν. Ὁσάκις γὰρ Παῦλος ἐν ταῖς οἰκείαις ἐπιστολαῖς λέγει, κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, δῆλον ὡς περὶ τοῦ τεύχους τοῦ κατὰ Λουκᾶν σημαίνει, καὶ Λουκᾶν οὐ μόνον παρὰ τοῦ ἀποστόλου Παύλου μεμαθηκέναι τὸ εὐαγγέλιον, ὅια μετὰ τοῦ κυρίου τηνικαῦτα ἐν τῷ σώματι μὴ γενομένου, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων, ὅπερ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ ἰδίου συντάγματος περιφανῶς λέγει. Καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται. τοιγαροῦν τὸ εὐαγγέλιον καθὼς ἀκήκοεν ἔγραψε, τὰς δὲ πράξεις τῶν ἀποστόλων, καθὰ ἱστόρησεν αὐτὸς, καὶ συνέταξεν. Ἠνέχθη τὰ λείψανα αὐτοῦ καὶ ἀπετέθη ἐν Κωνσταντινουπόλει, εἰς ἣν πόλιν τῷ εἰκοστῷ Κωνσταντίνου ἐνιαυτῷ τὸ τούτου σῶμα μετὰ τῶν λειψανῶν Ἀνδρέου τοῦ ἀποστόλου μετηνέχθη.

MΑρκος μαθητὴς καὶ ἑρμηνευτὴς Πέτρου, καθὼς τοῦ Πέτρου ἐξηγουμένου ἀκήκοε, παρακληθεὶς ἐν τῇ Ῥώμῃ παρὰ τῶν ἀδελφῶν, βραχὺ συνέταξεν εὐαγγέλιον, ὥπερ ἐντυχὼν Πέτρος ἐδοκίμασε, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναγνωσθησόμενον αὐθεντίσας ἐξέδωκε, καθὰ συνεγράψατο Κλήμης ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν ὑποτυπώσεων λόγῳ. Καὶ Παπίας Ἱεραπολίτης ἐπίσκοπος, μέμνηται τούτου τοῦ Μάρκου, καὶ Πέτρος ἐν τῇ πρώτῃ ὑπὸ στολῇ, ἐπ' ὀνόματι Βαβυλῶνος εἰκονικῶς Ῥώμην σημαίνων. Ἀσπάζεται ὑμᾶς φησὶν ἡ ἐν Βαβυλῶνι σὺν τῇ ἐκλεκτῇ, καὶ Μάρκος ὁ ἐμὸς υἱός. παραλαβὼν τοιγαροῦν τὸ εὐαγγέλιον, ὅπερ αὐτὸς συνέταξε, καταλαμβάνει τὴν Αἴγυπτον, καὶ πρῶτος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ΙΗΣΟΥΝ ΧΡΙΣΤΟΝ κηρύττων, κατεστήσατο

A cōstituit ecclesiā, tātæ doctrinæ & uitæ cōtinentiæ, ut oēs sectatores Christi ad exemplū sui cogeret. Deniq; Philo disertissimus Iudæorū, uidens Alexādriæ primā ecclesiā adhuc Iudaizantē, quasi in laudē gētis suę librū sup eorū cōuersatione scripsit. Et quomodo Lucas narrat Hierosolymæ credentes omnia habuisse cōmunia: sic ille quod Alexādriæ sub Marco fieri doctore cernebat, memorię tradidit. Mortuus est autem octauo Neronis anno, & sepultus Alexandriæ, succedente sibi Aniano.

IOānes apostolus, quē Iesus amauit plurimū, filius Zebedæi, frater Iacobi apostoli, quē Herodes post passionē domini decollauerat, nouissimus omniū scripsit euangeliū, rogatus ab Asię episcopis, aduersus Cerinthum, aliosq; hæreticos, & maxime tunc Ebionitarū dogma cōsurgēs, qui asserūt Christū ante Mariā non fuisse. Vnde & cōpulsus est diuinā eius natiuitatem edicere. Sed & aliā causam huius scripturæ ferūt: quod cū legisset Matthæi, Marci, & Lucæ uolumina, probauerit quidē textum historiæ, & uera eos dixisse firmauerit, sed B unius tantū anni, in quo & passus est, post carcerem Ioannis historiam texuisse. Prætermisso itaq; anno, cuius acta à tribus exposita fuerant, superioris temporis anteq; Ioannes clauderetur in carcerem, gesta narrauit, sicut manifestū esse poterit his qui diligenter quatuor Euangeliorum uolumina legerint. Quæ res etiam διαφωνίαν, quæ uidetur Ioannis esse cum cæteris, tollit. Scripsit aūt & unā epistolā, cuius exordiū est: Quod fuit ab initio, quod audiuimus & uidimus oculis nostris, quod ꝑspeximus, & manus nostræ cōtrectauerunt de uerbo uitæ: quæ ab uniuersis ecclesiasticis & eruditis uiris probatur. Reliquæ autē duæ, quarū principiū est, Senior electæ dominæ & natis eius: & sequētis, Senior Caio charissimo, quem ego diligo in ueritate: Ioannis presbyteri asseruntur, cuius & hodie alterum sepulchrum apud Ephesum ostenditur: & nonnulli putant duas memorias eiusdem Ioannis euāgelistæ esse: super quare cum per ordinem ad Papiā auditorem eius uentum fuerit, disseremus. Quarto decimo

κατεστήσατο ἐκκλησίαν, τοιαύτη παιδεύσει καὶ βίου καρτερίᾳ διέτρεψεν, ὥστε πάντας τοὺς ἀκολουθοῦντας τοῦ ΧΡΙΣΤΩ ἕπεσθαι τῇ τούτου διαγωγῇ. Ὅθεν καὶ φίλων ὁ τῶν Ἰουδαίων ἐλλογιμώτατος, ὁρῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πρώτην ἐκκλησίαν ἔτι Ἰουδαΐζουσαν, ὡσανεὶ εἰς ἔπαινον τοῦ οἰκείου ἔθνους, βίβλον περὶ τῆς τούτων διαγωγῆς συνεγράψατο. καὶ ὥσπερ Λουκᾶς διηγεῖται τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις πιστεύσαντας πάντα ἐσχηκέναι κοινὰ, οὕτως κἀκεῖνος ὅπερ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὑπὲρ Μαρκου τοῦ διδασκάλου ἑώρα γινόμενον, τῇ μνήμῃ παρέδωκε. Τελευτήσας δὲ τοῦ ὀγδόου τοῦ Νέρωνος ἔτει, ἀπετέθη ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, διαδεξαμένου αὐτὸν Ανανίου.

ΙΩάννης, ὃν ΙΗΣΟΥΣ πάνυ ἠγάπησεν, υἱὸς Ζεβεδαίου, ἀδελφὸς Ἰακώβου τοῦ ὑπὸ Ἡρώδου μετὰ τὸ πάθος τοῦ κυρίου ἀποκεφαλισθέντος, ἔσχατος πάντων ἔγραψεν εὐαγγέλιον, παρακληθεὶς παρὰ τῶν τῆς Ἀσίας ἐπισκόπων, καὶ κατὰ κηρίνθου καὶ ἄλλων αἱρετικῶν, καὶ μαλιστα τηνικαῦτα τοῦ τῶν ἐμβιωνιτῶν δόγματος ἀνακύψαντος, τῶν φασκόντων τὸν ΧΡΙΣΤΟΝ πρὸ Μαρίας μὴ γεγεννῆσθαι. ὅθεν ἠναγκάσθη τὴν θείαν γέννησιν αὐτοῦ εἰπεῖν. Καὶ ἄλλην δὲ αἰτίαν τούτου τοῦ συγγραμματος φέρουσιν. ἀναγνοὺς τὸν Ματθαίου, Μαρκου, καὶ Λουκᾶ τὰ τεύχη, ἐδοκίμασε μὲν τὸ ὕφος τῶν ἱστοριῶν καὶ ἀληθῆ αὐτοὺς εἰρηκέναι ἐβεβαίωσεν. ἑνὸς δὲ ἐνιαυτοῦ μόνον, ἐν ᾧ καὶ ἔπαθε, μετὰ τὴν φυλακὴν Ἰωάννου τὴν ἱστορίαν συνταξαι. ἐαυτὰς τοίνυν τὸν ἐνιαυτὸν οὗ τὰ πεπραγμένα παρὰ τῶν τριῶν ἐξετέθη, τοῦ ἀνωτέρου χρόνου, πρὶν ἢ τὸν Ἰωάννην ἐμβληθῆναι εἰς τὴν εἱρκτὴν, τὰς πράξεις ἐξέθετο, καθὰ σαφηνισθῆναι δυνήσεται τοῖς ἐπιμελῶς τοῖς τέταρσιν Εὐαγγελίοις ἐντυγχάνουσιν. ὅπερ καὶ τὴν διαφωνίαν τὴν δοκοῦσαν εἶναι Ἰωάννου μετὰ τῶν λοιπῶν, εἴργει. ἔγραψε δὲ μίαν ἐπιστολὴν, ἧς ἡ ἀρχή ἐστι. ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ἥ τις παρὰ πάντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν καὶ πεπαιδευμένων ἀνδρῶν ἐγκρίνεται, Αἱ δὲ λοιπαὶ δύο, ὧν ἡ ἀρχή ἐστι, πρώτης μὲν, ὁ πρεσβύτερος ἐκλεκτῇ κυρίᾳ, δευτέρας δὲ, ὁ πρεσβύτερος Γαΐῳ τοῦ ἀγαπητῷ, Ἰωάννου πρεσβυτέρου λέγονται. οὗ ἔτι καὶ νῦν ἕτερον μνῆμα ἐν τῇ Εφέσῳ τυγχάνει. καί τινες νομίζουσι, τὰ δύο μνημεῖα Ἰωάννου εἶναι τοῦ εὐαγγελιστοῦ, περὶ οὗ ἡνίκα κατὰ τάξιν εἰς Παπίαν τὸν τούτου ἀκροατὴν ἔλθωμεν ἐξηγησόμεθα. Τοιγαροῦν τεσσαρεσκαιδε-

cimo igitur anno, secundam post Neronem persecutionem mouēte Domitiano, in Patmon insulam relegatus, scripsit Apocalypsim, quā interpretatur Iustinus martyr & Hirenęus. Interfecto autē Domitiano, & actis eius ob nimiam crudelitatem à senatu rescissis, sub Nerua principe redit Ephesum: ibiq; usque ad Traianum principem perseuerans, totas Asiæ fundauit rexitq; ecclesias, & confectus senio, sexagesimooctauo post passionem domini anno mortuus, iuxta eandē urbem sepultus est.

HErman, cuius apostolus Paulus ad Ro. scribēs meminit, Salutate Asyncritū, Phlegontē, Herman, Patrobam, Hermen, & qui cū eis fratres sunt: asserūt autorē esse libri, qui appellatur Pastor, & apud quasdā Græciæ ecclesias etiā publice legitur. Reuera utilis liber, multiq; de eo scriptorū ueterū usurpauerūt testimonia. Sed apud Latinos pene ignotus est.

PHilo Iudæus, natione Alexandrinus, de genere sacerdotum, idcirco à nobis inter scriptores ecclesiasticos ponitur, quia librum de prima Marci euangelistæ apud Alexandriā scribens ecclesia, in nostrorum laude uersatus est: non solum eos ibi, sed in multis quoque prouincijs esse memorans, & habitacula eorum dicens monasteria. Ex quo apparet talem primū Christo credentium fuisse ecclesiam, quales nunc monachi esse nituntur & cupiunt, ut nihil cuiusq; propriū sit, nullus inter eos diues, nullus pauper, patrimonia egentibus diuiduntur, orationi uacatur & psalmis, doctrinæ quoq; & continentiæ: quales & Lucas refert, primū Hierosolymæ fuisse credentes. Aiunt hunc sub Caio Caligula Romæ periclitatum, quò legatus gentis suæ missus fuerat. Cum secunda uice uenisset ad Claudium, in eadem urbe locutū esse cum apostolo Petro, eius que habuisse amicitias, & ob hanc causam etiam ecclesiam Marci, discipuli Petri, apud Alexādriam sectatores ornasse laudibus. Extant huius præclara & innumerabilia opera in quinque libros Moysi: De confusione linguarum liber unus: De natura & inuentione liber unus: De his quæ sensu precamur & testamur

In hoc Græcus pro egētibus legisse uidetur gētibus

κάτω ἔτει, δεύτερον μετὰ Νέρωνα διωγμὸν κινοῦντος Δομετιανοῦ, εἰς Πάτμον νῆσον περιορισθεὶς, συνέταξεν Ἀποκάλυψιν, ἣν μετέφρασεν Ἰουστῖνος μάρτυς καὶ Ἡρηναῖος. σφαγέντος δὲ Δομετιανοῦ, καὶ τῶν πράξεων αὐτοῦ διὰ τὴν πολλὴν ὠμότητα παρὰ συγκλήτου ἀκυρωθεισῶν, καὶ Νέρουα εἰς Ἔφεσον ἀναζεύξας, ἕως Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως ἐκεῖσε διατελέσας, πάσας τὰς τῆς Ἀσίας ἐθεμελίωσε καὶ ᾠκοδόμησεν ἐκκλησίας, καὶ λίαν γηράσας ἑξηκοστῷ ὀγδόῳ ἐνιαυτῷ, μετὰ τὸ πάθος κυρίου τελευτήσας, πλησίον τῆς προειρημένης πόλεως ἠξιώθη τῆς κοιμήσεως.

Ἑρμᾶς, οὗ ὁ ἀπόστολος πρὸς Ῥωμαίους γράφων μέμνηται, ἀσπάσασθε Ἀσύγκριτον, Φλέγοντα, Ἑρμᾶν, Πατρόβαν, Ἑρμῆν, λέγεται αὐθέντης γεγενῆσθαι βίβλου, ὑπὸ γραφείσης πριμήν, ἥ τις ἐντίσιν ἀνατολικαῖς ἐκκλησίαις δημοσίᾳ ἀναγινώσκεται. Καὶ ἀληθῶς χρήσιμος ὁ λόγος, ἀφ' οὗ πολλοὶ τῶν παλαιῶν συγγραφέων ἐπέκλεψαν μαρτυρίας, ἀλλὰ παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις ἄγνωστος εἶναι δοκεῖ.

ΦΙλων Ἰουδαῖος, τεχθεὶς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, γένους ἱερέων, δι' αὐτοῦ παρ' ἡμῶν μεταξὺ τῶν ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων τάσσεται, ἐπείπερ περὶ τῆς πρώτης Μάρκου εὐαγγελιστοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐκκλησίας γράφων, εἰς ἔπαινον τῶν ἡμετέρων χωρεῖ, οὐ μόνον αὐτόθι αὐτοῦ ἀλλὰ καὶ ἐν πολλαῖς ἐπαρχίαις εἶναι φάσκων, καὶ τὰς οἰκήσεις αὐτῶν καλῶν μοναστήρια. ἀφ' ὧν δηλοῦται τοιαύτην ἐξ ἀρχῆς τῶν τοῦ ΧΡΙΣΤΩ πιστευσάντων ἐκκλησίαν γενέσθαι, ὁπῖοι οἱ νῦν μοναχοὶ εἶναι ζηλοῦσι καὶ ὑπηθυμοῦσιν, ὥστε μηδὲν ἴδιον ἔχειν τινὰ, μηδὲ εἶναι εἰς αὐτοὺς πλούσιον ἢ πένητα, τὰς δὲ οὐσίας τοῖς ἔθνεσι διανέμοντες, εὐχαῖς σχολάζουσι καὶ ψαλμοῖς, παιδεύσει τε καὶ ἐγκρατείᾳ, οἵους καὶ Λουκᾶς ἀναφέρει, τὸ πρῶτον ἐν Ἱεροσολύμοις τοὺς πιστοὺς γεγενῆσθαι. Λέγουσι τοῦτον ὑπὸ Γαΐου Καλλιγόλα ἐν τῇ Ῥώμῃ κινδυνεῦσαι, ὅπη καὶ πρεσβευτὴς τοῦ οἰκείου ἔθνους ἀπεστάλη. καὶ ὅτε τὸ δεύτερον ἦλθε πρὸς Κλαύδιον, ἐν τῇ αὐτῇ πόλει διαλεχθῆναι τοῦ ἀποστόλου Πέτρου, καὶ τούτου ἐσχηκέναι φιλίαν. καὶ διὰ τοῦτο τοὺς σπουδαστὰς Μάρκου τοῦ μαθητοῦ Πέτρου, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἔπεσι κεκοσμηκέναι. Εἰσὶ τούτου περιφανῆ καὶ ἀναρίθμητα συντάγματα εἰς πέντε λόγους Μωϋσέως, οὕτως. περὶ συγχύσεως γλωσσῶν λόγος εἷς. περὶ φύσεως καὶ εὑρήματος. περὶ ὧν κατὰ νοῦν εὐχόμεθα καὶ ἀπομαρτυρόμεθα

A testamur liber unus: De eruditiõe lib. unus: De hærede diuinarũ rerũ liber unus: De diuisione æqualiũ & cõtrariorum liber unus: De tribus uirtutib9 liber unus: Quare quorundã in scripturis mutata sunt noĩa liber unus: De pactis libri duo: De uita sapientis liber unus: De gigãtibus liber unus: Quod somnia mittãt à deo libri quinq; Quæstionum & solutionũ in Exodo lib. quinq; De tabernaculo et decalogo libri iiij: Necnõ de uictimis & repromissionibus, siue maledictis: De prouidẽtia: De Iudæis: De cõuersatione uitæ: De Alexãdro, dicẽte quod propriam rationẽ muta animalia habeãt, & q̃ oĩs insipiẽs seruus sit: Et de uita nostrorũ librum, de quo supra diximus, id est de apostolicis uiris, quẽ et inscripsit περὶ βίου θεωρητικοῦ ἱκετῶν, q̃ uidelicet cœlestia contẽplent, & semp deũ orẽt. & sub alijs indicibus: De agricultura duo: De ebrietate duo. Sunt & alia eius monumẽta ingenij, quę in nostras man9 nõ ꝑuenerũt. De hoc uulgo apd' grę cos dicit, ἢ πλάτων φιλωνίζει, ἢ φίλων πλα
B τωνίζει, i. aut Plato Philonẽ sequit, aut Platonẽ Philo: tãta est similitudo sensuũ & elo

LAnneus Seneca Cordubẽsis (quij. Sotionis Stoici discipulus, & patruus Lucani poetæ, cõtinentissimæ uitæ fuit: quẽ non ponerem in catalogo sanctorum, nisi me illæ epistolæ prouocarent, quæ leguntur à plurimis, Pauli ad Senecã, & Senecæ ad Paulũ. In quibus cum esset Neronis magister, & illius temporis potẽtissimus, optare se dicit eius esse loci apud suos, cuius sit Paulus apud Christianos. Hic ante biennium quàm Petrus & Paulus coronarẽtur martyrio, à Nerone interfectus est.

IOsephus Matthathię filius ex Hierosolymis sacerdos, à Vespasiano captus, cũ Tito filio eius relictus est. Hic Romam ueniens, septẽ libros Iudaicæ captiuitatis imperatoribus patri filioq; obtulit, qui & bibliothecæ publicę traditi sunt: & ob ingenij gloriam statuã quoq; meruit Romæ. Scripsit autẽ & alios uiginti antiquitatũ libros, ab exordio mundi, usq; ad decimumquartum annũ Domitiani Cæsaris, & duos ἀρχαιότητος aduersum Appionem grammaticum Alexandrinum: qui sub Caligula legatus

ἀπομαρτυρόμεθα, λόγος εἷς. περὶ παιδεύσεως λόγος εἷς. περὶ κληρονόμου τῶν θείων πραγμάτων λόγος εἷς. περὶ μερισμοῦ ἴσων καὶ ἐναντίων λόγος εἷς. περὶ τριῶν δυνάμεων λόγος εἷς. περὶ τῶν ἐναλλαγεισῶν γραφῶν παρά τινων λόγος εἷς. περὶ συνθηκῶν λόγοι δύο. περὶ βίου φιλοσοφικοῦ λόγος εἷς. περὶ γιγάντων λόγος εἷς. περὶ τοῦ σοῦ ὀνείρους παρὰ θεοῦ πέμπεσθαι, λόγοι πέντε. Ζητημάτων καὶ ἑρμηνευμάτων τῶν ἐξόδου, λόγοι πέντε. περὶ τῆς σκηνῆς καὶ δεκαλόγου, λόγοι τέσσαρες. περὶ θυσιῶν, περὶ ὑποχέσεων, ἤτοι καταρῶν, περὶ προνοίας, περὶ Ἰουδαίων, περὶ διαγωγῆς βίου, περὶ Ἀλεξάνδρου, καὶ ὅτι ἴδιον λογισμὸν ἔχει τὰ ἄλογα, ὅτι πᾶς ἄφρων δοῦλος ἐστὶν. περὶ διαγωγῆς τῶν ἡμετέρων, περὶ οὗ ἔμπροσθεν εἴπομεν, τουτέστι τῶν ἀποστόλων, λόγος εἷς, ὃν ἐπέγραψε, περὶ βίου θεωρητικοῦ ἱκετῶν, τουτέστιν, ὅτι τὰ ἐπουράνια ἀτενίζουσι καὶ ἀεὶ εὔχονται τῷ θεῷ. περὶ γεωργίας λόγοι δύο, περὶ μέθης δύο. Εἰσὶ καὶ ἕτερα αὐτοῦ συγγράμματα, οὔπω εἰς τὰς ἐμὰς χεῖρας ἐλθόντα. περὶ τούτου ἐστὶ ἡ παροιμία τῶν ἑλληνικῶν, ἢ Πλάτων Φιλωνίζει, ἢ Φίλων Πλατωνίζει, τοιαύτη ἐστὶν ὁμοιότης τῆς τε διανοίας καὶ φράσεως.

ΛΟύκιος ἄννεως σένεκα κουρδουβήνσιος, σώζοντος στοϊκοῦ μαθητής, καὶ θεῖος πρὸς πατρὸς λουκανοῦ τοῦ ποιητοῦ, πάνυ ἐγκρατὴς, ὃν οὐ πάντως κατηρίθμουν ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν ἁγίων, εἰ μὴ αἱ ἐπιστολαὶ τούτου προήτρεπον, αἱ παρὰ πολλῶν ἀναγινωσκόμεναι, παύλου πρὸς σένεκα, καὶ σένεκα πρὸς παῦλον. νέρωνος ὢν διδάσκαλος, καὶ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ δυνατὸς, ἠύχετο τοιοῦτον ἔχειν παρὰ τοῖς ἰδίοις τόπον, οἷον παῦλος παρὰ τοῖς χριστιανοῖς. οὗτος πρὸ ἐνιαυτῶν δύο τοῦ παθεῖν σοῦ ἀποστόλους πέτρον καὶ παῦλον, παρὰ νέρωνος ἐσφάγη.

ΙΩσηπος ματθίου υἱός, ἱεροσολύμων ἱερεύς, παρὰ οὐεσπασιανοῦ ἁλοὺς, μετὰ τίτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ κατελείφθη. ὃς εἰς ῥώμην ἐλθὼν, ἑπτὰ λόγους τῆς ἰουδαϊκῆς ἁλώσεως, τοῖς δύο βασιλεῦσι τῷ τε πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ προσήνεγκεν, ὅι τινες καὶ τῇ δημοσίᾳ βιβλιοθήκῃ παρεδόθησαν. καὶ διὰ τὴν δόξαν τῆς εὐφυΐας, ἀνδρίαντος ἀξιώθη. ἔγραψε δὲ καὶ τῶν ἀρχαιολογίας λόγους εἴκοσι, ἀπὸ τῶν τοῦ κόσμου ἀρχῆς, ἕως τεσσαρεσκαιδεκάτου ἔτους δομετιανοῦ καίσαρος, καὶ δύο ἀρχαιότητος κατὰ ἀππίωνος γραμματικοῦ ἀλεξανδρέως, ὃς ἐπὶ καλιγόλα

gatus missus ex parte gentiliũ, cõtra Philonem etiã librũ, uituperationẽ gentis Iudaicæ continentẽ, scripserat. Alius quoq; liber eius, qui inscribitur περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, ualde elegãs habet: in quo & Machabæorũ sunt digesta martyria. Hic in decimooctauo antiquitatũ libro, manifestissime cõfitetur, propter magnitudinẽ signorum, Christũ à pharisæis interfectũ, & Ioannẽ Baptistã uere prophetã fuisse: & propter interfectionẽ Iacobi apostoli, dirutã Hierosolymã. Scripsit aũt de domino in hũc modũ: Eodem tempore fuit Iesus uir sapiens, si tamen uirũ eum oportet dicere. Erat enim mirabiliũ patrator operum, & doctor eorum, qui libenter uera suscipiũt: plurimos quoq; tam de Iudæis quàm de gentibus, sui habuit sectatores, & credebatur esse Christus. Cũq; inuidia nostrorum principũ, cruci eum Pilatus addixisset, nihilominus q eum primũ dilexerãt, perseuerauerunt. Apparuit enim eis tertia die uiuẽs: multa & hæc & alia mirabilia, carminibus prophetarum de eo uaticinantibus. & usque hodie Christianorũ gens ab hoc sortita uocabulum, non defecit.

IVstus Tiberiẽsis de prouincia Galilæa, conatus est & ipse Iudaicarũ rerũ historiam texere, & quosdã cõmentariolos de scripturis cõponere, sed hunc Iosephus arguit mendacij. Constat autem illũ eo tempore scripsisse, quo & Iosephus.

CLemẽs, de quo apostolus Paulus ad Philip. scribẽs, ait: Cũ Clemẽte & cæteris cooperatorib. meis, quorum noĩa scripta sũt in lib. uitæ, quartus post Petrũ Ro. episcopus. Siqdẽ secũdus Linus fuit, & tertius Anacletus, tametsi pleriq; Latinorũ, secũdũ post Petrũ apostolũ putẽt fuisse Clementẽ. Scripsit ex ꝑsona Ro. eccl'ę, ad ecclesiã Corinth. ualde utilẽ epistolã, quæ & in nõnullis locis publice legit', quę mihi uidet' characteri epl'æ, q̃ sub Pauli noĩe ad Heb. fert', cõuenire. Sed & multis de eadẽ epl'a, nõ solũ sensib. sed iuxta uerborũ quoq; ordinẽ abutit'. Omnino grãdis in utraq; similitudo est. Fert' & secũda eius noĩe epistola q̃ à ueteribus reprobat'. Et disputatio Petri & Appionis longo sermone cõscripta, quã Eusebius

πρεσβευτὴς ἀποσταλεὶς παρὰ τοῦ μέρους τῶν C
ἐθνικῶν, κατὰ φίλωνος λόγον περιέχοντα κα-
ταγνωσιν τῶν ἰουδαίων ἔγραψε. ἐστὶ καὶ ἄλ-
λος αὐτοῦ λόγος περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ
ἐξαίρετος πάνυ, ἐν ᾧ καὶ τῶν πάθους τῶν μακκα-
βαίων ἐμνήσθη. Οὗτος ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκά-
τῳ τῆς ἀρχαιολογίας λόγῳ, φανερῶς ὁμολογεῖ,
διὰ τὸν ὄγκον τῶν σημείων, τὸν χριστὸν ἐσφά-
χθαι παρὰ φαρισαίων, καὶ ἰωάννην τὸν βαπτι-
στὴν ἀληθῶς γεγενῆσθαι προφήτην, καὶ διὰ τὴν
σφαγὴν ἰακώβου τοῦ ἀποστόλου τὰ ἱεροσόλυμα
πεπορθεῖσθαι. ἔγραψε δὲ καὶ περὶ τοῦ κυρίου οὕ-
τως. Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἰησοῦς
σοφός ἀνήρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. ἦν
γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητής, διδάσκαλος
ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τ' ἀληθῆ δεχομένων, καὶ
πολλοὺς μὲν ἰουδαίους, πολλοὺς δὲ καὶ τοῦ ἑλλη-
νισμοῦ ἐπηγάγετο, ὁ χριστὸς οὗτος ἦν, καὶ αὐ- Hic interpret aliquid mutauit
τὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν,
σταυρῷ ὑπὸ τετιμηκότος πιλάτου, οὐκ ἐπαύ-
σαντο, οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες. ἐφά-
νη δὲ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν, πάλιν ζῶν,
τῶν θείων προφητῶν ταῦτα καὶ ἄλλα μυρία
περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων, εἴς τε νῦν χριστιανῶν ἀπὸ
τοῦδε ὠνομασμένων, οὐκ ἔλιπε τὸ φῦλον.

D

ΙΟῦστος τιβεριάδος, ἐπιχείρησε μὲν καὶ αὐτὸς ἰουδαϊκὴν ἱστορίαν
συντάξαι καί τινα ὑπομνήματα περὶ γρά-
φειν, ἀλλὰ τοῦτον ἰώσηπος ἐλέγχει ψευσάμε-
νον. καὶ γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ συνέγραφεν, ὅ-
τε καὶ ἰώσηπος.

ΚΛήμης, περὶ οὗ παῦλος ὁ ἀπόστολος
πρὸς φιλιππησίους γράφων λέγει, Με-
τὰ καὶ κλήμεντος. τέταρτος μετὰ πέτρον
ῥώμης ἐπίσκοπος, δεύτερος γὰρ λίνος ἐγέ-
νετο, τρίτος ἀνέγκλητος, εἰ καὶ πολλοὶ τῶν
ῥωμαίων ὑπολαμβάνουσι, δεύτερον μετὰ τὸν
ἀπόστολον γεγενῆσθαι κλήμεντα. ἔγραψεν ἐκ
προσώπου τῆς ἐκκλησίας ῥώμης, πρὸς τὴν ἐν
κορίνθῳ ἐκκλησίαν ὑπόστολην πάνυ θαυμαστήν,
ἥ τις ἐν φανεροῖς τόποις δημοσίᾳ ἀναγινώσκε-
ται, τῷ χαρακτῆρι τῆς πρὸς ἑβραίους ὑπόστο-
λης παύλου συνάδουσα, οὐ μόνον νοήμασιν, ἀλ-
λὰ καὶ λόγοις. καὶ ἁπλῶς μεγίστη ἐστὶ ἐν ἑκα-
τέρᾳ ὁμοίωσις. Φέρεται καὶ ἑτέρα δὲ ὀνόμα-
τος αὐτοῦ εἶναι ὑπόστολή, ἥ τις παρὰ πάντων
ἀποδοκιμάζεται. καὶ διάλογος πέτρου καὶ
ἀππίωνος μακρῷ λόγῳ συνταγεῖσα, ἥν τινα
εὐσέβιος

A Eusebius in tertio Historię ecclesiasticę uolumine coarguit. Obijt tertio Traiani anno, & nominis eius memoriã usque hodie Romæ extructa ecclesia custodit.

IGnatius Antiochenę ecclesię tertiꝰ post Petrum apostolũ episcopus, cõmouente persecutionem Traiano, damnatus ad bestias, Romam uinctus mittitur. Cumq; nauigans Smyrnam uenisset, ubi Polycarpus auditor Ioannis episcopus erat, scripsit unam epistolam ad Ephesios, alteram ad Magnesianos, tertiam ad Trallenses, quartam ad Romanos, & inde egrediens scripsit ad Philadelpheos & ad Smyrnæos, & proprie ad Polycarpum, commendans illi Antiochensem ecclesiã: in qua & de Euangelio, quod nuper à me translatum est, super persona Christi ponit testimonium, dicens: Ego uero & post resurrectionem in carne eum uidi, & credo quia sit. Et quando uenit ad Petrum, & ad eos qui cum Petro erant, dixit eis: Ecce, palpate me, & uidete, quia non sum dæmonium corporale. Et statim tetigerunt eum, et crediderunt. Dignum autem uidetur, qui à tanti uiri feci
B mus mentionem, & de epistola eius, quam ad Romanos scribit, pauca ponere. De Syria usque ad Romam pugno ad bestias in mari & in terra, nocte dieq;, ligatus cum decem leopardis, hoc est militibus, qui me custodiunt: quibus & cum benefeceris, peiores fiunt. Iniquitas autem eorum, mea doctrina est, sed non idcirco iustificatus sum. Vtinam fruar bestijs, quæ mihi sunt præparatæ, quas & oro mihi ueloces esse ad interitum, & ad supplicia, & allici ad comedendum me, ne sicut & aliorum martyrum non audeant corpus attingere. Quod si uenire noluerint, ego uim faciam ut deuorer. Ignoscite mihi filioli, quid mihi prosit, ego scio. Nunc incipio Christi esse discipulus, nihil de his quæ uidentur desiderans, ut Iesum Christum inueniam. Ignis, crux, bestiæ, confractio ossium, membrorum diuisio, & totius corporis contritio, & tota tormẽta diaboli, in me ueniant, tantũ ut Christo fruar. Cũq; iam dãnatus esset ad bestias, ardore patiendi cũ rugientes audiret leones, ait: Frumentum Christi sum, dentibus

εὐσέβιος ἐυθύνει ἐν τῷ τρίτῳ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας τεύχει. Τελευτᾶ τῷ τρίτῳ ἐνιαυτῷ τραϊανοῦ, καὶ τὴν τούτου μνήμην ἄχρι τήμερον, ἐν τῇ ῥώμῃ οἰκοδομηθεῖσα ἐκκλησία φυλάττει.

ΙΓνάτιος τῆς ἐν ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας τρίτος μετὰ Πέτρον τὸν ἀπόστολον ἐπίσκοπος, διωγμὸν κινήσαντος τραϊανοῦ, θηριομαχῆσαι κελευσθεὶς, εἰς ῥώμην στέλλεται δέσμιος. πλέων δὲ καὶ πλησὰς τῇ σμύρνῃ, ἐν ᾗ πολύκαρπος ἀκροατὴς Ἰωάννου ἐπίσκοπος ἦν, ἔγραψε πρὸς ἐφεσίους πλεστολὴν μίαν, ἄλλην πρὸς μαγνησιανούς, τρίτην πρὸς τραλλιανούς, τετάρτην πρὸς ῥωμαίους. κἀκεῖθεν ἐξιὼν, ἔγραψε φιλαδελφεῦσι, καὶ σμυρναίοις, καὶ ἰδικῶς πρὸς πολύκαρπον, παρατιθέμενος αὐτῷ τὴν ἐν ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ καὶ περὶ τοῦ εὐαγγελίου τοῦ πρώην μεταφρασθέντος, ἐκ προσώπου ἰησοῦ χριστοῦ μνήμην πριεῖται λέγων. ἐγὼ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σώματι αὐτὸν εἶδον, καὶ πιστεύω ὅτι ἔστι, καὶ ὅτε ἦλθεν πρὸς Πέτρον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ὄντας, εἶπεν αὐτοῖς. Ψηλαφήσατέ με, ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον σωματικόν. Καὶ εὐθέως ἥψαντες αὐτοῦ, ἐπίστευσαν. ἄξιον δὲ φαίνεται, ἐπείπερ τοιούτου ἀνδρὸς πεπριήμεθα μνήμην, ἐκ τῆς ἐπιστολῆς αὐτοῦ τῆς πρὸς ῥωμαίους γραφείσης, ὀλίγα ἐκθέσθαι. ἀπὸ συρίας ἄχρι ῥώμης, θηριομαχῶ ἐν θαλάσσῃ καὶ ἐν γῇ, νυκτὸς καὶ ἡμέρας, δέκα συνδεδεμένος λεοπάρδοις, τοῦτ' ἔστι, στρατιώταις τοῖς φυλάσσουσί με, οἵτινες καὶ μετὰ εὐεργεσίαν χείρονες γίνονται. Αἱ γὰρ ἀνομίαι αὐτῶν, παίδευσίς μοι ἐστὶ, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἐδικαιώθην. καὶ εἴθε ἀπολαύσω τῶν θηρίων τῶν ἐντρεπισθέντων μοι, ἅτινα εὔχομαι ὀξύτατα εἶναι μοι εἰς ἀπώλειαν, καὶ ἐνδελεχίζειν εἰς τὴν ἐμὴν κατάβρωσιν, μήπως ὃν τρόπον ὠδὲ τῶν ἄλλων μαρτύρων, μὴ τολμήσωσι τοῦ σώματός μου ἅψασθαι. Εἰ γὰρ ἐπελθεῖν μὴ θελήσουσιν, ἐγὼ βιάσομαι, προθῶν καταβρωθῆναι. Σύγγνωτέ μοι τεκνία, τὸ συμφέρον μοι ἐγὼ οἶδα. Νῦν ἄρχομαι εἶναι μαθητὴς, οὐδὲν τούτων τῶν ὁρωμένων πλθυμῶ, ἵνα τὸν ΙΗΣΟΥΝ ΧΡΙΣΤΟΝ εὕρω. Πῦρ, σταυρὸς, θηρία, σύγκλασις ὀστέων, καὶ τῶν μελῶν διασπασμὸς, καὶ πανὸς τοῦ σώματος συντριβὴ, καὶ βάσανοι τοῦ διαβόλου, εἰς ἐμὲ ἔλθωσιν, ἵνα ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ἀπολαύσω. Κατακριθεὶς τοίνυν θηριομαχῆσαι, καὶ πρόθῳ τοῦ παθεῖν, ἀκούσας τοῦ βρυγμοῦ τῶν λεόντων, ἔφη. Σῖτος ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ εἰμὶ, καὶ εὔχομαι τοῖς ὀδοῦσι

dētibus beſtiarū molar ut panis mūdus in ueniar. Paſſus eſt anno undecimo Traiani. Reliquiæ corporis eius Antiochiæ iacēt extra portam Daphniticam in cœmiterio.

POlycarpus, Ioannis apoſtoli diſcipulus, & ab eo Smyrnæ epiſcopus ordinatus, totius Aſiæ princeps fuit. Quippe qui nonnullos apoſtolorum, & eorum qui uiderāt dominum, magiſtros habuerit & uiderit. Hic propter quaſdam ſuper die paſchæ quæſtiones, ſub imperatore Antonino Pio, eccleſiam in urbe regente Aniceto, Romam uenit, ubi plurimos credentium, Marcionis & Valentini perſuaſione deceptos reduxit ad fidem. Cumq; ei fortuito obuiam fuiſſet Marcion, & diceret: Cognoſcis nos? Reſpondit: Cognoſco primogenitum diaboli. Poſtea uero regnante M. Antonino & L. Aurelio Commodo, quarta poſt Neronē perſecutione, Smyrnæ, ſedente proconſule & uniuerſo populo in amphitheatro aduerſus eum perſonante, igni traditus eſt. Scripſit ad Philippenſes ualde utilem epiſtolam, quæ uſque hodie in Aſiæ conuentu legitur.

PApias, Ioannis auditor, Hierapolitanus epiſcopus in Aſia, quinq; tantum ſcripſit uolumina, quæ prænotauit, explanatio ſermonum domini. In quibus cum ſe in præfatione aſſerat, non uarias opiniones ſeq, ſed apoſtolos autores habere, ait: conſiderabam quid Andreas, quid Petrus dixiſſent, quid Philippus, quid Thomas, quid Iacobus, quid Ioannes, quid Matthæus, uel alius quilibet diſcipulorum domini: quid etiam Ariſtion & ſenior Ioannes, diſcipuli domini loquebantur. Non enim tantum mihi libri ad legendum proſunt, quantum uiua uox, uſq; hodie in ſuis autoribus perſonans. Ex quo apparet ex ipſo catalogo nominum, alium eſſe Ioannem, qui inter apoſtolos ponitur: & alium ſeniorem Ioannē, quem poſt Ariſtionem enumerat. Hoc aūt diximus propter ſuperiorem opinionē, quā à pleriſq; retulimus traditā, duas poſteriores epiſtolas Ioānis, nō apoſtoli eſſe, ſed presbyteri: hic dicitur mille annorū Iudaicā ædidiſſe διδυμίας, quē ſecuti ſunt Irenæus & Apollinarius, & cæteri

ὀδῶσι τὴν θηρίων ἀλεωθῆναι, ἵνα ἄρτος καθαρὸς εὑρεθῇ. ἔπαθε δὲ κατάτῳ ἔτει Τραϊανοῦ. Τὸ δὲ λείψανον ἔξω τῆς Δαφνητικῆς πύλης Ἀντιοχείας κατάκειται ἐν τῷ κοιμητηρίῳ. C

ΠΟλύκαρπος Ἰωάννου ἀκροάτης, καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ Σμυρναίων ἐπίσκοπος καταστὰς, πάσης τῆς Ἀσίας ἀρχηγὸς γέγονε, διὰ τὴν πλείστων τῶν ἀκροατῶν τοῦ ΧΡΙΣΤΟΥ ἐπουρανίων συμπεπτυχέναι, καὶ διδασκάλους ἐσχηκέναι. Οὗτος διά τινας αἰτίας τὸ πάσχα, βασιλεύοντος Ἀντωνίνου τοῦ Πίου, καὶ ὑπισκοποῦντος τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης Ἀνικήτου, ἐπέστη τῇ Ῥώμῃ, ἐν ᾗ καὶ πλείστους, τῷ δόγματι Μαρκίωνος καὶ Βαλεντίνου πισεύσαντας, ἀνεκαλέσατο. Ἀπαντήσαντος δὲ αὐτῷ ἤδη αὐτομάτου Μαρκίωνος, καὶ εἰπόντος αὐτῷ, Γνώρισόν ἡμᾶς. Ἀπεκρίθη, Γνωρίζω τὸν πρωτότοκον τοῦ διαβόλου. Μετὰ ταῦτα βασιλεύοντος Μάρκου Ἀντωνίνου, καὶ Λουκίου Αὐρηλίου Κομόδου, τετάρτου μετὰ Νέρωνα διωγμὸν κινηθέντος, ἐν Σμύρνῃ θεωροῦντος τοῦ ἀνθυπάτου, καὶ πάντος τοῦ δήμου ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ κατ' αὐτοῦ βοῶντος, πυρὶ παρεδόθη. Ἔγραψε πρὸς Φιλιππησίους πάνυ θαυμασίως ἱκανὴν ἐπιστολήν, ἥτις ἄχρι τοῦ νῦν ἐν τῇ Ἀσιανῇ συνόδῳ ἀναγινώσκεται. D

ΠΑπίας Ἰωάννου ἀκροατὴς Ἱεραπολίτης, τῆς Ἀσίας ἐπίσκοπος, ἀνήρ τὰ μάλιστα σοφὸς λόγους, οὓς καὶ ἐπέγραψεν, ἔκθεσις λόγων κυριακῶν. ἐν οἷς λέγων ἐν προοιμίοις μὴ ἀκοῦσαι βεβαίαν πρὸς λαὸς φήμας, ἀλλὰ συνήθεις ἀποστόλους ἐν χείρι ἡγουμένους, ἔφη. Κατανόουν τί Ἀνδρέας, τί Πέτρος εἰρήκασι, τί Φίλιππος, τί Θωμᾶς, τί Ἰάκωβος, τί Ἰωάννης, τί Ματθαῖος, καὶ ὅστις ἕτερος τῶν κυρίου μαθητῶν, τί δὲ Ἀριστίων καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης, μαθηταὶ τοῦ κυρίου ἔλεγον. Οὐδὲ γάρ με τοσοῦτον βίβλοι εἰς ὠφελοῦσιν, ὅσον ζῶσα φωνὴ, ἥτις ἄχρι τοῦ παρόντος διὰ τῶν συγγραμμένων ἀναμάζει. Δηλοῦται δὲ ἐκ αὐτοῦ τοῦ καταλόγου τῶν ὀνομάτων, ἄλλον εἶναι Ἰωάννην ἀπόστολον, καὶ ἄλλον εἶν πρεσβύτερον Ἰωάννην, οὗ ἵνα ὕστερον μετὰ τὸν Ἀριστίωνα καταριθμεῖται. Ταῦτα δὲ εἰρήκαμεν διὰ τὰ προαναφερόμενα, ἐν οἷς εἴπομεν, τὰς δύο ὑστέρας ἐπιστολὰς μὴ εἶν Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου, ἀλλὰ τοῦ πρεσβυτέρου. Οὗτος λέγεται χιλίων ἐνιαυτῶν Ἰουδαϊκὴν ἐκδεδωκέναι διδασκαλίαν, ᾧ ὑκολούθησαν Εἰρηναῖος, καὶ Ἀπολινάριος, καὶ οἱ λοιπὶ, οἱ

A cęteri, qui post resurrectionem aiũt in carne cum sanctis dominum regnaturũ. Tertullianus quoque in libro de spe fidelium, & Victorinus Pictauiensis, & Lactantius hac opinione ducuntur.

QVadratus apostolorũ discipulus, Publio Athenarum episcopo, ob Christi fidem martyrio coronato, in locum eius substituitur, & ecclesiam grandi terrore dispersam, fide & industria sua congregat. Cumq; Hadrianus Athenis exegisset hyemem, inuisens Eleusinã, & omnibus penè Græciæ sacris initiatus, dedisset occasionẽ his, qui Christianos oderant, absque præcepto imperatoris uexare credentes: porrexit ei librum pro religione nostra compositum, ualde utilem, plenumq; rationis & fidei, & apostolica doctrina dignum: in quo & antiquitatem suæ ætatis ostendens, ait, plurimos à se uisos, qui sub domino uarijs in Iudæa oppressi calamitatibus sanati fuerant, & qui á mortuis resurrexerant.

B ARistides Atheniensis philosophus eloquentissimus, & sub pristino habitu discipulus Christi, uolumen, nostri dogmatis rationem continens, eodem tempore quo & Quadratus, Hadriano principi dedit, id est, apologeticum pro Christianis: quod usque hodie perseuerans, apud philologos ingenij eius indicium est.

AGrippa, cognomẽto Castor, uir ualde doctus, aduersum uigintiquatuor Basilidis hæretici uolumina, quæ in euangelium confecerat, fortissime disseruit, prodens eius uniuersa mysteria, & prophetas enumerans, Barcabã & Marcob, & ad terrorem audientium alia quædam barbara nomina: & deum maximũ eius Abraxas, qui quasi annũ continẽs, iuxta Græcorum numerum supputetur. Mortuus est autem Basilides, à quo Gnostici in Alexandria temporibus Hadriani: qua tempestate & Cochibus dux Iudaicę factionis, Christianos uarijs supplicijs enecauit.

EGesippus uicinus apostolicorũ temporum, & omnes à passione domini usq; ad suã ætatẽ, ecclesiasticorũ actuum texens historias, multaq; ad utilitatẽ legentium pertinentia, hinc inde congregans, quinq;

πρὶ, ὅι τινες μετὰ τὴν ἀνάστασιν φάσκουσιν ἐν ᾧ σώματι μετὰ τῶν ἁγίων τὸν κύριον βασιλεύειν. καὶ τερτυλλιανὸς δὲ ἐν τῇ βίβλῳ τῇ περὶ τῆς ἐλπίδος τῶν πιστῶν, καὶ Βικτωρῖνος Πεταβῖνος, καὶ Λακτάντιος ταύτῃ τῇ δοκήσει εἵλκυνται.

ΚΟυαδρᾶτος τῶν ἀποστόλων μαθητὴς, παθόντος Πουπλίου Αθηνῶν ἀνασκόπου ὑπὲρ τοῦ ΧΡΙΣΤΟΥ, εἰς τὸν αὐτοῦ τόπον ὑπεισέρχεται, καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐν μεγάλῃ ταραχῇ διασκορπισθεῖσαν συνάγει. ἐπὶ ἡνίκα Αδριανὸς ἐν Αθήναις ἐχείμασεν ἐν Ελευσῖνι γενόμενος, καὶ πάντα σχεδὸν τὰ τῆς Ελλάδος μυστήρια μυηθεὶς, δέδωκεν ἀφορμὴν ἠδὴ τὸν τοὺς μισοῦντας τοὺς χριστιανοὺς, καὶ δίχα βασιλικῆς κελεύσεως κολάζειν, ἐπέδωκε βίβλον ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας θρησκείας συντεθεῖσαν, πάνυ χρηστὴν, καὶ γέμουσαν λογισμοῦ καὶ πίστεως, ἀξίαν τε τῆς ἀποστολικῆς παιδεύσεως, ἐν ᾗ καὶ τὴν ἀρχαιότητα τῆς ἰδίας ἡλικίας δείκνυς, ἔφη πολλοὺς ἑωρακέναι τοὺς ὑπὸ τοῦ κυρίου ποικίλαις ἐν τῇ Ιουδαίᾳ κάμνοντας νόσοις ἰαθέντας, καὶ ὅτι τινὲς ἐκ νεκρῶν ἀνέστησαν.

ΑΡιστείδης Αθηναίων φιλόσοφος εὐφραδὴς, καὶ κατὰ τὴν προτέραν διαγωγὴν, μαθητὴς ἰησοῦ χριστοῦ, τεῦχος δόγματος ἡμετέρου, ἀναμέστον λογισμοῦ, κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐν ᾧ καὶ Κουαδρᾶτος Αδριανῷ τοῦ βασιλεῖ ἐπέδωκε, τοῦτ' ἔστιν ἀπολογητικὸν ὑπὲρ τῶν χριστιανῶν, ὅπερ ἄχρι τοῦ παρόντος παρὰ τοῖς φιλολόγοις σώζεται.

ΑΓρίππας, ὁ ἐπίκλην κάστωρ, ἀνὴρ πάνυ πεπαιδευμένος, κατὰ τῶν εἰκοσιτεσσάρων Βασιλείδου αἱρετικοῦ λόγων τῶν εἰς τὸν εὐαγγέλιον παρ' αὐτοῦ περιφρασθέντων, γενναίως ἐξηγήσατο, πάντα αὐτοῦ τὰ μυστήρια ἐκφαίνων, καὶ τοὺς προφήταις συναπαριθμουμένους, Βαρκαβᾶν καὶ Μαρκὼβ, καὶ πρὸς φόβον τῶν ἀκροωμένων, ἕτερά τινα βαρβαρα ὀνόματα, καὶ τὸν μέγιστον αὐτοῦ θεὸν Αβραξὰς, ὅια ἐνιαυτὸν περιέχοντα κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν Γραικῶν ψηφιζόμενον. Τελευτῶντος βασιλείδου Γνωστικοὶ ἐν Αλεξανδρείᾳ ἐκλήθησαν ἐν τοῖς χρόνοις Αδριανοῦ, ὅτε καὶ Χόχιβος ὁ τῶν Ιουδαίων ἡγούμενος, πολλοὺς τῶν χριστιανῶν ποικίλαις τιμωρίαις ἀνείλωσεν.

ΗΓήσιππος τῶν χρόνων τῶν ἀποστόλων, πάσας ἀπὸ τοῦ πάθους τοῦ κυρίου, ἕως τῶν ἰδίων χρόνων, τῶν ἐκκλησιαστικῶν πράξεων ὑφαίνων στορίας, καὶ πολλὰ ἕτερα εἰς ὄφελος τῶν ἀναγινωσκόντων συντείνοντα, πανταχόθεν συλλέγων, πέντε

quinque libros composuit, sermone simplici: ut quorũ uitã sectabatur, dicendi quoq; exprimeret characterem. Asserit se uenisse sub Aniceto Romã, qui decimus post Petrum episcopus fuit, & perseuerasse usque ad Eleutherium eiusdẽ urbis episcopum, qui Aniceti quondã diaconus fuerat. Præterea aduersum idola disputãs, ex quo primum errore creuissent subtexit historiam: ex qua ostendit, qua floruerit ætate. Ait enim: Tumulos mortuis templaq; fecerunt, sicut usque hodie uidemus: è quibus est & Antinous seruus Hadriani Cæsaris, cui & gymnicus agõ exercetur apud Antinoum ciuitatem: quam ex eius nomine condidit, & statuit prophetas in templo. Antinoum autem in delicijs habuisse Cæsar Hadrianus scribitur.

IVstinus philosophus, habitu quoq; philosophorum incedens, de Neapoli urbe Palęstinæ, patre Prisco Bacchio, pro religione Christi plurimũ laborauit, intantũ ut Antonino quoque Pio, & filijs eius, & senatui librum cõtra gentes scriptũ daret, ignominiamq; crucis non erubesceret, & alium librum successoribus eiusdẽ Antonini, M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo. Extat eius & aliud uolumen contra gẽtes, ubi de dæmonum quoq; natura disputat, & quartum aduersus gẽtes, cui titulum prænotauit, ἔλεγχος, sed & alium de monarchia dei, & alium librum, quem prænotauit Psalten, & alium de anima. Dialogus contra Iudæũ, quem habuit aduersus Tryphonem principem Iudæorum: sed & contra Marcionẽ insignia uolumina, quorum Irenæus quoque in quinto aduersus hæreses libro meminit: & alium librum contra omnes hæreses, cuius facit mentionem in apologetico, quẽ dedit Antonino Pio. Hic cũ in urbe Roma haberet τὰς διατριβὰς, & Crescentem Cynicum, qui multa aduersum christianos blasphemabat, redargueret: gulosum, & mortis timidum, luxuriæq; & libidinum sectatorẽ, ad extremũ studio eius & insidijs accusatus quod Christianus esset, pro Christo sanguinem fudit.

MElito Asianus, Sardensis episcopus, librum imperatori M. Antonio Vero, qui

πρότε συνέθηκε βίβλους ἁπλουστέρῳ λόγῳ, ὥστε ἐκείνων ἐξηγήσασθαι χαρακτῆρας, ὧν τοῦ βίῳ ἐξηκολούθει. Φαίσκει δὲ πρὸς τῆναι τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ ἀνικήτου, τοῦ μετὰ Πέτρον δεκάτου πρὸς σκόπου, καὶ διατετελεκέναι ἄχρι Ἐλευθέρου πρὸς σκόπου τῆς προειρημένης Ῥώμης, ὃς Ἀνικήτου διάκονος ἐγεγόνει. Καὶ κατὰ τῶν εἰδώλων ἐξηγούμενος, ἐκ πρίας πρῶτον πλάνης ἠυξήθη, συνέταξεν ἱστορίαν, δεικνὺς ἐν πρίοις ἤνθησε καιροῖς. Φαίσκει γὰρ οὕτως. Τύμβους τοῖς νεκροῖς, καὶ ναοὺς ἐπρίησαντο, καθὰ ἄχρι τοῦ δεῦρο ὁρῶμεν, ἀφ' ὧν ἐστὶ καὶ Ἀντίνους, ὁ δοῦλος Ἀδριανοῦ καίσαρος, οὗ τινος καὶ γυμνικὸς ἀγὼν ἐν τῇ Ἀντίνῳ πρὸς τελεῖται, καὶ τὸ δίκαιον τῆς πόλεως ἐκ τῆς αὐτοῦ προσηγορίας ἔτυχε, καὶ προφήτας ἐν τοῦ ναῷ ἔστησε. τὸν δὲ Ἀντίνουν ἐν τοῦ μεταξὺ τῶν αἰδιλικίων ἐσχηκέναι Ἀδριανὸν τινὲς συγγράφονται.

IOυστῖνος φιλόσοφος, καὶ τοῦ σχήματι τῶν φιλοσόφων χρώμενος, ἀπὸ τῆς Νεαπολιτῶν ἐπαρχίας Παλαιστίνης, ἐκ πατρὸς πρίσκου Βακχείου, ὑπὲρ τῆς θρησκείας τῶν Χριστιανῶν πάνυ ἐκοπίασεν, ὥστε καὶ Ἀντωνίνῳ τοῦ ἐπίκλην πίῳ, καὶ τοῖς τούτου υἱεῦσι, καὶ τῇ συγκλήτῳ, βίβλον κατὰ τῶν ἐθνῶν συνταγεῖσαν πρὸς δοῦναι, τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ σταυροῦ μὴ αἰσχυνόμενος, καὶ ἄλλην βίβλον τοῖς τοῦ αὐτοῦ Ἀντωνίνου διαδόχοις, τουτέστι Μαρκῷ Ἀντωνίνῳ Βήρῳ, καὶ Λουκίῳ Αὐρηλίῳ Κομόδῳ. Ἐστι καὶ ἄλλη αὐτοῦ βίβλος κατὰ τῶν ἐθνῶν, ἐν ᾗ περὶ τῆς φύσεως τῶν δαιμόνων διαλέγεται, καὶ τέταρτον λόγον ὁμοίως κατὰ τῶν ἐθνῶν, ὃν ἐπέγραψεν ἔλεγχος, καὶ ἄλλον περὶ τῆς τοῦ θεοῦ μοναρχίας, καὶ ἄλλον ὠνόμασε ψαλτήν, καὶ ἕτερον περὶ τῆς ψυχῆς. Διάλογον κατὰ τῶν Ἰουδαίων, ὃν ἔχει κατὰ Τρύφωνος ἀρχηγοῦ τῶν Ἰουδαίων. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κατὰ Μαρκίωνος ἐπίσημα τεύχη, ὧν τινων καὶ Εἰρηναῖος ἐν τοῦ πέμπτῳ λόγῳ τῷ κατὰ τῶν αἱρετικῶν μέμνηται, καὶ ἄλλη βίβλος κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων, ἧς μέμνηται ἐν τοῦ ἀπολογητικῷ, ὃν ἔδωκεν Ἀντωνίνῳ τοῦ Πίῳ. Οὗτος ἐν τῇ Ῥώμῃ ἔχων τὰς διατριβὰς, εὐθύνων Κρήσκην τὸν Κυνικὸν, τὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν βλασφημοῦντα, καὶ καλῶν αὐτὸν λαίμαργον, καὶ τὸν θάνατον φοβούμενον, ἄσωτόν τε καὶ ἀκόλαστον, τέλος τῇ τούτου ἐνεργείᾳ καὶ πρὸς βουλῇ, ὡς Χριστιανὸς ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ ἔπαθεν.

MΕλίτων Ἀσιανὸς, Σάρδεων ἐπίσκοπος, βίβλον βασιλεῖ Μαρκῷ Ἀντωνίνῳ Βήρῳ, ὃ

A ro, qui Frontonis oratoris discipulus fuit, p Christiano dogmate dedit. Scripsit quo que & alia, de quibus ista sunt quæ subiecimus: De pascha libros duos: de uita prophetarum librum unum: de ecclesia librum unum: de die dominica librum unū: de sensibus librum unum: de fide librum unum: de plasmate librum unum: de anima & corpore librum unū: de baptismate librū unum: de ueritate librum unum: de generatione Christi librum unum: de prophetia sua librum unū: de philoxenia librū unū: & aliū librū qui clauis inscribit: de diabolo librū unū: de apocalypsi Ioannis librum unum, & περὶ ἐνσωμάτου θεοῦ librū unum: & ἐκλογῶν libros sex. Huius elegãs & declamatoriū ingeniū laudãs Tertullianus in vij. lib. qs scripsit aduersus ecclesiã pro Montano, dicit eū à plerisq; nostrorū ,pphetã putari.

THeophilus sextus Antiochensis ecclesiæ episcopus, sub imperatore M. Antonino Vero librū contra Marcionē composuit, qui usq; hodie extat. Feruntur eius & ad Autolycum tria uolumina, & contra hęresim Hermogenis liber unus, & alij brB ues elegãtesq; tractatus ad ędificationē ecclesiæ pertinentes. Legi sub nomine eius in euãgeliū & in prouerbia Solomonis commentarios, qui mihi cum superiorū uolumi num elegantia et phrasi nō uidet cōgruere.

APollinarius Asię Hierapolitanus episcopus, sub imperatore M. Antōino secundo floruit, cui & insigne uolumen pro fide Christianorum dedit. Extant eius & alij quinq; aduersum gentes libri, & de ueritate duo, & aduersum Cataphrygas tunc primum exortos cum Priscilla & Maximilla insanis uatibus, incipiente Montano.

DIonysius Corinthiorum ecclesiæ episcopus, tantæ eloquētiæ & industriæ fuit, ut nō solum suæ ciuitatis & prouinciæ populos, sed & aliarū urbiū & prouinciarū episcopos epistolis erudiret. E quibus est una ad Lacedæmonios, alia ad Athenienses, tertia ad Nicomedenses, quarta ad Cretenses, quinta ad ecclesiã Amastrianam, & ad reliquas Pōti ecclesias: sexta ad Gnossianos, & ad Pinytum, eiusdem urbis episcopum: septima ad Romanos, quã scripsit ad Soterem

ρῳ, ὃς Φρόντωνος τοῦ ῥήτορος μαθητὴς ἐγεγόνει, ὑπὲρ τῶν Χριστιανῶν δόγματος ἐπίδωκεν. Ἔγραψε δὲ καὶ ἕτερα, ἀφ' ὧν ταῦτά ἐστιν. Τοῦ πάσχα λόγους δύο, περὶ βίου προφητικοῦ λόγον ἕνα, περὶ ἐκκλησίας λόγον ἕνα, περὶ ἡμέρας κυριακῆς λόγον ἕνα, περὶ ὄφεως λόγον ἕνα, περὶ τῶν ψυχῶν λόγον ἕνα, περὶ πλάσεως ἕνα, περὶ ψυχῆς καὶ σώματος ἕνα, περὶ βαπτίσματος ἕνα, περὶ ἀληθείας ἕνα, περὶ γεννήσεως ΧΡΙΣΤΟΥ ἕνα, περὶ προφητείας ἰδίας ἕνα, περὶ φιλοξενίας ἕνα, καὶ ἕτερον λόγον ὃς ἐπιγράφεται κλεὶς, περὶ διαβόλου ἕνα, περὶ ἀποκαλύψεως Ἰωάννου ἕνα, καὶ περὶτοῦ ἐνσωμάτου θεοῦ λόγον ἕνα, ἐκλογῶν λόγους ἓξ. Τούτου τὴν εὐφυΐαν ἐπαινῶν Τερτυλλιανὸς ἐν τοῖς ὑπὲρ λόγοις, ὃν ἔγραψε κατὰ τῆς ἐκκλησίας ὑπὲρ Μοντανοῦ, λέγει ὅτι πολλοὶ τῶν ἡμετέρων νομίζουσιν αὐτὸν εἶναι προφήτην.

ΘΕόφιλος ἕκτος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, βασιλεύοντος Μάρκου Αντωνίνου Βήρου βίβλον κατὰ Μαρκίωνος συνέταξεν, ἣ τις ἄχρι νῦν φέρεται τυγχάνει. Τέτταρα φέρεται καὶ πρὸς Αὐτόλυκον τρία τοῦτον, καὶ κατὰ τῆς αἱρέσεως Ἑρμογένους λόγος εἷς, ἡ ἄλλαι βραχεῖαι βίβλοι, εἰς οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας ἀνήκουσαι. Ἀνέγνων ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ εἰς εὐαγγέλιον καὶ εἰς παροιμίας Σολόμωνος ὑπομνήματα, ἃ τινάμοι δοκοῦσι συμφωνεῖν τῇ εὐφυΐᾳ, καὶ τῇ φράσει τῶν προφερομένων συγγραμμάτων.

ΑΠολλινάριος Ἱεραπόλεως τῆς Ἀσίας ἐπίσκοπος, βασιλεύοντος Μάρκου Αντωνίνου Βήρου ἤνθησεν, ᾧ ζῶντι καὶ ἐπίσημον τεῦχος ὑπὲρ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως ἐπέδωκεν. Εἰσὶ καὶ ἕτεροι συγγράμματα αὐτοῦ κατὰ τῶν ἐθνῶν λόγοι, καὶ περὶ ἀληθείας δύο, καὶ κατὰ τῶν Φρυγῶν τότε πρῶτον ἀνακυψάντων ἅμα Πρισκίλλᾳ καὶ Μαξιμίλλᾳ ἀνοσίοις προφήταις, ἀρξαμένου Μοντανοῦ.

ΔΙονύσιος τῆς κατὰ Κόρινθον ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, τοσοῦτον εὐφραδὴς καὶ ἀπὸ λαοῦ ἐγένετο, ὥστε μὴ μόνον τοὺς λαοὺς τῆς ἰδίας πόλεως καὶ ἐπαρχίας, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων ἐπαρχιῶν καὶ πόλεων, διὰ οἰκείων ἐπιστολῶν παιδεῦσαι, ἀφ' ὧν ἔστι μία πρὸς Λακεδαιμονίους, ἄλλη πρὸς Ἀθηναίους, τρίτη πρὸς Νικομεδεῖς, τετάρτη πρὸς Κρῆτας, πέμπτη πρὸς Ἀμαστριανὴν ἐκκλησίαν καὶ ἑτέρας Πόντου ἐκκλησίας, ἕκτη πρὸς Κνωσιανοὺς καὶ Γortyn τῆς αὐτῆς πόλεως ἐπίσκοπον, ἑβδόμη πρὸς Ῥωμαίους, ἣν ἔγραψε

Soterem episcopũ eorum: octaua ad Chrysophoram, sanctam fœminã. Claruit sub imperatore M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo.

PInytus Cretensis, Gnossię urbis episcopus, scripsit ad Dionysiũ Corinthi episcopũ ualde elegãtẽ epistolã: in qua docet, nõ semp lacte populos nutriẽdos, ne quasi paruuli ab ultimo occupent die: sed & solido uesci debere cibo, ut in spiritualẽ proficiant senectutem. Et hic sub M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo floruit.

TAtianus, qui primum oratoriã docẽs, non paruam sibi ex arte rhetorica gloriam comparauerat, Iustini martyris sectator fuit, florens in ecclesia, quàmdiu ab eius latere nõ discessit. Postea uero inflatus eloquentiæ tumore, nouam condidit hęresim, quæ ἐγκρατιτῶν dicitur, quam postea Seuerus auxit, à quo eiusdem partis hæretici Seueriani usq; hodie appellantur. Porrò Tatianus infinita scripsit uolumina, è quibus unus contra gentes florẽtissimus extat liber, qui inter omnia opera eius fertur insignis. Et hic sub imperatore M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo floruit.

PHilippus episcopus Cretensis, hoc est, urbis Gortynę: cuius Dionysius in epistola sua meminit, quã scripsit ad eiusdẽ ciuitatis ecclesiã: præclarũ aduersum Marcionem ædidit librũ, tẽporibusq; M. Antonini Veri, & L. Aurelij Commodi claruit.

MVsanus, non ignobilis inter eos, qui de ecclesiastico dogmate scripserũt, sub imperatore M. Antonino Vero, confecit librum aduersus quosdam fratres, qui de ecclesia ad Encratitarum hæresim declinauerant.

MOdestus & ipse sub imperatore M. Antonino, et L. Aurelio Commodo aduersum Marcionem scripsit librum, qui usq; hodie perseuerat. Feruntur sub nomine eius & alia συγγράμματα, sed ab eruditis quasi ψευδεπίγραφα repudiantur.

BArdesanes in Mesopotamia clarus habitus est, qui primum Valentini sectator, deinde confutator, nouam hæresim condidit. Ardens eius à Syris prædicatur ingenium, & in disputatione uehemens.

πρὸς Σωτῆρα τὸ τούτων ἐπίσκοπον, ὀγδόη πρὸς C
Χρυσοφόραν εὐλαβῆ γυναῖκα. Διέπρεψεν ἐπὶ
Μαρκου Αντωνίνου Βήρου, καὶ Λουκίου Αὐρη-
λίου Κομόδου.

ΠΙνύτος Κρήτης Κνωσσοῦ τῆς πόλεως ἐπίσκο-
πος, ἔγραψε πρὸς Διονύσιον Κορίνθου ἐπί-
σκοπον πάνυ κομψὴν ἐπιστολὴν, ἐν ᾗ διδάσκει,
οὐκ ἀεὶ δεῖν τοὺς λαοὺς γαλακτι τρέφεσθαι, μή-
πως ὡς νήπιοι τῇ ἐσχάτῃ καταληφθῶσιν ἡμέρᾳ,
ἀλλὰ καὶ στερεῷ βρώματι, ἵνα εἰς πνευματικὸν
προκόψωσι γῆρας. Καὶ οὗτος ἐπὶ τῶν αὐτῶν
ἤνθησεν.

ΤΑτιανὸς, ὁ πρώην τὴν ῥητορικὴν διδά-
σκων, οὐκ ἐλαχίστην ἐκ τῆς ῥητορικῆς ἐπι-
στήμης δόξαν ὠνήσατο, Ἰουστίνου τοῦ μαρτυρος
σπουδαστὴς γέγονε, διαπρέπων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ,
ἐν ὅσῳ τῆς τούτου πλευρᾶς οὐκ ἀπέστη. ὕστερον δὲ
τῷ ὄγκῳ τῆς παιδεύσεως ἐπαρθεὶς, καινὴν συ-
νεστήσατο αἵρεσιν, λέγω δὴ τῶν ἐγκρατιτῶν, ἣν
μετέπειτα Σεβῆρος ἐπηύξησεν, ἀφ' οὗ ἄχρι τοῦ
παρόντος οἱ τούτου τοῦ μέρους αἱρετικοὶ, Σεβη-
ριανισταὶ ὀνομάζονται. Ο δὲ προειρημένος Τα-
τιανὸς πάμπολλα συνεγράψατο τεύχη, ἀφ' ὧν
ἐστι κατὰ τῶν ἐθνῶν λόγος εἷς πάνυ θαυμαστὸς, ὃς
μεταξὺ πάντων αὐτοῦ τῶν συγγραμμάτων ἐπί-
σημός ἐστι. Καὶ οὗτος βασιλεύοντος Μάρκου Αν- D
τωνίνου Βήρου, καὶ Αὐρηλίου Κομόδου ἤνθησεν.

ΦΙλιππος ἐπίσκοπος Κρήτης πόλεως Γορ-
τύνης, οὗ τινος Διονύσιος ἐν τῇ ἐπιστολῇ αὐ-
τοῦ μέμνηται, ἣν ἔγραψε πρὸς τὴν ἐκκλησίαν τῆς
προειρημένης πόλεως, ἔνδοξον πάνυ κατὰ Μαρ-
κίωνος ἐξέδωκε βίβλον. ἐν τοῖς καιροῖς τῶν προει-
μένων διέπρεψεν.

ΜΟυσανὸς, οὐκ ἄδοξος μεταξὺ τῶν πε-
ρὶ ἐκκλησιαστικοῦ δόγματος συγγραψα-
μένων, ἐπὶ Μαρκου Αντωνίνου Βήρου κατε-
σκεύασε βίβλον πρός τινας ἀδελφοὺς, τῶν ἀπὸ
τῆς ἐκκλησίας, πρὸς τὴν τῶν Εγκρατιτῶν αἵρε-
σιν κατανεύσαντας.

ΜΟδεστὸς, καὶ αὐτὸς ἐπὶ Αντωνίνου καὶ Κο-
μόδου κατὰ Μαρκίωνος συνέταξε βίβλον,
ἥ τις ἄχρι σήμερον ὑπάρχει. Φέρεται καὶ ἄλλα
αὐτοῦ συγγράμματα, ἅ τινα παρὰ τῶν πεπαιδευ-
μένων ὡς ψευδεπίγραφα ἀποδοκιμάζεται.

ΒΑρδησάνης ἐν Μεσοποταμίᾳ λαμπρὸς
φανεὶς, πρῶτον μὲν Βαλεντίνου σπουδα-
στὴς, ὕστερον δὲ ἀντίπαλος, καινὴν αἵρεσιν
συνεστήσατο. τούτου παρὰ τῶν Σύρων θερμο-
τάτη κηρύττεται εὐφυΐα, καὶ ἐν διαλέξει σφο-
δροτάτη

A mens. Scripsit infinita aduersum omnes penè hæreticos, qui ætate eius pullulauerant. In quibus clarissimus ille est & fortissimus liber, quem M. Antonino de fato tradidit: & multa alia super persecutione uolumina, quę sectatores eius de Syra lingua uerterunt in Græcam. Si autem tanta uis est & fulgor in interpretatione, quantam putamus in sermone proprio?

Victor tertiusdecimus Romanæ urbis episcopus, super quæstione paschæ, & alia quædā scribens opuscula, rexit ecclesiam sub Seuero principe annis decem.

IRenæus Pothini episcopi, qui Lugdunensem in Gallia regebat ecclesiam presbyter, à martyribus eiusdem loci ob quasdam ecclesiæ quæstiones legatus Romam missus, honorificas super nomine suo ad Eleutherium episcopum perfert literas. Postea iam Pothino prope nonagenario, ob Christū martyrio coronato, in locum eius substituitur. Constat autē Polycarpi, cuius supra fecimus mentionem, sacerdotis & martyris, hunc fuisse discipulum. Scripsit quinque aduersus hæreses libros, & contra
B gētes uolumē breue, & de disciplina aliud, & ad Martianum fratrem de apostolica prædicatione, & librum uariorum tractatuum, & ad Blastum de schismate, & ad Florinum de monarchia, siue quod deus non sit conditor malorum, & περὶ τῶν ὀγδοαστῶν egregium cōmentarium, in cuius fine significans se apostolicorū temporum uicinum fuisse, sic subscripsit: Adiuro te, qui transscribis librum istum, per dominum Iesum Christum, & per gloriosum eius aduentum, quo iudicaturus est uiuos & mortuos, ut cōferas postquam trāsscripseris, & emendes illū ad exemplar, unde scripsisti, diligentissime: hanc quoq; obtestationē similiter trāsferas, ut inuenisti in exemplari. Ferunt eius & aliæ ad Victorē episcopum Ro. de quæstione paschæ epistolæ, in quibus cōmonet eum, non facile debere unitatem collegij scindere. Siquidē Victor multos Asię et oriētis episcopos, q decimaquarta luna cū Iudæis pascha celebrabāt, damnandos crediderat. In qua sententia hi qui discrepabant ab illis, Victori non dederunt ma-

δροταίτη. Ἔγραψε παίμπολλα κατὰ πασῶν σχεδὸν τῶν αἱρέσεων, τῶν ὠδῖ τῶν χρόνων αὐτοῦ ἀνακυψασῶν, ἐν οἷς περιφανής ἐστιν καὶ γενναῖος ἐκεῖνος ὁ λόγος, ὃν Μαρκῳ Αντωνίνῳ περὶ μοίρας ἐπέδωκε, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλὰ περὶ διωγμοῦ τεύχη, ἅπερ οἱ τούτου σπουδασταὶ ἀπὸ τῆς Σύρας εἰς ἑλληνικὴν διάλεξιν μετέφρασαν. ὅπου δὲ τοσαύτη ἰσχύς ἐστι καὶ λαμπρότης ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ, πόσην νομίζομεν ἐν τοῦ οἰκείου λόγῳ ἔχειν ἀρετήν;

ΒΙκτωρ τρισκαιδέκατος Ῥώμης ἐπίσκοπος, περὶ τῆς τοῦ πάσχα ζητήσεως, καὶ ἄλλα τινὰ συνέταξε τεύχη. ἐκυβέρνησε τὴν ἐκκλησίαν βασιλεύοντος Σεβήρου ὠδῖ ἔτη δέκα.

ΕΙρηναῖος Ποθεινοῦ τοῦ πρεσβύτερον Λουγδούνων τῆς ἐν Γαλλίαις ἐκκλησίας πρεσβύτερος, παρὰ τῶν μαρτύρων τῆς εἰρημένης πόλεως, διά τινας ἐκκλησιαστικὰς αἰτίας, πρεσβευτὴς εἰς Ῥώμην σταλεὶς, ἐπ' ὀνόματι οἰκείῳ δὲ ξάμενος πρεσβυτὰς γεμούσας τιμῆς, πρὸς Ἐλεύθερον ἐπίσκοπον Ῥώμης ἀπηνέγκατο. Μετὰ δὲ ταῦτα Ποθεινοῦ σχεδὸν ἐνενηκονταετοῦς μαρτυρίσαντος, εἰς τὸν τούτου τόπον ὑπεισέρχεται. ὡμολόγηται δὲ Πολυκάρπου, οὗ τινος προεμνήσθημεν, γεγενῆσθαι μαθητής. ἔγραψε πέντε κατὰ τῶν αἱρετικῶν βίβλους, καὶ κατὰ τῶν ἐθνῶν τεῦχος βραχὺ, καὶ περὶ πρεσβύτερος ἕτερον, καὶ πρὸς Μαρκιανὸν ἀδελφὸν περὶ τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος, καὶ βίβλον πρικίλων ὁμιλιῶν, καὶ πρὸς Βλαστὸν περὶ σχίσματος, καὶ πρὸς Φλωρῖνον περὶ μοναρχίας, καὶ ὅτι ὁ θεὸς κτιστὴς κακῶν οὐκ ἔστι, καὶ περὶ ὀγδοαστῶν ἐξαίρετον σύνταγμα, ἐν τοῦ τέλει δὲ τοῦ αὐτοῦ συντάγματος ὑπέγραψεν οὕτως. ὁρκῶσε τὸν μεταγράφοντα ταύτην τὴν βίβλον, κατὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ, καὶ κατὰ τῆς ἐνδόξου ἐλεύσεως αὐτοῦ, ἐν ᾗ κρινεῖ ζῶντας καὶ νεκροὺς, ἵνα ἀντιβάλῃς μετὰ τὸ γράψαι, καὶ ἐκδιορθόσῃ πρὸς τὰ ἀντίγραφα, ἀφ' ὧν ἔγραψας, πρόμελως, καὶ ταύτην τὴν κατάκρισιν ὁμοίως μεταγράψῃς, καθὼς εὗρες ἐν τοῖς ἀντιγράφοις. Φέρονται αὐτοῦ καὶ ἄλλαι πρὸς Βίκτωρα ἐπίσκοπον Ῥώμης περὶ ζητήσεως τοῦ πάσχα πρεσβυτολαὶ, ἐν αἷς παραινεῖ αὐτῷ, μὴ ῥαδίως ὀφείλειν τὴν ἕνωσιν τῆς ἑταιρότητος διασχίσαι. καὶ γὰρ Βίκτωρ πολλοὺς τῆς Ἀσίας καὶ τῆς ἀνατολῆς πρεσβύτερος καθεῖλεν, οἵτινες τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης μετὰ τῶν Ἰουδαίων τὸ πάσχα ἐπετέλεσαν. Ταύτῃ δὲ τῇ γνώμῃ τοὺς διαφωνήσαντας μὴ συ-

runt manus. Floruit maxime sub Commodo principe qui M. Antonino Vero in imperium successerat.

PAntænus Stoicæ sectæ philosophus, iuxta quandam ueterē in Alexandria consuetudinem, ubi à Marco euangelista semper ecclesiastici fuere doctores, tantæ prudentiæ & eruditionis, tam in scripturis diuinis, quàm in seculari literatura fuit, ut in Indiam quoq; rogatus ab illius gentis legatis, à Demetrio Alexandriæ episcopo mitteretur, ubi reperit Bartholomęum de duodecim apostolis, aduentum domini Iesu, iuxta Matthęi euangeliū prædicasse, quod Hebraicis literis scriptum, reuertens Alexādriam, secū retulit. Huius multi quidem in sanctam scripturam extant commentarij, sed magis uiua uoce ecclesijs ꝓfuit. Docuitq; sub Seuero principe, & Antonino cognomento Caracalla.

RHodō genere Asianus, à Tatiano, de quo supra diximus, Romæ in scripturis eruditus, ædidit plurima: præcipuumq; aduersus Marcionem opus, in quo refert, quomodo ipsi quoque inter se Marcionitę discrepent, & Apellem senem alium hæreticum à se quondam fuisse conuentum, & risui habitum, eo quod deū quem coleret, ignorare se diceret. Meminit in eodem libro, quem scripsit ad Callistionem, Tatiani se Romæ fuisse auditorem. Sed & in Hexaemeron elegātes tractatus cōposuit, & aduersum Phrygas insigne opus. Temporibusq; Commodi & Seueri floruit.

CLemens Alexandriæ ecclesiæ presbyter, Pantæni, de quo supra retulimus, auditor, post eius mortem Alexandriæ ecclesiasticam scholam tenuit, & κατηχήσεων magister fuit. Ferūtur eius insignia uolumina, plenaq; eruditionis & eloquētiæ, tā de scripturis diuinis, q̄ de secularis literaturæ instrumēto. E quibus illa sunt, στρωματεῖς libri octo: ὑπετυπώσεων libri octo: aduersus gētes liber unus: pædagogi libri tres: de pascha liber unus: de ieiunio disceptatio: & alius qui inscribitur: Quisnam diues ille sit, qui saluetur. De obtrectatione liber unus: de canonib. ecclesiasticis, & aduersum eos qui Iudæorū sequuntur errorē, liber unus, quem

ναινέσαι Βίκτωρι. ἤνθησεν μάλιστα ἐπὶ Κομόδου βασιλέως, ὅς τις εἰς τόπον Αντωνίνου Βήρου ὑπεισῆλθεν.

ΠΑνταινος Στοικοῦ δόγματος φιλόσοφος, κατά τινα παλαιὰν τῶν Αλεξανδρέων συνήθειαν, ἐν ᾗ ἀπὸ Μάρκου τοῦ εὐαγγελιστοῦ ἐκκλησιαστικοὶ γεγόνασι διδάσκαλοι, τοσαύτης σοφίας καὶ παιδεύσεως, ὅσον ἐν μὲν ταῖς θείαις γραφαῖς, ὅσον δὲ καὶ ἐν τοῖς κοσμικοῖς γράμμασιν ἐντὸς γέγονεν, ὥστε περικληθέντα αὐτὸν παρὰ τῶν Ινδίας πρεσβυτέρων, ὑπὸ Δημητρίου Αλεξανδρείας πολυσκόπου, εἰς τὴν Ινδίαν ἀποσταλῆναι, ἐν ᾗ εὗρε Βαρθολομαῖον ἐκ τῶν δώδεκα ἀποστόλων, τὴν ἔλευσιν τοῦ κυρίου ΙΗΣΟΥ κατὰ τὸν Ματθαίου εὐαγγέλιον κηρύξαντα, ὅπερ Εβραϊκοῖς γράμμασι γεγραμμένον, εἰς τὴν Αλεξανδρείαν ἀναζεύξας, μεθ' ἑαυτοῦ ἐκόμισε. τούτου πολλὰ ὑπομνήματα εἰς τὰς θείας γραφὰς τυγχάνει, ἀλλὰ μᾶλλον ζώσῃ φωνῇ τὰς ἐκκλησίας ὠφέλησεν. ἐδίδαξε ἐπὶ Σεβήρου καὶ Αντωνίνου τοῦ ἐπίκλην Καρακάλου.

ΡΟδων Ασιανὸς, παρὰ Τατιανῷ τῷ ἀναφερομένῳ ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς παιδευθεὶς, ἐξέδωκε μὲν πάμπολλα, ἐξαίρετον δὲ κατὰ Μαρκίωνος σύνταγμα, ἐν ᾧ ἐξηγεῖται, ὅπως καὶ αὐτοὶ εἰς ἑαυτοὺς Μαρκιωνισταὶ διαφωνοῦσι, D καὶ τὸν Απελλῆν τὸν γέροντα ὁμοίως αἱρετικὸν, συντετυχηκέναι αὐτοῖς, καὶ καταγέλαστον γεγενῆσθαι, εἰρηκότα ὅτι τὸν θεὸν ὃν σέβει, ἀγνοεῖ. Μέμνηται ἐν τῇ αὐτῇ βίβλῳ, ἣν ἔγραψε πρὸς Καλλιστίωνα, Τατιανοῦ γεγενῆσθαι ἐν τῇ Ρώμῃ ἀκροατὴς, καὶ εἰς τὴν ἑξαήμερον δὲ κόμψας ὁμιλίας συνέταξε, καὶ κατὰ τῶν Φρυγῶν ἐπίσημον ἔργον, ἀνθήσας ἐπὶ τῶν χρόνων Κομόδου καὶ Σεβήρου.

ΚΛήμης Αλεξανδρείας πρεσβύτερος Παντάινου, περὶ οὗ προείπομεν, ἀκροατὴς, ὃς μετὰ τὴν τούτου τελευτὴν τὰς διατριβὰς τοῦ ἐν Αλεξανδρείᾳ ἐκκλησίας κατέσχε, καὶ κατηχήσεων διδάσκαλος γέγονεν. ἐπίσημά τε τεύχη παιδεύσεως, καὶ εὐγλωττίας ἀναύμεστα συνέταξε, ὅσον μὲν τῶν θείων, ὅσον δὲ καὶ κοσμικῶν, ἀφ' ὧν ἐστι ταῦδε. στρωματεῖς ὀκτὼ, ὑπετυπώσεων λογοὶ ὀκτὼ, κατὰ τῶν ἐθνῶν παιδαγωγοὶ τρεῖς, περὶ τοῦ πάσχα εἷς, περὶ νηστείας διαλέξις, καὶ ἕτερος ἐπιγραφόμενος, τίς ἄρα πλούσιος σωθήσεται. περὶ κακολογίας λόγος εἷς, περὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν, καὶ κατὰ τῶν ἀκολουθούντων τῇ τῶν Ιουδαίων πλαύνῃ λόγον, ὅν τινα

A quem proprie Alexandro Hierosolymorum episcopo προσεφώνησε. Meminit aũt in stromatibus suis, uoluminis Tatiani, aduersus gẽtes, de quo supra diximus: & Cassiani cuiusdã χρονογραφίας, quod opusculum inuenire non potui. Necnon & de Iudęis Aristobulum quendã, & Demetrium & Eupolemum scriptores aduersus gentes refert, qui in similitudinẽ Iosephi ἀρχαιογονίας Moysi & Iudaicæ gentis asseuerant. Extat Alexandri Hierosolymitarũ episcopi, qui cum Narcisso postea rexit ecclesiam, epistola super ordinatiõe Asclepiadis confessoris ad Antiochenses, cõgratulantis eis, in qua ponit in fine: Hæc uobis domini ac fratres scripta transmisi per Clementem beatum presbyterum, uirum illustrem, & probatum: quem uos quoq; scitis, & nunc plenius recognoscetis, qui cum huc uenisset iuxta prouidentiam & uisitationẽ dei, confirmauit & auxit domini ecclesiã. Constat Origenem huius fuisse discipulum. Floruit autem Seueri & Antonini filij eius temporibus.

B Miltiades, cuius Rhodõ in opere suo, quod aduersus Montanum, Priscillam, Maximillãq; composuit, recordatur, s[illegible]sit contra eosdẽ uolumen præcipuum, & [illegible]duersus gentes Iudæosq; libros alios, [illegible] principibus illius tẽporis apologeticum dedit. Floruit autem M. Antonini Commodi temporibus.

Apollonius uir disertissimꝰ, scripsit aduersus Montanũ, Priscillã, & Maximillã insigne & longum uolumen, in quo asserit Montanum & insanas uates perisse suspẽdio: & multa alia, in quibus de Priscilla & Maximilla refert: Si negant eas accepisse munera, confiteantur nõ esse prophetas qui accipiunt: & mille hoc testibus approbabo. Sed & ex alijs fructibus probantur prophetæ. Dic mihi, crinem fucat prophetes? stybio oculos linit? Prophetę uestibus & gẽmis ornantur? Prophetes tabula ludit & tesseris? Propheta fœnus accipit? Respondeant, utrũ hoc fieri liceat, an non: meum est approbare, quod fecerint. Dicit in eodem libro, quadragesimũ esse annum usq; ad tempus, quo ipse scribebat librum, ex quo

ὅν τινα ἰδικῶς Αλεξάνδρῳ πολυσκόπῳ Ιεροσολύμων προσεφώνησε. Μέμνηται δὲ ἐν τοῖς ἰδίοις στρώμασιν τοῦ τεύχους Τατιανοῦ τοῦ προειρημένου κατὰ τῶν ἐθνῶν, καὶ Κασσιανοῦ τινὸς χρονογραφίας, ὅπερ ἐν τοῖς παλαιοῖς εὑρεῖν οὐκ ἐδυνήθημεν. Οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ Ιουδαίους Αριστόβουλόν τινα, καὶ Δημήτριον, καὶ Εὐπόλεμον ἀναφέρει, οἷα κατὰ τῶν ἐθνῶν συγγραψαμένους καθ' ὁμοιότητα Ιωσήπου, ἀρχαιογονίας Μωϋσέως, καὶ τοῦ Ιουδαϊκοῦ ἔθνους. ἔστι καὶ Αλεξάνδρου Ιεροσολύμων πολυσκόπου, ὃς μετὰ Ναρκισσον ὕστερον προέστη τῆς ἐκκλησίας, πολυστολὴ περὶ χειροτονίας Ασκληπιαδου ὁμολογητοῦ, πρὸς Αντιοχέας, συγχαίροντος αὐτοῖς, ἐν ᾗ εἰς τὸ τέλος οὕτως λέγει. Ταῦτα ὑμῖν κύριοι ἀδελφοί τε τὰ γράμματα πέπομφα διὰ τοῦ εὐλαβεστάτου Κλήμεντος ἀνδρὸς περιφανοῦς, καὶ δεδοκιμασμένου, ὃν καὶ ὑμεῖς ἴστε, καὶ νῦν πλέον πολυγνώσεσθε, ὅς τις ἐν ταῦθα ἐλθὼν κατὰ πρόνοιαν καὶ πολυφοίτησιν θεοῦ, ἐστερέωσε καὶ ἤυξησε τοῦ κυρίου τὴν ἐκκλησίαν. ὡμολόγηται τὸν Ὠριγένην τούτου γεγενῆσθαι μαθητήν. ἤνθησε δὲ βασιλευόντων Σεβήρου καὶ Αντωνίνου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.

Μιλτιάδης, οὗ τινος Ῥόδων ἐν τῷ ἰδίῳ συγγράμματι τῷ κατὰ Μοντανοῦ καὶ Πρισκίλλας καὶ Μαξιμίλλας συντεθέντι, μέμνηται, ἔγραψε κατ' αὐτῶν τεῦχος ἐξαίρετον. καὶ κατὰ τῶν ἐθνῶν τε καὶ Ιουδαίων λόγους ἄλλους, ἐπέδωκε δὲ τῷ τηνικαῦτα βασιλεῖ ἀπολογητικόν, ἀνθήσας ἐν τοῖς χρόνοις Μαρκου Αντωνίνου Κομόδου.

Απολλώνιος ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, ἔγραψε κατὰ Μοντανοῦ, Πρισκίλλας καὶ Μαξιμίλλας μέγα καὶ ἐπίσημον τεῦχος, ἐν ᾧ φησὶ Μοντανὸν καὶ τὰς μαινομένας προφήτιδας ἀπάγξασθαι, καὶ ἕτερα πολλὰ ἐν οἷς περὶ Πρισκίλλας καὶ Μαξιμίλλας λέγει. Εἰ ἀρνοῦνται αὐτὰς εἰληφέναι δῶρα, ὁμολογήσουσι μὴ εἶναι προφήτας τοὺς δεχομένους δῶρα, καὶ διὰ χιλίων τοῦτο ἐλέγχω μαρτύρων. ἀλλὰ καὶ δι' ἑτέρων ἔργων προφῆτες δοκιμάζονται. εἶπέ μοι, κόμην βάπτει προφήτης; στυβίῳ τοὺς ὀφθαλμοὺς χρίει; προφήτης ἐσθήματι καὶ μαργαρίταις κοσμεῖται; προφήτης τάβλα καὶ βολίοις παίζει. τόκους λαμβάνει προφήτης; ἀποκριθῶσιν εἰ τοῦτο γενέσθαι ἐξὸν ἢ καὶ μὴ, καὶ ἐμόν ἐστι ἐλέγξαι ὅτι περ πεποιήκασι. Λέγει ἐν αὐτῇ τῇ βίβλῳ, τεσσαρακοστὸν εἶναι ἐνιαυτὸν ἕως τοῦ καιροῦ, ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς συγγράφεται,

ex quo hæresis Cataphrygarum habuerit exordium. Tertullianus sex uoluminibus aduersus ecclesiam æditis, quos scripsit περὶ ἐκστάσεως, septimum proprie aduersus Apolloniũ elaborauit, in quo omnia quæ ille arguit, conatur defendere. Floruit autẽ Apollonius sub Cõmodo, Seueroq; principibus.

SArapion undecimo Commodi imperatoris anno, Antiochiæ episcopus ordinatus, scripsit epistolã ad Carinum, et Pontium, de hæresi Montani, in qua & hęc addit: Vt autem sciatis falsi huius dogmatis, id est, nouæ prophetiæ, ab omni mundo insaniã reprobari, misi uobis Apollinaris beatissimi, qui fuit in Hierapoli Asiæ episcopus, literas. Ad Domnum quoque, qui persecutionis tempore ad Iudæos declinauerat, uolumẽ composuit: & alium de euangelio, quod sub nomine Petri fertur, librũ ad Rhosensem Ciliciæ ecclesiã, quæ in hæresim eius lectione diuerterat. Leguntur & sparsim eius breues epistolæ autoris sui ἀσκήσει & uitæ congruentes.

APollonius Romãę urbis senator, sub Cõmodo principe à seruo, Seuero proditus, quod Christianus esset, imperato ut rationẽ fidei suæ redderet, insigne uolumen composuit, quod in senatu legit, & nihilominus sentẽtia senatus pro Christo capite trũcatus est, ueteri apud eos obtinente lege, absque negatione non dimitti Christianos, qui semel ad eorum iudicium pertracti essent.

THeophilus Cæsareæ Palæstinę (quæ olim turris Stratonis uocabatur) episcopus, sub Seuero principe aduersum eos qui decimaquarta luna cum Iudęis pascha faciebant, cũ cæteris episcopis synodicam ualde utilem composuit epistolam.

BAcchylus Corinthi episcopus, sub eodem Seuero principe clarus habitus, de pascha ex omnium qui in Achaia erant episcoporum persona, elegantem librum scripsit.

POlycrates Ephesiorũ episcopus, cum cæteris episcopis Asiæ, qui iuxta quandam ueterem consuetudinem cum Iudæis decimaquarta luna pascha celebrabant: scripsit ad-

ἀφ' οὗ τὴν ἀρχὴν ἐδέξατο ἡ αἵρεσις ἡ κατὰ φρύγας. C Τερτυλλιανὸς δὲ ἐκδεδωκὼς λόγους ἓξ κατὰ τῆς ἐκκλησίας περὶ ἐκστάσεως, τὸν ἕβδομον ἰδικῶς κατὰ Απολλωνίου συνέταξεν, ἐν ᾧ πάντα ἅπερ ἐκεῖνος εὐθύνειν ὑπεχειρεῖ, ἐκδικεῖ. ἤνθησε δὲ Απολλώνιος ὑπὲρ Κομόδου καὶ Σεβήρου.

ΣΑραπίων τῷ ἑνδεκάτῳ ἐνιαυτῷ Κομόδου τοῦ βασιλέως χειροτονηθεὶς τῆς Αντιοχέων ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, ἔγραψεν ὑπερτολὴν πρὸς Καρῖνον καὶ Πόντιον, περὶ τῆς αἱρέσεως Μοντανοῦ, ταῦτα προσθείς. ἵνα δὲ γνῶτε τὴν βλάστην τοῦ δόγματος τούτου, τῆς καινῆς λέγω προφητείας, καὶ τὴν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ μανίαν ἀποδοκιμαστέαν ὑπάρχειν, ἔπεμψα ὑμῖν Απολλιναρίου τοῦ μακαριωτάτου, ὃς γέγονεν Ιεραπολίτης Ασίας ἐπίσκοπος, γράμματα. Καὶ πρὸς Δόμνον δὲ τὸν τῷ καιρῷ τοῦ διωγμοῦ πρὸς τοὺς Ιουδαίους κατανεύσαντα συνέταξε τεῦχος, καὶ ἄλλο περὶ τοῦ εὐαγγελίου, ὅπερ ἐπ' ὀνόματι Πέτρου φέρεται, καὶ πρὸς τὴν ἐν Ρόσῳ τῶν Κιλίκων ἐκκλησίαν βίβλον, ἥ τις εἰς τὴν αἵρεσιν αὐτοῦ ἐξεστράφη, καί τινας εἰς ἀναγνωσιν τῆς τούτου αἱρέσεως μετήνεγκεν. Αναγινώσκοντες δὲ καὶ σπορᾶδην βραχύταται αὐτοῦ ὑπερτολαὶ τῇ ἀσκήσει καὶ τῷ βίῳ αὐτοῦ συναδοῦσαι.

ΑΠολλώνιος Ρώμης συγκλητικὸς ὑπὲρ Κομόδου τοῦ βασιλέως παρὰ τοῦ δούλου παρὰ Σεβήρῳ προδοθεὶς Χριστιανὸς εἶναι, ὑπερταγείς τε τῆς οἰκείας πίστεως δοῦναι λόγον, μέγα τεῦχος συνέταξεν, ὅπερ ἐν τῇ συγκλήτῳ ἀνέγνω, καὶ οὕτως οὐδὲν ἧττον ἀποφάσει τῆς συγκλήτου, ὑπὲρ τοῦ χριστοῦ ἀπετμήθη, παλαιᾶς παρ' αὐτοῖς κατεχούσης συνηθείας, δίχα ἀρνήσεως μὴ ἀφεθῆναι τοὺς Χριστιανοὺς, τοὺς ἅπαξ εἰς τὴν αὐτῶν ἀκρόασιν ἑλκυσθέντας.

ΘΕόφιλος Καισαρείας Παλαιστίνης, ἥ τις πρώην πύργος Στράτωνος ἐκαλεῖτο, ἐπίσκοπος, ὑπὲρ Σεβήρου τοῦ βασιλέως κατὰ τῶν ὑπερτελούντων τὸ πάσχα μετὰ τῶν Ιουδαίων τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης, συνοδικὴν ὑπερτολὴν πάνυ θαυμαστὴν μετὰ ἑτέρων συνέταξεν.

ΒΑκχύλος κορίνθου ἐπίσκοπος, ὁμοίως Σεβήρου βασιλεύοντος λαμπρὸς ὑπάρχων, περὶ τοῦ πάσχα ἐκ προσώπου πάντων τῶν ἐν Αχαΐᾳ ὑπερσκόπων, θαυμαστὴν συνέταξε βίβλον.

ΠΟλυκράτης Εφέσου ἐπίσκοπος, μετὰ τῶν λοιπῶν Ασίας ὑπερσκόπων, τῶν ὑπερτελούντων τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα μετὰ τῶν Ιουδαίων τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης, κατὰ

A psit aduersus Victorem episcopum Romanum epistolam synodicam, in qua docet se apostoli Ioannis & ueterũ autoritatem sequi, de qua hęc pauca excerpsimus. Nos igitur inuiolabilem celebramus diem, neq; addentes aliquid, neq; dementes. Etenim in Asia elemẽta maxima dormierunt, quæ resurgent in die domini, quando uenturus est de cœlis in maiestate sua, & suscitaturus omnes sanctos, Philippum loquor de duodecim apostolis, qui dormiuit Hierapoli, & duas filias eius quæ uirgines senuerunt: & aliam eius filiam, quæ spiritu sancto plena, in Epheso occubuit. Sed & Ioannes, qui super pectus domini recubuit, & pontifex eius, auream laminã in fronte portans, martyr & doctor in Epheso dormiuit, & Polycarpus episcopus & martyr Smyrnæ cubat. Thraseas quoque episcopus & martyr de Eumenia in eadem Smyrna requiescit. Quid necesse est Sagaris episcopi & martyris recordari, qui in Laodicea soporatur: & Papyrij beati, & Melitonis in sancto spiritu eunuchi, qui semper domino seruiens, positus est in Sardis, & expectat in aduẽtu
B eius resurrectionem? Hi oẽs obseruauerũt paschæ diem decimaquarta luna, ab euangelica traditione in nullam partẽ declinantes, & ecclesiasticũ sequentes canonẽ. Ego quoque minimus omnium uestrum Polycrates, secundũ doctrinam propinquorum meorum, quos & secutus sum (septẽ siquidem fuerũt propinqui mei episcopi, & ego octauus) semper pascha celebraui, quãdo populus Iudæorum azyma faciebat. Itaq; fratres sexagintaquinq; annos ætatis meæ natus in domino, & à multis ex toto orbe fratribus eruditus, peragrata omni scriptura, nõ formidabo eos, qui nobis minantur. Dixerunt enim maiores mei: Obedire deo magis oportet quàm hominibus. Hęc propterea posui, ut ingeniũ & autoritatem uiri ex paruo opusculo demonstrarem. Floruit temporibus Seueri principis, eadẽ ætate, qua Narcissus Hierosolymæ.

HEraclius, sub Commodi Seueriq; imperio, in apostolorum commẽtarios composuit.

MAximus sub ijsdem principibus, famosam quæ-

κατὰ Βίκτωρος τοῦ σκόπου Ῥώμης τοῦ στολὴν συνοδικὴν ἐξέδωκε, διδάσκων ὀφείλειν Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου, καὶ τῇ παλαιᾷ ἐξακολουθεῖν αὐθεντίᾳ, ἀφ' ἧς ὀλίγα διηγήσομαι. Ἡμεῖς τοίνυν ἀμίαντον τοῦ τελοῦμεν τὴν ἑορτὴν, μηδὲ προστιθέντες, μηδὲ ὑπεξαιροῦντες. Καὶ γὰρ ἐν τῇ Ἀσίᾳ μεγάλα στοιχεῖα ἐκοιμήθη, ἅπερ ἀναστήσεται ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου, ὅτ' ἂν ἔλθῃ ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐν τῇ οἰκείᾳ δόξῃ, ἐγείρων πάντας τοὺς ἁγίους, Φίλιππον λέγω ἐκ τῶν δώδεκα ἀποστόλων, ὃς ἐκοιμήθη ἐν Ἱεραπόλει, καὶ τὰς δύο θυγατέρας, αἵ τινες παρθένοι ἐγήρασαν, καὶ ἑτέραν αὐτοῦ θυγατέρα, ἥ τις ἐν ἁγίῳ πνεύματι πεπληρωμένη, ἐν Ἐφέσῳ ἐτελειώθη. καὶ Ἰωάννης, ὃς ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ κυρίου ἀνεκλίθη, καὶ ἱερεὺς αὐτοῦ γέγονε, χρυσοῦν πέταλον ἐν τῷ μετεώπῳ βαστάζων, μάρτυς καὶ διδάσκαλος ἐν τῇ Ἐφέσῳ ἐκοιμήθη, καὶ Πολύκαρπος ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ἐν τῇ Σμύρνῃ κατάκειται, καὶ Θρασέας ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ἀπὸ Εὐμενείας ἐν τῇ αὐτῇ Σμύρνῃ ἀνεπαύη. οὐκ ἔστιν ἀνάγκη Σαγάρεως ἐπὶ σκόπου καὶ μάρτυρος μεμνῆσθαι, τοῦ ἐν Λαοδικείᾳ ἀναπαυσαμένου, καὶ Παπυρίου τοῦ μακαριωτάτου, καὶ μελίτωνος ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι εὐνούχου, ὅς τις ἀεὶ τῷ κυρίῳ λατρεύων, ἐν Σάρδεσι κατετέθη, καὶ περιμένει ἐν τῇ αὐτοῦ ἐλεύσει τὴν ἀνάστασιν. Οὗτοι πάντες παρεφύλαξαν τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα, τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ σελήνης, ἀπὸ τῆς εὐαγγελικῆς παραδόσεως, εἰς οὐδὲν μέρος ἀπονεύοντες, καὶ ἐκκλησιαστικῷ κανόνι ἑπόμενοι. Κἀγὼ δὲ ἐλάχιστος πάντων ὑμῶν Πολυκράτης, κατὰ τὴν διδαχὴν τῶν πλησίον μου, οἷς καὶ ἐξηκολούθησα, καὶ γὰρ ἑπτὰ ἐγένοντο συγγενεῖς μου ἐπίσκοποι, κἀγὼ ὄγδοος, ἀεὶ τὸ πάσχα ἐτέλεσα, ὅτε ὁ τῶν Ἰουδαίων λαὸς τὰ ἄζυμα ἐπριεῖτο. Τοιγαροῦν ἀδελφοὶ ἑξηκονταπέντε ἄγων ἔτη ἐν κυρίῳ, καὶ παρὰ πολλῶν ἐκ πάσης τῆς οἰκουμένης ἀδελφῶν παιδευθεὶς, ἐντυχὼν πάσῃ γραφῇ, οὐ δειλιάσω τοὺς ἀπειλουμένους ἡμῖν. ἔφησαν γὰρ οἱ προηγησάμενοί μου, πειθαρχεῖν μᾶλλον θεῷ δεῖ ἢ ἀνθρώποις. Ταῦτα διὰ τοῦτο τέθεικα, ἵνα τὴν τοῦ ἀνδρὸς αὐθεντίαν ἐξ ἐλαχίστου συντάγματος ὑποδείξω. ἤνθησεν ἐν τοῖς χρόνοις Σεβήρου τοῦ βασιλέως, ὁπηνίκα καὶ Νάρκισσος ἐν Ἱεροσολύμοις.

ΗΡάκλειος ἐπὶ Κομόδου καὶ Σεβήρου βασιλέως τὸν ἀπόστολον ὑπεμνημάτισεν.

ΜΑξιμος ἐπὶ τῶν αὐτῶν βασιλέων, θαυμαστὸν

sam quæstionē insigni uolumine uētilauit, unde malum, & ꝙ materia à deo facta sit.

CAndidus regnantibus supra scriptis, in Hexaemerō pulcherrimos tractatus ædidit.

APpion sub Seuero principe, similiter in Hexaemeron tractatus fecit.

SExtus sub imperatore Seuero, librum de resurrectione scripsit.

BRabianus sub eodem principe ædidit quædam opuscula ad Christianū dogma pertinentia.

IVdas de septuaginta apud Danielē hebdomadib. plenissime disputauit, & chronographiam superiorum temporum usq; ad decimū Seueri perduxit annū. In qua erroris arguitur, quod aduentū antichristi circa sua tempora futurum esse dixerit: sed hoc ideo, quia magnitudo persecutionum præsentem mundi minabatur occasum.

TErtullianus presbyter, nunc demum primus post Victorē & Apollonium Latinorum ponitur, prouinciæ Africæ, ciuitatis Carthaginēsis, patre Centurione proconsulari. Hic acris & uehementis ingenij, sub Seuero principe & Antonino Caracalla floruit, multaq; scripsit uolumina: quæ quia nota sunt pluribus, prętermittimus. Vidi ego quendā Paulum Concordiæ, quod oppidum Italiæ est, senem, qui se beati Cypriani iam grandis ætatis notariū, cum ipse admodum esset adulescens, Romæ uidisse diceret, referreq; sibi solitum, nunquā Cyprianum absq; Tertulliani lectione unam diem prætermisse, ac sibi crebro dicere: Da magistrum: Tertullianum uidelicet significans. Hic cum usque ad mediam ætatem presbyter ecclesię permānisset, inuidia post ea & cōtumelijs clericorum Romanæ ecclesiæ, ad Mōtani dogma delapsus, in multis libris nouæ prophetiæ meminit: specialiter aūt aduersum ecclesiā texuit uolumina De pudicitia, De persecutione, De ieiunijs, De monogamia, De ecstasi libros sex, & septimum quē aduersum Apolloniū cōposuit. Feturq; uixisse usq; ad decrepitā ætatem, & multa quæ nō extāt opuscula cōdidisse.

ORigenes, qui & Adamantius, decimo Seueri Pertinacis āno aduersum Christia-

χήτημα ἐν τῷ συμποσίῳ τοῦ χῦ συνέταξε, ἴστε ἴσιμ, C
πόθεν ὁ κακὸν, καὶ ὅτι ἐκ τοῦ θεοῦ ἡ ὕλη ἐδόθη.

KAνδιδος βασιλευόντων τῶν προγεγραμμένων, εἰς τὸν ἑξαήμερον ὡραίας συνέταξε ὁμιλίας.

AΓπίων ὑπὸ Σεβήρου τοῦ βασιλέως, ὁμοίως εἰς τὸν ἑξαήμερον ὁμιλίας συνεγράψατο.

SΕξτος ὑπὸ Σεβήρου τοῦ βασιλέως, βίβλον περὶ τῆς ἀναστάσεως συνεγράψατο.

BΡαβιανὸς ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως, δογμάτιά τινα συνετάγματα, τῶν Χριστιανῶν δόγματι προσήκοντα.

IΟύδας περὶ τῶν ἑβδομήκοντα ἑβδομάδων τοῦ Δανιὴλ, ἀκριβῶς διηγήσατο, καὶ χρονογραφίαν τῶν ἀνωτέρω χρόνων, ἕως τοῦ δεκάτου ἔτους αὐτοῦ Σεβήρου τοῦ βασιλέως συνέταξεν, ἣν ἡμᾶς ἀγινώσκεται τὸν τοῦ ἀντιχρίστου παρουσίαν, ὡς περὶ τοῦ ἰδίους καιροὺς φήσας πλησιάζειν. ὁ γὰρ μέγεθος τοῦ τότε διωγμοῦ, ὡς ἔνεν πᾶσαν ἐμέλλοντος τὴν οἰκουμένης ἀπώλειαν.

TΕρτυλλιανὸς πρεσβύτερος νῦν πρῶτος μετὰ Βίκτωρα καὶ Ἀπολλώνιον ἱστορίζεται τῶν ἑωμαϊκῶν, ἐκ τῆς Καρχηδόνος τῆς Ἀφρικῆς ὁρμώμενος, πατρὸς Κεντυρίωνος ἀνθυπάτου. Οὗτος διανὸς καὶ σφόδρα εὐφυὴς ὑπὸ Σεβήρου καὶ Αντωνίνου τοῦ ἐπικλῆν Καρακάλλου ἤνθησε, πολλὰ συνταξάς τοῖς, ἃ ἴσως διὰ τὸ πολλοῖς εἶναι ἐγνωσμένα, παραλιμπάνομεν. Συνέτυχον ἐγὼ Παύλῳ ἀπὸ Κονκορδίας τῆς Ἰταλίας γέροντι, ὅς τις τὸ μακαριώτατον Κυπριανοῦ ἀναγνώσματος Τερτυλλιανοῦ χωρὶς, συνεχῶς λέγοντος αὐτοῦ Κυπριανόν, ἐπίδος μοι διδάσκαλον, Τερτυλλιανὸν διανοήτι μιμούμενον. Οὗτος ἄχρι μέσης ἡλικίας πρεσβύτερος τῆς μετέρας ἐκκλησίας γέγονεν, ὕστερον δὲ φθόνῳ καὶ πλημμελήμασιν τῶν κληρικῶν τῆς ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησίας, εἰς τὸ Μοντανοῦ δόγμα ὀλισθήσας, πολλὰς συνέταξε βίβλους καινῆς προφητείας μέμνηται, καὶ ἰδίως ἐκκλησίας συνεγράψατο, οὐδὲν δὲ ἧττον περὶ σωφροσύνης, περὶ διωγμοῦ, περὶ νηστείας, περὶ μονογαμίας, περὶ ἐκστάσεως λόγους ἕξ, καὶ ἕβδομον κατὰ Ἀπολλωνίου, καὶ ἕτερα πάμπολλα, χρόνους ἕως γήρως ἐσχάτου.

ΩΡιγένης, ὁ καὶ Ἀδαμάντιος, δεκάτῳ ἔτει τῆς Σεβήρου τοῦ Περτίνακος κατὰ τῶν

Χριστια-

A Christianos persecutione commota, à Leonide patre, Christi martyrio coronato, cum sex fratribus & matre uidua, pauper relinquit annos natus circiter decem & septem. Rem enim familiarē ob cōfessionem Christi, fiscus occupauerat. Hic Alexandriæ dispersa ecclesia, decimooctauo ætatis suæ anno κατηχήσεων opus aggressus: postea à Demetrio, eius urbis episcopo, in locum Clementis presbyteri cōfirmatus, per multos annos floruit: & cum iam mediæ esset ætatis, & propter ecclesias Achaiæ, quæ pluribus hæresibus uexabantur, sub testimonio ecclesiasticæ epistolæ Athenas per Palæstinam pergeret, à Theoctisto & Alexandro, Cæsareæ & Hierosolymorum episcopis, presbyter ordinatus, Demetrij offendit animum, qui tanta in eum debacchatus est insania ut per totum mundū super nomine eius scriberet. Constat eum antequàm Cæsaream migraret, fuisse Romæ sub Zephyrino episcopo, & statim Alexādriam reuersum, Heraclan presbyterū ite-
B rum, qui sub habitu philosophi perseuerabat, adiutorē sibi fecisse κατηχήσεως, qui quidem & post Demetriū Alexandrinam tenuit ecclesiam. Quantę autem gloriæ fuerit, hinc apparet, quod Firmillianus Cæsareæ episcopus, cū omni Cappadocia eum inuitauit, & diu tenuit, & postea sub occasione sanctorum locorum Palæstinam ueniens, diu Cæsareæ in sanctis scripturis ab eo eruditus est: sed & illud, quod ad Mameam matrem Alexandri imperatoris religiosam fœminā rogatus uenit Antiochiam, & summo honore habitus est: quodq; ad Philippum imperatorē, qui primus de regibus Romanis Christianus fuit, & ad matrem eius literas fecit, quæ usque hodie extāt: Et quod tantum in scripturis diuinis habuerit studij, ut etiam Hebræā linguam contra ætatis gentisq; suæ naturam edisceret: Et exceptis septuaginta interpretibus, alias quoque æditiones in unum congregaret uolumen, Aquilæ scilicet Pontici proselyti, & Theodotiōis Hebionei, & Symmachi eiusdem dogmatis, qui in euangelium quoq; κατὰ Ματθαῖον scripsit cōmentarios, de quo & suum dogma cōfirmare conatur.

Præte-

Χριστιανῶν διωγμοῦ κινηθέντος, παρὰ Λεωνίδου πατρὸς, τοῦ καὶ μαρτυρήσαντος, μετὰ ἓξ ἀδελφῶν καὶ μητρὸς χήρας πένης κατελείφθη, ἐτῶν περίπου ἑπτακαίδεκα. τούτων γὰρ ἡ περιουσία διὰ τὸ εἶναι Χριστιανῶν ἐδημίθη. ὅς τις ἐν Αλεξανδρείᾳ διασκορπισθεῖσαν τὴν ἐκκλησίαν ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν τὴν ἡλικίαν ἄγων, κατηχήσεων πυλστήμην παρειληφὼς, μετ' οὐ πολὺ παρὰ Δημητρίου, τῆς αὐτῆς πόλεως πυλσκόπου, εἰς τόπον Κλήμεντος πρεσβυτέρου κατασταθεὶς, ὠδὶ ἔτη πολλὰ διέπρεψε. μεσῆλιξ τὲ γενόμενος, διὰ τὰς ἐν τῇ Αχαΐᾳ ἐκκλησίας, αἵ τινες παρὰ πολλῶν αἱρέσεων ἐσκύλοντο, ὠδὶ μαρτυρίᾳ ἐκκλησιαστικῆς πυλστολῆς ἀπιὼν διὰ Παλαιστίνης εἰς Αθήνας, παρὰ Θεοκτίστου καὶ Αλεξάνδρου Καισαρείας καὶ Ιεροσολύμων ἐπισκόπων, πρεσβύτερος χειροτονηθεὶς, Δημητρίῳ προσέκρουσεν, ὅς τις τοσαύτῃ κατ' αὐτοῦ ἐχρήσατο ἀνοίᾳ, ὥστε ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην γράψαι. Πρὸ τοῦ δὲ μετελθεῖν εἰς Καισαρείαν τὴν Ρώμην κατείληφεν ὠδὶ Ζεφυρίνου πυλσκόπου, εὐθύς τε εἰς Αλεξανδρείαν ἀναζεύξας, Ηρακλᾶν τὸν πρεσβύτερον τὸν ἐν σχήματι φιλοσόφου διατελοῦντα, βοηθὸν συνελαίβετο κατηχήσεως, ὅς τις καὶ μετὰ Δημήτριον τὴν Αλεξανδρέων ἐκυβέρνησεν ἐκκλησίαν. ὅσης δὲ δόξης ἐγένετο, ἐκ τούτου δηλοῦται. Φιρμιλλιανὸς γὰρ καισαρείας ἐπίσκοπος μετὰ πάσης τῆς Καππαδοκίας καὶ προέπεμψεν αὐτὸν, καὶ ὠδὶ πολὺ κατέσχε, καὶ ὕστερον προφάσει τῶν ἁγίων τόπων εἰς Παλαιστίνην ἐλθὼν, ἐν τῇ Καισαρέων παρ' αὐτοῦ τὰς θείας ἐπαιδεύθη γράφας. Κἀκεῖνο δὲ οὐδεὶς ἀγνοεῖ, ὅτι περὶ πρὸς Μαμέαν τὴν μητέρα Αλεξάνδρου τοῦ βασιλέως εὐλαβεστάτην γυναῖκα παρακληθεὶς, ἦλθεν εἰς Αντιοχείαν, καὶ ἐν μεγίστῃ γέγονε τιμῇ, καὶ πρὸς Φίλιππον τὸν βασιλέα, τὸν πρῶτον ἐκ τῶν Ρωμαίων βασιλέων Χριστιανὸν γενόμενον, καὶ πρὸς τὴν τούτου μητέρα γράμματα ἀπέσταλεν, ἄχρι τοῦ παρόντος τυγχάνοντα. Καὶ ὅτι τοσαύτην ἔσχε σπουδὴν περὶ τὰς θείας γραφὰς, ὥστε καὶ τὴν Εβραϊκὴν διάλεξιν ἐναντιουμένην τῇ τε ἡλικίᾳ, καὶ τῇ οἰκείᾳ φύσει, ἐκμαθεῖν. Καὶ δίχα τῶν ἑβδομήκοντα ἑρμηνευτῶν, ἄλλας ἐκδόσεις εἰς ἓν συναγαγεῖν, Ακύλα λέγω Ποντικοῦ προσηλύτου, καὶ Θεοδοτίωνος Ηβίωνος, καὶ Συμμάχου τοῦ αὐτοῦ δόγματος, ὃς τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον ὑπεμνημάτισε, δι' οὗ καὶ τὸ ἴδιον δόγμα βεβαιῶσαι σπεύδει.

Ομοίως

Præterea quintam & sextam & septimam æditionem, quas etiam nos de eius bibliotheca habuimus, miro labore reperit, & cũ cæteris æditionibus cõparauit. Et quia indicem operum eius in uoluminibus epistolarum, quas ad Paulam scripsimus, in quadam epistola contra Varronis opera conferens posui, nunc omitto: illud de immortali eius ingenio nõ tacens, quod Dialecticam quoq; & Geometriã, Arithmeticam, Musicam, Grammaticam, & Rhetoricam, omniumq; philosophorum sectas ita didicit, ut studiosos quoq; seculariũ literarũ sectatores haberet, & interpretaretur eis quotidie, concursusq; ad eum miri fierent: quos illle propterea recipiebat, ut sub occasiõe secularis literaturæ, in fide Christi eos institueret. De crudelitate autẽ persecutionis, quæ aduersum Christianos sub Decio consurrexit, eo quod in religionẽ Philippi desæuiret, quem & interfecit, supfluum est dicere, cum etiam Fabianus Romanæ ecclesiæ episcopus in ipsa occubuerit, & Alexander Babylasq; Hierosolymorum & Antiochenæ ecclesiæ põtifices in carcere pro confessione dormierint. Et super Origenis statu, si quis scire uelit, quid actũ sit, primum quidem de epistolis eius, quæ post persecutionẽ ad diuersos missæ sunt: deinde & de sexto Eusebij Cæsariensis ecclesiasticæ historiæ libro, & pro eodem Origene in sex uoluminibus possit liquido cognoscere. Vixit usq; ad Gallum & Volusianum, id est, usq; ad lxix. ætatis suæ annum, & mortuus est Tyri, in qua urbe & sepultus est.

AMmonius uir disertus & eruditus in philosophia, eodẽ tempore Alexandriæ clarus habitus est: qui inter multa ingenij sui & præclara monumenta, etiam de consonãtia Moysi et Iesu elegãs opus composuit, & euãgelicos canones excogitauit, quos postea sequutus est Eusebius Cæsariensis. Hũc falso accusat Porphyrius, quod ex Christiano ethnicus fuerit, cum constet eum usq; ad extremam uitã Christianum perseuerasse.

AMbrosius primum Marcionites, deinde ab Origene correctus, ecclesiæ diaconus, & confessionis dominicæ gloria insignis

Ομοίως δὲ πέντε καὶ ἓξ καὶ ἑπτὰ τὰς ἐκδόσεις C
ἅς τινας καὶ ἡμεῖς ἐκ τῆς αὐτοῦ βιβλιοθήκης ἔσχο-
μεν, πολλῷ πόνῳ εὑρὼν, μετὰ ἑτέρων ἐκδόσεων
ὠνήσατο. Καὶ ἐπειδὴ τὸν ἔλεγχον τῶν αὐτοῦ
συνταγμάτων ἐν τοῦ τεύχει τῶν ὑπὲρ στολῶν τῶν
πρὸς Παύλαν παρ' ἡμῶν γραφεισῶν, ἐν μιᾷ ἐ-
πιστολῇ συγκρίνων τοῖς Βαρρῶνος ἔργοις τέθει-
κα, νῦν παραλιμπάνω, ἐκεῖνο περὶ τῶν αὐτοῦ ἀ-
θανάτου εὐφυΐας μὴ σιωπῶν, ὅτι περὶ Διαλεκτι-
κὴν, καὶ Γεωμετρικὴν, Αριθμητικὴν, Μουσικὴν,
Γραμματικὴν, καὶ Ῥητορικὴν, καὶ πάντων τῶν
φιλοσόφων τὰ δόγματα, οὕτως ἐξέμαθεν, ὥστε
σπουδαστὰς τῶν κοσμικῶν γραμμάτων ἀκροα-
τὰς ἐσχηκέναι, καὶ ἐξηγεῖσθαι αὐτοῖς ἑκάστοτε,
συνδρομάς τε πρὸς αὐτὸν πολλὰς γίνεσθαι, ἃς
διὰ τοῦτο ἐδέχετο, ἐφ' ᾧγε προφάσει τῆς διδα-
σκαλίας, εἰς τὴν τοῦ ΧΡΙΣΤΟΥ πίστιν ἀνά-
γειν πάντας. Περὶ γὰρ τῆς ὠμότητος τοῦ διω-
γμοῦ, τοῦ κατὰ τῶν Χριστιανῶν, ὑπὲρ Δεκίου κι-
νηθέντος, ἐλύσσα γὰρ εἰς τὴν Φιλίππου εὐλα-
βείαν, ὃν καὶ ἀπέκτεινεν, εἰπεῖν ἡγοῦμαι περισ-
σόν. ἐν αὐτῷ γὰρ τοῦ διωγμῷ, καὶ Φαβιανὸς ὁ
Ῥώμης ἐπίσκοπος ἐτελεύτησεν, καὶ Αλέξαν-
δρος καὶ Βαβύλας Ιεροσολύμων καὶ Αντιοχεί-
ας ἐπίσκοποι, ἐν τῇ φυλακῇ ὁμολογηταὶ ἐκοιμή-
θησαν. Εἴ τις γὰρ περὶ Ὠριγένους μαθεῖν ἐθελή- D
σῃ, πρῶτον μὲν ἐκ τῶν πολλοῦ αὐτοῦ, τῶν μετὰ
τὸν διωγμὸν πρὸς διαφόρους ἀποσταλεισῶν, ἔ-
πειτα δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἕκτου λόγου τῆς Εὐσεβίου
Καισαρείας πολυσκόπου ἱστορίας, καὶ ὑπὲρ τοῦ
αὐτοῦ Ὠριγένους βιβλίων ἓξ τηλαυγῶς μαθεῖν
δυνήσεται. ἔζησεν ἕως Γάλλου καὶ Βολουσια-
νοῦ, τουτ' ἔστιν, ἕως ἐννάτου καὶ ἑξηκοστοῦ τῆς ἡ-
λικίας αὐτοῦ ἔτους, καὶ ἐκοιμήθη ἐν Τύρῳ, ἐν ᾗ
καὶ ἐτάφη.

AΜμώνιος ὁ ἐλλογιμώτατος καὶ φιλοσο-
φίας πεπαιδευμένος, ἐν τοῖς αὐτοῖς χρό-
νοις ἐν Αλεξανδρείᾳ λαμπρὸς φανεὶς, μεταξὺ
τῶν συνταγέντων παρ' αὐτοῦ περιφανῶν λόγων,
καὶ περὶ τῆς συμφωνίας Μωϋσέως καὶ ΙΗΣΟΥ
βίβλον θαυμαστὴν συνέθηκε, καὶ εὐαγγελικοὺς κα-
νόνας ἐφεῦρεν, οἷς μετὰ ταῦτα ἐξηκολούθησεν Εὐ-
σέβιος ὁ Καισαρεύς. Τούτου πλαστῶς κατηγορεῖ
ὁ Πορφύριος, φάσκων ἀπὸ Χριστιανῶν ἐθνικὸν
γεγενῆσθαι, ὅς τις ἄχρι τῆς τελευταίας Χριστια-
νὸς διετέλεσεν.

AΜβρόσιος πρῶτον Μαρκιωνιστὴς, ὕστε-
ρον παρὰ Ὠριγένους διορθωθεὶς, ἐκκλη-
σίας διάκονος, καὶ θείας ἐξομολογήσεως, ἐπί-
σημος

A insignis fuit, cui pro Theoctisto presbytero liber Origenis de martyrio scribit. Huius industria & sumptu & instantia, ad hũc infinita Origenes dictauit uolumina. Sed & ipse quippe ut uir nobilis, nõ inelegantis ingenij fuit, sicut eius ad Origenẽ epistolæ indicio sunt. Obijt ante mortem Origenis: & in hoc à plerisq; reprehenditur, quod uir locuples, amici sui egeni senis & pauperis, moriens non recordatus sit.

TRyphon Origenis auditor, ad quem nonnullæ eius extant epistolæ, in scripturis eruditissimus fuit, quod quidem & multa eius sparsim ostendunt opuscula: sed præcipue liber quem composuit de uacca ruffa in Deuteronomio, & de dichotomematibus, quæ cũ columba & turture Abraam ponuntur in Genesi.

MInutius Felix, Romæ insignis causidicus, scripsit dialogũ Christiani & ethnici disputantium, qui Octauius inscribitur: sed & alius sub nomine eius fertur de fato, uel contra Mathematicos, qui cum sit & ipse diserti hominis, non mihi uidetur cum superioris libri stilo conuenire. Memi-
B nit huius Minutij & Lactantius in libris suis.

CAius sub Zephyrino Romanę urbis episcopo, id est, sub Antonino Seueri filio, disputationẽ aduersum Proculum, Montani sectatorem, ualde insignem habuit, arguens eũ temeritatis, super nouam prophetiam defendendã: & in eodem uolumine epistolas quoque Pauli, tredecim tantum enumerans, decimamquartã, quæ fertur ad Hebræos, dicit non eius esse, sed & apud Romanos usq; hodie quasi Pauli apostoli non habetur.

BEryllus Arabiæ Bostrenus episcopus, cũ aliquãto tẽpore gloriose rexisset ecclesiã, ad extremũ lapsus in hæresim, quæ Christũ ante incarnationẽ negat, ab Origene correctus, scripsit uaria opuscula: & maxime epl'as, in quibus Origeni gratias agit, sed & Origenis ad eũ literæ sunt. Extat dialogus Origenis & Berylli, in quo hæreseos coarguitur. Claruit autẽ sub Alexãdro Mameæ filio, & Maximino & Gordiano, qui ei in imperium successerunt.

Hippolytus

σημος ἐγένετο. τούτῳ ὑπὲρ Θεοκτίστου πρεσβυτέρου βίβλος Ὠριγένους περὶ τοῦ μαρτυρίου γραφεται. τῇ σπουδῇ τούτου καὶ ἀναλώμασι καὶ ἐπείξει, πρὸς οὗτον πάμπολλα Ὠριγένης ἐπέστειλε συντάγματα. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἀνὴρ εὐγενέστατος ὤν, οὐκ ἄκομψος ἐν τῇ εὐφυΐᾳ ἐγένετο, καθὰ αἱ πρὸς Ὠριγένην τούτου δηλοῦσιν ὑπόστολαί. ἐτελεύτησε δὲ πρὸ Ὠριγένους, καὶ ἐν τούτῳ παρὰ πολλῶν καταγινώσκεται, ὅτι περὶ πλούσιος ὤν, τοῦ οἰκείου φίλου γέροντος καὶ πένητος τελευτῶν οὐκ ἐμνήσθη.

ΤΡύφων Ὠριγένους ἀκροατὴς, πρὸς ὃν πολλαί εἰσιν ὑπόστολαὶ, ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς πεπαιδευμένος, καθὰ σποραδὴν δείκνυσι συντάγματα, καὶ ἐξαιρέτως ἡ βίβλος, ἡ περὶ βουθηλείας τῆς ἐν τῷ δευτερονομίῳ, καὶ περὶ τῶν διχοτομουμένων, ἅ τινα μετὰ τῆς περιστερᾶς καὶ τρυγόνος τοῦ Αβραὰμ ἐν τῇ γενέσει ἀναγινώσκομεν.

ΜΙνούκιος Φῆλιξ, ἐν Ῥώμῃ ἐπίσημος δικολόγος ὤν, συνέγραψε διαλόγους Χριστιανοῦ καὶ ἐθνικοῦ, ὃν ἐπέγραψε Οκταβιον. καὶ ἕτερος δὲ λόγος ἐξ ὀνόματος αὐτοῦ φέρεται, περὶ μοίρας, ἤτοι κατὰ τῶν Μαθηματικῶν, ὅς τις λόγος εἰ καὶ ἐλλογίμου ἀνδρὸς φαίνεται, ἐμοὶ δὲ οὐ δοκεῖ συναδειν τῷ χαρακτῆρι τοῦ προειρημένου λόγου. Μέμνηται τούτου τοῦ Μινουκίου καὶ Λακταντιος ἐν τοῖς ἰδίοις συγγράμμασιν.

ΓΑΐος ὠδὲ Ζεφυρίνου Ῥώμης ὑπόσκοπος, τοῦτ' ἐστιν, ὠδὲ Αντωνίνου υἱοῦ Σεβήρου, διάλεξιν κατὰ Προκούλου σπουδαστοῦ Μοντανοῦ, σφόδρα μεγίστην ἔσχεν, εὐθύνων αὐτὸν προπετείας, τῆς καινῆς προφητείας, ἐν αὐτῷ τῷ τεύχει τρισκαίδεκα ὠδὶ στολὰς μόνας Παύλου ἀπριθμούμενος. τὴν γὰρ πρὸς Εβραίους, λέγει μὴ εἶναι αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ πρὰ τοῖς Ῥωμαίοις ἄχρι τοῦ πρόντος Παύλου τοῦ ἀποστόλου νομίζεται μὴ εἶναι.

ΒΗρυλλος ἀραβίας τῆς Βοστρίνων ἐπίσκοπος, ἐπί τινα χρόνον ἐνδόξως κυβερνήσας τὴν ἐκκλησίαν, τελευταῖον εἰς τὴν αἵρεσιν, τὴν ἀρνουμένην τὸν Χριστὸν πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως, ὀλισθήσας, πρὰ Ὠριγένους ὑπόστραφεὶς, συνέγραψε πρικίλα πράγματα, καὶ μάλιστα ὑπόστολὰς, ἐν αἷς τῷ Ὠριγένει εὐχαριστεῖ. Αλλὰ καὶ Ὠριγένους πρὸς αὐτὸν εἰσὶν ὑπόστολαί. ἐστὶ διάλογος Ὠριγένους καὶ Βηρύλλου, ἐν ᾧ αἱρέσεως εὐθύνεται. διέπρεψε δὲ ὠδὲ ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμέας υἱοῦ, καὶ Μαξιμίνου καὶ Γορδιανοῦ τῶν διαδεξαμένων τὴν ἐκείνου βασιλείαν.

Ιππόλυτος

HIppolytus cuiusdā ecclesiæ episcopus (nomen quippe urbis scire nō potui) rationem paschæ, temporūq; canones scripsit usq; ad primum annum Alexandri imperatoris, & sedecim annorū circulū, quem Græci ἑξκαιδεκαετηρίδα uocant, reperit: & Eusebio, qui super eodem pascha canonem, decem & nouem annorum circulum, id est, ἐννεακαιδεκαετηρίδα composuit, occasionem dedit. Scripsit nonnullos in scripturas commentarios, è quibus hos reperi, in ἑξαήμερον, & in Exodū, & in Canticum canticorum, in Genesim, & in Zachariam: de psalmis, in Esaiam, de Daniele, de Apocalypsi, de Prouerbijs, de Ecclesiaste, de Saul & Phytōissa, de Antichristo, de resurrectione, contra Marcionem, de pascha, aduersum omnes hæreses, & πρὸς ὁμιλιῶν, de laude domini saluatoris, in qua præsente Origene, se loqui in ecclesia significat, in huius ęmulationem. Ambrosius, quem de Marcionis hæresi ad ueram fidem correctum diximus, cohortatus est Origenem in scripturas commentarios scribere, præbens ei septem & eo amplius notarios, eorumq; expensas, & librariorum parē numerum: quodq; his maius est, incredibili studio quotidie ab eo opus exigens. Vnde in quadam epistola ὀργοδιώκτην Origenes uocat.

ALexander episcopus Cappadociæ, cum desiderio sanctorum locorum Hierosolymā pergeret, & Narcissus episcopus eiusdem urbis, iam senex regeret ecclesiam, & Narcisso, & multis clericis eius reuelatū est, altera die mane intrare episcopum, qui adiutor sacerdotalis cathedræ esse deberet. Itaq; re ita completa, ut prædicta fuerat, cunctis in Palæstina episcopis in unum congregatis, adnitente quoq; ipso uel maxime Narcisso, Hierosolymitanæ ecclesiæ cum eo gubernaculum suscepit. Hic in fine cuiusdam epistolæ, quam scribit ad Antinoitas super pace eccclesiæ, ait: Salutat uos Narcissus, q ante me hic tenuit episcopalē locum, & nunc mecum eundē orationibus regit, annos natus circiter centum sedecim, & uos mecum precatur, ut unū idemq; sapiatis. Scripsit & aliā ad Antiochenses per Clemen-

ΙΠπόλυτος οὐκ οἶδα πρίας ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, ἢ τίνος πόλεως τὴν προσηγορίαν μαθεῖν οὐκ ἠδυνήθην, συνέγραψε λόγον τοῦ πάσχα, καὶ τοὺς χρονικοὺς κανόνας ἕως τοῦ πρώτου ἐνιαυτοῦ Αλεξάνδρου τοῦ βασιλέως, δεκαὲξ λέγω δὴ ἐνιαυτῶν κύκλον, ὃν οἱ λεγόμενοι Γραικοὶ, ἑξκαιδεκαετηρίδα καλοῦσιν, Εὐσεβίῳ τῷ περὶ αὐτοῦ τοῦ πάσχα ἐννεακαιδεκαετηρίδα συνταξάντι πρόφασιν παρεσχηκώς. ἔγραψεν εἰς τὰς θείας γραφὰς ὑπομνήματα, ἀφ' ὧν τάδε εὗρον. εἰς τὴν ἑξαήμερον, εἰς τὴν ἔξοδον, εἰς τὰ ἄσματα τῶν ἀσμάτων, εἰς τὴν γένεσιν, εἰς Ζαχαρίαν, περὶ ψαλμῶν, εἰς Ησαΐαν, περὶ Δανιὴλ, περὶ ἀποκαλύψεως, περὶ Παροιμιῶν, περὶ Εκκλησιαστοῦ, περὶ Σαὺλ καὶ Πύθωνος, περὶ τοῦ Αντιχρίστου, περὶ ἀναστάσεως, κατὰ Μαρκίωνος, περὶ τοῦ πάσχα, κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων, πρὸς ὁμιλιῶν, περὶ τῶν ἐπαίνων τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, ἐν οἷς πρόντος Ὠριγένους ἑαυτὸν ὡμιληκέναι κατὰ μίμησιν αὐτοῦ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ δηλοῖ. ἀμβρόσιος, ὅν τινα ἀπὸ τῆς πλάνης Μαρκίωνος εἰς τὴν ἀληθινὴν πίστιν ὑπεστρέψαι προείρηται, προετρέψατο Ὠριγένει τὰς θείας ὑπομνηματίσαι γραφὰς, παρεσχηκὼς αὐτῷ ἑπτὰ ἢ καὶ πλείους νοταρίους, καὶ τὰς τούτων δαπάνας, καὶ καλλιγράφους τὸν ἴσον ἀριθμὸν, καὶ ὅπερ ἐστὶ μεῖζον, ἀνυπρίστῳ σπουδῇ ἑκάστοτε ἔργον παρ' αὐτοῦ ἀπαιτῶν, διὸ ἐν μιᾷ ὑπεστολῇ, ὀργοδιώκτην αὐτὸν Ὠριγένης καλεῖ.

ΑΛέξανδρος ἐπίσκοπος καππαδοκίας, πόθω τῶν ἁγίων τόπων ὑπεστὰς τῇ Ιεροσολύμων, τοῦ ὑπεσκόπου Ναρκίσσου τοῦ αὐτῆς πόλεως ἤδη γεγηρακότος, καὶ τὴν ἐκκλησίαν κυβερνῶντος, αὐτῷ τε τῷ Ναρκίσσῳ καὶ πολλοῖς κληρικοῖς αὐτοῦ ἀπεκαλύφθη μέλλειν τῇ ἑξῆς ἕωθεν εἰσιέναι ἐπίσκοπον, τὸν ὀφείλοντα βοηθὸν γενέσθαι τῆς ἱερατικῆς καθέδρας. τοῦ πράγματος τοίνυν καθὼς προεμηνύθη πληρωθέντος, πάντων τῶν ἐν Παλαιστίνῃ ὑπεσκόπων ὑπὸ τοῦ αὐτὸν συναχθέντων, συνεπινεύοντος αὐτοῖς Ναρκίσσου, τὴν κυβέρνησιν τῆς ἐν Ιεροσολύμοις ἐκκλησίας σὺν αὐτῷ ἀνεδέξατο. Οὗτος ἐν τῷ τέλει μιᾶς ὑπεστολῆς γραφείσης παρ' αὐτοῦ πρὸς Αντινοΐτας, περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης, ἔφη. ἀσπάζεται ὑμᾶς Νάρκισσος, ὃς πρὸ ἐμοῦ εἶχεν τοῦ ἐνταῦθα ὑπεσκοπῆς, καὶ νῦν τὸν αὐτὸν ἰθύνων μετ' ἐμοῦ εὐχόμενος ἐπέχει, ἐνιαυτὸν ἄγων ἑκατοστοεξκαιδέκατον, δεόμενος ὑμῶν ἅμα ἐμοὶ, ἵνα τὸ αὐτὸ καὶ ἓν φρονήσητε. ἔγραψε καὶ ἄλλην πρὸς Αντιοχεῖς διὰ Κλήμεντος

A Clementem presbyterum Alexandriæ de quo supra diximus: necnon ad Origenem, & pro Origene contra Demetriũ, eo quod iuxta testimonium Demetrij, eum presbyterum constituerit. Sed & alię eius ad diuersos feruntur epistolæ. Septima autem persecutione sub Decio, quo tempore Babylas Antiochiæ passus est, ductus Cæsaream, & clausus in carcere, ob confessionem Christi martyrio coronatur.

IVlius Africanus, cuius quinq; de temporibus extant uolumina, sub imperatore M. Aurelio Antonino, qui Macrino successerat, legationem pro instauratione urbis Emmaus suscepit, quæ postea Nicopolis appellata est: huius est epistola ad Origenem super quæstione Susannæ, eo quod dicat in Hebræo hanc fabulam nõ haberi, nec conuenire cum Hebraica etymologia, ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, contra quem doctam epistolam scribit Origenes. Extat eius ad Aristidem altera epistola, in qua super diaphonia, quæ uidetur esse in genealogia saluatoris apud Matthæum & Lucam, plenissime disputat.

B GEminus Antiochenæ ecclesiæ presbyter pauca ingenij sui monumẽta composuit, florens sub Alexandro principe & episcopo urbis suæ Zebenno, eo uel maxime tempore, quo Heraclas Alexandrinæ ecclesiæ pontifex ordinatus est.

THeodorus, qui postea Gregorius appellatus est, Neocæsareę Ponti episcopus, admodum adulescens, ob studia Græcarum & Latinarum literarum, de Cappadocia Berytum, & inde Cæsaream Palęstinæ transijt, iuncto sibi fratre Athenodoro. Quorum cum egregiam indolem uidisset Origenes, hortatus est eos ad philosophiam, in qua paulatim Christi fidem subintroducens, sui quoque sectatores reddidit. Quinquennio itaq; eruditi ab eo, remittuntur ad matrem, è quibus Theodorus proficiscens, πανηγυρικὸν εὐχαριστίας scripsit Origeni: & conuocata grandi frequentia, ipso quoq; Origene præsente recitauit, quiusq; hodie extat. Scripsit & μετάφρασιν in Ecclesiasten, breuem quidẽ, sed ualde utilem. Et

ἔκφρασιν habet Græca.

μέντος πρεσβυτέρου Αλεξανδρείας, περὶ οὗ προεῖπον, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς Ωριγένην, καὶ ὑπὲρ Ωριγένους κατὰ Δημητρίου, καὶ ὅτι προσμαρτυροῦντος Δημητρίου, πρεσβύτερον αὐτὸν ἐχειροτόνησε. καὶ ἄλλαι δὲ αὐτοῦ πρὸς διαφόρους φέρονται πολυστολαί. τοῦ δὲ ἑβδόμῳ διωγμῷ ὑπὸ Δεκίου, ἡνίκα καὶ Βαβύλας ἐν Αντιοχείᾳ ἔπαθεν, ἀχθεὶς Καισάρειαν, καὶ εἰς φυλακὴν ἐγκλεισθεὶς, διὰ τὴν τοῦ ΧΡΙΣΤΟΥ ἐξομολόγησιν ἐμαρτύρησεν.

ΙΟύλιος Αφρικανὸς, οὗ πέντε περὶ χρόνων τυγχάνει λόγοι ὑπὸ Μάρκου Αὐρηλίου Αντωνίνου τοῦ διαδεξαμένου Μακρῖνον, πρεσβείαν ἀνεδέξατο περὶ ἀναστάσεως Εμμαοῦς τῆς πόλεως τῆς μετακληθείσης Νικοπόλεως. ἔστι καὶ πολυστολὴ πρὸς Ωριγένην, ἕνεκεν τῆς κατὰ Σωσάνναν ζητήσεως, λέγει γὰρ ἐν τοῦ Εβραϊκῷ τοῦτον μὴ εἶναι τὸν μῦθον, μηδὲ συνάδειν τῇ Εβραϊκῇ ἐτυμολογίᾳ, ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, πρὸς ὃν δεδοκιμασμένην πολυστολὴν γραφεὶ Ωριγένης. ἔστιν αὐτοῦ καὶ πρὸς Αριστείδην ἄλλη πολυστολὴ, ἐν ᾗ περὶ τῆς διαφωνίας τῆς δοκούσης εἶναι ἐν τῇ γενεαλογίᾳ τοῦ σωτῆρος παρὰ Ματθαίου καὶ Λουκᾶ, ἀρκούντως διαλέγεται.

ΓΕμῖνος τῆς κατὰ ἀντιοχείαν ἐκκλησίας πρεσβύτερος, ὀλίγα τῆς οἰκείας εὐφυΐας βιβλία συνέταξεν, ἀνθήσας ὑπὸ Αλεράνδρου τοῦ βασιλέως, καὶ ὑπὸ Ζεβέννου πολυσκόπου τῆς ἰδίας πόλεως, ἐν ἐκείνῳ μάλιστα τοῦ καιρῷ, ἐν ᾧ Ηρακλᾶς τῆς Αλεξανδρέων ἐκκλησίας πρεσβύτερος κατέστη.

ΘΕόδωρος, ὃς ὕστερον ἐκλήθη Γρηγόριος, Νεοκαισαρείας ἐπίσκοπος, νέος κομιδῇ, διὰ τὴν παίδευσιν Ελληνικῶν τε καὶ Ρωμαϊκῶν γραμμάτων, ἀπὸ τῆς Καππαδοκίας εἰς Βηρυτὸν, κἀκεῖθεν εἰς Καισαρείαν τῆς Παλαιστίνης διέβη, ἅμα ἀθηνοδώρῳ ἀδελφῷ, ὧν τινων τὴν δεξαίρετον εὐφυΐαν ἑωρακὼς Ωριγένης, τούτους εἰς φιλοσοφίαν προετρέψατο, καὶ κατὰ μέρος εἰς τὴν τοῦ χριστοῦ πίστιν εἰσάγων, ζηλωτὰς ἰδίους κατέστησεν. ὑπὸ πέντε τοίνυν πρὸς αὐτοῦ παιδευθέντε ἔτη, πρὸς τὴν μητέρα ἀπεπέμποντο, ἀφ' ὧν ὁ Θεόδωρος ἀποδημῶν, πανηγυρικὸν εὐχαριστίας τοῦ Ωριγένει ἔγραψε. καὶ συγκαλεσάμενος πάντας τοὺς πολυχωρίους, αὐτοῦ τε τοῦ Ωριγένους παρόντος, τοῦτον ἀνέγνω τὸν λόγον, ὅς τις ἄχρι τοῦ παρόντος ὑπάρχει. ἔγραψε δὲ καὶ ἔκφρασιν εἰς ἐκκλησιαστὴν, ἐλαχιστον μὲν, πάνυ δὲ θαυμαστὸν λόγον, καὶ

lem. Et aliæ huius uulgo feruntur epistolę: sed præcipue signa atq; miracula, quæ iam episcopus cũ multa ecclesiarum gloria perpetrauit.

CORnelius Romanæ urbis episcopus, ad quem octo Cypriani extant epistolæ, scripsit epistolam ad Flauianum, Antiochenæ ecclesiæ episcopum, de Synodo Romana, Italica, Aphricana: & aliam de Nouatiano, & de his qui lapsi sunt: tertiam de gestis synodi: quartam ad eundem Flauianum ualde prolixam, & Nouatianæ hæreseos causas & anathema cõtinentem. Rexit ecclesiam annis duobus sub Gallo & Volusiano, cui ob Christum martyrio coronato, successit Lucius.

CYprianus Afer, primũ gloriose Rhetoricam docuit: exinde suadente presbytero Cecilio, à quo & cognomentũ sortitus est, Christianus factus, omnem substantiam suã pauperibus erogauit, ac post nõ multum temporis electus in presbyterum, etiã episcopus Carthaginẽsis constitutus est. Huius ingenij superfluũ est indicẽ texere, cũ sole clariora sint eius opera. Passus est sub Valeriano & Galieno principibus persecutione octaua, eodem die quo Romæ Cornelius, sed non eodem anno.

POntius diaconus Cypriani, usque ad diem passionis eius cum ipso exilium sustinens, egregium uolumen uitæ & passionis Cypriani reliquit.

DIonysius Alexandrinæ urbis episcopus, sub Heracla scholã κατηχήσεων presbyter tenuit, & Origenis ualde insignis auditor fuit. Hic in Cypriani & Africanæ synodi dogma consentiens, de hæreticis rebaptizandis ad diuersos plurimas misit epistolas, quæ usque hodie extant: & ad Flauianum Antiochenæ urbis episcopum scripsit de pœnitẽtia, & ad Romanos per Hippolytum alteram: ad Xystum, qui Stephano successerat, duas epistolas: & ad Philemonem & ad Dionysium Romanæ ecclesiæ presbyteros duas epistolas: & ad eundem Dionysium postea Romę episcopum, & ad Nouatianum causantem, quod inuitus Romæ episcopus ordinatus esset:

γον, καὶ ἄλλας πολλὰς ἐπιστολὰς, ποιήσας σημεῖά τε καὶ θαύματα, ἡνίκα ἐπίσκοπος ἐτύγχανεν. C

ΚΟρνήλιος Ῥώμης ἐπίσκοπος, πρὸς ὃν, ὀκτὼ Κυπριανοῦ ἐπιστολαὶ τυγχάνουσιν, ἔγραψεν ἐπιστολὴν πρὸς Φλαβιανὸν Αντιοχείας ἐπίσκοπον περὶ τῆς συνόδου Ῥώμης, Ιταλίας, καὶ Αφρικῆς, καὶ ἑτέραν περὶ Νωβατιανοῦ, καὶ τῶν ὀλισθησάντων, τρίτην περὶ τῶν ἐν τῇ συνόδῳ πραχθέντων, τετάρτην πρὸς τὸν αὐτὸν Φλαβιανὸν, πάνυ μεγάλην, καὶ τὰς αἰτίας τῆς Νωβατιανοῦ αἱρέσεως, καὶ ἀναθέματα περιέχουσαν. ἐκυβέρνησε τὴν ἐκκλησίαν ἔτη δύο, Γαλλου καὶ Βολουσιανοῦ βασιλευόντων, ὅν τινα μετὰ τὸ μαρτύριον τοῦ χριστοῦ, διεδέξατο Λούκιος.

ΚΥπριανὸς Αφρος, πρῶτον ἐνδόξως τὴν ῥητορικὴν διδάξας, πεισθεὶς παρὰ Κεκιλίου πρεσβυτέρου, οὗ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἐκληρώσατο, Χριστιανὸς γενόμενος, πᾶσαν αὐτοῦ τὴν περιουσίαν τοῖς πτωχοῖς δέδωκε, καὶ μετ' οὐ πολὺ καταταγεὶς εἰς πρεσβύτερον, καὶ ἐπίσκοπος ἐγένετο Καρθαγένης. τούτου τὸν τῆς εὐφυΐας κατάλογον ὑφαίνειν, πρίσσον ἡγοῦμαι, διὰ τὸ λαμπρότερα εἶναι τοῦ ἡλίου τὰ τούτου συντάγματα. ἔπαθεν ἐπὶ Βαλεριανοῦ καὶ Γαλιήνου βασιλέων, D διωγμῷ ὀγδόῳ ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ ἐν τῇ Ῥώμῃ Κορνήλιος, ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ.

ΠΟντιος διάκονος Κυπριανοῦ, ἕως τῆς ἡμέρας τοῦ πάθους αὐτοῦ, ἅμα αὐτῷ τὴν ἐξορίαν ὑπομείνας, ἐξαίρετον τεῦχος βίου τε καὶ πάθους τοῦ αὐτοῦ Κυπριανοῦ καταλέλοιπεν.

ΔΙονύσιος Αλεξανδρείας ἐπίσκοπος, ἐπὶ Ηρακλᾶ, σχολὴν κατηχήσεων πρεσβυτερίου κατέσχε, καὶ Ωριγένους ἐπίσημος βοηθὸς ἐγένετο. Οὗτος εἰς τὸ δόγμα τοῦ Κυπριανοῦ, καὶ τῆς Αφρικῆς συνόδου συναινῶν, περὶ αἱρετικῶν ἀναβαπτισθησομένων πολλὰς πρὸς διαφόρους ἀπέστειλεν ἐπιστολὰς, τὰς καὶ ἄχρι τοῦ παρόντος τυγχανούσας. καὶ πρὸς Φλαβιανὸν δὲ Αντιοχείας ἐπίσκοπον γράφει περὶ μετανοίας, καὶ πρὸς Ῥωμαίους διὰ Ιππολύτου ἑτέραν, καὶ πρὸς Ξύστον διαδεξάμενον Στέφανον ἐπιστολὰς δύο, πρὸς Φιλήμονα καὶ Διονύσιον τῆς ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησίας πρεσβυτέρους ἐπιστολὰς δύο, καὶ πρὸς τὸν αὐτὸν Διονύσιον ὕστερον Ῥώμης ἐπίσκοπον, καὶ πρὸς Νωβατιανὸν αἰτιώμενον, ὡς ἄκων ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐχειροτονήθη

A esset: cuius epistolæ hoc exordium est: Dionysius Nouatiano fratri salutem. Si inuitus, ut dicis, ordinatus es, probabis, cum uolens secesseris. Est eius ad Dionysium & ad Didymũ altera epistola, & ἑορταστικὰ de pascha plurimæ declamatorio sermõe conscriptæ: & ad Alexandrinam ecclesiam de exilio: & ad Hieraclam in Aegypto episcopum: & alia de mortalitate, & de sabbato, & περὶ γυμνασίου, & ad Hermãmonem, & alia de persecutiõe Decij: & duo libri aduersum Nepotem episcopum, qui mille annorum corporale regnum suis scriptis asseuerat: in quibus & de Apocalypsi Ioannis diligentissime disputat. Et aduersum Sabellium, & ad Ammonem Beronices episcopum, & ad Telephorum, & ad Euphran, & quatuor libri ad Dionysium Romanæ urbis episcopum, & ad Laodicenses de pœnitentia. Item ad Cononem de pœnitẽtia, & ad Origenem de martyrio. Ad Armenios de pœnitentia, & de ordine delictorum, de natura ad Timotheum, de tentationibus ad Euphranorem. Ad Basilidem quoque multæ epistolæ, in quarum una se asse-
B rit, etiã in Ecclesiasten cœpisse scribere commentarios. Sed & aduersus Paulũ Samosatenum, ante paucos dies quàm moreretur, insignis eius fertur epistola. Moritur duodecimo Galieni anno.

NOuatianꝰ Romanæ urbis presbyter, aduersus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus inuadere, Nouatianorum, quod Græce dicitur καθαρὸν, dogma cõstituit, nolens apostatas suscipere pœnitentes, huius author Nouatus Cypriani presbyter fuit. Scripsit autem de pascha, de sabbato, de circuncisione, de sacerdote, de oratione, de cibis Iudaicis, de instantia, de Attalo, multaq; alia: & de trinitate grande uolumen, quasi ὠλυμὴν operis Tertulliani faciens, quod plæriq; nescientes, Cypriani existimant.

MAlchion disertissimus Antiochenæ ecclesiæ presbyter, quippe qui in eadem urbe rhetoricam florentissime docuerat ad-

νήθη ἐπίσκοπος, ἧς τινος ὠλυσολῆς τὸ προοίμιον ἔχει οὕτως. Διονύσιος Αλεξανδρείας Νωβαίτῳ. Εἰ ἄκων ὡς φὴς ἤχθης, δείξῃς ἀναχωρήσας ἑκών. ἔδει μὲν γὰρ καὶ πᾶν ὁτιοῦν παθεῖν, ὑπὲρ τοῦ μὴ διακόψαι τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, καὶ ἦν οὐκ ἀδοξοτέρα τῆς ἕνεκεν μὴ εἰδωλολατρῆσαι γινομένης, ἡ ἕνεκεν τοῦ μὴ σχίσαι μαρτυρία, κατ' ἐμὲ δὲ καὶ μείζων. ἐκεῖ μὲν καὶ ὑπὲρ μιᾶς τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, ἐνταῦθα δὲ ὑπὲρ ὅλης τῆς ἐκκλησίας. καὶ νῦν δὲ εἰ πείσαις, καὶ εἰ βιάσαις σοῦ ἀδελφοὺς εἰς ὁμόνοιαν ἐλθεῖν, μεῖζον ἔσται σοι, τοῦ σφάλματος, τὸ κατόρθωμα. καὶ τὸ μὲν, οὐ λογισθήσετε, τὸ δὲ ἐπαινεθήσεται. εἰ δὲ ἀπειθούντων ἀδυνατείης, σώζων σῶζε τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. ἔστιν αὐτοῦ πρὸς Διονύσιον καὶ Δίδυμον ἄλλη ὠλυσολή, καὶ ἑορταστικὰ περὶ τοῦ πάσχα πολλαὶ, λόγων ἡράτος ἔχουσαι, καὶ πρὸς τὴν Αλεξανδρέων ἐκκλησίαν περὶ ἐξορίας, καὶ πρὸς Ἱέρακα Αἰγύπτου ἐπίσκοπον, καὶ ἄλλη περὶ θνήσεως καὶ σαββαίτου, καὶ περὶ γυμνασίου, καὶ πρὸς Ερμάμμωνα, καὶ ἄλλη περὶ διωγμοῦ Δεκίου, καὶ δύο λόγοι κατὰ Νέπωτος ὠλυσκόπου τοῦ συγγραψαμένου, χιλίων ἐνιαυτῶν σωματικὴν βασιλείαν, ἐν οἷς περὶ τῆς Ἰωάννου ἀποκαλύψεως ὠλυμελῶς διήλεκται. καὶ κατὰ Σαβελλίου, καὶ πρὸς Αμμωνα Βερωνίκης ἐπίσκοπον, καὶ πρὸς Τελεφόρον καὶ Εὔφραν, καὶ τέσσαρες λόγοι πρὸς Διονύσιον Ρώμης ἐπίσκοπον, καὶ πρὸς Λαοδικεῖς περὶ μετανοίας, ὁμοίως πρὸς Κόνωνα περὶ μετανοίας, πρὸς Ωριγένην περὶ μαρτυρίου, πρὸς Αρμενίους περὶ μετανοίας, καὶ κανόνας ἁμαρτιῶν, περὶ φύσεως πρὸς Τιμόθεον, περὶ πειρασμῶν πρὸς Εὐφράνορα. καὶ πρὸς βασιλείδην πολλὰς ὠλυσολὰς, ἀφ' ὧν ἐν τῇ μιᾷ λέγει, ὡς ἤρξατο καὶ εἰς τὸν Εκκλησιαστὴν συντάττειν ὑπομνήματα. καὶ κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν τῆς αὐτοῦ τελευτῆς ἐπίσημος αὐτοῦ φέρεται ὠλυσολή. Τελευτᾶ τοῦ δεκάτου ἔτει Γαλιήνου βασιλέως.

ΝΩβατιανὸς τῆς ἐν Ρώμῃ ἐκκλησίας πρεσβύτερος, κατὰ Κορνηλίου τὸν θρόνον τῆς ἐπισκοπῆς ὑπεισελθεῖν ἐπιχειρήσας, τὸ Νωβατιανῶν, ὅπερ ἑλληνικῇ διαλέκτῳ καθαρὸν λέγουσι, συνεστήσατο δόγμα, μὴ βουλόμενος τοὺς ἀποστάντας δέξασθαι μετανοοῦντας. Τούτου διδάσκαλος ἤτοι ἀρχηγὸς Νώβατος, Κυπριανοῦ πρεσβύτερος γέγονε. καὶ συνεγράψατο περὶ τοῦ πάσχα, περὶ σαββάτου, περὶ περιτομῆς, περὶ Ἱερέως, περὶ εὐχῆς, περὶ βρωμάτων Ἰουδαϊκῶν, περὶ τῶν ἐνεστώτων, περὶ Αττάλου, καὶ ἕτερα πολλὰ, καὶ περὶ τῆς τριάδος

rat, aduersum Paulum Samosateum, qui Antiochenæ ecclesię episcopus dogma Artemonis instaurarat, excipientibus notarijs disputauit, qui dialogus usq; hodie extat. Sed & alia grandis epistola ex persona synodi ab eo scripta ad Dionysium & Maximum Rhomanæ & Alexandriæ ecclesiæ episcopos dirigitur. Floruit sub Claudio & Aureliano.

ARchelaus episcopus Mesopotamiæ, librum disputationis suæ, quam habuit aduersum Manichæum, exeuntē de Perside, Syro sermone cōposuit, qui translatus in Græcum, habetur à multis. Claruit sub imperatore Probo, qui Aureliano & Tacito successerat.

ANatolius Alexādrinus, Laodiciæ Syriæ episcopus, sub Probo & Caro imperatoribus floruit, miræ doctrinæ uir fuit in Arithmetica, Geometria, Astronomia, Grammatica, Rhetorica, Dialectica. Cuius ingenij magnitudinem de uolumine, quod super pascha cōposuit, & decem libris de Arithmeticę institutionibus intelligere possumus.

VIctorinus Pitabionensis episcopus, non æque Latine ut Græce nouerat. Vnde opera eius grandia sensibus, uiliora uidentur compositione uerborū. Sunt autem hæc: Cōmentarij in Genesim, in Exodum, in Leuiticum, in Esaiā, in Hiezekiel, in Habacuc, in Ecclesiasten, in Cantica canticorū, in Apocalypsim Ioannis, aduersum omnes hæreses, & multa alia. Ad extremū martyrio coronatus est.

PAmphilus presbyter, Eusebij Cæsariensis episcopi necessarius, tanto bibliothecę diuinę amore flagrauit, ut maximam partem Origenis uoluminū sua manu descripserit, quæ usque hodie in Cæsariensi bibliotheca habentur. sed & in duodecim prophetas uiginti quinq; ἐξηγήσεων Origenis uolumina, manu eius exarata reperi, quæ tanto amplector & seruo gaudio, ut Crœsi opes habere me credam. Si enim læticia

μέγα τεῦχος, ὥσπερ ὑπὲρ τὴν τῶν Τερτυλλιανοῦ συγγραμματος τριῶν, ὅπερ πολλοὶ ἀγνοοῦντες, νομίζουσιν εἶναι Κυπριανοῦ.

ΜΑλχίων ἐλλογιμώτατος τῆς ἐν Αντιοχείᾳ ἐκκλησίας πρεσβύτερος, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ πόλει τὴν ῥητορικὴν ὑπασκήμως διδαξας, κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, τοῦ ἐν τῇ Αντιοχείᾳ ἐκκλησίας τὸ δόγμα Αρτέμωνος ἀνανεώσαντος, ἐκλαμβανόντων νοταρίων διειλέχθη, ὅς τις διάλογος ἄχρι τῆς δεῦρο ὑπάρχει. καὶ ἄλλη ὑπὲρ στολὴ ἐκ προσώπου τῶν συνόδου παρ' αὐτοῦ γραφεῖσα, πρὸς Διονύσιον καὶ Μάξιμον Ρώμης καὶ Αλεξανδρείας ὑπασκόπους, πέμπετο, ἤνθησεν ὑπὲρ Κλαυδίου καὶ Αὐρηλιανοῦ.

ΑΡχέλαος ἐπίσκοπος Μεσοπαμίας, λόγον οἰκείας διαλέξεως, κατὰ Μανιχαίου, ἀπὸ Περσίδος ἐξελθόντος, τῇ τῶν Σύρων διαλέκτῳ συνέθηκεν, ὃς μεταφρασθεὶς εἰς Ελληνικὸν, ἔστι παρὰ πολλοῖς. Διέπρεψε βασιλεύοντος Πρόβου τῶν διαδεξαμένου Αὐρηλιανὸν καὶ Τάκιτον.

ΑΝατόλιος Αλεξανδρεὺς, Λαοδικείας τῆς Συρίας ἐπίσκοπος, ὑπὲρ Πρόβου καὶ Κάρου βασιλέων ἤνθησεν, θαυμαστῆς παιδεύσεως ἀνὴρ, ἐν τῇ Αριθμητικῇ, Γεωμετρικῇ, ἀστρονομικῇ, γραμματικῇ, Ῥητορικῇ, Διαλεκτικῇ. Οὗ τινος τῶν εὐφυΐας τὸ μέγεθος ἀπὸ τῶν τεύχους τῶν περὶ πάσχα συντεθειμένου, καὶ ἀπὸ τῶν δέκα λόγων τῆς Αριθμητικῆς συντάξεως, νοεῖν δυνησόμεθα.

ΒΙκτωρῖνος Πιταβίωνος ἐπίσκοπος, οὐχ ὡμοίως Ρώμαϊστὶ, ὡς Ελληνιστὶ ἠπίστατο, διὸ τὰ ἔργα αὐτοῦ πάνυ μεγάλα ὄντα τοῖς νοήμασιν, δοκεῖ εἶναι εὐτελῆ διὰ τὴν τῶν λόγων σύνθεσιν. ἔστι δὲ ταῦτα. ὑπομνήματα εἰς τὴν Γένεσιν, εἰς τὴν Εξοδον, εἰς λευιτικὸν, εἰς Ησαΐαν, εἰς Ιεζεκιὴλ, εἰς Αββακοὺμ, εἰς Εκκλησιαστὴν, εἰς Ασματα τῶν ἀσμάτων, εἰς Απηκάλυψιν Ιωάννου, κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων, καὶ ἕτερα πάμπολλα. εἶτα τελευταῖον μαρτυρήσας ἐστέφθη.

ΠΑμφίλος πρεσβύτερος, Εὐσεβίου Καισαρείας ὑπασκόπου ἀναγκαῖος φίλος, οὕτω κατεσχέθη φίλτρῳ τῆς θείας βιβλιοθήκης, ὥστε αὐτὸν μέγιστον μέρος τῶν Ωριγένους συνταγμάτων ἰδίᾳ χειρὶ καταγράψαι, ἅπερ ἄχρι τῶν πρόντος ἐν τῇ Καισαρείας βιβλιοθήκῃ τυγχάνει. καὶ εἰς τοὺς δώδεκα προφήτας καὶ πεύτε καὶ εἴκοσιν ἐξηγήσεων Ωριγένους τεύχη, τῇ χειρὶ αὐτοῦ εὗρον γραφέντα, ἅ τινα τοσαύτῃ περιπτύσσομαι καὶ φυλάττω χαρᾷ, ὡς τὸν Κροίσου πλοῦτον ἔχειν με πιστεύειν.

Εἰ γὰρ

A læticia est, unam epistolam habere martyris, quãto magis tot milia uersuũ, per quæ mihi uidetur sui sanguinis signasse uestigia? Scripsit antequam Eusebius scriberet apologeticum pro Origene, & passus est Cæsareæ Palæstinæ sub persecutione Maximini.

Pierius Alexandrinę ecclesię presbyter, sub Caro & Diocletiano principibus, eo tempore, quo eandem ecclesiam Theonas episcopus regebat, florentissime docuit populos, & in tantam sermonis, diuersorumq; tractatuum, qui usque hodie extant, uenit elegantiam, ut Origenes iunior uocaretur, Constat hunc miræ ἀσκήσεως, & appetitorẽ uoluntarię paupertatis, scientissimumq; Dialecticæ & Rhetoricæ artis, & post persecutionem omne uitæ suæ tempus Romæ fuisse uersatum. Huius est longissimus tractatus de propheta Osee, quẽ in peruigilio paschæ habitum, ipse sermo demonstrat.

Lvcianus uir disertissimus, Antiochenæ ecclesiæ præsbyter, tantũ in scriptu
B rarum studio laborauit, ut usq; nunc quædam exemplaria scripturarũ, Lucianea nuncupentur. Feruntur eius de fide libelli, & breues ad nonnullos epistolæ. Passus est Nicomediæ ob confessionem Christi, sub persecutione Maximini, sepultusq; Helenopoli Bithyniæ.

Phileas de urbe Aegypti, quæ uocatur Thmuis, nobili genere, & non paruis opibus, suscepto episcopatu, elegantissimũ librum de martyrum laude composuit, & disputatione actorum habita aduersum iudicem, qui eum sacrificare cogebat, pro Christo capite truncatur, eodem in Aegypto persecutionis authore, quo Lucianus Nicomediæ.

Arnobius sub Diocletiano principe Siccę apud Aphricam, florentissime Rhetoricã docuit, scripsitq; aduersum gentes, quæ uulgo extant uolumina.

Firmianus, qui & Lactantius, Arnobij discipulus, sub Diocletiano principe accitus cũ Flauio Grammatico, cuius de medicinali

Εἰ γὰρ μεγίστης ἐστὶ χαρμοσύνης μίαν ὑπὸ στολὴν μάρτυρος ἔχειν, πόσῳ μᾶλλον τοσαύτας χιλιάδας στίχων, δι' ὧν ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τὰ ἴχνη τοῦ οἰκείου καταλέλοιπε πάθους; ἔγραψε δὲ πρὸ τοῦ Εὐσέβιον συγγράψαι ἀπολογητικὸν ὑπὲρ Ὠριγένους, καὶ ἔπαθεν ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης ἐν τῷ Μαξιμίνου διωγμῷ.

Πιέριος τῆς κατὰ Αλεξάνδρειαν ἐκκλησίας πρεσβύτερος, ὑπὸ Κάρου καὶ Διοκλετιανοῦ βασιλέων, ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, ἐν ᾧ τὴν αὐτὴν ἐκκλησίαν Θεωνᾶς ἐπίσκοπος ἐκυβέρνα, ἀνθηρῶς τὸν λαὸν ἐδίδαξε, καὶ εἰς τοσαύτην τῶν τε λόγων καὶ διαφόρων ὁμιλιῶν, τῶν ἄχρι τήμερον τυγχανουσῶν, ἦλθεν εὐφυΐαν, ὥστε αὐτὸν νέον κληθῆναι Ὠριγένην. ὡμολόγηται δὲ στοῦτον τῆς τε ἀσκήσεως καὶ ἑκουσίου πτωχείας γεγενῆσθαι σφαστὴν, ἔμπειρον ὄντα Διαλεκτικῆς καὶ Ῥητορικῆς ὑπὸ στήμης, καὶ μετὰ τὸν διωγμὸν, πάντα τὸν βίον ἐν τῇ Ῥώμῃ διατετελεκέναι. ἔστι τούτου μακροτάτη ὁμιλία περὶ Ὠσηὲ τοῦ προφήτου, ἣν τινα τῇ παννυχίδι τοῦ πάσχα ἁρμόττειν πρὸς τὴν ἀναγνωσιν, αὐτὸς ὁ λόγος δηλοῖ.

Λουκιανὸς ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, τῆς κατὰ Αντιόχειαν ἐκκλησίας πρεσβύτερος, τοσοῦτον ἐν τῇ ἀσκήσει τῶν γραφῶν κέκμηκεν, ὥστε ἄχρι τοῦ παρόντος τινὰ τῶν ἀντιγράφων κληθῆναι Λουκιάνεια. Φέρονται αὐτοῦ περὶ πίστεως λόγοι, καὶ βραχύταται πρός τινας ὑπὸ στολαί. ἀπέθανεν ἐν Νικομηδείᾳ ὑπὲρ τῆς χριστοῦ ἐξομολογήσεως, ἐν τῷ διωγμῷ Μαξιμίνου, καὶ ἐτάφη ἐν Ελενοπόλει τῆς Βιθυνίας.

Φιλέας ἀπὸ πόλεως Θμούεως τῆς Αἰγύπτου, περιφανὴς τῷ γένει, καὶ οὐ μικρᾶς περιουσίας, ὑπὸ σκοπὴν δεξάμενος, εὐφυέστατον λόγον περὶ τῶν ἐπαίνων τῶν μαρτύρων συνεγράψατο, καὶ διάλογον τῆς γενομένης πράξεως ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος καταναγκάζοντος αὐτὸν ὑπὸ θύειν. οὗτος ὑπὲρ τοῦ χριστοῦ ἀποτέμνεται, διωγμοῦ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ὄντος, κἀκείνου αὐθεντοῦντος τοῦ καὶ ὑπὸ Λουκιανοῦ ἐν Νικομηδείᾳ.

Αρνόβιος ὑπὸ Διοκλετιανοῦ ἐν Σίκκῃ τῇ πόλει τῆς Αφρικῆς, ἀνθηρῶς τὴν ῥητορικὴν ἐδίδαξε, καὶ συνεγράψατο κατὰ τῶν ἐθνῶν τεύχη, ἅπερ τυγχάνει παρὰ πολλοῖς.

Φιρμιλιανὸς, ὁ καὶ Λακτάντιος, Αρνοβίου μαθητὴς ὑπὸ Διοκλετιανοῦ βασιλέως μετασταλεὶς μετὰ Φλαβίου γραμματικοῦ, οὗ τινος πε-

dicinalibus uersu compositi extāt libri, Nicomediæ rhetoricam docuit, ac penuria discipulorum ob Græcā uidelicet ciuitatem, ad scribendum se contulit. Habemus eius symposium, quod adulescentulus scripsit, ὁδοιπορικὸν de Africa usque ad Nicomediam, hexametris scriptum uersibus: & alium librū, qui inscribitur Grammaticus, & pulcherrimum de ira dei, & institutionum diuinarum aduersum gentes libros septem: & πολυμὴν eiusdem operis in libro uno acephalo, & ad Asclepiadem libros duos. De persecutione librum unū. Ad Probum epistolarum libros quatuor, Ad Seuerum, epistolarum libros duos. Ad Demetrianum auditorem suum, libros duos. Ad eundem de opificio dei, uel formatione hominis, librum unum. Hic extrema senectute magister Cæsaris Crispi, filij Cōstantini in Gallia fuit, qui postea à patre interfectus est.

EVsebius Cæsareæ Palæstinæ episcopus, in scripturis diuinis studiosissimus, & bibliothecæ diuinæ cū Pamphilo martyre diligentissimus peruestigator, ædidit infinita uolumina. De quibus hæc sunt: εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως libri uiginti. εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς libri quindecim. θεοφανείας libri quinq;. Ecclesiasticę historiæ libri decem, Chronicorū canonum omnimodam historiam, & eorum πολυμὴν. Et de euangeliorum diaphonia. In Esaiam libri decem, & contra Porphyriū, qui eodem tempore scribebat in Sicilia, ut quidam putant, libri triginta: de quibus ad me uiginti tantū peruenerunt. τοπικῶν librum unum. ἀπολογίας pro Origene libros sex, De uita Pamphili libros tres. De martyribus alia opuscula. Et in centum quinquaginta psalmos eruditissimos commentarios: & multa alia. Floruit maxime sub Constantino imperatore & Cōstantio, & ob amicitiam Pamphili martyris ab eo cognomentū sortitus est.

RHæticius Eduorum, id est, Augustodunensis episcopus, sub Constantino celeberrimæ famæ habitus est in Gallijs. Leguntur eius commentarij in Cantica canticorum: & aliud grande uolumen aduersus Noua-

ρὶ ἰατρικῶν εἰσὶ δι' ἐπῶν συγγραφαὶ, ἐν Νικομηδείᾳ τὴν ῥητορικὴν ἐδίδαξε, καὶ τῇ πενίᾳ τῶν μαθητῶν, μάλιστα διὰ τὴν Ἑλληνικὴν πόλιν, εἰς συγγράμματα ἑαυτὸν μεθῆκεν. ἔχομεν τούτου συμπόσιον, ὅπερ νέος ἐν τῇ Ἀφρικῇ συνέταξε, καὶ ὁδοιπορικὸν ἀπὸ τῆς Ἀφρικῆς ἕως Νικομηδείας δι' ἑξαμέτρων συντεθὲν, καὶ ἄλλην βίβλον, ἥ τις πολυγράφεται γραμματικὸς, καὶ ὡραῖον περὶ ὀργῆς θεοῦ, καὶ θείων εἰσαγωγῶν κατὰ τῶν ἐθνῶν λόγους ἑπτὰ, καὶ πολυτομὴν τοῦ αὐτοῦ σπουδάσματος ἀκεφάλου, καὶ πρὸς Ἀσκληπιάδην λόγους δύο, περὶ διωγμοῦ λόγος εἷς, πρὸς Πρόβον πολυστολῶν λόγους τέσσαρας, πρὸς τὸν αὐτὸν περὶ δημιουργίας θεοῦ λόγον ἕνα. οὗτος ἐν τῷ ἐσχάτῳ γήρᾳ διδάσκαλος κατέστη καίσαρος Κρίσπου τοῦ υἱὸς Κωνσταντίνου ἐν Γαλλίαις, ὃς ὕστερον παρὰ τοῦ πατρὸς ἀνῃρέθη.

ΕΥσέβιος Καισαρείας Παλαιστίνης ἐπίσκοπος, ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς σπουδαῖος, καὶ τῆς θείας βιβλιοθήκης ἅμα Παμφίλῳ τῷ μάρτυρι, πολυμελέστατος ἀνιχνευτὴς, ἐξέδωκε πολλὰ τεύχη, ὧν εἰσί τάδε. Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως λόγοι εἴκοσι. Εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς λόγοι δέκα καὶ πέντε. Θεοφανείας λόγοι πέντε. Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας λόγοι δέκα. Χρονικῶν κανόνων παντοδαπῆς ἱστορίας, καὶ τούτων πολυτομή. περὶ τῆς εὐαγγελίων διαφωνίας. εἰς Ἡσαΐαν λόγοι δέκα. κατὰ Πορφυρίου, τοῦ τότε συγγράφοντος ἐν Σικελίᾳ, ὥς τινες οἴονται λόγοι τριάκοντα, ἀφ' ὧν εἰς ἐμὲ λόγοι εἴκοσι μόνον περιῆλθον. Τοπικῶν λόγος εἷς. ἀπολογίας ὑπὲρ Ὠριγένους λόγοι ἕξ. περὶ τοῦ βίου Παμφίλου λόγοι τρεῖς. περὶ μαρτύρων ἕτερα συγγράμματα. καὶ εἰς τοὺς ρ ν. ψαλμοὺς δεδοκιμασμένα ὑπομνήματα, καὶ ἕτερα πολλά. ἤνθησε μάλιστα ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως καὶ Κωνσταντίου. ἐπὶ διὰ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς Πάμφιλον τὸν μάρτυρα, τῇ ἐπωνυμίᾳ αὐτοῦ ἐκλήθη.

ΡΑιτίκιος Ἰδουαρῶν, τουτ' ἔστιν Αὐγουστοδίας ἐπίσκοπος, ἐπὶ Κωνσταντίνου ἀπολήψεως χρηστῆς ἐγένετο ἐν τῇ Γαλλίᾳ. ἀναγινώσκονται τούτου ὑπομνήματα εἰς ἄσματα τῶν ἀσμάτων, καὶ μέγα τεῦχος κατὰ Νωβατιανοῦ, οὐ-

A sus Nouatianũ, nec præter hoc quicquam eius operum reperi.

MEthodius Olympi Lyciæ, & postea Tyri episcopus, nitidi compositiq; sermonis, aduersum Porphyrium confecit libros, & symposium decem uirginum, de resurrectione opus egregium: cõtra Origenem, & aduersus eundem de Pythonissa, & de autexusio. In Genesim quoque & in Cantica canticorum commentarios: & multa alia quæ uulgo lectitantur, & ad extremum nouissimæ persecutionis, siue ut alij affirmant, sub Decio & Valeriano in Chalcide Græciæ, martyrio coronatus est.

IVuencus nobilissimi generis, Hispanus, presbyter, quatuor euangelia hexametris uersibus penè ad uerbum transferens, quatuor libros composuit, & nonnulla eodem metro ad sacramentorum ordinem pertinentia. Floruit sub Constantino principe.

EVstathius genere Pamphylius Sidites, primum Berœæ Syriæ, deinde Antiochiæ rexit ecclesiã: & aduersum Arianorũ dogma componens multa, sub Con-
B stantio principe pulsus est in exilium Traianopolim Thraciarum, ubi usque hodie conditus est. Extant eius uolumina de anima, de engastrimytho aduersum Origenem, & infinitæ epistolæ, quas enumerare longum est.

MArcellus Ancyranus episcopus, sub Constante & Constantino principibus floruit, multaq; diuersarum ὑποθέσεων scripsit uolumina, & maxime aduersum Arianos. Feruntur contra hunc Asterij & Apollinarij libri, Sabellianæ eum hæresis arguentes: sed & Hilarius in septimo aduersum Arianos libro, nominis eius quasi hæretici meminit. Porrò ille defendit se nõ esse dogmatis, cuius accusatur, sed communione Iulij & Athanasij, Romanæ & Alexandrinæ urbis pontificum, se esse munitum.

AThanasius Alexãdrinæ urbis episcopus, multas Arianorum perpessus insidias, ad Constantem Galliarum principem fugit: unde reuersus cum literis, & rursum post mortem eius fugatus, usque ad Iouiniani imperium latuit, à quo recepta ecclesia

νοῦ, οὐδὲν δὲ ἕτερον πλὴν τούτων, ἐκ τῶν αὐτοῦ εὗρον συγγραμμάτων.

ΜΕθόδιος Ολύμπου Λυκίας, καὶ μετὰ ταῦτα Τύρου ἐπίσκοπος, λαμπροῦ καὶ συγκειμένου λόγου, κατὰ Πορφυρίου συνέταξε τεύχη, καὶ συμπόσιον δέκα παρθένων, περὶ ἀναστάσεως λόγον ἄριστον, κατὰ Ὠριγένους, κατὰ τοῦ αὐτοῦ περὶ Πυθωνίσσης, καὶ περὶ αὐτεξουσίου, εἰς τὴν γένεσίν τε, καὶ εἰς τὰ ἄσματα τῶν ἀσμάτων ὑπομνήματα, καὶ ἕτερα πολλὰ χύδην ἀναγινωσκόμενα, ὃς περὶ τὰ τελευταῖα τοῦ διωγμοῦ, καθώς τινες διαβεβαιοῦνται, ὠδῆ Δεκίου καὶ Βαλεριανοῦ, ἐν Χαλκίδι τῆς ἀνατολῆς μαρτυρήσας ἐστεφανώθη.

ΙΟύβεγκος περιφανοῦς γένους, Ισπανὸς, πρεσβύτερος, τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων δι' ἑξαμέτρων σχεδὸν κατὰ πόδας τέσσαρας συνέταξε βίβλους. καί τινα τοῦ αὐτῷ μέτρῳ εἰς μυστικὴν προσήκοντα τάξιν. ἤνθησεν ὠδῆ Κωνσταντίνου βασιλέως.

ΕΥστάθιος τοῦ γένει Παμφύλιος, Σιδίτης, πρῶτον μὲν τὴν ἐν Βεροίᾳ τῆς Συρίας, ἔπειτα τὴν Αντιοχείαν ἐκυβέρνησεν ἐκκλησίαν, κατὰ τοῦ δόγματος τῶν Αρειανῶν πολλὰ συντάξας, ὠδῆ Κωνσταντίου βασιλέως ἐξωστρακίσθη εἰς Τραϊανόπολιν τῆς Θράκης, ἐν ᾗ καὶ ἐτάφη. Εἰσὶ τούτου συγγράμματα περὶ ψυχῆς, περὶ ἐγγαστριμύθου κατὰ Ὠριγένους, καὶ ἄλλαι πολλαὶ ἐπιστολαὶ, ἃ ἀπαριθμεῖσθαι περισσόν.

ΜΑρκελλος Αγκυρανὸς ἐπίσκοπος, ὠδῆ Κωνσταντίου καὶ Κώνσταντος ἤνθησε, πολλὰ διαφόρων ὑποθέσεων γράψας τεύχη, καὶ μάλιστα κατὰ τῶν Αρειανῶν. Φέρονται κατ' αὐτοῦ Αστερίου καὶ Απολλιναρίου λόγοι, Σαβελλιανῆς εἶναι αἱρέσεως εὐθύνοντες. καὶ Ιλάριος δὲ ἐν τοῦ ἑβδόμῳ κατὰ τῶν Αρειανῶν λόγῳ, οἷα δὴ αἱρετικοῦ μέμνηται. ἀλλ' ἐκεῖνος ἀπολογεῖται, μὴ εἶναι οὗ κατηγορεῖται δόγματος, τῇ κοινωνίᾳ πεπριθὼς Ιουλίου καὶ Αθανασίου Ρώμης καὶ Αλεξανδρείας ἐπισκόπων.

ΑΘανάσιος Αλεξανδρείας ἐπίσκοπος, πολλὰς παρὰ τῶν Αρειανῶν ὑπομείνας ἐπιβουλὰς, πρὸς κώνσταντα τὸν Γαλλιῶν βασιλέα προσέφυγεν. ὅθεν ἀναζεύξας μετὰ γραμμάτων, καὶ αὖθις μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν διωχθεὶς, ἕως τῆς βασιλείας Ιοβιανοῦ διέλαθε, καὶ ἀναλαβὼν τὴν ἐκκλη

clesia, sub Valente moritur. Feruntur eius aduersum gentes duo libri, & contra Valentem & Vrsatium unus, & de uirginitate, & de persecutionibus Arianorum plurimi, & de psalmorum titulis, & historia, Antonij monachi uitam continens: & ἑορταστικὰ epistolæ: & multa alia, quæ enumerare longum est.

ANtonius monachus, cuius uitã Athanasius, Alexãdrinæ urbis episcopus, insigni uolumine prosequutus est, misit Aegyptiace ad diuersa monasteria apostolici sensus sermonisq; epistolas septem, quæ in Græcam linguã translatæ sunt: quarum præcipua est ad Arsenoitas. Floruit sub Constantino & filijs eius regnantibus. Vixit annos centum quinque.

BAsilius Ancyranus episcopus, artis medicinæ, scripsit contra Marcellum de uirginitate librũ, & nonnulla alia: & sub rege Constantio, Macedonianæ partis, cum Eustathio Sebasteno princeps fuit.

THeodorus Heraclię Thraciarum episcopus, elegantis apertiq; sermonis & magis historicæ intelligentiæ, ædidit sub Cõstantio principe commentarios in Matthæum, & in Ioannem, & in Apostolum, & in Psalterium.

EVsebius Emesenus episcopus, elegantis & rhetorici ingenij, innumerabiles & qui ad plausum populi pertinent, confecit libros: magisq; historiam sequutus, ab his qui declamare uolunt, studiosissime legitur: è quibus uel præcipui sunt aduersum Iudæos & gentes & Nouatianos, & ad Galatas libri decem, & in euangelia homiliæ breues, sed plurimæ. Floruit temporibus Constantij imperatoris, sub quo & mortuus Antiochiæ sepultus est.

TRiphyllius Cypri Ledrensis, siue λευτεῶνος episcopus, eloquẽtissimus suę ætatis & sub rege Cõstantio celeberrimus fuit. Legi eius in Cantica canticorum commentarios. Et multa alia composuisse refertur, quæ in nostras manus minime peruenerunt.

DOnatus, à quo Donatiani, per Aphricam sub Constante Constantinoq; princi-

σίαν, ὠδὶ Οὐάλεντος τελευτᾷ. Φέρονται C
αὐτοῦ κατὰ τῶν ἐθνῶν λόγοι δύο, κατὰ Οὐάλεντος καὶ Οὐρσακίου εἷς, περὶ παρθενίας, περὶ διωγμῶν Αρειανῶν πλεῖστοι, περὶ ὠλγραφῆς ψαλμῶν, καὶ ἱστορία Αντωνίου ἀναχωρίτου τὸν βίον περιέχουσα, καὶ ἑορταστικὰ ὠλστολαὶ, καὶ πλεῖστα ἄλλα τινα, ἅπερ ἀπαριθμεῖσθαι ὀκνῶ.

ΑΝτώνιος μοναχὸς, οὗ τὸν βίον Αθανάσιος Αλεξανδρείας ἐπίσκοπος ὠλσήμῳ τεύχει διεξῆλθεν, ἔστειλε πρὸς διαφορα τῆς Αἰγύπτου μοναστήρια, ἀποστολικοῦ χαρακτῆρος καὶ λόγου ὠδὶ στολὰς ἑπτὰ εἰς Ελληνικὴν διάλεκτον μεταφρασθείσας, ὧν ἐξαίρετός ἐστι ἡ πρὸς τοὺς Αρσενοΐτας. ἤνθησεν ἐπὶ Κωνσταντίου καὶ τῶν τούτου παίδων βασιλευόντων.

ΒΑσίλειος Αγκυρανὸς ἐπίσκοπος, ἔγραψε κατὰ Μαρκέλλου, καὶ περὶ παρθενίας λόγον, καὶ οὐκ ὀλίγα ἄλλα, καὶ βασιλεύοντος Κωνσταντίου, Μακεδονιανῆς θρησκείας ἅμα Εὐσταθίῳ Σεβαστηνῷ ἦρξεν.

ΘΕόδωρος Ηρακλείας τῆς Θρακῶν ἐπίσκοπος, εὐφυοῦς καὶ ἀρίστου λόγου καὶ D
ἱστορικῆς διανοίας, ἐξέδωκεν ὠδὶ Κωνσταντίου βασιλέως ὑπομνήματα εἰς Ματθαῖον καὶ Ἰωάννην, καὶ εἰς τὸν Ἀπόστολον, καὶ εἰς τὸ ψαλτήριον.

ΕΥσέβιος Εμεσηνὸς, εὐφυῶς καὶ ῥητορικῶς, ἀναριθμήτους καὶ εἰς κρότον τοῦ λαοῦ συντείνοντας ἐπριήσατο λόγους, καὶ μᾶλλον ἀκολουθῶν ἱστορίᾳ, ὅστις σπουδαιότερον ἀναγινώσκεται παρὰ τῶν κρότοις χαιρόντων, ἀφ' ὧν εἰσιν ἐξαίρετοι λόγοι δέκα, κατὰ τῶν Ιουδαίων καὶ ἐθνῶν καὶ Νωβατιανῶν, καὶ πρὸς Γαλάτας εἷς, εἰς εὐαγγέλια ὁμιλίαι βραχύταται μὲν, πολλαὶ δέ. ἤνθησεν ὠδὶ Κωνσταντίου βασιλέως, καὶ τελευτήσας ἐν Αντιοχείᾳ ἐτάφη.

ΤΡιφύλλιος Κύπρου Λήδρου, ἤτοι λευτεῶνος ἐπίσκοπος, εὐφραδὴς καὶ ἐπὶ Κωνσταντίου ἐπίσημος. ἀνέγνων τούτου εἰς ἄσματα ἀσμάτων ὑπομνήματα. ὅστις πολλὰ λέγεται συγγεγραφέναι, ἅτινα εἰς τὰς ἡμετέρας χεῖρας οὐ περιῆλθον.

ΔΩνᾶτος, ἀφ' οὗ οἱ Δωνατισταὶ ἐν τῇ Αφρικῇ, ὠδὶ Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως, φάσκων παρὰ ἡμετέρων τὰς θείας γραφὰς ἐν τῷ διωγμῷ τοῖς

A principibus, asserens à nostris scripturas in persecutione ethnicis traditas, totam penè Africam & maxime Numidiã sua persuasione decepit. Extant eius multa ad suã hæresim pertinentia, & de spiritu sancto liber Ariano dogmati congruens.

ASterius Arianæ philosophus factionis, scripsit, regnante Constantio, in epistolam ad Romanos, & in euangelia, & psalmos commentarios, & multa alia, quæ à suæ partis hominibus studiosissime leguntur.

LVcifer Caracalitanus episcopus, cum Pancratio & Hilario Romanæ ecclesiæ clericis, ad Constantium Imperatorem à Liberio episcopo, pro fide legatus missus, cum nollet sub nomine Athanasij Nicenam damnare fidem, in Palæstinam relegatus, miræ constantiæ & præparati animi ad martyrium, contra Constantium imperatorem scripsit librum, eiq; legendum misit: ac non multo post, sub Iuliano principe Caraclis reuersus, Valentiniano regnante obijt.

B EVsebius natione Sardus, et ex lectore urbis Romanæ, Vercellensis episcopus, ob confessionem fidei à Constantio principe Scythopolim, & inde Cappadociam relegatus, sub Iuliano imperatore ad ecclesiam reuersus, ędidit in psalmos commẽtarios Eusebij Cęsarienſis, quos de Græco in Latinum uerterat. Mortuus est Valentiniano & Valente regnantibus.

FOrtunatianus, natione Afer, Aquileiensis episcopus, imperante Constantino, in euangelia titulis ordinatis, breui & rustico sermone scripsit commentarios: & in hoc habetur detestabilis, quod Liberium Romanæ urbis episcopum, pro fide ad exilĩ pergentẽ, primus solicitauit, ac fregit, & ad subscriptionem hæreseos compulit.

ACacius, quem quia luscus erat, μονόφθαλμον nuncupabant, Cæsarienſis ecclesiæ in Palæstina episcopus, elaborauit in Ecclesiasten decẽ & septem uolumina & συμμίκτων ζητημάτων sex, & multos præterea diuersosq; tractatus. Intantũ autem sub Constantio imperatore claruit, ut in Liberĩ

μῶ τοῖς ἐθνικοῖς παραδεδόσθαι, πᾶσάν τῶν Αφρικὴν καὶ μάλιστα τὴν Νουμιδίαν τῇ ταύτοῦ ὑπάτησεν. Εἰσὶ τούτου πολλὰ, τῇ αὐτῇ αἱρέσει ἀνήκοντα, καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος λόγος, τῷ Αρειανῶν δόγματι ἁρμόζων.

ΑΣτέριος Αρειανικὸς φιλόσοφος αἱρέσεως, ἔγραψε βασιλεύοντος Κωνσταντίου, εἰς τὴν πρὸς Ρωμαίους, καὶ εἰς εὐαγγέλια, καὶ ψαλμῶν ὑπομνήματα, καὶ ἕτερα πολλὰ, ἅπινα παρὰ τῶν τῆς αὐτῆς αἱρέσεως ἀνδρῶν ἀναγινώσκεται.

ΛΟυκίφερ Καραλεως ἐπίσκοπος, ἅμα Παγκρατίῳ καὶ Ιλαρίῳ τοῖς ἐκκλησίας Ρώμης κληρικοῖς, πρὸς Κωνσάντιον βασιλέα παρὰ Λιβερίου πρεσβεύων, ὑπὲρ τῆς πίστεως εἰς πρεσβείαν σαλεὶς, μὴ βουλόμενος ἐπ' ὀνόματι Αθανασίου, τὴν Νικαίων σύνοδον καταλῦσαι, εἰς Παλαιστίνην ἀποσταθεὶς βαρυμανίας ἐγκρατείας καὶ εὐπρεπισμένῳ λογισμῷ εἰς μαρτύριον, συνέταξε λόγον κατὰ Κωνσταντίου, ὅπερ τε αὐτῷ ἀπίσειλεν ἀναγνωσθησόμενον, καὶ μετ' οὐ πολὺ βασιλεύοντος Ἰουλιανοῦ, εἰς τὴν Καραλίνων ἀναζεύξας, ὡς Βαλεντινιανοῦ βασιλέως ἐτελεύτησεν.

ΕΥσέβιος γένει Σάρδης, καὶ ἀπὸ ἀναγνωστῶν τῆς ἐκκλησίας Ρώμης, Βερκελλίνσης ἐπίσκοπος, διὰ τὴν τῆς πίστεως ἐξομολόγησιν ὑπὸ Κωνσταντίου βασιλέως εἰς Σκυθόπολιν, κἀκεῖθεν εἰς Καππαδοκίαν ἐξορισθεὶς, ὡς Ἰουλιανοῦ τὸ βασιλέως εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀναζεύξας, ἐξέδωκεν εἰς τοὺς ψαλμοὺς ὑπομνήματα Εὐσεβίου τοῦ Καισαρέως, ἅπινα ἀπὸ Ελληνικῆς εἰς Ρωμαϊκὴν μετενηνόχει. καὶ ἐτελεύτησεν ὡς Βαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος.

ΦΟυρτουνατιανὸς, γένει Αφρος, Ακυληίας ἐπίσκοπος, βασιλεύοντος Κωνσταντίου, εἰς τὰ εὐαγγέλια κανόνας διατυπώσας, βραχύτατα ὑπομνήματα λόγῳ ἀγροικῷ συνέταξε. διὸ καὶ ἐστὶν ἀποδοκιμαστὸς, ὅτι Λιβέριον Ρώμης ἐπίσκοπον, ὑπὲρ τῆς πίστεως εἰς ἐξορίαν ἀπιόντα, οὐ μόνον ὑπεμνύθυσεν, καὶ ὑπεσκέλισεν, ἀλλὰ καὶ εἰς ὑπογραφὴν αἱρετικὴν κατηνάγκασεν.

ΑΚάκιος, ὃν λυσὶν ἐπεφύκει ἐνὶ ὀφθαλμῷ πρὸς λίθον, μονόφθαλμον ἐκάλεσαν, τῆς ἐν Γαλαλαίᾳ Καισαρείας ἐπίσκοπος, συνέταξε εἰς ἐκκλησιαστὴν διήγησιν καὶ ἐπιστολὰς, καὶ συμμίκτων ζητημάτων ἓξ, καὶ πολλὰς διαφόρους ὁμιλίας. Εἰς βάθος δὲ ὡς Κωνσταντίου βασιλέως διέπρεψεν, ὥστε εἰς

Liberij locũ, Romæ Felicem Arianum episcopum constitueret.

SArapion Θμούεως, Aegypti urbis, episcopus, qui ob elegantiam ingenij, cognomẽ scholastici meruit, charus Antonij monachi, ædidit aduersum Manichæum egregium librum, & de psalmorum titulis alium, & ad diuersos utiles epistolas. Et sub Constãtio principe etiam in confessione inclytus fuit.

HIlarius, urbis Pictauorum Aquitaniẹ episcopus, factione Saturnini Arelatensis episcopi, de synodo Piterensi, Phrygiam relegatus, duodecim aduersus Arianos confecit libros. Et alium librum de synodis, quem ad Galliarum episcopos scripsit. Et in psalmos commentarios, primum uidelicet & secundum, & à quinquagesimo primo usque ad sexagesimum secundum, & à centesimo decimooctauo usque ad extremum, in quo opere imitatus Origenem, nonnulla etiam de suo addidit. Est eius & ad Constantiũ libellus, quem uiuenti Constantinopoli porrexerat. Et alius in Constantium, quem post mortem eius scripsit. Et liber aduersum Valentem & Vrsatium, historiam Ariminensis & Seleuciensis synodi continens. Et aduersus præfectum Salustium, siue contra Dioscorum, & liber hymnorum, & mysteriorum alius. Et commentarij in Matthẹum: & tractatus in Iob, quos de Græco Origenis ad sensum transtulit: & alius elegans libellus contra Auxentium: & nõnullæ ad diuersos epistolæ. Aiunt quidam scripsisse eum & in Cantica canticorum, sed à nobis hoc opus ignoratur. Mortuus est Pictauis Valentiniano & Valente regnantibus.

VIctorimus natione Afer, Romæ sub Constantio principe rhetoricam docuit: & in extrema senectute, Christi se tradens fidei, scripsit aduersus Arrium libros more dialectico ualde obscuros, qui ab eruditis modo intelliguntur: & commentarios in Apostolum.

TItus Bostrinus episcopus, sub Iuliano & Iouiano principibus, fortes aduersum Manichẹum scripsit libros, & nonnulla alia. Moritur autem sub Valente.

Damasus

τόπον Λιβερίου Φήλικα ἐπίσκοπον Ρώμης χειροτονῆσαι.

ΣΑραπίων Θμούεως ἐπίσκοπος, ὁ διὰ τὴν εὐφυΐαν ἐπονομασθεὶς σχολαστικὸς, γνήσιος φίλος Αντωνίου μοναχοῦ, ἐξέδωκε κατὰ Μανιχαίου ἐξαίρετον βίβλον, καὶ περὶ ψαλμῶν ἑτέραν, καὶ πρὸς διαφόρους ἀναγκαίας ψαλτολὰς. καὶ ἐπὶ Κωνσταντίου ἐν τῇ ἐξομολογήσει διέπρεψεν.

ΙΛαρίος, Πικταβίων Ακοιτανίας ἐπίσκοπος, συσκευῇ Σατουρνίνου τῆς Αρελατῶν ἐπισκόπου, ἀπὸ τῆς συνόδου Βιτεριστίων, εἰς Φρυγίαν ἐξορισθεὶς, δέκα καὶ δύο κατὰ Αρειανῶν συνέταξε λόγους, καὶ ἕτερον περὶ τῶν συνόδων, ὅν τινα πρὸς Γαλλιῶν ἐπισκόπους ἔγραψε, καὶ εἰς ψαλμοὺς ὑπομνήματα πρῶτον λέγω δὲ καὶ δεύτερον, ἀπὸ πεντηκοστοῦ πρώτου ἕως ἑξηκοστοῦ δευτέρου, καὶ ἀπὸ ἑκατοστοῦ ὀκτωκαιδεκάτου ἕως τοῦ εὐχάτου, ἐν ᾗ συνταξει Ωριγένην ἐμιμήσατο, τινὰ ἐξ ἰδίων προσθεὶς. ἔστιν αὐτοῦ καὶ πρὸς Κωνσταντίον λίβελλος, ὅν τινα περιόντι ἐν Κωνσταντινοπόλι ἐπέδωκε. καὶ ἕτερος εἰς Κωνσταντίον, ὅν τινα μετὰ τὴν αὐτοῦ ἀπόβιωσιν συνέταξε. καὶ βίβλοι κατὰ Οὐάλεντος καὶ Οὐρσακίου, τὴν ἱστορίαν τῆς Αριμυσίνου καὶ Σελευκείας συνόδου περιέχουσαι. καὶ πρὸς Σαλούστιον ἔπαρχον, ἤτοι κατὰ Διοσκόρου, καὶ τῶν Λιβερτίνων, καὶ ἕτερος λόγος μυστηρίων, καὶ ὑπομνήματα εἰς Ματθαῖον, καὶ εἰς τὸν Ἰὼβ ὁμιλίας, ἃς ἀπὸ τοῦ Ελληνικοῦ Ωριγένους μετέφρασε. καὶ ἕτερος εὐφυέστατος λίβελλος, κατὰ Αὐξεντίου καὶ πολλαὶ πρὸς διαφόρους ψαλτολαί. Φασὶ δέ τινες γεγραφέναι αὐτὸν καὶ εἰς τὰ ἄσματα τῶν ἀσμάτων, ἅπερ παρ' ἡμῖν ἐστιν ἄγνωστα. ἐτελεύτησεν ἐν Πικταβῇ Βαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος βασιλευόντων.

ΒΙκτωρῖνος γένει Αφρος, Κωνσταντίου βασιλεύοντος, ἐν τῇ Ρώμῃ τὴν ῥητορικὴν διδάξας, ἐν τῷ ἐσχάτῳ γήρᾳ Χριστιανὸς γενόμενος, κατὰ Αρείου λόγους διαλεκτικοὺς πάνυ ἀμαυροὺς συνέγραψεν, οἵ τινες παρὰ τῶν πεπαιδευμένων μόνον νοοῦνται, καὶ ὑπομνήματα εἰς τὸν ἀπόστολον.

ΤΙτος Βοστρίνων ἐπίσκοπος, ἐπὶ Ἰουλιανοῦ καὶ Ἰοβιανοῦ βασιλευόντων, ἰσχυροὺς κατὰ τῶν Μανιχαίων συντάξας λόγους, καὶ ἕτερα πολλά, ἐπὶ Οὐάλεντος ἐτελεύτησεν.

Δαμασος

A DAmasus Romanæ urbis episcopus, elegans in uersibus componendis ingenium habuit, multaq; & breuia metro ædidit: & prope octogenarius sub Theodosio principe mortuus est.

APollinarius Laodicenus Syriæ episcopus, patre presbytero, magis Grāmaticis in adolescentia operam dedit, & postea in sanctas scripturas innumerabilia scribens, sub Theodosio imperatore obijt. Extant eius aduersum Porphyrium triginta libri, qui inter cætera opera eius uel maxime probantur.

GRegorius Bæticus Iliberi episcopus, usq; ad extremam senectutem diuersos mediocri sermone tractatus composuit: & de fide elegantem librum, qui hodieq; supersse dicitur.

PAcianus in Pyrenæi iugis, Barcilonæ episcopus, castitate & eloquentia, & tam uita quàm sermone clarus: scripsit uaria opuscula, de quibus est κόρβ⊖, & contra Nouatianos. Sub Theodosio principe iam ultima senectute mortuus est.

B PHotinus de Gallogræcia, Marcelli discipulus, Sirmij episcopus ordinatus, Hebionis hæresim instaurare conatus est: postea à Valentiniano principe pulsus ecclesia, plura scripsit uolumina, in quibus uel præcipua sunt contra gentes, & ad Valentinianum libri.

SOEbadius Agenni Galliarum episcopus, ædidit contra Arianos librum. Dicuntur & eius esse alia opuscula, quæ nec dum legi. Viuit usque hodie decrepita senectute.

DIdymus Alexandrinus, captus à parua ætate oculis, & ob id elemētorum quoque ignarus, tantū miraculum sui omnibus præbuit, ut Dialecticam quoque & Geometriam, quæ uel maxime uisu indiget, usque ad perfectum didicerit. Is plura opera & nobilia conscripsit: Commentarios in psalmos omneis: commentarios in euangeliū Matthæi & Ioānis: & de dogmatibus, & contra Arianos libros duos: & de spiritu sancto librum unum, quem ego in Latinum

Δ Αμασ⊖ Ρῶμης ἐπίσκοπ⊖, εἰς ἑρμηνείαν εὐφυὴς, πολλὰ καὶ σώφρονα ἡρωϊκῷ μέτρῳ ἐξέδωκε, ἐπ' ὀγδοηκοστοῦτης ὡδὶ Θεοδοσίου βασιλέως ἐτελεύτησεν.

Α Πολλινάρι⊖ Λαοδικείας τῆς Συρίας ἐπίσκοπ⊖, πατρὸς πρεσβυτέρου, ἐν τῇ νεότητι μᾶλλον τῶν γραμματικῶν ἤσκησεν, ὕστερον δὲ εἰς τὰς θείας γραφὰς ἀναρίθμητα συντάξας τύχη, Θεοδοσίου βασιλεύοντ⊖ ἐτελεύτησεν. εἰσὶν αὐτοῦ κατὰ Πορφυρίου τριάκοντα λόγοι, ὅι τινος μεταξὺ τῶν ἄλλων αὐτοῦ συγγραμμάτων μᾶλλον ἐκρίθησαν.

Γ Ρηγόρι⊖ Ἐλιβέρρ τῆς Βαιτικῆς ἐπίσκοπ⊖, ἕως τῆς ἐσχάτης ἡλικίας διαφόρους ὁμιλίας κοινῷ λόγῳ συνέταξε, καὶ περὶ πίστεως λόγον ἄριστον, ὃς τις ἄχρι τοῦ παρόντ⊖ λέγεται περιεῖναι.

Π Ακιανὸς ἐν τοῖς Πυρηναίου μέρεσι Βαρκίλων⊖ ἐπίσκοπ⊖, σώφρονι βίῳ, εὐφραδείᾳ, καὶ λόγῳ λαμπρὸς, συνέταξε ποικίλα, ἀφ' ὧν ἔστι κόρβ⊖, καὶ κατὰ τῶν Νωβατιανῶν. ὡδὶ Θεοδοσίου βασιλέως ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ ἐτελεύτησεν.

Φ Ωτεινὸς ἀφ' τῆς Γαλλογραικίας, Μαρκέλλου μαθητὴς, Σιρμίου ἐπίσκοπ⊖ τῶν τῆς Εβιωνίτων αἱρέσιν ἀνανεῶσαι ἐπεχείρησεν, ὕστερον παρὰ Βαλεντινιανοῦ βασιλέως ἐξεώσθη τῆς ἐκκλησίας, πολλὰ συνταξας τύχη, ἀφ' ὧν εἰσιν ἐξαίρετοι κατὰ τῶν ἐθνῶν, & πρὸς Βαλεντινιανὸν λόγοι.

Σ Οιβαδδ⊖ Αγγενοῦ τῆς κατὰ Γαλλίας ἐπίσκοπ⊖, ἐξέδωκε κατὰ Αρειανῶν τοῦ χ⊖. λέγονται αὐτοῦ καὶ ἕτερα εἶναι σπουδάσματα, οἷς οὔπω ἐνέτυχον. μέχρι νῦν ζῇ, ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ διάγων.

Δ Ιδυμ⊖ Αλεξανδρεὺς, ἐκ νέας ἡλικίας βλαβεὶς τὰς ὄψεις καὶ διὰ τοῦτο ἄπειρ⊖ τῶν στοιχείων, τοσοῦτον θαῦμα πᾶσι παρεῖχε, ἕως τι τῶν διαλεκτικῶν, καὶ γεωμετρικῶν, ἥ τις μάλιστα ὁράσεως χρήζει, εἰς ἄκρον ἐκμεμαθηκέναι, ὅς τις πολλὰ καὶ πρόφανῆ συνέταξε, τουτ' ἔστιν, ὑπομνήματα εἰς πάντας τοὺς ψαλμοὺς, ὑπομνήματα εἰς Ματθαῖον καὶ Ἰωάννου, καὶ περὶ δογμάτων, καὶ κατὰ Αρειανῶν λόγους δύο. καὶ περὶ πνεύματ⊖ ἁγίου λόγον ἕνα, ὃν τινα ἐγὼ εἰς

Ρωμαϊκὸν

Latinum uerti: in Esaiam tomos decem & octo: in Osee ad me scribens commẽtariorum libros tres: & in Zachariam, meo rogatu, libros quinque: & infinita alia quæ digerere proprij indicis est. Viuit usq; hodie, & octogesimumtertium ætatis excessit annum.

OPtatus Afer, episcopus Miliuitanus, ex parte catholica, scripsit Valẽtiniano & Valẽtino principibus aduersum Donatianę partis calumniã libros sex: in quibus asserit, crimen Donatianorum in nos falso retorqueri.

AQuilius Seuerus, in Hispania, de genere illius Seueri, ad quem Lactantij duo epistolarũ scribuntur libri: composuit uolumen, quasi ὁδοιπορικὸν, totius suę uitæ statum continens, tam prosa quàm uersibus, quod uocauit καταστροφὴν, siue πεῖραν: & sub Valentiniano principe obijt.

CYrillus Hierosolymæ episcopus, sæpe pulsus ecclesia & receptus: ad extremum sub Theodosio principe octo annis inconcussum episcopatũ tenuit. Extant eius κατηχήσεις, quas in adolescentia composuit.

EVzoius apud Thespesium rhetorem cum Gregorio Nazianzeno episcopo adulescens Cæsareæ eruditus est: & eiusdem urbis episcopus, plurimo labore, corruptam bibliothecã Origenis & Pamphili, in membranis instaurare conatus est, Ad extremum sub Theodosio principe ecclesia pulsus est. Feruntur eius uarij multiplicesq; tractatus, quos nosse perfacile est.

EPiphanius Cypri Salaminæ episcopus scripsit aduersum omnes hæreses libros, & multa alia, quæ ab eruditis propter res, à simplicioribus propter uerba lectitantur. Superest usque hodie, & in extrema senectute uaria cudit opera.

EFræm Edissenæ ecclesię diaconꝰ, multa Syro sermone composuit: & ad tantam uenit claritudinem, ut post lectionem scripturarum publice in quibusdã ecclesijs eius scripta recitentur. Legi eius de spiritu sancto Græcum uolumen, quod quidam de Syria-

Ρωμαϊκὸν μετέφρασα. εἰς Ἡσαΐαν τόμους ὀκτωκαίδεκα. εἰς Ὠσηὲ πρὸς ἐμὲ γράφων, ὑπομνημάτων λόγους τρεῖς. εἰς Ζαχαρίαν ἐμοῦ περικαλέσαντος λόγους πέντε. ὑπομνήματα εἰς τὸν Ἰὼβ, καὶ ἄλλα ἄπειρα, ἅ τινα διηγήσασθαι, ἰδίου ἐστὶ καταλόγου. Περίεστιν ἄχρι τοῦδε, καὶ ὀγδοηκοστὸν τρίτον ἐπλήρωσεν ἐνιαυτόν.

ΟΠτᾶτος ἐπίσκοπος τῆς Μιλιουιτῆν, τοῦ μέρους τῆς καθολικῆς, ἔγραψε πρὸς Βαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος κατὰ τῶν Δονατιανῶν συκοφαντίας λόγους ἓξ, ἐν οἷς λέγει, τὸ ἔγκλημα παρὰ τῶν Δωνατιστῶν εἰς ἡμᾶς, ψευδῶς ἐπηνέχθαι.

ΑΚύλιος Σεβῆρος, ἐν ταῖς Ἱσπανίαις, ἀπόγονος Σεβήρου, πρὸς ὃν δύο Λακταντίου πρεσβυτέρων φέρονται λόγοι, συνέταξε τεῦχος ἐν ταῖξ ὁδοιπορικοῦ, πάντος τοῦ βίου αὐτοῦ περιέχον διήγημα, τοῦτο μὲν καταλογάδην, τοῦτο δὲ καὶ μέτρῳ ἡρωϊκῷ, ὅπερ ὠνόμασε καταστροφὴν, ἤτοι πεῖραν. καὶ ἐπὶ Βαλεντινιανοῦ βασιλέως ἐτελεύτησεν.

ΚΥρίλλος Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος, πολλάκις ἐξεωθεὶς τῆς ἐκκλησίας, ὕστερον Θεοδοσίου βασιλεύοντος, ἐπὶ ἐνιαυτοῦ ὀκτὼ ἀσάλευτον ἔσχε τὴν πρεσκοπὴν, οὗ τινος εἰσὶ κατηχήσεις, ἃς ἐν τῇ νεότητι συνέταξεν.

ΕΥζώϊος παρὰ Θεσπεσίῳ ῥήτορι, ἅμα Γρηγορίῳ Ναζιανζοῦ πρεσκόπῳ, νέος ἐν Καισαρείᾳ φοιτήσας, καὶ ὕστερον τῆς αὐτῆς πόλεως ἐπίσκοπος, πολλῷ πόνῳ, φθαρεῖσαν ἤδη τὴν Ὠριγένους καὶ Παμφίλου βιβλιοθήκην, ἐν σωματίοις ἀνανεῶσαι ἐπεχείρηκεν. καὶ ὕστερον ἐπὶ Θεοδοσίου βασιλέως, τῆς ἐκκλησίας ἐξεώθη. Φέρονται τούτου πολλαὶ καὶ πλεῖσαι ὁμιλίαι, αἷς ἐστι ῥάδιον ἐντυχεῖν.

ΕΠιφάνιος Κύπρου Σαλαμίνης ἐπίσκοπος, ἔγραψε κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων λόγους, καὶ ἕτερα πολλὰ, ἅ τινα παρὰ μὲν τῶν πεπαιδευμένων διὰ τὰ πράγματα, παρὰ δὲ τῶν ἰδιωτῶν διὰ τὰ ῥήματα ἀναγινώσκεται. Περίεστιν ἄχρι τοῦδε, καὶ ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ πρικίλα συντάττει συγγράμματα.

ΕΦραὶμ τῆς ἐν Εδέσσῃ ἐκκλησίας διάκονος, πολλὰ τῇ τῶν Σύρων διαλέξει συντέθηκε, καὶ εἰς τοσαύτην ἦλθε λαμπρότητα, ὥστε μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν θείων γραφῶν, δημοσίᾳ ἐν τισι τῶν ἐκκλησιῶν ἀναγινώσκεται τὰ συγγράμματα. ἀνέγνων περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος Ἑλληνικὸν τεῦχος, ὅπερ

A de Syriaca lingua uerterat: & acumen ſubli mis ingenij etiam in translatione cognoui. Deceſſit ſub Valente principe.

BAſilius Cæſareæ Cappadociæ, quæ prius Mazaca uocabatur, epiſcopus, egregios contra Eunomium elaborauit libros, & de ſpiritu ſancto uolumen, & in hexaemeron homilias nouem: & ἀσκητικόν, & breues uariosq; tractatus: moritur imperante Gratiano.

GRegorius, primum Saſimorum, dein de Nazianzenus epiſcopus, uir eloquentiſſimus, præceptor meus, à quo ſcripturas explanãte didici: ad triginta milia uerſuũ omnia opera ſua compoſuit, è quibus illa ſunt: De morte fratris Cęſarij: περὶ φιλοπτωχίας: laudes Machabæorũ: laudes Cypriani: laudes Athanaſij: laudes Maximi philoſophi, poſt exiliũ reuerſi, quem falſo nomine quidam Heronis ſuperſcripſerunt: quia eſt & alius liber, uituperatio nem eiuſdem Maximi cõtinens: quaſi non licuerit eundẽ & laudare & uituperare pro tempore. Et liber hexametro uerſu, uirginitatis & nuptiarum contra ſe diſſerentium.

B Aduerſum Eunomium liber unus. De ſpiritu ſancto liber unus. Contra Iulianum imperatorem liber unus. Sequutus eſt autem Polemonem dicendi charactere, uiuoq; ſe, epiſcopum in loco ſuo ordinãs, ruri uitam monachi exercuit. Deceſſitq; ante hoc fermè triennium ſub Theodoſio principe.

LVcius poſt Athanaſium Arianæ partis epiſcopus, uſque ad Theodoſium principem, à quo & pulſus eſt, Alexandrinam eccleſiam tenuit. Extant eius ſolennes de paſcha epiſtolæ, & pauci uariarum hypotheſeon libelli.

DIodorus Tarſenſis epiſcopus, dũ Antiochiæ eſſet presbyter, magis claruit. Extant eius in Apoſtolum commentarij, & multa alia, ad Euſebij magis Emiſeni characterem pertinentia, cuius cũ ſenſum ſequutus ſit, eloquentiam imitari non potuit propter ignorantiam ſecularium literarum.

EVnomius Arianæ partis, Cyzicenus epiſcopus, in apertam hæreſeos ſuæ prorum-

χος, ὅπερ πνεῦ ἀπὸ τῆς Σύρων γλώττης μετέφρασεν, ἡ ἄκρον τῆς ὑψηλοτάτης διανοίας, ἐκ τῆς μεταφράσεως ἔγνων. ἐτελεύτησε βασιλεύοντος Οὐάλεντος.

BΑσίλειος Καισαρείας τῆς Καππαδοκῶν, ἥ τις πρῶτον Μαζακα ἐκαλεῖτο, ἐπίσκοπος, κατὰ Εὐνομίου ἀκαίρετος συντάξας λόγους, καὶ περὶ πνεύματος ἁγίου τεῦχος, καὶ εἰς τὴν ἑξαήμερον ὁμιλίας θ. καὶ ἀσκητικὸν, καὶ βραχείας καὶ πυκνὰς ὁμιλίας. τελευτᾷ βασιλεύοντος Γρατιανοῦ.

ΓΡηγόριος, Σασίμων πρότερον, εἶτα Ναζιανζοῦ ἐπίσκοπος, ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, ὁ ἐμὸς διδάσκαλος, οὗ ἡγουμένου τὰς θείας ἔγνων γραφὰς, εἰς τρεῖς μυριάδας στίχων πάντα τὰ συντάγματα αὐτοῦ συνήθροισεν, ἀφ' ὧν εἰσι τά δε, περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ ἀδελφοῦ Καισαρείου, περὶ φιλοπτωχίας, ἐπαίνους τῶν μακκαβαίων, ἐπαίνους Κυπριανοῦ, ἐπαίνους Αθανασίου, ἐπαίνους Μαξίμου φιλοσόφου, μετὰ τὴν ἐξορίαν ἀναζεύξαντος, ὅν τινα ψευδῶς τινὲς Ηρωνος ἐπέγραψαν, ἔστι γὰρ καὶ ἄλλη βίβλος, κατάγνωσιν τοῦ αὐτοῦ Μαξίμου περιέχουσα, ὡς μὴ ἐξὸν εἶναι, τὸν αὐτὸν καὶ ἐπαινέσαι καὶ ψέξαι ἐν καιρῷ. καὶ βίβλος περὶ ἑξαμέτρων, παρθενίας καὶ γάμου, καθ' ἑαυτῶν διαλεγομένων, κατὰ Εὐνομίου λόγος εἷς, περὶ πνεύματος ἁγίου λόγος εἷς, κατὰ Ἰουλιανοῦ τοῦ βασιλέως λόγος εἷς. Ηνωλεύθησε δὲ τῷ Πολέμωνος χαρακτῆρι, καὶ πρωτεύσας εἰς τὸν οἰκεῖον τόπον ἐπίσκοπον καταστήσας, ἐν ἀγρῷ βίον μοναδικὸν ἀπωικήσατο, καὶ ἐτελεύτησε πρὸ τριετοῦς χρόνου βασιλεύοντος Θεοδοσίου.

ΛΟύκιος μετὰ Αθανάσιον Αρειανῆς θρησκείας ἐπίσκοπος, ἄχρι Θεοδοσίου βασιλεύοντος, παρ' οὗ καὶ ἐξεώσθη, τὴν Αλεξανδρέων κατέχων ἐκκλησίαν. Φέρονται φύρτου περὶ τοῦ πάσχα ἐπιστολαὶ, καὶ ὀλίγοι πρακτικῶν ὑποθέσεων λόγοι.

ΔΙόδωρος Ταρσοῦ ἐπίσκοπος, ἡνίκα ἦν Αντιοχείας πρεσβύτερος, μᾶλλον λαμπρὸς ἦν. Εἰσὶ τούτου εἰς τὸν ἀπόστολον ὑπομνήματα, ἕτερα πλείονα εἰς τὸν Εὐσεβίου μᾶλλον τὸν Εμεσηνοῦ χαρακτῆρα προσήκοντα, ὃς λίαν τῇ γνώμῃ ἀκολουθήσας, τὸ ἐλλόγιμον οὐκ ἠδυνήθη μιμήσασθαι διὰ τὴν ἀπαιδευσίαν τῶν κοσμικῶν γραμμάτων.

EΥνόμιος Αρειανῆς θρησκείας, Κυζίκου ἐπίσκοπος, τοσοῦτον εἰς βλασφημίαν ἦλθε τῆ

prorumpens blasphemiam: ut quod illi tegunt, iste publice fateretur. Vsque hodie uiuere dicitur in Cappadocia, & multa contra ecclesiam scribere. Responderunt ei Apollinarius, Didymus, Basilius Cæsariensis, Gregorius Nazianzenus, & Gregorius Nysenus.

PRiscillianus Abilæ episcopus, qui factione Hylatij & Ithacij Treueris à Maximo tyranno cæsus est: ædidit multa opuscula, de quibus ad nos aliqua peruenerunt. Hic usque hodie à nonnullis Gnosticæ, id est, Basilidis & Marcionis, de quibus Irenæus scripsit, hæreseos accusatur, defendentibus alijs, non ita eum sensisse ut arguitur.

MAtronianus prouincię Hispanię, ualde eruditus, & in metrico opere ueteribus comparandus: cæsus est & ipse Treueris cum Priscilliano, Felicissimo, Iuliano, Euchrotia, eiusdem factionis autoribus. Extant eius ingenij opera, diuersis metris ædita.

TIberianus Bæticus scripsit pro suspicione, qua cũ Priscilliano accusabatur hæreseos, apologeticum tumẽti compositoq; sermone: postea post suorum cædem, tædio uictus exilij, mutauit propositum, & iuxta sanctam scripturam: Canis reuersus ad uomitum suum: filiam deuotã Christo uirginem, matrimonio copulauit.

AMbrosius Mediolanẽsis episcopus, usque in præsentem diem scribit: de quo quia superest, meum iudicium subtraham, ne in alterutram partem, aut adulatio in me reprehendatur, aut ueritas.

EVagrius Antiochię episcopus, acris & feruentis ingenij: cũ adhuc esset presbyter, diuersarum hypotheseon tractatus mihi legit, quos necdum ædidit: uitã quoque beati Antonij de Græco Athanasij, in sermonem nostrum transtulit.

AMbrosius Alexãdrinus, auditor Didymi, scripsit aduersum Apollinariũ uolumen multorũ uersuũ, de dogmatib. & ut ad me nuper quodã narrãte perlatũ est, commen-

ἦλθε τῆς οἰκείας αἱρέσεως ὥστε ὅπερ ἐκεῖνοι κρύπτουσι, τοῦτο φανερῶς ὁμολογῆται. ἕως τοι νῦν λέγεται περιεῖναι ἐν Καππαδοκίᾳ, καὶ πολλὰ κατὰ τῆς ἐκκλησίας συγγραφειν, ᾧ τινι ἀντέγραψαν Απολλιναρίος, Διδύμος, Βασίλειος Καισαρείας, Γρηγόριος Ναζιανζηνὸς, καὶ Νυζηνός.

ΠΡισκιλλιανὸς Αβίλης ἐπίσκοπος, ὅς τις συσκευῇ Υλατίου καὶ Ιθακίου, εἰς Τρίβεριν παρὰ Μαξίμου τοῦ τυράννου ἐσφάγη, ἐξέδωκε πολλὰ συντάγματα, ἀφ' ὧν τινὰ εἰς ἡμᾶς περιεληλύθασι. οὗτος ἄχρι τήμερον παρὰ τινων τὴν γνωστικὴν αἵρεσιν, τουτ' ἐστιν Βασιλείδου καὶ Μαρκίωνος, περὶ ὧν Εἰρηναῖος συνέγραψεν, ὡς αἱρετικὸς κατηγορεῖται, ἐκδικούντων τινῶν, οὐχ οὕτως αὐτὸν νενοηκέναι ὡς εὐθύνεται.

ΜΑτρωνιανὸς ἐπαρχίας Ισπανίας, σφόδρα πεπαιδευμένος, καὶ εἰς ἐπιτρίειαν τοῖς ἀρχαίοις συγκρινόμενος, ἐσφάγη καὶ αὐτὸς ἐν Τριβέρει ἅμα Πρισκιλλιανῷ, Φηλικισσίμῳ, Ιουλιανῷ, καὶ Εὐχρωτίᾳ, τοῖς ἐξάρχοις τῆς αὐτῆς αἱρέσεως. Εἰσὶ τούτου συγγράμματα διαφόρῳ μέτρῳ ἐκδοθέντα.

ΤΙβεριανὸς Βαιτικὸς, συνέγραψε περὶ τοῦ ὑπονοουμένης αἱρέσεως, εἰς ἣν ἅμα Πρισκιλλιανῷ κατηγορεῖτο, ἀπολογητικὸν, ὑψηλῷ καὶ ἐπηρμένῳ λόγῳ, ὅς τις μετὰ τὴν τῶν ἰδίων σφαγὴν ἡττηθεὶς, ἀνιαρῶς διάγων ἐν τῇ ἐξορίᾳ, ἐξέστη τῆς οἰκείας προθέσεως, καὶ κατὰ τὴν θείαν γραφὴν, κύων εἰς τὸν ἴδιον ἔμετον ἀναζεύξας, θυγατέρα καθιερωθεῖσαν θεῷ παρθένον, γαμηθῆναι κατηναγκασεν.

ΑΜβρόσιος Μεδιολάνου ἐπίσκοπος, ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας συγγραφεται, καὶ ἐπείπερ περίεστι, τὴν ἐμὴν κρίσιν ἀναστέλλω, μήπως κολακείας μᾶλλον, ἢ ἀληθείας εὐθύνωμαι.

ΕΥαγριος Αντιοχείας ἐπίσκοπος, εὐφυοῦς καὶ ἄκρας διανοίας, ἔτι πρεσβύτερος ὢν, διαφόρων ὑποθέσεων ὁμιλίας ἀνέγνωμοι, ἃς οὔπω ἐξέδωκε. καὶ τὸν βίον δὲ τοῦ μακαρίου Αντωνίου, ἀπὸ Ελληνικοῦ Αθανασίου, εἰς τὴν ἡμετέραν διάλεξιν μετηνέγκεν.

ΑΜβρόσιος Αλεξανδρεὺς, ἀκροατὴς Διδύμου, ἔγραψε κατὰ Απολλιναρίου τεῦχος πολλῶν στίχων, περὶ δογμάτων. καὶ καθὼς ὑπόγυον διηγουμένου τινὸς ἔγνων, ὑπομνήματα

A commentarios in Iob: qui usque hodie superest.

MAximus philosophus, natus Alexãdriæ, Constãtinopoli episcopus ordinatus est & pulsus, insignẽ de fide aduersus Arianos scripsit librum, quem Mediolani Gratiano principi dedit.

GRegorius Nysenus episcopus, frater Basilij Cæsariẽsis, ante paucos annos mihi & Gregorio Naziãzeno cõtra Eunomiũ legit libros, qui & multa alia scripsisse & scribere dicitur.

IOannes Antiochenæ ecclesiæ presbyter, Eusebij Emiseni Diodoriqúe sectator, multa componere dicitur, de quibus περὶ ἱερωσύνης tantum legi.

GElasius Cæsareæ Palæstinę, post Euzoium episcopus, accurati limatiq́ sermonis, fertur quædam scribere, sed cælare.

THeotimus Scythię Tomorum episcopus, in morem dialogorum & ueteris eloquẽtiæ breues commaticosq́ tractatus ædidit: audio eum & alia scribere.

DExter Paciani, de quo supra dixi, filius, clarus apud seculum, & Christi fi-
B dei deditus, fertur ad me omnimodam historiam texuisse, quam necdum legi.

AMphilochius, Hiconij episcopus, nuper mihi librũ legit de spiritusancto, quod deus est, & quod adorãdus, quodq́ & omnipotens sit.

SOphronius uir apprime eruditus, laudes Bethlehem adhuc puer, & nuper de subuersione Serapis, insignem librum composuit, de uirginitate quoq; ad Eustochium, et uitam Hilarionis monachi, opuscula mea in Græcum eleganti sermone transtulit: psalteriũ quoq; & prophetas, quos nos de Hebræo in Latinum uertimus.

HIeronymus, patre Eusebio natus, oppido Stridonis, quod à Gotthis euersum, Dalmatię quondam Pannoniæq́ confinium fuit, usq; in præsentem annum id est, Theodosij principis decimumquartum, hæc scripsi. Vitam Pauli monachi: epistolarum ad diuersos librum unum: ad Heliodorum exhortatoriam. Altercationem Luciferiani & Orthodoxi. Chronicon om-

μνήματα εἰς τὸν Ἰὼβ, ὃς ἄχρι τοῦ παρόντος περίεστιν.

ΜΑξιμος φιλόσοφος, ὁρμώμενος ἐκ τῆς Ἀλεξανδρέων, Κωτισταντινοπόλεως ἐπίσκοπος καταστὰς καὶ καθαιρεθεὶς, ἐπίσημον περὶ τῆς πίστεως κατὰ τῶν Ἀρειανῶν συνέταξε βίβλον, ἣν τινα ἐν Μεδιολάνῳ Γρατιανῷ ἐπέδωκε βασιλεύοντι.

ΓΡηγόριος Νύσης ἐπίσκοπος, ἀδελφὸς βασιλίου τοῦ Καισαρέως, πρὸ ὀλίγων ἐνιαυτῶν ἐμοὶ καὶ Γρηγορίῳ τῷ Ναζιανζηνῷ κατὰ Εὐνομίου ἀνέγνω λόγους, ὅς τις καὶ ἄλλα πολλὰ γεγραφέναι καὶ γράφειν λέγεται.

ΙΟάννης ἀντιοχείας πρεσβύτερος, Εὐσεβίου Εμεσηνοῦ, καὶ Διοδώρου ἀκόλουθος, πολλὰ συγγράψαι λέγεται, ἀφ' ὧν περὶ Ἱερωσύνης μόνον ἀνέγνων.

ΓΕλάσιος Καισαρείας Παλαιστίνης μετὰ Εὐζώιον ἐπίσκοπος, λαμπρῶς τινὰ συγγραφέναι λέγεται, ἀποκρύπτειν δέ.

ΘΕότιμος Σκυθίας Τομεῶν ἐπίσκοπος, ἐν τάξει διαλόγων καὶ ἀρχαίας φράσεως βραχείας ὁμιλίας ἐξέδωκεν. ἀκούω δεῦρον καὶ ἄλλα συγγράφειν.

ΔΕξτρος πακιανοῦ, περὶ οὗ προείρηκα, υἱὸς, λαμπρὸς ἐν τῇ πολιτείᾳ, καὶ τῇ τοῦ χριστοῦ πίστει ἐκδεδομένος, λέγεται παντοδαπὴν πρός με συντεταχέναι ἱστορίαν, ἣν τινα οὔπω ἀνέγνων.

ΑΜφιλόχιος Ἰκονίου ἐπίσκοπος, ὑπόγυόν μοι λόγον ἀνέγνω περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὅτι θεὸς, καὶ προσκυνητόν ἐστιν, ὅτι τε δὴ παντοκράτορ.

ΣΩφρόνιος ἀνὴρ εἰς ἄκρον πεπαιδευμένος, τοῦ ἐπαίνους Βηθλεὲμ, ἔτι νέος ὢν συνέθηκεν, ὑπόγυον δὲ περὶ τῆς καταλύσεως τοῦ Σεραπείου ἐπίσημον συνέθηκε λόγον, καὶ περὶ παρθενίας πρὸς Εὐστόχιον, καὶ τὸν βίον Ἱλαρίωνος μοναχοῦ, τὰ συγγράμματά μου εἰς Ἑλληνικὸν λόγον εὐφυῶς μετέφρασε, καὶ τὸ ψαλτήριον δὲ, καὶ τοὺς προφήτας, οὓς ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ Εβραίου εἰς Ρωμαϊκὸν μετηνέγκαμεν.

ΙΕρώνυμος υἱὸς Εὐσεβίου, ἀπὸ πολίχνης Στρηδόνος τῆς παρὰ τῶν Γότθων πορθηθείσης, ὅπερ Δαλματίας ἐστὶ καὶ Παννονίας ὅμορον, ἕως τοῦ παρόντος ἐνιαυτοῦ, τουτ' ἔστι, Θεοδοσίου τοῦ τεσσαρεσκαιδεκάτου τάδε συνέταξα. τὸν βίον Παύλου μοναχοῦ, ἐπιστολὰς πρὸς διαφόρους ἐν ἑνὶ λόγῳ. πρὸς Ηλιόδωρον προτρεπτικόν. Διαλέξιν Λουκιφεριανοῦ καὶ Ορθοδόξου. Χρονικὴν παν-

con omnimodæ historiæ. In Hieremiam & in Ezechiel homilias Origenis uiginti octo, quas de Græco in Latinum uerti. De Seraphin & Osanna: de frugi & luxurioso filijs: de tribus quæstionibus legis ueteris: homilias in Cantica canticorum duas: aduersus Heluidium de uirginitate Mariæ perpetua: ad Eustochium de uirginitate seruanda: ad Marcellam epistolarum librum unũ. Consolatoriã de morte filij ad Paulã: in epistolã Pauli ad Galatas cõmẽtariorũ lib. iij. in epistolã ad Titũ librũ unũ: in epistolam ad Philemonem librum unum: in Ecclesiasten commentarios. Quæstionum Hebraicarũ in Genesim librum unum: de locis librum unum: Hebraicorũ nominum librum unum: de spiritu sancto Didymi, quem in Latinum transtuli, librum unum: in Lucam homilias trigintanouem: in psalmos, à decimo usq; ad decimumsextũ, tractatus septem. Captiui monachi uitam, & beati Hilarionis. Nouum testamentũ Græcæ fidei reddidi: uetus iuxta Hebraicã transtuli. Epistolarum autem ad Paulam & Eustochiũ, quia quotidie scribuntur, incertus est numerus. Scripsi præterea in Michæam explanationum libros duos: in Sophoniam librũ unum: in Nahum librũ unum: in Habacuc libros duos: in Aggæũ librum unum: multaq; alia de opere prophetali, quæ nunc habeo in manibus, & necdum expleta sunt. Aduersum Iouinianũ libros duos: & ad Pammachium apologeticũ & epitaphium.

Catalogi illustrium uirorum finis.

κὴν παντοδαπὰν ἱστορίαν. εἰς Ἱερεμίαν καὶ Ἰέζε C
κιὴλ ὁμιλίας εἰκοσιοκτὼ, ἃς ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ
Ὠριγένους εἰς Ῥωμαϊκὸν μετέφρασα. περὶ Σε-
ραφὶμ, καὶ περὶ τοῦ Ὠσαννᾶ. περὶ φειδωλοῦ καὶ
ἀσώτου υἱῶν. περὶ τῶν τριῶν ζητημάτων τοῦ πα-
λαιοῦ νόμου. ὁμιλίας εἰς τὰ ἄσματα τῶν ἀσμά-
των δύο. Κατ' ἐλβιδίου περὶ τῆς διηνεκοῦς παρ-
θενίας τῆς ἁγίας Μαρίας. πρὸς Εὐστόχιον πε-
ρὶ παρθενίας διατηρητέας. πρὸς Μαρκέλλαν
πιστολῶν λόγον ἕνα. παραμυθηκὸν περὶ τοῦ θανά-
του τῆς θυγατρὸς πρὸς Παύλαν. εἰς τὴν πιστο-
λὴν τὴν πρὸς Γαλάτας ὑπομνημάτων λό-
γους τρεῖς. εἰς τὴν πρὸς Ἐφεσίους πιστολὴν ὑπο-
μνημάτων λόγους τρεῖς. εἰς τὴν πρὸς Τίτον
λόγον ἕνα. εἰς τὴν πρὸς Φιλήμονα λόγον ἕνα. εἰς
τὸν Ἐκκλησιαστὴν ὑπομνήματα. ζητημάτων
Ἑβραϊκῶν εἰς τὴν Γένεσιν λόγον ἕνα. περὶ τό-
πων λόγον ἕνα. ὀνομάτων Ἑβραϊκῶν λόγον ἕνα.
περὶ πνεύματος ἁγίου Διδύμου, ὃν εἰς Ῥωμαϊ-
κὸν μετέβαλον, λόγον ἕνα. εἰς τὸν Λουκᾶν ὁμιλίας
εἰκοσιεννέα. εἰς τοὺς ψαλμοὺς ἀπὸ δεκάτου ἕως ἐξ
καιδεκάτου ὁμιλίας ἑπτά. βίον αἰχμαλώτου μο-
ναχοῦ. βίον τοῦ μακαρίου Ἰλαρίωνος. τὴν καινὴν
διαθήκην τῇ Ἑλληνικῇ ἀκριβείᾳ πιστοσάμην,
τὴν παλαιὰν πρὸς τὸν Ἑβραϊκὸν μετέφρασα. πιστ- D
ολῶν δὲ τῶν πρὸς Παύλαν καὶ Εὐστόχιον, ἐπει-
δὴ καθημέραν γράφονται, ἄδηλος καὶ ὁ ἀριθ-
μός. ἔγραψα πρὸς τούτοις καὶ εἰς Μιχαίαν ἐξη-
γήσεων λόγους δύο. Εἰς τὸν Ναοὺμ λόγον ἕνα.
εἰς τὸν Ἀβακοὺμ λόγους δύο. εἰς Σοφονίαν λόγον
ἕνα. εἰς Ἀγγαῖον λόγον ἕνα. καὶ πολλὰ ἐκ τοῦ προ-
φητικοῦ ἔργου, ἃ νῦν μετὰ χεῖρας ἔχω, καὶ οὐδέπω
ἐπληρώθη. κατὰ Ἰουβινιανοῦ λόγους δύο. Πρὸς Παμ-
μάχιον ἀπολογητικὸν καὶ πιτάφιον.

Τέλος καταλόγου.

ERASMVS ROTERODAMVS LECTORI PIO S. D.

ERuditum opus,& Hieronymo dignũ, ſed quod nemo,cui bonæ litteræ cordi ſint,ſine graui dolore legere poſſit:nimirum hinc intelligens,ex tot egregijs clariſſimorum uirorum monumentis uix paucula quædam ſupereſſe,atq; ea ſanè mutila,deprauata,contaminataq;. O iacturam uere deplorandam,ſi quid proficeretur cõplorationibus. Si quid ad rem attinet domeſticam,id tenemus mordicus.Pro fundis, pro cenſu ſtrenue digladiamur.At in huiuſmodi theſauris,quibus nihil eſſe poteſt precioſius, & eccleſia Chriſtiana dignius, cq; dormitatũ eſt ab epiſcopis ac theologis, qui tot orbis lumina,tot inſignes fidei noſtræ proceres & anteſignanos,literis eximios,eloquẽtia illuſtres,uitæ ſanctimonia cõmẽdatos,aliquot & martyrio claros,intercidere paſſi ſunt, ut hoc ſordidũ ſcriptorum genus ſuccederet,ſententiariorũ,ſummulariorum,faſcicularioru,ſpeculariorũ,& ò deum immortalem,quorũ uel recordatio nauſeam moueat generoſis ac bene natis ingenijs. Verũ hic dolor extimulare debet omnes bonis addictos autoribus,ut id certe quod ſupereſt,tanto legãt auidius,quanto minus eſt,quod temporum ruina nobis fecit reliquum. Vertit hunc librum Græce Sophronius, cuius mentionem facit inter cæteros Hieronymus: nec id ſanè infeliciter. Ex quo permulta reſtituimus, exemplar emendatum acuetuſtum nacti. Gennadij catalogum non omnino lectu indignum ob hiſtoriæ cognitionem, reperies poſt noſtra in hoc opus ſcholia.Eſt & alius libellus, de duodecim primatibus eccleſiæ: ſed autorem præ ſe ferens, non ſolum ineruditum & infantem, uerũ etiam inſanũ motæq; mentis: quem tamen ipſum in tertia parte quarti tomi reperies,ſi libebit bonas horas male pdere. Ne quid aũt fallat lectorẽ,illud nouerit,Andream,Iacobũ Zebedæi filiũ,Philippum,Bartholomæũ, Thomam,Simonẽ Cananæum,Matthiam,Timotheũ,Titum,Creſcentẽ,non recenſeri ab Hieronymo,ſed additos à ſtudioſo quopiã ex alio catalogo.Nam pleraq; conueniunt cum his,quæ retulit Theodorus,Tyri epiſcopus.Cæterũ ab Hieronymo non cõmemorantur,niſi ſcriptores.Nos tamen in hoc uertimus,ne Latina Græcis non reſponderẽt. Bene uale.

ERASMI ROTERODAMI IN CATALOGVM SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM SCHOLIA.

HOrtaris Dexter.)Sophronius,Hieronymi familiaris,qui librũ hunc Græce uertit, indicat hunc Dextrum fuiſſe præfectum prætorio. Vt Tranquillũ ſequens.)Extat libellus Suetonij Tranquilli De claris oratoribus & grãmaticis:extat & alter De uiris illuſtribus, Plinij titulo,quẽ nõnulli malunt adſcribere Suetonio. Santra nepos.) Nonnulli codices ſcriptum habebant,Santhraprepus:uerũ Sophronius legit, Σαὼτας νέπως, Santas,ſiue Santa nepos:ut nepos uel additum ſit diſcriminis gratia, uel cognomẽ ſit gentiliciũ:ut Plinius nepos,& Cornelius Nepos.Quanq; in Latinis uocabulis nõ uſq;quaq; tidendum Græcis ſcriptoribus.Proinde Santra reliquimus. Peſſimum,ut dicitur, magiſtrum.) Apparet uulgo iactatum fuiſſe prouerbium:Sibi quenq; peſsimũ eſſe magiſtrum,quod unuſquiſq; ſibijpſi blãditur,& ſua cuiq; nimium placent. Celſus,Porphyrius,Iulianus.)Hi pernicioſiſſimi hoſtes Chriſtianæ religionis,ut quam literis philoſophorum ac rhetorum præter impietatem ac tyrannidem aduerſum nos armati,libris æditis infectati ſunt.

Simon.

Idem aliquoties dictus eſt Simeon, & Bariona cognominatus à Chriſto,hoc eſt,filius Ioannis.

Quæ canonicæ nominantur.)Pro canonicæ legendum eſt catholicæ,id quod liquet ex conuerſione Sophronij.Dicuntur autem catholicæ, quod ex æquo ad omnes pertineant. Propter ſtili cum priore.) Vides lector,ut Hieronymus nullum aliud adducat argumentum,q; ſtili.nam cætera facile eſt uitiare,ſtilum & qui conatur effingere, non ſtatim poteſt. Actorum eius ſcribitur.) Reſtitue inſcribitur: & Sophronius uertit, ὠνγέγραπται.

Iacobus

Hoc loco Sophronius ſubnectit Andreã,etiamſi nihil ille ſcriptũ reliquit. Cuius Ioannes in libro ſuo meminit.)In libro ſuo,non additur apud Sophronium, & adiectũ uidetur ab interprete quopiam.

Nec illa uerba, post resurrectionem, adduntur apud Sophroniũ, & apparet a lecta. Quæ de septem c canonicis est.) Catholicis pro Canonicis legendũ, teste Sophronio. In septimo hypotyposeon, ὑπο τυπώσεων. Hypotyposis est, cum res expressa subijcitur oculis. Hic subnotationẽ possis uertere. Nam hoc titulo Clemens scripsit libros octo. Accepta occasione.) Sophronius explicans quæ fuerit occa/ sio, uertit, εἰλικφὼς ἀφορμὴν ἀναρχίας, id est, accepta hac occasione, quod prouincia careret præi de.

Quo rudia uestimenta.) Rudia uocat ἄγναφα, sic enim uertit in Euangelio, quisquis is fuit. Apud So phronium loco rudia, nihil habetur: & in emendatioribus codicibus hæc uox omnino abest. Extor queri.) Sophronius uertit, ἐκπιάζειν, quod sonat extundere. Euangelium quoq;.) Id appellatur Nazarenorum, & subinde citatur ab Hieronymo.

Matthæus.

Constanter affirmant hoc Euangeliũ Hebraice scriptum fuisse. At illud mirũ, neminem unq; fuisse, qui testetur sibi conspectũ fuisse. Chrysostomus non affirmat, sed aiunt, inquit. Illud constat, primã au/ toritatẽ huic Euangelio semper fuisse. Qui in Bersabea Bercea.) Bersabea nec est apud Sophronium, nec in emendatioribus exemplaribus. Ex Aegypto uocaui filiũ meũ.) De his copiosius Hieronymus in libro De optimo genere interpretandi: & nos in Annotationib. Noui testamẽti nõnihil attigimus.

Crescens.

Hic codex Græcus cõmiscet duos, Crescentem & Eunuchum. Idem factum est in Latinis. Ea res ne quem fallat, admonere uisum est.

Iudas.

Admiscet & hic Sophronius nonnullos, historiæ seriem persequens, cum Hieronymus scriptores tantum recenseat: alioquin à Christo potissimum erat incipiendum. Quanquam suspicor hæc magis ab alio quopiam studioso adiecta. Quæ de septem canonicis est.) Rursum pro catholicis est canoni cis. De libro Enoch.) Citat enim illic prophetiam Enoch, quę nusquam extat. Citat & altercationem Michaelis cum diabolo de corpore Moysi. Quem aiunt ipsi adiunctum.) Ipsi adiunctum, non repe rio apud Sophronium: uerum quia suspicabar à librarijs omissa, nolui resecare. Sed ab omnibus ex pellitur.) Pro expellitur legendum, exploditur. Eam tamen Faber Stapulensis admiscuit suis commen/ tarijs, cum meo iudicio nihil sit illic Paulo dignum.

Barnabas.

Separatus à Paulo.) Legis in Actis cap. xv. etiam si Latina mollius sonant cũ Græca, quod is locus calumniæ patuerit, uelut inter apostolos dissidium intercesserit. D

Lucas.

Apostolicarum actionum.) In nõnullis exemplaribus habebatur, apostolicarũ praxeon, id est, actu/ um siue actionum. Igitur uisionem Pauli.) In nõnullis codicibus Græcæ uoci spacium erat relictum τὸ ὅραμα. At Sophronius periodi meminit, nõ uisionis. Periodus aũt Latinis circuitum sonat. Id est amatorem Pauli.) φιλοπαυλῶ apostoli Pauli, id est, studiosum apostoli Pauli. Paulo amore fecisse.) Locũ hunc partim ex emẽdatioribus libris, partim ex Græcis restituimus in hunc modũ. Et confessum se hoc Pauli amore fecisse, & ob hoc, loco excidisse quidam suspicantur. Huc enim refert uerbũ hoc So phronius, non ad sequẽtia. Qui à principio ipsi uiderunt.) Hinc liquet Lucam audita referre magis cũ uisa. Vixit octogintaquatuor annos, uxorẽ habens, siue nõ habens.) Hæc uerba uidentur adiecta, quandoquidem nec adduntur apud Sophronium, nec in exemplaribus emendatioribus.

Marcus.

Salutat uos eccle ia, quæ est in Babylone collecta.) Coelecta legendũ, non collecta: quemadmodum admonuimus & in Annotationibus in Nouũ æditis testamentũ. Nam Græce est συνεκλεκτὴ. Succe dente sibi Auiano.) Sophronius pro Auiano, habet Ananiam.

Ioannes.

Quæ res etiam diaphoniam.) διαφωνίαν, id est, dissonantiã, quod in quibusdam discordet ab alijs. A senatu recisis.) In alijs scriptum erat, scissis: legendũ est rescissis, hoc est, abrogatis & irritatis, à uer bo rescindo. Sub Nerua principe.) Pro Nerua Sophronius habet Pertinacẽ, idq; reperitur in nõnul/ lis exemplaribus nostris, sed falso.

Hermas.

Salutate Phlegontẽ, Herman, Patroban, Hermen.) Asyncritus à librarijs est prætermissus, quem ex Paulo & Sophronio restituimus. Qui appellatur pastor.) Græce ποιμὴν. Nam is Græce scripsit.

Philo.

Patrimonia egentibus diuidantur.) Ex Sophronio liquet legendum, diuiduntur, indicandi modo: ac mox, uacatur, non uacetur. Non enim hic præcipit, quid oporteat à monachis fieri: sed quid apud illos fieri soleat, ostendit. De his quæ sensu.) κατὰ νοῦν, id est in animo ac mẽte, nimirum apud nos. De tribus uirtutibus liber unus.) Sophronius uertit διαλόγων, ut intelligamus non uirtutes, quæ opponun tur uitijs

A tur uitijs,ſed potentias,quibus æduntur miracula. Quæ ſcripſit de uita contemplatiua.)In alijs extabant nonnulla uestigia Græcę ſcripturæ,ſed deprauatiſſima,quam tamen procliue ſit ex Sophronio reſtituere, περὶ βίου θεωρητικοῦ ικετῶν, id eſt,de uita cõtemplatiua ſupplicum. Et ſicut de alijs iudicibus.) In nõnullis ſcriptum erat,& ſint ab alijs iudicibus iudices. Apud Sophronium nihil horum reperitur. Apud Græcos dicitur.)ἢ πλάτων φιλωνίζει, ἢ φίλων πλατωνίζει, id eſt,aut Plato philoniſſat, aut Philo Platoniſſat,ob ſtili congruentiam. Nam id dici ſolet de uehementer inter ſe ſimilibus.

L. Annæus Seneca.

Sotionis Stoici.)Pro Sotione Sophronius habet Σώζοντα, id eſt,Sozontem:an recte,addubito. Quem non ponerem in catalogo ſanctorum.)Nonnihil demiror,quid Hieronymus hic ſenſerit,cum Philonem ponere non ſit ueritus Iudæum non Chriſtianum,& item Ioſephum,& nõnullos hæreſiarchas,Cur uocat catalogum ſanctorum:aut cur his ueretur adiungere Senecam,ethnicum quidem,ſed quod ad mores attinet,multis Chriſtianis ſanctiorem: Quæ legũtur à plurimis.)Tacite indicat erudito lectori quid ſentiat.Nempe eas epiſtolas falſo inſcribi Paulo & Senecæ,cum nihil illic ſit,neq; Paulo dignum,neq; Seneca.Quemadmodum admonuimus in Senecæ operibus,à nobis utcunq; emendatis,quatenus exemplaribus adiuti uetuſtis,coniectura conſequi potuimus.

Ioſephus.

Ioſephus Mattathiæ.)Matthiæ eſt apud Sophronium,ſuffragãtibus & uetuſtis exemplaribus. Suidas habet,Matthæi. Quatuordecim Antiquitatum libros.)In nonnullis erat uiginti quatuor,at Sophronius uiginti ponit,conſentientibus uetuſtis exemplaribus,atq; ipſo Suida. Græce, περὶ τῆ ἀρχαιολογίας. Duos Archeotetos.)ἀρχαιότητος,id eſt,antiquitatis. Qui inſcribitur,περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ.)id eſt,de imperatrice ſapientia,ſeu prudentia.Nam id interpretamentum,quod circunfertur in uulgatis exemplaribus,de potentia dicẽdi,neſcio quis adiecit.Cæterum Græcum titulum & ante nos reſtituit ex Sophronio & Suida,Cono Norimbergenſis uir in perueſtigandis ijs,quæ ad reſtituendos autores pertinent,iuxta fidelis ac diligens,& omnino dignus qui diutius uixiſſet bonis literis:ac diutius uiuere poterat,niſi in hoc uitæ genus incidiſſet,in quo huic ſtudiorum generi non multum honoris haberi ſolet,quod haud magnopere faciat πρὸς τὰ ἄλλα.

Clemens.

Omnino grandis. Satis indicat eam epiſtolam uideri Clementis, etiamſi propter contentioſos non audet palàm fateri. Volumine coarguit.)Sophronius uertit, ὀνθώνει, quod magis ſonat corrigit.

B

Ignatius.

Quia nõ ſum dæmoniũ incorporale.) Corporale legit Sophronius,& ita ſcriptũ habetur in emẽdatis exẽplaribus.Plato dæmonibus corpora tribuit ſubtilia.Quod alicubi ſenſit & Auguſtinus. Ego me urgeam.)Hæc uerba nec habẽtur apud Sophroniũ,nec in uetuſtis exemplaribus emendatioribus.

Polycarpus.

Regente Anacleto.)Sophronius pro Anacleto,legit Aniceto,ἀνικήτου, quod nobis inuictum ſonat. Meminit autem Aniceti in Egeſippo.

Papias.

Explanatio ſermonum domini.)ἐκθεσις τῶν λόγων κυρίου. Iudaicam ædidiſſe ἰουδαΐζοντα.)Sic enim reſtituimus ex Sophronio titulum in noſtris exemplaribus corruptum.Iudæi ἰουδαΐζους uocant,poſteriorum interpretationes:cuius generis apud nos ſunt Auguſtinus, Thomas & Scotus. Victorinus Pictauienſis.)Sophronius, πεπαβιανῶν. In nonnullis uetuſtis habebatur Petabionenſis.

Quadratus.

Athenis exegiſſet hyemem.)hoc eſt, hybernaſſet.

Ariſtides.

Apud philoſophos.)In nonnullis erat ſilogos.Ex Sophronio reſtituimus philologos,hoc eſt,eruditionis & eloquentiæ ſtudioſos.

Agrippa.

Barthoban & Bachobeth.)Sophronius legit,Barcaban & Marcob:quanq; hic perparui refert,cum ſint uocabula facticia. Huius ſunt & illa prodigioſa nomina, ἄβραξας, Barbelus,de quibus dictum eſt aliàs. Qui quaſi annum continens.)Nam Græcis literis,quibus conſtat hæc dictio,numerus conficitur trecentorũ & ſexagintaquinq;. A quo Gnoſtici.)A ſciẽtia dicti,quã ſibi uindicabant huiuſmodi prodigiorum fumis. Cochebas.)χόχιβα legit Sophronius. Ex quo primũ errore creuiſſet.)Creuiſſent legẽdum cenſeo,ut ſubaudias idola. Antinous.)Hic erat in delicijs Adriano.Ab eo nomẽ indidit ciuitati Aegypti,quæ eadem dicta eſt Adrianopolis.

Iuſtinus.

Neapoli urbe Palæſtinæ.)Hic deerat in noſtris exemplaribus,patre Priſco Bacchio. Quæ uerba reſtituta ſunt ex Sophronio,apud quẽ legimus: ἀπὸ τῆ Νεαπόλεως ἐπαρχίας Παλαιστίνης,ἐκ πατρὸς Πρίσκου Βακ

χίσ. Cui titulum prænotauit ἔλεγχος.)Sic enim reſtituimus,partim ex ueſtigijs exemplarium emendatiorum.ſed multo magis ex Sophronio.Eſt autẽ ἔλεγχος redargutio. De monarchia.) μοναρχίας eſt principatus unius. Quem prænotauit pſalten.)ψάλτην, id eſt,cantorẽ. Cum in urbe Roma haberet διαζιβάς.) Nam hanc uocẽ repoſuimus è ueſtigijs ueterum codicũ,& extat eadẽ apud Sophroniũ. In nõnullis aſſcripta erat interpretatio Græcę uocis,id eſt,ludos exercitatorios: in nõnullis deciſiones. Vnde palàm eſt,hæc ab alio quopiã adiecta,nõ ab Hieronymo.Et rurſum omiſſis Græcis, ex his additis,alius alia aliaq; diuinarat Græca.Cæterum diatribæ dicuntur conflictationes philoſophorum.

Melito.

Et eglogarum libros ſex.)ἐκλογῶν. eclogarũ,hoc eſt,excerptionum,per κ, non per γ, quanq; in his titulis parum conuenit inter exemplaria Latina. Pro Montano dedit.)Pro dedit,in nõnullis habebatur,cauillatur.Apud Sophronium neutrum eſt,ſed tantum dicit.

Theophilus.

M.Antonio ſecundo.)In emendatis & item apud Sophronium,pro ſecũdo legimus Vero.Qui mihi cum ſuperio.) Vides lector,ut ſola phraſi iudicat opus.

Apollinarius.

Aſiæ Hieroſolymitanus.) Hierapolitanus habetur tũ in emendatis codicibus, tũ apud Sophroniũ. Addidit autẽ Aſiæ,quod eiuſdẽ nominis ſit urbs in Syria,& itẽ in Creta. Et aduerſum Cataphrygas.) Hæretici ſunt,à regione dicti.Sophronius legit, κατὰ τῶν Φρυγῶν, id eſt,aduerſum Phrygas.Verum noſtra lectio mihi magis probatur.Nam Græci κατὰ Φρύγας hæreſim dicũt,quẽadmodũ κατὰ Ματθαῖον euangelium,hoc eſt,iuxta Phrygas,ſecundum Matthæum. Inſaniebant.)Alluſit ad uates Phanaticos & Lymphatos.Et Priſcilla legit Sophronius,non priſca:quanq; Latina diſſident exẽplaria.Emendatiora ad hunc habebant modum.Aduerſus Cataphrygas tum primum,cum Priſca & Maximilla inſanis uatibus,incipiente Montano.Quæ quidẽ lectio mihi magis probatur,niſi quod ſuſpicor ex Græcis unum deeſſe uerbum:Aduerſus Cataphrygas tunc primum exortos. Sophronius enim ita uertit, τότε πρῶτον ἀνακινηθέντων. Et ijſdem fermè uerbis uſus eſt Euſebius.

Dionyſius.

Cum tot fuerint Dionyſij Græci,probabile eſt,libros De hierarchia cœleſti, & De diuinis nominibus ab horum aliquo fuiſſe ſcriptos,non ab Areopagita diſcipulo Pauli.

Tatianus.

Eucraticarum.)Encratitarum legendum, ἐγκρατῶν, à continentia dicta uox,quod abſtinerent à cibis ac matrimonio.

Philippus.

Hoc eſt urbis Gortynæ.)Hoc eſt,additũ eſt,à neſcio quo: nec ad ſenſum faciens,nec repertum apud Sophronium,huius interpretem operis.

Modeſtus.

Sub nomine eius & alia συντάγματα.)id eſt,cõpoſitiones.Nam ſic licet ex Latinorum codicũ ueſtigijs cõijcere.Tametſi Sophronius legit, συγγράμματα, id eſt,cõſcriptiones,uoce idẽ declarante.Proinde dogmata,à ſciolo quopiã adiectum eſt. Sed ab eruditis quaſi ψευδεπίγραφα.) Pſeudepigrapha,id eſt,falſo inſcripta.Quidam adiecerat,falſæ ſuper ſcriptionis,quod alius mutarat in falſas ſuperſtitiões.

Irenæus.

Irenæus) Εἰρηναῖος à pace nomen,Sophronio ſine aſpiratione ſcribitur. Et ad Blaſtũ)In nõnullis Baſilicũ habebatur,ſed mendoſe. De monarchia.)Nam Manichæi duo faciũt principia,alterũ boni,alterum mali. Et de octaua,id eſt,ogdoade.)Quid acciderat Hieronymo,ut Latinã uocẽ Græce uoluerit interpretari? Proinde quãdo uel hinc cõſtat uitiatũ locũ,ex Sophronio reſtituẽdus eſt,qui legit: ϰῇ περὶ τ ὀγδοάσων, id eſt,de octauis. Egregiũ σύνταγμα.)id eſt,cõmẽtariũ,ſiue opus,à συντάσσω.& hic audaculus quiſpiã adiecerat interpretans,id eſt,documentũ. Adiuro te.) Quis neſcit hunc Irenæũ nõ eſſe cõferendum cũ noſtro Hieronymo,cum quo neminẽ auſim cõferre Græcorum, præter unũ Origenẽ. Et uides q; ſancte ſit obteſtatus de ſeruãda integritate uoluminum ſuorũ.Quid igitur ſupplicij dignum eſſe poſſit impudentiſſimo nebulone,qui non ueritus ſit,omnia fermè diui Hieronymi opera uel effingere,uel cõtaminare? Vnitatem collegij ſcindere.)Non temere hoc annotauit Hieronymus, quod uideret,opinor,ſuis temporibus quoſdã nimirum præcipites ad reſecandũ ab eccleſia.Quibus modis & nos magnam orbis partem perdidimus,dum omnes ceremonias ad uiuum exigimus,quum Chriſtus baculum infractum nõ cõminuat,& linum fumigans nõ extinguat: & hunc ſequutus Apoſtolus Paulus,infirmũ fide ſuſcipi iubeat,non reijci: & tolerari,donec ſpes ulla proficiendi in melius: & diuus Auguſtinus languidum malit q; mortuum,debilem q; extinctum.

Rhodon.

Et Apellẽ alium.)Vnde dicũ,Apellitæ apud diuum Auguſtinũ. A ſe quondam fuiſſe cõuictum.) Ita

A Ita quidã correxerat,hoc eſt,corruperat. Cæterum in emẽdatioribus codicibus ſcriptũ habebatur,contentum,nõ conuictũ: & Sophronius ita legit,qui uertit, σωπιτυχηκόσι. In hexaemeron.)id eſt,in creationẽ mundi,quæ ſex dierũ opificio peracta eſt, iuxta Geneſim Moyſi. Et aduerſum Cataphrygas.)Sophronius & hoc loco legit Phrygas,non Cataphrygas:quanꝯ hoc ad ſenſum nihil refert.

Clemens.

Catecheſeon.) Κατηχήσεως, id eſt,inſtitutionũ,nomẽ uerbale,ab eo profectũ uerbo,unde dicti ſunt catechumeni. Stromatum,στρωματέως.στρώματα ſtragulæ dicuntur,quæ ſolent è uariis coloribus cõtexi,unde στρωματεὺς ad eum cõtextus modũ dicitur liber. Hypotypoſeon.)ὑποτυπώσεως,id eſt,ſubnotationũ quã res paucis indicatur:Ruffinus uertit, cõfirmationum. De ieiunio liber unus:de diſputatiõe liber unus)Sic enim in pleriſq; codicibus uitiauit ſcripturã,neſcio quis,ex unico libro duos faciẽs. In emẽdatioribus ita legitur: De ieiunio diſceptatio:& alius,qui inſcribitur &c. Ad eundẽ modũ legit Sophronius. προσεφώνησεν)id eſt,dedicauit,ſiue addixit,ut magis ad uerbum reddã. Vſus eſt hoc uerbo M. Tullius aliquoties in Epiſtolis ad Atticum Cuiuſdã chronographias) χρονογραφίας, id eſt,annalium,ſiue temporum deſcriptiones. Qui in ſimilitudinem Ioſephi.)Hic ſubijciebatur Græca uox non uno modo depraua ta. Cæterum eam ex emendatiorum uoluminum ueſtigijs,tum ex Sophronio reſtituimus ἀρχαιογονίας, quod ferme ſonat antiquas generationes,ſiue ortum primarum rerum.

Miltiades.

Priſcam Maximillamq;) Magno conſenſu noſtri codices habent, Priſcam:ſolus Sophronius legit, Priſcillam:idq; conſtanter in his,quæ ſequuntur. Apologeticum)id eſt,defenſorium.

Apollonius.

In nonnullis uoluminibus ex Apollonio fecerant Apollinarem. Et inſanas uates.) Priſcillam & Maximillam. Ex alijs fructibus.)Sophronius legiſſe uidetur,actibũs, ὄργῳ uertens. Hæreſis Cataphrygarum)Sophronius uertit, ἡ κατὰ φρύγας, hoc eſt,ſecta Phrygum. Quos de ecſtaſi)περὶ ἔκ στασιν, id eſt,de raptu ſiue exceſſu mentis,ut nunc loquuntur.

Serapion.

Græci Sarapion ſcribũt,aſtipulantibus & uetuſtiſſimis Latinorum exemplaribus. Ad domniũ) Nonnulli ſcriptũ habebant dominũ.In uetuſtiſſimis lego domnũ,diſſyllabum,ſuffragante Sophronio. Autoris ſui acheſi.)Sic enim in pleriſq; legitur. Cæterum ex Sophronio legẽdum, ἀσκήσει, hoc eſt, ſtudio ſiue exercitio.Perperam autem adiecerat quiſpiam interpretamentum,id eſt,intelligentiæ.

Apollonius.

Sub Cõmodo & Seuero principe proditus.)Partim ex uetuſtiſſimis codicibus, partim ex Sophro B niolíquet ita legendum eſſe. Apollonius Romanæ urbis ſenator,ſub Cõmodo principe à ſeruo proditus:ſub Seuero,quod Chriſtianus eſſet,imperato,ut rationem fidei ſuæ redderet &c.

Theophilus.

Hoc quoq; reſtabat,ut de die paſchæ quæreretur occaſio diſſidij. Hæ ſunt quęſtiones,ex quibus Paulas negat ullum fructum gigni,niſi cõtentionem & impietatem. De huiuſmodi nugis digladiamur,de contingentibus,de cõceptione beatæ uirginis,de die paſchæ:de bellis inſaniſſimis,quibus iam tot annis ſacra profanaq; omnia miſcẽtur,ſilent theologi,tacẽt cõcionatores. Atq; hic erat diffuſiſſimus campus,omnes intendendi neruos. Hinc peſtis Chriſtianiſmi & malorum omnium oceanus,fons tyrannidis barbaricæ,qua durius propè premuntur Chriſtiani q̃ ulli Turcæ.

Heraclitus.

Heraclius abſq; t legimus,tum apud Græcos,tum in peruetuſtis Latinorum codicibus.

Arabianus.

Hunc Sophronius Brabianum uocat,ſed refragantibus noſtris exemplaribus.

Tertullianus.

Vt fauit Hieronymus ingenio Tertulliani;quem propemodũ excuſat in Montani factionem prolapſum,culpam reijciens in inuidentiam & contumelias clericorum. Itidem & Arius iritatus, tantos rerum motus excíuit:nec Origenes inuidia caruit,& uix ſubſtitit Hieronymus.

Origenes.

Κατηχήσεως.)Catecheſeon,unde catechumeni. Theoctiſto.)quod ſonat à deo cõdito,ſiue poſſeſſo. Pro nomine eius.)Vetuſtiſſimi ſcriptum habebãt,ſuper nomẽ eius:legendũ opinor,ſub nomine eius.Sophronius uertit,ὑπὸ ὀνόματι αὐτ. Firmianus.)Firmilianus dicitur Sophronio,& in exemplari Maguntię primũ excuſo. In ſanctis ſcripturis uerſatus eſt) In uetuſtiſſimo quodã exẽplari ſcriptum erat,eruditus eſt,cõſentiente Sophronio,qui uertit,ἐπαιδεύθη. Et cũ cæteris æditionibus cõparauit) Comparauit dixit,pro contulit.Id uerbi parũ uidetur intellexiſſe Sophronius,qui tranſtulerit,ὠνήσατο, id eſt,emit:cũ Hieronymus Ruffini taxarit acyrologiã,quod cõparare pro mercari poſuerit. Et quia indicem operũ eius.)Hæc epiſtola prorſus intercidit unà cũ indice,quæ noſtro bono periit.Nam ſi ſu-

pereſſet,magis etiam diſcruciaremur,eius uiri tot egregia periſſe monumenta.Nunc extant perpaucæ, tametſi nuper quidam multa congeſſit in nomen Origenicum, prorſus indigna, non dicam Origene, ſed prorſus homine mediocriter erudito:ac penè nihil nouimus Origenis,niſi quod in quibuſdam errauit. Cum etiã Fabianus) Sophronius legit Flauianus.In uno uetuſtiſſimo codice reperi Fauianus.

Tryphon.

Et de dichotomematibus)Sic enim reſtituimus Græcam uocem ex Græcis cõmentarijs.Eſt aũt διχοτόμημα ſectio in duas partes.Sophronius legit: περὶ τ διχοβοσώτων, id eſt,de diſſecãtibus.De uaccaruffa integræ ætatis ſit mentio etiam Num.xix.dedichotomematibus Geneſeos xvij.

Minutius.

Qui octauus inſcribitur)Octauius legitur in peruetuſtis noſtris,aſtipulãtibus & Græcis,in quibus eſt ὀκτάβιος. Qui cum ſit & ipſe diſerti hominis)Cum uterq; liber fuerit hominis eloquẽtis,tamen Hieronymus ex orationis genere diſcernit:& iſti non ſinunt,ut infantis iuxta ac indocti nebulonis næ nias ab eloquentiſſimi doctiſſimiq; ſcriptoris dictione ſecernamus.

Caius.

Aduerſus Proculum)Sophronius legit,Patroclum. Sed uſq; hodie) Vides ætate Hieronymi epiſtolam ad Hebræos nondum fuiſſe receptam nomine Pauli.

Hippolytus.

Temporũ canonumq; ſcripſit)Exemplariorũ inter ſe pugna declarat,ſcripturam nõ carere mendo. Ex Græcis ita reſtituimus,& nõnullis ueterum codicũ ueſtigijs.Rationẽ paſchæ,temporumq; canones ſcripſit. Circulum,quẽ Græci ἐξηκοσαιπενταετηρίδα)Nam eam uocẽ partim ex Sophronio repoſuimus, partim ex ueſtigijs manifeſtiſſimis uetuſtiſſimi codicis,cõſentiẽte æditione Maguntinẽſi. Eſt aũt Græca uox cõpoſita à ſedecim & anno. Nouẽ annorum circulũ ἐννιακαιδεκαετηρίδα) Cõſentiunt & hic uetuſti codices cum Sophronio. In hexameron)Hexaemeron legendũ quinq; ſyllabis,ἑξαήμερον. De Apocalypſi) Vidimus Baſileæ cõmentariolos quoſdam in Apocalypſim,Hippolyti titulo,ſed ſciu nos & citãtes Hippolytum,neſcio quẽ Citatur aũt Hippolytus epiſcopus Romanus in Græcis cõmentarijs. Et ſimilia)Hic titulus erat deprauatus.Sophronius habet: πρὸς ὁμιλιῶν, id eſt,de colloquijs:& prope modũ reſpõdebant ueſtigia uetuſtiſſimi exemplaris. In huius æmulationẽ)Sophronius æmulationem ad ſuperiora refert,ad hunc modum: In quibus præſente Origene ſe locutũ fuiſſe ad imitationem illius in eccleſia,declarat.Deinde ſequitur,ueluti nouę periodi caput:Ambroſius quẽ &c. Vnde in quadam epiſtola ὀργοδιώκτην)Sic legit Sophronius,& cõſentiunt exemplaria Latinorũ emendatiora. ὄργον opus,& διώκειν impellere,quod inſtigaret & urgeret ad opus.In epitaphio Nepotiani nõnulli codices habebant διώκτην. Cæterum ex hoc loco nihil addubitẽ,illic quoq; ſcriptum fuiſſe, ὀργοδιώκτην, uelut hoc Hieronymo fuiſſet Nepotianus,quod Ambroſius Origeni.

Alexander.

Aronitas)Antinoitas legendũ,ex uetuſtis exemplaribus,& Sophronio. Notat eos,qui uita defunctis diuinos honores exhibebãt Hiſtoria eccleſiaſtica lib.iiij.docet,hos dictos Antinoios ab Antinoo, quem Cæſar Adrianus adamauit:& oppido ex huius nomine condito,pro deo coli iuſſit.

Iulius.

Hanc fabulam)Ea nũc in templis publice legitur. Tametſi poteſt hòc dictum ad Iulij perſonã torqueri,qui ſic in epiſtola ſcripſerit.At Hieronymus in præfatione Danielis ſentit eadẽ. Nec cõuenire cum Hebraica ueritate)Ita ferè ſcriptum erat in omnibus uulgatis exemplaribus,ſed mendoſe. Id quod deprehendere licet cum ex ueſtigijs codicum uetuſtiſſimorum, tum uero palàm ex Sophronij translatione.Nam pro ueritate legẽdum etymologia. Siquidem ex etymologia, quæ cum reſpondeat in Græcis uocibus,non item reſpondet in lingua Chaldaica,nec Hebraica,cõuincitur is liber à Græco quopiam cõſcriptus. Apotu)Græca ſic habent: ἀπὸ τ σχίνα σχίσαι, ἢ ἀπὸ τ πρίνα πρίσαι,id eſt,à lentiſco ſcindere,& ab ilice ſecare. Qua de re pluſculum diximus in præfationẽ Hieronymi præfixã Danieli prophetæ. Contra quem doctam epiſtolam)Doctrinam laudat,quod non accedat ſententiæ,quo rem mitiget. Super diaphonia)διαφωνίαν,id eſt,diſcordia,ſiue diſſonantia.Hac de re nõnihil attigimus in Annotationibus, quas adiecimus nouo inſtrumento recognito.

Theodorus

Proficiſcens)Hoc eſt,ex itinere.Deinde ſequũtur Græcæ uoces duæ, παινηγυρικὸν ἢ χαριστίας,id eſt, laudationem gratitudinis. Scripſit & μεταφράσειν)id eſt,interpretationẽ,à uerbo μεταφράζω, cõmentor,quod addat aliquid alienis dictis,cum ipſe nihil dicat ſuum. Extat hic liber in bibliotheca Prædicatorum apud Baſileam.

Cornelius.

Scripſit epiſtolã ad Fabiũ)Sophronius legit Flauianũ,& in uetuſtiſſimo codice, quẽ in hunc uſum exhibuit bibliotheca diuorũ Petri & Pauli oppidi Vuiſſenburgẽſis (ſi quis uolet experimẽtũ fidei noſtræ capere)ſcriptum erat Fauianum.

Dionyſius

Dionysius.

A Sub Heracla κατηχήσεων.)id est,initiationũ siue institutionũ. Scholã presbyter tenuit.)Sophronius ꝓ presbyter legit presbyterij,ut intelligas institutionẽ ad presbyteros pertinere. Origenis uel insignissimus.)Vetustus codex habebat,ualde insignissimus,sed mẽdose.Sophronius tantũ legit,insignis & ita scriptũ apparet ab Hieronymo. Ad Sixtum.)Ad Xystum habetur,tum in uetustissimo codice,tum apud Sophroniũ Græcum. Dionysius Nouatiano.)Certum est Hieronymũ exordium epistolæ duntaxat posuisse. Sophronius totam retulit in hanc sententiã, nam sensum reddemus potius q̃ uerba.Dionysius alexandrinus episcopus Nouato. Nolẽs ne ad sacerdotiũ fueris inductus,ita demum ostendes,si uolens cesseris. Nam oportuit quiduis etiã hac gratia perpeti,ne discinderetur ecclesia dei. Neq; minus præclarum ex hoc cõtigisset testimonium,quod noluisses dissidiũ inducere,q̃ proficisci solet ex eo,si quis recuset simulacris immolare:atq; adeo præclarius etiam,mea quidẽ sentẽtia. Siquidem illic uni propriæq; consulitur animæ,hic totius ecclesiæ negociũ agitur. Tametsi nunc quoq; si persuaseris,si cõpuleris fratres in concordiam redire,plus egeris officio,q̃ peccaris errato. Atq; hoc quidẽ haud imputabitur,illud uero laudibus feretur. Cæterum si nõ obtemperantibus illis minus assequeris quoduis,tamen fac modis omnibus,ut tuam ipsius serues animã. Et heortasticæ.) ἑορταστικὰ, id est,festiuales,ut ita loquar,nempe de festis diebus. Et ad Heraclam.)Vetustissimus codex habebat,Hieraclam. Sophronius legit, ἱέρακα, Hieracem. Et περὶ γυμνασίου.)id est,de exercitatione. Sic enim restituimus Græcas uoces,partim ex uestigijs ueterum codicum,partim ex Sophronio. Ad Hermammonem.) ἑρμάμμωνα, Hermammonẽ legit Sophronius. Et ad Damonem.)Ad Ammonem legendum,suffragantibus & Latinis uetustis. Ad Thelesphorum.)In nõnullis erat Delisporũ.Sophronius legit Telephorum. Ad Canonẽ.)In nõnullis erat,Canon.Ex Sophronio legendum est,Ad Cononẽ Quod Græce dicitur Cheron)Sic fermè est in uulgaribus codicibus. Cæterum ex Sophronio legendum est, καθαρὸν,id est,purum,quod non uideretur admittere peccatum in ecclesiam.

Victorinus.

Viliora uidẽtur.)Vides lector eloquẽtia cõmẽdari præclaras sentẽtias,& obscurari sermonis uitijs.

Pamphilus.

Vigintiquinq;.)Quidam ex coniectura asscripserant,ζητήσεων, id est,quæstionũ,cum in uetustissimis exemplaribus,& item in prima æditione Maguntinensi,literis incorruptis habeatur, ἐξηγήσεων, id est,enarrationum,suffragãte & Sophronio. Vt Crœsi opes.) Nunc sanctorum strophiola,& calceos ostentamus:idq; magis ad quæstum, q̃ ad pietatem:& tot libros à martyribus conscriptos passi sumus intercidere,cum nullæ sint sacratiores reliquiæ.

Pierius.

Miræ ἀσκήσεως.) id est,studij,siue exercitationis. In uigilia paschæ.)In peruigilio legendũ,tum ex uetustissimis exemplaribus,tum ex interpretatione Sophronij,qui uertit παννυχίδι.

Lucianus.

Luciana nuncupentur.)Lucianea legendum, Λουκιάνεια. Sub persecutione Maximi)Maximini legendum ex Sophronio,& uetustissimo codice Latino.

Phileas.

Aegypti quæ uocatur.)Nomẽ urbis,quoniã uarie deprauatũ erat in exemplaribus,dicitur Thmuis, Θμοῦις, cuius meminit & alibi sæpe Hieronymus & Stephanus.

Firmianus.

Ob Græcam uidelicet urbem)Ita Iuuenalis:Non possum ferre Quirites Gręcam urbẽ: quod magna turba Græculorum illic profiteretur artes suas. Symposion.)συμπόσιον,id est,conuiuium. Hodœ poricon.)ὁδοιπορικὸν,quod Latine dicere possis,itinerariũ. Et ἀπὸ τόμων) id est,cõpendium. In libro uno acephalo)ἀκεφάλῳ,id est,sine capite,quod initium detruncatum esset.

Eusebius.

Euangelicæ ἀπαρτείξεως)id est,euangelicæ demonstrationis. Et euangelicæ προπαρασκευῆς)id est, præparationis.Sic enim restituimus scripturarum ex Sophronio,consentiente uetustissimo exẽplari. Theophanias)θεοφανείας,id est,apparitionis diuinæ. Et chronicorum canonum) χρονικῶν κανόνων, id est,regularum de temporibus. De euangeliorum διαφωνίᾳ)id est,dissonantia. τοπικῶν,id est,de locis. Apologus pro Origene)id est defensio.

Rheticius.

In canticum)Hunc improbat in quarto Tomo,exponens quid sit aurum Ophaz.

Methodius.

Et de autexusio)Sic ex Sophronio legendum,qui uertit, περὶ αὐτεξουσίου,id est,de eo qui est sui iuris, siue de libero arbitrio. In Chalcide Græciæ) Quod plures sint eiusdẽ nominis.Sophronius pro Græciæ uertit, τῆς ἀνατολῆς,id est,orientis,siue quæ est in oriente.

Eustathius.

Genere Pamphylius, Sidetes Nam ita legendum, nõ solum ex Sophronio, uerum etiã ex uetustissi C morum codicum uestigijs. Nam Side Pamphyliæ oppidũ est. Primum Beroææ, Syriæ.) Sic enim legendum testantur & Sophronius, & peruetusti codices nostri. Thraciarum.) Dixit, ut nos Galliarũ, pro Thraciæ. De Engastrimytu.) Ex Sophronio legendũ, περὶ ἐγγαστριμύθου, de uẽtriloquo.

Marcellus.

Sub Constantino & Constantio.) Sub Constantio & Constante, ex Sophronio. Diuersarum hypotheseon.) id est, materiarum, siue argumentorum.

Athanasius.

Vsq; ad Iouiniani.) Iouiani legit Sophronius, suffragante uetustissimo exemplari. ἑορτασικῶν.) id est, de festis diebus.

Antonius.

Ad Arsenatas.) Arsinoitas legendum. Est enim Arsinoe Libyæ ciuitas.

Theodorus.

Et magis historicæ intelligentiæ.) Magis, non addit Sophronius, nec uideo quid ad sensum faciat. Sensit autem illum simpliciter, & ad literam, ut uocant, interpretatum scripturam diuinam.

Triphyllius.

Cypri Ledrensis, siue Leuteonis.) Sic enim legit Sophronius.

Lucifer.

Caralitanus.) Sophronius legit, Καρακάλεως, id est, Caracalitanus: sed dissentientibus Latinis codicibus omnibus, & Stephanus de nominibus urbiũ meminit Calariæ quæ sit Aphricæ ciuitas. Sed hũc Luciferum fuisse episcopum Caralis, quæ est metropolis Sardiniæ, perspicuum est ex Tripartitæ historię libro sexto cap. xix. & xxiij.

Acacius.

Μονοφθαλμὸν.) id est, unoculum, nam is proprie dicitur luscus. συμμίκτων ζητημάτων.) id est, cõmixtarum quæstionum.

Sarapion.

Serapion.) Sarapion scriptum erat in antiquissimis uoluminibus, assentiente Sophronio.

Hilarius.

De synodo Pyterensi.) Viterensi legunt alij. Sophronius, Biterensi. D

Titus.

Bostrenus.) A Bostra ciuitate Arabiæ. Et Iouiniano.) Iouiano legit Sophronius, suffragante uetustissimo codice Latino.

Apollinarius.

Apollinarius.) Nam ita legit Sophronius, consentiente uetustissimo codice scripto.

Pacianus.

Martianus. Alij Datianus, sed utrunq; mendose, cum legendum sit Pacianus: cuius & postea meminit in Dextro filio. De quibus est Certus.) Cerbus legendũ ex Sophronio, κῆρ ἐσθ'. Apparet nomen eius esse aduersum quem scripsit.

Photinus.

Syrmij episcopus.) Id est oppidum Pæoniæ, ut ait Stephanus. Nisi forte Græcus Pæoniã dixit pro Pannonia. Nam Syrmium in inferiore Pannonia ponunt Ptolemæus libro ij. Plinius lib. iij. cap. xxv. Strabo libro septimo.

Sœbadius.

Sœbadius Agenni.) Addidit Galliarum, quod & alibi sint eiusdem nominis oppida.

Didymus.

Proprij indicij est.) καταλόγου, uertit Sophronius, id est, indicis.

Aquilius.

Quasi hodœporicũ.) ὁδοιπορικὸν, id est, itinerarium. Quod uocauit καταστροφὴν, id est, cõuersionẽ. Siue perã) πεῖραν, id est, experiẽtiã. Iam hinc apparet interpretatiões ab alijs adiectas nihil ad rẽ facere.

Cyrillus.

Extant eius catacheses.) κατηχήσεις, id est, institutiones.

Euzoius.

Esitius.) In alijs, Eozolus, utrunq; mendose: legendum enim Euzoius, Εὐζώϊος. Necest apud Ephesum, sed apud Thespesium.

Efræm

Efræm.

A Post lectionem ſcripturarum.)Hinc apparet nõ niſi apoſtolicas litteras olim legi ſolitas in tẽplis,aut certe uirorum apoſtolicæ autoritatis,cum hodie quorumlibet ſomnia,imò mulierc ularum deliramenta legantur inter diuinas ſcripturas.

Baſilius.

Et Aſtericon.)legendum ἀσκητικὸν, id eſt,exercitatorium.

Gregorius Nazianzenus:

Sophronius addidit nõnihil,haud ſcio an de ſuo,legens in hunc modũ:Grægorius primũ Saſimorũ, deinde Nazianzenus epiſcopus. Fratris Cæſaris.)Cæſarij legendum. Atq; hic Sophronius ſubijcit alium titulum,qui prætermiſſus eſt in noſtris codicibus: περὶ φιλοπτωχίας,id eſt,de paupertatis amore. Et ne quis putet ab ipſo additũ,extat idem in uetuſtiſſimo codice ſcriptum. Et alter item: Laudes Machabæorum. Quidam Herona.)Heronis legendum,ex Sophronio,ἥρωνος. Non enim agitur de titulo libri,ſed de autore.

Diodorus.

Ad Euſebij magis Emiſeni.)Vt rurſum ex characteris indicio notat librũ falſo inſcriptum. Cuius ſenſum cum ſequutus ſit.)Vbi ſunt,qui ſolent reſpondere,non eundem hominis eſſe ſtilum ubiq;

Priſcillianus.

Abilæ epiſcopus.)Abila ciuitas eſt Phœnices in Syria. Factione Hylatij & Hithacij.)Sic enim reſtituimus uarie deprauata uocabula,partim ex Sophronio,partim ex notis uetuſtiſſimi codicis.

Matronianus.

Hunc uerterant in Latronianum. Cum Encrotia)Cum Euchrotia legendum.

Tiberianus.

Matrimonio copulauit.)Id eſt,coegit ut nuberet,ſic enim explicat Sophronius:ne quis accipiat,illũ ſuam ipſius duxiſſe filiam.

Ambroſius Mediolanenſis.

Cum multos ſuperſtites honorifice recenſuerit Hieronymus, mirum cur in uno Ambroſio præterxat hanc cauſam,quod adhuc uiueret.Certe poterat illius opera recenſere. Verum non optime ſenſiſſe de literis Ambroſij Hieronymum,calumniatur & Ruffinus.Et conſentaneum eſt, illum non probaſſe hominis dictionem, cum fidem & ſanctimoniam approbaret.

Ioannes.

B Hunc putant eſſe Ioannem,quem uulgo Chryſoſtomum dicimus, poſt epiſcopũ Conſtantinopolitanum. De quibus, περὶ ἱερωσύνης.)id eſt,de ſacerdotio.Hactenus Hieronymus de Ioanne,nec plura Sophronius.Cæterum in uetuſtiſſimo codice hæc adiecerat,neſcio quis:De compunctione cordis.De lapſu animæ.De myſterio crucis. De fide aduerſum Arianos. Aduerſum Macedonianos. Aduerſum Anomœos:& alia infinita,quę nec inueniri apud aliquem,quamuis ſtudioſum,facile eſt:ſed per totum orbem ſcripta eius,tam Græco ſermone ædita, q̃ Latina translata, uelut fulgura diſcurrentia,micant. Claruit maxime ſub Arcadio principe,à quo & priuata Auguſtæ coniugis indignatione in exilium pulſus,obijt:& poſt multos annos corporis eius reliquiæ cũ magna gloria à Theodoſio filio Conſtantinopolim deportatæ,inter apoſtolorum thecas conditæ iacent.

Gelaſius.

Poſt Eunomium.) εὐζώϊον,conſentiente Sophronio cũ emendatiſsimis exemplaribus noſtris.

Theotimus.

Tomorum epiſcopus.)Naſo: Tomitanæ iam nõ nouus incola terræ. Breues cõmentariosq;.)Cõmaticosq;,legendum eſt ex uetuſtiſſimo codice,hoc eſt,breuibus clauſulis diſtinctos.

Sophronius.

De ſubuerſione Serapis.)Apis bos colebatur apud Aegyptios pro deo.Idem Serapis dictus eſt.

ERASMI ROTERODAMI IN CATALOGVM ILLVSTRIVM uirorum Gennadij cenſura.

Gẽnadij Catalogo debebatur alius locus,ſed ipſa rerũ ſeries perſuaſit ut hic attexeretur.Opus tamen uidetur μέτρον.Abeſt enim in fine ea pars qua ad exemplum Hieronymi ſeipſum recenſuit.Hanc ſe uidiſſe teſtatur Abbas Tritemius, nec uideo quã ob cauſam ſola hęc pars debuerit reſcari. proinde quoniam in libris non rarius pereunt extremæ paginæ q̃ in agris extremæ fabæ,ſuſpicor cum Gennadio & alios aliquot prætermiſſos.Hic ſcriptor non uidetur caruiſſe humanis affectibus. Nam diuum Hieronymum aperte mordet fauens Ruffino, & diuum Auguſtinum ut Polygraphum non ſine faſtidij ſignificatione commemorat,uix eximens eum de numero hæreticorum,nec ullum opus eius ſine exceptione probat,præter libros de trinitate.

Iacobus

IAcobus presbyter cognomento ſapiens,Neſibenæ nobilis Perſarum modo ci C
uitatis epiſcopus,unus ex numero ſub Maximiano perſecutore confeſſorum:&
eorũ qui in Nicena ſynodo Arianã peruerſitatẽ ὁμοσσίῳ oppoſitione damna
runt.Hunc uirum beatus Hieronymus in libro χρονικῶν, uelut magnarũ uirtu
tum hominem nominans,in Catalogo ſcribarum cur non poſuerit,facile excuſabitur:ſi cõſi
deremus ipſos tres uel quatuor Syros quos poſuit,interpretatos in Græcum ſe legiſſe teſta/
tum. Vnde conſtat eum ignoraſſe illo tempore Syram linguam uel literas:& ideo hunc qui
necdum in aliã uerſus eſt linguam neſciſſe ſcriptorem.Comprehendit aũt omne opus ſuum
in uigintiſex libris:id eſt,de fide aduerſum omnes hæreſes,de charitate generali, de ieiunio,
de oratione,de dilectione erga proximum ſpeciali, de reſurrectione, de uita poſt mortẽ,de
humilitate,de pœnitentia,de ſatisfactione,de uirginitate,de aſcenſu animę,de circunciſione,
de azymi benedictione : pro qua in Eſaia legitur : Non exterminabitur botrus:de Chriſto
quod filius dei ſit & cõſubſtantialis patri:de caſtitate aduerſus gentes,de cõſtructione taber
naculi,de gentium cõuerſatione,de regno Perſarum,de perſecutione Chriſtianorum.Com/
poſuit & χρονικόν minoris quidẽ Græcorũ curioſitatis,ſed maioris fiduciæ:quia diuinarum
ſcripturarũ autoritate conſtructum , cõprimit ora eorum qui præſumtuoſa ſuſpicione de ad
uentu antichriſti uel domini noſtri inaniter philoſophãtur.Moritur hic uir Conſtantij tem/
poribus,& iuxta præceptum patris eius Conſtãtini intra muros Niſibenſes ſepelitur, ob cu
ſtodiam uidelicet ciuitatis,quod ſecundum fidem Conſtantini euenit.Nam poſt multos an
nos ingreſſus Iulianus Niſibem,& uel gloriæ ſepulti inuidens, uel fidei Cõſtantini cuius ob
id domũ perſequebatur,iuſſit efferri de ciuitate ſancti corporis reliquias:& poſt paucos men
ſes conſulendę licet rei publicæ Iouinianus imperator qui Iuliano ſucceſſerat,tradidit barba
ris ciuitatem:quæ uſq; hodie Perſarum ditioni cum finibus ſuis ſubiecta ſeruit.

IVlius urbis Romæ epiſcopus,ſcripſit ad Dionyſium quẽdam de incarnatione Chriſti do
mini epiſtolam unam:quæ illo quidem tempore utilis uiſa eſt aduerſum eos,qui ita duas D
per incarnationẽ in Chriſto aſſerebant perſonas ſicut & naturas:nunc autem pernicioſa pro
batur: fomentum enim eſt Eutychianæ & Timotheanæ impietatis.

PAulinus presbyter,diſcipulus beati Ephrẽ diaconi,homo acris ualde ingenij:& in diui/
nis doctus ſcripturis:ſed uiuente magiſtro clarus in doctoribus eccleſiæ fuit:& maxime
ex tempore declamator. Poſt illius autem obitum,amore primatus & nominis, ſeparans ſe
ab eccleſia,ſcripſit cõtraria fidei multa.Huic obiturus beatus Ephrem aſtanti ſibi dixiſſe fer/
tur, Vide Pauline ne te ſubmittas cogitationibus tuis:ſed cum te ad purum comprehendiſſe
putaueris dominum,crede nec intellexiſſe.Præſenſerat enim illum ex ſtudijs uel ſermonibus
eius,noua inueſtigare:& immenſum intellectum tenere: unde eum frequenter Bardeſanem
nouellum uocabat.

VItellius Afer,Donatianum ſchiſma defendẽs,ſcripſit de eo quod odio ſint mundo dei
ſerui:in quo ſi tacuiſſet de noſtro uelut perſecutorum nomine, egregiam doctrinã ædi
derat.Scripſit & aduerſum gentes & aduerſum nos, uelut traditores in perſecutione diuina/
rum ſcripturarum:& ad regulam eccleſiaſticam pertinentia multa diſſeruit.Claruit ſub Con
ſtante filio Conſtantini principe.

MAcrobius presbyter,ut & ipſe ex ſcriptis Optati cognoui,Donatianorũ poſtea in ur/
be Roma occultus epiſcopus fuit.Scripſit cũ adhuc in eccleſia dei presbyter eſſet,& ad
confeſſores,& uirgines librum:moralis quidem,ſed ualde neceſſariæ doctrinæ: & præcipue
ad ſtudium caſtitatis aptiſſimis ualde ſententijs cõmunitum . Claruit inter noſtros,primum
Africæ:& inter ſuos,id eſt,Donatianos ſiue Monteſes,poſtea Romæ.

HEliodorus presbyter,ſcripſit librum unum de naturis rerum exordialium:in quo oſten
dit unum eſſe principium,nec quicq; coæuũ deo:nec mali cõditorem deum:ſed ita bo/
norum omnium creatorem,ut materia qua ad malum uſa eſt, poſt inuenta malicia à deo ſit
facta . Nec quicq; materialium abſq; deo credatur conditum: aut fuiſſe aliarum rerum crea
torem

A torem præter deum:qui præſcientia ſua cum uiderit mutandã naturã,præmonuit de pœna.

PAchumius monachus,uir tam in docendo quàm in ſigna faciẽdo apoſtolicæ gratiæ: & fundator Aegypti cœnobiorum,ſcripſit regulã utriq; generi monachorũ aptam,quam angelo dictãte perceperat.Scripſit & ad collegas præpoſiturę ſuę epiſtolas,in quibus alphabetum myſticis tectum ſacramentis, uelut humanæ cõſuetudinis excedẽtem intelligentiam clauſit:ſolis credo eorum gratię,uel meritis manifeſtum:id eſt,ad abbatẽ Cornelium,unam, ad abbatem Syrum,unam,ad omnium monaſteriorum præpoſitos: ut in unum antiquius monaſterium,quod lingua Aegyptiaca uocatur Baum congregati, paſchæ diem,uelut æternalege concelebrent,epiſtolam unam.Similiter & ad diem remiſſionis quę menſe Auguſto agitur,ut in unum præpoſiti congregarentur,epiſtolam unam:& ad fratres qui foras monaſterium miſſi fuerant operari,epiſtolam unam.

THeodorus presbyter, ſucceſſor & gratiæ & præpoſituræ ſupradicti abbatis Pachumij, ſcripſit ad alia monaſteria ſcripturarũ ſanctarũ epiſtolas ſermone digeſtas.In quibus tamẽ frequẽter meminit magiſtri & inſtitutoris Pachumij:& doctrinæ eius ac uitæ ,pponit exempla:quę ille ut doceret angelo adminiſtrãte didicerat. Simul & hortabat permanendũ in propoſito cordis & ſtudij:& redire in cõcordiã & unitatem eos qui poſt abbatis obitũ diſſenſione facta,à cœtu ſemetipſos abſciderãt unitatis. Sũt aũt huius exhortationis epiſtolæ tres.

ORefieſis monachus,amborum,id eſt,Pachumij & Theodori collega, uir in ſanctis ſcripturis ad perfectũ inſtructus,cõpoſuit librum diuino conditũ ſale,totiusq; monaſticæ diſciplinæ inſtrumentis conſtructũ,& ut ſimpliciter dicã, in quo totũ penè uetus & nouũ teſtamentum cõpendioſis diſſertionibus iuxta monachorũ duntaxat neceſſitatem inuenitur expoſitum:quem tamen uice teſtamenti propè diem obitus ſui fratribus obtulit.

MAcarius monachus ille Aegyptius,ſignis & uirtutibus clarus, unã tantum ad iuniores profeſſionis ſuæ ſcripſit epiſtolam:in qua docet illũ perfecte poſſe deo ſeruire, qui cõditionem creationis ſuæ cognoſcens,ad omnes ſemetipſum inclinauerit labores: & luctãdo
B atq; dei aduerſum omne quod in hac uita ſuaue eſt auxiliũ implorando, ad naturalẽ quoq; perueniens puritatem,continentiam uelut naturæ debitum munus obtinuerit.

EVagrius monachus,ſupradicti Macarij familiaris diſcipulus, diuina & humana literatura inſignis:cuius etiã liber qui attitulatur uita patrum,uelut cõtinentiſſimi & eruditiſſimi uiri mẽtionẽ facit.Scripſit multa monachis neceſſaria,è quibus iſta ſunt.Aduerſum octo principalium uitiorum ſuggeſtiones,quas aut primus aduertit,aut inter primos didicit,octo ex ſanctarum ſcripturarum teſtimonijs oppoſuit libros:ad ſimilitudinem uidelicet domini, qui tentatori ſuo ſemper ſcripturarum teſtimonijs obuiauit:Ita ut unaquæq;,uel diaboli,uel uitiatæ naturæ ſuggeſtionum contra ſe habeat teſtimonium: quod tamen opus eadem ſimplicitate qua in Græco inueni,iuſſus in Latinum trãſtuli. Compoſuit & Anachoretis ſimpliciter uiuentibus librum centum ſententiarum per capitula digeſtum: & eruditis ac ſtudioſis, quinquaginta ſententiarum,quem ego Latinum primus feci.Nam ſuperiorem olim translatum:quia uitiatum & per tempus confuſum uidi:partim reinterpretando,partim emendando authoris ueritatem reſtitui. Compoſuit & cœnobitis ac ſynoditis doctrinam aptam uitæ cõmunis:Et ad uirginem deo ſacratã,libellum cõpetentem religioni & ſexui. Aedidit & pauças ſententiolas ualde obſcuras:&(ut ipſe in his ait) ſolis monachorum cordibus agnoſcibiles:quas ego ſimiliter Latinis dedi. Vixit longa ætate,ſignis & prodigijs pollens.

THeodorus Antiochenæ eccleſiæ presbyter,uir ſcientia cautus & lingua diſertus,ſcripſit aduerſum Apollinariſtas & Anomœos de incarnatione domini libros ad quindecim milia uerſuum cõtinentes.In quibus ratione puriſſima & teſtimonijs ſcripturarum, oſtendit dominum Ieſum,ſicut plenitudinem deitatis,ita plenitudinem humanitatis habuiſſe.Docet & hominem duabus tantum ſubſtantijs conſtare,anima ſcilicet & corpore: ſenſumq; & ſpiritum non alteram eſſe ſubſtantiã,ſed officia eſſe animæ ingenita,quibus ſpirat,quibus rationabilis eſt,quibus ſenſibile facit corpus. Quartumdecimum aũt huius operis librũ,proprie de in-

de increata & ſola incorporea dominaq; omniũ ſanctæ trinitatis natura, & de creaturarum ratione diſſerens,pio ſenſu cum authoritate ſanctarum ſcripturarum explicuit.Quintodecimo uero uolumine,totum operis ſui corpus, citatis etiam patrum traditionibus confirmauit & communiuit.

PRudentius uir ſeculari literatura eruditus,compoſuit ἀπθοχαῖον de toto ueteri & nouo teſtamento perſonis excerptis.Commentatus eſt & in morem Gręcorum Hexameron de mundi fabrica,uſq; ad conditionem primi hominis,& pręuaricationem eius.Compoſuit & libellos, quos Græca appellatione prætitulauit ἀσεβείωσις,ψυχομαχία,ἁμαρτιγένεια, id eſt,de diuinitate,de cõpugnãtia animi,de origine peccatorum. Fecit & in laudem martyrum ſub aliquorũ nominibus.Inuitatorium ad martyrium librum unum,& hymnorum alterum. Speciali tamen intentione aduerſum Symmachum idololatriam defendentem: ex quorum lectione agnoſcitur Palatinus miles fuiſſe.

AVdentius epiſcopus Hiſpanus, ſcripſit aduerſus Manichæos & Sabellianos & Arianos: maximeq; intentione ſpeciali contra Photinianos, qui nunc Bonoſiaci uocantur librum,quem prætitulauit de fide aduerſum omnes hæreticos: in quo oſtẽdit antiquitatem filij dei coæternalem patri fuiſſe:nec initium deitatis tunc à deo patre acceperit,cum à Maria matre uirgine homo deo fabricante conceptus & natus eſt.

COmmodianus dum inter ſeculares literas etiam noſtras legit,occaſionem accepit fidei. Factus itaq; Chriſtianus & uolens aliquid ſtudiorum ſuorũ muneris offerre Chriſto ſuæ ſalutis authori,ſcripſit mediocri ſermone, quaſi uerſu aduerſum paganos: & quia parũ noſtrorum attigerat literas,magis illorum dogmata deſtruere potuit q̃; noſtra firmare.Vnde & de diuinis repromiſſionibus aduerſum illos agens,uili ſatis & craſſo (ut ita dixerim)ſenſu diſſeruit:illis ſtuporem, nobis deſperationem incutiens, Tertullianum & Lactantium & Papiam authores ſecutus: moralẽ ſanè doctrinam & maxime uoluntariæ paupertatis amorem optime proſecutus ſtudentibus inculcauit.

FAuſtinus presbyter,ſcripſit ad perſonam Faccilię reginæ aduerſum Arianos & Macedonianos libros ſeptem:his eos maxime ſcripturarũ teſtimonijs arguens & conuincẽs, quibus illi prauo ſenſu utuntur ad blaſphemiam.Scripſit & librũ quem Valentiniano,Theodoſio & Archadio imperatoribus pro defenſione ſuorũ,cum Marcelliano quodã presbytero obtulit.Ex quo oſtẽditur Luciferiano ſchiſmati conſenſiſſe:quia Hilariũ Pictauienſem, & Damaſum urbis Romæ epiſcopum in eodem libro culpat,quaſi male conſuluerint eccleſiæ,quod præuaricatores epiſcopos,in cõmunionem & ſacerdotium,pacis recuperandæ gratia recepiſſent:quod Luciferianis ita diſplicuit recipere epiſcopos qui in Ariminenſi concilio Arrianis communicauerant,ut Nouatianis apoſtatas pœnitentes.

RVffinus Aquileienſis eccleſiæ presbyter: non minima pars eccleſiæ doctorum, & in transferendo de Græco in latinum elegans ingenium habuit. Deniq; maximam partem Græcorum bibliothecæ latinis exhibuit. Baſilij ſcilicet Cæſarienſis Cappadociæ epiſcopi.Gregorij Nazianzeni eloquentiſſimi hominis. Clementis Romani recognitionũ libros, Euſebij Cæſarienſis Paleſtinę eccleſiaſticam hiſtoriam, Xyſti ſententias,Euagrij ſententias. Pamphili martyris aduerſum Mathematicos. Horum omnium quæcunq; præmiſſis prologis à latinis leguntur,à Ruffino interpretata ſunt:quæ autem ſine prologo, ab alio translata ſunt,qui prologum facere noluit.Origenis autẽ non omnia, quia & Hieronymus tranſtulit aliquanta,quæ ſuo prologo diſcernuntur.Proprio aũt labore,imò gratiæ dei dono,expoſuit idem Ruffinus ſymbolũ,ut in eius cõparatione alij non expoſuiſſe credantur.Diſſeruit & benedictionẽ Iacob ſuper patriarchas,triplici,id eſt hiſtorico,morali & myſtico ſenſu. Scripſit epiſtolas ad timorẽ dei hortatorias multas: inter quas præeminẽt illæ quas ad Probã dedit. Hiſtoriæ etiã eccleſiaſticæ,quã ab Euſebio conſcriptã,& ab iſto diximus interpretatã, addidit decimũ & undecimũ librum.Sed & obtrectatori opuſculorũ ſuorũ reſpondit duobus uoluminibus,arguens & cõuincens ſe dei intuitu & eccleſiæ utilitate, auxiliãte domino ingeniũ

agitauiſſe

A agitauiſſe:illum uero æmulationis ſtimulo incitatum,ad obloquium ſtilum uertiſſe.

TIchonius natione Afer,in diuinis literis eruditus iuxta hiſtoriam ſufficienter,& in ſecularibus nō ignarus fuit:in eccleſiaſticis quoq; negocijs ſtudioſus:ſcripſit de bello inteſtino libros & expoſitiones diuerſarum cauſarum:in quibus ob ſuorum defenſionem,antiquarum meminit ſynodorum:è quibus omnibus agnoſcitur Donatianæ partis fuiſſe. Compoſuit & regulas ad inueſtigandam & inueniendā intelligentiam ſcripturarum octo,quas uno uolumine cōcluſit.Expoſuit & Apocalypſim Ioannis ex integro: nihil in ea carnale,ſed totū intelligens ſpiritale.In qua expoſitione dixit angelicam ſtationē corpus eſſe:mille annorum quoq; regni in terra iuſtorum poſt reſurrectionem futuri ſuſpitionem intulit. Neq; duas in carne mortuorum reſurrectiones futuras,unam iuſtorum,aliam iniuſtorum, ſed unam & ſemel omnium,in qua reſurgent abortiui etiam deformati, ne quid humani generis deformatum & animatum ſubſtantia intereat,oſtendit.diſtinctionem ſanè duarum reſurrectionum ita facit,ut primam quam iuſtorū Apocalypſim dicit,credamus modo in eccleſiæ incremento agi:ubi iuſtificati per fidem, à morticinis peccatorum ſuorum per baptiſmū ad uitæ æternæ ſtipendium ſuſcitantur. Secundam uero generaliter omnis hominum carnis. Floruit hic ætate qua ante memoratus Ruffinus,Theodoſio & filijs eius regnantibus.

SEuerus presbyter cognomento Sulpitius Aquitanicæ prouinciæ: uir genere & literis nobilis:& paupertatis atq; humilitatis amore cōſpicuus: charus etiam ſanctorum uirorum Martini Turonenſis epiſcopi & Paulini Nolani: ſcripſit non contemnenda opuſcula. Nam epiſtolas ad amorem dei & cōtemptum mūdi exhortatorias,ſcripſit ſorori ſuæ multas:quæ & notæ ſunt:ſcripſit & ad ſupradictum Paulinum Nolanū duas,& ad alios alias. Sed quia in aliquibus etiam familiaris neceſſitas inſerta eſt, non digeruntur. Compoſuit & chronica. Scripſit & ad multorum profectum,uitam beati Martini monachi & epiſcopi,ſignis & prodigijs ac uirtutibus illuſtris uiri: & collationem Poſthumiani & Galli, ſe mediante & iudice
B de conuerſatione monachorum orientalium,& ipſius Martini,habitam in dialogi ſpecie,duabus inciſionibus comprehendit: in quarum priore refert ſuo tempore apud Alexandrinam ſynodum epiſcoporum decretum, Origenem & cautius à ſapientibus pro bonis legendum,& à minus capacibus pro malis repudiandum. Hic in ſenectute ſua à Pelagianis deceptus,& agnoſcens loquacitatis culpam, ſilentium uſq; ad mortem tenuit:ut peccatum, quod loquendo contraxerat,tacendo penitus emendaret.

ANtiochus epiſcopus ſcripſit aduerſum auariciam unum & longum uolumen:& de curatione cæci,qui à ſaluatore illuminatus eſt homiliam compoſuit: compūctione timoris dei & humilitate plenam.Moritur Archadij imperatoris tempore.

SEuerianus Gabalenſis eccleſiæ epiſcopus:in diuinis ſcripturis eruditus,& in homilijs declamator admirabilis fuit:unde & frequenter ab epiſcopo Iohanne & Archadio imperatore ad faciēdum ſermonem Conſtantinopolim uocabatur. Legi eius expoſitionē in epiſtolam ad Galatas,& de baptiſmo & Theophaniæ ſolennitate libellum gratiſſimum.Moritur iuniore Theodoſio imperante.

NIceas Romanæ ciuitatis epiſcopus,cōpoſuit ſimplici & nitido ſermone ſex competentibus baptiſmū inſtructionis libellos:In quibus Primus cōtinet,qualiter ſe debeant agere cōpetentes,qui ad baptiſmi gratiā cupiunt peruenire. Secundus,de gentilitatis erroribus: in quo indicat ſuo penè tempore Melchidium quendā patremfamilias ob liberalitatē,& Gadarium ruſticū ob fortitudinē eſſe inter deos relatos. Tertius liber,de fide unicæ maieſtatis. Quartus,aduerſum genethlelogiā. Quintus,de ſymbolo.Sextus,de agni paſchalis uictima. Dedit & ad lapſam uirginem libellum,omnibus labentibus emendationis incentiuum.

OLimpus natiōe Hiſpanus epiſcopus,ſcripſit librū fidei aduerſum eos,qui naturā & nō arbitriū in culpā uocant:oſtendēs non creatione,ſed inobediētia inſertū naturæ malū.

BAcciarius uir philoſophiæ Chriſtianę nudus & expeditus,uacare deo diſponens,etiam peregrinationem pro conſeruanda propoſita integritate elegit. Ædidiſſe dicitur grata

opuſcula: ſed & ego ex illis unum tãtum de fide librum legi: in quo ſatisfacit pontifici urbis c aduerſum querulos & infamatores peregrinationis ſuæ:indicans ſe non timore hominum, ſed dei cauſa peregrinationem ſuſcepiſſe:ut exiens de terra ſua & cognatione ſua, cohæres fi eret Abrahæ patriarchæ.

SAabbatius Gallicanæ prouincię epiſcopus,rogatus à quadã caſta & Chriſto dicata uirgi ne Secũda nomine, compoſuit librum de fide aduerſum Marcionem & Valentinianum eius authorem,& aduerſum Eunomium & eius magiſtrum Aetium: oſtendẽs & ratione ſcri pturarum & teſtimonijs,unum eſſe deitatis principium,ipſumq; eſſe & ſuæ deitatis & æterni tatis authorem,& mundi ex nihilo cõditorem: ſimul & de Chriſto, quod non in phantaſia homo apparuerit: ſed ueram habuerit carnem,per quam manducando,bibendo, laſſando, plorando,patiẽdo,moriendo,reſurgẽdo,uerus probatus ſit homo.His enim ſententijs Mar cion & Valentinianus contrarij extiterunt:aſſerentes duo deitatis principia,& Chriſtum ue/ niſſe in phantaſia.Aetio uero & Eunomio diſcipulo,oſtendit patrem & filium,non duarum eſſe naturarum & diuinitate parilium:ſed unius eſſentiæ:& alterum ex altero,id eſt,ex patre filium,alterum alteri coæternum:cui credulitati Aetius & Eunomius contradicunt.

ISaac ſcripſit de ſancta trinitate, & de incarnatione domini librum obſcuriſſimæ diſputati onis & inuoluti ſermonis: confirmans ita in una deitate tres eſſe perſonas: ut tamen ſit in ſingulis proprium aliquid quod nõ habeat alia.Patrem ſcilicet hoc habere proprium,quod ipſe ſine origine,origo ſit aliorum.Filium hoc habere proprium, quod genitus genitori non ſit poſterior.Spiritum ſanctum hoc habere proprium,quod nec factus ſit,nec genitus, & ta men ſit ex altero.De incarnatione uero domini ita ſcribit: ut manentibus in eo duabus natu/ ris,una credatur filij dei perſona.

VRſinus monachus,ſcripſit aduerſum eos qui rebaptizãdos hæreticos decernunt:docẽs nec legitimum nec deo dignũ rebaptizari illos qui in nomine ſimpliciter Chriſti,uel in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti,q̃uis prauo ſenſu baptizent:ſed poſt ſanctę trinitatis & Chriſti ſimplicẽ confeſſionem,ſufficere ad ſalutẽ manus impoſitionẽ catholici ſacerdotis. D

MAcarius alius monachus,ſcripſit in urbe Romana aduerſum mathematicos librum:in quo labore, orientalium quæſiuit ſolatia ſcripturarum.

HEliodorus alius Antiochenus presbyter, ædidit de uirginitate egregium & ſanctis ſcri pturis inſtructum uolumen.

IOhannes Hieroſolymorũ epiſcopus,ſcripſit in obtrectatores ſtudij ſui librũ:in quo oſten dit ſe Origenis ingenium,non fidem ſecutum.

PAulus epiſcopus,ſcripſit de pœnitentia libellũ:in quo dat legẽ pœnitentibus,ita debere dolere pro peccatis,ne ſupra menſuram triſticiæ,immenſitate deſperationis mergantur.

HEluidius Auxẽtij diſcipulus,Symmachi imitator: ſcripſit religionis quidẽ librũ ſtudio, ſed nõ ſecundũ ſcientiam,neq; ſermone,neq; ratione nitidũ:cuius operis ita ſanctarum ſcripturarũ ſenſus ad ſuam peruerſitatẽ flectere conatus eſt,ut earũ teſtimonijs aſſerere uolu erit ſanctã Mariam poſt natiuitatẽ domini,quem uirgo peperit,Ioſeph ſpõſo ſuo iunctam: & ex eius conſortio filios ſuſcepiſſe:qui fratres domini appellati ſunt:cuius prauitatem argu ens Hieronymus,libellũ documẽtis ſcripturarum ſufficienter factum, aduerſus eum ædidit.

THeophilus Alexãdrinæ ciuitatis epiſcopus: ſcripſit aduerſum Origenẽ,unum & grãde uolumẽ in quo omnia penè eius dicta,& ipſum pariter damnat:ac ſimul edocẽs, non à ſe eum primũ , ſed ab antiquis patribus & maxime Heracla fuiſſe & à presbyterio electũ,& de eccleſia pulſum,& de ciuitate fugatum.Sed & aduerſum Anthropomorphitas hęreticos, qui dicunt deum humana figura & membris conſtare,diſputatione longiſſima cõfutans, & diuinarũ ſcripturarum teſtimonijs arguens & conuincens eos, oſtendit deũ incorruptibilẽ & incorporeũ,iuxta patrũ fidem credendũ:neq; ullis membrorũ lineamẽtis omnino cõpoſitũ: & ob id nihil ei in creaturis ſimile per ſubſtantiã,nec cuiq̃ incorruptibilitatẽ, aut immutabili tatẽ aut incorporalitatẽ ſuæ dediſſe naturæ:ſed eſſe omnes intellectuales naturas corporeas,

omnes

A omnes corruptibiles,omnes mutabiles:ut ille ſolus corruptibilitati & mutabilitati non ſubiaceat,qui ſolus habet immortalitatẽ.Paſchalẽ etiã recurſum,quod magna apud Niceã ſynodus poſt nonaginta & quinq; annos,agi in tempore & die & luna ſecundũ ſtatũ ſuũ inuenerat:additis quibuſdã ipſius feſtiuitatis rationibus & expoſitionibus, Theodoſio principi obtulit.Legi & tres de fide libros ſub nomine eius titulatos:ſed quia lingua incõſonans eſt,non

EVſebius ſcripſit de crucis domini myſterio & apoſtolorũ,præcipueq; Petri conſtantiam uirtute crucis,fidei uirtute adeptam.

VIgilantius presbyter natione Gallus,in Hiſpania Barcilonenſis parrochię eccleſiã tenuit:ſcripſit & ipſe zelo quidẽ religionis aliqua ſeductus humana laude, & præſumẽs ſupra uires ſuas,homo lingua politus,nõ ſenſu ſcripturarũ exercitatus,expoſuit prauo ingenio ſecũdã Danielis uiſionẽ,& alia locutus eſt friuola,quæ in Catalogo hęreticorũ neceſſario ex

SImplicianus epiſcopus,multis epiſtolis hortatus eſt Auguſtinũ adhuc presby (ponẽt ter,agitare ingeniũ & expoſitionibus ſcripturarũ uacare:ut etiã nouus quidã Ambroſius Origenis ἐφοδιώτης uideret.Vnde & multas ad eius perſonã ſcripturarũ quęſtiões abſoluit.Eſt eius epiſtola propoſitionum,in qua interrogando quaſi diſciturus doctrinam docet.

VIgilius epiſcopus, ſcripſit ad quendam Simplicianum in laudem martyrum libellum, & epiſtolam continentem geſta ſui temporis apud Barbaros martyrum.

AVguſtinus Afer Hipponẽſis oppidi epiſcopus, uir eruditione diuina & humana orbi clarus,fide integer & uita purus:ſcripſit quanta nec inueniri poſſunt. Quis ergo glorietur omnia ſe illius habere:aut quis tanto ſtudio legat quanto ille ſcripſit? Vnde & multa loquenti accidit quod dixit per Solomonẽ ſpiritus ſanctus: Ex multiloquio non effugies peccatum.Ædidit tamẽ ſenex,quod iuuenis cœperat,de trinitate libros duodecim.In quibus(ut ſcriptura ait)introductus in cubiculum regis,& decoratus ueſte multifaria,ſapientia dei exhibuit eccleſiã ſine macula,aut ruga,aut aliquid eiuſmodi.De incarnatione quoq; domini ideneam ædidit pietatem.De reſurrectione mortuorũ,etiam ſimili cucurrit ſynceritate: licet minus capacibus dubitationem de abortiuis fecerit.Error tamen illius ſermone multo ut ſuperius dixi contractus,lucta hoſtium exaggeratus,necdum hæreſis quæſtionem dedit.

B OROſius presbyter Hiſpani generis,uir eloquens & hiſtoriarum cognitor:ſcripſit aduersum querulos Chriſtiani nominis,qui dicũt defectũ Romanæ reipub. Chriſti doctrina inuectũ,libros ſeptẽ:in quibus totius penè mundi temporis calamitates & miſerias,ac bellorum inquietudines replicans,oſtẽdit magis Chriſtianæ obſeruantiæ eſſe,quod contra meritum ſuũ res Romana adhuc duraret,& pace culturę dei pacatũ retineret imperiũ.Sanè in primo libro deſcripſit poſitionẽ orbis, oceani interfuſione & Tanai limitibus interciſi, ſitum locorum,nomina & numerum,moresq; gentium,qualitates regionũ,initia bellorum, & tyrannidis exordia,finitimorũ ſanguine dedicata. Hic eſt Oroſius,qui ab Auguſtino pro diſcẽda animæ ratione ad Hieronymũ miſſus,rediens reliquias beati Stephani primi martyris,tunc nuper inuentas,primus intulit occidenti.Claruit extremo penè Honorij tempore.

MAximus Taurinenſis eccleſiæ epiſcopus,uir in diuinis ſcripturis ſatis intẽtus,& ad docendã ex tempore plebẽ ſufficiens,cõpoſuit in laudẽ apoſtolorũ tractatus & in Iohannis Baptiſtæ,& generalem omniũ martyrum homiliã.Sed & de capitulis Euangeliorũ,& actuũ apoſtolorũ multa ſapienter expoſuit. Fecit & duos de ſancti Euſebij Vercellẽſis epiſcopi & cõfeſſoris uita tractatus:& de ſancti Cypriani ſpecialẽ. De baptiſmi gratia librũ ędidit. Scripſit de auaricia:de hoſpitalitate:de defectu lunæ:de eleemoſynis:de eo quod ſcriptũ eſt in Eſaia:Caupones tui miſcent uino aquam:de paſſione domini: de ieiunio ſeruorũ dei generali,de ieiunio ſpeciali quadrageſimæ,& quod non ſit in eo iocandũ:de Iuda traditore:de cruce domini:de ſepulchro eius:de reſurrectiõe ipſius:de accuſato & iudicato domino apud Pilatũ:de Calẽdis Ianuarijs. Scripſit etiã homilias de natali domini: homilias de theophania: & de paſcha:& de pentecoſte multas:de hoſtibus carnalibus nõ timendis: de gratijs poſt cibum deo agẽdis:de pœnitẽtia Niniuitarũ:& multas alias eius homilias de diuerſis legi, quæ nec retineo.Moritur Honorio & Theodoſio iuniore regnãtibus

PEtronius Bononiensis Italiæ ecclesiæ episcopus:uir sanctitate uitæ & monachorum stu C
dijs ab adolescentia exercitatus:scripsisse putatur uitas patrum Aegypti monachorum,
quas uelut speculũ ac normam professionis suę,monachi amplectuntur.Legi sub eius nomi
ne de ordinatione episcopi,ratione & humilitate plenum tractatum:quem lingua elegantior
ostendit non ipsius esse:sed ut quidam dicunt patris eius Petronij eloquẽtissimi & eruditissi
mi in secularibus literis uiri:& credendum.Nam præfectum prætorio se fuisse,in ipso tracta
tu designat.Moritur Theodosio Archadij filio,& Valentiniano regnantibus.

PElagius hæresiarches,antecꝙ proderetur hæreticus, scripsit studiosis tres necessarios de
fide trinitatis libros:& pro actuali cõuersatione Eulogiarum ex diuinis scripturis librum
unum:capitulorum indicijs in modum sancti Cypriani martyris præsignatum.Postquã hę
reticus publicatus est,scripsit hæresi suæ fauentia.

INnocentius urbis Romæ episcopus,scripsit decretum occidentalium & orientalium eccle
siarũ aduersum Pelagianos datũ,quod postea successor eius Zosimus latius ꝓmulgauit.

CElestinus antequam ad Pelagium concurreret,imò adhuc adolescens:scripsit ad paren
tes suos de monasterio epistolas in modum libellorum tres, omni deum desideranti
necessarias.Moralis siquidem in eis dictio: nihil ibi uitij postmodum proditi: sed totum ad
uirtutis incitamentum tenuit.

IVlianus episcopus Capuanus,uir acer ingenio:in diuinis scripturis doctus, Græca & Lati
na lingua scholasticus. Prius ergo cꝙ impietatẽ Pelagij in se aperiret, clarus in doctoribus
ecclesiæ fuit:postea uero hæresim Pelagij defendere nisus, scripsit aduersum Augustinũ im
pugnatorẽ illius libros quatuor:& iterũ libros octo.Est & liber altercationis amborũ, partes
suas defendentium.Hic Iulianus elecmosynis tempore famis & angustiæ indigentibus, om
nibus suis prorogatis, multos miserationis specie nobilium præcipue religiosorum illiciens,
hæresi suæ sociauit.Moritur Valentiniano Constantij filio imperante.

LVcianus presbyter uir sanctus,cui reuelauit deus tẽporibus Honorij & Theodosij Au
gustorum,locum sepulchri & reliquiarum corporis sancti Stephani martyris primi:scri
psit ipsam reuelationem ad omnium ecclesiarum personas Græco sermone. D

AVitus presbyter,homo Hispanus genere,ante relatã Luciani presbyteri scripturã trã
stulit in latinum sermonem:& adiecta epistola sua, per Orosium presbyterũ occiden
talibus dedit.

PAulinus Nolæ Campaniæ episcopus,composuit uersu breuia,sed multa: & ad Celsum
quendam epitaphij uice cõsolatorium libellum,super morte Christiani & baptizati in
fantis,spe Christiana munitum:& ad Seuerum plures epistolas: ad Theodosium imperato
rem ante episcopatum prosa panegyricum super uictoria tyrannorum: eò maxime quod fi
de & oratione plus cꝙ armis uicerit.Fecit & sacramentariũ & hymnarium. Ad sororẽ quoqꝫ
epistolas multas de contemptu mundi dedit:& de diuersis causis,disputatione diuersa tracta
tus ædidit. Præcipuus tamen omnium opusculorum eius, est liber de pœnitẽtia & de laude
generali omnium martyrum.Claruit temporibus Honorij & Valentiniani: non solum eru
ditione & sanctitate uitæ:sed & potentia aduersum dæmones.

EVtropius presbyter,scripsit ad duas sorores ancillas Christi,quæ ob deuotionem pudi
citiæ & amorem religionis exhæredatæ sunt à parẽtibus, epistolas in modũ libellorum
consolatorias,eleganti & aperto sermone duas: non solum ratione,sed etiam & testimonijs
scripturarum munitas.

EVagrius alter,scripsit altercationem Simonis Iudæi & Theophili Christiani,quæ penè
omnibus nota est.

VIgilius diaconus,composuit ex traditione patrum,monachorum regulam:quæ in cœ
nobio ad profectum fratrum in conuentu legitur breuiato & aperto sermone, totius
(monasticæ professionis in se tenentẽ disciplinam.

ATticus Cõstãtinopolitanus epi
scopus, scripsit ad reginas Archadij imperatoris filias de fide & uirginitate librũ ual
de

A de egregium:in quo peruersum Nestorianum dogma impugnat.

NEstorius hæresiarches,cũ in Antiochena ecclesia presbyter insignis in docendo ex tempore declamator haberetur:cõposuit infinitos tractatus diuersarum ὑποθέσεων. In quibus iam tunc subtili nequitia infudit postea proditæ impietatis uenena:quæ moralis interdũ occultabat suadela.Postq; uero eloquentia & abstinentia cõmendante, Constantinopolitanæ ecclesiæ pontificatu donatus est,apertum se ecclesiæ hostẽ quem diu celabat ostendens, scripsit librũ quasi de incarnatione domini sexaginta & duobus diuinę scripturę testimonijs, prauo sensu suo cõstructũ: in quo quid asseuerauerit, in Catalogo hæreticorũ mõstrabitur.

XYstus urbis Romæ episcopus, decretum synodi aduersum supradictum Nestorium habitum uolumine describẽs,ad Orientis & Occidentis ecclesias dedit:cõfirmans duabus in Christo manentibus perfecte naturis,unam filij dei credendam esse personam.Huic enim sententiæ suprascriptus Nestorius ostensus est esse contrarius.Similiter etiam Xystus successor Celestini,pro eadem re,& ad ipsum Nestorium & ad Oriẽtis episcopos aduersus errorem eius succidendum sententias direxit.

THeodorus Ancyranus Galatiæ episcopus,scripsit aduersus Nestoriũ adhuc Ephesi positus,librum redargutionis & confutationis: dialectica quidem arte ordinatum: sed authoritate sanctarum scripturarum detextum: multis enim assertionibus usus est anteq; scripturarum testimonia poneret.

FAstidius Britanniarum episcopus, scripsit ad Fatalẽ quẽdam de uita Christiana librum unum:& alium de uiduitate seruanda sana & deo digna doctrina.

CYrillus Alexandrinæ ecclesiæ episcopus,ædidit uariatũ ὑποθέσεων tractatus:homilias etiam composuit plurimas: quæ ad declamandũ à Græciæ episcopis memoriæ cõmendantur.Præterea libri eius sunt de synagogæ defectu:de fide aduersum hæreticos:& peculiari intentione aduersus Nestorium compositus, qui intitulatur ἔλεγχος. In quo omnia Ne-
B storij occulta panduntur,& prodita confutantur.

TImotheus episcopus,composuit librum de natiuitate domini secundum carnem:quam credit in epiphania factam.

LEporius adhuc monachus postea presbyter,præsumẽs de puritate uitę:quã arbitrio tãtũ & conatu ꝓprio nõ dei se adiutorio obtinuisse credebat, Pelagianũ dogma cœperat sequi:sed à Gallicanis doctoribus admonitus, & in Africa per Augustinũ à deo emẽdatus, scripsit emendationis suæ libellũ:in quo & satisfacit de errore,& gratias agit de emẽdatione. Simul & quod de incarnatione Christi male senserat corrigens,catholicã sententiam tulit dicens:manentibus in Christo in sua substantia duabus naturis, unã reddi filij dei personam.

VIctorinus rhetor Massiliẽsis,ad filij sui Etherij personam cõmentatus est in Genesim, id est,à principio libri usq; ad obitũ Abrahæ patriarchæ. Quatuor uersuum ædidit libros Christiano quidem & pio sensu:sed utpote seculari literatura homo occupatus,& nullius magisterio in diuinis scripturis exercitatus,leuioris ponderis sententias figurauit.Moritur Theodosio & Valentiniano regnantibus.

CAssianus natione Scytha,Constantinopoli à Ioanne magno episcopo diaconus ordinatus,apud Massiliam presbyter,condidit duo,id est,uirorũ & mulierum monasteria, quæ usq; hodie extant.Scripsit experiẽtia magistrante plano & librato sermone,&(ut apertius dicam)sensu uerba inueniens,& actione linguam mouens,res omnium monachorũ professioni necessarias:id est, de habitu monachi:de canonico orationum atq; psalmorum modo qui in monasterijs Aegypti die noctuq; tenentur libros tres:institutionũ librum unum. De origine & qualitate ac remedijs octo principalium uitiorum libros octo:singulos scilicet de singulis uitijs libros expediens. Digessit etiã collationes cum patribus Aegypti habitas, hoc est,de destinatione monachi,ac fine:de discretione:de tribus ad seruiendum deo uocationibus.De pugna carnis aduersum spiritum,& spiritus aduersum carnem.De natura omnium uitiorum:de nece sanctorum:de mobilitate animæ:de octo principalibus uitijs:de quali-

tate orationis:de iugitate orationis,de perfectione,de caſtitate, de protectione dei,de ſcien/ c
tia ſpirituali,de diuinis chariſmatibus,de amicitia,de definiẽdo uel non definiendo,de tribus antiquis generibus monachorum & quarto nuper exorto, de fine cœnobitæ & eremitæ,de ſatisfactione pœnitentiæ, de remiſſione quinquageſimæ, de nocturnis illuſionibus,de co quod dicit Apoſtolus:Non enim quod uolo facio bonum,ſed quod nolo malum,hoc ago: de mortificatione.Et ad extremum rogatus à Leone archidiacono, poſtea urbis Romæ epi/ ſcopo:ſcripſit aduerſus Neſtorem de incarnatione domini libros ſeptem. Et in his ſcribendi apud Maſſiliam,& uiuendi finem fecit, Theodoſio & Valentiniano regnantibus.

PHilippus presbyter,optimus auditor Hieronymi,cõmẽtatus in Iob,ędidit ſermone ſim plici libros.Legi eius & familiares epiſtolas & ualde ſalſas,& maxime ad paupertatis & dolorum tolerantiam exhortatorias.Moritur Martiano & Auito regnantibus.

EVcherius Lugdunẽſis eccleſiæ epiſcopus,ſcripſit ad Valerianum propinquũ ſuũ de con temptu mundi & ſecularis philoſophiæ epiſtolã unam,ſcholaſtico & rationabili ſermo ne. Diſſeruit etiã ad perſonam filiorũ Saloniꝝ & Veroni, poſtea epiſcoporũ, obſcura quæq; ſanctarum capitula ſcripturarum.Sed & Caſſiani quædam opuſcula lato tenſa eloquio,an/ guſto reuoluens uerbi tramite,in uno coegit uolumine:aliaq; tam eccleſiaſticis ſtudijs neceſ/ ſaria quàm monaſticis.Moritur Valentiniano & Martiano regnantibus.

VIncentius natione Gallus,apud monaſteriũ in Lerinenſi inſula presbyter:uir in ſcriptu ris ſanctis doctus,& noticia eccleſiaſticorũ dogmatũ ſufficiẽter inſtructus, compoſuit ad euertenda hęreticorũ collegia nitido & aperto ſermone ualidiſſimã diſputationẽ:quã ab ſconſo nomine ſuo,attitulauit,Peregrini aduerſum hæreticos: cuius operis quia ſecundi libri maximã in ſchedulis partẽ, à quibuſdã furatã perdidit, recapitulato eius paucis ſermonibus ſenſu primo cõpegit:& in unũ librũ ædidit.Moritꝰ Theodoſio & Valentiniano regnãtibus.

SYagrius,ſcripſit de fide aduerſum præſumptuoſa hæreticorũ uocabula:quæ ad deſtruẽ/ da uel immutanda ſanctæ trinitatis nomina uſurpata ſunt, dicẽtium patrẽ nõ debere pa trẽ dici:ne in patris nomine filius cõſonet:ſed ingenitũ & infectum ac ſolitariũ nuncupandũ: ut quicquid extra illũ in perſona eſt,extra illũ ſit in natura:oſtẽdẽs & patrẽ quidẽ poſſe dici d ingenitum,licet ſcriptura nõ dixerit:& ex ſe genuiſſe in perſona filiũ nõ feciſſe:& ex ſe protu liſſe in perſona ſpiritũ ſanctũ,nõ genuiſſe neq; feciſſe.Sub huius Syagrij nomine ſeptẽ de fi de & regulis fidei libros prætitulatos inueni:ſed quia lingua uariantur,non eius credidi eſſe.

ISaac presbyter Antiochenæ eccleſiæ,ſcripſit Syro ſermone longo tempore & multa: præ cipua tamen cura aduerſum Neſtorianos & Eutychianos: ruinam etiam Antiochiæ elegi aco carmine planxit,coauditores imbuens ſono,quo Ephrem diaconus Nicomedię lapſum. Moritur Leone & Maiorano regnantibus.

SAluianus Maſſiliẽſis presbyter,diuina & humana literatura inſtructus:& (ut abſq; inui/ dia loquar)epiſcoporũ magiſter,ſcripſit ſcholaſtico & aperto ſermone multa: ex quibus iſta legi: De uirginitatis bono ad Marcellũ presbyterũ libros tres:aduerſum auariciã libros quatuor.De præſenti iudicio libros quinq;,& pro eorũ merito ſatisfactionis ad Saloniũ epi ſcopũ librũ unũ: & expoſitionis extremæ partis Eccleſiaſtis ad Claudianũ epiſcopũ Viẽnen ſem librũ unũ: epiſtolarũ librum unũ:& in morẽ Græcorũ,de principio Geneſis uſq; ad con ditionem hominis,compoſuit uerſu quaſi Hexameron librũ unum. Homilias epiſcopus fa/ ctus multas:ſacramẽtorum uero quantas nec recordor. Viuit uſq; hodie in ſenectute bona.

PAulinus,compoſuit tractatus de initio quadrageſimæ:è quibus legi duos,De die domi nico paſchæ,de obedientia,de pœnitentia,de neophytis.

HIlarius Arelatenſis epiſcopus,uir in ſanctis ſcripturis doctus, paupertatis amator:& er ga inopũ prouiſionem,non ſolum mentis pietate,ſed & corporis ſui labore ſolicitus fu it.Nam pro reficiendis pauperibus, etiam ruſticationem contra uires ſuas homo genere cla rus & longe aliter educatus exercuit:ſed nec in ſpiritualibus neglexit. Nam & in docẽdo gra tiam habuit: & abſq; perſonarũ acceptione omnibus caſtigatũ opus prædicationis ingeſſit.

Ingenio

A Ingenio uero immortali,aliqua & parua ædidit:quæ eruditæ animę & fidelis lingũæ indicio sunt in quibus præcipua & ad multorum utilitatẽ neceſſaria opera, uitã ſancti Honorati de ceſſoris ſui compoſuit.Moritur Valentiniano & Martiano imperatoribus.

LEo urbis Romæ epiſcopus,ſcripſit ad Flauianũ Conſtãtinopolitanæ eccleſiæ epiſcopũ, aduerſum Eutychẽ presbyterũ:q tũc ambitiõe epiſcopatus,noua in eccleſiã moliebat͂ inducere,epiſtolã:in qua admonet eũ,ut ſi confiteretur errorẽ & polliceret͂ emẽdationẽ,recipe ret eũ.Si aũt pſisteret in incepto,cũ ſua hæreſi dãnaretur.Simul docet in ipſa epiſtola & diuinis cõfirmat teſtimonijs,dominũ Ieſum Chriſtũ, ſicut paternæ diuinitatis uerũ filiũ:ita uerũ humanæ naturæ eſſe hominẽ credendũ:id eſt,ex carne uirginis,carnẽ traxiſſe:& nõ de cœlo corpus ſibi exhibuiſſe,ſicut Eutyches aſſerebat.Morit͂ Leone & Maiorano imperatoribus.

MOchimus Meſopotamenus apud Antiochiã presbyter,ſcripſit aduerſum Eutychem egregium librum:& alia ſcribere dicitur,quæ necdum legi.

TImotheus,extincto ab Alexandrinis Proterio epiſcopo, tumultuante adhuc plebe,aut uoluit,aut paſſus eſt ſe ab uno epiſcopo in locũ occiſi epiſcopi fieri epiſcopũ. Et ne contra legem factus merito abijceretur , ad gratiam plebis , quæ Proterium exoſum habuerat: omnes quibus ille cõmunicauerat,Neſtorianos eſſe pronunciauit:& maculam cõſcientiæ temeritate abluendam præſumens, ſcripſit ad Leonem imperatorem libellum ualde ſuaſoriũ, quem prauo ſenſu, patrum teſtimonijs intantum roborare conatus eſt:ut ad decipiendũ imperatorem,& ſuam hæreſim confortandam,penè Leonem urbis Romæ epiſcopũ, & Chalcedonenſem ſynodũ ac totos Orientaliũ epiſcopos, illorum adminiculo Neſtorianos oſtenderet.Sed fauente deo à Chalcedonenſi concilio hoſtis eccleſiæ coargutus eſt & confutatus. Viuere adhuc in exilio iam hæreſiarches dicitur & habetur.Hunc ipſum libellum cognoſcẽdi gratia,ego rogatus à fratribus,in Latinum tranſtuli,& cauendum prætitulaui.

ASclepius Afer in Baienſi territorio uici non grandis epiſcopus, ſcripſit aduerſum Arianos,& modo aduerſum Donatiſtas ſcribere dicitur:in docendo autẽ ex tempore grandi opinione celebratur.

B PEtrus Edeſſenæ eccleſiæ presbyter,declamator inſignis,ſcripſit uariarũ cauſarum tractatus,& in morem ſancti Ephrem diaconi pſalmos metro compoſuit.

PAulus presbyter,natione(ut ex dictis eius cognoui)Pãnonius,ſcripſit de uirginitate ſeruanda & cõtemptu mundi,ac uitæ inſtitutione uel morum correptione mediocri ſermone,ſed diuino conditos ſale libros duos,ad perſonam cuiuſdã nobilis & Chriſto deditæ uirginis Conſtãtia nomine:in quibus meminit Iouiniani hæretici, & uoluptatum ac libidinum prædicatoris:cui intantum continentis & caſtæ uitæ inſtitutio contraria fuerat,ut inter luxuriоſas epulas animam eructaret.

PAſtor epiſcopus,cõpoſuit libellũ in modum ſymboli paruũ,totam penè eccleſiaſticã credulitatẽ per ſententias cõtinentẽ:in quo inter cæteras diſſenſionũ prauitates, quas prætermiſſis autorum uocabulis anathematizat,Priſcillianos cum ipſo autoris nomine damnat.

VIctor Cartẽnæ Mauritaniæ ciuitatis epiſcopus,ſcripſit aduerſum Arianos librũ unum & longum,quem Genſerico regi per ſuos audiendum obtulit,ſicut ex procœmio ipſius libri didici.Scripſit & de pœnitentia publicani librum:in quo & regulam uiuendi pœnitentibus iuxta ſcripturarum autoritatem ſtatuit:& ad Baſilium quendam ſuper morte filij conſolatorium libellum,ſpe reſurrectionis perfecta inſtructione munitum.Homilias etiam cõpoſuit multas,quas à fratribus ſalutis propriæ ſolicitis in libris digeſtas ſeruari cognoui.

VOconius Caſtellani Mauritaniæ oppidi epiſcopus, ſcripſit aduerſus eccleſiæ inimicos Iudæos & Arianos & alios hæreticos.Cõpoſuit etiã ſacramentorũ egregium uolumẽ.

MVſæus Maſſilienſis eccleſiæ presbyter,uir in diuinis ſcripturis doctus,& in earum ſenſibus ſubtiliſſima exercitatione limatus,lingua quoq; ſcholaſticus,hortatu ſancti Venerij epiſcopi excerpſit ex ſanctis ſcripturis lectiones totius anni, feſtiuis aptas diebus:reſpõſoria,etiam pſalmorum capitula,tempori & lectionibus cõgruentia:quod opus tam neceſſa-

rium à lectoribus in ecclesia probatur,ut expetitũ,& solicitudinem tollat & moram, plebiq; ingerat scientiam,celebritatem & decorem.Sed & ad personam sancti Eustasij episcopi successoris supradicti hominis dei, composuit sacramentorum egregiũ & non paruũ uolumen, per membra quidẽ pro opportunitate officiorum & temporum, pro lectionum textu psalmorumq; serie & decantatione discretũ:sed supplicandi deo,& contestandi beneficiorũ eius soliditate sui consentaneum:quo opere grauissimi sensus & castigatæ eloquẽtiæ agnouimus uirum.Homilias etiam dicitur declamasse, quas & haberi à fidelibus uiris cognoui: sed ego non legi.Moritur Leone & Maiorano regnantibus.

VIncentius presbyter,& ipse natione Gallus, in diuinis scripturis exercitatus, linguã habens usu loquẽdi & maiorum lectione politam,cõmentatus est in psalmos: cuius operis legit aliqua sancto homini dei Cannati me audiẽte, promittens simul si dominus uitam & uires daret,se in toto psalterio eodem studio laboraturum.

CYrus genere Alexãdrinus,arte medicus & ex philosopho monachus,uir dicendi peritus,scripsit aduersus Nestorem prius eleganter & fortiter. Modo aũt dum in illum nimius inuehitur,& syllogismis magis q; scripturis agit,Timotheanum dogma fouere cœpit. Deniq; ambiguusq; etiam sui suspendit animum à consensu Chalcedonensis decreti, nec ac quiescendum putat filium dei duabus post incarnationem constare naturis.

SAmuel Ediſſenæ ecclesiæ presbyter, multa aduersus ecclesiæ inimicos Syro sermone construere dicitur:præcipua tamen intentione contra Nestorianos,& Eutychianos, & Timotheanos nouellos:siue ad diuersos hæreticos. Vnde & frequenter triformẽ bestiam, & ecclesiastica nõ semel sententia cum autoritate sanctarum scripturarum summotã,ferit: ostendẽs Nestorianis deum in homine,non purum hominem ex uirgine natum.Eutychianis ueram humani generis carnem è deo assumptam,& non de cœlo exhibitam:nec crassi aeris substantiam in carne formatam.Timotheanis ita uerbum carnem factum:ut manente uerbo in sua substantia,& homine in sua natura,societate,nõ immixtione unam filij dei reddidisset personam. Viuere adhuc apud Constantinopolim dicitur. Nam initio collati Anthemio imperij & scripta eius,& esse eum in carne cognoui.

CLaudianus Viennensis ecclesiæ presbyter,uir ad loquendum artifex,& ad disputandum subtilis:composuit tres de statu uel de substantia animæ libros,in quibus agit intentionem,quatenus ostendat aliquid incorporeum præter deum.

PRosper homo Aquitanicę regionis,sermone scholasticus,& assertiõibus neruosus,multa composuisse dicitur. Ex quibus ego Chronica nominis illius prætitulata legi cõtinentia à primi hominis conditione iuxta diuinarum scripturarum fidem,usq; ad obitũ Valentiniani Augusti: & captiuitatem urbis Romæ à Genserico Vuandalorum rege factam. Legi & librum aduersus opuscula suppresso nomine Cassiani:quæ ecclesia dei salutaria probat,ille infamat nociua. Re enim uera Cassiani & Prosperi de gratia dei & libero arbitrio sentẽtiæ in aliquibus sibi inueniuntur cõtrariæ.Epistolæ quoq; papæ Leonis aduersum Eutychen,de uera Christi incarnatione ad diuersos datæ,ab ipso dictatæ creduntur.

FAustus ex abbate Lerinensis monasterij apud regnum Galliæ episcopus factus, uir in diuinis scripturis satis intẽtus,ex traditione symboli occasione accepta, cõposuit librum de spiritu sancto:in quo ostendit eum iuxta fidem patrum & consubstantialem & coæternalem esse patri & filio: ac plenitudinem trinitatis obtinẽtem. Aedidit quoq; opus egregiũ de gratia dei qua saluamur:& libero humanæ mẽtis arbitrio,in quo saluamur:in quo opere docet gratiam dei semper & inuitare, & præcedere,& iuuare uoluntatem nostram,& quicquid ipsa libertas arbitrij pro labore piæ mercedis acquisierit,nõ esse proprium meritum, sed gratiæ donum.Legi eius & aduersum Arianos & Macedonianos paruum libellum, in quo coessentialem prædicat trinitatem,& alium aduersus eos qui dicunt esse in creaturis aliquid incorporeum.In quo & diuinis testimonijs & patrum cõfirmat sententijs, nihil credendum incorporeum præter deum.Est eius epistola in modum libelli ad diaconũ quendam Gratum

nomine

A nomine ædita,qui à fide catholica diſcedens,ad Neſtorianam abijt impietatem. In qua epiſtola admonet eum credere, ſanctam Mariam uirginem nō purum hominem genuiſſe,qui poſtea ſuſciperet diuinitatem,ſed deum uerum & hominem uerum. Sunt eius & alia ſcripta quæ quia necdum legi,nominare nolui:uiua tamen uoce egregius doctor & creditur & probatur.Scripſit poſtea & ad Felicem præfectum prætorio & patriciæ dignitatis uirum, filium Magni conſulis iam religioſum, epiſtolam ad timorem dei hortatoriam,conuenientem perſonis pleno animo pœnitentiam agere diſponentium.

SEruus dei epiſcopus,ſcripſit aduerſum eos qui dicunt Chriſtum in hac uita degentē non uidiſſe carneis ſuis oculis patrem:ſed poſt reſurrectionē ex mortuis & aſcēſionem in cœlis,cum trāslatus eſt in gloriam dei patris, profectū ſcilicet ei dantis in remunerationē martyrij:in qua ſcriptura oſtendit & diſputatione ſana & ſanctarum ſcripturarum teſtimonijs,dominum Ieſum ab ipſo eius conceptu per ſpiritum ſanctū facto & partu ex uirgine,quo deus uerus in homine uero,ipſe quoq; homo deus factus natus eſt,ſemper carnis ſuæ oculis & patrem uidiſſe & ſpiritum ſanctum per ſpecialem & unitam dei & hominis ſocietatem.

VIctorius homo natiōe Aquitanicus, calculator ſcripturarū ſcrupuloſus, inuitatus à ſancto Hilario urbis Romæ epiſcopo,compoſuit paſchalem curſum indagatione cautiſſima,poſt quatuor priores,qui cōpoſuerant,id eſt,Hippolytum, Euſebium, Theophilum,& Proſperum:& protendit annorum ſeriem uſq; ad annum quingenteſimum triceſimūſecundum:ita ut à quingenteſimo triceſimotertio anno reincipiat paſchalis ſolennitas:eodē menſe & die eademq; luna:quæ primo paſſionis ac reſurrectionis dominicæ anno facta eſt.

THeodoretus Cyriæ ciuitatis epiſcopus(à Cyro enim rege Perſarum condita,ſeruat hodieq; apud Syriam nomen autoris) ſcripſiſſe dicitur multa : ad meam noticiam tamen iſta ſunt quæ uenerunt: De incarnatione domini aduerſum Eutychen presbyterum & Dioſcorum Alexandriæ epiſcopum,qui humanam in Chriſto carnem fuiſſe negant,ſcripta fortia:per quæ confirmat & ratione & teſtimonijs ſcripturarum, ita illum ueram maternæ ſubſtantiæ carnem habuiſſe,quam ex matre uirgine ſumpſit:ſicut & ueram deitatem,quā æterna naſcibilitate deo patre gignente,ipſe naſcendo accepit. Et decem hiſtoriæ eccleſiaſticæ li-
B bri,quos imitatus Euſebium Cæſarienſem conſcripſit,incipiens à fine librorum Euſebij uſq; ad ſuum tempus:id eſt,à uicennalibus Conſtantini uſq; ad imperium Leonis ſenioris deduxit,ſub quo & mortuus eſt.

GEnnadius Conſtātinopolitanæ eccleſiæ pōtifex,uir lingua nitidus & ingenio acer: tam diues ex lectione antiquorū fuit:ut Danielem prophetā ex integro ad uerbum cōmentatus exponeret.Homilias etiam multas cōpoſuit.Moritur ſeniore Leone imperium tenēte.

THeodulus in Cœleſyria presbyter multa conſcribere dicitur, ſed ad me liber eius uenit: quem de conſonantia diuinæ ſcripturæ compoſuit:id eſt,ueteris & noui teſtamenti aduerſus antiquos hæreticos. Qui propter differentiam præceptorum uel ceremoniarū, alium ueteris teſtamenti deum dixerunt,aliū noui.In quo oſtendit diſpenſationis fuiſſe unius eiuſdemq; dei authoris utriuſq; ſcripturæ, ut alia per Moyſen antiquis lex daretur in ſacrificiorū ceremonijs & iudiciorū animaduerſionibus: alia nobis per Chriſti præſentiā in ſacris myſterijs & futuris repromiſſionibus:nec diuerſa credi debere,aut non uno ſpiritu & uno autore dictata:cum illa quæ ſi modo ſecundum literam obſeruarentur occiderent,eadem ipſa ſecundum ſpiritum intellecta uiuificent.Moritur hic ſcriptor ante trienniū regnante Zenone.

IOhannes Antiochenæ Parochiæ ex grammatico presbyter : ſcripſit aduerſum eos qui in una tantum ſubſtantia adorandum aſſerunt Chriſtum:nec acquieſcunt,duas in Chriſto confitendas naturas:docens ſecundum relationem ſcripturarum unam in illo dei & hominis eſſe perſonam,non unam carnis & uerbi naturam . Simul & impugnat aliquas Cyrilli Alexandrini epiſcopi ſententias:docens incaute ab illo aduerſum Neſtorem prolatas,quę nunc fomentum ſunt,& robur addunt Timotheanis:quod ualde inaniter dicit. Viuere adhuc dicitur & ex tempore declamare.

Honoratus

HOnoratus Constãtinæ Africæ ciuitatis episcopus, scripsit ad Archadium quendã qui c
pro cõfessione fidei catholicæ in partes Africæ exulabat, epistolã ad labores pro Chri
sto ferẽdos hortatoriam:& exemplis præsentibus,& scripturarum relationibus roboratam:
& quod confessionis fidei perseuerantia,non solum pręterita purget à crimine peccata,sed &
meritum procuret martyrij.

CErealis episcopus natione Afer, interrogatus à Maximiano Africanorum episcopo, si
posset uel paucis diuinę scripturæ testimonijs,absq; ulla disputationis duntaxat asserti
one fidem catholicam assignare. Quam ille in nomine domini,suffragante sibi ueritate,non
paucis testimonijs,sicut Maximianus irridẽs petierat: sed copiosis tam ueteris testamenti q̃
noui indicibus approbauit & libello ædidit.

EVgenius Carthaginensis Africæ ciuitatis episcopus & confessor publicus, admonitus à
Hunericho Vuandalorum rege,catholicæ fidei expositionẽ,& maxime uerbi homou
sion proprietatẽ differere:cũ cõsensu omniũ Africę,& Mauritaniæ,& Sardinię atq; Corsicæ
episcoporũ & confessorũ qui in catholica permanserunt,cõposuit librum fidei,nõ solum scri
pturarum sanctarum sententijs cõmunitum:& per collegas cõfessionis suæ porrexit. Iam ue
ro asportandus pro fidelis linguæ remuneratione in exilium,epistolas uelut cõmonitorias fi
dei,& unius sacri & cõseruandi baptismatis ouibus suis,quasi pastor sollicitus dereliquit. Al
tercationes quoq; quas cum Arianorũ præsulibus per internuncios habuit conscripsit: & re
gi legendas per maiorẽ domus eius transmisit. Similiter & preces pro quiete Christianorũ,
eidem uelut apologias obtulit. Viuere adhuc ad confirmationem ecclesiæ dicitur.

POmerius natione Maurus,in Gallias presbyter ordinatus, interrogãtibus & rogãtibus
Iuliano episcopo,& Vero presbytero: dialogorũ more respondẽs, arte dialectica & ser
mone ingenio apto:cõposuit de natura animæ & qualitate eius, & de resurrectionis eius spe
cialitate,in hac uita fideliũ & generali omniũ hominum libros octo. Quorũ primus continet
quid sit anima,uel qualiter ad imaginẽ dei credatur facta. Secundus:utrũ anima incorporea
an corporea debeat credi. Tertius,unde sit anima primo homini facta. Quartus: utrũ ani d
ma quę nascituro corpori infundẽda est noua fiat sine peccato:An ex substãtia animę primi
hominis uelut propago è radice producta,etiam peccatũ primæ animæ secũ originaliter re
trahat. Quintus recapitulationẽ libri quarti,disputationes,& definitiones,& quæ sit facultas
animæ,id est,possibilitas,& quod eam ex singulari uolũtate obtineat. Sextus,unde sit iuxta
apostoli dictũ aduersitas carnis & spiritus. Septimus,de differẽtia uitarũ,mortiũ,resurrecti
onum carnis & animæ. Octauus,de his quæ in fine mũdi futura prædicta sunt: & absolutio
nes quæstionũ quæ de resurrectione proponi solẽt. Memini legisse me olim eius dictatũ ad
quendã nomine Principium,de cõtemptu mundi ac rerum transiturarũ hortatoriũ, & alium
de uitijs & uirtutibus prætitulatũ. Scripsisse & alia dicitur,& adhuc scribere,quæ ad meã noti
ciam non uenerunt. Viuit usq; hodie,conuersatione deo digna,apta professioni & gradui.

HOnoratus Massilienſis ecclesię episcopus,uir eloquẽs,& absq; ullo linguæ impedimẽ
to,ex tempore in ecclesia declamator: & quia à pueritia in timore dei crescens, etiam in
negocijs ecclesiasticis exercitatus est,os suum quasi armarium scripturarũ aperit, & in homi
liarum modum ad utilitatem legentium multa componit: maximeq; ad colendam fidei ra
tionem,& reuincendam hæreticorum peruersitatem. In cuius libera prædicandi constantia
non solum uicinarum ciuitatum sacerdotes & populi delectantur:sed & longe positi cum ad
eos necessario pergit,summam ei docẽdi in suis ecclesijs rogãtes iniungunt. Sanctus quoq;
papa Gelasius Romanæ urbis pontifex, per scripturam agnoscẽs eius fidei integritatem,re
scripto suo probatam indicauit. Sanctorum patrum uitas ad ædificationem postero
rum coaptat ipse legendas, præcipue nutritoris sui sancti Hilarij Are
latensis episcopi:letanias ad supplicandum dei cle
mentiam cum plebe sibi credita
pro uiribus agit.

OPERVM DIVI HIERONYMI TOMVS PRI/
mus, ea complectens, quæ ad uitæ potiſſimum inſtitutionem
faciunt, adiecta Coronide ſcriptorum illuſtrium, quanta
potuit diligentia caſtigatus, & ſcholijs Eraſmianis
illuſtratus, feliciter abſolutus eſt, apud in
clytam Baſileam. Anno ab orbe
redempto Milleſimo
quingenteſimo tri/
ceſimo ſexto.
Fruere lector, &
memineris hæc com/
pluribus eruditis uiris, uix
æſtimandis ſudoribus conſtitiſſe.



FRO BEN.

ALTER TOMVS EPI=

STOLARVM DIVI EVSEBII HIERONYMI STRIDONENSIS, COM=
plectens ἐλεγκτικὰ καὶ ἀπολογητικὰ, nimirum ea quæ pertinent ad refellendas
diuersas hæreseis & maledicorum calumnias: unà cum argumentis
& scholijs DES. ERASMI ROTERODAMI.



BASILEAE IN OFFICINA FROBENIANA
ANNO M D XXXVI



REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO,
D. Guillelmo Vuaramo Archiepiſcopo Cantuarienſi, ſedis apoſtolicæ legato nato, totius Angliæ primati, Des.
Eraſmus Roterodamus S. D.

QVæ pertinebant ad inſtitutionem uitæ Chriſtianæ, quoniã huius rei primã oportet eſſe curam, in primum contulimus Tomum: in argumentis hunc ordinem ſequuti, ut à perfectioribus orſi, paulatim per gradus ueniremus ad inferiora: deinde ad lapſos: poſtremo ad exempla. Catalogum ſcriptorum uelut appendicem adiecimus uolumini per ſe ſatis exiguo, quod non uideremus alicubi locum congruentiorem. Atq; in præſentia quidem prætermiſſis his, quæ prima æditione congeſſeramus in Tomum ſecundum, quoniam aliena erãt omnia, quædam etiam prorſus indigna lectu. Tomus hic duo genera complectetur, ſed inter ſe finitima: uidelicet ἐλεγκτικὰ & ἀκριβογνωμικά. In priore parte refelluntur hæretici: in poſteriore calumnijs reſpondetur: in utroq; uehemens & acer Hieronymus, & nonnunquam ſic incandeſcens, & conuicijs quoq; ac dicterijs debacchans, ut nonnullis parum memor Chriſtianæ modeſtiæ uideri poſſit. Verum id facile in bonam partem interpretabitur, quiſquis perpenderit primum ardens & natura uehemens hominis ingenium, ac liberum uerius quàm contumelioſum: deinde morum integritatem, uitæq; innocentiam: quæ ferè ut neminem afficit iniuria, ita iniuriarum impatiens eſſe ſolet. Ad hæc atrocius eſſe crimen hæreſeos, quàm ut ullius quantumuis manſuetum ingenium ferre potuerit, ut ne quid addam de doctrinę fiducia, qua ſic omnes illius ætatis antecellebat, ut hunc contuliſſe cum ullo cæterorũ, contumelia fuerit. Quid quod hæreſeos conuicium eius etiam generis eſt, ut quum cæteris in rebus omnibus tolerantem eſſe uirtus ſit, hîc diſſimulare ſit impietas. Iam ſeculum hoc omne, quo diuus uixit Hieronymus, incredibile dictu quantopere tumultibus ac factionibus hæreticorũ flagrarit, adeo ut illis temporibus ingenioſa quoq; res fuerit, eſſe Chriſtianum. Tot erant hæreſiarcharum nomina, cognomina, dogmata, ut in his etiam recenſendis ſudauerint homines eruditi. Verum Cataphryges, Borboritæ, Ophitæ, Baſilidiani, Manichæi, & horum ſimiles hæretici, quoniam portentoſa quædam ſequebantur ſomnia uerius quàm dogmata: & intantum à diuinis abhorrentia literis, ut ne cum ſenſu quidem communi concordarent, facile ceu ſuapte ſponte conſenuerunt. Cæterum Arianorum hæreſis communita literis, ac diuinæ quoq; ſcripturæ ualidiſſimis, ut uidebatur, nixa præſidijs: inſuper imperatorum ac gentium adiuta ſtudijs opibusq;, periculoſiſſimis rerum motibus labefactauit orbem Chriſtianum: intantũ, ut diu eſſet in dubio, utrò ſe inflecteret eccleſiæ ſyncerítas, & factio ſchiſmaq; eſſet uerius quàm hæreſis: quod aduerſarij numero propè pares eſſent, eloquentia doctrinaq; ſuperiores. Ea peſtis tandem utcunq; ſopita, rurſum in Origeniſtis renata eſt, mutato nomine, ſed idem malum, niſi quod grauius: quemadmodũ ſolet morbus recurrens eos qui reciderunt, inclementius premere. Contra certatum eſt acriter ſynodis ac decretis, atq; etiam ſymbolis ſexcentis, haudquaquã aptiſſimis, meo iudicio, præſidijs, ad hæreſim opprimendam, niſi res ab autoritate pendeat: alioqui quo plus eſt dogmatum, hoc uberior eſt hæreſium materia. Et nunq; fuit ſyncerior caſtiorq; Chriſtiana fides, quàm cum uno illo, eoq; breuiſſimo ſymbolo contentus eſſet orbis. At illa ætate in chartis erat fides potius quàm in animo, ac penè tot erant ſymbola, quot profeſſores. Admiſcebant ſeſe rebus hiſce, ita ut fit, priuata hominum ſtudia, & ſub fidei prætextu impiæ ſimultates exercebantur. Nec aliud malum propius in periculum adduxit Petri ſedem hactenus ſemper intactam: quam ſi non ſubuertit, certe cõcuſſit ac labefactauit. Nam ſub pontifice Liberio Roma non omnino libera erat ab Arianorum errore: & ſub imperatore Conſtantio parum cõſtanter ſe tenuit in petra, cui innititur eccleſia catholica. Potiſſimũ autem his malis agitabatur Oriens, & omnis Græcia: quæ quo magis fauebat Origenis ingenio, hoc iniquius ferebat uiri incomparabilis damnari dogmata, quemadmodum in uehementer adamato corpore nonnunquam placent & uitia. Hiſce rebus ſic agitatus eſt noſter Hieronymus, ut nec ſedes quieta daretur uſquam, nec ſtudiorum ocio frui liceret. Iam Ruffini opera in hæreſeos etiam ſuſpicionem & calumniam uocabatur, quod olim Origenis ingenio delectatus, quædam illius tradidiſſet Latinis auribus: nec id ſine laude autoris. Atq; hoc magis patebat obtrectatorum morſibus, quod polygraphus eſſet. Excellentia doctrinę prouocabat inuidiam: multos offendebat rara uitæ ſeueritas: plures in reprehendendis hominum uitijs libertas. Amara ueritas eſt: & quiſquis ſibi male conſcius eſt, ſe putat attactum. His rebus factum eſt, ut ſanctiſſimo uiro uſq; ad extremum uitæ diem pugnandum fuerit cum excetra inuidiæ: quæ ſic in illum & linguis & calamis debachata eſt, ut fuerint qui ſparſerint epiſtolam uelut ab Hieronymo ſcriptam, in qua deploraret, quod aliquando Origenis errorem ſequutus eſſet. Quod autem tam placidum ingenium mihi dabis, ut huiuſmodi malis laceſſitum non exardeſcat: Et tamen ſi quis propius inſpiciat expendatq; libros, in quibus tota libertate uidetur in quoſdam inuehi: uelut in Vigilantium, in Ruffinũ, in Iouinianum: is animaduertet multo plus ſubeſſe feſtiuitatis quàm uirulentiæ: & in mediis illis conuicijs deprehendet humaniſſimi ingenij manifeſtiſſima ueſtigia. In Comœdijs Demea, quum contra naturam uult eſſe comis ac feſtiuus

ac festiuus,tamen blandiciæ quoq; habent agrestem amarulentiam: contra quum Mitio præter suum c
ingenium quod habebat mite,obiurgat Eschinum, tamen ipsa seueritas multum habet lenitatis. Nihil autem Christiana charitate mellitius:quę quum maxime sæuit,obtinet tamen suam natiuam dulcedinem, & uini necessariam acrimoniam olei lenitate temperat. Porrò quemadmodum M. Tullius nusquam est admirabilior in dicendo,quàm ubi dolor ceu calcar addit eloquentiæ uiribus:ita diuus Hieronymus,quum nusquam non sit eruditus,nusquam non eloquens:tamen haud alibi dicit melius, quàm ubi maledicit hæreticis aut calumniatoribus:si tamen hoc est maledicere,quod uerum est acriter defendere.Primus igitur Tomus nobis exhibuit Hieronymum eloquentem,hic exhibebit fulminantem ac tonantem.Ille declarauit insignem hominis sanctimoniam,hic declarabit inuictum animi robur aduersus omnes malorum assultus.Sic natura comparatum est,ut eximia uirtus non proferat splendorem suum,nisi malis exercita:sic aurum purius redit ex igni:sic ilex attonsa duris bipennibus densiore ramorum prouentu syluescit,& quod ait Horatius,ab ipso ducit opes animumq; ferro. Gubernatoris & artem & animum declarant tempestates.Nemo unquam inter magnos duces habitus est,nisi cuius uirtutem res aduersæ spectatam reddidere.Et si fas est aliquid è ueterum fabulis admiscere rei seriæ, Iunodum Herculem omni generi periculorũ obiecit, nihil aliud quàm uirtutem illius illustrem reddidit,& ipsi diuinos honores parauit. Sic & dominus athletam suum Iob Satanæ uexandum permisit, ut per illum nobis inuictæ patientiæ pararet exemplum.Sic tentauit dilectũ Abraham, ut mundus insignem hominis erga deum fiduciam agnosceret.Nec Hieronymi magnitudinem agnosceremus, nisi hæreticorum & obtrectatorum calumnijs inclaruisset. Porrò quod tibi,reuerendissime præsul, licet in uarijs & arduis negocijs uersanti,perpetuus uitæ cursus usq; ad istam senectutem, quæ & ipsa florida contigit ac uirens: in nullas huiusmodi tragœdias impegit, fortassis alius asscriberet uel integritati tuæ,uel prudentiæ: ego malo fauori diuino asscribere, cui debes uniuersas istas animi tui dotes. Et tamen non omnino defuerunt rerum difficultates,quæ summam animi tui constantiam, cum pari prudentia coniunctam declararent. Vt difficillimum,ita regiæ dignitati proximum est,apud Anglos agere Cancellarium. In eo munere gerendo tametsi te talem præstitisti, ut eam prouinciam successuro quamlibet eximio difficillimam tradideris,tamen haud scio an magis eluxerit animi tui uirtus in deponendo munere,quàm in administrando.Quis è tantæ dignitatis culmine non tristis descenderet?Quis non inuideret successori?Tu uero quàm citra supercilium amplissimo munere perfunctus es,tam sine omni significatione mœroris deposuisti,ut nemo non intelligeret,te magistratum non tibi suscepisse, sed utilitati publicæ,quod data honesta occasione tam alacriter deponeres honorificam sarcinam. Ingens lucrum D
ducebas,tempus detractum negocijs,magna ex parte profanis,accedere sacris studijs,in quibus oportet episcopum assiduum esse. Nec enim ab his sinebas tibi ullum perire tempus, etiam tum, quum tot negociorum undis obruereris. Sed epistolæ finem imponam, si dixero quid mihi in relegendis Hieronymi scriptis acciderit:nimirum illud,quod uulgo solet in spectandis tabellis.Si qua mediocris est,primum contemplanti satis arridet:si sæpius propius ac diutius cõtemplere,paulatim perdit gratiam. Cæterum si qua est ab insigni artifice elaborata,quo sæpius spectes & attentius,hoc magis ac magis admireris.Placuit Hieronymus adolescenti,placuit uiro:sed nunquam mihi magis placuit, quàm nunc relectus.Deum immortalem,quàm mihi totus displiceo, quum huius uiri spirantem in scriptis sanctimoniam intueor:quum ardens studium: quum tam admirabilem sacrorum uoluminũ tum peritiam tum memoriam?Deniq; quum tantam eloquentiæ uim,tantum ingenij uigorem in ætate tam grandi? Debent tuæ benignitati quotquot sunt sacrarum literatum amantes,quod Hieronymum habent & sublatis mendis,& additis scholijs,non solum legibilem, uerum etiam intelligibilem: nunc plus debebunt, quod habent modis omnibus ornatiorem. Bene uale præsul amplissime. Basileæ, Calendis Iunijs, Anno M D XXIIII.

Erasmi

ERASMI ROTERODAMI SACRAE THEOLOGIAE
professoris in librum sequentem argumentum.

Helvidius Auxentij discipulus, Symmachi imitator, homo nec facundus nec eruditus, scripsit librum, in quo testimonijs diuinæ scripturæ non intellectis probare conabatur, Deiparam Mariam posteaquam Iesum citra coniugis operam pepererat, ex Ioseph marito communi more filios aliquot produxisse, eosq; in diuinis literis fratres domini uocatos fuisse. Et inuenit hic egregius doctor discipulos, hoc est, reperit dignum patella operculum, qui Helvidiani sint dicti: siue, quemadmodum testatur Epiphanius, Antidicomariani Græco uocabulo, quos Latine possis dicere aduersarios Mariæ: ita refert Augustinus in libello De hæresibus ad Quoduultdeum. Hunc igitur Helvidium refellit Hieronymus, & confirmat Mariam perpetuo fuisse uirginem, etiam si hoc non est aperte scriptum in literis diuinis, sed apostolorum ac sanctorum patrum traditione, ueluti per manus ad nos deriuatum, & omniũ Christianorum consensu comprobatum.

HIERONYMVS ADVERSVS HELVIDIVM, de perpetua uirginitate beatæ Mariæ.

NVPER rogatus à fratribus, ut aduersus libellum cuiusdam Helvidij responderem, facere distuli: non quod difficile fuerit hominem rusticanum, & uix primis quoq; imbutum literis, super ueri assertione conuincere: sed ne respondendo dignus fieret qui uinceretur. Huc accedebat, quod uerebar, ne homo turbulẽtus, & solus in uniuerso mundo simul & laicus & sacerdos: qui (ut ait ille) loquacitatem facundiã existimat, & maledicere omnibus bonæ cõscientiæ signum arbitratur, accepta materia disputandi amplius inciperet blasphemare, & quasi de sublimi loco in totũ orbem ferre sententiam, meq;, quia ueritate non posset, lacerare conuicijs. Verum quia hæ omnes tam iustæ silentij mei causæ, ob scandalum fratrum, qui ad eius rabiem mouebantur, iustiori
B fine cessarunt: iam ad radices infructuosæ arboris Euangelij securis est admouenda, & cum infœcunditate foliorum tradenda flammis: ut discat aliquando reticere, qui nunq; didicit loqui. Igitur sanctus mihi inuocandus est spiritus, ut beatæ Mariæ uirginitatem suo sensu, ore meo defendat. Inuocandus est dominus Iesus, ut sacri uentris hospitium, cuius nouem mensibus inhabitator fuit, ab omni concubitus suspicione tueatur. Ipse quoq; deus pater est imprecandus, ut matrem filij sui uirginem ostendat fuisse post partum, quæ fuit mater anteq; nupta. Non rhetorici campum desideramus eloquij, non dialecticorum tendiculas, nec Aristotelis spineta conquirimus: ipsa scripturarum uerba ponenda sunt, ut ipsis quibus aduersum nos usus est testimonijs reuincatur: ut intelligat se & legere potuisse quæ scripta sunt, & non potuisse quæ pietate roborata sunt cognoscere. Prima eius propositio fuit: Matthæus loquitur: Christi autẽ generatio sic erat: Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, priusquã cõuenirent, inuenta est habens in utero de spiritu sancto. Ioseph autẽ uir eius cum esset iustus, & nollet eam traducere, uoluit occulte dimittere eam. Hæc autẽ eo cogitante, ecce angelus domini in somnis apparuit ei, dicens: Ioseph fili Dauid, ne timeas accipere Mariam coniugem tuã. Quod enim natũ est in ea, de spiritu sancto est. Ecce, inquit, habes desponsatam, non commendatam, ut dicis: & utiq; non ob aliud desponsatam, nisi quandoq; nupturam. Neq; enim de non conuenturis Euangelista dixisset, Priusquã conuenirent: quia nemo de non pransuro dicit, anteq; pranderet. Deinde ab angelo uxorem appellatam & coniunctam. Audiamus nunc quid scriptura pronunciet: Exurgens, inquit, Ioseph à somno, fecit sicut præceperat ei angelus domini: & accepit uxorem suam, & non cognouit eam, donec peperit filium suum. Curramus per singula, & impietatem eisdem quibus ingressa est uestigijs persequentes, pugnantia inter se dixisse, doceamus. Desponsatam confitetur: & statim uxorem uult esse, quã confessus est sponsam. Rursum quam uxorem nominat, dicit nõ ob aliud desponsatam, nisi quandoq; nupturam. Et ne parum hoc arbitremur: habes, inquit, despon-

ſatam,non commendatã,id eſt,necdum uxorem,necdum maritali uinculo copulatam. In eo c
uero quod ait,neq; enim de non conuenturis Euangeliſta dixiſſet:Priuſquã cõuenirent:quia
nemo de non pranſuro dicit,anteq; pranderet:doleam ne,an rideam,neſcio:imperitiæ argu/
am,an temeritatis accuſem? Quaſi ſi quis dixerit,anteq; in portu pranderem, ad Africã na/
uigaui:non poſſit ſtare ſententia,niſi in eo portu prandendũ quandoq; ſit. Aut ſi uelimus di/
cere: Paulus apoſtolus antequã ad Hiſpanias pergeret, Romæ in uincula coniectus eſt:aut
certe illud:Heluidius antequã pœnitentiã ageret,morte prꝙuentus eſt:ſtatim aut paulo poſt
uincula ad Hiſpanias ſit eundũ,aut Heluidio pœnitentia agenda poſt mortem,cum ſcriptu/
ra dicat:In inferno autem quis cõfitebitur tibi? Ac non potius ſit intelligendum, quod,ante,
præpoſitio licet ſæpe conſequentiã indicet,tamen nõnunq; ea tantum quæ prius cogitaban/
tur,oſtendat. Vnde nec neceſſe ſit ut cogitata fiant,cum aliud ideo interuenerit,ne ea quæ co
gitata ſunt fierent. Igitur cum Euangeliſta dicat:priuſquã conuenirent, proximũ nuptiarum
tempus oſtendit:& in eo iam rem fuiſſe,ut quæ prius ſponſa fuerat,eſſe uxor inciperet. Qua
ſi dixerit:anteq; oſcula amplexuſq; miſcerent,antequã rem agerent nuptiarum, inuenta eſt
habens in utero. Inuenta eſt aũt à nullo alio, niſi à Ioſeph: qui ſponſæ uterũ tumentem penè
iam licentia maritali,& curioſis oculis deprehendit. Non tamen ſequitur, ut prioribus docui/
mus exemplis,eum cum Maria cõueniſſe poſt partũ,cuius cõueniendi deſideriũ, uteri conce
ptione ſublatũ eſt. Quod autẽ in ſomnis dicitur ad Ioſeph: Ne timeas accipere Mariam uxo
rem tuam. Et rurſum:Exurgens autẽ Ioſeph à ſomno, fecit ſicut præcepit ei angelus domini,
& accepit uxorem ſuam:nullum mouere debet,quaſi ex eo quod uxor eſt appellata, ſponſa
eſſe deſierit: cum hanc eſſe ſcripturæ diuinæ conſuetudinem nouerimus,ut ſponſas appellet
uxores. Sicut in ſequẽtibus Deuteronomij teſtimonijs approbatur:Si quis,inquit,inuenerit
uirginem deſponſatã uiro in campo, & uim faciens dormierit cum ea,morte moriatur: quia
humiliauit uxorem proximi ſui. Et in alio loco:Si autẽ fuerit adoleſcentula deſponſata uiro,
& inuenerit homo eam in ciuitate,& dormierit cum ea,educetis utrunq; ad portas ciuitatis illi/ D
lius,& lapidabũtur lapidibus, & morientur. Adoleſcẽtula quidẽ quia non proclamauit cum
eſſet in ciuitate:uir autem,quia humiliauit uxorem proximi ſui: & eradicabitis malum ex uo
biſmetipſis. Necnon & alibi: Et quis eſt ille homo, cui deſponſata eſt uxor, & non accepit
eam? Vadat & reuertatur in domũ ſuam,ne fortè moriatur in bello,& fortè homo alius acci/
piat eam. Si cui autem ſcrupulus cõmouetur,quare deſponſata,& non potius ſine ſponſo,
ſiue (ut ſcriptura appellat) marito,uirgo conceperit:ſciat triplicem fuiſſe rationem. Primo,ut
per genealogiã Ioſeph,cui Maria cognata erat,origo quoq; Marię monſtraretur. Secundo,
ne iuxta legem Moyſi ut adultera lapidaretur à populo. Tertio,ut ad Aegyptũ fugiens ha/
beret ſolatium,cuſtodis potius quàm mariti. Quis enim in tempore illo credidiſſet uirgini de
ſancto eam ſpiritu concepiſſe,ueniſſe ad eam angelum Gabrielem,dei detuliſſe mandatum,
ac non magis quaſi adulteram iuxta exemplum Suſannæ ſententiæ omniũ condemnaſſent:
cum hodie toto iam credente mundo argumententur Iudæi, Eſaia docente de Maria & uir/
ginitate eius:Ecce uirgo in utero concipiet & pariet filium, in Hebræo iuuenculam ſcriptum
eſſe non uirginem,id eſt,alma,nõ bethulam? Aduerſus quos in alio loco competentius diſſere
mus. Deniq; excepto Ioſeph & Elizabet & ipſa Maria paucisq; admodum, ſi quos ab his
audiſſe poſſumus exiſtimare,omnes Ieſum filium exiſtimabant Ioſeph:intantum, ut etiam
Euangeliſtæ opinionem uulgi exprimentes,quæ uera hiſtoriæ lex eſt,patrem eum dixerint
ſaluatoris:ut ibi:& uenit in ſpiritu in templum, haud dubium quin Simeon. Et cum induce/
rent puerum Ieſum parentes eius, ut facerent de illo ſecundum conſuetudinem legis. Et ali/
bi: Et erant pater illius & mater admirantes ſuper his quæ dicebantur de eo. Et rurſum: Et
ibant parentes eius per annum in Hieruſalem in ſolenni die Paſchæ. Ac deinde:Et comple/
tis diebus cum reuerterentur,remanſit puer Ieſus in Hieruſalem, & non cognouerunt paren
tes eius. Ipſa quoq; Maria quæ ad Gabrielem reſponderat,dicens: Quomodo fiet hoc, quia
uirum non cognoui: quid de Ioſeph loquitur,auſculta: Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce pater

tuus

A tuus & ego,dolentes quęrebamus te.Non enim hæc Iudæorum, ut pleriq; argumentantur, non illudentium uox eſt.Euangeliſtæ patrem Ioſeph dicunt:patrem Maria confitetur.Non quod(ut ſuperius indicaui)uere pater Ioſeph fuerit ſaluatoris,ſed quod ad famā Mariæ con ſeruandā,pater ſit ab omnibus exiſtimatus.qui antequam moneretur ab angelo, Ioſeph fili Dauid,ne timueris accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum eſt,de ſpiritu ſancto eſt:cogitabat occulte dimittere eam.Intantum ſuū non eſſe, qui conceptus fuerat,con fidebat.Sed iam ſatis docendi magis quàm reſpondendi ſtudio diſputatum eſt, cur Ioſeph pater domini,cur Maria appellata ſit coniunx: in quo & hoc breuiter continetur, cur fratres eius quidam eſſe dicantur. Verum quia ſuum locum huic quæſtiunculæ reſeruamus,& ad reliqua feſtinat oratio,nunc illud eſt differendum,quomodo ſcriptura dicat:Exurgēs autem Ioſeph à ſomno,fecit ſicut præcepit ei angelus domini:& accepit uxorē ſuam,& non cogno uit eam, donec peperit filium, & uocauit nomen eius Ieſum. In quo primum aduerſarius ſu perfluo labore deſudat, cognoſcendi uerbū ad coitum magis quàm ad ſcientiā referendum, quaſi hoc quiſquam negauerit:& eas ineptias quas redarguit, aliquando prudens quiſpiam potuerit ſuſpicari.Deinde uult docere,quod donec ſiue uſq; aduerbia,certum tempus ſigni ficent,quo completo fiat id,quod uſq; ad illud temporis quod præſcriptū eſt non fiebat,ue lut in præſenti:Et nō cognoſcebat eam,donec peperit filium.Apparet,inquit, cognitam eſſe poſt partum,cuius cognitionē filij tantum differebat generatio.Et ad hoc approbandū con
2 gerit de ſcripturis exempla q̄ plurima, more Andabatarum gladium in tenebris uentilans, & linguæ ſonū ad confodienda ſui tantum corporis membra cōcutiens.Ad quod nos breui ter reſpondemus,& cognoſcebat,& donec & uſq; ad ſermonem, in ſcripturis ſanctis duplici ter intelligi. & de eo quidē quod ſcriptum eſt, cognoſcebat, ad coitum eſſe referendum, ipſe differuit,nullo dubitante,quin ad ſcientiam ſępe referatur,ut ibi:Remanſit puer Ieſus in Hie ruſalem,& non cognouerunt parentes eius.Nunc illud eſt oſtendendū,ut quomodo ibi con
B ſuetudinem ſcripturæ ſecutus eſt:ſic etiam in donec, eiuſdem ſcripturæ autoritate frangatur: quæ ſæpe certum tempus(ut ipſe differuit) in eius aſſumptione ſignificat,ſæpe infinitum, ut eſt illud quod deus ad quoſdā loquitur in prophetis: Ego ſum, ego ſum: & donec ſeneſcatis ego ſum.Nunquid poſtquam illi ſenuerint deus eſſe deſiſtet? Et ſaluator in Euangelio ad a poſtolos: Ecce ego,inquit, uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad conſummationem ſeculi. Ergo poſt conſummationem ſeculi à diſcipulis ſuis dominus abſcedet:& tunc quādo in duo decim ſolijs iudicaturi ſunt duodecim tribus Iſrael, domini conſortio fraudabuntur? Paulus quoq; apoſtolus Corinthijs ſcribens:Primitiæ,ait, Chriſtus, deinde hi qui ſunt Chriſti, qui in aduentu eius crediderunt: deinde finis,cum tradiderit regnum deo & patri,cum deſtruxe rit omnem principatū & omnem poteſtatem & uirtutē. Oportet enim illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius:omnia enim ſub pedibus eius ſubiecit. Eſto,de ho mine dictum ſit:non negamus,de eo qui paſſus eſt crucē,qui poſtea ſedere iubetur à dextris. Quid ſibi uult hoc quod ait:Oportet enim illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius? Nunquid tamdiu regnaturus eſt dominus,donec incipiant eſſe inimici ſub pe dibus eius:& poſtquā illi ſub pedibus fuerint, regnare deſiſtet: cum utiq; tunc magis regna re incipiet, cum inimici cœperint eſſe ſub pedibus? Dauid quoq; in quarto graduū pſalmo: Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ,ita oculi noſtri ad dominum deum noſtrum,do nec miſereatur noſtri.Ergo tamdiu propheta oculos habebit ad dominum, quamdiu miſeri cordiam impetret, & poſt impetratam miſericordiā oculos torquebit in terram? Qui in alio loco dicit:Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum, & in uerbum iuſtitiæ tuæ. Poteram ſuper hoc innumerabilia exempla congerere, & omnem laceſſentis procacitatem teſtimoniorum nube cælare,uerum adhuc pauca ſubijciam, ut his ſimilia ipſe ſibi lector inueniat. Loquitur in Geneſi ſermo diuinus:Et tradiderunt Iacob deos alienos,qui erant in manibus eorum, & inaures quæ erant in auriculis eorum. Et abſcondit eos Iacob ſubter terebinthum,quæ eſt in Sichimis,& perdidit eos uſq; in hodiernum diem.Item in fine Deuteronomij:Et defunctus

est Moyses seruus domini in terra Moab per uerbum domini, & sepelierunt eum in Geth c
prope domum Phegor,& nemo scit sepulchrũ eius usq; in diẽ istum. Certe hodiernus dies
illius temporis existimandus est,quo historia ipsa contexta est:siue Moysen dicere uolueris
autorẽ pentateuchi,siue Esdrã eiusdem instauratorẽ operis,non recuso. Nunc hoc quæritur,
an id quod dictum est,usq; in diem istum,ad illam referatur ætatem,qua libri æditi siue con
scripti sunt. Doceat igitur post illam diem tot iam annorũ usq; ad nos uoluminibus exactis,
aut idola quæ sub terebintho condita fuerant reperta, aut Moysi tumulum inuestigatum:
quia obnixe asserit,post,donec & usq;,esse incipere,quod tã diu nõ fuit,quamdiu usq; com
pleretur & donec:quin potius animaduertat scripturæ sanctæ idioma,& nobiscũ in quo hæ
sitabat intelligat ea,de quibus posset ambigi, si non fuissent scripta, signari, cætera uero no
stræ intelligẽtiæ derelinqui. Si enim adhuc recenti tempore,uiuentibus his qui uiderãt Moy
sen,sepulchrum eius potuit ignorari,multo magis tot seculis prætereuntibus. Iuxta quod &
illud intelligitur de Ioseph,euãgelistam id indicasse,de quo scandalum poterat moueri,non
eam cognitam esse à uiro suo usq; ad partum:ut multo magis intelligeremus cognitam non
fuisse post partũ,à qua tunc se abstinuit,cũ adhuc de uisione poterat fluctuare. Ad summã,
illud requiro,quare se abstinuerit Ioseph usq; ad partus diem. Respondebit utiq;,quia ange
lum audierit dicentem:Quod enim in ea natum est,de spiritu sancto est. Ad quod nos infe
rimus:Et certe audierat:Ioseph fili Dauid, ne timeas accipere Mariam uxorem tuam. Prohi
bitum ei fuerat ne relinqueret,ne adulterã existimaret uxorem. Nũquid & à cõgressu coniu
gis separatus fuerat,cũ utiq; ne separaretur magis fuisset admonitus? Et audebat, inquit, uir
iustus dei,in utero audiens filium de uxoris coitu cogitare? Pulcre. Qui ergo somnio tantum
credidit,ut uxorem nõ auderet attingere:is postq; pastorum uoce cognouerat angelum do
mini uenisse de cœlis,& dixisse ad eos: Nolite timere: Ecce euangelizo uobis gaudium ma
gnum,quod erit omni populo: quia natus est nobis hodie saluator, qui est Christus domi
nus in ciuitate Dauid:& cum eo laudes militiæ concinuisse cœlestis:Gloria in excelsis deo,& D
super terram pax hominibus bonæ uoluntatis: qui Simeonem iustum inter amplexus pa
uuli uiderat prædicantem:Nunc dimittis seruum tuũ domine secundum uerbũ tuum in pace,
quia uiderunt oculi mei salutare tuum:qui Annã prophetissam,Magos,stellam,Herodem,
angelos uiderat:qui,inquã,miracula tanta cognouerat,dei templũ, spiritus sancti sedem,do
mini sui matrem audebat attingere? Et certe Maria conseruabat omnia uerba hæc, cõferens
in corde suo. Ac ne impudenter neges ista ignorasse Ioseph:Et erãt,inquit Lucas,pater illius
& mater admirantes super his quæ dicebantur de eo. Licet tu mira impudentia hæc in Græ
cis codicibus falsata contendas,quæ nõ solum omnes penè Græciæ tractatores in suis uolu
minibus reliquerunt,sed nonnulli quoq; è Latinis, ita ut in Græcis habentur, assumpserint.
Nec necesse est nunc de exemplariorũ uarietate tractare,cũ omne & ueteris & nouæ scriptu
ræ instrumentũ in Latinum sermonem exinde translatũ sit: & multo purior manare creden
da sit fontis unda,quàm riui. Hæc,ais,apud me nugæ sunt,& argumentationes superfluæ,&
disputatio magis curiosa quàm uera. Nunquid nõ potuit scriptura dicere: & accepit uxorem
suam,& non fuit amplius ausus contingere eam: sicut de Thamar dixit & Iudas? Aut defue
runt Matthæo uerba,quibus id quod intelligi uolebat,posset effari? Non cognouit, inquit,
eam,donec peperit filium. Post partum ergo cognouit, cuius cognitionẽ ad partum usq; di
stulerat. Si tam contentiosus es, iam nunc tua mente superaberis. Nolo mihi aliquod inter
partum & coitum tempus interseras. Nolo dicas:mulier quæcunq; concepit & peperit mascu
lum,immunda erit septem diebus, secundũ dies secessionis & purgationis suę immunda erit:
& octauo die circuncidet carnem præputij eius, & trigintatribus diebus sedebit in sanguine
puro,& omne sanctum nõ tanget,& reliqua. Statim eam inuadat Ioseph: statim audiat per
Hieremiam:Equi insanientes in fœminas facti sunt mihi,unusquisq; ad uxorem proximi sui
hinniebat. Alioqui quomodo stare poterit:non cognouit eam, donec peperit filium: si post
purgationis tempus expectat,si quadraginta rursum diebus tãto tempore dilata libido dif
fertur

A fertur? Polluatur cruore puerpera: obstetrices suscipiãt paruulum uagientem, maritus lassam teneat uxorem. Sic incipiant nuptiæ, ne euangelista mentitus sit. Sed absit, ut hoc de matre saluatoris & uiro iusto sit existimandum. Nulla ibi obstetrix, nulla muliercularum sedulitas intercessit: ipsa pannis inuoluit infantem, ipsa & mater & obstetrix fuit: Et collocauit eum, inquit, in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio. Quæ sententia & apocryphorum deliramenta conuincit, dum Maria ipsa pannis inuoluit infantem: & Heluidij expleri non patitur uoluntatem, dum in diuersorio locus non fuit nuptiarum. Verum quia iam satis abundeq; respondimus ad id quod proposuerat, antequam conuenirent, & nõ cognouit eam donec peperit filium: ad tertiam ueniendum est quæstionem, ut iuxta disputationis eius ordinem, etiam nostræ responsionis ordo procedat. Vult enim alios quoq; filios Mariam procreasse, & ex eo quod scriptum est: Ascendit autem Ioseph in ciuitatem Dauid, ut profiteretur cum Maria uxore sua prægnante: Factum est autem cum ibi essent, impleti sunt dies ut pareret, & peperit filium suum primogenitum: nititur approbare primogenitum non posse dici, nisi eum qui habeat & fratres, sicut unigenitus ille uocatur, qui parẽtibus solus sit filius. Nos autem ita definimus: Omnis unigenitus, & primogenitus: non omnis primogenitus, & unigenitus. Primogenitus est nõ tantum post quem & alij, sed ante quem nullus. Omne, inquit dominus ad Aaron, quod aperit uuluam, ab omni carne quæ offertur domino, ab homine usq; ad pecus, tibi erunt, tantummodo precijs redimant primogenita hominum, & primogenita pecorum immundorum. Definiuit sermo dei, quid sit primogenitum: Omne, inquit, quod aperit uuluam. Alioqui si non est primogenitus, nisi is tantũ quem sequuntur fratres, tamdiu sacerdotibus primogenita non debentur, quamdiu & alia fuerint procreata, ne fortè partu postea nõ sequente, unigenitus sit, & non primogenitus. Redemptio, inquit, eius erit ab uno mense, æstimatio quinq; siclorum. Siclus, secundũ siclum sanctuarij uiginti oboli sunt. Tantummodo primogenita uitulorũ & primogenita ouium & primogenita caprarum

B nõ redimes, quia sancta sunt. Cogit me sermo dei, ut omne masculinũ quod aperit uuluam, si de mundis animalibus sit, deo uoueam: si de immundis, redimam, dans precium sacerdoti. Possum respondere, & dicere. Quid me in unius mensis stringis articulo? Quid primogenitum uocas, quem an fratres sequantur, ignoro? Expecta donec nascatur secundus. Nihil debeo sacerdoti, nisi & ille fuerit procreatus, per quem is qui ante natus est, incipiat esse primogenitus. Nõne mihi ipsi apices loquentur, & me stulticiæ redarguent, eum esse dictũ primogenitum, qui aperiat uuluam, non qui habeat & fratres? Deniq; interrogo de Ioanne, quem constat esse unigenitum, an & primogenitus fuerit? Vtrúm ne & ipse secundũ legem, pro toto ei legi fuerit obnoxius? Anbigi non potest. Certe de saluatore scriptura sic loquitur: Cum expleti essent dies purgationis eorum, secundũ legem Moysi, duxerunt eum in Hierusalem, ut offerrent eum domino: sicut scriptũ est in lege domini: Quia omne masculinũ adaperiens uuluã, sanctum domino uocabitur: & ut darent hostias secundum quod dictum est in lege domini, par turturũ, aut duos pullos columbarum. Si hæc lex tantum ad primogenitos pertinet, primogenitum aũt sequentes faciunt, non debuit lege primogeniti teneri, qui de sequentibus ignorabat. Sed quia tenetur lege primogeniti, etiã ille quem fratres cæteri non sequuntur, colligitur eum primogenitũ uocari, qui uuluam aperiat, & ante quem nullus sit, non eum quẽ frater post genitus subsequatur. Moyses scribit in Exodo: Factum est aũt circa mediam noctẽ, & dominus percussit omne primogenitũ in terra Aegypti, à primogenito Pharaonis, qui sedebat super thronũ eius, usq; ad primogenitũ captiuæ, quæ est ad lacum, & omne primogenitũ pecoris. Responde mihi: Qui tunc ab exterminatore fuerant interempti, primogeniti fuerunt, an & unigeniti? Si primogeniti tantũ illi uocãtur, qui fratres habent, ergo ab interemptione unigeniti liberati sunt. Si aũt & unigeniti cæsi sunt, contra sententiã factum est, ut inter primogenitos & unigeniti morerentur. aut unigenitos liberabis à pœna, & ridiculus eris: aut si confiteberis interfectos, ingratis obtinebimus, & unigenitos primogenitos appellari. Extrema propositio fuit (licet id ipsum in primogenito uoluerit ostendere) fratres domini

mini in Euangelijs nominari,ut ibi:Ecce mater eius & fratres eius ſtabant foris,quęrentes lo c qui cum eo.Et alibi:Poſt hæc deſcendit Capharnaũ,ipſe & mater eius,& fratres eius. Et ibi: Dixerũt ergo fratres eius ad eum:Tranſi hinc, & uade in Iudæam,ut & diſcipuli tui uideant opera tua quæ facis.Nemo enim aliquid in occulto faciens,quærit ipſe in palàm eſſe. Si hæc facis,manifeſta teipſum mundo. Ioanne deſuper inferente : Neq; enim fratres eius tunc credebant in eum.Item Marcus & Matthæus:Et docebat eos in ſynagoga eorum in patria ſua, ita ut ſtuperent,& dicerent: Vnde huic omnis hæc ſapientia & uirtutes? Nõne hic eſt fabri filius? nõne mater eius dicitur Maria , & fratres eius Iacobus & Ioſeph, & Simon & Iudas, & ſorores eius omnes apud nos ſunt? Lucas quoq; in actibus apoſtolorũ ita refert : Hi omnes erãt inſtantes unanimes in oratione cum mulieribus & Maria matre Ieſu,& fratribus ipſius. Necnon & Paulus apoſtolus in eadem hiſtoriæ ueritate pari uoce cõcordat: Aſcendi autem ſecundum reuelationem,& neminẽ uidi niſi Petrum & Iacobum fratrem domini.Et rurſum in alio loco:Nunquid nõ habemus poteſtatem manducandi & bibendi? Nunquid non habemus poteſtatẽ uxores circunducendi ſicut & cæteri apoſtoli & fratres domini,& Cephas? Et ne fortè aliquis Iudæorum teſtimoniũ non admitteret, qui etiã nomina fratrum illius ædiderunt,ſimili eos afferens in fratribus errore deceptos,quo in patre æſtimando ſunt lapſi,argutepræcauit, & ait: Hæc eadem uocabula ab euangeliſtis in alio loco nominari,& eoſdem eſſe fratres domini filios Mariæ.Matthæus loquitur:Erant autem ibi & mulieres (haud dubium quin ante crucem domini) multæ à longe ſpectantes,quæ ſequutæ fuerãt Ieſum à Galilæa,miniſtrantes illi.Inter quas erant Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Ioſeph mater, & mater filiorum Zebedæi.Item Marcus: Erant autem & mulieres à longe aſpicientes,inter quas erãt Maria Magdalene,& Maria Iacobi minoris & Ioſeph mater,& Salome:ibiq; poſt modicum:Et aliæ multæ, quæ aſcenderant cum eo in Hieruſalem. Necnõ & Lucas:Erant autem Maria Magdalene & Iohãna,& Maria Iacobi,& cæteræ cum eis.Hæc idcirco replicauimus,ne calumniet & clamitet,ea quæ pro ſe faciant,à nobis eſſe ſubtracta:& ſententiã ſuam nõ teſtimonijs ſcripturarũ,ſed lubrica diſputatione cõuulſam:Ecce,inquit, Iacobus & Ioſeph filij Mariæ,quos Iudæi fratres appellauerũt.Ecce Maria Iacobi minoris & Ioſetis mater.Minoris autem Iacobi,ad diſtinctionẽ maioris,qui erat filius Zebedęi,ſicut & in alio loco Marcus ponit.Maria autẽ Magdalene,& Maria Iacobi & Ioſetis,uiderunt ubi poneretur,& tranſacto ſabbato, emerunt aromata, & uenerunt ad monumentũ.Et utiq; ait: Quàm miſerum erit & impium de Maria hoc ſentire , ut cum aliæ fœminæ curam ſepulturæ Ieſu habuerint, matrem eius dicamus abſentem: aut alterã eſſe Mariam,neſcio quã, cõfingamus: præſertim cum euangeliũ Ioãnis teſtetur præſentem eam illic fuiſſe,quando illã de cruce dominus iam uiduam,ut matrem Ioanni cõmendabat.Aut nunquid euangeliſtæ & falluntur & fallunt, ut eorum Mariam matrem dicerent,quos Iudæi fratres Ieſu eſſe dixerunt? O furor cæcus,& in propriũ exitium mens ueſana.Dicis ad crucem domini matrẽ eius fuiſſe præſentẽ:dicis Ioanni diſcipulo ob uiduitatẽ & ſolitudinem cõmendatam,quaſi iuxta te nõ haberet quatuor filios,& innumeras filias,quarũ conſortio frueretur. Viduam quoq; nominas,quod ſcriptura nõ loquitur . Et cum omnia euangeliſtarũ exempla proponas,ſolius tibi Ioannis uerba non placent.Dicis tranſitorie ad crucẽ domini eam fuiſſe præſentẽ,ne cõſulto præteriſſe uideariſ: & tamen quæ cũ illa mulieres fuerint,ſiles.Ignoſcerẽ neſcienti,niſi uiderem cõſulto reticentẽ. Audi itaq; Ioãnes quid dicat:Stabant aũt iuxta crucẽ domini mater eius,& ſoror matris eius Maria Cleophæ,& Maria Magdalene.Nulli dubiũ eſt, duos fuiſſe apoſtolos Iacobi uocabulo nuncupatos,Iacobũ Zebedæi,& Iacobũ Alphęi.Iſtum neſcio quem minorẽ Iacobum, quem Mariæ filium, nec tamen matris domini ſcriptura cõmemorat,apoſtolum uis eſſe, an non? Si Apoſtolus eſt,Alphæi filius erit, & credidit in Ieſum,& non erit de illis fratribus,de quibus ſcriptum eſt: Neq; enim tunc fratres eius credebant in eum.Si non eſt apoſtolus,ſed tertius neſcio quis Iacobus,quomodo eſt frater domini putãdus:& quomodo tertius ad diſtinctionem maioris appellabitur minor , cum maior & minor non inter tres,ſed inter duos ſoleant

A ſoleant præbere diſtantiam,& frater domini apoſtolus ſit,Paulo dicente:Deinde poſt trien nium ueni Hieruſalem uidere Petrum,& manſi apud illum diebus quindecim.Alium autem apoſtolorum uidi neminem,niſi Iacobum fratrem domini?Et in eadem epiſtola:Et cognita gratia quæ data eſt mihi,Petrus & Iacobus & Ioannes,qui uidebantur columnæ eſſe.Ne au tem hunc putes Iacobum filium Zebedæi,lege actus apoſtolorum. Iam ab Herode fuerat interemptus. Reſtat concluſio,ut Maria iſta quæ Iacobi minoris ſcribitur mater, fuerit uxor Alphæi,& ſoror Mariæ matris domini,quam Mariam Cleophę Ioānes euangeliſta cogno minat,ſiue à patre ſiue à gentilitate familiæ, aut quacunq; alia cauſa ei nomē imponens. Si autem inde tibi alia atq; alia uidetur,quod alibi dicatur Maria Iacobi minoris mater, & hic Maria Cleophę,diſce ſcripturæ cōſuetudinem,eundem hominem diuerſis nominibus nun cupari. Raguel ſocer Moyſi & Iethro dicitur. Gedeon, nullis cauſis immutati nominis ante præmiſſis,ſubito Hieroboal legitur.Ozias rex Iuda uiciſſim Azarias uocatur.Mons Tabor Itabyrium dicitur. Rurſum Hermon Phœnices cognominant Sanior,& Amorræus cogno minat eū Sanir.Eadem cœli plaga tribus nominibus appellatur,Nageb,Theman,Darom. Lege Ezechiel. Petrus & Simon dicitur & Cephas.Iudas zelotes, in alio euangelio Thad dæus dicitur,multaq; alia quæ ad exemplum horum pertinent ipſe ſibi de omnibus ſcriptu ris lector poterit congregare.Nunc illud eſt quod conamur oſtendere quemadmodum fra tres domini appellentur,filij materteræ eius Mariæ:qui antea non credentes, poſtea credide runt.Licet fieri potuerit,ut uno ſtatim credente,alij diu increduli fuerint,& hāc fuiſſe matrem Iacobi & Ioſetis,id eſt,Mariam Cleophę uxorem Alphæi:hanc dictam Mariam Iacobi mi noris.Quæ ſi eſſet mater domini,magis eam,ut in omnibus locis, matrem illius appellaſſet, & non aliorum dicendo matrem, alterius uoluiſſet intelligi. Verum in hac parte contentio ſum funem non traho,alia fuerit Maria Cleophæ,alia Maria Iacobi & Ioſetis,dūmodo con ſtet non eandem Mariam Iacobi & Ioſetis eſſe, quam matrem domini. Et unde,ais,fratres
B domini dicti ſunt,qui non erant fratres?Iam nunc doceberis, quatuor modis in ſcripturis di uinis fratres dici,natura,gēte,cognatione,affectu.Natura,Eſau,Iacob,duodecim patriarchę, Andreas & Petrus,Iacobus & Ioannes.Gente,qua omnes Iudæi inter ſe fratres uocantur,ut in Deuteronomio:Si autem emeris fratrem tuum qui eſt Hebræus,uel quæ eſt Hebræa,ſer uiet tibi ſex annis,& ſeptimo anno dimittes eum liberum abs te.Et in eodem:Conſtituendo cōſtitues ſuper te principem, quem elegerit dominus deus tuus,eum qui ex fratribus tuis ſit. Non enim poteris conſtituere ſuper te hominem alienigenam,quia nō eſt frater tuus.Et rur ſum:Ne uiſo uitulo fratris tui uel oue eius errantibus per uiam,negligas ea.Reuerſione redu ces ea fratri tuo.Quod ſi non appropinquat tibi frater tuus,neq; noueris eum,colliges ea in tra domum tuam,& erunt tecum,donec quęrat ea frater tuus,& reddes ei.Et apoſtolus Pau lus: Optabam, inquit, ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, cognatis ſecun
4 dum carnem,qui ſunt Iſraelitæ.Porrò cognatione fratres uocantur, qui ſunt de una familia, id eſt patriæ,quas Latini paternitates interpretantur,cum ex una radice multa generis turba diffunditur ut in Geneſi.Dixit autem Abraham ad Lot: Non ſit rixa inter me & te, & inter paſtores meos & paſtores tuos,quia omnes fratres nos ſumus:Ibiq; & elegit ſibi Lot regio nem Iordanis,& eleuauit Lot ab Oriente, & diſceſſerūt unuſquiſq; à fratre ſuo.Et certe Lot non eſt frater Abrahæ, ſed filius fratris eius Aram. Thara quippe genuit Abraham & Na chor & Aram:& Aram genuit Lot.Et rurſum: Abraham autem erat annorum ſeptuaginta quinq;,cum exiret de Charian.Et ſumpſit Abraham Saram uxorem ſuam,& Lot filium fra tris ſui.Quod ſi adhuc dubitas fratrem,fratris filium nuncupari: accipe exemplum. Cum au tem audiſſet Abraham,quia captiuus ductus eſt Lot frater ſuus,numerauit uernaculos ſuos trecentos decem & octo.Et cum cædem nocturni impetus deſcripſiſſet,adiecit:Et reduxit o mnem equitatum Sodomorum,& Lot fratrem ſuum reuocauit.Suffragiebant hæc ad ea quæ diximus approbanda. Sed ne in aliquo cauilleris, & te quaſi lubricus anguis euoluas, teſti moniorum ſtringendus es uinculis:ne querulus ſibiles,& dicas te magis argumentationibus

tortuoſis

tortuosis quàm scripturarum ueritate superatum. Iacob Isaac filius ac Rebeccæ, quum fratris c insidias metuens Mesopotamiam perrexisset: accessit & deuoluit lapidem ab ore putei, & adaquauit oues Laban fratris matris suæ. Et osculatus est Iacob Rachel: & exclamans uoce sua plorauit: & indicauit Rachel, quia frater est patris eius, & quia filius Rebeccæ est. Ecce & hic eadem lege qua supra frater, sororis filius appellatur. Et iterum: Dixit autem Laban ad Iacob: Quoniam frater meus es, non seruies mihi gratis: Dic mihi, quæ sit merces tua. Expletis itaq; uiginti annis, cum ignorante socero, uxoribus filijsq; comitatus reuerteretur ad patriam, consecutus est eum Laban in monte Galaad. Et cũ idola quæ Rachel occultabat quæsita non inuenissent in sarcinis: respõdit Iacob, & dixit ad Laban: Quæ culpa mea est, & quod delictum meum, quod persecutus es me? & quare scrutatus es omnia uasa mea? Quid inuenisti de omnibus tuis? Pone hic in conspectu fratrum tuorum & fratrum meorum: & redarguent inter nos duos. Responde, qui sint isti fratres Iacob & Laban, qui tunc fuerant in præsenti. Esau certe frater Iacob absens erat, & Laban filius Bathuel fratres excepta sorore Rebecca nõ habuit. Innumerabilia sunt istiusmodi, libris inserta diuinis. Sed ne longũ faciam, ad extremam diuisionis partem reuertar: id est, & affectu fratres dici: qui in duo scinditur, in spiritale & in cõmune. In spiritale, quia omnes Christiani fratres uocamur, ut ibi: Ecce quàm bonum & quàm iocundum habitare fratres in unum. Et in alio psalmo saluator. Narrabo, inquit, nomen tuum fratribus meis. Et alibi: Vade dic fratribus meis. Porrò in cõmune, quia omnes homines ex uno patre nati, pari inter nos germanitate coniungimur. Dicite, ait, his qui oderunt uos, fratres nostri estis. Et Apostolus ad Corinthios. Si quis frater nominatur fornicator aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere. Et cætera his similia. Interrogo nunc, iuxta quem modum fratres domini in euangelio intelligas appellari. Iuxta naturam? Sed scriptura nõ dicit, nec Mariæ eos uocans filios nec Ioseph. Iuxta gentem? Sed absurdũ est, ut pauci ex Iudæis uocati sint fratres, cum omnes qui ibi erant hac lege Iudæi, fratres potuerint appellari. Iuxta affectum humani d iuris ac spiritus? Verũ si sic, qui magis fratres quàm apostoli, quos docebat intrinsecus, quos matres uocabat & fratres? Aut si omnes, quia homines, fratres, stultũ fuit nunciari quasi proprium: Ecce fratres tui quærentes te, cum generaliter omnes homines hoc iure sint fratres. Restat igitur, ut iuxta superiorẽ expositionẽ fratres eos intelligas appellatos, cognatione, non affectu, non gentis priuilegio, non natura: Quomodo Lot Abrahæ: quomodo Iacob Laban est appellatus frater: quomodo & filiæ Salphaad accipiunt clerum inter fratres suos, quomodo & Abraham ipse Saram sororem suam habuit uxorem. Etenim ait: Vere soror mea est de patre, sed non de matre, id est, fratris est filia, non sororis. Alioqui quale est, ut Abraham uir iustus, patris sui filiam coniugem sumpserit, cum in primis hominibus propter aurium sanctitatem idipsum scriptura non nominet, malens intelligi quàm proferri: & deus lege postea sanciat ac minetur: Qui acceperit sororem suam de patre suo, uel de matre sua, & uiderit turpitudinem eius, & ipsa uiderit turpitudinem illius, opprobrium est, & exterminabuntur coram filijs generis sui. Turpitudinem sororis suæ detexit, peccatum suum recipiet.

Imperitissime hominum, ista non legeras, & toto scripturarum pelago derelicto, ad iniuriam uirginis tuam rabiem contulisti: in exemplum eius quem fabulæ ferunt, cum uulgo esset ignotus, & nihil boni posset facinoris excogitare, quo nobilis fieret, Dianę incendisse templum. & nullo prodente sacrilegium, fertur ipse in medium processisse, clamitans sese incendium subiecisse: sciscitãtibus Ephesi principibus, quã ob causam hoc facere uoluisset, respondisse, Vt quia bene nõ poteram, male omnibus innotescerem. Et hoc quidem Græca narrat historia. Tu uero templum dominici corporis succendisti, tu contaminasti sanctuarium spiritus sancti, ex quo uis quadrijugam fratrum & sororum processisse congeriem. Deniq; cum s Iudæis uoce sociata dicis: Nónne hic est fabri filius? Nónne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioãnes & Simon & Iudas, & sorores eius oms apud nos sunt? Omnes, nisi de turba, non dicitur. Quis te oro ante hanc blasphemiam nouerat, quis dupondij sup-

putabat

A putabat? Consequutus es quod uolebas, nobilis es factus in scelere. Ego ipse qui contra te
scribo,cum in eadem tecum urbe consistam,albus(ut aiunt)ater ue sis,nescio. Prętermitto ui-
tia sermonis,quibus omnis liber tuus scatet. Taceo ridiculum exordium.O tempora, ò mo-
res.Non quæro eloquentiam, quam ipse non habens, in fratre Craterio requisisti. Non,in-
quam,flagito linguæ nitorem,animæ quæro pietatem.Apud Christianos enim solœcismus
est magnus & uitium, turpe quid uel narrare uel facere. Ad calcem uenio, & te cornuta in-
terrogatione concludo:sicq; tecum agam, quasi superius nihil egerim:eodem modo dictos
esse fratres domini,quo Ioseph dictus est pater.Ego,inquit, & pater tuus,dolentes quæreba
mus te.Mater hæc loquitur,non Iudæi. Et ipse euangelista referens:Et erant pater & mater
illius admirantes super his quæ dicebantur de eo: & his similia quæ iam enumerauimus, in
quibus parentes uocantur. Ac ne forte de exemplariorum ueritate causeris,quia tibi stultissi-
me persuasisti Græcos codices esse falsatos: ad Ioannis euangelium uenio,in quo plenissime
scribitur:Inuenit Philippus Nathanael,& ait illi:Quem scripsit Moyses in lege,& prophetę,
inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth. Certe hoc in tuo codice continetur. Responde
mihi quomodo Iesus sit filius Ioseph,quem constat de spiritu sancto esse procreatum? Vere
Ioseph pater fuit? Quamuis sis hebes,dicere non audebis.An putabatur? Eodem modo æ-
stimentur & fratres,quo æstimatus est pater. Sed quoniam iam è cautibus & confragosis
locis enauigauit oratio,pandenda sunt uela, & in epilogos illius irruendum, in quibus scio-
6 lus sibi uisus, Tertullianum in testimonium uocat, & Victorini Pictauiensis episcopi uerba
proponit.Et de Tertulliano quidem nihil amplius dico,quàm ecclesiæ hominem non fuisse.
De Victorino uero id affero,quod & de euangelistis, fratres eum dixisse domini non filios
Mariæ.Fratres autem eo sensu,quem superius exposuimus, propinquitate, non natura. Ve-
rum nugas terimus,& fonte ueritatis omisso,opinionũ riuulos consectamur. Nunquid non
possum tibi totam ueterum scriptorum seriem cõmouere:Egnatium,Polycarpum,Irenęum,
B Iustinum martyrem, multosq; alios apostolicos & eloquentes uiros, qui aduersus Hebio-
nem & Theodotum Byzantium, Valentinum,hæc eadem sentientes, plena sapientiæ uolu-
mina cõscripserunt? Quæ si legisses aliquando,plus saperes. Sed melius puto breuiter ad sin
gula respondere,quàm diutius immorando,uolumen extendere. In illud nunc impetum fa-
cio:in quo tu uirginitatem & nuptias cõparando,disertus esse uoluisti. Risimus in te prouer-
7 bium,camelum uidimus saltitantem.Dicis: Nũquid meliores sunt uirgines Abraham, Isaac
& Iacob: qui habuere coniugia? Nunquid non quotidie dei manibus, paruuli finguntur in
uentribus,ut merito erubescere debeamus Mariam nupsisse post partum? Quod si hoc illis
turpe uidetur,superest ut non credant etiam deum per genitalia uirginis natum. Turpius est
enim iuxta eos deum per uirginis pudenda genitum,quàm uirginem suo uiro nupsisse post
partum.Iunge si libet & alias naturæ contumelias, nouem mensibus uterum insolescentem,
fastidia,partum,sanguinem,pannos.Ipse tibi describatur infans,tegmine membranarum so
lito conuolutus. Ingerantur dura præsepia,uagitus paruuli: octauæ diei circumcisio, tempus
purgationis,ut probetur immundus.Non erubescimus,non silemus.Quanto sunt humilio-
ra quæ pro me passus est,tanto plus illi debeo. Et cum omnia replicaueris,cruce nihil contu-
meliosius proferes, quam profitemur & credimus, & in qua de hostibus triumphamus.

Sed ut hæc quæ scripta sunt non negamus,ita ea quæ non sunt scripta,renuimus.Natum
deum esse de uirgine credimus,quia legimus. Mariam nupsisse post partum, non credimus,
quia non legimus.Nec hoc ideo dicimus,quo nuptias cõdemnemus, ipsa quippe uirginitas
fructus est nuptiarum, sed quod nobis de sanctis uiris temere æstimare nihil liceat. Possu-
mus enim hac æstimatione possibilitatis contendere, plures quoq; uxores habuisse Ioseph,
quia plures habuerit Abraham,plures habuerit Iacob, & de his esse uxoribus fratres domi-
ni,quod pleriq; non tam pia quàm audaci temeritate confingunt. Tu dicis Mariã uirginem
non permansisse, ego mihi plus uendico, etiam ipsum Ioseph uirginem fuisse per Mariam,
ut ex uirginali coniugio uirgo filius nasceretur.Si enim in uirum sanctum fornicatio non ca-

dit,& aliam eum uxorem habuiſſe non ſcribitur: Mariæ autem quam putatus eſt habuiſſe, c
cuſtos potius fuit,quàm maritus:relinquitur,uirginem eum manſiſſe cum Maria, qui pater
domini meruit appellari. Et quia de comparatione uirginitatis & nuptiarum ſum aliqua di/
cturus,obſecro lecturos,ne me putent nuptijs detraxiſſe in uirginum laude,& aliquam feciſ/
ſe diſtantiam inter ſanctos ueteris teſtamenti & noui, id eſt inter eos qui habuere coniugia,
& hos qui à complexu mulierum penitus receſſerunt: uerum pro conditione temporum alij
eos tunc ſubiacuiſſe ſententiæ,& alij nos,in quos fines ſeculorum decurrerunt.Quamdiu lex
illa permanſit:Creſcite & multiplicamini,& replete terram:Et,maledicta ſterilis,quæ non pa
rit ſemen in Iſrael:nubebant omnes,& nubebantur,& derelictis parentibus, fiebant una ca/
ro.Quãdo uero uox illa pertonuit:Tempus breuiatum eſt,reliquum eſt ut qui habent uxo/
res,ſic ſint quaſi nõ habeant, adhærentes domino:unus cum eo efficimur ſpiritus. Et quare?
Quia qui ſine uxore eſt,cogitat ea quę dei ſunt,quomodo placeat deo.Qui autem cum uxo
re eſt,ſolicitus eſt quæ ſunt huius mundi,quomodo placeat uxori.Et diuiſa eſt,mulier,& uir
go.Quæ non eſt nupta, cogitat quæ ſunt dei, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Nam quæ nu/
pta eſt,cogitat quę ſunt mundi,quomodo placeat uiro.Quid oblatras? quid repugnas? Vas
electionis hæc loquitur.Diuiſa eſt,dicens mulier & uirgo: Vide quantæ felicitatis ſit,quæ &
nomen ſexus amiſerit.Virgo iam mulier non uocatur.Quæ non eſt nupta,cogitat quæ ſunt
domini,ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Virginis definitio, ſanctã eſſe corpore & ſpiritu,quia
nihil proſit carnem habere uirginem,ſi mẽte quis nupſerit.Quæ uero nupta eſt,cogitat quæ
ſunt mundi, quomodo placeat uiro.Idem tu putas eſſe diebus & noctibus uacare orationi,
uacare ieiunijs, & ad aduentum mariti expolire faciem, greſſum frangere, ſimulare blandi/
tias? Illa hoc agit,ut turpior appareat,& naturæ bonum infuſcet iniuria.Hæc ad ſpeculũ pin/ 8
gitur,& in cõtumeliam artificis conatur pulchrior eſſe quàm nata eſt. Inde infantes garriũt,
familia perſtrepit,liberi ab oſculis & ab ore dependent,computantur ſumptus,impẽdia præ
parantur. Hinc cocorum accincta manus carnes terit,hinc textricum turba commurmurat, D
nunciatur interim uir ueniſſe cum ſocijs. Illa ad hirundinis modum luſtrat uniuerſa penetra/
lia,ſi thorus rigeat,ſi pauimenta uerrerint,ſi ornata ſint pocula,ſi prandium præparatũ. Re/
ſponde quæſo,inter iſta ubi ſit dei cogitatio? Et hæ felices domus. Cæterum ubi tympana ſo
nant,tibia clamitat,lyra garrit, cymbalum concrepat, quis ibi dei timor? Paraſitus in contu/
melijs gloriatur,ingrediuntur expolitæ libidinum uictimæ,& tenuitate ueſtium nudæ impu
dicis oculis ingeruntur.His infelix uxor,aut lætatur,& perit:aut offenditur,& maritus in iur/
gia cõcitatur.Hinc diſcordia,ſeminarium repudij. Aut ſi aliqua inuenitur domus,in qua iſta
non fiant, quæ rara auis eſt,tamen ipſa diſpenſatio domus, liberorum educatio, neceſſitates
mariti, correctio ſeruulorum, quam à dei cogitatione non auocent? Defecerunt, inquit ſcri/
ptura,Saræ muliebria:poſt quod dicitur ad Abraham:Omnia quæcunq; dicit tibi Sara,au
di uocem eius.Quæ non eſt in partus anxietatibus & dolore,quæ deficientibus menſtrui cru
oris officijs,mulier eſſe deſijt,à dei maledictione fit libera:nec eſt ad uirum cõuerſio eius,ſed
econtrario uir ſubijcitur ei,& domini uoce præcipitur: Omnia quæcunq; tibi dicit Sara,audi
uocem eius:& ſic incipiunt uacare orationi.Quia quamdiu in cõiugio debitum ſoluitur,oran
di præteritur inſtantia.Non negamus uiduas, non negamus maritatas, ſanctas mulieres in/
ueniri,ſed quæ uxores eſſe deſierint,quæ in ipſa neceſſitate cõiugij,uirginum imitentur caſti/
tatem. Hoc eſt, quod Apoſtolus breuiter Chriſto in ſe loquente teſtatus eſt: Innupta cogi/
tat quæ dei ſunt,quomodo placeat deo:nupta uero cogitat,quæ ſunt mundi,quomodo pla
ceat uiro:nobis ſuper hoc campum intelligentiæ derelinquens. Neq; tamen alicui neceſſita/
tem imponit aut laqueum, ſed id quod honeſtũ eſt ſuadet, uolens omnes eſſe ſicut ſeipſum.
Et quanquam de uirginitate,domini præceptum nõ habeat: quia ultra homines eſt,& quo/
dammodo impudentis erat, aduerſum naturam cogere, alioq; modo dicere:uolo uos eſſe,
quod angeli ſunt:unde & uirgo maioris eſt meriti,dum id cõtemnit, quod ſi fecerit,nõ delin
quit:nihilominus in cohærentibus infert: Conſilium autem do,tanq; miſericordiam conſecu
tus à do/

A tus à domino,ut ſim fidelis. Exiſtimo ergo hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem, quia bonum eſt homini ſic eſſe. Quæ eſt iſta neceſſitas? Væ prægnantibus & nutrientibus in illa die. Ideo ſylua ſuccreſcit, ut poſtea recidatur. Ideo ager ſeritur, ut metatur. Iam plenus eſt orbis,terra nos non capit. Quotidie bella nos ſecant,morbi ſubtrahunt,naufragia abſorbent,& nihilominus de terminis litigamus? De hoc numero ſunt illi, qui agnum ſequuntur, qui ueſtimenta ſua non coinquinauerunt,uirgines enim permanſerunt. Obſerua quid ſignificet,non coinquinauerunt: Ego non audeo exponere, ne Heluidius calumnietur. Quod autem ais quaſdam eſſe uirgines tabernarias,ego tibi plus dico, eſſe in his & adulteras: &, quo magis mireris,clericos eſſe caupones, & monachos impudicos. Sed quis non ſtatim intelligat, nec tabernariam uirginem, nec adulterum monachum, nec clericum poſſe eſſe cauponem? Nũquid uirginitatis eſt culpa,ſi ſimulator uirginitatis in crimine eſt? Ego certe,ut alijs perſonis prætermiſſis ad uirginem ueniam,quæ inſtitorias exercet artes, neſcio an corpore, quod ſcio ſpiritu uirgo non permanet. Rhetoricati ſumus, & in morem declamatorum, paululum luſimus. Tu nos Heluidi coegiſti: qui iam euangelio coruſcante,eiuſdem uis eſſe gloriæ uirgines & maritatas. Et quia arbitror te ueritate ſuperatum,ad detractionem uitæ meæ & ad maledicta conuerti,ſolent enim hoc & mulierculæ facere, quæ uictoribus dominis male optant in angulis,illud dico præueniens,gloriæ mihi fore tua conuicia, cum eodem quo Mariæ detraxiſti ore me laceres,& caninam facundiam ſeruus domini pariter experiatur & mater.

DES. ERASMI ROTERODAMI SACRAE THEOLOgiæ profeſſoris in præcedentem epiſtolam ſcholia.

1 DIgnus fieret qui uinceretur.) Sic Aiax apud Ouidium adeo contemnit aduerſarium Vlyſſem, ut eum hoc quoq; putaret indignum, quod ſecum contenderet. Ille tulit precium iam nunc certaminis huius, Qui ſi uictus erit, mecum certaſſe feretur. Taxat autem Heluidium hominem alioquin obſcurum, quod hac uia famam affectaret. Et cum infœcunditate foB liorum.) Alluſit ad ficum,quæ foliis onuſta,procul eſurienti Chriſto fructum aliquem pollicebatur. Verum ſimulatq; reperit infrugiferam, maledixit illi Ieſus & exaruit. Deus pater eſt imprecandus.) Aut noue dixit imprecandus pro implorandus, aut precandus legendum eſt, aut certe comprecandus. Non rhetorici campum.) Vt apte ſingulis ſua tribuit. Oratoribus campum dicendi,quod horum oratio fuſius explicet ſeſe. Dialecticis tendiculas, quod captioſe diſputent & inſidioſe. Ariſtoteli ſpinas, quod acute refellens omnia,moleſtus ſit argutia ſua. Hæc autem dicit Hieronymus, non quidem damnans omnino Rhetoricam,aut Dialecticam,aut Ariſtotelis acumen, ſed quod aduerſus idiotam Heluidium his fruſtra uteretur. Id eſt aalma non Bethula.) De his uide Hieronymi diſputationem,in ſeptiz mum Eſaiæ caput. More Andabatarum.) Prouerbialiter dictum eſt. Sumptum eſt autẽ à ludo quodam,in quo duo committebantur clauſis oculis,ut nõ uiderent,quà ferirent. Sic enim colligimus è quodam apud Senecam loco. Significat autem Heluidium,multa congerere,ſed temere, & nihil ad rem pertinentia. Demonactes Cynicus de duobus,quorum alter inepte proponebat, alter reſpõdebat nihil ad rem. Alter,inquit,mulget hircum,alter ſupponit cribrũ. Vide de hoc prouerbio in Chiliadibus noſtris, Andabatæ. In eius aſſumptione.) Id eſt, in uſurpatione eius aduerbij donec. Pentateuchi.) πεντάτευχον appellatur opus quinq; contextum uoluminibus, Geneſis,Exodi,Deuteronomij, Numerorum, Leuitici, à πέντε quinq;, & τεῦχος inſtrumentum ſiue uolumen. Hic annotandum, quoſdam olim in ea fuiſſe ſententia, ut dicerent pentateuchum à Moyſe quidem ſcriptum, ſed poſtea ab Eſdra fuiſſe inſtauratum,Moyſi ſcriptis aliquo pacto perditis. Sanctæ ſcripturæ idioma.) ἰδίωμα proprietas linguæ,ſiquidem unaquæq; lingua, ſua quædam habet ac peculiaria,quorum guſtus in alienam lin3 guam transfundi non poſſit. Tua mente.) Id eſt, tua ſententia, & tua ipſius interpretatione. Secundum ſiclum ſanctuarij.) Sic enim legimus Leuitici capite xxvij. Omnis æſtimatio ſiclo ſanctuarij ponderabitur. Siclus uiginti obolos habet. Sed hac de re qui uolet plenius edoceri, legat opus Guliel mi Budæi Pariſienſis hominis & diligentis & eruditi, cui titulum fecit. De Aſſe. Id commodum in lucem emerſerat, cum hæc ſcriberemus. Ioanne deſuper inferente.) Hæc uerba mihi uidentur addita, niſi quod Heluidio digna ſunt,ex quo referũtur. Eadem cœli plaga.) Idumæa regio eſt Idumæorum, uergens ad Auſtralem partem,quę Hebræis dicitur Theman. Verum eadem prouincia nominatũr tribus nominibus, Theman,Nageb,Darom,quod obliquo flexu Eurum, Auſtrum, Aphricumq; reſpi4 ciat,ut indicauit Hieronymus enarrans primum caput Amos. Id eſt patriæ.) Hoc loco patria Græca uox eſt non Latina. Nam quod Latini uocant patriam, Græci πατρίδα uocant, πατριὰν autem, quod nos gentem ſiue familiam. Vnde patriæ legendum apud Hieronymum. Porrò quod addit, quas Latini

paternitates interpretantur, indicat uulgatam æditionem, quæ locum hunc Pauli ad Ephesios cap. iij. C
sic habet: ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur. Vbi paternitas, non accipitur uulgari significatu, pro abstracto, quod uocant respondente patri siue paterno, sed pro gente ac familia ab eodem patre profecta. Est autem in Græcis uerbis uenusta uocum allusio, πατρὸς & πατριᾶς, quæ periisset, nisi pro familia uertisset paternitatem, quemadmodum indicauimus & in Annotationibus nostris. Quem fabulæ ferunt.) Imò refertur à Cicerone, à Plutarcho, ab Aulo Gellio, à Valerio Maximo, non ut fabula, sed ut historia, Erostratum quendam, cum omnino nobilis esse cuperet, nec ulla bona re sibi famam parare posset, incendisse templum Ephesiæ Dianæ, quod tum toto orbe celeberrimum erat. Deprehensus, confessus est se gloriæ cupiditate fecisse. Decreuit igitur magistratus, ne postea quisquam hoc nomine nominaretur. Et prorsus hodieq; nomen hominis ignotum erat, nisi Theopompus id suis historijs inseruisset. Ex quo uis quadrigam.) Aut congeriem, uerbum 5
omittendum est, aut quadrijugam legendum est, non quadrigam. Heluidius quatuor genera fratrum fecit. Et ea omnia refert ad Christum. Dipondij supputabat.) Dipondium siue dupondium hic pro nummulo ponit, qui ualebat duobus assibus. Si quidem & assis nummus erat uilissimus. Vnde & trefsis agaso, Persio dictus est, homo nihili. Quare balbutis & erubescis.) Hæc uerba quæ sequuntur post, consistam, non reperi addita in antiquo quodam exemplari, nec uideo quid ad sensum pertineãt, & tamen mirum, unde in hunc uenerint locum. Fortasse legendum erat, in qua balbutire nõ erubescis. Nam turpe erat Romæ, hoc est in totius orbis theatro, hominem illiteratum inter eruditissimos & eloquentissimos non loqui, sed balbutire. Albus, ut aiunt, ater ue sis.) Hoc modo significabant hominem prorsus ignotum, adeo ut nec faciem illius unquam uiderint, ut indicauimus in Chiliadibus.

Cornuta interrogatione.) Intelligit dialecticum dilemmatis genus, in quo duobus propositis, utrumcunq; elegeris, aduersarius obtineat id quod cupit. Cautibus & confragosis.) Cautes scopulos uocat, & saxa confragosa loca aspera & flexibus difficilia. Sic more suo notat argumentationes, in quibus plus est difficultatis quàm uoluptatis. Pictauiensis.) Hoc addidit, discernens eum à Victorino Afro, 6
cuius meminit diuus Augustinus. Hunc autem Pictauiensem episcopũ Hieronymus testatur profundis fuisse sensibus, sed stilo parum composito, quod magis Græce sciret quàm Latine. De Tertullia no quidem.) Quod inuidia clericorum in hæresim postea sit prolapsus, ut in Catalogo testatur Hieronymus. Egnatium.) Quem nos Ignatium uocamus. Erat Antiochenæ ecclesiæ tertius post Petrum episcopus. Polycarpum.) Is Smyrnæ episcopus fuit, à sancto Ioanne ordinatus. Irenæum.) Hic fuit Polycarpi discipulus, Lugdunensem in Gallia rexit ecclesiam. Iustinum.) Hic sub habitu philoso- D
phi, Christum professus est. Hebionem.) Hæreticum, unde Hebionitæ dicti. Marcionem.) Vnde Marcionitæ. Vide Augustinum de hæresibus ad Quoduultdeum. Illud miror in omnibus quæ refert Hieronymus de superioribus in libro de uiris illustribus, cur nihil meminerit de scriptis aduersus Marcionem, cũ hunc à Polycarpo Romæ uisum tradat. Theodotum.) Hunc, nisi fallor, Augustinus Theodotionem uocat, qui Christum merum hominem fuisse sensit. Valentinum.) Vnde Valentiniani. De his omnibus uide diuum Augustinum in libro quem modo citaui. Nam Isidorus, in decretis causa xxiiij. q. iij qui sua hinc collegit, planè, penè dixeram, nugatur. Camelum saltitantem.) Cum 7
quis affectat indecore ad quod non est aptus. Camelorum est onera gestare, non saltitare. Prouerbium est, cuius meminimus in Chiliadibus. Et diuisa est mulier & uirgo.) Hunc locum aliter citat Hieronymus aduersus Iouinianum libro primo. Nempe ut nos uulgò legimus, sed ita, ut fateatur sese pro loci qualitate in alium sensum interpretatũ fuisse. Verum hanc lectionem putat apostolicæ ueritatis esse. Qui cum uxore est, solicitus est, quæ sunt huius mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est. Mulier innupta & uirgo &c. In Græcis autem codicibus diuisus est, non additur: nec refertur ad uirum, sed ad sequentia, μεμέρισται καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος, id est, diuisa est mulier & uirgo. Ego maluissem uertere uerbum μεμέρισται numero multitudinis, diuisa sunt hæc duo, nempe mulier & uirgo. Ambrosius uerbum repetit ad hunc modum: Quomodo placeat uxori & diuisus est. Diuisa est mulier & uirgo. Intelligit autẽ diuisus est, id est, in diuersas curas distractus, pietatis & matrimonij. Diuisa est mulier & uirgo, non natura, sed actu. Virgo iam mulier non uocatur.) Mulier apud Latinos anceps nomen est. Nam & sexum significat, & iunctam uiro ac deuirginatam. Itidem apud Græcos, γυνὴ aliquando mulierem, hoc est, sexum, aliquando uxorẽ declarat. Ego quidem hoc loco uxorem uertere maluissem. Verum hac de re copiosius dicemus in Annotationibus nostris. Infuscet iniuria.) Iniuriam uocat, cum lædituꝛ forma naturalis, nisi mauis legere incuria, id est, neglectu. Ad speculum pingitur.) Apte dixit pingitur, propter colores purpurissum & cerussam, quibus faciem fucant, & stibium quo oculos quoq; nigrore tingunt. Parasitus in con.) Cum perfunduntur aqua, aut solea petuntur. Siquidem his modis hoc hominum genus delectat. Expolitæ libidinum uicti.) Ita uocare solet publicas prostibulas. 8
ANTIDOTVS. In hac quoq; parum tribuit matrimonio, nec uidetur probare cõiugium, nisi in quo studium castimoniæ sit, & imitatio uirginitatis: innuens in Sara, tamdiu mulierem obnoxiam esse maledictioni, & subiectam uiri dominio, quamdiu coitum appetit. Non negamus, inquit, uiduas, non negamus maritatas, sanctas mulieres inueniri: sed quæ uxores esse desierint, quæ in ipsa necessitate con-

iugij

A iugij,uirginum imitentur caſtitatẽ.Quaſi bonæ non ſint,quæ libenter ſunt uxores, quæq; uoluptatem eam amplectuntur. Et paulo poſt,cum ait: Ideo ſylua ſuccreſcit, ut poſtea recidatur, &c. ſignificat, ne prolis quidem cauſa matrimonium probari, cum nunc metendi ſit tempus, non ſerendi: cedendi, non conſerendi. Quid autem dicemus? Num immodico quodam amore caſtitatis, uere hæc ſenſiſſe Hieronymum,quod toties inculcat? An in his Rhetoricatum eſſe,ſicut ipſe mox teſtatur,Rhetoricati ſumus, & in morem declamatorum paululum luſimus? An in hanc partem propenſior fuit, quod Heluidius nuptias æquaret uirginitati: & iuxta prouerbium,iniquum petit, ut æquum ferat? An ſatis eſt,quod in initio huius diſputationis teſtatur, ſe non detrahere nuptijs, cum laudat uirginitatem,ut hæc ſemper ad illam regulam ſint accipienda, quæ durius dicta uidebuntur?

ARGVMENTVM OPERIS SEQVENTIS

Iouinianus ex monacho clericus,homo obſcurus,ſed diues,nec eruditus tamẽ nec eloquẽs,iam olim extinctam Baſilidis hæreſim conatus eſt inſtaurare, æditis ſuper hac re commentarijs,quibus ex diuinæ ſcripturæ teſtimonijs perperã intellectis, probare nitebatur uirgines, uiduas, & maritatas eiuſdem eſſe meriti,ſi cæteris uitæ operibus non diſcreparent.Deinde uere baptizatos,non poſſe relabi in peccatum. Quem errorem Auguſtinus aſſcribit & Pelagio. Ad hæc nihil intereſſe inter ueſcentem cibis & abſtinentem, modo cum gratiarum actione ſumat. Poſtremo par omnibus fore præmium in regno cœlorum,quicunq; ſuum baptiſma ſeruauerint. Hæc cum Romæ doceret,neminem ſacerdotem aut alicuius nominis clericum in errorem potuit trahere, tantum mulierculas quaſdam corrupit, adeo ut hoc audito,quædam uirgines ſacræ prouectæ iam ætatis nupſerint uiris. Porrò quod ipſe non duceret uxorem,id negabat ſe facere,quod hinc præmium aliquod ſperaret,ſed ne moleſtijs matrimoniorum irretiretur: hoc eſt, non ut melior eſſet,ſed liberior. Diuus Auguſtinus errores quoſdam conſert in Iouinianum,quos tamen illi non impingit Hieronymus,utiq; non diſſimulaturus,ſi quid tale docuiſſet. Nempe Mariam Ieſu matrem pariendo fuiſſe corruptam.Ad hęc,omnia peccata eſſe paria,quemadmodum habent Stoicorum paradoxa. Verum apparet diuum Auguſtinum,nec Iouiniani,nec in hunc Hieronymi libros legiſſe,tantum rumore populari didiciſſe quod nouerat de Iouiniano.Teſtatur autem Iouinianum nullam factam eſſe mentionem,nec apud Epiphanium,nec apud Philaſtrum, in hæreſiarcharum Catalogo:reperiſſe tamen in quodam libro,qui ſcriptoris titulum non habebat, Iouinianum inter hæreſiarchas annumeratum,Addit,hanc hæreſim ſe iuuene ortam, ac protinus extinctam fuiſſe, nec ad ullorum ſacerdotum deceptionem perueniſſe. Apparet autem huius errorem damnatum fuiſſe opera Vi-
B ctorini & Pammachij, & antequam aduerſus eum ſcriberet Hieronymus.Attamen hoc argumentum nõ illibenter arripuit,impendio ſemper fauens uirginitati,& ob id nuptijs iniquior, quàm epiſcopi quidam eſſe uolebant.Nactus itaq; ſuum campum, omneis ingenij & eloquentiæ uires explicat, ac ueluti luxuriat, & ita refellit hominem, ut literarum etiam imperitiam, & prodigioſam ſermonis infantiam rideat & inſectetur,tota diſputatione,quoniam erat prolixior, in duos diſtributa libros.

DIVI HIERONYMI ADVERSVS IOVINIANVM LIBER PRIMVS.

1  Auci admodum dies ſunt, quod ſancti ex urbe Roma fratres cuiuſdam mihi Iouiniani commentariolos tranſmiſerũt, rogantes,ut eorũ ineptijs reſponderem, & Epicurum Chriſtianorum, euangelico atq; apoſtolico uigore contererem. Quos cum legiſſem & omnino non intelligerem,cœpi reuoluere crebrius,& non uerba modo atq; ſententias,ſed ſingulas pene ſyllabas diſcutere,uolens prius ſcire quid diceret,& ſic uel probare uel redarguere,quod dixiſſet. Verum ſcriptorum tanta barbaries eſt,& tantis uitijs ſpurciſſimus ſermo confuſus, ut nec quid loquatur, nec quibus argumentis uelit probare quod loquitur,
2 potuerim intelligere. Totus enim tumet,totus iacet: Attollit ſe per ſingula: & quaſi debilitatus coluber,in ipſo conatu frangitur. Non eſt contentus noſtro,id eſt, humano more loqui, altius quiddã aggreditur. Parturiunt montes,naſcetur ridiculus mus, Quod ipſe Non ſani eſſe hominis,nõ ſanus iuret Oreſtes. Præterea ſic inuoluit omnia,& quibuſdam inex-
3 tricabilibus nodis uniuerſa perturbat, ut illud Plautinarum literarum ei poſſit aptari: Has quidem præter Sibyllam leget nemo. Nam diuinandũ eſt. Furioſas Apollinis uates legimus.Et illud Vergilianum: Dat ſine mente ſonum. Heraclitum quoq; cognomento σκοτεινὸν, ſudantes philoſophi uix intelligunt. Sed quid ad noſtrum αἰνιγματιστὴν, cuius libros multo difficilius eſt noſſe,cẽq; uincere? Quanquã & in uictoria non parua ſit difficultas. Quis enim ſuperare queat,cuius aſſertionem penitus ignoret? Et ne lectorẽ longius traham,

cuiuſmodi eloquentiæ ſit,& quibus uerborũ floribus ornatus incedat,ſecundi libri eius mon c
ſtrabit exordium,quod heſternam crapulam ructãs ita euomit: Satisfacto inuitatis, non 4
ut claro curram nomine,ſed ut rumore purgatus uiuam uano:Obſero agrum,nouellas plan
tationum,arbuſta teneritudinis,erepta de uitiorũ gurgitibus,audientiam,cõmunitam agmi/
nibus.Scimus eccleſiã,ſpe,fide,charitate, inacceſſibilem,inexpugnabilem. Non eſt in ea im/
maturus,omnis docibilis:impetu irrumpere,uel arte illudere poteſt nullus. Rogo,quę ſunt
hæc portenta uerborum? Quod deſcriptionis dedecus? Nõne uel per febrem ſomniare eum 5
putes,uel arreptum morbo phrenetico, Hippocratis uinculis alligandũ? Quotieſcunq; eum
legero,ubi me defecerit ſpiritus,ibi eſt diſtinctio. Totum incipit,totum pendet ex altero,ne/
ſcias quid cui cohæreat,& exceptis teſtimonijs ſcripturarũ, quæ illo uenuſtiſſimo eloquẽtiæ
ſuæ flore mutare non auſus eſt, reliquus ſermo omni materiæ conuenit,quia nulli conuenit.
Quæ res mihi aliquam ſuſpitionẽ intelligentiæ dedit, uelle eum ita nuptias prædicare,ut uir
ginitati detrahat. Quando enim minora maioribus coæquantur: inferioris comparatio, ſu/
perioris iniuria eſt. Neq; uero nos Marcionis & Manichæi dogma ſectantes nuptijs detrahi
mus,nec Tatiani principis Encratitarum errore decepti, omnem coitum ſpurcum putamus:
qui non ſolum nuptias, ſed cibos quoq; quos deus creauit ad utendũ, damnat & reprobat.
Scimus in domo magna,non ſolũ uaſa eſſe aurea & argẽtea, ſed & lignea & fictilia.Et ſuper
fundamentum Chriſti,quod Paulus architectus poſuit,alios ędificare aurum,argentum,la/
pides precioſos:alios ecõtrario fœnum, ligna,ſtipulã. Non ignoramus honorabiles nuptias 6
& torum immaculatũ.Legimus primam dei ſententiam: Creſcite & multiplicamini,& reple/
te terram:ſed ita nuptias recipimus,ut uirginitatẽ quæ de nuptijs naſcitur,præferamus.Nun
quid argentum non erit argentũ,ſi aurum argento precioſius eſt? Aut arboris & ſegetis con
tumelia eſt,ſi radici & folijs,culmo & ariſtis,poma præferãtur & fructus? Vt poma ex arbo/
re,frumentum è ſtipula,ita uirginitas è nuptijs.Centeſimus & ſexageſimus & triceſimus fru
ctus,quanq; de una terra & de una ſemente naſcatur,tamen multũ differt in numero.Trigin D
ta referuntur ad nuptias.Nam & ipſa digitorũ coniunctio,quaſi molli ſe complexans oſculo 7
& fœderans,maritũ pingit & cõiugem.Sexaginta uero ad uiduas,eo quod in anguſtia & tri/
bulatione ſunt poſitæ. Vnde & ſuperiori digito deprimũtur, quantoq; maior eſt difficultas
expertæ quondã uoluptatis illecebris abſtinere, tanto maius eſt præmiũ. Porrò centeſimus
numerus, diligenter quæſo lector attende,de ſiniſtra transfertur ad dexterã, & eiſdem qui/
dem digitis,ſed non eadem manu,quibus in læua nuptæ ſignificantur & uiduæ: circulũ faci/
ens,exprimit uirginitatis coronã.Hæc de impatientia magis cq; iuxta ordinem diſputationis
dixerim. Cum enim adhuc uix de portu egrediar,& rudentibus uela ſuſtollam,in mediũ me 8
quæſtionum pelagus,ſubitus loquendi æſtus abripuit. Vnde cohibebo curſum,& pauliſper
ſinus contrahã,nec indulgebo mucroni,iam nunc pro uirginitate ferire cupienti.Baliſta quan
to plus retrahitur,tãto fortius mittit.Nõ eſt damnũ dilatio, ubi certior fit ex dilatione uicto/
ria. Proponam breuiter aduerſarij ſententias, & de tenebroſis libris eius quaſi de foueis ſer/
pentes protrahã,neq; ſinã uenenoſum caput, ſpiris maculoſi corporis protegi. Pateat quod
noxium eſt, ut poſſit conteri, cum patuerit. Dicit uirgines,uiduas,& maritatas,quæ ſemel
in Chriſto lotæ ſunt,ſi nõ diſcrepent cæteris operibus,eiuſdem eſſe meriti. Nititur appro/
bare eos,qui plena fide in baptiſmate renati ſunt, à diabolo non poſſe ſubuerti. Tertium
proponit inter abſtinentiam ciborum, & cum gratiarum actione perceptionem eorum,nul/
lam eſſe diſtantiam. Quartum quod & extremum,eſſe omnium qui ſuum baptiſma ſerua
uerint,unam in regno cœlorum remunerationem.Hæc ſunt ſibila ſerpentis antiqui, his cõſi/
lijs draco de paradiſo hominem expulit.Nam & ſaturitatem ieiunijs præferendo,repromiſit
eos immortales futuros,quaſi nunq; poſſent corruere:& dum diuinitatẽ æqualem deo pol/
licetur,expulit eos de paradiſo:ut qui nudi & expediti, & abſq; ulla macula uirgines,domini
conſortio fruebantur, deiecti in uallem lachrymarum, tunicis cõſutis & pelliceis ueſtirentur.
Sed ne lectorẽ diutius morer,ſequar ueſtigia partitionis expoſitę,& aduerſus ſingulas pro/
poſitiones

A positiones eius,scripturarum uel maxime nitar testimonijs, ne querulus garriat se eloquẽtia magis quàm ueritate superatum. Quod si expleuero, & illum utriusq; testamenti nube oppressero,assumam exempla secularis quoq; literaturę,ad quam & ipse prouocat.Docebóq; etiam inter philosophos & egregios in republica uiros, uirtutes uoluptatibus, id est Pytha-
9 goram,Platonẽ & Aristidem, Aristippo, Epicuro & Alcibiadi ab omnibus solere præferri. Vos quæso utriusq; sexus uirgines & continentes, mariti quoq; & digami,ut conatus meos orationibus adiuuetis.Cunctorum in cõmune Iouinianus hostis est.Nam qui æqualia omnium asserit merita, tam uirginitati facit iniuriã, dum eam nuptijs cõparat, quàm & nuptijs: sic eas licitas asserens,ut secunda & tertia matrimonia. Sed & digamis & trigamis aduersarius est,ibi ponens scortatores quondam libidinosissimos post pœnitentiam, ubi duplicata & triplicata matrimonia,nisi quod in eo digami & trigami dolere non debent, quia idem scortator & pœnitens,in regno cœlorum etiam uirginibus adæquatur. Proponam igitur manifestioribus uerbis & habentibus aliquam consequentiam,argumenta eius & exempla de nuptijs,eodemq; ordine omnia,quo ab eo dicta sunt,digeram. Nec molestũ lectori sit,si nauseam eius & uomitum legere compellatur.Libentius antidotum Christi bibet, cum diaboli uenena præcesserint. Audite patienter uirgines, audite quæso uoluptuosissimum conciona-
torem, imò quasi Sirenarum cantus & fabulas clausa aure transite. Vestras ferte paulisper iniurias, putate uos cum domino crucifixo,pharisæorum audire blasphemias. Prima, inquit, dei sententia est, propter quod dimittet homo patrem & matrem suam, & adhærebit uxori suæ,& erunt duo in carne una.Ac ne fortè diceremus hoc scriptum in ueteri testamento,asserit à domino quoq; idipsum in Euangelio confirmari,quod deus cõiunxit,homo non
10 separet,statimq; subnectit:Crescite & multiplicamini & replete terram,& per ordinem replicat,Seth,Enos,Cainan,Malalehel,Iared,Enoch,Matusalem,Lamech,Noë,omnes habuisse uxores,& ex dei sententia filios procreasse,quasi generationis ordo & historia conditionis
B humanæ,sine cõiugibus & liberis potuerit enarrari.Iste,inquit,est Enos,qui ambulauit cum deo, & raptus in cœlum est. Iste Noë, qui cum essent utiq; multi uirgines propter ætatem, solus cum filijs & uxoribus naufrago orbe seruatus est. Rursus post diluuium, quasi altero principio generis humani,uirorum & uxorũ paria iunguntur, & ex integro generationis instauratur benedictio:Crescite & multiplicamini, & replete terram. Insuper etiam comedendarum carniũ licentia relaxatur.Et omne quod mouetur,erit uobis in escam:sicut holera herbarum,dedi uobis uniuersa.Currit ad Abraham,Isaac,& Iacob, è quibus prior trigamus, secundus monogamus,tertius quatuor uxorũ est,Liæ,Rachel,Balæ,Zelphæ:& asserit Abraham ob fidei meritum,benedictionem in generatione filij accepisse. Saram in typum ecclesiæ,cui defecerant muliebria,maledictionem sterilitatis partus benedictione mutasse: quod Rebecca ierit quasi prophetes interrogare dominum, & audierit ab eo, duæ gentes & duo populi in utero tuo sunt:quod Iacob pro uxore seruierit,& existimante Rachel uiri esse dare liberos, ac dicente: da mihi filios: sin autem, moriar, responderit: num pro deo ego sum qui te conclusit? In tantum,inquit,sciebat fructus nuptiarum esse domini,non mariti: Quod Ioseph uir sanctus atq; castissimus,& omnes patriarchæ uxores habuerint, quibus per Moysen æqualiter benedicat deus.Iudam quoq; proponit, & Thamar & occisum Onan perstrin
11 git à domino,quia fratri inuidens,semen nuptiarum dedita opera perdebat.Moysen propo
nit & Mariæ lepram, quæ fratri pro uxore detrahens, ilico dei ultione percussa est. Laudat Sampson,& uxorium Nazareum miris effert præconijs. Debboram quoq; replicat & Barach,quod absq; uirginitatis bonis,Sisaram & Iabin & currus ferreos debellarint.Iahel uxorem Chaber Cynei adducit in medium,& palo armatam prædicat manum.Inter Ieptæ patrem & filiam uirginem quæ immolata sit domino, dicit nullam fuisse distantiam, quin potius fidem patris præfert ei, quæ cæsa sit lugens. Venit ad Samuel alterũ Nazareum domini, qui ab infantia nutritus in tabernaculo est, & uestitus est ephod bad, quod interpretatur uestibus lineis:dicitq; eos filios procreasse,nec sacerdotalem pudicitiam,uxoris imminutam

esse cõplexu. Booz cum sua Ruth in area collocat, & Iesse ac Dauid inde producit: Ipsumq; c
Dauid centum præputijs etiam cum uitæ periculo, regis filiæ quæsisse concubitus. Quid di/ 12
cam de Solomone, quem ponens in catalogo maritorum, imaginem asserit saluatoris? & de
illo uult esse scriptum: Deus iudicium tuum regi da, & iusticiam tuam filio regis. Et dabitur
ei de auro Arabiæ, & adorabũt pro eo semper. Ac repente transcendit ad Eliam & Elisæum:
& narrat quasi grande mysterium, quod requieuerit spiritus Eliæ in Elisæo, & cur hæc dixe/
rit, tacet: nisi forte Eliam quoq; & Elisęum uxores habuisse arbitratur. Transit ad Ezechiam, 13
& cum in eius laudibus immoretẽ, miror cur oblitus sit dicere: Amodo filios faciam. Iosiam 14
uirum iustissimũ, sub quo in templo Deuteronomij liber repertus est, ab Holda uxore Sel/
lum instructum refert. Daniel quoq; & tres pueros inter maritos ponit, & ad Euangelium
repente transcendens, Zachariam & Elizabeth, Petrũ ponit & socrum eius, cæterosq; apo/
stolos. Et consequenter infert dicens: Si autem uoluerint assumere uanam defensionem, &
obtendere, quod rudis mundus eguerit incremento, audiant Paulũ loquentem: Adolescen/
tiores uiduas uolo nubere, filios procreare: & honorabiles nuptiæ & cubile immaculatum,
& mulier alligata est uiro quamdiu uiuit uir eius. Si autem mortuus fuerit, nubat cui uult, tan
tum in domino. Et Adam nõ est seductus: mulier autem seducta, facta est in præuaricatio/
nem. Salua autem fiet per filiorum generationem, si permanserint in fide & dilectione & san
ctificatione cum sobrietate. Certe cessat hic illud apostolicũ, & qui habẽt uxores sic sint qua
si non habeant: nisi fortè dicetis, propterea uult eas nubere, quia iam quædam cõuersæ sunt
retro post satanam, quasi ex uirginibus nulla cadat, & non sit earũ maior ruina. Ex quo ma/
nifestum est, uos Manichæorum dogma sectari, prohibentiũ nubere & uesci cibis quos de/
us creauit ad utendum, cauteriatam habentium conscientiam. Et post multa, quæ nunc ocio/
sum est reuoluere, excutit se quasi in locum Rhetoricũ, & facit apostrophen ad uirginem di/ 15
cens: Non tibi facio uirgo iniuriam, elegisti pudicitiam propter præsentem necessitatem, pla
cuit tibi ut sis sancta corpore & spiritu: ne superbias, eiusdem ecclesiæ membrũ es, cuius & nu D
ptæ sunt. Nimius fortasse fuerim in expositione propositionum eius, & legenti fastidium
fecerim, sed utile ratus sum cuncta molimina eius, quasi instructam aciem cõtra me ponere,
& totum hostilem exercitum cum suis turmis ac ducibus congregare, ne post primam uicto
riam, alia mihi deinceps prælia nascerentur. Igitur non dimicabo contra singulos, nec pauco
rum ero passim congressione contentus, toto certandum est agmine, & incomposiṭi hosti/
um cunei, ac latrocinij more pugnantes, instructa & ordinata acie repellendi. Opponam in
prima fronte apostolum Paulum, & fortissimum ducem, suis telis, id est, suis armabo senten
tijs. Scisciṭantibus enim super hac quæstione Corinthijs, plenissime respondit doctor gen/
tium, & magister ecclesiæ. Quicquid autem statuerit hic, Christi in eo loquentis legem pute
mus. Simulq; ne lectoris tacita cogitatio cum cœperimus singula quæ proposita sunt dilue/
re, semper ad apostolum se reseruet, & studio ualidissimarum quæstionũ priora negligens,
ad extrema festinet: inter cætera Corinthij per literas quęsierant, utrum post fidem Christi
cœlibes esse deberent, & continentiæ causa quas habebãt uxores dimittere: an si uirgines cre
didissent, inirẽt matrimonia. Et cum è duobus ethnicis, unus credidisset in Christum, utrum
nam credens relinqueret non credentem. Et si essent ducendæ uxores, Christianas tantum
accipi iuberet, an & ethnicas. Videamus igitur quid ad hęc Paulus rescripserit: De his autem
quæ scripsistis mihi, bonum est homini mulierem nõ tangere. Propter fornicationes autem
unusquisq; uxorem suam habeat, & unaquæq; uirum suum habeat. Vxori uir debitum red/
dat, similiter & uxor uiro. Vxor proprij corporis non habet potestatem, sed uir. Similiter &
uir proprij corporis sui non habet potestatem, sed uxor. Nolite fraudare inuicem, nisi forte
ad tempus ex consensu, ut uacetis orationi. Et iterum ad idipsum reuertimini, ne tentet uos
satanas, propter incontinentiam uestram. Hoc autem dico iuxta indulgentiã, non iuxta im/
perium. Volo autem omnes homines esse ut meipsum, sed unusquisq; proprium donũ ha/
bet ex deo, alius quidem sic, alius autem sic. Dico autem innuptis & uiduis, bonum est eis, si
sic perman/

A sic permanserint ut ego. Quod si se nō continent, nubant. Melius est enim nubere, q̄ uri. Reuertamur ad caput testimonij: Bonum est, inquit, homini mulierem non tangere. Si bonum est mulierem non tangere, malum est ergo tangere: Nihil enim bono cōtrarium est, nisi malum. Si autem malū est & ignoscitur, ideo cōceditur, ne malo quid deterius fiat. Quale autem illud bonum est, quod cōditione deterioris conceditur? Nunq̄ enim subiecisset, unusquisq; uxorem suam habeat, nisi præmisisset, propter fornicationes autem. Tolle fornicationes, & non dicet, unusquisq; uxorem suam habeat. Velut si quis definiat: Bonum est triticeo pane uesci, & edere purissimā similam. Tamen ne quis cōpulsus fame comedat stercus bubulum: concedo ei, ut uescatur & hordeo. Num idcirco frumentū non habebit puritatem suam, si simo hordeum præferatur? Bonum est illud naturaliter, quod cōparationem non habet mali, quod prælatione alterius nō obumbratur. Simul q̄ animaduertenda est Apostoli prudentia: Non dixit bonum est uxorem non habere, sed bonum est mulierem non tangere, quasi & in tactu periculum sit, quasi qui illam tetigerit, non euadat, quæ uirorum pretiosas animas rapit, quę facit adolescentium euolare corda. Alligabit quis in sinu ignem, & non cōburetur? Aut ambulabit super carbones ignis, & nō ardebit? Quomodo igitur qui ignē tetigerit, statim aduritur: ita uiri tactus & fœminæ, sentit naturā suam, & diuersitatē sexus intelligit. Nar-
B rant & gentiliū fabulæ Mithram & Erichthonium, uel in lapide uel in terra, de solo æstu libidinis esse generatos. Vnde & noster Ioseph, quia tangere eū uolebat Ægyptia, fugit ex manibus eius, & quasi ad morsum rabidissimæ canis, ne paulatm uirus serperet, pallium quod tetigerat, abiecit. Propter fornicationes autem unusquisq; uxorem suā habeat, & unaquæq; uirum suum habeat. Non dixit autem unusquisq; propter fornicationes ducat uxorem: alioquin hac excusatione libidini frena laxasset, ut quotiescunq; uxor moritur, toties ducenda sit alia ne fornicemur: sed unusquisq; uxorem suam habeat. Suam, inquit, habeat, sua utatur, quam habebat antеq̄ crederet. Quàm bonū erat uxorem non tangere, & post fidem Chri-
C sti sororem tantū nosse, non cōiugem: nisi fornicatio tactum eius excusabilem faceret. Vxor proprij corporis nō habet potestatem, sed uir: Similiter & uir sui corporis nō habet potestatem, sed uxor. Omnis hæc quęstio de his est qui in matrimonio sunt deprehensi, an eis liceat uxores dimittere, quod & dominus in Euangelio prohibuit. Vnde & Apostolus: Bonū est, ait, uxorem non tangere. Sed quia qui semel duxit uxorem, nisi ex cōsensu, non ualet se abstinere, nec dare repudium non peccanti, reddat cōiugi debitum: sponte quippe se alligauit ut reddere cogeretur. Nolite fraudare inuicem: nisi forte ex cōsensu ad tempus, ut uacetis orationi. Oro te quale illud bonū est, quod orare prohibet? Quod corpus Christi accipi nō permittit? Quamdiu impleo mariti officium, non impleo Christiani. Iubet idem Apostolus in alio loco, ut semper oremus. Si semper orandum est, nunq̄ ergo coniugio seruiendum, quoniam quotiescunq; uxori debitum reddo, orare non possum. Petrus apostolus experimentum habens coniugalium uinculorū, uide quomodo informet ecclesiam, quid doceat Christianos: Similiter uiri cohabitātes iuxta scientiam, quasi infirmiori uasculo muliebri tribuentes honorem, & sicut cohæredes multiplicis gratiæ, ut non impediātur orationes uestræ. Ecce eodem sensu, quia eodē & spiritu, impediri dicit orationes officio cōiugali. Quod autem, ait, similiter, idcirco ad imitationem prouocat uiros, quia iam supra uxoribus præceperat, dicens: Vt uideant uiri in timore castam uestram cōuersationem, quarum sit nō exterius compositio crinium & distinctio auri, & in cultu uestis ornatus, sed absconditus cordis homo, in incorruptione mitis & silentis spiritus. Hoc est coràm deo placens. Cernis, quale cōiugium inter uiros uxoresq̄ præcipiat? Cohabitātes iuxta scientiam, ut nouerint quid uelit, quid desideret deus, ut tribuant honorem uasculo muliebri. Si abstinemus nos à coitu, honorem tribuimus uxoribus: si non abstinemus, perspicuum est honori contrariam esse contumeliam. Ad uxores quoq; ut uideant, inquit, uiri castam conuersationem uestram, & ornatum in abscondito cordis hominem, in incorruptione mitis & silentis spiritus. O uere digna uox apostolo & petra Christi. Maritis uxoribusq̄ dat legē, & damnato carnis ornatu, castitatē præ-

dicat

dicat,& ornatũ interioris hominis, in incorruptione mitis & ſilentis ſpiritus, quodammodo c
hoc dicens: Quoniam exterior ueſter homo corruptus eſt, & beatitudinem incorruptionis,
quæ proprie uirginum eſt,habere deſiſtis, imitamini incorruptionem ſpiritus ſaltem per ſe/
ram abſtinentiã,& quod corpore nõ poteſtis, mente præſtate. Has enim Chriſtus diuitias,
& hos ueſtræ cõiunctionis quærit ornatus. Verum ne quis putet ex eo quod ſequitur, ut ua/
cetis orationi, & iterum reuertimini ad idipſum,apoſtolũ hoc uelle, & nõ propter maiorem
ruinam cõcedere,ſtatim infert,ne tentet uos ſatanas propter incontinentiã ueſtram. Pulchra
nimirum indulgentia,& interim ad idipſum,quod erubeſcit ſuo uocare nomine, quod tenta
tioni præfert ſatanæ, quod cauſam habet incontinentiam, laboramus quaſi obſcurũ diſſere/
re,cum expoſuerit ipſe quod ſcripſit. Hoc autem,inquit, dico iuxta indulgentiam,non iuxta
imperium:& muſſitamus adhuc nuptias non uocare indulgentiã, ſed præceptum:quaſi non
eodem modo & ſecunda & tertia matrimonia concedantur:quaſi non & fornicatoribus per
pœnitentiam fores aperiantur eccleſiæ, quodq; his eſt maius, & inceſtis. Nam illum uiola/
torem nouercæ,quem in prima ad Corinthios epiſtola tradiderat ſatanæ, in interitũ carnis,
ut ſpiritus ſaluus fieret:in ſecunda retrahit, & ne abundantiori triſticia abſorbeatur frater,la/
borat. Aliud eſt uelle quid apoſtolum,aliud eſt ignoſcere. In uoluntate promeremur,uenia
abutimur. Vis ſcire quid uelit Apoſtolus? Iunge quod ſequitur: Volo autẽ omnes homines
eſſe,ſicut meipſum. Beatus qui Pauli ſimilis erit. Felix qui audit Apoſtolũ pręcipientem,non
ignoſcentem. Hoc,inquit,uolo,hoc deſidero,ut imitatores mei ſitis, ſicut & ego Chriſti. Ille
uirgo de uirgine,de incorrupta incorruptus. Nos quia homines ſumus, & natiuitatem ſalua/
toris non poſſumus imitari, imitemur ſaltem cõuerſationem. Illud diuinitatis eſt & beatitu/
dinis,hoc humanæ cõditionis eſt & laboris. Volo omnes homines ſimiles mei eſſe, ut dum
mei ſimiles ſunt,ſimiles fiant & Chriſti,cuius ego ſimilis ſum. Qui enim in Chriſtum credit,
debet ſicut ille ambulauit & ipſe ambulare. Sed unuſquiſq; proprium donũ habet ex deo,
alius quidem ſic,alius autem ſic. Quid,inquit,uelim perſpicuum eſt. Sed quoniam in eccleſia ɔ
diuerſa ſunt dona,concedo & nuptias,ne uidear damnare naturam. Simulq; cõſidera, quod
aliud donum uirginitatis ſit,aliud nuptiarum. Si enim eadem eſſet merces nuptiarum & uir/
ginum,nunquam dixiſſet poſt præceptum continentiæ,ſed unuſquiſq; proprium habet do/
num ex deo,alius quidem ſic,alius autem ſic. Vbi proprietas ſingulorum eſt, ibi altrinſecus
diuerſitas. Concedo & nuptias eſſe dei donum,ſed inter donum & donum magna diuerſitas
eſt. Deniq; & Apoſtolus de eodem poſt inceſtũ pœnitente econtrario, inquit: Donate ei &
conſolamini,& ſi cui quid donaſtis,& ego. Ac ne putaremus donũ hominis eſſe contemnen/
dum,addidit: Nam & ego quod donaui,ſi quid donaui propter uos,coràm Chriſto. Diuer/
ſa ſunt dona Chriſti. Vnde & Ioſeph in typo eius uariã habet tunicam. Et in pſalmo quadra
geſimoquarto legimus: Aſtitit regina à dextris tuis,in ueſtitu deaurato,circundata uarietate.
Et Petrus apoſtolus,ſicut cohæredes,ait,multiplicis gratiæ dei. Quod ſignificantius Græce
dicitur πϱικίλης, id eſt,uariæ. Sequitur: Dico autem innuptis & uiduis:Bonũ eſt eis,ſi ſic
permanſerint ut ego. Si autem non ſe continent,nubant. Melius enim eſt nubere, quàm uri.
Poſtquam nuptis conceſſerat uſum coniugij,& oſtenderat ipſe quid uellet,quidúe concede/
ret,tranſit ad innuptas & uiduas,& ſui proponit exemplum,& felices uocat, ſi ſic permanſe/
rint. Si autem non ſe continent, nubant, idipſum quod ſupra: propter fornicationes autem,
& ne tentet uos ſatanas,propter incontinentiam ueſtram. Redditq; cauſam,cur dixerit, ſi ſe
non continent,nubãt. Melius eſt enim nubere,quàm uri. Ideo melius eſt nubere, quia peius
eſt uri. Tolle ardorem libidinis,& non dicet,melius eſt nubere. Melius enim ſemper ad com/
parationem deterioris reſpicit,non ad ſimplicitatem incomparabilis per ſe boni. Velut ſi di/
cat: Melius eſt unum oculum habere,quàm nullum. Melius eſt enim uno inniti pede,& alte/
ram partem corporis baculo ſuſtentare, quàm fractis cruribus repere. Quid ais Apoſtole?
Non tibi credo dicenti, & ſi imperitus ſermone,non tamen ſcientia. Quomodo illud de hu/
militate deſcendit,quia non ſum dignus uocari apoſtolus,& mihi minimo omnium apoſto
lorum

A lorum,& tanquam abortiuo,sic & hoc humilitatis dictum puto. Nosti sermonum proprie-
17 tates, quamobrem & de Epimenide & de Menandro & de Arato quædam sumis testimo-
nia. Vbi de continentia loqueris & uirginitate: Bonum est,ais,homini mulierem non tange-
re:& bonum est eis,si sic permanserint ut ego:& puto hoc bonum eis esse propter instantem
necessitatem:& quia bonum est homini sic esse. Vbi ad nuptias uenis, non dicis,bonum est
nubere,quia non potes iungere,quàm uri:sed dicis:Melius est nubere,q̄ uri.Si per se nuptię
sunt bonæ,noli illas incendio comparare:sed dic simpliciter,bonum est nubere.Suspecta est
mihi bonitas eius rei,quam magnitudo alterius mali, malū esse cogit inferius. Ego autē non
leuius malum,sed simplex per se bonum uolo. Hucusq; primum capitulū edissertum est,
ueniamus ad sequentia. His autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed do-
minus,uxorem à uiro non discedere. Quod si discesserit,manere innuptā,aut uiro suo recon-
ciliari.Et uir uxorem suam non dimittat.Nam cæteris ego dico,non dominus: Si quis frater
uxorem habet infidelem,& hæc cōsentit habitare cum illo,nō dimittat illam: & cætera, usq;
ad eum locū,ubi ait: Vnusquisq; sicut uocauit eum deus ita ambulet. Et sicut in omnibus ec-
clesijs doceo.Hic locus ad præsentem controuersiam non pertinet.Docet enim iuxta senten-
tiam domini,uxorem excepta causa fornicationis non repudiandā, & repudiatam uiuo ma-
rito,alteri non nubere,aut certe uiro suo reconciliari debere.His autem quos in matrimonio
depredendisset fides,hoc est,si unus credidisset è duobus, præcipit ne credens repudiet non
credentem.Causisq; expositis,quod candidatus fidei sit infidelis,si nolit à credente discede-
re: econtrario iubet,si infidelis repudiet fidelem propter fidem Christi, discedere debere cre
dentem,ne cōiugem præferat Christo, cui etiam anima postponenda est. At nunc pleræq;
contemnentes apostoli iussionem,iungūtur gentilibus,& templa Christi idolis prostituunt,
nec intelligūt se corporis eius partem esse,cuius & costæ sunt. Ignoscit apostolus infidelium
cōiunctioni,quæ habētes maritos in Christū postea crediderūt:non his,quæ cum Christia-
næ essent,nupserunt gentilibus,ad quas alibi loquitur: Nolite iugū ducere cum infidelibus.
B Quæ enim participatio iusticiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ au-
tem conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem cōsensus tem
plo dei cum idolis? Vos enim estis templū dei uiui. Licet enim in me sæuituras sciam pluri-
mas matronarū,licet eadem impudentia qua dominū contempserūt,in me pulicem & Chri-
stianorum minimū debacchaturas, tamen dicam quod sentio: loquar quod me Apostolus
docuit,nō illas iusticiæ esse,sed iniquitatis:non lucis,sed tenebrarum:non Christi, sed Belial:
non templa dei uiuentis,sed fana & idola mortuorū. Vis apertius discere,quod Christianæ
omnino nō liceat ethnico nubere? Audi eundem Apostolū, Mulier,inquit,alligata est uiro
quanto tempore uir eius uiuit.quod si dormierit uir eius, liberata est:cui uult nubat,tantū in
domino,id est,Christiano. Qui secundas tertiasq; nuptias cōcedit in domino,primas cum
ethnico prohibet. Vnde & Abraham adiurat seruū suum in femore suo, hoc est in Christo,
qui de eius semine erat nasciturus, ut filio suo Isaac alienigenam nō adducat uxorem.Et Es-
dras offensam dei huiuscemodi uxorū repudiatione cōpescit. Et Malachias propheta: Præ-
uaricatus est,inquit, Iudas, & abominationem fecit in Israël & in Hierusalem. Polluit enim
anctū domini,& dilexit & habuit filiam dei alieni.Disperdat dominus uirū qui fecerit hoc,
magistrum & discipulum,de tabernaculis Iacob, & offerentem munera domino uirtutum.
Hæc idcirco dixi, ut qui nuptias uirginitati comparant, sciant saltem tales nuptias digamiæ
& trigamiæ subiiciendas. Ad superiorem disputationem, in qua docuerat fidelem ab infi
deli non debere discedere,sed permanere in matrimonio sicut eos inuenisset fides, & unum-
quenq; uel cœlibem uel maritū ita durare,ut esset Christi baptismate deprehensus, infert su
bito parabolas circuncisi & ethnici, serui & liberi:& sub metaphora earū de nuptis disputat
& innuptis.Circuncisus aliquis uocatus est,nō adducat preputium.In præputio uocatus est,
non circuncidatur.Circuncisio nihil est, & præputium nihil est,sed obseruatio mandatorum
dei est.Vnusquisq; in qua uocatione uocatus est,in ea permaneat:Seruus uocatus es,non sit

tibi curæ

tibi curæ.Sed & ſi potes liber fieri,magis utere.Qui enim in domino uocatus eſt ſeruus,liber c
tus eſt domini,Similiter & qui liber uocatus eſt,ſeruus eſt Chriſti.Precio empti eſtis: nolite
fieri ſerui hominũ.Vnuſquiſq; ergo in quo uocatus eſt frater, in eo parmaneat apud deum.
Ac primum,quia nónullos hanc intelligentiã reprehenſuros arbitror,interrogare libet quæ
ſit conſequentia,ut de maritis & uxoribus diſputans, repente tranſiret ad cõparationem Iu/
dæi & ethnici, ſerui & liberi, & rurſum hac diſputatione finita,rediret ad uirgines,dicens: De
uirginibus autem præceptum domini non habeo.Quid ſibi uult inter coniugia & uirginita/
tem,Iudæi & ethnici , ſerui liberiq; collatio? Secundo,quomodo poſſit intelligi, circunciſus
aliquis uocatus eſt,non adducat præputium.Num qui ſemel amputatũ habet præputiũ, po
teſt ſi uelit rurſus illud adducere? Deinde quo ſenſu exponendũ ſit, qui enim in domino uo
catus eſt ſeruus,libertus eſt domini? Similiter qui liber uocatus eſt,ſeruus eſt Chriſti? Quar/
to,quomodo ille qui præcepit ſeruis obedire dominis carnalibus,nunc dicat:Nolite fieri ſer/
ui hominum ? Ad extremum, quid pertineat ad ſeruitutem uel circunciſionem , unuſquiſq;
in quo uocatus eſt frater,in eo permaneat apud deum.Nam & contrarium eſt ſuperiori ſen/
tentiæ.Si enim illud audiuimus: Nolite fieri ſerui hominũ , qua ratione poſſumus in ea per/
manere uocatione qua uocati ſumus,cum multi crediderint habentes carnales dominos, qui
bus nunc ſeruire prohibentur? Porrò ad circunciſionem quid facit permanere in ea uocatio/
ne in qua uocati ſumus,cum in alio loco idem Apoſtolus clamitet:Ecce ego Paulus dico uo/
Coacta interpretatio bis,quoniam ſi circuncidamini , Chriſtus uobis nihil proderit.Reſtat igitur,ut circunciſio &
præputium,ſeruus & liber,ſuperiori ſenſui coaptentur,& de antecedentibus pendeant. Cir/
cunciſus aliquis uocatus eſt,non adducat præputium.Eo,inquit,tempore,quo uocatus es &
credidiſti in Chriſtum,ſi circũciſus uocatus es ab uxore,& cœlebs eras , noli ducere uxorem:
hoc eſt noli adducere præputiũ , ne circunciſionis & pudicitiæ libertatem oneres ſarcina nu/
ptiarum.Rurſum ſi in præputio quis uocatus eſt,non circũcidatur.Habebas,inquit,uxorem
cum credidiſti,noli fidem Chriſti putare cauſam diſſidij,quia in pace uocauit nos deus. Cir/ D
cunciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt , ſed obſeruatio mandatorum dei.Nihil enim pro/
deſt abſq; operibus cœlibatus & nuptiæ,cum etiam fides , quæ proprie Chriſtianorum eſt,
ſi opera non habuerit,mortua eſſe dicatur,& hac lege uirgines quoq; Veſtæ & Iunonis uni/
uiræ in ſanctarũ queãt ordine numerari. Vnuſquiſq; in qua uocatione uocatus eſt,in ea per/
maneat.Quando credidit,ſiue habebat,ſiue non habebat uxorem:in eo permaneat , in quo
uocatus eſt . Ac per hoc non tam uirgines cogit ut nubant , quàm repudia prohibet. Et ſicut
habentibus uxores tollit licentiam dimittendi eas , ſic uirginibus nubendi amputat faculta/
tem.Seruus uocatus es,nõ ſit tibi curæ,ſed & ſi potes liber fieri,magis utere. Etiam ſi habes,
inquit,uxorem,& illi alligatus es,& ſoluis debitũ,& non habes tui corporis poteſtatem:atq;
(ut manifeſtius loquar) ſeruus uxoris es,noli propter hoc habere triſticiã, nec de amiſſa uir/
ginitate ſuſpires.Sed etiam ſi potes cauſas aliquas inuenire diſſidij,ut libertate pudicitiæ per
fruaris,noli ſalutem tuã cum alterius interitu quærere.Habeto pauliſper uxorẽ, nec præcur/
ras morantẽ:expecta dum ſequitur.Si egeris patienter,coniunx mutabitur in ſororem. Qui
enim in domino uocatus eſt ſeruus,libertus eſt domini:ſimiliter qui liber uocatus eſt , ſeruus
eſt Chriſti.Reddit cauſas cur nolit uxores deſeri.Idcirco ait:Pręcipio, ut in Chriſtum de gen
tilitate credentes,inita ante fidem matrimonia non relinquant: quia qui uxorem habens cre
didit,non tanto fidei ſeruitio detinetur,quanto uirgines & innuptæ:ſed quodãmodo eſt libe
rior,& ſeruitutis illi frena laxãtur:& dum uxoris eſt ſeruus(ut ita dicam) libertus eſt domini.
Porrò qui uxorem non habens credidit,& liber à ſeruitute cõiugij uocatus eſt à domino,ille
uere ſeruus eſt Chriſti. Quanta felicitas,non uxoris ſeruum eſſe,ſed Chriſti:nõ carni ſeruire,
ſed ſpiritui? Qui enim adhæret domino,unus ſpiritus eſt.Ac ne forſitan in eo quod ſupra di
xerat,ſeruus uocatus es,non ſit tibi curæ:ſed & ſi potes liber fieri,magis utere: ſugillaſſe con/
tinentiam uideretur,& in famulatum nos tradidiſſe coniugũ: infert ſententiam,quę omnem
amputet cauillationẽ:Precio empti eſtis,nolite fieri ſerui hominũ.Redempti ſumus precioſo
ſanguine

A sanguine Christi,immolatus est pro nobis agnus:& aspersi calidissimo rore hysopi,omnem pituitam noxiæ uoluptatis excoximus. Quibus in baptismate mortuus est Pharao, & uniuersus eius suffocatus est exercitus,cur rursum Ægyptum quærimus,& post manna angelorum cibum, allia & cepe & pepones & carnes uarias suspiramus? Maritorum & continentium disputatione præmissa, tandem ad uirgines uenit, & ait: De uirginibus autem præceptum domini non habeo, consiliū autem do, tanq̄ misericordiam consequutus à domino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonū esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse.Hic aduersarius tota exultatione bacchatur:hoc uelut fortissimo ariete,uirginitatis murū quatiens: Ecce, inquit,Apostolus profitetur de uirginibus domini se non habere præceptum: & qui cum autoritate de maritis & uxoribus iusserat, non audet imperare quod dominus non præcepit. Et recte. Quod enim præcipitur,imperatur: quod imperatur, necesse est fieri:quod necesse est fieri,nisi fiat,pœnā habet.Frustra enim iubetur, quod in arbitrio eius ponitur,cui iussum est.Si uirginitatē dominus imperasset, uidebatur nuptias condemnare,& hominum auferre seminarium,unde & ipsa uirginitas nascitur.Si præcidisset radicem,quomodo fruges quæreret? Nisi ante fundamenta iecisset,qua ratione ædificium extrueret,& operturum cuncta desuper culmen imponeret? Multo labore fossorū subuertuntur montes:terrarum penè interna penetrantur, ut inueniatur aurum. Cumq̄ de granis minutissimis prius conflatione fornacis, deinde calida artificis manu fuerit monile cōpactum: non ille beatus uocatur,qui de luto excreuit aurū,sed qui auri utitur pulchritudine. Noli igitur admirari, si inter titillationem carnis, & incentiua uitiorum,angelorum uitam non exigimur,sed docemur.Quia ubi consilium datur,offerentis arbitrium est:ubi præceptum,necessitas est seruientis.Præceptum,inquit,domini non habeo,consilium autem do,tanq̄ misericordiam consequutus à domino.Si non habes præceptum domini, quare audes dare consilium,de quo non habes iussionē? Respondebit mihi Apostolus:Et uis ut ego iubeam,quod
B dominus obtulit potius q̄ præcepit? Ille creator & figulus sciens fragilitatē uasculi quod operatus est,uirginitatem in audientis potestate dimisit:& ego doctor gentiū,qui omnibus omnia factus sum,ut omnes lucrifacerem,onus perpetuæ castitatis statim in principio credentium imponam ceruicibus infirmorum? Discant prius ferias nuptiarum:uacēt ad tempus orationi,ut accepto gustu pudicitiæ,id semper habere desiderent,quo ad modicū delectati sunt. Dominus tentatus à pharisæis,utrum secundum legem Moysi uxores liceret dimittere, omnino fieri prohibuit.Quod discipuli considerantes,dixerūt ei: Si talis est causa hominis cum uxore,non expedit nubere.Quibus ille respondit:Non omnes capiunt uerbum, sed quibus datum est.Sunt enim eunuchi,qui de utero matris ita nati sunt:& sunt eunuchi, qui ab hominibus eunuchizati sunt:& sunt eunuchi,qui se castrauerunt propter regnū cœlorum. Qui potest capere,capiat.In propatulo est,cur Apostolus dixit:De uirginibus autem præceptū domini non habeo,profecto quia præmiserat dominus:Non omnes capiunt uerbum,sed quibus datū est: & qui potest capere,capiat.Proponit ἀγωνοθέτης præmiū,inuitat ad cursum, tenet in manu uirginitatis brauium: ostendit purissimū fontem, & clamitat: Qui sitit,ueniat & bibat:qui potest capere,capiat. Non dicit, uelitis nolitis bibendum uobis est, atq; currendum:sed,qui uoluerit,qui potuerit currere atq; potare,ille uincet, ille satiabitur. Et ideo plus amat uirgines Christus,quia sponte tribuunt, quod sibi non fuerat imperatum. Maioriscq; gratiæ est, offerre quod non debeas,q̄ reddere quod exigaris. Apostoli uxoris onera contemplati:Si talis est,inquiunt,causa hominis cum uxore,non expedit nubere. Quorū dominus sententiā probans:Recte quidem sentitis, ait, quod non expediat homini ad cœlorum regna tendenti,accipere uxorem,sed difficilis res est:& non omnes capiunt uerbum istud,uerum quibus datum est.Alios eunuchos natura facit,alios uis hominū. Mihi illi eunuchi placent,quos castrauit non necessitas,sed uoluntas.Libenter illos in meos sinus recipio,qui se castrauerunt propter regna cœlorum:& ob mei cultum noluerūt esse quod nati sunt. Simulq; tractanda sententia: Qui se,inquit, castrauerunt propter regna cœlorum. Si castrati merce-

dem habent regni cœlorum,ergo qui se non castrauerunt, locũ non possunt accipere castra/ c
torum. Qui potest,inquit,capere,capiat. Grandis fidei est,grandisq; uirtutis,dei templũ esse purissimum,totum se holocaustum offerre domino: & iuxta eundem Apostolum,esse san/ctum & corpore & spiritu. Hi sunt Eunuchi, qui se lignum aridum ob sterilitatem putantes, audiunt per Esaiam,quod pro filijs & filiabus locum in cœlis habeant paratum. Horum ty/pus est Abdemelech eunuchus in Hieremia, & spado ille reginæ Candacis in Actis apostolorum: qui ob robur fidei,uiri nomen obtinuit. Ad hos & Clemens successor apostoli Petri, cuius Paulus apostolus meminit,scribit epistolas, omnemq; penè sermonem suum de uirgi/nitatis puritate contexuit: & deinceps multi apostolici & martyres & illustres tam sanctitate quàm eloquẽtia uiri,quos ex propriis scriptis nosse perfacile est: Existimo enim,inquit, hoc opus bonum esse propter instantem necessitatem. Quæ est illa necessitas, quæ spreto uincu/lo coniugali,uirginitatis appetit libertatẽ? Væ prægnantibus & nutrientibus in illo die. Non hic scorta,non hic lupanaria condemnantur,de quorum damnatione nulla dubitatio est:sed uteri tumescentes,& infantum uagitus,& fructus atq; opera nuptiarum. Quoniam bonum est homini sic esse. Si bonum est homini sic esse,malum est ergo homini sic non esse. Alliga/tus es uxori,noli quærere solutionẽ. Solutus es ab uxore,noli quærere uxorem. Habet unus/quisq; nostrum terminos suos: redde mihi meum, & tuum tene. Si alligatus es uxori,ne illi des repudium. Si solutus sum ab uxore,non quæram uxorem. Vt ego non soluo coniugia si semel ligata sunt,ita tu non liges quod solutum est. Simulq; significantia considerandaq; uer/borum est. Qui uxorẽ habet, & debitor dicitur, & esse in præputio, & seruus uxoris:& quod malorum seruorum est,alligatus. Qui autem sine uxore est, primum nullius debitor est,de/inde circuncisus,tertio liber,ad extremum solutus. Curramus per reliqua:neq; enim nos pa/titur magnitudo uoluminis diutius in singulis immorari. Si autẽ acceperis uxorem, non pec/
Attende casti. Aliud est non peccare,aliud benefacere. Et si nupserit uirgo,non peccauit. Non illa uir/go,quæ semet dei cultui dedicauit. Harum enim si qua nupserit,habebit damnationem,quia d
primam fidem irritam fecit. Si autem hoc de uiduis dictum obiecerit,quanto magis de uirgi nibus prævalebit:cum etiam his non liceat,quibus aliquãdo licuit? Virgines enim quæ post consecrationem nupserint,non tam adulteræ sunt,quàm incestę. Ac ne uideretur in eo quod dixerat:Et si nupserit uirgo,non peccauit:rursum cœlibes ad nuptias prouocare,statim se re/frenat:& aliud inferendo, infirmauit quod concesserat, dicens: Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Qui sunt isti qui tribulationem carnis habebũt? Quibus supra indul/serat:Si acceperis uxorem,non peccasti:& si nupserit uirgo,non peccauit:tribulationẽ tamen carnis habebunt huiusmodi. Nos ignari rerum,putabamus nuptias saltem carnis habere læ/ticiam. Si autem nubentibus etiam in carne tribulatio est, in qua sola uidebantur habere de/litias: quid erit reliquum propter quod nubant, cum & in spiritu & in anima & in ipsa carne tribulatio sit? Ego autem uobis parco. Sic ait,obtendo carnis tribulationem,quasi non maio ra sint propter quę nubere non debeatis. Igit' hoc dico fratres: Tempus breue est. Reliquum est,ut qui habent uxores,sic sint tanquã nõ habentes. Nequaq; iam de uirginibus dispuro, quos nulla ambiguitas est esse felices. Ad maritos uenio Tempus breue est,dominus prope est. Etiam si nongentis uiueremus annis, ut antiqui homines, tamen breue putandum esset, quod haberet aliquando finem,& esse cessaret. Nunc uero cum breuis sit non tam lætitia, q̃ tribulatio nuptiarũ:quid accipimus uxores,quas cogemur cito amittere? Et qui flent,inquit, & gaudent,& emunt & utuntur hoc mundo,sic sint,quasi non fleant,gaudeant,emant,utan/tur hoc mundo. Præterit enim figura huius mundi. Si mundus transit,quo uniuersa claudun tur:imò figura & conuersatio huius mundi, quasi nubes præterit: inter cætera mundi opera nuptiæ præteribũt. Neq; enim erunt post resurrectionem coniugia. Si autem mors finis est nuptiarum,cur necessitatem non in uoluntatem uertimus? Et quod inuitis extorquendũ est, cur non spe præmiorũ offerimus deo? Qui sine uxore est,solicitus est quæ domini sunt, quo modo placeat deo. Qui autem cum uxore est,solicitus est quæ sunt mũdi,quomodo placeat

uxori

A uxori,& diuiſus eſt. Intueamur curarum uirginis,maritiq; diſtantias. Virgo domino,maritus uxori placere deſiderat:& ut uxori placeat,ſolicitus eſt de his quæ ſunt mũdi,quæ cum mundo utiq; tranſitura ſunt: & diuiſus eſt, in multas ſcilicet ſolicitudinũ partes miſeriarumq; diſtractus. Non eſt huius loci nuptiarũ anguſtias deſcribere,& quaſi in cõmunibus locis rhetorico exultare ſermone. Plenius ſuper hac re contra Heluidium,& in eo libro quem ad Euſtochium ſcripſi,arbitror abſolutũ. Certe & Tertullianus cum adhuc eſſet adoleſcẽs, luſit in hac
19 materia. Et præceptor meus Gregorius Nazianzenus uirginitatẽ & nuptias differens, Græcis uerſibus explicauit. Nunc illud breuiter admoneo,in Latinis codicibus hunc locũ ita legi: Diuiſa eſt uirgo & mulier. Quod quanq; habeat ſuũ ſenſum,& à me quoq; pro qualitate loci ſic ediſſertum ſit,tamen non eſt apoſtolicæ ueritatis. Siquidem Apoſtolus ita ſcripſit,ut ſupra tranſtulimus: Solicitus eſt quæ ſunt mũdi,quomodo placeat uxori, & diuiſus eſt:& hac ſententia definita,tranſgreditur ad uirgines & cõtinentes, & ait: Mulier innupta & uirgo, cogitat quę ſunt domini,ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Non omnis innupta,& uirgo eſt. Quæ autẽ uirgo, utiq; & innupta eſt. Quanq; ob elegantiã dictionis potuerit id ipſum altero uerbo repetere,mulier innupta & uirgo: uel certe definire uoluiſſe quid eſſet innupta,id eſt,uirgo:ne & meretrices putemus innuptas,nulli certo matrimonio copulatas. Quid ergo cogitat innupta & uirgo? Quæ domini ſunt:ut ſit ſancta & corpore & ſpiritu. Vt nihil aliud eſſet,ut nulla merces uirginẽ amplior ſequeretur:ſufficeret ei hæc ſola prælatio,cogitare quæ domini ſunt. Statimq; docet quæ ſit ipſa cogitatio,ut ſit ſancta & corpore & ſpiritu. Nõnullę quippe ſunt uirgines carne,non ſpiritu:quarũ corpus integrum eſt, anima corrupta. Sed illa uirginitas hoſtia Chriſti eſt, cuius nec mentem cogitatio, nec carnem libido maculauit. Econtrario, quæ nupta eſt,cogitat quæ mundi ſunt, quomodo placeat uiro. Sicut qui uxorem habet,ſollicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat uxori: ſic nupta res mundi cogitat,quomodo placeat uiro. Nos autem non ſumus de hoc mundo, qui in maligno poſitus eſt, cuius figura præterit, De quo dicitur ad apoſtolos: Si eſſetis de hoc mundo, amaret utiq; mundus quod
B ſuum erat. Ac ne forſitan putaremus onus grauiſſimũ caſtitatis nolentibus imponere,ſtatim iungit cauſas ſuadendi,& ait: Hoc autem ad utilitatem ueſtrã dico: non ut laqueũ uobis iniiciam, ſed ut ad id quod honeſtũ eſt, & intente facit ſeruire domino abſq; ulla diſtractione, uos adhorter. Proprietatem Græcam Latinus ſermo non explicat, quibus enim uerbis quis poſſit dicere: τοῦτο δὲ πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν συμφέρον λέγω, οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω, ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον τῷ κυρίῳ, ἀπερισπάστως. Vnde & in Latinis codicibus, ob tranſlationis difficultatẽ, hoc penitus non inuenitur: utamur igitur eo quod nos uertimus. Nõ imponit nobis Apoſtolus laqueũ, nec cogit eſſe quod nolumus, ſed ſuadet quod
20 honeſtũ eſt & decorũ: & intente facit ſeruire domino, & ſemper eſſe ſolicitum, & expectare paratum domini uoluntatem: ut cum quid imperauerit, quaſi ſtrenuus & armatus miles, ſtatim impleat quod præceptũ eſt,& hoc faciat ſine ulla diſtentione: quę data eſt ſecundũ Eccleſiaſten hominibus huius mundi, ut diſtendantur in ea. Si quis autem cõſiderat uirginem ſuam, id eſt, carnem laſciuire & ebullire in libidinem, nec refrenare ſe poteſt: duplexq; ei incumbit neceſſitas, aut accipiendę coniugis, aut ruendi: quod uult faciat, non peccat ſi nubat. faciat, inquit, quod uult, non quod debet. Non peccat ſi ducit uxorem: non tamen bene facit, ſi duxerit. Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ uoluntatis:& hoc iudicat in corde ſuo ſeruare uirginem ſuã, bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit uirginem ſuã, bene facit:& qui non iungit, melius facit. Signanter & proprie ſupra dixerat: qui ducit uxorem, non peccat: hic, qui ſeruat uirginem ſuã, bene facit. Aliud eſt autem non peccare, aliud benefacere. Declina, inquit, à malo,& fac bonũ. Illud declinamus, hoc ſequimur. In altero initium, in altero perfectio eſt. Verũ ne in eo quod dixit: & qui matrimonio iungit uirginem ſuam, bene facit, exiſtimet aliquis obſeruationem noſtrã non ſtare: protinus hoc ipſum bonũ extenuat,& obumbrat cõparatione melioris, & dicit: Et qui non iungit, melius facit. Niſi allaturus eſſet, melius facit, nunquã præmiſiſſet, bene facit. Vbi

autem bonum & melius est,ibi boni & melioris non unũ est præmium:& ubi non unũ præ/ C
mium,ibi utiq; dona diuersa. Tantũ est igitur inter nuptias & uirginitatem,quantũ inter non peccare & benefacere: imò,ut leuius dicam,quantũ inter bonũ & melius. Finita disputatio/ ne cõiugiorũ & uirginitatis,inter utrũq; cauto moderamine præceptorũ, ut nec ad siniſtram, nec ad dexteram diuerteret:sed uia regia graderetur,& illud impleret:ne sis iustus multũ,rur/ sum monogamiam digamiæ cõparat : & quomodo nuptias subdiderat uirginitati, ita diga/ miam primis nuptijs subijcit,& ait:Mulier alligata est,quanto tempore uir eius uiuit:quod si dormierit uir eius,libera est:cui uult nubat,tantũ in domino.Beatior autẽ erit, si sic perman/ serit,secundũ consilium meum.Puto aũt quod & ego spiritum dei habeam.Concedit secun/ das nuptias,sed uolentibus,sed his quæ se cõtinere non possunt:ne luxuriatæ in Christo,nu bere uelint,habentes damnationem quod primã fidem irritam fecerint:& hoc cõcedit,quia multæ abierunt retro post satanam.Cæterũ beatiores, inquit,erunt, si sic permanserint:con/ tinuoq; subiungit apostolicã autoritatem,secundũ meum consiliũ.Porrò ne autoritas Apo/ stoli quasi hominis leuior uideretur, addidit:Puto autẽ quod & ego spiritũ dei habeam.Vbi ad continentiam prouocat,ibi non hominis,sed spiritus dei consiliũ est.Vbi autem nubendi concedit ueniam,spiritũ dei non nominat,sed prudentię librat consiliũ: ita singulis relaxans, ut unusquisq; ferre potest.Iuxta hunc sensum omnia illa sunt accipiẽda . Nam quæ sub uiro est mulier,uiuente uiro alligata est legi:si autem mortuus fuerit uir, soluta est à lege uiri. Igi/ tur uiuente uiro uocabitur adultera,si fuerit cum altero uiro . Si autẽ mortuus fuerit uir eius, soluta est à lege,ut non sit adultera,si fuerit cum alio uiro.Et illud ad Timotheum: Volo er/ go iuniores uiduas nubere,filios procreare,matresfamilias esse,nullã occasionem dare aduer sario maledicti gratia.Iam enim quædã conuersæ sunt retro post satanam , & reliqua his si/ milia . Quomodo enim uirginibus ob fornicationis periculũ concedit nuptias , & excusabile facit,quod per se nõ appetitur:ita ob eandem fornicationem uitandã, concedit uiduis secun/ da matrimonia.Melius est enim licet alterũ & tertium,unũ uirum nosse, q̃ plurimos: id est, D
tolerabilius est uni homini prostitutã esse,quàm multis. Siquidem & illa in Euangelio Ioan nis Samaritana,sextum se maritum habere dicens,arguitur à domino,quod non sit uir eius. Vbi enim numerus maritorũ est,ibi uir, qui proprie unus est, esse desijt. Vna costa à princi/ pio in unam uxorem uersa est.Et erunt,inquit,duo in carnem unam,non tres neq; quatuor: alioquin iam non duo,sed plures.Primus Lamech sanguinarius & homicida,unam carnem in duas diuisit uxores:fratricidium & digamiam,eadem cataclysmi deleuit pœna. De altero septies,de altero septuagiessepties uindicatum est.Quantũ distat in numero , tantũ & in cri/ mine.Quàm sancta sit digamia,hinc ostenditur, quod digamus in clerum eligi non potest: & ideo Apostolus ad Timotheum:Vidua,inquit,eligatur nõ minus sexaginta annorũ, quæ fuerit unius uiri uxor.Hoc omne præceptũ de his est uiduis,quæ ecclesiæ pascuntur eleemo/ synis.Et idcirco ætas præscribitur,ut illæ tantũ accipiant pauperum cibos,quæ iam laborare non possunt.Simulq; considera,quod quæ duos habuit uiros,etiam si anus est & decrepita & egens,ecclesię stipes non meretur accipere.Si autem panis illi tollitur eleemosynæ,quanto magis ille panis qui de cœlo descẽdit, quem qui indigne comederit, reus erit uiolati corporis & sanguinis Christi?Quanq; hæc testimonia quæ supra posui,in quibus uiduis conceditur, ut si uelint,denuo nubant:quidam interpretãtur,super his uiduis,quas amissis maritis, sic in/ uenerit fides Christi.Nec enim consequens esset,ut Apostolus post baptisma uiro mortuo, iubeat alteri nubere:cum habentibus quoq; uxores præceperit, ut sic sint, quasi non haben/ tes:& ob hanc causam non esse uxorũ numerum definitum:quia post baptisma Christi, eti/ am si tertia & quarta uxor fuerit,quasi prima reputet. Alioqui si post baptisma primo mor/ tuo accipitur secundus,quare non secundo & tertio & quarto & quinto mortuo,accipiatur se xtus,& reliqui?Potest enim accidere,ut infelicitate quadam uel iudicio dei succidentis nupti/ as repetitas,adolescentula plures accipiat uiros : & anus primo marito in extrema senectute uiduetur.Primus Adam monogamus, secundus agamus.Qui digamiã probant,exhibeant

tertium

A tertium Adam digamũ,quem ſequantur. Verum fac ut cõceſſerit Paulus ſecunda matrimonia,eadẽ lege & tertia concedit & quarta,& quotieſcunq; uir moritur. Multa cõpellitur Apoſtolus uelle,quæ non uult. Circuncidit Timotheum,raſit in ſe caluitiũ, nudipedalia exercuit, comam nutriuit, & totondit in Cenchris:& certe caſtigauerat Galatas: Petrumq; reprehenderat,quod ſe propter obſeruationes Iudaicas à gentibus ſepararet. Quomodo igitur in cæ-
22 teris eccleſię diſciplinis Iudæis Iudęus,ethnicis ethnicus:& omnibus omnia factus eſt,ut omnes lucrifaceret:ſic & digamiam cõceſſit incontinentibus, nec nuptiarũ numerum præfiniuit: ut dum uiderent ſibi mulieres ita poſt mortem mariti ſecundũ concedi, ut tertius quartusq; cõceditur:erubeſcant alterũ accipere,ne trigamis & quadrigamis cõparentur. Vbi enim unus exceditur, nihil refert ſecũdus an tertius ſit, quia deſinit eſſe monogamus. Omnia licent,ſed nõ omnia expediũt. Non damno digamos,imò nec trigamos:& (ſi dici poteſt) octogamos: plus aliquid inferam,etiam ſcortatorem recipio pœnitentem. Quicquid ęqualiter licet,æqua lance penſandũ eſt. Sed quoniam ad uetus nos trahit teſtamentũ, & incipiens ab Adam ad Zachariam & Elizabet peruenit:ac deinde opponit Petrũ & cæteros apoſtolos habuiſſe uxores:nos quoq; debemus per eadem currere ueſtigia quæſtionũ,& docere caſtitatem ſemper operi nuptiarũ fuiſſe prælatam. Ac de Adam quidem & Eua illud dicendum,quod ante offenſam in paradiſo uirgines fuerint, poſt peccatũ autem & extra paradiſum protinus nuptiæ. Deinde,quod hoc ipſum interpretet Apoſtolus: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam,& adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Statimq; ſubiungit. Sacramentum hoc magnum eſt. Ego autem dico in Chriſto & in eccleſia. Chriſtus in carne uirgo,in ſpiritu monogamus. Vnam enim habet eccleſiã,de qua idem Apoſtolus: Viri, inquit, diligite uxores ueſtras, ſicut & Chriſtus eccleſiam: Si Chriſtus ſancte, ſi caſte, ſi abſq; ulla macula eccleſiam diligit: uiri quoq; in caſtitate uxores ſuas diligant, & ſciat unuſquiſq; uas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore,nõ in paſſione deſiderij, ſicut & gentes,quæ nec
B ſciunt deum. Neq; enim uocauit nos deus in immundiciã,ſed in ſanctificationem: exuentes nos ueterem hominem cum operibus ſuis,& induentes nouũ,qui renouatur in cognitionem ſecundũ imaginem creatoris ſui:ubi nõ eſt maſculus & fœmina, Græcus & Iudæus, circunciſio & præputiũ,barbarus & Scytha,ſeruus & liber,ſed & omnia in omnibus Chriſtus. Imago creatoris non habet copulam nuptiarum. Vbi diuerſitas ſexus aufertur, & ueteri homine exuimur,& induimur nouo:ibi in Chriſtũ renaſcimur uirginem,qui & natus ex uirgine, & renatus per uirginem eſt. Quod aũt ait:Creſcite & multiplicamini, & replete terrã, neceſſe fuit prius plantare ſyluã & creſcere, ut eſſet quod poſtea poſſet excidi:ſimulq; conſideranda uis uerbi,replete terram. Nuptiæ terrã replent,uirginitas paradiſum. Sed & hoc intuendũ, duntaxat iuxta Hebraicam ueritatem,quod cum ſcriptura in primo & tertio & quarto & quinto & ſexto die expletis operibus ſingulorũ dixerit: Et uidit deus quia bonũ eſt, in ſecundo die hoc omnino ſubtraxit:nobis intelligentiã derelinquens, non eſſe bonũ duplicem numerum, qui ab unione diuidat,& præfiguret fœdera nuptiarũ. Vnde & in arca Noe,omnia animalia quæcunq; bina ingrediuntur,immunda ſunt. Impar numerus eſt mundus. Quanq; in duplici numero oſtendatur & aliud ſacramentũ, quod ne in beſtijs quidem & immundis auibus digamia cõprobata ſit. Bina enim ingrediũtur immunda:& ſeptena,quæ munda ſunt:ut haberet Noë poſt diluuiũ,quod de impari numero ſtatim deo poſſet offerre. Si autem tranſfertur Enos,& ſeruatur in diluuio Noë,non reor idcirco translatum Enos, quod uxorem habuerit,ſed quod primus inuocauerit deum,& crediderit in ſaluatorẽ, de quo Paulus apoſtolus in epiſtola ad Hebræos pleniſſime docet. Porrò Noë, qui quaſi ſecunda radix humano generi ſeruabatur,utiq; cum uxore & filijs debuit reſeruari. Quanq; in hoc myſterium ſcripturarum ſit. Arca illa,iuxta apoſtolum Petrum,typus eccleſiæ fuit, in qua octo animæ ſaluæ factæ ſunt. Quãdo ingreditur in eam Noë,tam ipſe quàm filij eius, ab uxoribus ſeperantur:quando uero egreditur in terram, iunguntur paria: & quod in arca,id eſt,in eccleſia fuerat ſeparatum,in mundi conuerſatione ſociatur. Simulq; ſi arca plures habuit manſiones &

nidulos,& bicamerata & tricamerata,& diuerſas beſtias,& pro qualitate animalium habita/ c
tiones quoq; uel maiores uel minores:exiſtimo quod diuerſitas illa manſionum,præfigura/
uerit eccleſiæ uarietatem. Quod autem nobis obijcit, in ſecũda dei benedictione comeden
darum carnium licentiam datam,quæ in prima conceſſa non fuerat:ſciat quomodo repudi/
um iuxta eloquium ſaluatoris ab initio non dabatur,ſed propter duritiam cordis noſtri, per
Moyſen humano generi conceſſum eſt: ſic & eſum carnium uſq; ad diluuiũ ignotum fuiſſe:
poſt diluuium uero, quaſi in eremo murmuranti populo coturnices,ita dentibus noſtris ner/
uos & uirulentias carnis ingeſtas.Docet Apoſtolus ſcribens ad Epheſios,deum propoſuiſſe
in adimpletione temporum recapitulare omnia: & ad principium trahere in Chriſtum Ie/
ſum,quæ ſunt ſuper cœlos & ſuper terram. Vnde & ipſe ſaluator in Apocalypſi Ioãnis: Ego
ſum,inquit, α & ω, initium & finis. Ab exordio conditionis humanæ, nec carnibus ueſceba/
mur,nec dabamus repudium,nec præputia nobis eripiebantur in ſignum.Hoc curſu uſq; ad
diluuium peruenimus.Poſt diluuium autem cum datione legis,quam implere nullus potuit,
carnes ingeſtæ ſunt ad ueſcendum:& repudia conceſſa duriciæ, & cultellus circunciſionis ap/
poſitus:quaſi dei manus plus in nobis creauerit, quàm neceſſe eſt. Poſtquã autem Chriſtus
uenit in fine temporum, & ω reuoluit ad α, & extremitatem retraxit ad principium: nec re/
pudium nobis dare permittitur,nec circuncidimur,nec comedimus carnes, dicente Apoſto/
lo:Bonum eſt uinum non bibere,& carnes nõ comedere. Et uinum enim cum carnibus poſt
diluuium dedicatum eſt. Quid loquar de Abraham, ut ipſe aſſerit trigamo , qui ſignum
fidei in circunciſione ſuſcepit? Si imitamur uxorum illius numerum , imitemur & circunciſio/
nem. Neq; enim in parte ſectandus,& in parte repudiandus eſt. Porrò Iſaac unius Rebeccæ
uir,Chriſti præfigurat eccleſiam, & digamiæ ſuggillat laſciuiam . Si autem duas bigas uxo/
rum & concubinarum habuit Iacob , & non uult aduerſarius acquieſcere , lippientem Liam
deformem atque fœtoſam ſynagogæ typum prætuliſſe: Rachel uero pulchram & diu ſteri/
lem,eccleſię ſignificaſſe myſterium:ſciat eo tempore hoc feciſſe Iacob,quando erat inter Aſ/ D
ſyrios,& in Meſopotamia Laban duriſſimo domino ſeruiebat. Quando autem terram ſan/
ctam ingredi uoluit , & in monte Galaat extruxit aceruum teſtimonij, in quo nihil inter ſar/
cinas eius Meſopotamiæ poſſeſſor inuenerat: iurans ſe nunquam ad locum in quo ſeruierat
reuerſurum:& ad torrentem Iaboch cum angelo luctatus claudicare cœpit:& πλατὺ μηροῦ 25
eius emarcuit, ſtatimq; Iſraël ſortitus eſt nomen: & illa quondam dilecta coniunx , pro qua
ſeruierat iuxta Bethlehem, in qua erat uirginitatis præco dominus naſciturus, à filio doloris
occiditur,& conſortia Meſopotamiæ Euangelica in ciuitate moriuntur . Miror autem cur Iu/
dam & Thamar nobis propoſuerit in exemplum , niſi fortè & meretricibus delectatur : aut
occiſum Onam , quod fratri ſemen inuiderit : quaſi nos qualemcunq; ſeminis fluxum abſq;
liberorum opere comprobemus . Perſpicuum eſt de Moyſe, quod periclitatus eſſet in diuer/
ſorio,niſi Sephora,quæ interpretatur auis, filium circũciciſſet, & præputium nuptiarum cul/
tro Euangelico deſecaſſet.Iſte nempe Moyſes eſt,qui cum uidiſſet uiſionem magnam,& an/
gelum ſiue dominum loquentem in rubo,nequaquam ualuit ad eum accedere , niſi ſoluiſſet
corrigiam calciamenti ſui,& abieciſſet uincula nuptiarum . Nec mirum hoc de amico & pro/
pheta & legifero dei,cum omnis populus acceſſurus ad montem Sina , & dei auditurus elo/
quium,tribus diebus ſanctificari iuſſus ſit,& ſe ab uxoribus abſtinere.Quod quidem ſcimus
(licet præpoſtere faciam hiſtoriæ ordinem cõfundere) etiam ad Dauid fugientem ab Achi/
melech ſacerdote dictum : Si mundi ſunt pueri ab uxoribus ? Et ille reſpondit : Ab heri &
nudiuſtertius. Panes enim propoſitionis quaſi corpus Chriſti de uxorum cubilibus conſur/
gentes edere non poterant . Et nobis in tranſitu eſt contemplandum quod dixit : Si mun/
di ſunt pueri ab uxoribus : uidelicet quod ad mundicias corporis Chriſti , omnis coitus im/
mundus ſit. In lege quoque præcipitur,ut pontifex niſi uirginem non ducat uxorem, nec ui/
duam accipiat . Si eadem uirginis uiduæq; conditio eſt,quare altera recipitur , altera repro/
batur ? Et ſacerdotalis uidua in domo iubetur ſedere patris ſui , nec ſecundum noſſe matri/

monium

monium. Si ſoror uirgo moritur ſacerdotis, quomodo ipſe ad patris exequias, ita pater ad eam iubetur accedere. Si uero nupta ſit, quaſi aliena cõtemnitur. Qui uxorem duxerit, & qui plantauerit uineam, uelut propagines filiorum prohibetur ad bella procedere. Nõ enim poteſt domini ſeruire militiæ, ſeruus uxoris: & de ſpeculis mulierũ ieiunantiũ, quaſi de puriſſimis corporibus uirginum, luter in tabernaculo funditur: & intrinſecus in ſanctuario tam cherubim q̃ propiciatorium & arca teſtamenti & menſa propoſitionis & candelabrum & turibulum ex auro mundiſſimo ſunt. Neq; enim in ſancta ſanctorum inferri poterat argentum.

Quid moror in Moyſe, cum mihi propoſitum ſit curſim celeriterq; dictanti, ſingula breuiter perſtringere, & intelligentiæ quaſdam lineas ducere? Tranſcendã ad Ieſum filium Naue, qui ante dictus eſt Auſe: ſiue ut rectius habetur in Hebræo, Oſee, id eſt, ſaluator. Ipſe enim ſecundum epiſtolam Iudæ, ſaluauit: & eduxit populũ Iſrael ex Aegypto, & in terram repromiſſionis induxit. Hic Ieſus ſtatim ut uenit ad Iordanem, aquæ nuptiarum, quæ ſemper in lege fluxerant, arefactæ ſunt & ſteterunt, & ſiccis pedibus ac nudis populus omnis tranſijt, & uenit in Galgala, ibiq; ſecũdo eſt circunciſus. Quod ſi iuxta literam accipimus, penitus ſtare non poteſt. Si enim duplex haberemus præputium, uel exciſa pellicula iterum naſceretur, recte ſecunda circunciſio haberet locum. Nunc autẽ hoc ſignificatur, quod Ieſus cultello euangelij populum qui per deſertum uenerat circuncidit, & circuncidit cultello petrino: ut quod in Moyſi filio pręfigurabatur ante in paucis, id ſub Ieſu duce impleretur in cunctis. Sed & ipſa præputia in unum cumulum coaceruata & ſepulta, & terra obruta, & ablatum opprobrium Aegypti, & nomen loci Galgala, quod interpretatur reuelatio, oſtendunt, dum in præputio ambularet populus per deſertum, oculos eius fuiſſe cæcatos. Videamus & conſequentia. Poſt euangelij circunciſionem, & cõſecrationem duodecim lapidum in loco reuelationis, ſatim Paſcha celebratur: immolatur eis agnus, & ſanctæ terræ ueſcũtur alimentis. Egreditur Ieſus, occurrit ei princeps militię gladiũ tenens: id eſt, uel pro circũciſo populo pugnare ſe mon
B ſtrans, uel diſſecans glutinũ nuptiarum. Similiterq; ut Moyſi præceptum fuerat, & huic præcipitur: Solue calciamentum tuum. Locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. Quia ſic erat domini armatus exercitus in tubis ſacerdotalibus, quaſi ad euangelicam prædicationem ſub typo Hiericho mundus ſubuertitur. Et ut infinita prætereã (neq; enim nunc mihi propoſitum eſt omnia ueteris teſtamenti aperire myſteria) quinq; reges, qui in terra repromiſſionis ante regnabant, reſiſtebantq; euangelico exercitui, Ieſu pugnante ſuperãtur. Hoc puto intellectu eſſe perſpicuum, quod anteq; dominus populum ſuum educeret de Aegypto, & circuncideret eũ, uiſus, odoratus, guſtus, auditus, tactusq; regnauerint: & his quaſi principibus fuerint
24 uniuerſa ſubiecta. Quos Ieſus ad ſpeluncam corporis cõfugientes, & ad tenebroſum locum, id eſt, ipſum ingredientes corpus interfecit: ut per id occiderentur, per quod ante regnabant.

Verum iam tempus eſt, ut caſtitatis Ieſu uexillum leuemus. Moyſes ſcribitur habuiſſe uxorem. Moyſen autem & dominus noſter & Apoſtolus interpretãtur legem: Habent Moyſen & prophetas. Et: Ab Adam uſq; ad Myſem regnauit peccatum, etiam ſuper eos qui nõ peccauerunt, in ſimilitudine preuaricationis Adæ: nulliq; dubiũ eſt, in utroq; teſtimonio Moyſen legem ſignificare. Sicut ergo legimus quod Moyſes, id eſt, lex habuerit uxorem, oſtende mihi Ieſum Naue uel uxorem habuiſſe uel filios: & ſi potueris monſtrare, uictum me eſſe fatebor. Et certe pulcherrimum terræ Iudææ in partitione accepit locum, moriturq; non in uicenario numero, qui ſemper in ſcripturis infauſtus eſt, in quo ſeruiuit Iacob, & uẽditus eſt Ioſeph, & quem diligit Eſau, accipiens in eo quædam munera: ſed in decimo, de cuius laude crebro diximus: ſepelituq; in Thamnat ſareth, id eſt, in perfectiſſimo principatu, ſiue in numero operimenti noui: ut uirginũ ſignificaret greges, ſaluatoris auxilio cooptos in mõte Ephraim, hoc eſt, in monte frugifero, ab aquilone montis Gaas, qui interpretatur cõmotio. Mons em̃ Sion, latera aquilonis, ciuitas regis magni: quę oppoſita ſemper inuidię eſt, & p ſingulas tẽtationes dicit: Mei uero penè moti ſunt pedes. Cũq; in ſepultura Ieſu, liber qui ex nomine eius appellat̃, expletus ſit: rurſum in Iudicũ uolumine, quaſi uiuẽs reſurgensq; deſcribitur: &

sub ἀνακεφαλαιώσει opera ipsius prædicantur,& legitur:Misit Iesus populum, & abierunt c
filij Israel,unusquisq; in hæreditatem suam, ut possiderent terram.Et seruiuit populus domi 25
no cunctis diebus Iesu &c.Statimq; subiungitur: Et mortuus est Iesus Naue seruus domini centum decem annorum.Porrò Moyses uidit tantum terrā repromissionis,& intrare nō potuit,& mortuus est in terra Moab,& sepeliuit eum dominus in ualle terræ Moab contra domum Phegor,& non cognouit uir sepulchrū eius usq; in diem hunc. Comparemus urriusq; sepulturā:Moyses in terra Moab moritur,Iesus in terra Iudææ. Ille sepelitur in ualle contra domū Phegor,quod interpretatur ignominia(proprie quippe Phegor lingua Hebræa pria pus appellatur)hic in monte Ephraim ab aquilone mōtis Gaas. Et est in uerbis simplicibus semper diuinarum scripturarū sensus augustior. Quia apud Iudæos gloria erat in partubus & parturitionibus:& maledicta sterilis, quæ nō habebat semen in Israel:& beatus,cuius erat semē in Sion,& domestici in Hierusalem:& in benedictione maxima ponebatur:Vxor tua sicut uitis abundans in lateribus domus tuæ: Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ:idcirco sepulchrum eius positum in ualle describitur contra domum idoli,quod proprie libidini consecratur.Nos aūt qui militamus sub Iesu duce,usq; ad præsentem diem ignoramus ubi Moyses sit sepultus.Contemnimus enim Phegor,& omnē ignominiam eius, scientes quod qui in carne sunt,deo placere non possunt.Et dominus ante diluuiū quoq; dixerat:Non permanebit spiritus meus in hominibus istis,quia caro sunt.Quamobrem & Moyses moriens plangitur à populo Israel:Iesus aūt quasi uicturus nō plangitur.Nuptiæ enim finiūtur in morte, uirginitas post mortem incipit coronari. Sampson quoq; producit in medium:nec decaluatū quondā domini Nazaræū à muliere considerat: qui licet typum teneat saluatoris, quod meretricē ex gentibus adamarit ecclesiā: & multo plures hostiū moriens q; uiuus occiderit,tamen cōiugalis pudicitiæ exempla nō præbet. Et certe iste est secundū prophetiā Iacob:qui cū concitus equi pernicitate ferretur,à serpente percussus,retrorsum cecidit. Debborā aūt & Barach & uxorē Heber Cynei cur enumerauerit, prorsus nō intelligo: cum d
aliud sit bellorū principes & historiæ ordinē texere: aliud figuras aliquas significare cōiugij, quæ in istis omnino non cōparent.Porrò quod præfert Iepte patris fidem, lachrymis uirginis filiæ,pro nobis facit. Et nos enim non tam uirgines seculi, q; eas quæ propter Christum sunt uirgines,prædicamus:& à plerisq; Hebræorum reprehēditur pater uoti temerarij,quia dixerit:Si tradens tradideris filios Ammon in manibus meis,quicunq; exierit de domo mea in occursum mihi,cum reuerti cœpero in pace à filijs Ammon,erit domino,& offeram illum holocaustum. Si canis(inquiunt)si asinus occurrisset,quid faceret? Ex quo uolunt dei dispensatione esse factum, ut qui improspecte uouerat, errorē uotorum in filiæ morte sentiret. Si aūt Samuel nutritus in tabernaculo duxit uxorē, quid hoc ad præiudiciū uirginitatis? quasi non hodie quoq; plurimi sacerdotes habeant matrimonia,& Apostolus episcopum describat unius uxoris uirum,habentem filios cum omni castitate.Simulq; noscendum,quod Samuel leuita,non sacerdos,non pontifex fuerit. Vnde & faciebat illi mater sua ephod bad, superhumerale uidelicet lineum,qui habitus proprie leuitarum & minoris est ordinis. Vnde & in psalmis non nominatur inter sacerdotes,sed inter eos qui inuocant nomen domini.Moyses,inquit,& Aaron in sacerdotibus eius,& Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Leui enim genuit Caath,Caath genuit Aminadab,Aminadab genuit Chore,Chore genuit Assir,Assir genuit Helchana,Helchana genuit Sub,Sub genuit Tou,Tou genuit Heliu,Heliu genuit Ieroam, Ieroam genuit Helchana, Helchana genuit Samuelem: nullicq; dubium est sacerdotes de Aaron & Eleazar & Phinees stirpe generatos. Qui cum & ipsi uxores habuerint,recte nobis opponerentur:si errore Encratitarum ducti, cōtenderemus matrimonia reprobanda:& non esset noster pontifex secundum ordinem Melchisedec sine patre, sine matre ἀγωνεαλόγητος,hoc est,sine nuptijs.Et reuera magnos fructus ex liberis Samuel capit: ut quia ipse placuit deo,tales genuerit,qui domino displicerēt. Quod si Booz & Ruth nobis obijcit ad cōprobandam digamiā,sciat in euangelio ob typum ecclesiæ,etiam Raab meretri

cem in

A cem in ordine maiorum domini enumeratam. Porrò quod Dauid ducentis præputijs emisse iactat uxorẽ,nouerit illum & alias habuisse quàm plurimas: & Michol filiam Saul,quam pater alteri tradiderat,postea recepisse:& iam senem,Sunamitidis puellæ calefactũ esse complexibus. Nec hoc dico, quod sanctis uiris quicquam detrahere audeam, sed quod aliud sit in lege uersari,aliud in Euangelio. Ille occidit Vriam Ietheum,mœchus extitit in Bethsabee. Et quia erat uir sanguinarius, non (ut plerique existimant) propter bella, sed propter homicidium,templum domini ædificare prohibetur. Nos autem si unum de minimis scandalizauerimus,& si fratri dixerimus Raca,& non recte uiderimus:expedit ut mola asinaria ligetur circa collum nostrum,& rei erimus gehennæ, & adulterium in solo nobis aspectu reputabitur. Transit ad Solomonem,per quem se cecinit ipsa sapiẽtia:& cum uxorium eum dicat, atq; in illius laudibus immoretur, miror cur non iungat & illud de Cantico canticorum: Sexaginta sunt reginæ,& octoginta concubinæ:& adolescentulæ,quarum non est numerus. Et illud de Regnorum tertio,quod septingẽtas habuerit uxores,& trecentas cõcubinas,& alias innumerabiles. Hæ nempe sunt,quæ auerterunt cor eius à domino:& tamen antequam plures haberet uxores, & carnis uitijs laberetur, in principio regni & adolescentiæ extruit domino templum. Vnusquisq; enim nõ de futuris,sed de præsentibus iudicatur. Quod si Solomonis exempla ei placent,iam non digamus erit & trigamus,sed nisi septingentas habuerit uxores,& trecentas concubinas, typum eius & meritum implere non poterit. Obsecro te lector,& id ipsum sæpe commoneo,ut scias me,quæ loquor,necessitate dicere:nec detrahere his qui in lege præcesserint, sed seruisse eos temporibus & conditionibus suis, & illam domini implesse sententiam:Crescite & multiplicamini,& replete terram:& quod his maius est,futurorum typos præbuisse. Nobis autem,quibus dicitur: Tempus in collecto est,superest,ut qui habent uxores,sic sint,quasi non habeãt:aliud præcipi, & uirginitatem à saluatore uirgine dedicari. Eliam & Elisæum q̃ stulte in Catalogo põsuerit maritorum, me tacente manifestum est. Si
B enim Ioannes Baptista uenit in spiritu & uirtute Eliæ, & Ioannes uirgo est:utiq; non solum in spiritu eius uenit, sed etiã in corporis castitate. Porrò illud quod de Ezechia cõmemorari potest,quanq̃ hoc ille solita soliditate non uiderit, quod post uitã recuperatam,& quinde-
26 cim annorũ spacia protelata, dixerit:Amodo filios faciã: sciat in Hebræis uoluminibus non haberi, sed legi pro hoc: pater filijs notam faciet ueritatẽ tuam. Nec mirũ si Olda uxor Sellum prophetissa consolatur ab Iosia rege Iudæ,iam captiuitate uicina, & ira domini stillante super Hierusalẽ:cum hæc norma sit scripturarũ,ut deficientibus uiris sanctis,mulieres in uirorum laudentur opprobria. Superfluum aũt est de Daniele dicere,cum Hebræi usq; hodie autument,& illũ & treis pueros fuisse eunuchos,ex illa dei sententia,quã Esaias loquitur ad Ezechiam:Et de filijs tuis qui nascent ex te,tollent & facient eunuchos in domo regis. Rursusq; in Daniele legimus:Et dixit rex Asphanez principi eunuchorũ, ut introduceret de filijs captiuitatis Israel,& de semine regio, & de phorthõmim pueros,in quibus non esset macula, pulchros facie,& intelligentes sapientiã. Et argumentantur,si de semine regio electi sunt Daniel & tres pueri:de semine aũt regio eunuchos fore scriptura prędixit,hos esse qui eunuchi facti sunt. Si uero & illud oppoſuerit,quod in Ezechiele dicitur,Noe & Daniel & Iob in terra peccatrice filios & filias liberare nõ posse:respõdendũ est,quod iuxta hypothesin dictũ sit. Nec enim eo tempore Noe & Iob erãt,quos multis ante seculis fuisse cognouimus. Et est sensus, si tales & tales uiri fuerint in terra peccatrice,filios suos & filias liberare nõ poterunt:quia iustitia patris nõ liberabit filium,nec peccatũ alterius alteri imputabitur. Anima enim quæ peccauerit,ipsa morietur. Sed & hoc dicendũ,Danielem iuxta historiã libri eius,cum Ioachim rege captũ eo tempore,quo Ezechiel quoq; ductus est in captiuitatẽ. Quomodo ergo potuit habere filios,qui adhuc puer erat? & expleto triennio, inductus est ad regis obsequiũ. Ac ne quis putet Ezechiel iam uiri meminisse Danielis,& nõ pueri: Factũ est,inquit,in anno sexto, regis scilicet Ioachim,in mẽse sexto,in quinta mensis:& ego sedebã in domo mea,& senes Iuda sedebãt corã me. Atq; in eadem die ad eum dicitur:Si fuerint Noe & Daniel & Iob. Erat

igitur

igitur Daniel adhuc puer,& notus populo, uel propter interpretationem ſomniorum regis, c uel propter Suſannæ liberationem,& occiſionem presbyterorum. Et perſpicue comproba/tur,eo tempore quo hæc dicebantur de Noe & Daniele & Iob,adhuc puerum fuiſſe Danie/lem,nec potuiſſe habere filios & filias,quos ſua iuſtitia liberaret. Huc uſq; de lege. Venit ad Euangelium,& proponit nobis Zachariam & Elizabet,Petrum & ſocrum eius:& conſue ta uecordia non intelligit iſtos quoq; inter eos qui legi ſeruierint, debuiſſe numerari. Neq; enim euangelium ante crucem Chriſti eſt,quod paſſione & ſanguine ipſius dedicatur.Iuxta quam regulam Petrus & cæteri apoſtoli, ut ei ex ſuperfluo interim concedã,habuerunt qui/dem uxores,ſed quas eo tempore acceperant, quo euangeliũ neſciebant. Qui aſſumpti po/ſtea in apoſtolatum,relinquunt officium coniugale.Nam cum Petrus ex perſona apoſtolo/rum dicit ad dominum:Ecce nos relinquimus omnia, & ſequuti ſumus te,reſpondit ei domi/nus:Amen dico uobis,quoniam nemo eſt qui dimiſerit domum,aut parẽtes,aut fratres,aut uxorem,aut filios propter regnum dei,qui non recipiat multo plura in ſeculo iſto, & in ſecu lo futuro uitam æternam.Si autem nobis illud oppoſuerit ad probandũ, quod omnes apo/ſtoli uxores habuerint,nunquid non habemus poteſtatem mulieres uel uxores circunduce di(quia γυνὴ apud Græcos utrunq; ſignificat) ſicut cæteri apoſtoli & Cephas & fratres do mini:iungat & illud quod in Græcis codicibus eſt:Nunquid non habemus poteſtatem ſoro res mulieres uel uxores circumducendi?Ex quo apparet eum de alijs ſanctis dixiſſe mulieri/bus,quæ iuxta morem Iudaicum magiſtris de ſua ſubſtantia miniſtrabãt,ſicut legimus ipſi quoq; domino factitatũ.Nam & ordo uerborũ hoc ſignificat:Nunquid nõ habemus pote/ſtatem manducandi & bibendi,aut ſorores mulieres circũducendi? Vbi de comedendo & bi bendo,ac de adminiſtratione ſumptuũ præmittitur, & de mulieribus ſororibus infertur:per/ſpicuum eſt non uxores debere intelligi,ſed eas,ut diximus,quæ de ſua ſubſtantia miniſtra/bant.Quod & in ueteri lege de Sunamitide illa ſcribitur, quæ ſolita ſit Eliſæum recipere,& ponere ei menſam,& panem,& candelabrum &c. Aut certe ſi γυναῖκας uxores accipimus, non mulieres:id quod additur,ſorores,tollit uxores:& oſtendit eas germanas in ſpiritu fuiſ/ſe,non cõiuges.Quanq;,excepto apoſtolo Petro,non ſit manifeſte relatum de alijs apoſto/lis,quod uxores habuerint:& cũ de uno ſcriptum ſit,ac de cæteris tacitũ,intelligere debemus ſine uxoribus eos fuiſſe,de quibus nihil tale ſcriptura ſignificet.Et tamen ille qui nobis obie/cit Zachariam & Elizabet, Petrum & ſocrum eius:ſciat de Zacharia & Elizabet Ioannem fuiſſe generatũ,id eſt, de nuptijs uirginem,de lege euangeliũ,de matrimonio caſtitatem:ut à propheta uirgine, uirgo dominus & annunciaretur & baptizaretur.poſſumus autem de Pe tro dicere, quod habuerit ſocrum eo tempore quo credidit, & uxorem iam non habuerit: quanq; legatur in περιόδοις, & uxor eius & filia. Sed nunc nobis de canone omne certamen eſt.Et quia ad apoſtolos prouocauit,quod principes diſciplinæ noſtrę,& Chriſtiani dogma tis duces,uirgines non fuerint: ut eos interim uirgines cõcedamus non fuiſſe (neq; enim hoc præter Petrum probari poteſt) nouerit hos eſſe apoſtolos,de quibus Eſaias uaticinatur:Ni/ſi dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen,quaſi Sodoma eſſemus,& ſimiles Gomorræ fu iſſemus.Qui ergo erant ex Iudæis,uirginitatem quam in Iudaiſmo amiſerant, in euangelio habere non poterant.Et tamen Ioannes unus ex diſcipulis,qui minimus traditur fuiſſe inter apoſtolos,& quem fides Chriſti uirginem reppererat,uirgo permanſit: & ideo plus amatur à domino,& recumbit ſuper pectus Ieſu.Et quod Petrus,qui uxorem habuerat,interrogare non audet,illũ rogat ut interroget. Et poſt reſurrectionẽ, nunciãte Maria Magdalene quod dominus reſurrexiſſet,uterq; cucurrit ad ſepulchrum,ſed ille præuenit.Cumq; eſſent in naui & piſcarentur in lacu Genezareth,Ieſus ſtabat in littore,nec ſciebãt apoſtoli quem uiderent: ſolus uirgo uirginem agnoſcit,& dicit Petro: Dominus eſt. Rurſum poſt auditã ſententiam, quod ab alio cingẽdus eſſet Petrus,& ducendus quò nollet:& crucis fuiſſet illi paſſio prophe tata,& ille diceret:Domine,quid iſte:nolens deſerere Ioannẽ,cum quo ſemper fuerat copula tus,dicit ei dominus:Si eũ ſic uolo eſſe, quid ad te? Vnde & ſermo exiuit inter fratres, illum 27

diſcipulum

A discipulum non moriturum. Ex quo ostenditur uirginitatem non mori: nec sordes nuptia-
rum ablui cruore martyrij, sed manere cum Christo, & dormitionem eius transitum esse,
non mortem. Si autem obnixe contenderit Ioannem uirginem nō fuisse, & nos amoris præ
cipui causam uirginitatem diximus, exponat ille: si uirgo non fuit, cur cæteris apostolis plus
amatus sit? At dicis, super Petrum fundatur ecclesia, licet id ipsum in alio loco super omnes
apostolos fiat, & cuncti claues regni cœlorum accipiant, & ex æquo super eos ecclesiæ for- Caute legē
titudo solidetur: tamen propterea inter duodecim unus eligitur, ut capite constituto, schisma
tis tollatur occasio. Sed cur non Ioannes electus est uirgo? Aetati delatum est, quia Petrus
senior erat: ne adhuc adolescēs ac penè puer, progressæ ætatis hominibus præferretur: & ma
gister bonus, qui occasionem iurgij debuerat auferre discipulis, & qui dixerat eis: Pacem
meam do uobis, pacem relinquo uobis, Et: Qui uoluerit inter uos maior esse, minimus om-
nium sit: in adolescentem quem dilexerat causam præbere uideretur inuidiæ. Vt autem scia
mus Ioannem tunc fuisse puerū, manifestissime docent Ecclesiasticæ historiæ, quod usq; ad
Traiani uixerit imperium, id est, post passionem domini sexagesimo octauo anno dormie-
rit: quod & nos in libro de illustribus uiris breuiter perstrinximus. Petrus apostolus est, & Io
annes apostolus: maritus, & uirgo. Sed Petrus apostolus tantum: Ioannes & apostolus & e-
uangelista & propheta. Apostolus, quia scripsit ad ecclesias ut magister: euangelista, quia li
brum Euangelij condidit: quod excepto Matthæo, alij ex duodecim apostoli non fecerunt.
Propheta, uidit em̄ in Pathmos insula, in qua fuerat à Domitiano principe ob domini mar-
tyrium relegatus, Apocalypsim infinita futurorū mysteria cōtinentem. Refert aūt Tertullia-
nus, quod à Nerone missus in feruentis olei doliū, purior & uegetior exiuerit q̄; intrauerit.
Sed & ipsum eius euangeliū multū distat à cæteris. Matthæus quasi de homine incipit scribe
re: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham: Lucas à sacerdotio Zachariæ:
Marcus à prophetia Malachiæ prophetæ & Esaiæ. Primus habet faciem hominis, propter
B genealogiam: secundus faciem uituli, propter sacerdotium: tertius faciem leonis, propter uo
cem clamantis in deserto: Parate uiam domini, rectas facite semitas eius. Ioānes uero noster,
quasi aquila ad superna uolat, & ad ipsum patrem peruenit, dicēs: In principio erat uerbū, &
uerbū erat apud deum, & deus erat uerbū. Hoc erat in principio apud deū &c. Exposuit uir-
ginitas, quod nuptiæ scire nō poterant: & ut breui sermone multa cōprehendam, doceamq;
cuius priuilegij sit Ioannes, imò in Ioanne uirginitas: à domino uirgine, mater uirgo, uirgini
discipulo commendatur. Verum casso labore sudamus. Obijcit quippe nobis aduersarius a-
postolicam sententiam, & ait: Adam primus formatus est, deinde Eua: & Adam non est se-
ductus, mulier autem seducta in præuaricatione facta est. Salua autem fiet per filiorum ge-
nerationem, si permanserint in fide & dilectione & sanctificatione cum sobrietate. Conside-
remus cur Apostolus ad hanc sententiam, & unde peruenerit: Volo ergo uiros orare in om-
ni loco, leuantes sanctas manus sine ira & cogitationibus. Cōsequenter itaq; mulieribus dat
præcepta uitæ, & ait: Similiter & mulieres in habitu ornato, cū uerecundia & castitate, ornan
tes se non in tortis crinibus, aut auro uel margaritis, siue uestę preciosa: sed secundum quod
decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona. Mulier in silentio discat cū omni sub
iectione. Docere autem mulieri non permitto, neq; dominari in uirum, sed subditam esse in
silentio. Et ne uideretur mulieris dura conditio, quæ eam in mariti redigeret seruitutem: legis
recordatur antiquæ, & ad originale exemplum redit: quod Adam primus factus sit, deinde
mulier ex costa eius: & quod Adam diabolus seducere non potuerit, sed Euam: & quod post
offensam dei statim uiro subiecta sit, & ad maritum illius facta conuersio: quodq; errorem
ueterem illa quæ semel connubio copulata est, & redacta in conditionē Euæ, filiorū procrea-
tione deleret: ita tamē, si ipsos filios erudiret in fide & dilectione Christi, & in sanctificatione
28 & pudicitia. Non enim (ut male habet in Latinis codicibus) sobrietas est legēda, sed castitas,
id est, σωφροσωνη. Vide igit quomodo ex hoc quoq; ipso testimonio supereris: & quod puta
bas esse pro nuptijs, pro uirginitate sentire cogaris. Nam si saluatur mulier in filiorum gene
ratione

ratione,& liberorum numerus ſalus matrum eſt:cur addidit,ſi permanſerint filij in charitate c
& ſanctificatione cum caſtitate? Tunc ergo ſaluabitur mulier,ſi illos genuerit filios, qui uirgi
nes permãſuri ſunt:ſi quod ipſa perdidit, acquirat in liberis:& damnum radicis & cariem,flo
re compenſet & pomis. Supra in tranſitu ubi nobis aduerſarius propoſuerat Solomonem
multinubum, qui templum dei extruxit, ſtrictim reſponderam, ut per quæſtiones reliquas
currerem. Nunc ne clamitet & hũc & alios in lege patriarchas & prophetas & ſanctos uiros
à nobis eſſe temeratos,proponamus huius ipſius, qui multas uxores & concubinas habuit,
de nuptijs uoluntatem. Nemo enim melius ſcire poteſt quid ſit uxor uel mulier,illo qui paſ
ſus eſt. Loquitur ergo in prouerbijs: Mulier inſipiens & audax, inops panis efficitur. Cuius
panis? Nempe illius,qui de cœlo deſcendit: ſtatimq; ſubiungit: Terrigenæ apud eã pereunt,
& in profundum infernum incurrunt. Qui ſunt terrigenæ qui apud eam pereunt? Vtiq; illi,
qui ſequuntur primum Adam,qui de terra eſt: & non ſecundum,qui de cœlo eſt. Et rurſum
in alio loco: Sicut in ligno uermis,ita perdit uirum ſuum uxor malefica. Si autem aſſeueraue
ris hoc de malis coniugibus dictum eſſe,& ego tibi breuiter reſpondebo: Quæ enim mihi in
cumbit neceſſitas uenire in dubiũ,utrum bona an mala futura ſit quam duxero? Melius eſt,
inquit,habitare in terra deſerta, quàm cum uxore litigioſa & iracunda. Quàm rarum ſit uxo
rem ſine his uitijs inueniri, nouit ille qui duxit uxorem. Vnde pulchre Varius Geminius ſub
limis orator: Qui non litigat,inquit,cœlebs eſt. Melius eſt habitare in angulo tecti, q̃q; cum
uxore maledica in domo communi. Si domus communis mariti & uxoris, erigit uxorem in
ſuperbiam,& contumeliam uiro facit: quãto magis ſi ditior uxor fuerit, & in domo eius uir
manſerit? Incipit enim non uxor eſſe,ſed domina:& uiro ſi offenderit,migrandum eſt. Stilli
cidia eijciunt hominem in die hyemali de domo ſua,ſimiliter & mulier maledica de propria
domo. Aſſiduis quippe iurgijs & quotidiana garrulitate facit perfluere domum eius,& eijcit
eum de ædibus ſuis,id eſt,de eccleſia. Vnde & ſupra ab eodẽ Solomone præcipitur: Fili ne
ſupereffluas. Et Apoſtolus ad Hebræos: Propterea,inquit,debemus intendere amplius his D
quæ dicuntur,ne fortè ſupereffluamus. Illud uero quis taceat,quod ſub ænigmate ſcribitur?
Sanguiſugæ tres filiæ erãt dilectione dilectæ,ſed iſtæ nõ ſaturauerũt eam: & quarta nõ ſuf
ficit dicere ſatis eſt: Infernus,& amor mulieris,& terra quæ non ſatiatur aqua,& ignis non di
cit ſatis eſt. Sanguiſuga diabolus eſt,diaboli filiæ ſunt dilectione dilectæ, quæ ſatiari interfe
ctorũ cruore non poſſunt: Infernus & amor mulieris,& terra arens,& ignis exæſtuans. Non
hic de meretrice,non de adultera dicitur,ſed amor mulieris generaliter accuſatur,qui ſemper
inſatiabilis eſt,qui extinctus accenditur,& poſt copiam rurſum inops eſt,animumq; uirilem
effœminat, & excepta paſſione quam ſuſtinet, aliud non ſinit cogitare. Simile quid & in ſe
quenti parabola legimus: Per tria mouetur terra, quartum autem non poteſt ferre, ſi ſeruus
regnet,& ſtultus ſi ſaturetur panibus, & odioſa uxor ſi habeat bonum uirum,& ancilla ſi eij
ciat dominam ſuam. Ecce & hic inter malorũ magnitudinem uxor ponitur. Quod ſi reſpon
deris,ſed uxor odioſa, dicam tibi quod & ſupra: At qui hoc periculum in memet fieri graue 29
eſt. Qui enim duxit uxorem,in ambiguo eſt, utrum odioſam an amabilem ducat. Si odio
ſam duxerit,ferri non poteſt. Si amabilẽ, amor illius inferno & arenti terræ & incendio com
paratur. Veniamus ad Eccleſiaſten,de ipſo quoq; pauca teſtimonia ponentes, Omnibus
tempus eſt,& tempus omni rei ſub cœlo. Tempus pariendi,tempus moriendi, tempus plan
tandi, tempus euellendi quod plantatum eſt. Peperimus in lege cum Moyſe, moriamur in
euangelio cum Chriſto. Plantauimus in nuptijs,euellamus per pudicitiam quod plantatum
eſt. Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexu. Tempus amandi, & tempus
odiendi. Tempus belli,& tempus pacis. Simulq; nos commonet,ne legem euangelio præfe
ramus,ne puritatem uirginitatis,nuptijs putemus æquandam. Meliora ſunt dicens nouiſſi
ma ſermonis,quàm initium eius. Statimq; ſubiungit: Ne dixeris quid factum eſt, quia dies
priores meliores erant,quàm hi. Quia non ſapienter interrogaſti de hoc,reddit cauſam qua
re dies poſteriores meliores ſint quàm priores,quia bona,inquit,eſt ſapientia cũ hæreditate.

In lege

A In lege enim ſapientiam carnis, mors ſequebatur occidens: in euangelio ſapientiam ſpiritus, hæreditas expectat æterna. Ecce hoc inueni dixit Eccleſiaſtes, hominem unum de mille inueni, & mulierem in his omnibus non inueni. Veruntamen reperi, quod fecit deus hominem rectum, & ipſi quæſierunt cogitationes malas. Rectum hominem inueniſſe ſe dicit. Conſidera uim uerbi: in homine, & uir & fœmina continetur, & mulierem, inquit, in his omnibus non inueni. Legamus principiũ Geneſeos, & inueniemus Adam, hoc eſt hominem, tam uirũ q̃ mulierem nuncupari. Cum ergo boni creati ſimus & recti à deo, ipſi uitio noſtro ſumus ad peiora delapſi: & quod in paradiſo rectum in nobis fuerat, egredientibus de paradiſo depra uatum eſt. Quod ſi obieceris, antequam peccarent, ſexum uiri & fœminæ fuiſſe diuiſum, & abſq; peccato eos potuiſſe coniungi: quid futurum fuerit incertum eſt. Neq; enim dei poſſumus ſcire iudicia, & ex noſtro arbitrio, illius ſententiæ præiudicare. Hoc quod factum eſt in propatulo eſt, quod qui in paradiſo uirgines permanſerunt, eiecti de paradiſo copulati ſunt. Aut quid nocebat, ſi paradiſus nuptias recipit, & nulla eſt inter maritatam uirginemq; diuerſitas, etiam in paradiſo eos ante ſociari? Eiiciuntur de paradiſo: & quod ibi non fecerunt, in terra faciunt: ut ſtatim à principio conditionis humanæ, uirginitatem paradiſus, & terra nuptias dedicauerit. In omni tempore ſint ueſtimenta tua candida. Candor ueſtium ſempiternus, uirginitatis eſt puritas. In matutino ſeminauimus ſemen noſtrum, & ad ueſperam non ceſſemus. Qui ſeruiuimus in lege nuptijs, uirginitati in euangelio ſeruiamus. Tranſeo ad Canticum canticorum, & quod aduerſarius totum putat eſſe pro nuptijs, uirginitatis cõtinere ſacramenta monſtrabo. Audiamus quid loquatur ſponſa, antequam ſponſus eius ad terras ueniat, patiatur, inferos penetret ac reſurgat. Similitudines auri faciemus tibi cum diſtinctionibus argenti, quoaduſq; rex in accubitu ſuo eſt. Antequam reſurgeret dominus & euangelium coruſcaret, nõ habebat aurum ſponſa, ſed ſimilitudines auri. Argentum autem quod in nuptijs habere ſe pollicetur, habebat uarium atq; diſtinctum, in uiduis, continentibus ac
B maritatis. Deinde ſponſus reſpondet ad ſponſam, & eam docet, quod ueteris legis umbra tranſierit, & ueritas euangelij uenerit. Surge ueni proxima mea, ſponſa mea, columba mea, quoniam ecce hyems tranſijt, pluuia abijt ſibi. Hoc de ueteri teſtamento. Rurſum de euangelio & uirginitate: Flores uiſi ſunt in terra, tempus ſectionis aduenit. Nõne tibi uideť idipſum dicere, quod & Apoſtolus: Supereſt ut qui habẽt uxores, ſic ſint quaſi non habeant. Et manifeſtius de præconio caſtitatis: Vox, inquit, turturis audita eſt in terra noſtra. Turtur auis pudiciſſima, ſemper habitãs in ſublimibus, typus eſt ſaluatoris. Legamus phyſiologos, & reperiemus turturis hanc eſſe naturam, ut ſi parem perdiderit, alteri non iungatur, & intelligemus digamiam etiam à multis auibus reprobari. Statimq; turtur dicit ad turturẽ: Ficus protulit groſſos ſuos: id eſt, ueteris legis præcepta ceciderunt, & de euangelio uites florentes dederunt odorem. Vnde & Apoſtolus: Chriſti bonus odor ſumus. Surge ueni proxima mea, ſponſa mea, & ueni. Tu columba mea in uelamento petræ iuxta promurale, & oſtende mihi faciem tuam, & auditam fac mihi uocem tuam, quoniam uox tua ſuauis, & facies tua ſpecioſa. Dum uultum tuum tegeres cum Moyſe, & uelamentũ eſſet in lege, nec faciem tuam uidebam, nec uocem tuam dignabar audire, dicens: Et ſi multiplicaueritis preces ueſtras, nec ſic exaudiam uos. Nunc autem reuelata facie contemplare gloriam meam, & petræ firmiſſimæ tegere promurali. Quod audiens ſponſa aperit ſacramenta pudicitiæ. Fratruelis meus mihi: & ego illi, qui paſcit inter lilia, hoc eſt, inter uirginum candidiſſimos choros. Vis ſcire, quale uerus Solomon & pacificus noſter ſoliũ, quales habeat armigeros? Ecce, ait, lectus Solomonis, ſexaginta potentes in circuitu eius de potentibus Iſrael, omnes tenentes frameã & docti bello, uniuſcuiuſq; uiri gladius in femore ipſius. Qui in circuitu Solomonis ſunt, gladiũ habent in femore, ſicut Aoth ille iudex ἀμφιδέξιος, qui interfecit hoſtem pinguiſſimũ & totum carni deditum, omnes amputans uoluptates. Ibo, inquit, ad montem myrrhæ, ad eos ſcilicet qui mortificauerũt corpora ſua: & ad collem Libani, ad puriſſimos uirginum greges, & loquar ſponſæ meę: Tota ſpecioſa es amica mea, & non eſt macula in te. Vnde & apoſtolus:

potest hominum sustinere natura: ita & in ecclesiastico ordine constituendo, quia rudis ex c
gentibus constituebatur ecclesia,leuiora nuper credentibus dat præcepta,ne territi ferre non
possent. Deniq; & apostoli & seniores de Hierosolymis literas mittunt, ut non amplius im/
ponatur oneris his,qui de gentibus crediderũt, nisi ut abstineant se ab idololatria,& fornica
tione,& à sanguine & à suffocatis: & quasi paruulis atq; infantibus lac potum dant,non soli/
dum cibum:nec præcipiunt de cõtinentia,nec de uirginitate significant, nec ad ieiunia prouo
cant,neq; dicunt illud quod in euangelio ad apostolos dirigitur,ne habeant duas tunicas,ne
peram,ne æs in zonis,ne uirgã in manu,ne calciamenta in pedibus:aut certe illud,Si uis per/
fectus esse,uade & uende omnia tua,& da pauperibus:& ueni sequere me.Si enim adolescẽs
ille qui se iactauerat cuncta fecisse quę legis sunt,audiens hoc tristis abijt,quia habebat pos/
sessiones multas, & pharisæi huiuscemodi domini sententiam subsannabant:quanto magis
tanta gentium multitudo,cui summa uirtus erat aliena non rapere, nõ habebat necesse præ/
ceptum de castitate & continentia perpetua:quibus scribebatur,ut abstinerent se ab idolis,&
à fornicatione:& in quibus audiebatur fornicatio,& talis fornicatio,quæ ne inter gentes qui/
dem est?Sed & ipsa episcopalis electio mecum facit.Non enim dicit:eligatur episcopus, qui
unam ducat uxorem,& filios faciat: sed qui unam habuerit uxorem, & filios in omni subdi/
tos disciplina. Certe confiteris non posse esse episcopum, qui in episcopatu filios faciat.Alio
qui,si deprehensus fuerit,non quasi uir tenebitur,sed quasi adulter damnabitur.Aut permit
te sacerdotibus exercere opera nuptiarum,ut idem sint uirgines quod mariti:aut si sacerdoti/
bus non licet uxores tangere,in eo sancti sunt,quia imitantur pudicitiam uirginalem.Sed &
hoc inferendum.Si laicus & quicunq; fidelis orare non potest, nisi careat officio cõiugali:sa/
cerdoti,cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandũ est.Si semper oran/
dum est,ergo semper carendum matrimonio.Nam & in ueteri lege qui pro populo hostias
offerebant, non solum in domibus suis non erant, sed purificabantur ad tempus ab uxori/
bus separati, & uinum & siceram non bibebant, quæ solent libidinem prouocare. Eliguntur D
mariti in sacerdotium,non nego,quia non sunt tanti uirgines, quanti necessarij sunt sacerdo/
tes.Nunquid quia in exercitu fortissimus quisq; eligendus est,idcirco non assumentur & in/
firmiores, cum omnes fortes esse non possint? Si exercitus uiribus tantum constaret, & non
etiam numero militum,abijcerentur imbecilliores. Nunc & secundarum & tertiarum uirium
gradus assumitur,ut turba & numero exercitus compleatur. Et quomodo,inquies, frequen/
ter in ordinatione sacerdotali uirgo negligitur, & maritus assumitur? Quia forte cætera ope/
ra non habet uirginitati congruentia:aut uirgo putatur,& non est:aut est uirginitas infamis,
aut certe ipsa uirginitas ei parit superbiã,& dum sibi applaudit de sola corporis castitate,uir/
tutes cæteras negligit.Non fouet pauperes,pecuniæ cupidior est.Euenit interdum,ut tristior
uultus,adductum supercilium,incessus pomparum ferculis similis,offendat populũ, & quia
nihil habet quod reprehendat in uita,habitũ solum oderit & incessum.Multi eliguntur non
amore sui,sed alterius odio.In plerisq; suffragiũ meretur sola simplicitas,& alterius pruden/
tiæ & calliditati quasi maliciæ opponuntur. Nonnunquam errat plebis uulgiq; iudicium, &
in sacerdotibus comprobandis,unusquisq; suis moribus fauet:ut non tam bonum,quàm sui
similem quærat præpositum.Euenit aliquoties,ut mariti,quæ pars maior in populo est,ma/
ritis quasi sibi applaudant,& in eo se arbitrentur minores non esse uirginibus,si maritum uir
gini præferant.Dicam aliquid quod forsitan cum multorum offensa dicturus sum,sed boni
mihi non irascentur,quia eos peccati conscientia non remordebit. Interdũ hoc & pontificum
uitio accidit,qui non meliores,sed argutiores in clerum allegunt, & simpliciores quosq; atq;
innocentes inhabiles putant,uel affinibus & cognatis quasi terrenæ militiæ officia largiũtur,
siue diuitum obediunt iussioni.Quodq; his peius est,illis clericatus donãt gradum,quorum
sunt obsequijs deliniti. Alioqui si iuxta sententiam Apostoli non erunt episcopi nisi mariti,
ipse Apostolus episcopus esse non debuit,qui dixit: Volo autẽ omnes sic esse,sicut ego sum.
Et Ioannes indignus hoc gradu existimabitur,& omnes uirgines & cõtinentes,quibus quasi

pulcherrimis

A pulcherrimis gemmis ecclesiæ monile decoratur. Episcopus & presbyter & diaconus nō sunt meritorum nomina, sed officiorum. Nec dicitur: Si quis episcopatum desiderat, bonum desiderat gradum, sed bonus opus desiderat, quod in maiori ordine constitutus, possit si uelit, occasionem exercendarum habere uirtutum. Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse, ut nulli uitio mancipatus sit: unius uxoris uirum, qui unam uxorem habuerit nō habeat. Sobrium, siue, ut melius in Græco dicitur, uigilantem, id est, νηφάλεον: Pudicum, hoc enim significat σώφρονα: ornatum, & castitate & moribus: Hospitalem, ut imitetur Abraham, & cum peregrinis, imò in peregrinis Christum suscipiat. Doctorem: Nihil enim prodest conscientia uirtutum frui: nisi & creditum sibi populum possit instruere, ut ualeat exhortari in doctrina, & eos qui contradicunt redarguere. Non uinolentū, quia semper in sanctissanctorum est, & qui offert hostias, uinum & siceram nō bibet, quia in uino luxuria est. Sic bibat episcopus, ut an biberit ignoretur. Non percussorem, id est, qui conscientias non percutiat singulorum. Neq; enim pugilem describit sermo apostolicus, sed pontificē instituit, quid facere non debeat. Docet nunc è regione quid faciat. Sed modestum, non litigiosum, non cupidum, domum suam bene regentem, filios habentem subditos cum omni castitate. Vide quanta pudicitia exigatur in episcopo, ut si filij eius impudici fuerint, ipse episcopus esse non possit: & eodem uitio offendat deum, quo offendit Heli pontifex, qui corripuerat quidē filios, sed quia
g non abiecerat delinquentes, retrorsum cecidit & mortuus est, lucerna dei antequā extingueretur. Mulieres similiter pudicas, & reliqua. In omni gradu & sexu, tenet pudicitia principatum. Cernis igitur, quod episcopus, presbyter & diaconus non ideo sint beati, quia episcopi uel presbyteri sint, aut diaconi, sed si uirtutes habuerint nominum suorum & officiorum. Alioqui si diaconus sanctior episcopo suo fuerit, non ex eo quod inferior gradu est, apud Christum deterior erit. Aut Stephanus diaconus qui primus martyrio coronatus est, minor futurus est in regno cœlorum multis episcopis & Timotheo ac Tito, quos ut subijcere non au-
B deo, ita nec anteponere. Quomodo in legionibus & exercitu sunt duces, sunt tribuni, sunt centuriones, sunt ferentarij ac leuis armaturæ, & miles gregarius, & manipuli, commissaq; pugna uacant nomina dignitatum, & sola fortitudo quæritur: ita in hoc campo & prælio, quo contra dæmones dimicamus, non quæruntur nomina, sed opera: & glorioſior ille sub uero imperatore Christo, non qui nobilior, sed qui fortior est. At dices: Si omnes uirgines fuerint, quomodo stabit humanum genus? Par pari referam. Si omnes uiduæ fuerint, uel in matrimonio continentes, quomodo stirps mortalium propagabitur? Hac ratione nihil omnino erit, ne aliud esse desistat. Verbi gratia: Si cuncti philosophi sint, agricolæ non erunt. Quid loquar de agricolis? non oratores, non iurisconsulti, non reliquarum artium præceptores. Si uniuersi principes, quis erit miles? Si omnes caput, cuius uocabuntur caput, cum cætera membra defuerint? Vereris, ne si uirginitatem plures appetierint, cessent lupæ, cessent adulteræ, ne infantes in urbibus uillisq; non uagiant. Quotidie mœchorum sanguis effunditur, adulteria damnantur, & inter ipsas leges & secures ac tribunalia, flagrans libido dominatur. Noli metuere ne omnes uirgines fiant, difficilis res est uirginitas, & ideo rara, quia difficilis: Multi uocati, pauci electi. Incipere plurimorum est, perseuerare paucorum. Vnde & grande præmium eorum, qui perseuerauerint. Si omnes uirgines esse possent, nunquam & dominus diceret: Qui potest capere, capiat, & Apostolus in suadendo non trepidaret: De uirginibus autem præceptum domini non habeo. Et cur inquies, creata sunt genitalia, & sic à conditore sapientissimo fabricati sumus, ut mutuum nostri patiamur ardorem, & gestiamus in naturalem copulam? Periclitamur responsionis uerecundia, & quasi inter duos scopulos, & quasdam necessitatis & pudicitiæ συμπλέγαδας hinc atque inde, uel pudoris, uel causæ naufragium sustinemus. Si ad proposita respondeamus, pudore suffundimur. Si pudor impetrarit silentium, quasi de loco uidebimur cedere, & aduersario feriendi occasionem dare. Melius est tamen clausis, quod dicitur, oculis Andabatarū more pugnare, quàm directa spicula, clypeo non repellere ueritatis. Poteram quidem dicere: Quomodo posterior

pars corporis & meatus per quem alui ſtercora egeruntur relegatus eſt ab oculis, & quaſi c
poſt tergum poſitus: ita & hic qui ſub uentre eſt, ad dirigendos humores & potus, quibus
uenæ corporis irrigantur, à deo conditus eſt. Sed quoniam ipſa organa & genitalium fabri-
ca, & noſtra fœminarumq; diſcretio, & receptacula uuluæ, ad ſuſcipiendos & coalendos fœ-
dus condita, ſexus differentiam prædicant, hoc breuiter reſpondebo. Nunquam ergo ceſſe-
mus à libidine, ne fruſtra huiuſcemodi membra portemus. Cur enim maritus ſe abſtineat ab
uxore? Cur caſta uidua perſeueret, ſi ad hoc tantũ nati ſumus, ut pecudum more uiuamus?
Aut quid mihi nocebit, ſi cum uxore mea alius concubuerit? Quomodo enim dentium offi- 32
cium eſt mandere, & in aluum ea quæ ſunt manſa tranſmittere, & non habet crimen qui con
iugi meæ panem dederit: ita ſi genitalium hoc eſt officium, ut ſemper fruantur natura ſua,
meam laſſitudinem alterius uires ſuperent: & uxoris, ut ita dixerim, ardentiſſimam gulam,
fortuita libido reſtinguat. Quid ſibi autem uult Apoſtolus, ut ad continentiam cohortetur,
ſi contra naturam eſt? Quid ipſe dominus, qui eunuchorum præcipit uarietates? Certe Apo
ſtolus, qui ad ſuam nos prouocat pudicitiam, debet conſtanter audire, Cur portas ueretrum
ò Paule? Cur à ſexu fœminarum barba, pilis, aliaq; membrorum qualitate diſtingueris?
Cur tuæ non intumeſcunt papillæ, non dilatantur renes, non pectus artatur? Vox obſole-
tior eſt, ſermo ferocior & hirſutius ſupercilium. Fruſtra hæc omnia uirorum habes, ſi com-
plexu non uteris fœminarum. Compellor aliquid loqui & inſipiens fieri, ſed uos me ut lo-
qui audeam coegiſtis. Dominus noſter atq; ſaluator, qui cum in forma dei eſſet, formam
ſerui dignatus eſt aſſumere, factus obediens patri uſq; ad mortem, mortem autem crucis:
quid neceſſe erat, ut his membris naſceretur, quibus uſurus non erat? Qui certe ut ſexum o-
ſtenderet, etiam circunciſus eſt. Cur Ioannem apoſtolum & Baptiſtam ſua dilectione ca-
ſtrauit, quos uiros naſci fecerat? Qui ergo in Chriſtum credimus, Chriſti ſectemur exem-
pla. Et ſi noueramus illum iuxta carnem, ſed iam non nouimus eum ſecundum carnem. Cer
te in reſurrectione eadem erit corporum ſubſtantia, qua nunc utimur, licet auctior gloria. D
Nam & ſaluator intantum ipſum corpus habuit poſt inferos, in quo & crucifixus eſt, ut ma-
nus perforatas clauis & lateris uulnus oſtenderet. Porrò ſi clauſis ingreſſus eſt oſtijs, quod
humanorum corporum natura non patitur, ergo & Petrum & dominum negabimus uera
habuiſſe corpora, quia ambulauerunt ſuper aquas, quod contra naturam eſt. In reſurrectio-
ne mortuorum, non nubent neq; nubentur, ſed ſimiles erunt angelis. Quod alĩ poſtea in
cœlis futuri ſunt, hoc uirgines in terra eſſe cœperunt. Si angelorum nobis ſimilitudo promit
titur: inter angelos autem non eſt ſexus diuerſitas: aut ſine ſexu erimus, quod angeli ſunt: aut
certe quod liquido comprobatur, reſurgentes in proprio ſexu, ſexus non fungemur officio.

Verum quid agimus argumentis, & propoſitiones aduerſarĩ callida cupimus reſponſio-
ne ſuperare? Vetera tranſierũt, ecce facta ſunt omnia noua. Curram per apoſtolorum ſen-
tentias, & quomodo in Solomonis exemplis breues expoſitiunculas ſubdidi, ob intelligen-
di facilitatem, ita & nunc caſtitatis & continentiæ Chriſtianæ exempla replicabo, & de mul-
tis teſtimonijs quaſi unum corpus efficiam: quo & nihil quod ad pudicitiam pertineat præ-
termittam, & nimiæ prolixitatis declinem faſtidium. Scribit inter cætera Paulus apoſtolus
ad Romanos: Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis in quibus nunc erubeſcitis? Nam
finis illorum mors eſt. Nunc uero liberati à peccato, ſerui autem dei facti, habetis fructũ ue-
ſtrum in ſanctificationem, finem uero uitam æternam. Puto quod & nuptiarum finis mors
ſit. Fructus autem ſanctificationis, qui uel ad uirginitatem uel ad continentiam pertinet, ui-
ta penſatur æterna. Ac deinde: Itaq; fratres mei & uos mortificati eſtis legi per corpus Chri
ſti: ut ſitis alterius, qui ex mortuis reſurrexit, ut fructificemus deo. Cum enim eſſemus in car
ne, paſſiones quæ per legem erant, operabantur in membris noſtris ut fructificarent morti:
Nunc autem ſoluti ſumus à lege mortis, in qua detinebamur, ut ſeruiamus in nouitate ſpiri-
tus, & non in uetuſtate literæ. Cum, inquit, eſſemus in carne, & non in nouitate ſpiritus, ſed
in uetuſtate literæ, faciebamus ea quæ carnis erant, & fructificabamus morti. Nunc autem

quia

A quia mortui ſumus legi,per corpus Chriſti,fructificemus deo, ut ſimus eius, qui ex mortuis reſurrexit. Necnon & in alio loco cum prædixiſſet:Scio quia lex ſpiritualis eſt,& cum de uio lentia carnis quod crebro nos impellat facere quod nolimus,latius diſputaſſet,ad extremum intulit:Infelix ego homo , quis me liberabit de corpore mortis huius ? Gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum . Et iterum : Ipſe igitur mente ſeruio legi dei,carne autem legi peccati.Et nihil damnationis eſt his,qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant.Lex enim ſpiritus in Chriſto Ieſu,liberauit me à lege peccati & mortis. Ac manifeſtius in conſequentibus docet,Chriſtianos non ambulare ſecundum carnem , ſed ſecundũ ſpiritum,dicens:Qui enim ſecundum carnem ſunt,quæ ſunt carnis ſapiũt. Qui uero ſecundum ſpiritum,quæ ſunt ſpiritus ſentiunt. Nam prudentia carnis,mors eſt: prudentia autem ſpiritus,uita & pax:quoniam prudentia carnis,inimicitia eſt in deum . Legi enim dei non ſubijcitur,nec enim poteſt. Qui autem in carne ſunt, deo placere non poſſunt. Vos autem in carne non eſtis,ſed in ſpiritu,ſi tamen ſpiritus dei habitat in uobis . & reliqua uſq; ad illum locũ,in quo ait:Ergo fratres debitores ſumus non carni,ut ſecundũ carnem uiuamus. Si enim ſecundum carnẽ uixeritis,moriemini. Si aũt ſpiritu facta carnis mortificaueritis,uiuetis. Quicunq; enim ſpiritu dei aguntur,hi filij dei ſunt. Si prudentia carnis,inimicitia eſt in deũ, & qui in carne ſunt,deo placere nõ poſſunt: arbitror eos qui ſeruiũt officio coniugali,quod prudentiam carnis diligant,& in carne ſint. A qua nos retrahens Apoſtolus,& iungens ſpiritui , deinceps loquitur:Obſecro uos fratres per miſericordiã dei, ut exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuentem,ſanctã,deo placentem,rationabile obſequiũ ueſtrum. Et nolite cõformari huic ſeculo,ſed reformamini in nouitate ſenſus ueſtri,ut probetis quæ ſit uoluntas dei bona , & beneplacens,& perfecta. Dico enim per gratiã quę data eſt mihi,omnibus qui ſunt inter uos:non
55 plus ſapere cꝫ oportet ſapere,ſed ſapere ad pudicitiã,non ad ſobrietatem, ut male in Latinis codicibus legitur:ſed ſapere,inquit,ad pudicitiã. Siquidem Græce ſcriptum eſt, εἰς τὸ σωφρο
B νεῖν. Conſideremus ſententiam Apoſtoli:Reformamini,inquit,in nouitate ſenſus ueſtri, ut probetis quæ ſit uolũtas dei bona,& beneplacens,& perfecta. Quod dicit, huiuſcemodi eſt. Concedit quidem deus nuptias,cõcedit digamiam,& ſi neceſſe fuerit,fornicationi & adulterio præfert etiam trigamiam. Sed nos qui corpora noſtra exhibere debemus , hoſtiã uiuam ſanctã,placentem deo,rationabile obſequiũ noſtrum,non quid cõcedat deus, ſed quid uelit cõſideremus:ut probemus, quæ ſit uolũtas dei bona,& beneplacens & perfecta. Ergo quod concedit,nec bonũ,nec beneplacens eſt,nec perfectum. Redditq; cauſas cur hoc ſuadeat: ſcientes tempus, quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere . Nunc autem propior eſt noſtra ſalus,cꝫ cum credimus . Nox proceſſit,dies autem appropinquauit. Et in extremo: Induimini dominum Ieſum Chriſtum,& carnis curam ne feceritis in deſiderijs. Aliud eſt uoluntas dei, aliud indulgentia. Vnde & ad Corinthios ſcribens,ait: Ego fratres non potui loqui uobis ſicut ſpiritualibus,ſed ſicut carnalibus,ſicut paruulis in Chriſto,lac uobis potũ dedi nõ eſcam: Nondum enim poteratis, ſed neq; nunc poteſtis. Adhuc enim carnales eſtis . Qui animalis eſt,& non recipit ea quæ ſpiritus dei ſunt:ſtultitia enim illi eſt,nec poteſt intelligere quia ſpiritualiter dijudicatur:iſte non perfectę caſtitatis cibo,ſed rudi nuptiarum lacte nutritur. Sicut per hominem mors,ſic & per hominem reſurrectio mortuorum. Quomodo in Adam omnes morimur,ſic in Chriſto omnes uiuificabimur. Seruiuimus in lege ueteri Adã:ſeruiamus in euangelio nouo Adam. Factus eſt enim primus homo Adam in animã uiuentem,& nouiſſimus Adam in ſpiritum uiuificantem. Primus homo de terra terrenus. Secundus homo de cœlo cœleſtis . Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. Sicut portauimus imaginẽ terreni,portemus & imaginem cœleſtis. Hoc autẽ dico fratres, quia caro & ſanguis regnũ dei poſſidere nõ poſſunt,neq; corruptio incorruptionẽ poſſidebit . Hoc tam clarum eſt,ut nulla expoſitione queat manifeſtius fieri: Caro,inquit,& ſanguis regnum dei poſſidere nõ poſſunt,neq; corruptio incorruptionem. Si corruptio ad omnem coitũ pertinet,incorruptio autẽ proprie caſtitatis eſt, præmia pudicitiæ nuptiæ poſſidere nõ poſſunt.

Scimus enim quoniam si terrena domus huius habitationis destructa fuerit,ædificationem c
habeamus ex deo,domum non manufactam, sempiternam in cœlis.In quo ingemiscimus,
habitaculum nostrũ,quod de cœlo est superindui cupiẽtes.Cupimus enim egredi de corpo/
re,& habitare cũ Christo, propter quod & studiosissime nitimur, siue in corpore, siue extra
corpus placere deo.Et ut plenius exponeret,quales nos esse uellet,in alio loco docet, dicens:
Despondi enim uos uni uiro,uirginem castã exhibere Christo.Quod si ad totam ecclesiam
credentiũ uolueris referre, & in hac desponsione Christi, & maritatas & digamas & uiduas
& uirgines cõtineri, hoc quoq; pro nobis facit. Nam dum omnes ad pudicitiã & præmium
uirginitatis inuitat,ostendit cunctis gradibus uirginitatẽ esse potiorem. Rursumq; ad Gala/
tas:Ex operibus,inquit,legis,nõ iustificabitur omnis caro. Opera legis & nuptiæ sunt,unde
& maledicuntur in ea,qui nõ habent filios.Quæ si cõceduntur etiam in Euangelio, aliud est
indulgentiã infirmitati tribuere,aliud uirtutibus præmia polliceri. Dicam & ego nuptiato
ribus meis,qui post castitatem & diuturnã continentiam subant ad coitum, & pecudum mo
re lasciuiunt:sic insipientes estis,ut cum cœperitis spiritu,nunc carne consummemini? Tanta
passi estis sine causa? Apostolus quod continentiæ quibusdam nodos relaxat,& dimittit fre
na currentibus,propter infirmitatem carnis hoc facit. Contra quã scribens denuo loquitur:
Spiritu ambulate,& desideria carnis nõ perficietis.Caro enim cõcupiscit aduersus spiritum,
& spiritus aduersus carnem.Non necesse est nũc de operibus carnis dicere, quia longum est,
& facile potest de Apostoli epistola sumere,qui uoluerit.Dicam tantum de spiritu, cuius fru
ctus sunt,charitas,gaudium,pax,longanimitas,benignitas,bonitas,fides, mansuetudo,con/ 54
tinentia.Omnes uirtutes spiritus,quasi solidissimum fundamentum & sublime culmen,con/
tinentia sustentat & protegit.Aduersum huiuscemodi non est lex. Qui autem sunt Christi,
carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Si uiuimus spiritu,spiritu & ambu/
lemus. Qui cum Christo carnem nostram & passiones eius desideriaq; crucifiximus, quid
rursum ea quæ carnis sunt agere cupimus? Quodcunque seminauerit homo, hoc & metet. D
Qui seminat in carne sua,de carne metet corruptionem.Qui autem seminat in spiritu, de spi
ritu metet uitam ęternã Existimo quod qui uxorem habet,quamdiu reuertitur ad idipsum,
ne tentet eum satanas:in carne seminet,& non in spiritu. Qui autẽ in carne seminat:non ego,
sed Apostolus loquitur: metit corruptionem. Elegit nos in Christo deus pater ante mundi
constitutionem,ut essemus sancti & immaculati coràm eo.Ambulauimus in concupiscentijs
carnis,facientes uoluntatem eius,& cogitationum:& fuimus filij iræ,sicut & cæteri.Nunc au/
tem conresuscitauit & considere nos fecit in cœlestibus in Christo Iesu,ut deponamus secun/
dum priorem conuersationem ueterem hominem, qui corrumpitur iuxta desideria erroris,
& aptari nobis illa benedictio possit,quæ missam ad Ephesios epistolam,tali fine concludit:
Gratia uobis cum omnibus qui diligunt dominum in incorruptione. Conuersatio nostra in
cœlis est. Vnde & saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui trans/
figurabit corpus humilitatis nostræ, conforme fieri corpori gloriæ suæ.Quęcunq; ergo sunt
uera,quæcunq; pudica,quæcunq; iusta,quæcunq; ad castitatem pertinentia:his copulemur,
hæc sequamur.Recõciliauit nos Christus in corpore suo, deo patri per mortem: & exhibuit
sanctos & immaculatos & absq; ulla reprehensione coràm se: in quo & circuncisi sumus cir/
cuncisione non manufacta,in expoliationem corporis carnis,sed circuncisione Christi, con/
sepulti ei in baptismo,in quo & consurreximus. Si ergo cõsurreximus cum Christo,ea quæ
sursum sunt quæramus,ubi Christus est in dextera dei sedẽs,ea sapiamus quæ sursum sunt,
non quæ supra terram. Mortui enim sumus, & uita nostra abscondita est cum Christo in
deo.Cum enim Christus apparuerit uita nostra, tunc & nos apparebimus cum ipso in glo/
ria.Nemo militans deo,implicat se negocijs secularibus,ut possit ei placere,qui se elegit. Ap/
paruit enim gratia dei saluatoris omnibus hominibus,erudiens nos,ut abnegantes impieta/
tem & secularia desideria,caste & iuste & pie uiuamus in præsenti seculo. Dies me deficiet
si uoluero omnia castitatis de Apostolo præcepta memorare. Ista sunt,de quibus ad aposto
los

A los dominus loquebatur: Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis ea portare mo-
do. Cum autē uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Post crucem Chri
sti, statim in Actis apostolorum una domus Philippi euangelistæ, quadrigam producit uir
ginum filiarum: ut Cæsarea, in qua ex gentibus ecclesia per centurionem Cornelium fuerat
dedicata, etiam uirginum puellarum præberet exempla. Cumq; dominus in Euangelio di-
xerit: lex & prophetæ usq; ad Ioannem: istæ quia uirgines erant, etiam post Ioannem pro-
phetasse referuntur. Neq; enim poterāt ueteris testamenti lege retineri, quæ uirginitatis ful-
serant claritate. Transeamus ad Iacobum, qui frater domini dicebatur, tantæ sanctitatis, tan-
tæq; iusticiæ & perpetuæ uirginitatis, ut Iosephus quoq; historicus Iudæorū, propter huius
necem Hierosolymam subuersam referat. Hic primus episcopus ex Iudæis Hierosolymæ
credentis ecclesiæ, ad quem Paulus cum Tito Barnabaq; pergebat, loquitur in epistola sua:
Nolite errare fratres mei dilecti. Omne datum bonū, & omnis perfecta donatio, de sursum
est, descendens à patre luminum, apud quem non est differentia, aut conuersionis obumbra-
culum: Volens genuit nos uerbo ueritatis, ut simus primitiæ creaturarum eius. Virgo mysti-
ce uirginitatem docet: Omne perfectum donum, de sursum descendit, ubi non sunt nuptiæ:
& descendit, non à quolibet, sed à patre luminum, qui dicit ad apostolos: Vos estis lux mun-
di, apud quem non est differentia Iudæi siue gentilis: nec illa umbra quæ uersabatur in lege,
premit eos qui de nationibus crediderunt: sed uerbo nos genuit, & uerbo ueritatis: quia um-
bra & imago & species quædam ueritatis præcessit in lege, ut simus primitiæ creaturarū eius.
Et quomodo ipse primogenitus ex mortuis, omnes in se mortuos suscitauit: sic ipse uirgo, pri
mitias uirginum suarum in se uirgine dedicauit. Petrus quoq; quid de uocatione gentiū sen-
tiat, contemplemur: Benedictus, inquit, deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secun-
dum magnam misericordiam suam, regenerauit nos in spem uitæ, per resurrectionem Iesu
Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptam & immaculatam & immarcescibilem, quæ
B seruatur in cœlis, in uos qui uirtute dei custodimini per fidem, in salutem quæ præparata est
reuelari in tempore nouissimo. Vbi incorrupta prædicatur hæreditas, & immaculata & im-
marcescibilis, & præparata in cœlis, & in tempus nouissimum reseruata, & spes uitæ æternæ
quando non nubent neq; nubentur, ibi aliis uerbis uirginitatis priuilegia describuntur. Nam
& in sequentibus hoc ipsum docet: Propter hoc accincti lumbos mentis uestræ uigilātes per-
fecte, sperate in eam gratiam, quæ uobis deferenda est in reuelatione Iesu Christi. Quasi fi-
lij obedientiæ non conformemini prioribus ignorantiæ uestræ desideriis, sed secundū eum
qui uos uocauit sanctū, & ipsi sancti estote, in omni conuersatione. Scriptū est enim: Sancti
estote, quia ego sanctus sum. Neq; enim corruptibili auro & argento redempti sumus, sed
precioso sanguine immaculati agni Iesu Christi, ut castificemus animas nostras in obedien-
tia ueritatis, renati non ex coitu corruptibili, sed ex incorruptione, per uerbum uiuentis dei &
permanentis: & sicut lapides uiui ædificemur in domum spiritualem, sanctum sacerdotium,
offerentes spirituales uictimas, per Christum dominum nostrum. Nos enim sumus genus
electū, regale sacerdotiū, gens sancta, populus acquisitionis. Christus pro nobis carne mor-
tuus est. Armemur eadem cōuersatione qua Christus, quoniam qui passus est in carne, quie
uit à peccato: ut nequaquam in desideriis hominū, sed in uoluntate dei, reliquū in carne tem-
pus exigamus. Sufficit enim nobis præteritum tempus, quando ambulauimus in luxuriis &
desideriis cæteriscq; uitiis. Grādia nobis & precioſa uirginitatis promissa donauit, ut per hāc
efficiamur diuinæ consortes naturæ, fugientes eam quæ in mundo est concupiscentiam cor-
ruptionis. Nouit dominus pios de tentatione eripere, & iniquos cruciandos in diem reseruа-
re iudicij, præcipue eos qui post carnem in desideriis pollutionis ambulant, & dominationes
despiciunt, audaces & procaces. Isti enim quasi irrationabilia iumenta in uentrē & libidinem
proni sunt, blasphemantes: qui & in corruptione sua corrumpentur: recipientq; mercedē ini-
quitatis luxuriā: qui putant delicias esse, iniusticiā, sordes & maculas, & nihil aliud nisi de uo-
luptatibus cogitantes. Qui habēt oculos plenos adulterio & insatiabili libidine, & decipiunt

animas

animas necdum Christi charitate robustas: Loquũtur enim uerba tumentia, & indoctos fa- 6
cile illecebris carnis irretiunt: repromittentes eis libertatem, cum ipsi serui uitiorum sint atq; luxuriæ & corruptionis. Vnusquisq; enim ei subiacet passioni, à qua uincitur. Quod si fugi-
entes coinquinationes mundi per scientiam saluatoris nostri Iesu Christi, ijsdem rursum su-
perantur, quæ ante superauerãt, facta sunt eis nouissima peiora prioribus. Meliusq; eis erat
non nosse uiam iusticiæ, quàm post agnitionem retrorsum cõuerti, & relinquere sanctũ man
datum, quod eis traditum fuerat. Completumq; est in eis uerissimum illud prouerbium: Ca
nis reuersus ad uomitũ suum. Et sus lota in uolutabro luti. Nolui omnem locum secundæ
Petri epistolæ ponere, ne longum facerem: sed tantũmodo ostendi spiritus sancti uaticinio
huius temporis & doctores & hæresim prænunciatam. Denique manifestius eos denotat, di-
cens: Venient in nouissimis diebus illusores seducentes, iuxta propria desideria ambulantes
&c. Descripsit sermo apostolicus Iouinianum loquentem buccis tumentibus, & inflata uer-
ba trutinantem, repromittentem in cœlis libertatem, cum ipse corruptionis seruus sit atq; lu-
xuriæ, canis reuertens ad uomitum suum. Nam cum monachum esse se iactitet: & post sordi
dam tunicam & nudos pedes, & cibariũ panem, & aquæ potũ, ad candidam uestem, & niti- 35
dam cutem, ad mulsum & elaboratas carnes, ad iura Apitij & Paxami, ad balneas quoq; ac
fritillas, & popinas se conferat: manifestum est, quod terram cœlo, uitia uirtutibus, uentrem 36
præferat Christo, & purpuram coloris eius, putet regna cœlorũ. Et tamen iste formosus mo
nachus, crassus, nitidus, dealbatus, & quasi sponsus semper incedens, aut uxorem ducat, ut
æqualem uirginitatem nuptijs probet: aut si non duxerit, frustra contra nos uerbis agit, cum
opere nobiscum sit. Sed & Ioannes in eadem uerba concordat: Nolite diligere mundũ, neq;
ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Quoniam om-
ne quod in mundo est, desiderium carnis est, & desiderium oculorum, & superbia huius uitę,
quæ non est de patre, sed de mundo est. Et, mundus præterit, & desiderium eius. Qui autem
facit uoluntatem dei, manet in æternũ. Mandatũ nouum scripsi uobis, quod est uerissimum, p
& in Christo, & in nobis: quia tenebræ præterierunt & lux iam lucet. Et rursum: Charissimi
nunc filij dei sumus, & necdũ apparuit quid futuri sumus. Scimus autem, quia cum apparue-
rit, similes ei erimus: quoniã uidebimus eum sicuti est: Et omnis qui habet hanc spem, castifi-
cat semetipsum, sicut & ille castus est. In hoc perfecta est nostra charitas, si fiduciam habea-
mus in diem iudicij, ut quomodo ille est, sic & nos simus in hoc seculo. Epistola quoq; Iudæ
tale quid significat: O dientes & carnis pollutam tunicam. Legamus Apocalypsim Ioannis,
& ibi reperiemus agnum super montem Sion, & cum eo centũ quadraginta quatuor milia
signatorum, habentium nomen eius, & nomen patris eius scriptũ in frontibus suis: qui can-
tant canticum nouum, & nemo potest dicere canticum illud, nisi hi qui empti sunt de terra.
Isti sunt qui cum mulieribus se non coinquinauerũt, uirgines enim permanserũt. Hi sequun-
tur agnum quocunq; uadit: Empti sunt enim ex hominibus primitiæ deo & agno, & in ore
ipsorum non est inuentum mendaciũ, & sine macula sunt. De singulis tribubus, excepta tri-
bu Dan, pro qua reponitur tribus Leui, duodena milia uirginum signatorum creditura di-
cuntur, qui cum mulieribus nõ sunt coinquinati. Ac ne putaremus de his dici, qui scorta non
norunt, statim intulit: Virgines enim permanserũt. Ex quo ostendit omnes qui uirgines non
permanserunt, ad comparationem purissimæ & angelicæ castitatis, & ipsius domini nostri Ie
su Christi esse pollutos. Hi sunt qui cantant canticum nouum, quod nemo potest canere, ni
si qui uirgo est. Hi sunt primitiæ dei & agni, & sine macula. Si uirgines primitiæ dei sunt: er-
go uiduæ & in matrimonio continentes, erunt post primitias, id est, in secundo & tertio gra-
du: nec prius perditus populus saluari poterit, nisi tales hostias castitatis deo obtulerit, & im
maculatum agnum, purissimis uictimis reconciliauerit. Infinitum est de Euangelio decem
uirginum exponere sacramentum, quinq; stultarum, & quinq; sapientum. Hoc solum nunc
dico, quod quomodo absq; cæteris operibus uirginitas sola non saluat, sic omnia opera abs-
que uirginitate, puritate, cõtinentia, castitate, imperfecta sunt. Ex quo nequaquam nos illud

poterit

poterit impedire, quod aduersarius obiecit, fuisse dominum in Cana Galilææ, & nuptiarum
festa celebrasse, quando aquas uertit in uinum. Hoc enim breuissime respondebo, quod qui
octaua die circūcisus est, & pro quo par turturum & duo pulli columbarum die purgationis
oblati sunt, cum cæteris antecę pateretur Iudaicam consuetudinem cōprobauit, ne illis occa-
sionem iuste se interficiendi tribuere uideretur, quasi legem destruens damnansq; naturam.
Quanq; & hoc pro nobis faciat. Qui enim semel uenit ad nuptias, semel docuit esse nuben-
dum. Et tunc uirginitati posset officere, si nuptias post uirginitatē & uiduitatis castimoniam
non in gradu tertio poneremus. Nunc autem cum hæreticorum sit damnare coniugia, & dei
spernere conditionē, quicquid de laude dixerit nuptiarū, libenter audimus. Ecclesia enim ma
trimonia nō damnat, sed subiicit: nec abijt, sed dispensat: sciēs, ut supra diximus, in domo ma
gna non solū esse uasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia, & alia esse in honorē, alia in
contumeliā: & quicunq; se mundauerit, eum futurū esse uas honorabile, & necessariū in om-
ne opus bonum præparatum. Satis abundecq; Christianæ pudicitiæ & uirginitatis angeli-
cæ, de diuinis libris exempla præbuimus: Sed quoniam intellexi in cōmentarijs aduersarij,
prouocari nos etiam ad mundi sapientiam, quod nunq; hoc genus in seculo sit probatum,
& nouū dogma contra naturam religio nostra prodiderit, percurram breuiter Græcas & La
tinas Barbarasq; historias, & docebo uirginitatem semper tenuisse pudicitiæ principatum.

Referunt fabulæ Atalantam Calydoniā uirginem semper in uenatibus, semper in syluis,
non tumentes uteros fœminarum, fastidiaq; conceptuum, sed expeditam & castam amasse
37 uirtutem. Harpalicen quoq; uirginē Thraciam, insignis poëta describit, & reginā Vosco-
rum Camillā: quam Turnus cum auxilio uenerat, laudare uolens, non amplius habuit quod
diceret, nisi uirginem nominaret: O decus Italiæ uirgo. Chalciœcus quoq; filia illa Leo
38 uirgo perpetua, pestilentiā patriæ scribitur spontanea morte soluisse, & Iphigeniæ uirginis
sanguis aduersos placasse uentos. Quid referam Sibyllas Erythræam atq; Cumanam, &
39 octo reliquas: Nam Varro decem fuisse autumat, quarū insigne uirginitas est, & uirginitatis
præmium diuinatio? Quod si Æolici generis sermonis Sibylla θεοβόλη appellatur, recte
consiliū dei sola scribitur nosse uirginitas. Cassandram quoq; & Chrysein uates Apollinis
39 ac Iunonis uirgines legimus. Et sacerdotes Dianæ Tauricæ, & Vestæ, innumerabiles extite-
runt. Quarum una Minutia propter suspicionem stupri uiua defossa est, iniusta, ut reor, pœ-
na, nisi grande crimen putaretur læsa uirginitas. Certe Romanus populus quanto honore
uirgines semper habuerit, hinc apparet: quod consules & imperatores, & in curribus trium-
phantes, qui de superatis gentibus trophæa referebāt, & omnis dignitatis gradus, eis de uia
cedere solitus sit. Claudia uirgo uestalis cum in suspitionem uenisset stupri, & simulacrum
matris Idææ in uado Tyberis hæreret, ad comprobandam pudicitiam suam fertur cingulo
40 duxisse nauem, quam multa milia hominū trahere nequiuerant. Melius tamen, inquit Luca
ni poëtæ patruus, cum illa esset actum: si hoc quod euenit, ornamentum potius exploratæ fu
isset pudicitiæ, quàm dubiæ patrocinium. Nec mirum hoc de hominibus, cum Mineruam
quoq; & Dianam uirgines deas finxerit error gentilium: & inter duodecim signa cœli, qui-
bus mundū uolui putant, uirginem collocarint. Magna iniuria nuptiarū, ut ne inter scorpios
41 quidem, & centauros, & cancros, & pisces & ægocerotas, uxorem maritumq; contruserint.

Triginta Athenienſium tyranni cum Phidonem in conuiuio necassent, filias eius uirgines
ad se uenire iusserunt, & scortorum more nudari: ac super pauimenta, patris sanguine cruen-
tata impudicis gestibus ludere: quæ paulisper dissimulato doloris habitu, cum temulentos
conuiuas cernerent, quasi ad requisita naturæ egredientes, inuicem se complexæ precipitaue
runt in puteum, ut uirginitatem morte seruarent. Demotionis Areopagitarum principis
uirgo filia, audito sponsi Leosthenis interitu, qui bellum Lamiacum concitarat, se interfecit:
asserens quanq; intacta esset corpore, tamen si alterum accipere cogeretur, quasi secundum
42 acciperet, cum priori mēte nupsisset. Spartiatæ & Messenij diu inter se habuere amicitias, in-
tantum ut ob quædā sacra etiam uirgines ad se mutuo mitterent. Quodam igitur tempore,

cum

cum quinquaginta uirgines Lacedæmoniorum Meſſenij uiolare tentaſſent, dè tanto nume- C
ro ad ſtuprum nulla conſenſit, ſed omnes libentiſſime pro pudicitia occubuerũt. Quamob-
rem graue bellum & longiſſimum concitatum eſt,& poſt multum temporis Mamertia ſub-
uerſa eſt. Ariſtoclides Orchomeni tyrannus adamauit uirginẽ Stymphalidem,quæ cum
patre occiſo ad templum Dianæ confugiſſet,& ſimulacrum eius teneret, nec ui poſſet auelli,
in eodem loco confoſſa eſt. Ob cuius necem,tanto omnis Arcadia dolore commota eſt, ut
bellum publice ſumeret,& necem uirginis ulciſceretur. Ariſtomenes Meſſenius uir iuſtiſſi-
mus,uictis Lacedæmonijs,& quodam tempore nocturna ſacra celebrantibus,quæ uocaban
tur Hyacinthina,rapuit de choris ludentium uirgines quindecim, & tota nocte gradu conci-
to fugiens exceſſit de finibus Spartanorũ. Cumq; eas comites eius uellent uiolare, monuit
quantum potuit,ne hoc facerent, & ad extremum quoſdam non parentes interfecit, cæteris
metu coërcitis.Redemptæ poſtea à cognatis puellæ, cum Ariſtomenem uiderẽt cædis reum
fieri,tamdiu ad patriam non ſunt reuerſæ, quamdiu iudicum aduolutę genibus defenſorem
pudicitiæ ſuæ cernerent abſolutũ. Quo ore laudandæ ſunt Scedaſi filiæ in Leuctris Bœo-
tiæ,quas traditum eſt abſente patre duos iuuenes prætereuntes iure hoſpitij ſuſcepiſſe. Qui
multum indulgentes uino,uim per noctem intulere uirginibus. Quæ amiſſæ pudicitiæ no- 43
lentes ſuperuiuere,mutuis conciderunt uulneribus. Iuſtum eſt & Locridas uirgines non ta
cere,quæ cum Ilium mitterentur ex more per annos circiter mille, nulla obſcœni rumoris &
pollutæ uirginitatis ullam fabulã dedit. Quis ualeat ſilentio præterire ſeptem Mileſias uir-
gines,quæ Gallorum impetu cuncta uaſtante,ne quid indecens ab hoſtibus ſuſtinerent,tur-
pitudinem morte fugerunt:exemplum ſui cunctis uirginibus relinquentes, honeſtis menti-
bus magis pudicitiam curæ eſſe,quàm uitam. Nicanor uictis Thebis atq; ſubuerſis, unius
uirginis captiuæ amore ſuperatus eſt.Cuius coniugium expetens,& uoluntarios amplexus,
quod ſcilicet captiua optare debuerat, ſenſit pudicis mentibus plus uirginitatem eſſe quàm
regnum:& interfectam propria manu,flens & lugens amator tenuit.Narrãt ſcriptores Græ- D
ci & aliam Thebanã uirginem,quam hoſtis Macedo corruperat, diſſimulaſſe pauliſper do-
lorem, & uiolatorem uirginitatis ſuæ iugulaſſe poſtea dormientem: ſecq; interfeciſſe gladio,
ut nec uiuere uoluerit poſt perditã caſtitatem,nec ante mori, cq; ſui ultrix exiſteret. Apud
gymnoſophiſtas Indiæ,quaſi per manus huius opinionis autoritas traditur,quod Buddam
principem dogmatis eorum, è latere ſuo uirgo generarit. Nec hoc mirum de barbaris,cum
Mineruam quoq; de capite Iouis, & Liberũ patrem de femore eius procreatos, doctiſſima 44
finxerit Græcia. Speuſippus quoq; ſororis Platonis filius,& Clearchus in laude Platonis,
& Anaxilides in ſecũdo libro Philoſophię,Perictionẽ matrẽ Platonis, phantaſmate Apol-
linis oppreſſam ferunt: & ſapientiæ principem non aliter arbitrantur, niſi de partu uirginis
æditum.Sed & Timæus ſcribit Pythagoræ uirginem filiam choro uirginum præfuiſſe, & ca
ſtitatis eas inſtituiſſe doctrinis. Diodorus Socraticus quinq; filias dialecticas inſignis pu-
dicitiæ habuiſſe narratur, de quibus & Philo Carneadis magiſter pleniſſimam ſcribit hiſto-
riam. Ac ne nobis dominum ſaluatorem de uirgine procreatum Romana exprobraret po-
tentia, autores urbis & gentis ſuæ Ilia uirgine & Marte genitos arbitrantur. Hæc de uirgi-
nibus ſeculi,currens per multiplices hiſtorias,& properans ſermo perſtrinxerit. Veniam ad
maritatas,quæ mortuis uel occiſis uiris,ſuperuiuere noluerunt,ne cogerentur ſecundos noſſe
concubitus:& quæ mire unicos amauerũt maritos, ut ſciamus digamiam apud ethnicos eti-
am reprobari. Dido ſoror Pygmalionis,multo auri & argenti pondere cõgregato,in Afri 45
cam nauigauit, ibiq; urbem Carthaginem condidit: & cum ab Iarba rege Libyæ in coniu-
gium peteretur, pauliſper diſtulit nuptias, donec conderet ciuitatem.Nec multo poſt extru-
cta in memoriam mariti quondam Sichæi pyra, maluit ardere quàm nubere. Caſta mulier
Carthaginem condidit,& rurſum eadem urbs in caſtitatis laude finita eſt. Nam Haſdruba-
lis uxor capta & incenſa urbe, cum ſe cerneret à Romanis capiendã eſſe,apprehenſis ab utro
que latere paruulis filijs,in ſubiectum domus ſuæ deuolauit incendium. Quid loquar Ni-
cerati

A cerati coniugem? Quæ impatiens iniuriæ uiri, mortem sibi ipsa consciuit: ne triginta tyranno
46 rum, quos Lysander uictis Athenis imposuerat, libidinem sustineret. Artemisia quoq; uxor Mausoli insignis pudicitiæ fuisse perhibetur. Quæ cũ esset regina Cariæ, & nobiliũ poetarũ atq; historicorum laudibus prædicetur, in hoc uel maxime effertur, quod defunctum maritum sic semper amauit, ut uiuum: & miræ magnitudinis extruxit sepulchrum, intantũ, ut usq; hodie omnia sepulchra preciosa ex nomine eius Mausolea nuncupentur. Teuta Illyricorum regina, ut longo tempore uiris fortissimis imperaret, & Romanos sæpe frangeret, miraculo utiq; meruit castitatis. Indi, ut omnes penè barbari, uxores plurimas habent. Apud eos lex est, ut uxor charissima cum defuncto marito cremetur. Hæ igitur contendunt inter se de amore uiri, & ambitio summa certantium est, ac testimonium castitatis, dignam morte decerni. Itaq; uictrix in habitu ornatuq; pristino iuxta cadauer accubat, amplexans illud & deosculans, & suppositos ignes, pudicitiæ laude cõtemnens. Puto quæ sic moritur, secundas nuptias nõ requirit. Alcibiades ille Socraticus, uictis Atheniẽsibus, fugit ad Pharnabazum.
47 Qui accepto precio à Lysandro principe Lacedæmoniorũ, iussit eum interfici. Cumq; suffocato caput esset ablatum, & missum Lysandro in testimonium cædis expletæ, reliqua pars corporis iacebat insepulta. Sola igitur concubina contra crudelissimi hostis imperium inter extraneos, & imminente discrimine, funeri iusta persoluit: mori parata pro mortuo, quem uiuum dilexerat. Imitentur matronæ, & matronæ saltem Christianæ concubinarum fidem: & præstẽt liberæ, quod captiua seruauit. Strato regulus Sidonis manu propria se uolens cõfodere, ne imminentibus Persis ludibrio foret, quorũ fœdus Aegyptij regis societate neglexerat: retrahebatur formidine, & gladium quem arripuerat circunspectãs, hostium pauidus expectabat aduentum. Quem iam iamq; capiendum uxor intelligens, extorsit acinacem de manu, & latus eius transuerberauit. Compositoq; ex more cadaueri se moriẽs superiecit, ne post uirginalia fœdera alterius coitum sustineret. Xenophon in Cyri maioris scribit infantia, occiso Abradote uiro, quem Panthea uxor miro amore dilexerat, collocasse se iuxta cor-
3 pus lacerum: & confosso pectore, sanguinẽ suum mariti infudisse uulneribus. Iustam cau-
48 sam regis occidendi putauit uxor, quam amicus nudam amico suo & ignorantem monstrauerat. Iudicauit enim se non amari, quæ & alteri posset ostendi. Rhodogune filia Darij, post mortem uiri nutricem quæ illi secũdas nuptias suadebat, occidit. Alcestin fabulæ ferũt pro Admeto sponte defunctam, & Penelopes pudicitia Homeri carmẽ est. Laodamia quoque poetarum ore cantatur, occiso apud Troiam Protesilao, noluisse superuiuere. Ad Romanas fœminas transeam, & primam ponam Lucretiam: quæ uiolatæ pudicitiæ nolens su-
49 peruiuere, maculam corporis cruore deleuit. Duellius, qui primus Romæ nauali certamine triumphauit, Biliam uirginem duxit uxorem, tantæ pudicitiæ, ut illo quoq; seculo pro exemplo fuerit: quo impudicitia monstrum erat, non uitium. Is iam senex & trementi corpore, in quodam iurgio audiuit exprobrari sibi os fœtidum, & tristis se domum contulit. Cumq; uxori questus esset, quare nunq; se monuisset, ut huic uitio mederetur: Fecissem, inquit illa, nisi putassem omnibus uiris sic os olere. Laudanda in utroq; pudica & nobilis fœmina, & si ignorauit uitium uiri, & si patienter tulit: & quod maritus infelicitatem corporis sui, non uxoris fastidio, sed maledicto sensit inimici. Certe quæ secundum ducit maritum, hoc nõ potest dicere. Martia Catonis filia minor, cum quereretur ab ea, cur post amissum maritum denuo non nuberet, respondit non se inuenire uirũ, qui se magis uellet, quàm sua. Quo dicto ostendit diuitias magis in uxoribus eligi solere, quam pudicitiam, & multos non oculis, sed digitis
50 uxores ducere. Optima sanè res, quam auaricia conciliat. Eadem cum lugeret uirum, & matronæ ab ea quærerent, quem diem haberet luctus ultimum: ait, quem & uitæ. Arbitror, quę ita uirum quęrebat absentem, de secundo matrimonio non cogitabat. Brutus Portiam uirginẽ duxit uxorem, Martiam Cato nõ uirginem: sed Martia inter Hortensium Catonem q; discurrit, & sine Catone uiuere Martia potuit, Portia sine Bruto non potuit. Magis enim se unicis uiris applicant fœminæ, & nihil aliud nosse, magnum arctioris indulgentiæ uinculum

est. Anniam cũ propinquus moneret,ut alteri uiro nuberet, esse enim ei & ætatẽ integram c
& faciem bonam:nequaq̃,inquit,hoc faciam.Si enim uirum bonum inueneto, nolo timere 51
ne perdam:si malum,quid necesse est post bonum pessimũ sustinere? Portia minor cum
laudaretur apud eam quædam bene morata, quæ secundum habebat maritum, respondit:
Felix & pudica matrona,nũquã prætereq̃ semel nubit. Marcella maior rogata à matre sua,
gauderet ne se nupsisse,respondit:ita ualde, ut amplius nolim. Valeria Messalarum soror,
amisso Seruio uiro,nulli uolebat nubere. Quę interrogata cur hoc faceret,ait sibi semper ma
ritum Seruiũ uiuere. Sentio in catalogo fœminarum multo me plura dixisse, quàm exem
plorum patitur consuetudo,& à lectore erudito iuste posse reprehendi.Sed quid faciã, cum
mihi mulieres nostri temporis Apostoli ingerant autoritatẽ: & necdum elato funere prioris
uiri,memoriter digamiæ præcepta decantent? Vt quæ Christianæ pudicitiæ despiciunt fidẽ,
discant saltem ab ethnicis castitatem. Fertur aureolus Theophrasti liber de nuptijs, in quo
quærit an uir sapiens ducat uxorem.Et cum definisset si pulchra esset,si bene morata,si hone
stis parentibus,si ipse sanus ac diues,sic sapientem aliquãdo inire matrimonium,statim intu
lit:Hæc autem in nuptijs raro uniuersa concordant.Non est ergo uxor ducenda sapienti.Pri
mum enim impediri studia philosophiæ, nec posse quenq̃ libris & uxori pariter inseruire.
Multa esse quæ matronarum usibus necessaria sint, preciosæ uestes, aurum, gemmæ, sum
ptus,ancillæ,supellex uaria,lecticæ & esseda deaurata. Deinde per noctes totas garrulæ con
questiones:Illa ornatior procedit in publicum:hæc honoratur ab omnibus, ego in conuen
tu fœminarum misella despicior. Cur aspiciebas uicinam? Quid cum ancillula loquebaris?
de foro ueniens quid attulisti? Non amicum habere possumus,non sodalem. Alterius amo
rem,suũ odium suspicatur.Si doctissimus præceptor in qualibet urbium fuerit,nec uxorem
relinquere,nec cum sarcina ire possumus.Pauperem alere difficile est, diuitem ferre tormen
tum.Adde,quoniam nulla est uxoris electio,sed qualiscũq̃ obuenerit,habẽda.Si iracunda,
si fatua,si deformis,si superba,si fœtida:quodcũq̃ uitij est,post nuptias discimus.Equus,asi D.
nus,bos,canis,& uilissima mancipia,uestes quoq̃ & lebetes,sedile ligneum,calix & urceolus
fictilis probantur prius,& sic emuntur:sola uxor non ostẽditur,ne ante displiceat,quàm du
catur.Attendenda semper eius est facies & pulchritudo laudanda: ne si alteram aspexeris,se
existimet displicere.Vocanda domina,celebrandus natalis eius, iurãdum per salutem illius: 52
ut sit superstes optandũ,honoranda nutrix eius & gerula,seruus,patrimus,& alũnus,& for
mosus assecla, & procurator calamistratus, & in longam securamq̃ libidinẽ exectus spado: 53
sub quibus nominibus adulteri delitescunt. Quoscunq̃ illa dilexerit,ingratis amandi. Si to
tam domũ regendam ei cõmiseris,seruiẽdum est. Si aliquid tuo arbitrio reseruaueris,fidem
sibi haberi non putabit,sed in odium uertetur ac iurgia:& nisi cito consulueris,parabit uene
na. Anus & aruspices & hariolos & institores gemmarũ sericarumq̃ uestium si intromise
ris,periculũ pudicitiæ est:si prohibueris,suspicionis iniuria. Verum quid prodest etiã diligẽs
custodia:cum uxor seruari impudica non possit,pudica nõ debeat? Infida enim custos est ca
stitatis necessitas,& illa uere pudica dicẽda est,cui licuit peccare si uoluit.Pulchra cito adama
tur,fœda facile cõcupiscit.Difficile custoditur,quod plures amant. Molestum est possidere,
quod nemo habere dignetur.Minore tamen miseria deformis habetur, quàm formosa ser
uatur.Nihil tutum est,in quod totius populi uota suspirant.Alius forma,alius ingenio,alius
facetijs,alius liberalitate solicitat.Aliquo modo uel aliquando expugnatur,quod undiq; in
cessitur. Quod si propter dispensationẽ domus & languoris solatia & fugam solitudinis du
cuntur uxores:multo melius seruus fidelis dispensat,obediens autoritati domini,& dispensa
tioni eius obtemperãs, q̃ uxor:quæ in eo se existimat dominam, si aduersum uiri faciat uo
luntatem,id est,quod placet,non quod iubetur.Assidere aũt ægrotanti magis possunt ami
ci & uernulæ beneficijs obligati,quàm illa quæ nobis imputat lachrymas suas,& hereditatis 54
spe uendit illuuiem:& solicitudinẽ iactans,languentis animũ desperatione conturbat.Quod
si ipsa languerit,coegrotandum est,& nunq̃ ab eius lectulo recedendum.Aut si bona fuerit
&

& ſuauis uxor(quæ tamen rara auis eſt) cum parturiente gemimus,cum periclitante torque/
mur.Sapiens autẽ nunc̃ꝫ ſolus eſſe poteſt.Habet ſecum omnes qui ſunt, quic̃ꝫ unquam fue
runt boni,& animum liberũ quocunqꝫ uult,transfert. Quod corpore nõ poteſt,cogitatione
complectitur.Et ſi hominum inopia fuerit,loquitur cum deo.Nunc̃ꝫ minus ſolus erit,quàm
cum ſolus fuerit.Porrò liberorum cauſa uxorem ducere,ut uel nomen noſtrum nõ intereat,
uel habeamus ſenectutis præſidia,& certis utamur hæredibus,ſtolidiſſimum eſt.Quid enim
ad nos pertinet recedentes è mundo,ſi nomine noſtro alius nominetur:cum & filius non ſta
tim patris uocabulum referat,& innumerabiles ſint,qui eodẽ appellentur nomine? Aut quæ
ſenectutis auxilia ſunt,enutrire domi,qui aut prior te fortè moriatur, aut puerſiſſimis ſit mo
ribus? Aut certe cum ad maturam ætatem uenerit,tarde ei uidearis mori? Hæredes autẽ me/
liores & certiores amici ſunt & propinqui,quos iudicio deligas,quàm quos, uelis nolis,habe
re cogaris.Licet certior hæreditas ſit,dum ad uiuis bene abuti ſubſtãtia tua,quàm tua labore
quæſita in incertos uſus relinquere.Hæc & huiuſcemodi Theophraſtus diſſerẽs,quem non
ſuffundat Chriſtianorũ,quorum cõuerſatio eſt in cœlis,qui quotidie dicunt:Cupio diſſolui
& eſſe cum Chriſto? Hæredem nimirum deſiderabit hominẽ,cohæres Chriſti,& optabit li
beros,nepotumc̃ꝫ ſerie delectabitur,quos forſitan ſit occupaturus Antichriſtus,cũ legamus
Moyſen & Samuelem filiis ſuis alios prætuliſſe,nec putaſſe liberos,quos uidebant domino
diſplicere? Cicero rogatus ab Hircio,ut poſt repudiũ Terentiæ,ſororem eius duceret,om/
nino facere ſuperſedit,dicens non poſſe ſe uxori & philoſophiæ pariter operã dare.Illa inte/
rim coniunx egregia,& quæ de fontibus Tullianis hauſerat ſapientiã, nupſit Saluſtio inimi
co eius,& tertio Meſſalæ Coruino, & quaſi per quoſdam gradus eloquentiæ deuoluta eſt.
Socrates Xanthippen & Myro neptem Ariſtidis duas habebat uxores.Quę cũ crebro inter
ſe iurgarentur,& ille eas irridere eſſet ſolitus,quod propter ſe fœdiſſimũ hominem,ſimis na
ribus,recalua fronte,piloſis humeris,& repandis cruribus,diſceptarent:nouiſſime uerterũt in
eum impetum,& male mulctatũ fugientemc̃ꝫ diu perſequutæ ſunt. Quodam aũt tempore
cum infinita cõuicia ex ſuperiori loco ingerenti Xanthippæ reſtitiſſet,aqua perfuſus immun
da,nihil amplius reſpondit, quàm capite deterſo: Sciebam,inquit,futurum,ut iſta tonitrua
hymber ſequeretur. L.Syllę,Felicis ſi non habuiſſet uxorem,Metella coniunx palàm erat
impudica: & quia nouiſſimi mala noſtra diſcimus , id Athenis cantabatur, & Sylla ignora/
bat,ſecretac̃ꝫ domus ſuæ primum hoſtiũ conuicio didicit. Cn.Pompeio Mutiam uxorem
impudicam,quã Pontici ſpadones & Mithridaticæ ambiebant cateruæ,cum eum putarẽt cę
teri ſcientem pati,indicauit in expeditione cõmilito, & uictorẽ totius orbis triſti nuncio con/
ſternauit M.Cato Cenſorius habuit uxorẽ Actoriam Paulã,humili loco natam, uinolen/
tam,impotentẽ,&(quod nemo poſſet credere)Catoni ſuperbã.Hoc ideo dico,ne quis putet
ſi pauperẽ duxerit,ſatis ſe concordiæ prouidiſſe.Philippum regem Macedonũ,contra quem
Demoſthenis Philippicæ tonant,introeuntẽ ex more cubiculũ uxor excluſit irata:qui exclu
ſus tacuit,& iniuriam ſuã uerſu tragico conſolatus eſt.Gorgias rhetor librum pulcherrimum
de cõcordia Græcis tunc inter ſe diſſidentibus recitauit Olympiæ.Cui Melanthius inimicus
eius:Hic nobis,inquit,de concordia præcipit,qui ſe & uxorem & ancillam treis in una domo
cõcordare nõ potuit.Aemulabatur quippe uxor eius ancillulę pulchritudini,& caſtiſſimũ ui
rum quotidianis iurgiis exagitabat. Totæ Euripidis tragœdiæ, in mulieres maledicta ſunt.
Vnde & Hermione loquitur:Malarum me mulierum decepere conſilia.In Lepti urbe ſemi/
barbara,poſita in ſolitudine, moris eſt ut nurus altera die ſocrum ollã mutuũ poſtulet. Cui
illa ſtatim negat,ut ſcias illud uerum eſſe Terentii,quod conſulto ambigue extulit:Quid eſt
hoc? omnes ſocrus oderunt nurus.Legimus quẽdam apud Romanos nobilem, cũ eum ami
ci arguerent quare uxorem formoſam & caſtam & diuitem repudiaſſet,protendiſſe pedẽ,&
dixiſſe eis:Et hic ſoccus quẽ cernitis,uidetur uobis nouus & elegans,ſed nemo ſcit præter me
ubi me premat.Scribit Herodotus,quod mulier cum ueſte deponat & uerecũdiã. Et noſter
comicus fortunatum putat,qui uxorẽ nunc̃ꝫ duxerit.Quid referam Paſiphaen, Clytemne/

ſtram, & Eriphylam:quarũ prima delicijs diffluens,quippe regis uxor, tauri ditur expetiſſe:c
cõcubitus:altera occidiſſe uirum ob amorem adulteri:tertia prodidiſſe Amphiaraũ, & ſaluti
uiri monile aureũ prætuliſſe. Quicquid tragœdiæ tument, & domos,urbes, regnaq; ſubuer/
tit,uxorum pellicumq; contentio eſt. Armantur parentum in liberos manus,nefandæ appo 61
nuntur epulæ:& propter unius mulierculæ raptum, Europa atq; Aſia decẽnali bello confli/
gunt. Quaſdam repudiatas,altero nuptiarũ die ſtatim nupſiſſe legimus. Vterq; reprehẽden
dus maritus,& cui tã cito diſplicuit,& cui tã cito placuit. Epicurus uoluptatis aſſertor(quanq;
Metrodorus diſcipulus eius Leontiũ habuerit uxorem) raro dicit ſapienti ineunda cõiugia,
quia multa incõmoda admixta ſunt nuptijs. Et quomodo diuitiæ & honores & corporũ ſa/
nitates,& cætera quæ indifferẽtia nominamus,nec bona nec mala ſunt,ſed uelut in meditul/
lio poſita,uſu & euentu uel bona uel mala fiunt:ita & uxores ſitas in bonorum malorumq;
cõfinio. Graue aũt eſſe uiro ſapiẽti uenire in dubium, utrum bonam an malam ducturus ſit.
Ridicule Chryſippus ducendam uxorem ſapienti præcipit, ne Iouem Gamelium & Gene/ 62
thlium uiolet. Iſto enim modo apud Latinos ducenda uxor nõ erit,quia Iouem non habent
nuptialem. Quod ſi deorũ(ut putant)nomina,uitæ hominũ præiudicant,offendet ergo ſta/
torem Iouem,qui libenter ſederit. Scripſerunt Ariſtoteles & Plutarchus & noſter Seneca 63
de matrimonio libros,ex quibus & ſuperiora nõnulla ſunt,& iſta quæ ſubijcimus. Amor for
mæ,rationis obliuio eſt,& inſaniæ proximus:fœdum minimeq; cõueniens animo ſoſpiti ui
tium. Turbat cõſilia,altos & generoſos ſpiritus frangit: à magnis cogitationibus ad humilli/
mas detrahit:querulos,iracundos,temerarios,dure imperioſos, ſeruiliter blandos, omnibus
inutiles,ipſi nouiſſime amori facit. Nam cũ fruendi cupiditate inſatiabilis flagrat: plura tem/
pora ſuſpicionibus,lachrymis,conqueſtionibus perdit,odium ſui facit: & ipſi nouiſſime ſibi
odio eſt. Tota amoris inſectatio apud Platonem expoſita eſt, & omnia eius incõmoda Ly/
ſias explicat:quod non iudicio,ſed furore ducatur:& maxime uxorum pulchritudini,grauiſſi
mus cuſtos accubet. Refert præterea Seneca, cognouiſſe ſe quendam ornatũ hominem,qui D
exiturus in publicum,faſcia uxoris pectus colligabat, & ne puncto quidem horæ præſentia
eius carere poterat:potionemq; nullam,niſi alterius tactam labris uir & uxor hauriebãt:alia
deinceps nõ minus inepta facientes,in quæ improuida uis ardẽtis affectus erumpebat. Ori
go quidem amoris honeſta erat,ſed magnitudo deformis. Nihil aũt intereſt,quàm ex hone
ſta cauſa quis inſaniat. Vnde & Xyſtus in ſententijs:Adulter eſt,inquit, in ſuam uxorẽ ama
tor ardentior. In aliena quippe uxore omnis amor turpis eſt,in ſua nimius. Sapiens uir iudi/
cio debet amare coniugem,nõ affectu. Reget impetus uoluptatis,nec præceps feretur in coi
tum. Nihil eſt fœdius quàm uxorem amare quaſi adulteram. Certe qui dicũt ſe cauſa reipu
blicæ,& generis humani uxoribus iungi,& liberos tollere:imitẽtur ſaltem pecudes, & poſtq̃
uxorum uenter intumuerit,nõ perdant filios:nec amatores uxoribus ſe exhibeant,ſed mari/ 64
tos. Quorundã matrimonia adulterijs cohæſerunt:&,ô rem improbã,ijdem illis pudicitiam
preceperũt qui abſtulerant. Itaq; cito eiuſmodi nuptias ſatietas ſoluit. Cũ primũ lenocinium
libidinis abſceſſit,quod libebat euiluit. Nam quid,ait Seneca,de uiris pauperibus dicã,quo/
rum in nomen mariti,ad eludendas leges quæ contra cœlibes latæ ſunt,pars magna condu/
citur? Quomodo poteſt regere mores & prẽcipere caſtitatem,& mariti autoritatẽ tenere qui
nupſit? Doctiſſimi uiri uox eſt,pudicitiam in primis eſſe retinendã:qua amiſſa,omnis uirtus
ruit. In hac muliebrium uirtutũ principatus eſt. Hæc pauperem cõmendat, diuitem extollit,
deformem redimit,exornat pulchram:bene meretur de maioribus, quorum ſanguinẽ furti/
ua ſobole non uitiat:bene de liberis,quibus nec de matre erubeſcẽdum,nec de patre dubitan
dum eſt. Bene in primis de ſe,quã à contumelia externi corporis uindicat. Captiuitatis nulla
maior calamitas eſt,quàm ad alienam libidinem trahi. Viros conſulatus illuſtrat:eloquentia
in nomen æternũ effert:militaris gloria triumphusq; nouæ gentis cõſecrat. Multa ſunt quæ
præclara ingenia nobilitent. Mulieris uirtus proprie pudicitia eſt. Hæc Lucretiã Bruto æqua
uit,neſcias an & prætulerit:quoniam Brutus nõ poſſe ſeruire à fœmina didicit. Hęc æquauit

Corneliam

Cornelia Gracchо: hæc Portiã alteri Bruto. Notior est marito suo Tanaquil. Illũ inter mul-
65 ta regum nomina iam abscõdit antiquitas. Hanc rara inter fœminas uirtus, altius seculorum
omniũ memoriæ, cp̃ ut excidere possit, infixit. Imitẽtur ergo nuptæ Theano, Cleobulinam,
66 Gorgunten, Timocliam, Claudias atq; Cornelias: & cum Apostolum malis mulieribus di-
gamiam uiderint ignoscentem, legant antecp̃ religio nostra fulgeret in mũdo, unicubas sem
per habuisse inter matronas decus: per illas Fortunæ muliebri sacra fieri solitũ, nullum sacer-
67 dotem digamum, nullum flaminem bimaritum: hierophantas quoq; Atheniẽsium usq; ho
die cicutæ sorbitione castrari, & postcp̃ in pontificatum fuerint electi, uiros esse desinere.

IN PRIMVM LIBRVM ADVERSVS IOVINIANVM SCHOLIA

1 Sancti ex urbe) In ipso statim ingressu præparat nos ad causam. Siquidẽ honorifica mentio eorum, qui libros attulerunt Iouiniani, facit huius causam deteriorem. Et cum addit, cuiusdam Iouiniani, cõtemptum autorem & obscurum significat. Porrò fratres accipe, nõ ex hoc genere, quos uulgo fratres appellant, sed olim omnes Christiani fratres inuicẽ appellabant. Epicurum Christianorum) Epicurus philosophus, finem boni constituit in uoluptate, nõ animi tantum, sed etiam corporis: quæ pecudũ est potius, cp̃ hominis. Nacti sunt & Christiani suum Epicurum, Iouinianum, qui tantopere fauerit nuptijs, & esui carnium. Est aũt elegans μεθνομασία, nec mediocrem habet emphasim. Apostolico uigore) In alijs scriptũ erat, rigore: utraq; lectio tolerabilis. Vigor opponitur, molli & languido: rigor, molli & effœminato. Tantis uitijs.) Vbi sunt isti, qui sanctum & Christianum putant rustice dicere? Hieronymus quibus conuictijs insectatur huius infantiam? Quid autem dicturus erat, si sophisticos istos audisset theologos: ad quos collatus Iouinianus, Messala uide
2 ri queat? Totus enim tumet) Exponit ipse, quare copularit hæc inter se pugnantia, tumere & iacere. Tumebat, quia affectabat grandiloquentiam: iacebat quia deerant nerui. Solent enim infelices affectatores in proximum incidere uitium. Ita qui grandes uideri student euadunt turgidi. Qui pressi, ieiuni & frigidi. Parturiunt montes.) Versus est Horatij ex Arte poetica, referens apologum Aesopicum. Prisci rudescp̃ mortales, cum forte terram intumescentẽ uidissent, concurrerunt: expectantes ut ingens
3 aliquod mõstrum nasceretur. Tandem prodijt mus, magno omnium risu. Quæ res in prouerbiũ abijt. Est autem uersus Horatianus ex Arte poetica, in scriptorem tumido utẽtem exordio, cum cætera non respondeant: Vt scriptor, inquit, Cyclicus olim: Fortunam Priami cantabo & nobile bellum: Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu? Parturient montes, nascetur ridiculus mus. Quin & apud rhetores inter uitiosa ponitur exordium elaboratum. Non sani esse hominis) Annexuit Persianũ uersum è Satyra tertia. Est autem mira exaggeratio insaniæ, cum rem ait eiusmodi, ut insano quoq;, qualis fuit Orestes, uideatur insana. Nam est in fabulis, Orestem, ob interfectam matrem, à furijs ultricibus agitatum fuisse. Plautinarum literarum) Nam apud hunc quispiam cũ literas resignatas, quod inepte scri
5 ptæ essent, nõ posset legere, iocatur ad hunc modum. Locus est in Pseudolo, sic habens Has quidẽ pol credo, nisi Sibylla legerit, interpretari alium posse neminẽ. Sibylla uates erat, quæ diuinare posset, quid esset scriptum. Furiosas Apollinis uates) Plato triplicem posuit furorem: uatum, poetarum, & amãtium. Dat sine mente sonum) Nam correpti à numine proloquuntur quod ipsi non intelligunt. Hemistichium est Maronis. Heraclitum) Is philosophus fuit Ephesius, σκοτεινός, id est, qui nullo præceptore fuerat usus. Affectauit obscuritatem in scriptis, cum posset si libuisset, perspicue rem explicare. Vnde cognomen additum σκοτεινός, id est, tenebricosi. Ad huius libros intelligendos Socrates dixit, δεῖται δηλίου νυμβύτου, id est, opus esse Delio natatore. Cum hydrope laboraret, adijt medicum, rogans num ex hymbri posset facere siccitatẽ. Ad nostrum αἰνιγματιστήν.) Aenigmatistes Græcis est,
4 qui loquitur per ænigmata, rescp̃ per se dilucidas data opera obscurat: cuiusmodi sunt carmina Lycophronis apud Græcos. Satisfacto inuitatis) Apparet Iouinianum ita finxisse, quasi sermo superioris libri sit habitus in conuiuio. Quemadmodum fecit Macrobius & Athenæus. Et huius libri sermo sit habitus postridie apud amicos. Et ob eam causam dixerat paulò ante, hesternam crapulã ructans euomuit. Est enim & hoc Epicuræum, in conuiuijs & in hortis philosophari. Quancp̃ hoc loco pro satisfacto, quidam habebant satisfacio. Quid aũt attinet huius hominis sententiam uelle exponere, quam Hieronymus negat se percipere potuisse? Tum sermo est adeo barbarus, adeo incõpositus & insulsus, ut non solũ indoctum, sed uel ebrium, uel phreneticum loqui putes: qui nec ipse sua uerba intellexerit. Diuino tamen hunc illius esse sensum: Posteacp̃ heri satisfeci meis conuiuis, refellens ac diluens quæ mihi falso obijciebantur: non quo mihi famam ac gloriam ea pararem disputatione, sed ut calumniatorum suggillationibus nomẽ meum purgarem. Nunc obsecro neophytos, hoc est, nouitios Christianos, qui nuper plantati in Christo, & adhuc ueluti teneræ quædam arbusculæ sunt, quicp̃ iam per baptismum abluti sunt à uitijs, ut me constanter audiant, nec cedant ullis hæreticorum uocibus. Siquidem ecclesia Christi his tribus ducibus munita defensacp̃ est: fide, spe, charitate. Et idcirco in hac nullus est tã infans

quin possit discere, sed omnes dociles sunt. Et Christi fides quæ est in ecclesia, nec ui potest expugnari, c
nec dolis opprimi. Hoc operę libuit sumere, quo magis rideret lector, utcunq; intellectis Iouiniani uer-
bis. Pro obsecro, quidam codices habebant obsero, præsertim uetusti, quam lectionem non improba-
mus: ac tum hic erit sensus: Heri refelli calumnias, nunc instituam nouitios Christianos: quæ est audiē-
tia cōmunita agminibus. Est autem hoc unum Iouiniani dogma: qui semel in baptismate renatus sit, à
diabolo non posse superari. Quod descriptionis dedecus) Eleganter lusit deprauatione uerbi, dede
cus ponens pro decus. Est enim & hoc iocandi genus, ut cū pro Tyberio dicimus Biberium, pro Clau d
dio Caldium, pro Tullio Tollium. Hippocratis uinculis) Hippocratem pro quouis medico posuit,
ac ridicule quidam hoc loco nodum in scirpo quærunt. Quæ res) Nempe uerba sacra scripturæ ad
mixta. Hic autem proponit summam argumenti. Marcionis & Manichæi.) Marcion Cerdonis do
gma fere sequebatur. Manichæus Persa quispiam eius hæreseos autor, docebat, ut si quis uellet uti con-
iugio, conceptum tamen & generationem deuitaret. Atq; ita prorsus damnauit nuptias, cum id prohi
buerit, cuius causa matrimoniū est institutum: autor Augustinus in Catalogo hæresiarcharum. Nec
Taciani principis) Encratitæ dicti sunt à temperantia, quod abstinerent à carnibus, & ab omni coitu:
nec recipiebant in numerum suorum uel marem uel fœminam utentem coniugio, nihil interesse putan
tes inter coitum coniugatorum, & aliam quamuis libidinis speciē. Testis diuus Augustinus. Paulus
architectus) Locus est in priore ad Corinthios epist. cap. iij. Hic palam Hieronymus indicat aurū, argen
tum, & lapides pertinere ad recte facta: lignum, fœnum, stipulā pertinere ad opera mala. Hoc obiter ad
monui, quod quidam recentiores hunc locum secus exponant, nimirum non de duplici genere bono-
rum & malorum, sed de gradibus bonorum operum. Honorabiles nuptias) Ita Paulus ad Hebræos
cap. xiij. Honorabile cōnubium in omnibus & thorus immaculatus: Fornicatores enim & adulteros 6
iudicabit deus. Sed ita nuptias) Hic constituit cōtrouersiam, & quid in summa sit acturus, ostendit.
Iouinianus æquabat nuptias uirginitati: Hieronymus nuptias nō damnat, sed eas tertio ponit loco, uir
ginitatem primo. Triginta referuntur ad nuptias) Locus est apud Matthæum cap. xiij. Christus in
parabola seminantis, triplicem differentiam proponit bonæ terræ: quæ trigecuplū reddat, quæ sexage
cuplum, & quæ centuplum. Maximus numerus pertinet ad uirginitatem, medius ad uiduas castas, mi
nimus ad honestum matrimonium. Quidam iniquiores nuptijs, centenarium numerū referunt ad mar
tyrium, proximum ad uirginitatem, tertium ad uiduarum cōtinentiā, excluso matrimonij statu. Quam
opinionem diuus Hieronymus non admodum execratur, in cōmentarijs hunc euāgelistæ locum enar-
rans: & illic, ut semper, amore pudicitiæ durior in nuptias. Quidam, inquit, nostrorum centesimū fru- d
ctum ad martyres referunt. Quod si sunt sancta cōsortia nuptiarū, cur excluduntur à bono fructu: Cum
ait: si sunt, non affirmat: nisi, si, coniunctionem accipias ratiocinatiue. Nam & ipsa digitorum cōiun 7
ctio) Veteres non solum notulis quibusdam numeros significabant, uerum etiam gestu digitorū, quos
aut explicabant, aut contorquebant, & in aliam atq; aliam figuram uariabant. Ac fuisse quidē huiusmo
di signandorum numerorum rationem, facile multis ex locis deprehenditur. Cæterum quæ nam ea fue
rit, id non perinde facile sit explicare. Etenim Donatus explicans illum Terentij locū in Adelphis: Nun
quam quisq; ita bene subducta ad uitam ratione fuit: admonet poetam ad uetustū numerandi morē re-
spicere, qui complicandis aut subducendis digitis constabat. Clarius aūt Plinius lib. xxxiiij. cap. vij. de
Iani statua loquens: Præterea, inquit, Ianus geminus à rege Numa dicatus, qui pacis bellicq; argumēto
colitur, digitis ita figuratis, ut trecentorum quinquagintaquinq; dierū nota, per significationem annui
temporis, & æui se deum indicet. Item Macrobius Saturnalium lib. primo, similia ferme de Iano prodi
dit, quanq; numerorum ratione parū consentiente cum Plinio, sed scriptura, sicut opinor, uitiata. Præ-
terea Iuuenalis in Satyra decima de Nestore loquens, quem poetæ fingunt ætates uixisse treis. Felix ni
mirum, qui per tot secula mortem Distulit, atq; suos iam dextra cōputat annos. Simile quiddam colligi
tur ex epigrāmate Græco, quod Nicādri fertur titulo. Η πολιὴ κροτάφοισι κονιηλαὲς, ἡ πολύμυθος γεραιὰ,
δὶς πὰρ νέστωρ ἐκ ἔπι προβύπαβος. Η φάος ἀθρήσασ' ἐλάφρα πλέον, ἡ χιὲι λαιῇ γῆρας ἀριθμεῦσ' ὀβδοήκοντα,
ζώσ', ἡβᾷ λύσασα, καὶ ἀρτίπος, οἵατε νύμφη. Ως με διστάζειν, μὴ πέπονθ' ἀϊδίης. Quorū carminū hic est sensus
si quis forte Græce nesciat: Cana illa uertice Cocyttaris, illa multiloqua anus, propter quā Nestor non
iam natu maximus, illa quæ lucē aspexit diutius ceruo, illa quæ manu leua senectutē numerare iterū cœ
pit, uiuit, & uidens, & integris pedibus, ueluti sponsa: adeo ut dubitē, ne quid acciderit Orco. Apuleius
in Apologiæ secūda oratione, in aduersarium, qui dixisset, mulierē quadraginta annos natam nupsisse
cum non esset maior annis uiginti, scribit ad hūc modum: Quid multis: ut cum quadruplatore agam,
bis duplum quinquēnium faciam, uiginti annos semel detrahā. Ac paulo inferius: O mendaciū uiginti
annorum exilio puniendum. Dimidia tanta Aemiliane mentiri, falsa audeas sesquialtera: Si triginta an
nos pro decē dixisses, posses uideri pro cōputationis gestu erasse: & quos circulare debueras digitos,
aperuisse. Cum uero quadraginta, quæ facilius cæteris, porrecta palma significantur, ea quadraginta in
dimidio auges, non potes digitorum gestu erasse: nisi forte triginta annorum Pudentillam ratus, binos
cuiusq; anni consules numerasti. Ex his uerbis tametsi nonnihil deprauatis, licet colligere Pudentillam
uiginti annos fuisse natam cum nuberet, & totidem ferme annos cū Apuleio uixisse. Quod si nupsisset
quadrage-

A quadragenaria,iam oportebat esse sexagenariam, duplicatis consulibus, si triginta putasset annorum. Nec desunt qui ferant,extare Bedæ libellum,in quo huiusmodi numerandi ratio tradatur:uerum eum nondum potuimus nancisci.Quanq; non usq;adeo ad rem theologicam pertinet auxie hęc disquirere, quod Hieronymus eleganter magisq; serio uideatur id ad sensum Euangelicum detorquere. Nec em uerisimile est, eandem supputandi rationem fuisse apud omnes nationes. Atqui ista ratio non aliunde quam ab Hebræis erat petenda,quibus proposita fuit parabola, non à Romanis, unde Hieronymus, opinor,est mutuatus.Quin huiusmodi res ætatibus quoq; nouantur.Quandoquidem his quoq; temporibus extat huiusmodi supputatio,sed longe diuersa ab ea, quã ætate Hieronymi colligimus in usu fuisse.Sanè nec ex Plinio,nec ex Macrobio quicq; potest elici certum,quod ad hanc rem pertineat.Ex Apuleio & Iuuenale nonnihil conijcere licet,sed multo magis ex ipso Hieronymo. Primum illud satis perspicuum est,hanc supputandi rationem,duabus in rebus potissimum constitisse,in mutanda manu & gestu digitorum.In dextra numerabant usq; ad quinquaginta.Deinde in sinistra usq; ad centũ.Rursus ad dexteram redibatur,uelut alterius initium centenarij. Inde Nestorem fingũt treis hominum ætates uixisse,quod annum centesimum esset egressus, hoc est duas ętates,& tertiam ingressus.Proinde dictum est à poeta:Atq; suos iam dextra computat annos,nempe numero à sinistra reciprocante in dextram.Atq; anus illa denuo cœpit in sinistra numerare senectutem,quod iam centum annos esset præter gressa,& tertiam pentecontadem aggrederetur. Et triginta circulatis digitis notari solere, satis indicat Apuleius:quod Hieronymus complexum & cõiunctionem digitorum uocat. Ac rursus hic numerus duplicabatur,si coniunctos ac circulatos digitos superiore digito pressisset aliquis:uerum id non in eadem manu,sed in leua,quanq; eisdem digitis, sed aliter compositis:ut intelligas, aliquid esse affinitatis matrimonio cum uiduitate.Porrò uirginitas ueluti nouo numero redit ad dextram, & centenarium incipit numerum,ceu circulo quodam recurrẽs ad id unde cœptum erat, hoc est, ad naturã incorruptam in qua conditi sumus. Quanq; haud me præterit, quibusdam eruditis uiris diuersam esse sententiam, existimantibus à sinistra numerum incipi:in qua numeratis nonagintanouem,ita demum ad dextram trãsiri.Cui sanè nec ipse refragor admodum, imò propemodum mihi magis probatur q̃ illa superior, quod satis quadret:Primum ad illud Iuuenalis:Atq; suos iam dextra computat annos.de Nestore,qui ad centesimum peruenerit annum.Deinde ad Græcum epigrãma quod citauimus,de anu,quæ iterum exorsa esset in sinistra numerare ætatis annos,utpote iam annum egressa centesimum. Postremo cum ipsius Hieronymi uerbis pulchre conuenit,ex quibus palàm est,digitis in leua molliter cõiunctis,signi
B ficari triginta. Rursus hos ipsos coniunctos si premas superiore digito,significari sexaginta.Postremo ijsdem digitis circulatis & uelut in coronã collectis,ut in triginta,sed iam in dextra,repræsentari numerum centenarium.Tantum coniecturis utcunq; colligere licuit,& satis arbitror ad huius intellectum loci.Cui data sit copia codicis,fortassis apud Bedam super hac re compertiora reperiet. Attigit Hieronymus & in epistola ad Gerontiam de monogamia,sed leuiter ac paucis. Cum enim uix adhuc.)Mire
8 lusit hac metaphora,& item sequentibus:nam & cursus nautarum dicitur. Noue autem dixit prohibere:cum Ciceroni magis placuerit inhibere,quemadmodũ ipse testatur in Epistolis ad Atticum. Nam prohibemus ne quid fiat:inhibemus,quod iam cœptũ est,ne progrediatur. Loquendi æstus)Aestus est fluxus ac refluxus maris. Sinus contraham.) Sinus carbasorum sentit,unde & sinuosa uocantur. Iam nunc)Vt subito mutauit metaphoram,planeq; duriuscule. Balista.) Bellicum est instrumentum,quo trabes funibus adducta,magno impetu telum, aut simile quippiam emittit. Spiris maculosi corporis)Habent hoc serpentes,ut in metu conuoluto corpore caput tegant: quo læso, sciant sibi pereundum.Spiræ dicuntur tortuosi flexus funium. Dicit.) Quatuor dogmata Iouiniani proponit per diuisionem:deinde per enumerationem ostendit, se primum ad hæc responsurum testimonijs diuinæ scripturæ:deinde adhibiturum literas seculares. Pythagoram)Is deterruit ab esu carnium,nouo commento,quod diceret hominum animas in brutorum animantium corpora demigrare: unde peri-
9 culum esse,ne forte cum gallum occidis,patris animam uioles. Platonem) Hic à uulgi uoluptatibus semper auocat ad amorem eorum quæ semper sunt. Et uoluptatem appellauit τὸ λέλεαρ τῶν κακῶν, id est,escam malorum, quod per hanc mortales in omnem miseriam pelliceantur. Aristidem.) Is ob uitæ integritatem uulgò iusti cognomen meruit, & ob huius cognominis inuidiam ostracismo in exilium actus est. Aristippo.) Tribus laudatis opponit treis illaudatos. Aristippus Cyrenæus fuit philosophus,Socratis auditor,sed ubiq; uoluptatem amplectens. Hic est quem Diogenes solitus est appellare canem regium. Epicuro.) Et hic assertor est uoluptatis. Alcibiadi.) Hunc opposuit Aristidi, corruptum integro, diuitem pauperi. Sicut Epicurum opposuit Platoni, quod hic uoluptatem ceu rem pestiferam detestetur: ille asserat, ut fontem summi boni. Aristippum opposuit Pythagoræ, quod ille uiueret holusculis, hic regiæ mensæ canis fuerit. Prima,inquit,dei serui.)
Refert nonnihil,ut admonet etiam Fabius,quomodo proponãtur aduersarij rationes.Nam Hieron-
10 mus ita refert argumenta Iouiniani, ut sic commemorasse propemodum sit diluisse. Et per ordinem) Hoc dixit per ironiam:nihil enim attinebat ad probationem ille catalogus, nisi si quis fortè non crederet humanum genus primum usu matrimonij fuisse propagatum. Iste,inquit, est Enos.) Et hoc

His de rebus compertiora quædã habes in appendice huius cõmentarij.

habet irrisionem. Nec enim ob matrimonium isti tantopere deo placuerunt,sed ob pietatem, etiam si sic euenit,ut habuerint uxores. Prior trigamus)Quia treis habuit uxores:quarum prima fuit Sarai, C
postea dicta Sara,ex qua iam senex suscepit Isaac. Secunda Agar,ex qua sustulit Ismaelem. Tertia Cetura,ex qua plures habuit liberos. Quanquam Hieronymus in Hebraicis traditionibus, testatur quibusdam Ceturam eandem esse cum Agar: quæ mortua Sara,in ius transierit uxoris, uidelicet ne iam decrepitus aliena ætate lasciuisse uideatur. Intantum,inquit,sciebat)Stultum hoc epiphonema Ioui niani risit,quasi deus gignat filios,non maritus. Iudam quoq;)Is fuit unus ex filijs Iacob,qui primogenito filio suo Her, uxorem dedit nomine Thamar,sed Her ob impietatem suam occisus est à domino. Iussit itaq; pater Onam natu secundum Her maximum,suscipere fratris uxorem:ille cogitans liberos qui nascerentur,fratri imputandos,non sibi,semen effudit in terram. Et hunc itaq; percussit dominus ob tam execrabile facinus.Locus est Geneseos cap.trigesimooctauo. Dedita opera)In hoc erat malicia:nam fieri potest & casu. Vxorium Nazarenum) Quod damnandũ erat in Sampsone,id ille stulte laudarat. Vxorius dicitur,uxori addictior:quod Sampson indulserit Dalidæ, amantiũ more. Et hunc tamen miris effert præconijs,qui reprehensionẽ merebatur. Debborã quoq; replicat)De Deb
bora & Barach legis iudicum cap.iiij.De Iahel quoq; legis eodem capite. Quod absq; uirginitatis bo II
nis)Nec hoc sine naso dictum est:quid enim ad uirginitatis negociũ pertinet,si qua non uirgo facinus aliquod strenuum quomodocunq; designauit? Fidem patris)Quod damnandum erat in Iepte,laudat:quod in uirgine laudãdum.damnat.Ille impie uouerat,& impie occidit.Illa dolet ut Iudæa, nullam ex se relictam sobolem. Ephod Bad) אפוד Ephod Hebræis sonat uestis genus,& בד Bad lineum. Et his subest tacita irrisio.Quid enim Ephod Bad ad uirginitatẽ facit? Quasi quis nesciat omnes sacerdotes ueteris instrumenti habuisse uxores. In area collocat)Nihil hic recensetur ab Hieronymo sine 12
tacita irrisione.In area dixit,pro in Catalogo,quod ea spicas sublegisse legatur. Centũ præputijs)Hac lege Saul pactus est Michol filiam suam uxorem,si Dauid adduxisset centum præputia Philistęorum, ut legis lib. Regum primo,& item secundo.Odiosius aũt rem explicauit,præputijs quasi ea fuerit dos: & concubitus dicitur,non matrimonium. Imaginem uult esse)Ridiculum est,imaginẽ non conueni re cum eo quod repræsentat.Solomon enim uxorius fuit,Christus uirgo,& uirginum princeps. Solo mon in hoc quod pacificus fuit,gessit Christi typũ,non in hoc quod uxorius. Deus iudicium)Psalmus est septuagesimusprimus. Hieronymus ostendit hunc non quadrare prorsus in Solomonem,nec conuenire,quod is non maneat cum sole & luna.Solus enim deus manet in æternum. Dabitur ei de
auro)Primũ,quid aurũ Arabiæ ad nuptias,de quibus hic agitur? Deinde,qui quadrat in Solomonem D
adorari semper? Ac repente)Nempe à regibus ad prophetas & ætatibus disiunctos. Atq; obiter no 15
tat duram digressionem. Elisæum uxores)Stulticiam uocant rhetores,ubi quis adducit ea, quæ non solum nihil conferunt ad causam,uerumetiam quæ nocent: ut hoc exemplum Eliæ & Elisæi,quorum uterq; caruit uxore.Deinde quid spiritui domini cũ nuptijs,quas instituerat laudare? Quintilianus admonet,ne quid extra causam dicamus.Nam quicquid superfluum est,uel hocipso officit,quod onerat auditorem.Quanto igitur stultius ea congerere, quæ contra te faciant? Obijcit & Origenes stulticiam Celso. Amodo filios faciã)Velut illud ex laudibus esset consequens,ut Iouinianus quoq; daret operam liberis,posteaq; Ezechias uir tantus habuit uxorem. Sed Ezechias nec admodum laudatur in sacris literis,& filium reliquit illaudatum:ut legis lib.quarto,cap.xxi.Alluſit autem ad id quod est in cantico Ezechiæ:Pater filijs notam faciam uoluntatem tuam:pro quo septuaginta uerterant:Ab hodie filios faciam,qui annunciabunt iusticiã tuam,ut indicat Hieronymus enarrãs Esaiæ cap.xxxviij. Iosi 14
am uirum)Sub Iosia rege,Helchias sacerdos reperit in templo librũ legis domini, qui datus fuerat per manũ Moysi.Sic eñ Paralipomenõ lib ij.cap.xxxiiij. Ab Holda uxore)Holda erat uates,cuius maritus dictus est Sellum,quem Helchias de libro reperto consuluit:ut legis eo quem modo diximus loco.

Daniel quoq;)Quid hoc stultius oratore,qui castitatis exempla profert in laudẽ matrimonij? Repente trãscendens.)Rursum notat durã transitionem à ueteri testamento ad nouum,tot in medio relictis Et socrum eius)Locus est Lucæ cap.iiij. ex quo cognoscimus Petro fuisse uxorẽ,qui socrum habuerit.Est enim socrus uxoris tuæ mater. Certe cessat hic)Scilicet diluit,quod è Paulo poterat obijci, sed omnia stulte. Sic enim agit, quasi Paulus pugnantia scripserit,ut alter locus alteri debeat cedere, ac uelut abrogari. In locum rhetoricum.) Hic enim mos oratoribus, post molestam argumentationem expatiantur in locum amœnum, quo reficiant auditorem, & tædium abstergant. Hæc omnia cum ironia dicuntur ab Hieronymo. Facit apostropham.) Apostrophe est, cum uertimus sermonem ad alteram personam uel absentem. Nihil autem fingi poterat hac apostropha stultius. Eius 15
dem ecclesiæ membrum)Stultissima conclusio,quasi uero non sit discrimen inter membrum & membrum. Non tangere.) ἅπτεσθαι, hoc est,non habere commercium cum uxore, & abstinere à matrimonio.Tangimus enim à quo non abstinemus.Ne quis duntaxat accipiat de contactu digitorũ,quod tamen sic aliquoties uiolente interpretatur Hieronymus in laudem pudicitiæ.Sic Vergilius de matrimonio loquens:Et taleis non tangere curas. Si bonum est.) Meo quidem iudicio Paulus hoc loco non accipit bonum,ut opponatur proprie uitio,sed bonũ est,dixit,pro expedit:& malum uocat,quod

incommodum

A incommodum est. Sicut dicimus, bonus bello, & malus urbi, pro utili & inutili. Alioqui non consequi
tur necessario, præsertim in contrarijs, quæ medium recipiunt, ut admonet diuus Augustinus: quan
quam id quoq; dialectice magis quàm grauiter. Esto, non consequatur iuxta rationem dialecticam, cer
te consequitur hoc loco accedentibus circunstantijs. Etenim si quis rogatus, utrum expediat iter ingre
di sarcinis onustum, an absq; sarcinis: respondeat, bonum est expeditum iter ingredi, nonne palàm sen
tit alteram partem de qua tacet, aut incommodam esse, aut certe eiusmodi, ut de ea pronunciare non au
sit: Deinde cum colligit incommoda coniugij, non commemorat flagitia quæ matrimonio coniuncta
sint, sed necessitatem & occupationes, quibus auocentur à libertate Christiana. Mithram & Erich
16 thonium) De Erichthonio meminit Vergilius libro Georgicôn tertio: Primus Erichthonius currus &
quatuor ausus iungere equos: De quo Seruius hanc asscribit fabulam: Vulcanus impetrato a Ioue Mi
neruæ coniugio, illa reluctante, effectum libidinis proiecit in terram. Inde natus est puer draconteis pe
dibus, qui appellatus est Erichthonius, quasi de lite ac terra procreatus. Nam ἔρις lis est, χθὼν terra. Ap
paret autem ex Hieronymi uerbis, ad cõsimilem modum natum fuisse Mithram, semine genitali saxis
excepto, Quanquam ea fabula mihi nondum comperta est apud autores, nisi forte apud barbaros hu
iusmodi quippiam traditum est de Mithra Persarum deo, de quo libros æditos postea citat Hierony
mus, & nos in priore uolumine nõnihil attigimus. Et Petra Christi) Respexit ad nomẽ Petri. Nam
πέτρα Græcis lapis est. Multiplicis gratiæ ποικίλης) Id est, uariæ. Non enim significat copiosum,
sed diuersi generis diuersiq; habitus. Quod enim uarijs coloribus aut gemmis distinctum sit, id Græci
ποικίλον uocant. Sunt autem uaria dona spiritus. Etsi imperitus) Seruit causæ suæ, quanquam alias
non semel affirmat, Paulum non calluisse Græci sermonis elegantiam, adeo ut grammatices etiam fue
rit ignarus, qui coniunctioni μὲν non reddiderit suam comitem δέ. De Epimenide.) Ex Epimenide
17 sumpsit illud: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, uentres pigri. Ex Menandro: Corrumpunt bo
nos mores colloquia prauа. Ex Arato sumpsit illud in Actis apostolorum: Cuius & genus sumus.

Candidatus fidei.) Candidati uocantur, qui nondum assequuti sunt honorem, sed ambiunt, & spes
est eos assequuturos esse. De luto extulit) Nonnulli codices habebant, excreuit. Nam excernere, est
separatum ab alijs ejcere: unde & excrementa uocantur. Vide num legendum sit, eruit. Ἀγωνοθέτης)
Ita Græci uocant eum qui certamini præsidet, propositis præmijs. Hunc Latini munerarium appellãt.
Nam munus uocãt aliquoties spectaculum exhibitũ populo, ueluti gladiatorum. Lignum aridum)
Esaias capite quinquagesimo sexto. Et non dicat Eunuchus: Ecce ego lignum aridum. Ac paulò post:
18 Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum & nomen melius à filijs & filiabus. Abdemelech)
B Huius eunuchi opera Hieremias eductus fuit è lacu, sicut legis Hieremiæ capite tricesimo octauo.
Spado ille) Eunuchi uocãtur, quod essent custodes cubilis uxorij: Spadones, quod exectis genitalibus.
De hoc eunucho baptizato à Philippo, legis in Actis apostolicis cap. octauo. Viri nomen) Sic enim
refert Lucas: Et ecce uir Aethiops eunuchus, cum inter se pugnent uirum esse, & esse eunuchum.

Adhos & Clemens.) Hic tertius fuit Romanæ ecclesiæ pontifex, secundum aliquos quartus. Etiam
si Petrus hunc sibi iusserit succedere: uerũ is mortuo Petro, cessit Lino & Cleto modestiæ gratia, haud
iuxta mores horum temporum. Vtinam huius uiri lucubrationes extarent. Simulq; significantia)
Quam Græci uocant ἐμφασιν, ea est peculiaris quædam uis & proprietas uerborum aut sermonis,
quæ sentiri possit magis quàm explicari. Et quod malorum) Nam fugitiui serui habebantur in com
pedibus, & notis inurebantur. Horatius item amicam compedem uocat. Tenetq; grata compede uin
cum. Et Seneca de uxore: Stulti est compedes suas quamuis aureas amare. Lusit in hac materia) Lu
dere dicuntur, non solum qui rem non seriam agunt, uerumetiam qui sese exercẽt. Vnde ludus, in quo
exercentur artes. Ita ad Augustinum scribens, optat ut sine dolore mutuo ludant in campo scriptura
19 rum. Explicauit) Testatur & in huius Catalogo, hunc scripsisse librum hexametro uersu, in quo uir
ginitatem & nuptias fecerit inter se decertantes. Ita concludens) Hæc non habebantur in ullis exem
plaribus, unà cum quatuor uersibus sequentibus: Συζυγίαν ποθέοντες, ὅμως γε σέφασι κάρηνον παρθενίης,
χρυσὸς δὲ δοδοὺς ὑφαίνει ἀμφοτέροισι, τὴν μὲν δεξιτερῇ πυκάσει ἐγγύθι χειρί, τὴν δ' ἑτέρην λαιῇ, κῦδος ἀέξει, καὶ
τὸ μέγιστον. Quæ quo planius intelligantur ab omnibus, ad uerbum quoad licet, transferemus: Coniu
gium desiderantes, tamen coronant caput uirginitatis. Christus autem qui dat præmium utriscq;, hanc
quidem ad dextram assistere faciet, prope manum: alteram uero ad leuam. Honos autem & hic maxi
mus. Verum hos uersus quoniã offecimus, à studioso quodam audacius quàm rectius asscriptos, non
uisum est in contextum referre. Quibus enim uerbis) Græca sic habent: Τὸ δὲ πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν
συμφέρον λέγω, οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω, ἀλλὰ πρὸς τὸ εὐσχήμον καὶ εὐπρόσεδρον τῷ κυρίῳ ἀπερισπάστως. Ho
rum sententiam explicuit modo Hieronymus: ad uerbum ita reddi possunt, si quis forsitan hoc requi
rat: Hoc autẽ ad uestram ipsorum utilitatem dico, non ut laqueũ uobis injiciam, sed ad honestatẽ & assi
dentiam domino indiuulse. Hæc asscripsi, ut intelligat lector quamobrẽ Hieronymus dixerit Græcam,
20 sententiam non posse cõmode reddi Latine. Quod honestũ & decorum) Nam utrunq; significat εὔσχη
μον, à σχῆμα figura, & εὖ bene: quasi dicas, cõpositũ & boni habitus: unde ἀσχήμονες dicũtur, qui se gerũt
indecore. Et intẽte facit) Ita reddit εὐπρόσεδρον, quod ferme sonat bonã assidẽtiã siue adhærẽtiã. Et

expectare

expectare paratam)Paratum haud dubie legẽdum est,ut referatur ad expectantẽ, non ad uoluntatem. c
Secundũ ecclesiasten)Nempe capite tertio: Vide,inquit,afflictionem quam dedit dominus filijs hominum,ut distendantur in ea. Aut ruendi)Nempe in fornicationem. Sed prudentiæ librat)Cum expẽdit pro causarum ratione,quid minus aut magis expediat. Et erunt,inquit,duo in carnẽ unam) Locus hic haud dubie nõnihil deprauatus est à librarijs:restituetur ad hunc modum,ut legas:Et erunt, inquit,duo in carnẽ unã,nõ in duas,non in treis,neq; in quatuor:alioqui iam non duo,sed plures.Nam Hieronymus notat hoc uerbũ,unam.Et ad cõsimilem modum citat hũc locum in libro ad Gerontiam de monogamia,quod & illic in scholijs annotauimus. Primus Lamech)Hic primus omnium digamus fuit,& fratricida secũdus à Cain.Legis de hoc Geneseos cap.iiij. Cataclysmi) κατακλυσμός diluuium siue inundatio Græcis. Quàm sancta sit digamia)Per ironiam accipiendum est. Succidentis nuptias repetitas)Repeti dicitur ad quod reditur.Ita mare repetitur, aut patria. Secundas agamus) Prima syllaba acuta pronunciandum est, ἄγαμος, id est,cœlebs,& expers matrimonij. Circuncidit Timotheum)Legis in Actis apostolorum cap.xvi.sed addit propter Iudæos, quod omnibus notum esset Timotheum natum esse patre gentili. Rasit in se caluitium) Legis in Actis apostolorum capite uigesimoprimo, quemadmodum Paulus ob plebis tumultum consilio Iacobi assumpserit quatuor uiros uoti reos, cumq; illis caput raserit. Nudipedalia) De quibus & Iuuenalis: Obseruant ubi festa mero pede sabbata reges. Comam nutriuit) Quod erat Nazareorum,& nutritam totondit.
Totondit in Cenchreis)Nempe uoti causa,sicuti legis in Actis apostolorum capite decimooctauo.
Quomodo igitur)Hic aperit discrimen inter Paulum & alios asserentes legem Moysi.Paulus exercuit aliquoties legis ceremonias,sed coactus & inuitus:cum sciret alioqui nihil ad rem pertinere,cæteri putabant hæc oportere coniungi cum Christo. In passione desiderij) Passionem,animi morbum uocat τὴν πάθεα,quod alij affectum. Non esse bonum duplicem numerum)Prima numeri compositio est in dyade:uerum is numerus accedẽte uno, ad simplicitatẽ suam redit.Quaternarius bis compositus est:unde hic erat numerus mulieris in coniugio.Ternarius uiri,quod illa corpus, hic animum repræsentet.Corporea composita sunt,animus simplex & incompositus, ut indicauit & Martianus Capella libro primo De nuptijs Philologiæ & Mercurij. Si autem transfertur Enos &c.)Locus est perplexus,aut deest aliquid,aut supersit. Nisi malueris fateri,Hieronymum memoria lapsum,quod mihi iam fit uerisimile.Neq; enim Enos translatus legitur,sed Enoch:nec de Enoch scriptũ est,quod primus inuocauerit dominum,sed de Enos:uti legis Geneseos quarto,iste cœpit inuocare dominũ. Iam quod addit Hieronymus, de quo Paulus in epistola ad Hebræos plenissime docet,Apostoli sermo non quadrat in alium quàm in Enoch.Hunc locum quemadmodum indicare licuit,ita licuisset & restituere.Ad d
monuimus tamen si quid sagax lector uel ex ingenio suo,uel ex uetustis codicibus queat deprehendere Et ω reuoluit ad alpha)ω Græcis extrema litera est,alpha prima, Vnde præcipuos ac summos alpha uocant. Martialis:Alpha penulatorum.Finis legis Mosaicæ,initium erat Euangelij. Et in Monte Galaad) Hic extructus est aceruus testimonij, monumentum fœderis inter Iacob & Laban: ut habes Geneseos capite decimotertio. Mesopotamiæ possessor)Opponit Mesopotamiam campestrem & humilem,monti in quem iam ascenderat Iacob,ad ardua tendens. Ad torrentem Iaboch)Deuado Iaboch,quo transmisso Iacob luctatus sit cum angelo,legis Geneseos capite trigesimosecundo.Significat illi tum denicq; commutatum nomen, posteaquam libido in eo fuit extincta. πλατὺ νεῦρον.) Id 25
est,latus neruus. Historiæ ordinem confundere)Hac loquendi figura usus est & alibi,licet noua Latinis. Si soror uirgo)Legis de his Leuitici capite uigesimoprimo.Etiam si hoc loco citatio diui Hieronymi,nostra æditio, & Græca exemplaria nonnihil discrepant in sententia. Hoc obiter admonendum putauimus,quo docti,quibus plusculum ocij fuerit,hunc locum diligentius expendant.Apparet pro patris & frater,legendum fratris & frater.Hoc pacto quomodo ipse ad fratris exequias,ita frater iubetur ad eam accedere.Quanquam si frater omittatur,nihil obstiterit:æquatur enim innupta uirgo fratri,quod ad funeris honorem attinet. Luter in tabernaculo) λουτὴρ à lauando,quod Latini labrum indidem uocant,eo uerbo usa est æditio nostra uulgata.Locus autem est Exodi triceſimooctauo.
Quasdam lineas) Translatum à pictoribus,qui primum imaginem lineis extremis signant, deinde coloribus inductis exprimunt. Secundum epistolam)Legis capite primo: Commonere autem uos uolo, scientes semel omnia, quoniam Iesus populum de terra Aegypti saluans secundo, eos qui non crediderunt perdidit. In unum tumulum)Ita melius quàm cumulum. Vult enim uideri sepulta præputia.Locus est Iosue quinto. Nomen loci Galgala.) Id quidam interpretantur,collem præputiorum. At Galgal aiunt significare rotam siue reuolutionem. Duodecim lapidum) De his legis in eodem libro capite quarto,& admonuimus alibi. In tubis sacerdotalibus)Quomodo septem sacerdotibus, septem item tubis canentibus corruerint muri Hiericho: legis Iosue capite sexto. Quos le- 24
sus) Quinq; reges, quinq; sensus corporis interpretatur: quos Iesus interficit in his qui spiritu ducuntur,non carne.Historia est Iosue capite decimo. In partitione)Nempe in monte,& in monte Ephraim. Non in uicenario)Pro Rachel pactus erat seruitutem septem annorum:supposita Lia,rursus alteros septem duxit, anno uigesimo fugit. Historia est Geneseos capite uigesimonono. Infaustus
est

A est)Quia par & compositus. Decas autem ex paribus est numeris. Et uenditus est Ioseph)Nam Ioseph uiginti aureis uenditus est fratribus, ut legis Geneseos capite tricesimoseptimo. Quanquam hic Hieronymus sequutus est æditionem Septuaginta,qui argentum uerterunt in aurum. Et quom diligit Esau) Sic habes Geneseos cap. trigesimosecũdo: Separabat de his quæ habebat munera fratri suo, capras ducentas,hircos uiginti,oues ducentas, & arietes uiginti,camelos fœtas cum pullis suis triginta,uaccas quadraginta,tauros uiginti,asinas uiginti & pullos earum. Sed in decimo) Quia mortuus est natus annos centum & decem. Centenarius ex decem constat decadibus, & decas ex decem henadibus. In Thamnatsareh)Ciuitas est Iesu Naue in monte sita,quo loco & sepulchrum illius olim ostendebatur. Montis Gaas)Bene opponitur Aquiloni,à qua parte uenit omne malum. גַּעַשׁ Gaas Hebræis sonat commotionem. Ανακεφαλαιώσει) Id est,recapitulatione, quam Græci uocant etiam epilogum: Latinis quoq; recepto nomine, quo summatim rerum capita repetuntur. Et legitur) Nempe Iosue capite ultimo. Vidit tantum) In monte Nebo, in uertice Phasga procul aspexit terram: sed in campestribus sepultus est, Deuteronomij capite ultimo. Contra domum idoli.) Idem enim mons appellatur בֵּיתפְּעוֹר Bethphegor בֵּית Beth autem domus est, פְּעוֹר Phegor idoli nomen est. Mons est Moabitarum, in quo Balam conatus est maledicere populo Israelitico. Errore Encratitarum)Hæretici sunt abstinentes ab esu carnium,& ab omni coitu,de quibus iam diximus.

Sine matre, ἀγνωπελόγητος Quod perinde ualet ac si dicas, cuius originis ordo reddi non possit. Nam composita sunt etiam quæ præcesserunt, sine patre, sine matre, ἀπάτωρ, ἀμήτωρ. Ducentis præputijs)De centũ legimus in libris Regum. Sed primo Regum capite decimooctauo quod ex Philistijm ducentis interfectis retulerit ducenta præputia Sauli. Primum pro Merob centum: post ducentis pro Michol. Ita Hieronymus aut quisquis fuit alius in quæstionibus in libros Regum. Sunamitidis puellæ) De Abysac sentit, quam Dauid senex sibi asciuit,quo cum ea dormiens incalesceret

Tempus in collecto est) ὁ καιρὸς συνεσταλμένος, id est,tempus contractum est,quasi dicas,in angustum adductum & coartatum. Stulte in Catalogo) Non accipit hic stulte uulgari more,sed iuxta id quod rhetores usurpant. Nam & stulticiam appellãt uitium oppositum ei uirtuti,quam Fabius appellat consilium: ea committitur, cum orator ea dicit, quæ officiunt suæ causæ, de quo superius admonuimus. 26 Amodo filios faciam.) Sic enim uerterant Septuaginta uersum cantici Ezechiæ: Ab hodie filios faciam,qui anũciabunt iusticiam tuam. Cur autem decepti sint interpretes,causam aperit Hieronymus,exponens Esaiæ cap.xxxvij. Ex illa dei sententia.) Esaiæ cap. xxxix. Quem locum explanans B Hieronymus,admonet idem quod hic dicit de tribus pueris euiratis. De tyrannorum pueris)Sic habent Hebræi, בְּרִתְמִים parthomim: quã uocẽ Hieronymus uertit in tyrãnos,ut ipse testatur. Hoc Hebræi referunt ad Ezechiã,de cuius stirpe uolunt pueros hos descẽdisse,ut admonet Hieronymus, enarrans primum huius prophetæ caput. Iuxta hypothesin) ὑπόθεσις Græce suppositionem sonat,cum exempli causa fingimus esse quod non est. Locus autem est Ezechielis cap.xiiij. γυνὴ apud Græcos) Vtrum apud Latinos aliquando maritum significat,aliquando marem: ita γυνὴ apud Græcos nunc sexum significat,nunc coniugem. In periodis) περίοδος circulus,aut circuitus est. Indicat hoc opus in circulis hominum haberi,non in concilio ecclesiastico. Nam Petri nomine ferebantur complura opuscula,quæ non comprobauit autoritas ecclesiæ. Sed probabilius est,Hieronymum sentire de libro Clementis apocrypho quod Itinerarium Petri inscribitur. Similis liber ferebatur titulo Lucæ, cui titulus 27 erat, περίοδοι Pauli & Theclæ Si eum uolo sic esse) Quanquam dissentiebant exemplaria,tamen satis liquet ex uestigijs, Hieronymum citasse locum ut habent Græci: Si eum uolo manere, & non sic eum,quemadmodum nunc uulgò legunt. In nonnullis tamen germana scriptura erat integra.

Quod & nos in libro)Sic habet: Quarto decimo igitur anno, secundam post Neronem persecutionem mouente Domitiano,in Pathmos insulam relegatus, scripsit Apocalypsim, quam interpretantur Iustinus martyr,& Irenæus. Interfecto autem Domitiano, & actis eius ob nimiam crudelitatem à senatu rescissis, sub Nerua principe redit Ephesum: ubi usq; ad Traianum principem perseuerans, totas Asiæ fundauit rexitq; ecclesias. & confectus senio,sexagesimooctauo post passionem domini anno mortuus, iuxta eandem urbem sepultus est. Sine ira & cogitationibus) Græce est, χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ, id est, absq; ira & disceptatione. Quod tamen aliquoties uertitur in cogitationem, ut 28 illic: Euanuerunt in cogitationibus suis. Locus autem est primæ ad Timotheum capite secundo.

Non enim ut male habetur) Vox hæc σωφροσυνὴ Græcis significat aliquando sobrietatem siue temperantiam,aliquando modestiam aut uerecundiam,aliquando pudicitiam,quod ista fermè cohæreant. Quanq; bene habebat sobrietas, sed Hieronymus captat commodum argumentationis suæ, & torquet hanc dictionem ad patrocinium partis suæ. Cur addidit si permanserint.) Hinc palàm est 24 nos deprauate legere locum hunc: si permanserit,quasi referatur ad mulierem. Et Græce est, ἐὰν μείνωσι, id est,si manserint,numero multitudinis: refertur enim ad filios. Et cariem) Radix putris est & sordida,sed ob utilitatem toleratur,quod flores & poma hinc nascantur. Multinubũ)Finxit uocem ridiculam,qua tamen usus est alibi quoq;. Græcis est πολύγαμος, à multitudine coniugiorum. Qui non litigat cœlebs est) Cœlebs qui caret uxore. Significat non abesse litem, si adsit uxor. In domo

eius

eius)Nam uiri dicuntur ducere,quod in ædes sponsi abduceretur uxor.Talem inducit Terẽtius Chremetem in Phormione. Atqui hoc periculum)Hic locus uarie fuerat deprauatus. In nonnullis sic habebatur:Ac per hoc periculum imminet,ferri graue est.In alijs sic: Ad hoc periculum memet ferri graue est.Restituimus ad hũc modum:At qui hoc periculum in memet fieri graue est. Retulit enim haud dubie uerba Chremetis ex Andria Terentiana:At istud periculum in filia fieri graue est Periculum autem uocat experimentum. Adam,hoc est,hominem)Id enim sonat Hebræis אָדָם Adam,ab אַדְמָה Adama terra,unde finxit illum deus. Locus quẽ hic notat, est Geneſis capite primo: Masculum & fœminam creauit eos. Physiologos)Id est,qui de rerum naturis disputant. Ἀμφιδέξιον)Vocatur qui utrauis manu pro dextra utitur:id quod paucis uiris contingit, mulierum nulli. Quidam codices habebant ἀμφοτεροδέξιον. De Aoth legis Iosue capite tertio. Λύπασμός) Id est, dealbatio,à uerbo λυκαίνω. Hebræi candidum uocant לְבָן Laban. Hermon) Mons Hebræis ita dictus, idẽ Saron Sidonijs. Amorræis Sanir:ut legis Deuteronomij tertio.Interpretationem nonnihil torquet Hieronymus. Duntaxat iuxta)Locus est apud Zachariam capite octauo. In uirginitate concentus)Quod infinita grana pomum hoc mire concinnata complectitur. Alma) עַלְמָה Alma Hebræis puellam sonat,ætatem magis significans quàm integritatem,ut putant plerique,quanquam dissentiente Hieronymo. Cæterum בְּתוּלָה Bethula dicitur puella, dum adhuc est intacta uiro. נַעֲרָה Naara autem ætatem duntaxat significat,nõ integritatẽ. Sed cum epitasi) ἐπίτασις intensio siue uehementia,à uerbo ὠθτείνω. In clerũ allegunt)Id est,cooptant. Vnde allecti in senatum dicuntur,quibus est datus locus in senatu. Νηφάλεον) Quod utrunq; significat Græcis,& sobrium & uigilantem,quod hæc duo fermè cohæreant: & νήφειν sobrium esse & uigilare, hoc est, attentum & diligentem esse. Σώφρονα) Agit suum negocium Hieronymus, ut par est in pugna: alioqui nihil uetat, quo minus σώφρονα sobrium interpretemur. An biberit ignoretur) Vt æque sobrius sit à potu atq; ante potum.

Cum omni castitate) Græce est σεμνότητος, quæ uox ut est uaria, significat uerecundiam & grauitatem ac seueritatem morum, qualis est in uirginibus & in adolescẽtibus pudice ac probe institutis.

Lucerna dei)Sic enim legimus primo libro Regum capite quarto de Heli:Nec poterat uidere lucerna dei,antequam extingueretur. Sunt ferentarij) A ferendo dicti, qui in militia ferrent pugnantibus cibum, aut potum, aut qui leuibus instructi armis, auxilium ferebant sessis. Miles gregarius) Dicitur non insignis, sed undecunq; collectus,ad explendum numerum. Et manipuli) Manipulus est manus militum parua & unum sequens signum. Terentius: Et manipulus furum. Commissa pugna)Eleganter:nam proprie committi dicuntur,qui conserunt manus. Cessent lupæ) Lupas hic meretrices uocat. Συμπληγάδας) Angustias uocat.Sunt enim duæ insulæ,de quibus fabulis proditum est eas aliquando concurrisse,quod angusto spatio inter se dissitæ,procul intuentibus colliси uideantur: Vnde & nomen habent apud Græcos. Clausis,quod dicitur)Id est,nullo iudicio,nulloq; delectu. A lusu quodam sumptum,in quo duo obtectis oculis congrediebantur pugnaturi,qui à concursu Andabatæ dicti uidentur. De his copiosius dictum est in Chiliadibus prouerbiorum, & superius meminimus Officium est mandere) Expressit elegantiam uerbi:nam mandere,non est idem quod edere, quemadmodum uulgò putant, sed cibum dentibus comminuere:inde cibum mansum uocamus,& nutrices præmandunt cibum pueris. Tuæ non intumescunt) Nam hæc sunt peculiaria sexui fœminino. Turgent papillæ,renes dilatantur, & pectus est angustius,ut intelligas adoleuisse ætas. Vox obsoletior)Obsoletum uocat minus tenerum & exile.Iam enim recenset signa masculi.

Sermo ferocior)Id est,minus supplex,minusq; blandus.Quidam habebant fortior, sed ferocior mihi magis arridet. Inimicitia est in deum)Hinc palàm est,à nobis corrupte legi,inimica est deo.Nam Græca sic habent ἔχθρα εἰς θεόν:Quanquam cœperant & hunc deprauare locum scribæ,qui nihil non corrumpunt. Rationabile obsequium) τὴν λογικὴν λατρείαν, id est cultum siue sacrificium,non brutum,quale mactabant Iudæi bouem aut hircum, sed rationis particeps, hoc est ipsum hominem,quod iam sæpius admonuimus: quoniam quidam nimium sæpe perperam citant hoc Pauli dictum: Alluſit autem Paulus ad quarundam gentium morem, apud quas humana uictima litabatur, id si à nobis fiat eo modo quo Paulus sentit, nulla uictima deo gratior. Vt male in Latinis) Torquet nonnihil hunc locum Hieronymus ad commoditatem suæ causæ: Nam hic certe magis quadrat uertere,modestiam uel sobrietatem,quàm pudicitiam, εἰς τὸ σωφρονεῖν, id est ad hoc ut sobrij sint & modesti,non insolẽtes & elati.Locus est in epistola ad Romanos cap.xij. Nec agitur illic de pudicitia, sed de cõcordia, quæ non cõstat inter elatos, sed inter modestos. Nox præcessit) Lego processit, nõ præcessit. Nam processisse dicitur,quod in suo tempore progressum est & cõsenuit.Est enim Græcis προκόπτειν. Nuptiatoribus meis)Hac uoce usus est & alibi,quam cõtumeliæ causa confinxit, à uerbo nuptiari,ut à iuuene iuuenari dixit Horatius. Subant ad coitum) Nonnulli habebant sudant, sed Subant arbitror ab Hieronymo fuisse scriptum,qui in consimili sententia eodem alibi quoq; est usus uerbo. Est autem subare,suum more ad coitum tumultuari.Reperitur in eum sensum apud Plautum & Horatium. Verbum est obscœnius & ad exaggerandam rei turpitudinem adhibitum, Benignitas,bonitas)χρηστότητα uertit benignitatem ἀγαθοσύνη bonitatem. Hic Pauli locus habetur nõnihil diuersus apud theologos,ut

A logos,ut indicauimus in noſtris Annotationibus. Continentia.) Ita reddidit ἐγκράτειαν, quam fere
34 temperantiam uertere ſolemus. Ad caſtitatem pertinentia,) Sic apparet eum reddidiſſe Græcam uo
cem, πρόσφιλῆ. Niſi quod ſuſpicor, à ſcribis charitatem uerſam in caſtitatem. Vulgata æditio habet amabilia. Vna domus Philippi.) Hic erat Euangeliſta unus è ſeptem, in urbe Cæſarea, cui domi alebantur quatuor uirgines filiæ prophetantes, in huius domum diuertit Paulus, ut legis in Actis apoſtolicis cap. xxi. Centurionem Cornelium.) Hunc Cæſareæ baptizauit Petrus admonitus uiſo, primum è gentibus. Non eſt differentia.) Græcis eſt παλιγγενεσία, quod nos legimus tranſmutatio.

Qui poſt carnem.) Locus quem reddit, eſt in epiſtola Iudæ cap. i. Et dominationes deſpiciunt.) Græcis eſt κυριότητας. Significat homines publica præditos autoritate. Locus eſt ij. Petri ij. Legendum autem dominationem, quemadmodum ſcripſit Apoſtolus. Eadem uox ſimili modo uſurpatur in epiſtola Iudæ. κυριότητα δὲ ἀθετοῦσι. Et addit δόξας δὲ βλασφημοῦσι. glorias appellans homines dignitate ac maieſtate præcellentes. Verba trutinantem.) Alluſit ad illud Perſianum, quod dictum eſt in faſtuoſum, & arroganter ſua uerba promentem. Atq; exporrecto trutinantur uerba labello. Ad candidas ueſtes.) Olim pullis ueſtibus utebantur monachi: Nam candidis uti aulicum erat ac triumphale. Notat autem & Auguſtinus in libello ad Quoduultdeum, Iouinianum, quod à monachorum inſtituto ad reliquos clericos deſciuiſſet. Quod ne fieret in ſuis, olim ſtatuerat, ſed poſtea coactus mutauit decretum, quod mallet languidum, quàm extinctum: ut ipſe teſtatur in ſermone quodam ad populum de ſuis clericis. Ad mulſum & elaboratas.) Mulſum uinum eſt factitium, nempe melle dilutum, id quod olim mire in delitijs erat. Carnes elaboratas arte appellat contuſas, ut ſorberi quoq; poſſint, non ſolum edi. Ad iura Apitij.) Apitius nobilis eſt inter artifices gulæ. Cuius meminit Plinius & Iuuena
35 lis. Extant hodieq; Apitij lucubrationes de condiendis cibis. Paxami.) Et is fuit apud Græcos, quod Apitius apud Romanos. Scripſit libros de condiendis obſonijs, de tincturis, atq; huiuſmodi de rebus, quæ ad luxum & uoluptatem pertinent. Huius meminit Suidas. Ad balneas.) Olim inituri conuiuium prius utebantur balneo, uel calido, uel frigido. Ab his delitijs abſtinebant monachi. Ac fritillas.) Quidam habebant fritículas, uide num legendũ ſit fritillos, ut intelligas alearum luſum, quanquam fritillum inuenio, pro cibi genere frixo. Et olim frixa in delitijs erant, ſequitur enim de popinis. Et
36 purpuram eius coloris.) Hoc ſanè loco duo uerba, eius coloris, mihi uidentur ſupereſſe, fortaſſis addita ab interpretari uolente. Legendum arbitror: Et purpuram putat regna cœlorum, hoc eſt, ſummum bonum exiſtimat purpura ueſtiri, niſi mauis de cibo oſtreorum accipere, quod paulò ante uentris memi
B nit. Nam antiquitus oſtreorum eſus in luxu ponebatur, teſte Iuuenale: Oſtrea callebat primo deprehendere morſu. Atq; ſuperior ſenſus hoc magis arridet, quod ſuperius de candidis ueſtibus meminit, non de purpura. Porrò purpura non ſolum colorem ſignificat, uerumetiam ipſum piſcem, è cuius ſuco purpureo colore lanæ inficiuntur. Atalantam.) De hac puella proditum eſt in fabulis, quod inter plurimos præſtanti uirtute iuuenes Calydonium aprum prima uulnerauerit, cuius amore poſtea captus eſt Meleager, is qui aprum confecit. Addidit autem Hieronymus Calydonium, quo diſtingueret à cæteris, quod plures inueniantur huius nominis. Harpalicen quoq;.) Hæc patrem à Getis captum, incredibili celeritate liberauit, Hebro flumine tranſmiſſo. Nam à celeritate curſus, nomen quoq;
37 à Græcis inditum uidetur puellæ. Inſignis poeta.) Vir tam ſanctus ac doctus, ut honorifice citat Maronem etiam in diſputatione Theologica. Depingit autem hanc Aeneidos libro primo, ad hunc modum: Virginis os habitumq; gerens, ac uirginis arma Spartanæ, uel qualis equos Threiſſa fatigat Harpalice, uolucremq; fuga præuertitur Hebrum. Namq; humeris de more habilem ſuſpenderat arcum, Venatrix, dederatq; comam diffundere uentis, Nuda genu, nodoq; ſinus collecta fluentis. Hæc aſſcripſi, quod Hieronymus hypotypoſin notarit, cum ait, deſcribit. Volſcorum Camillam.) Hæc uirago ductrix Volſcorum, Turno duci Rutulorum aduerſus Troianos auxilio fuit: quam Vergilius undecimo Aeneidos libro, miris effert laudibus, quo quidem ex loco hoc deſumpſit hemiſtichium, quod hic citat: O decus Italiæ uirgo. Chalcœcus.) Id cognomen inditum erat Palladi Spartanorum, ſiue quod ædem haberet æream, ſiue quod à Chalcidenſibus fuerit extructa, χαλκὸς æs ſonat, οἶκος domus. Non extat hæc hiſtoria apud ullum ſcriptorem, qui ſuperſit quod ſciam, Nec mirum, cum omnes ferme rerum ſcriptores perierint. Res autem ipſa ſatis liquet ex Hieronymi uerbis, cum publica peſte laboraretur, & conſulti uates reſpondiſſent, immolata uirgine placandam eſſe deorum iram, Chalcœcus ultro ſeſe ad mortem obtulit. Simile quiddam legimus de filiabus Erichthei uirginibus, quarum duæ, nempe Protogenia & Pandora, ſe pro liberanda ab hoſtibus patria mactandas obtulerunt. Has uirgines ap
38 pellãt Hyacinthidas, quod in pago, cui nomen Hyacintho, fuerint interfectæ. Cæterum pro illa Leo, forte legendum Philolai, aut aliud ſimile. Nam mihi quidem locus uidetur non uacare mendo. Iphigenia.) Filia fuit Agamemnonis, quam immolauit in Aulide, cum illic collecta Græcorum claſſe, per uentos non liceret adire Troiam. Extat ſuper hac re Euripidis tragœdia, quam nos olim Latinam fecimus.

Quid referam.) Nam & Vergilius Cumanam illam honoris cauſa uirginem appellat. Non ulla laborum ò uirgo noua mi facies inopinaue ſurgit. Aeolici genere ſermonis.) Quinq; feruntur ſermonis ſpecies, quas Græci uocant διαλέκτους, Ionica, Dorica, Attica, Aeolica, & communis. Aeoles ſua

lingua pro θεὸς dicunt σίος. Porrò βολὴ consilium significat, quod illi fortè mutant βυλὴ. Quando quidem Aeolicum est e diphthongis alteram abijcere uocalem, & cõduplicare cõsonantes immutabiles: Vnde pro θεοβόλη, σἰοβύλη dicunt illi, quod ita fermè sonat, quasi dicas diuini consciã consilij. Succurrit hoc loco ridere Suidã, aut quisquis is fuit hominúmue deúmue, qui Sibyllã scripserit uocem esse Romanam. Cassandra.) Filia Priami, quam urbe Troiana capta adamatam secum abduxit Agamemnon: eam Euripides Phœbada uocat in Hecuba, quod uates esset Apollinis & futuri præscia. C

Chrysin.) Lego Chrysein. Chryses sacerdos & uates erat Apollinis, cuius filiã Chryseidem habebat Agamemnon, Quamobrem iratus Apollo pestem immisit in exercitũ Græcorum, ut tandem suo malo coactus sit puellam restituere. Iunonis uirgines.) Cum ipsa maritum habeat, tamen à uirginibus quædã eius sacra peragi mos erat. Dianæ Tauricæ.) Nam huc raptã legimus Iphigeniam uirginem, & deæ eius loci in sacerdotẽ adoptatã. Huic sacrificabat corporibus humanis. Vestæ.) Vestales uirgines Romæ instituit Numa, quæ primis decem annis discerent ritus sacrificiorũ, alteris exercerent, tertio decennio docerent. Quibus annis exactis permittebãtur nubere, uerũ præmonitæ nuptias fore inauspicatas. Has sacris & ceremonijs honorabiles fecit. Minutia.) Virgo Vestalis, primum suspecta propter mundiorem iusto cultũ: deinde insimulata apud pontifices ab indice seruo, cum decreto eorũ iussa esset sacris abstinere, familiamq; in potestate habere, facto indicio, uiua sub terram defossa est ad portã Collinam dextra uia strata. Loco nomen inditum ab incestu, campus sceleratus. Ita Liuius Dec. primæ lib. octauo. Eis de uia cedere.) Honoris causa de uia cedere & hodie mos est, præsertim apud Italos. Claudia uirgo Vestalis.) Meminit huius historiæ T. Liuius Decad. iij. lib. ix. Item Ouidius in Fastis. Meminit & Valerius Maximus, lib. viij. cap. de reis infamibus. Suetonius in duodecim Cæsaribus. Plinius in lib. De uiris illustribus recenset ad hunc modum: Hanibale Italiam deuastante, ex responso librorum Sibyllinorum mater deũm è Pessimonte accersita, cum aduerso Tyberi ueheretur, repente in alto stetit: & cum moueri uiribus nullis posset, ex libris cognitũ est, castissimæ demum fœminæ manu moueri posse. Tum Claudia uirgo Vestalis falso incesti suspecta, deam orauit, ut si pudicam sciret, sequeretur: & zona imposita nauim mouit, simulacrum matris deũm aduexit. templum ædificauit Nasica, qui uir optimus iudicabatur. Lucani poetæ patruus.) Senecã intelligit Neronis præceptorem, cuius hęc de Claudia sententia est. Sentit autem hoc ipsum esse infelicitatis genus, fuisse in uirgine quod eguerit patrocinio numinis ad purgandã infamiam impudicitiæ. Nam Vestalem ita castam oportet esse, ut nec falsus rumor ullus de illa possit oriri. Virginem collocarint.) De Erigone sentit, quæ inter leonem & libram habet locum, aristam manu gestans. Hanc quidam esse putant iusticiam, quæ offensa uitijs mortalium, postea se receperit in cœlum. Magna iniuria.) Ironice dictum est. Siquidem ueteres illi qui fabularum inuolucris omnia contexerũt, huiusmodi monstris cœlum expleuerunt. Nam est scorpius inter Zodiaci signa, à quo fingunt occisum Orionem. Est & Centaurus, quem sagittarium uocant, quanquam est & alius centaurus, Chiron præceptor Achillis. Cancrũm autem fingunt à Iunone inter Zodiaci signa collocatũ, quod hic à mari progressus, Herculis cum hydra depugnantis pedem momorderit. Aegocerotem uocat, quem Latini appellant Capricornũ, ad Græcæ uocis imitationem. αἲξ enim capra dicitur, & κέρας cornu. Porrò numerus festiuitatis gratia commutatus est, cum horum animantiũ singula tantum sint in Zodiaco. Contruserint.) Mira emphasis in ipso uerbo. Nam contrudere est, cum locus deest, tamen infulcire quempiam, quod Græci uocant πεβύσαι, quasi dicas confulcire. Indignum enim uidetur, cum uirgo locũ habeat amplum, uxori aut marito nec inter monstra illa locum quantumuis angustum datum esse. Dum Phidonem necassent.) Meminit huius Herodotus in Eratone, indicans fuisse tyrannum Argiuorũ, & Græcorum omnium insolentissimum appellat, à quo mensuras & pondera reperta tradit Eusebius. Verum hoc loco magis apparet, ciuem quempiã fuisse Athenienſem, cum opinor, qui nauale fabricatus est mille capax nauium. Celebratissima historia est, Athenienses ab Euagora Lacedæmoniorum duce uictos, triginta tyrannos in urbem recepisse, qui Alcibiade ac Theramene interfecto, omnia cædibus ac uiolentia miscuerunt, quos deinde Thrasybulus sustulit. Vide lector, num forte legendum sit Philonem, non Phidonem. Nam huius meminit Plutarchus in uita Syllæ, qui armamentarium Athenis extruxerit opere admirando. Demotionis Areopagitarum.) Lamiacum bellum appellat, quod circa Lamiam urbem gestum sit, ea est in Thessalia. Spartiatæ & Messenij.) Mamertiam appellat regionem omnem ad Mamertum oppidum pertinentem. Aristoclides Orchomeni tyrannus.) Orchomenum Bœotiæ pars est. Aristomenes Messenius.) Hic dux Messeniorum diu Lacedæmoniorum hostium uictoriam remoratus est. Scedasi filiæ.) Est apud Plutarchum in Amatorijs narrationibus. Scedasus quidam pauper ac probus habitabat in Leuctris. Ei duæ fuerunt filiæ. In harum amorem exarserant duo Spartani iuuenes, à Scedaso hospite excepti: uerum pudore cohibiti sunt, ne quid in eas molirentur. At eódem redeuntes absente iam Scedaso à filiabus nihilominus excepti sunt, ceu noti iam hospites. At illi uim inferunt puellis, quas cum conspicerent non passuras eam cõtumeliam inultam, interfectas ambas in puteum conijciunt. Pater cũm frustra magistratus Ephoros atq; item reges ad ultionem solicitasset, sibi mortem conscíuit. Qua quidem ex re grauissima clades accidit Lacedæmonijs. Quod autem

tem

A tem ait Hieronymus, in Leuctris Bœotiæ, ad loci situm explicandum est dictum; & ad historiæ fidem pertinet, nam Leuctra uicus est Thespiensis. Porrò Thespia Bœotiæ pars est. Sciolus quispiã pro Leuctris mutarat lecturis. Deinde quod ait: Quo ore laudatæ, significat hanc rem summis laudibus ab eloquentissimis scriptoribus fuisse celebratam. Quod autem nonnihil uariat Hieronymus à Plutarcho, nil
43 mirum est, quandoquidem ne de nominibus quidem uirginum conuenit inter autores. Et Locridas uirgines nõ tacere.) Locri populi sunt Italiæ, ex Græcis tamen oriundi. Apud hos mos erat, ut quotannis uirgines aliquot religionis causa mitterentur ad Troiam. Porrò tam longum iter, & religionis prætextus, solet alijs labendi dare occasionem. Septem Milesias uirgines,) Olim Gallorum gens, nõ Italiam modo, uerum etiam Græciam peruasit, unde & Galatarum & Gallograeciæ uocabula. Nicanor uictis Thebis.) Rem ipse diuus Hieronymus clarius explicat, quàm ut sit aliter explicanda. Tantum lector annota emphasim & auxesin, ex contentione contrariorum. Qui tam potentem uicit ac subuertit urbem, & tam multos uiros superauit, ab una uirgine superatus est. Porrò Nicanor hic prefectus fuit Alexandri, cuius mentionem facit libro secundo. Budda.) Gymnosophistæ, philosophorum est genus apud Indos, de quo mira produntur apud autores. Horum origo refertur ad Buddam quendam, quem ob sapientiæ miraculum fingunt prodigioso more natum. Mineruam.) Est in fabulis Mineruam, quæ eadẽ Pallas, è cerebro Iouis natam fuisse, cui deæ placuit perpetua uirginitas. Et Liberum.) Hunc bis natum fingunt, primum è matre, quanquam nondum perfecto fœtu, deinde rursum è femore
44 Iouis. Doctissima Græcia.) Addidit honorificum epitheton, ut ostendat hæc à doctissimis uiris non temere fuisse conficta. Perictionen.) Hæc fabula celebris fuit apud Græcos, Aristonem Platonis, ut putant, patrem frustra conatum cõgredi cum Perictione sponsa, cum esset formosissima, quod in somnijs uidisset Apollinem cum ea coeuntem. Proinde abstinuit ab uxore, quoad pareret Platonem, ex Apolline scilicet conceptum. Ita Laertius, citans eosdem autores, quos hic citat Hieronymus. Diodorus Socraticus.) Socraticum appellat, ut distinguat ab historiographo, Huic tribuit Syllogismi, qui cognatus dicitur, inuentionem, & Chronius per contumeliam dictus est, quod in conuiuio propositis ab alio quodam quæstiunculis, non potuit ex tempore respondere. Sectæ fuit Stoicæ. Philo Carneadis magister.) Et hoc addidit ut distingueret à Philone Iudæo. Ilia uirgine.) Hęc eadem & Rhea Syluia uocatur, Numitoris filia. Eam Amulius per honoris speciem, uirginem Vestalem legit, quo perpetua uirginitate spem partus adimeret fratri, cuius regnum occuparat. Verum hæc cum incerto patre concepisset, finxerunt ex Marte grauidam factam. Autorem autem urbis Romulum uocat, qui Romam con-
B didit, & eius gentis princeps fuit. At dicet quispiam, quid hæc fabulosa ad uirginitatis commendationem? Plurimum haud dubie. Nam ut maxime conficta sint, tamen in hoc conficta sunt à doctis, ut excellentiam uirorum aut mulierum, huiusmodi natiuitate illustrarent. Vnde cõsequitur, ethnicos quoq;
45 nescio quid magnum ac diuinum tribuisse uirginitati, alioqui non ista ficturos. Dido soror Pigmaleonis.) Reliqua nota sunt ex Aeneide Maronis. Illud unum annotandũ, Hieronymum hic in eadem esse opinione, in qua fuit Macrobius, qui in quinto Saturnalium libro, testatur hanc historiæ partem de amore Aeneæ à Vergilio fuisse confictam. Nam illam sibi manus iniecisse, ne pateretur damnum pudoris. Et diuus Augustinus in Confessionum libris, indicat adeo non fuisse uerum, quod tradidit Vergilius, ut Dido & Aeneas seculis quoq; fuerint disiuncti. Et rursum eadem urbs.) Mira argutia: per transitionem exempla duarum fœminarum connexuit. Nam Hasdrubalis.) Hunc deuicit Scipio, quanquam hoc quoq; aliquanto secius refert Valerius Maximus libro Rerum memorabilium tertio, capite secundo. Nempe Carthagine capta uxorem Hasdrubalis indignatam, quod is soli sibi uitam impetrasset, neglecta uxoris ac liberorum incolumitate, sese cum tribus filijs in ignem coniecisse, sed prius exprobrata uiro impietate. Niceratí coniugem.) Hos triginta tyrannos Lysander Lacedæmoniorum dux imposuerat Athenienſibus, multaq; & flagitiose & crudeliter patrauit in ciues Athenienses. Eo insolẽtiæ uenerat, ut propemodum diuinos honores sibi uindicaret, Chœryli & Antilochi uersibus decantari gaudebat, ea per Niceratum Heracleoten, & Antimachum Colophonium certatim agebantur. Hanc, ni fallor, Hieronymus iniuriam uiri uocat, quod tyranno tam abiecte cogeretur adulari. Me
46 minit Plutarchus in Lysandri uita. Artemisia quoq;.) Mausolus rex fuit Cariæ, unde Mausoleum uocatum illius monumentum, quod operis, opera quatuor summorum artificum fuit extructum, tanto sumptu tantoq; apparatu, ut inter septem orbis miracula fuerit commemoratum. Illa sic uirum etiam extinctum adamauit, ut iuxta quosdam dolore contabuerit, iuxta alios mariti cineres potui aspersos imbiberit, ceu uiuum mariti sepulchrum factum. Meminit præter alios Valerius libro quarto. Teuta Illyricorum regina.) Hanc Iulius Florus in Epitomis Teusam appellat. Illyrici, inquit, siue Liburnij sub extremis Alpium radicibus agunt, inter Arsiam Tyriumq; flumen longissima per tota Adriatici maris littora fusi. Hi regnante Teusa muliere populationibus non contenti, licentiæ scelus addiderunt. Legatos quippe nostros, ob ea quæ deliquerant iure agentes, ne gladio quidem, sed ut uictimas securi percutiunt, præfectos nauium igne comburunt, idq; quo indignius foret, mulier imperabat. Indi & omnes.) Attingit & hanc historiam Valerius Maximus libro secundo cap. de institutis: Protrahe, inquit, in medium Cymbricam audaciam, adijce Celtibericam fidem, iunge animosam Thraciæ sapien-

tiam,annecte Lyciorum in luctibus abijciendis callide quæsitã rationem: Indico tamen rogo nihil eo- c
rum præferes,quem uxoris pietas in modũ genialis thori,propinquæ mortis secura conscendit. Al-
cibiades ille Socraticus.) Non quod esset philosophiæ professor, sed quod Socratis & auditor fuisset
& amicus:Is incitante Critia, & iubentibus Lacedæmoniorum literis, autore Lysandro per Pharna-
bazum Phrygiæ præfectum,ad quem in periculo confugerat,huius opera ad Artaxersen Persarum re-
gem perrecturus,interfectus est.Huic cum insepultũ cadauer relinqueretur, capite uidelicet ad Lysan-
drum perlato,Amandra concubina satis magnificum pro suis facultatibus sepulchrum extruxit,ut re-
fert in huius uita Plutarchus. Suffocato caput.) Plutarchus narrat eum iaculis procul fuisse confos- 47
sum,Hieronymus eos sequitur autores, quibus placet Alcibiadem non à Pharnabazi militibus inter-
emptum,sed ab alijs quibusdam, qui illum cum sua sorore cubantem deprehenderunt. Regulis Si-
don.) Quondam opulentissima fuit urbs Phœnices,quemadmodum & Tyrus, postea dicta Strato-
nis turris,quod ab hoc esset instaurata. Extorsit acinacem è manu.) Acinaces genus est gladij Per-
sici,ipsa quoq; uox eiusdem uidetur esse gentis,cuius est res. Vtitur hac uoce Horatius in Odis,& Lu-
cianus in Toxaride. Post uirginalia fœdera.) Quod illi uirgo nupsisset,& ob hoc à secundis nuptijs
abhorreret. Xenophon in Cyri maioris infantia.) Maioris addidit quod duo fuerint Cyri: maior
Cambysæ & Mandanes filius,Astyagis nepos:minor Darij filius,Artaxersis nepos.Res narrat apud
Xenophontem plurimis uerbis libro septimo.Panthea quædã habebatur apud Syrum captiua.ea im-
petrauit ut uiro remitteretur:Remissa induit eum armis magnificis quæ ex suo mũdo parauerat,adhor
tans ut Cyro,à quo benigne fuisset habita,se præberet fidum amicum.Is in bello perijt: illa diu comple
xa defuncti cadauer,spadones iussit secedere: uni nutrici mandat, ut se mortuã eodem cum uiro linteo
tegeret.Deinde adacto in pectus gladio,capite reclinato in uiri pectus,mortua est.Quod ubi cõspexere
tres spadones,& ipsi sibi necem consciuerunt,eodem in loco in quẽ iussi fuerant abire. Meminit Pan-
theæ & Philostratus Græcus in Imaginibus. Iustam causam.) Candaules siue Myrsilus Sardiũ ty- 48
rannus,uxorem Gygi amico nudã ostendit,sed ita ut illa non sentiret se cõspici. Quod ubi illa sensisset,
indignata marito, Gygen accersit,proponens,ut è duobus alterũ eligat,aut pereat ipse,aut occiso ma-
rito regnum suscipiat.Hic igitur insidijs adortus Caudaulem,obtrũcat & regnum occupat.Narrat He-
rodotus lib.primo. Rhodogunæ.) Et huius fœminæ meminit Philostratus in Imaginibus. Al-
cestis.) Admeti regis uxor:apud hunc quoniam benigne habitus est Apollo,impetrauit illi à fatis, ut
mortem effugeret(nam fatalis dies iam aderat)si reperisset qui pro se mori uellet. Cum nullum inueni-
ret huius functionis uicarium, sola uxor mariti uitam sua morte redemit. Extat super hac re Euripidis D
tragœdia. Penelopes pudicitia.) Penelope fuit uxor Vlyssis inter exempla pudicitiæ cõmemorata.
Nam ea mariti absentis reditum uiginti annos expectauit,nec ab ullis procis ad secundas nuptias per-
pelli potuit.Eleganter autem dixit carmen est,pro argumento carminis.Siquidem in Odyssea nihil se-
rè tractat Homerus,nisi quibus iactatus casibus Vlysses,ad Penelopen suam reuersus sit. Maculam
corporis.) Quod animus esset incorruptus,& per uim stuprata,corpore dũtaxat uitiato fuerit stupra- 49
ta.Historiam recenset Liuius & Valerius lib.vi.cap.primo. Duellius.) Gn.Duellius imperator de-
lectus aduersus Carthaginenses,iniectis in hostium naues manibus, uictoriam reportauit, ac primus
ex huiusmodi uictoria Romæ triumphum egit.Quin & illud honoris additum,ut solus prælucente te-
da,& præcinẽte tibicine rediret à cœna.Porrò quod hic narrat de Duellio & Bilia, Plutarchus alijs ac-
commodat. Meminit huius Iulius Florus in Epitomis. Martia Catonis.) Cato Vticensis duas ha-
buit filias,Portiam quæ Bruto nupsit:& Martiã natu minorem,quam forte susceperat ex uxore tertia,
nomine Martia:ut uerisimile sit,filiæ matris nomen inditũ fuisse. Non oculis,sed digi.) Oculis for- 50
ma perspicitur: Digitis numeratur pecunia. Hoc est illud Iuuenalis: Protinus ad censum, de moribus
ultima fiet, Quæstio. Optima sane res.) Per Ironiam accipiendum est. Martiam Cato nõ uirgi-
nem.) Quod ante nupsisset alteri. Inter Hortensiũ Catonemq;.) Hortensius cupiens cum Catone
summam contrahere necessitudinem,Portiam ut diximus Bruto nuptã, tantisper uxorem postulauit,
donec ex ea sobolem suscíperet.Id cum nõ impetraret, palàm cœpit ipsius uxorem usurariam petere,
quandoquidem ipse iam non daret operã liberis,& mulier adhuc esset idonea ferendo utero: id impe-
trauit,sed assentiente patre.Deinde ubi peperisset Hortensio,ad Catonem est reuersa, nimirũ hoc erat
inter duos maritos discurrere. Portia sine Bruto non potuit.) Hæc ubi sensit maritum Brutũ de oc-
cidendo Cæsare agitare, egresso eo cubiculum cultellum tonsorium quasi unguium resecandorũ gra-
tia popposcit,eoq; pedem ueluti casu elapso uulnerauit.Brutus clamore ancillarum reuocatus obiurgare
cœpit quod tonsori præripuisset officium. At illa marito clàm indicauit,hoc non esse temere factũ,Sed
hoc,inquit,pacto de me experimentum capere uolui, cq; æquo animo me ferro peremptura sim, si tibi
quod agis parum ex sententia cesserit. Anniam.) Recensetaliquot matronarum Apophthegmata.
Portia minor.) Apparet Catonem duas habuisse filias nomine Portias, nisi forte filia Catonis mi- 51
nor cognominata est ad discretionem Portiæ, quæ fuit Catonis soror. Valeria Messalarum soror.)
Duo fuerunt Messalæ, maior & minor.Id autem adiunxit, ut hãc distingueret à Valeria Publicolæ fi-
lia.Quanq; de Valeria longe diuersa prodidit Plutarchus in uita Syllæ. Elato funere.) Nam efferri
proprie

A proprie dicebantur, qui ad ſepulturam deportabantur, quod olim extra portam cadauera ſepeliri mos fuerit. Lecticæ & eſſeda.) In lecticis accumbebãt, aut etiam uectabãtur nobiles matronæ. Eſſedum uehiculi genus, uox autem ipſa Britannica eſt, quanq; uſurpata iam Latinis. Illa oratior procedit.) Hæc ob μάμωσιν fiunt gratiora. Nec cũ ſarcina.) Sarcinã uocat ipſam uxorẽ cum ſua pompa. Vius eſt autem duobus dilemmatis, ſed tectius. Explicuiſſet ad hunc modum: Si domi relinquitur illa, offen
52 ditur: ſin adducitur, grauis eſt ſua pompa. Item ſi pauper eſt, grauaris ſumptu: ſi diues, nõ fers ſuperbæ faſtidium. Vocanda domina.) Notat & hoc Epictetus, quod uiri uxoribus coitus gratia adulãtur, dominas eas appellantes, atq; ita ſuperbiam docent ipſi. Celebrandus natalis.) Id olim in honorem amicorum aut potentũ fieri conſueuit. Iurandum per ſalutem illius.) Ita Vergilius: Per caput hoc iuro, per quod pater ante ſolebat. Et in Pandectis puniuntur, qui per principis genium iuraſſent. Et gerula.) Id eſt baiula, quæ geſtaſſet infantulã. Patrimus.) Matrimos & patrimos appellat pueros, quorum utriq; parentes erant ſuperſtites. Hi adhibebantur omnis cauſa ſacerdotibus, quibus nihil funeſtum conuenit: ut indicat Feſtus Pompeius. Quanq; apud hunc neſcio quo caſu, patrimes ac matrimes ſcriptũ reperio. Meminit & M. Tullius in oratione De reſponſis aruſpicũ. Iidẽ prætextati nouam ſponſam deducebãt olim, quorũ unus à dextris erat, alter à ſiniſtris: tertius præcedebat facem geſtans ex ſpina alba. Autor idem Feſtus. Et alumnus.) Incertum an de nutricio dicat, an de alio quopiam, quem alendum ipſa ſuſceperit. Adoptant enim mulieres nõnunq; aduleſcentulos benignitatis ſpecie
53 tanq; alendos, de quo aliãs Hieronymus. Et formoſus aſſecla.) Aſſecla dicitur ab aſſectando, qui officij cauſa deducit. Hic mos durat & hodie Neapoli, ut nobiles fœminæ aliquot habeant iuuenes elegantes ac feſtiuos qui comitentur, horum manibus fulcitur innitens delicatula matrona. Porrò nõ ſine emphaſi addidit formoſus, quod ea res bis moleſta ſit marito, & ob ſumptũ & zelotypiam. Procurator calamiſtratus.) Procurator, qui res alienas adminiſtrat, & hoc prætextu mulieres adducũt adulteros. Nam calamiſtrati dicũtur, qui candenti acu criſpant capillos. Et in longã ſecuram.) Notat & Iuuenalis quaſdam matronas quas eunuchi imberbes ac mollia tantũ oſcula delectent. Longã uocat libidinem, quod hoc hominum genus ſemper pruriat: ſecuram, quod periculum non ſit, ne quid illinc naſcatur. Spado.) Nam proprie Spadones dicuntur qui ui caſtrati ſunt, à uerbo Græco σπάω, quod his teſtes euellerentur. Nam eunuchus poteſt & natura eſſe. Si totam ei.) Rurſum eſt uſus dilemmate, Si aliquid tuo.) Ludit crebris dilemmatis, & quidem elegantiſſime. Conſulueris.) Id eſt, proſpexeris & caueris tibi. Et illa uere.) Iuxta illud Ouidianum: Quæ quia non licuit nõ facit, illa
B facit. Difficile eſt cu.) Eſt dilemma Theophraſti, quem paulo poſt citat, quo probare nititur nõ eſſe ducendam uxorem. Quanq; reprehenditur ab A. Gellio in Noctibus Atticis. Eſt enim & ſtata forma,
54 quã uocant uxoriã, nec obnoxia amoribus multorũ, neq; moleſta uiro. Et uernulæ.) Hanc uocem reſtituimus in prima epiſtola ad Heliodorum. Vernulæ ſunt ſerui domi tuæ nati, hi propemodũ filiorum inſtar erant. Imputat lachrymas.) Tantũ flet uxor, nihil ſubleuat, & hoc ipſum imputat marito uelut officiũ, cum obſit etiam ægrotanti. Et hæreditatis ſpe.) Illuuiem uocat ſumptus immodicos uxoris, quibus exhaurit & exedit maritũ. Hos ille tollerat, ſperans futurũ, ut illa mortua lucrifaciat dotem. Nam ſunt qui nõ in aliud ducãt uxores. Solicitudinem iactans.) Cum feſtiuis ſermonibus alij ſubleuent & erigant ægrotantis animũ, illa moleſtis ac putidis fabulis morbũ exaſperat, & miſerũ adducit in deſperationem uitæ. Rara auis eſt.) Prouerbialiter dici ſolet de re quauis inuentu rara, ducũm à ſpectaculis Romanorum, in quæ ſolent populo aues peregrinæ exhiberi. Ita Perſius: Si forte quid aptius exit: Quando hæc rara auis eſt. Habet enim ſecum.) Quod horũ memoriã in animo
55 ſemper circumferat. Ita Scipio dicere ſolebat, ſe nunquã minus eſſe ſolũ, q; cum ſolus eſſet. Vel nomen noſt.) Nam olim parentũ nomina tranſibant ad liberos, ut Cicero filius, & Tullia filia Ciceronis.

Non ſtatim.) Non perpetuo ſiue ſemper: Nam aliquoties uſurpant alia nomina. Quod ſi maxime referat, nullũ eſt uocabulũ non cõmune plurimis. Occupaturus.) Nempe priusq; fiant Chriſtiani.

Moſen & Samuelem.) Moſes inſtituit Aaron & filios illius, non ſuos. Deinde moriens, Ioſue uoluit ſucceſſorem, nõ filios. Samuel aũt abdicatis filijs ſuis, qui illo iam ſene adminiſtrabant rem populi, Saul unxit regẽ. Ab Hircio.) Hic conſul fuit collega Panſæ. Repudiũ Terentiæ.) Ad hãc multa ſcripſit in exilio, uerũ reuerſus repudiauit. Repudiatã duxit Saluſtius, ut ex ea Ciceronis arcana cognoſceret. Per quoſdã grad.) Nam & Saluſtius orator fuit, ſed inferior Cicerone, & hoc rurſum inferior Meſſala, ita ueluti paulatim deuoluta eſt. Socrates Xanthippen.) Plato quoq; in Dialogis indicat Socratem fuiſſe ridicula corporis ſpecie. Vnde Alcibiades illũ, ſilenis & ſatyris cõfert in Sympoſio. Dicere ſolitus eſt, cum plures hortarent ut Xanthippen repudiaret, imò ab hac domi diſco toleratiam, qua mihi foris opus eſt. Et Alcibiadi demiranti, quod talem ferret uxorem. Iam his, inquit, aſſueui. Num tu domi toleras anſerũ clamorem? Cumq; ille reſpondiſſet, at mihi domi anſeres ponũt oua. Et hæc, inquit, mihi ponit oua. Ad hæc, cum die quadã haberet cõuiuam philoſophũ, & in longum progreſſa diſputatione, commota uxor menſam ſubuertiſſet, abire paranti conuiuæ: Mane mane, inquit:
56 Quid nouæ rei accidit? Nunq; ne domi tuæ gallina ſubuolans cyathos ſubuertit? Reſtitiſſet.) Non quod repugnaret uxori, ſed quod ibi ſubſtitiſſet, nec abiſſet: à reſtãdo nõ à reſiſtendo. Syllæ Felicis.)

Nam id cognominis sibi usurpauit infelix. Siquidē plures habuit uxores, primū Cæciliam Metelli pontificis maximi filiam. Deinde Aeliam. Tertio loco Celiam, paulopost Metellā, quam uehementer adamauit, sed tamen morientem repudiauit. Quia nouissimi.) Ad eundem modū Iuuenalis: Dedecus ille domus sciet ultimus. Athenis cantabatur.) Refert enim Plutarchus, cum obsideret urbē Athenensium, Græcos de muris cōuicia quædam in Metellam uxorem huius iactitasse: qua re prouocatus, crudelius exercuerit suam uictoriā. Gn. Pompeio.) Rebus aduersus Mithridatē & in pleraq; Asia felicissime gestis, cum Italiam repeteret, de uxoris infamia certior factus est, moxq; eam repudiauit, nec usquam repudij causam fassus est. Testis Plutarchus in huius uita. Pontici spado.) Eunuchi Asiatici. Nam Pontus Asiæ pars est. Mos autem huic genti uxoribus eunuchos addere pudicitiæ custodes. Incertum est autem, an hoc & quod sequitur: Mithridaticæ ambiebant cateruæ, hunc habeat sensum: eunuchos & milites Asiaticos ambisse & affectasse concubitū Mutiæ, an illam more barbarico his custodibus cinctam, tamen impudicam fuisse. Scientem pati.) Et ob id non audebant indicare, ne quid offenderent. Totius orbis.) Nam maximā orbis partem subegerat. M. Cato Censorius.) Censorius dictus est maior, ob censuram seuerius gestam. Plutarchus prodidit huic ductā uxorem genere magis quam diuitijs commendatā, in quam tamen comiter se gesserit, nec admirabatur laudatā illam Socratis patientiā, qui Xanthippen morosam, & filios immorigeros pertulisset. Sed haud scio, an hæc fuerit Salonij scribæ filia, quam Cato iam admodum senex, puellam duxit uxorem, non sine infamia. 57

Vinolentam, impotentem.) Nonnulli codices habebāt, uiolentam. Et pro impotentem, quod non intelligerent, mutarant mentis impotem, ipsi mentis impotes. Impotentes enim uocamus qui animo suo non temperant, sed quicquid libuerit id pertinaciter urgent. Catoni superbam.) In quem nec uiri solent audere. Tantus erat hominis rigor & autoritas. Philippū regem.) Is fuit Alexandri Magni pater, uir ciuilis ingenij, multoq; quàm filius fuit moderatior. Duxerat autem Olympiadam uxorem, quam adamatam adolescens sibi iunxerat, mediocri sicut uidetur, fortuna. Versu tragico consolatus est.) Apparet uersum Tragicum hic asscriptum fuisse. Totæ Euripidis Tragœdiæ.) Hic Tragœdiarum scriptor, olim dictus est μισογυνής, id est, osor mulierū. Duxit duas uxores, Choerinam Mnesilochi filiam, ex qua duos sustulit filios, deinde repudiauit. Deinde ducta altera cum hanc quoque comperisset impudicam, & ipsam repudiauit. Hinc opinor odiū in omnes, quod duas expertus, utranque malam comperisset. Huius Tragœdiæ plenæ sunt cōuiciorum in fœminas, quanquam id quidem habet cum Hesiodo cōmune. Et Hermione loquitur.) Carmen est in Euripidis Andromacha, etiam si Hieronymus sententiam magis reddidit quàm uerba. Nam Hermione persuasa à cæteris mulieribus nupserat Neoptolemo, cum is haberet uxorem Andromachā. id indignans illius frater Oreste, loquitur ad hunc modum. πῶς οὖν τάδ' ὡς ἔπραξε δῆτα μὰ Δία, id est, quomodo igitur hæc ut dixerit aliquis peccasti? Illa respondet in hunc modum, κακῶν γυναικῶν εἴσοδοι μ' ἀπώλεσαν, ἃ μοὶ λέγουσα πύστ' ἐχαύνωσαν λόγους, id est, malarum mulierum ingressus me perdiderunt, quæ mihi loquentes hos blande persuaserunt sermones. In Lepti.) Leptis oppidulum est Africæ, cuius meminit & Pomponius Mela. Consulto ambigue extulit.) Vt significaret esse mutuum odium, & utrinq; par. Nam & socrus inuisæ sunt nuribus, & nurus socribus. Locus est in Ecyra Terentiana. Legimus quendam.) Apparet Hieronymo cum hæc scriberet, non succurrisse nomen. Nam id quidem proditū est de Paulo Aemylio, qui Papyriam Masonis uiri cōsularis filiam, cum qua diu uixerat, & ex qua Maximum illum susceperat Scipionem, tandem repudiauit. Nec unquam adduci potuit, ut diuortij causam aderet. Hunc cum rogarent amici, quid illum offendisset in ea fœmina, dicerentq; : An non formosa est, an non fœcunda, an non nobilis, an non casta? Ille porrecto pede: uidetis, inquit, hunc calceum, nónne nouus est? nónne bellus? Atqui nemo uestrum sentit, qua parte pedem meum torqueat. Scribit Herodotus.) Verba sunt Gygis apud Herodotum libro primo, dissuadere conantis Candauli, ne sibi nudam uxorem ostenderet, ἅμα δὲ χιτῶνι ἐκδυομένῳ, συνεκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ γυνή, id est, una cum exuta tunica simul & pudorem exuit mulier. Et noster comicus.) Sic apud Terentium Mitio: Et quod fortunatum isti putant, uxorem duxi nunquam. Pasiphaen.) Ea fuit uxor Minois tyranni Cretensis, quam poetæ fingunt adamasse taurum, ex cuius concubitu natus sit Minotaurus. Clytemnestram.) Vxorem Agamemnonis, quæ dum ille belligeratur apud Troiam, Aegisthum adulterum adduxit, & huius adiuta ope, maritum reuersum occidit. Eriphylam.) Hæc uxor fuit Amphiarai auguris, qui cum detrectaret ad obsidionem Thebanæ ciuitatis proficisci, quod præsciret se illic periturum, & ob id abdidisset sese, monili quodam eleganti conducta est, ut maritum proderet. Ille ad bellum protractus periit. Quicquid Tragœdiæ tument.) Non sine Emphasi dictum est, tument, pro narrant: indicauit enim tragicorum grandiloquentiam. Vxorum pellicumq;.) Hoc dictum est propter Medæam, quæ filios occidit, & puellam quam Iason ducere parabat. Et propter Clytemnestram, quæ ob Cassandram adductam occidit maritum. propter Helenam &c. Armantur parentum.) Hoc ad Medæam pertinet, ut diximus, Nefandæ.) Hoc ad Thyestem pertinet, cui frater Atreus ob stupratam uxorem, treis filios epulandos apposuit. Extat hoc argumento Senecæ tragœdia. Vnius mulierculæ.) Helenam sentit. Porrò Troia in Asia est, Græcia in Europa. 58 59 60 61

Quasdam

A 1 Quasdam repudiatas.) Iuuenalis: Sic fiunt octo mariti Quinq; per autumnos. Vterq; maritus.) Et qui repudiauit, & cui repudiata nupsit. Epicurus uoluptatis assertor.) Cum laudandus fuerit magis quem citat autorem, tamen non sine consilio additum est, uoluptatis assertor. Adeo res est misera matrimonium, ut nec Epicuro placuerit, qui finem bonorum constituerit in uoluptate, & tamen uulgus hominum uoluptatis gratia potissimum ducit uxorem. Metrodorus Leontium.) Hic Metrodorus certissimus amicus Epicuri & diuturnus auditor, cui moriens filios suos commendauit. Haud scio, an hæc fuerit Leontium meretricula, quæ scripserit aduersus Theophrastum. Laertius indicat Leon-
62 tium meretriculam Athenien sem à Metrodoro pellicem ascitam. Ne Iouem Gamelium.) Iupiter apud Græcos multis cognomentis uariatur, uocatur ἱκέσιος, quem offendi putant, si quis supplicem reiiciat: ξένιος, ad quem hospitij religio pertineat: φίλιος, cui cura sit seruandæ amicitiæ: γαμήλιος,
63 cui cura sit nuptiarum: γάμος enim Græcis matrimonium sonat: γενέθλιος, ad quem pertineat cura gignendorum liberorum. Statorem Iouem.) Alluſit ad historiam, quam prodidit Titus Liuius lib. i. Romulus pugnans aduersus Sabinos, cum uideret altero e ducibus occiso, nempe Hostio, Romanorum aciem inclinari, Ioui Statori uouit se templum extructurum, si fugientem militem inhibuisset. Deinde quasi certus preces auditas à Ioue, cohortatus est suos, ut intrepido animo redirent in hostem, Iouem polliceri uictoriam, pugnatum est feliciter. Hoc loco quidam insulsissime notant diuum Hieronymum, uirum tanto quàm ipsi sunt doctiorem, quasi putarit Iouem Statorem à stando dictum, non à sistendo, propterea quod subijcit, qui libenter sederit. At non intelligunt illum per iocum alludere ad uocem standi. Quod si uox ipsa quenq; cõmouet, is timebit ne statorẽ offendat, qui plerunq; sedere gaudeat, cum à stando uideatur habere nomẽ. Ad hæc cũ sisto significet idem quod stare facio, non dicetur proprie sisti, qui subsederit, sed qui ante fugiens stare cœperit. Offendet igitur non solũ qui non steterit, uerum etiam qui sederit. Verum iocus sit argutior ob ineptiam superstitionis, si quis inani uocula commoueatur. Pudet me, simulq; piget istiusmodi rabularum, qui non uereantur tanto supercilio censere uirum, ut omittamus sanctimoniam infinitis partibus eruditiorem, indigni profecto, qui Hieronymo matulam porrigant. Scripserunt Aristoteles.) Huius operis non meminit Laertius, nisi forte sentit de
65 œconomicis, ubi tradidit officia maritorum & uxorum. Et Plutarchus.) Extat hic liber inscriptus, γαμικὰ παραγγέλματα, Et noster Seneca.) Nostrum uocat, quia Latinus. Hoc opus intercidit, quemadmodum & illud De superstitione, ex quo nonnulla retulit Augustinus in opere De ciuitate dei; item De terræ motu, quod ipse commemorat in Naturalibus quæstionibus. Tota amoris insectatio.) Lo-
B cus est in Phædro Platonis, ubi Socrates corrigit orationẽ Lysiæ, qui suaserit, utiliores esse nõ amantes q̃ amantes. At ille distinguit inhonestũ amorem ab honesto, illius incõmoda, huius cõmoda cõmemorans. Alterius tactam.) Nam & illud amatoriũ. Ita Paris: Et qua tu biberas hac ego parte bibi. Xystus in sententijs.) Versus est Xysti Pythagorici γνωμολόγου, cuius extant fragmenta quædam. Liberos tollere.) Tollere dixit pro educare. Non perdat filios.) Quod mulieres aliquoties, si coeant à conceptu, abortiunt. In eadem sententia fuit diuus Augustinus, maritos à conceptu abstinere debere à
64 suis uxoribus, ut refertur in Decretis. Amatores.) Amator est concubinæ. Adulterijs cohæserũt.) Quod rem habuerunt cum ea quam postea ducunt uxorem. Rem improbam.) Id est impudentem. Impudentissimum enim, illum ab uxore requirere pudicitiam, quam ante matrimoniũ docuit esse impudicam. Lenocinium libidinis.) Lenocinium uocat, quicquid aliqua uoluptate pellicit. Quorum in nomen.) Sensus est: Quosdam pauperes, ut effugiant pœnam quam leges irrogabant ciuibus, qui non duxissent uxores, aliquoties diuites matronas accipere, quibus serui sint potius quàm mariti, tanquam dote conducti ut coeant. His non nubit mulier, sed ipsi nubunt mulieri. Talis inducitur Chremes in Phormione Terentiana. Deformem redimit.) Incertum an à redimendo, an à redimiendo. Redimere pensare est. Redimire, ornare. Aut igitur intellige pudicitia quasi tegi conuestiriq; deformitatem mulieris: aut pensari damnum formæ, dote pudicitiæ. Bruto æquauit.) Ille tyrannum expulit, uerum ne pateretur indignã seruitutem, à Lucretia didicit, quæ mortem prætulit impudicitiæ. Est autem ingens contumelia uxori, ab alieno corpore pollui. Cornelia Graccho.) Cornelia Tiberij Gracchi uxor, insigni pudicitia, quam sic amauit maritus, ut illius uitam suæ prætulerit, ex anguibus duobus occiso mare. Portiam alteri Bruto.) Nam qui Tarquinium expulit, Iunius Brutus dictus: Portiæ mari-
65 tus, Decius Brutus, de quo superius facta est mentio. Tanaquil.) Vxor Tarquinij Prisci regis Romani, miro in uirum amore, ut cui uulnerato omnẽ admouerit curã quo reuiuisceret. Populum ingenio suo cohibuit, ac Seruium licet ex ancilla natum substituit, mortis mariti uindicem, si mori contigisset. Refert Liuius primæ Decadis lib. i. Theano.) Multæ fuerunt huius nominis, eruditæ mulieres. Verum opinor hic signari eam, quam quidam putant Pythagoræ fuisse uxorem. Meminit huius Lucianus in Imaginibus. Extant aliquot epistolæ huius nomine. Cleobulinam.) Hæc gente Lindia fuit, filia Cleobuli philosophi, qui inter septem sapientes refertur, cuius mulieris opera quondam celebrabantur, ut testatur Suidas. Gorgunten.) Gorgo Leonidæ Laconis uxor cõmemoratur à Plutarcho inter apo-
phthegmata: & rursus in Præceptis coniugalibus. Et haud scio an hæc sit Cleomenis regis filia, cuius
66 dicta referuntur inter Lacænas. Timocliam.) Huius meminit Plutarchus inter claras mulieres,

ſoror erat laudatiſſimi uiri Theagenis Thebani, qui apud Cheroniam pro totius Græciæ ſalute fortiter c
pugnans occubuit. At ubi Thebas cepiſſet Alexander, & milites alius aliò per urbem populabũdi di/
currerent, quidam Thracum equitum præfectus in Timocliæ ædes irrupit. Iam multo cibo potuq; fe/
rox, non ueritus eſt nobilem & pudicam mulierem de concubitu ſolicitare, ac coniugium etiam pollici
tus, expiſcari nititur, ſi quid opum reconditum haberet. Illa ſimulans ſe aſſentiri, ducit hominem in hor
tum, ſemotis arbitris, mentiens in puteo quodam ſicco magnam pecuniarum uim abditam eſſe: credit
barbarus, occluditur oſtium horti, tollitur operculum putei, deſcendit in puteum. At illa adiuuantibus
pediſequis hominem ſaxis è ſummo deiectis puteo, obruit. Alexander ubi cognouit factum, mulieris
uirtutem admiratus, & impunitate donat Timoclìam, & omnes illi conſanguinitate coniunctos immu
nes eſſe iubet. Claudias atq; Cornelias.) Feſtiuitatis gratia mutauit numerum. De Claudia uirgine
Veſtali, de Cornelia matre Gracchorũ iam dictũ eſt. Fortunæ muliebri.) Fortuna Romę & in Italia 67
non uno nomine colebatur extructis phanis. Nam erat Fors fortuna, fortuna præneſtina, & Fortuna
muliebris, cui templum dicatum, & cognomen additum, ob rem publicam mulierum beneficio adiu/
tam. Etenim cum Coriolanus exul Volſcis hoſtibus adiunxiſſet ſeſe, atq; ita immineret, ut actum uide/
retur de Romanis, Veturia mater, & Volumnia uxor duos complexa filios, unà cum ingenti mulie/
rum agmine uenit in hoſtium caſtra: & mater autoritate, uxor & liberi blanditijs, Coriolani flexere
animum, effecerunt q; ut exercitum ex agro Romano deduceret. Populus Romanus huius officij
memor, templum Fortunæ muliebri ſtatuerunt, dicaruntq;. Autor Liuius, libro ab urbe condita ſe/
cundo. Nullum flaminem.) Flamen genus eſt ſacerdotij apud Romanos. Hierophantas.) ἱερο/
φάντης, Græcis dicitur ædituus, nonnunquam pro ſacrifico accipitur, inde dictus, uel quod oſtendat
ſacra, uel quod ueſcatur ſacris.

Appendix Scholiorum primi aduerſus Iouinianum libri.

Inter omnia quæ ſolet obſeruare mortalium ſuperſtitio, nullã ego auem, nec præpetem, nec oſcinem,
nullum ſoliſtimum tripudium auſpicatius eſſe puto, q; ſit boni uiri & amici occurſus. Cum ſuperiores
paginę iam formulis eſſent excuſæ, cõmodũ occurrit mihi Ludouicus Berus, inclytæ Baſileæ, non tam
ciuis q; ornamentum, ac ſui generis, & alioqui cum primis clari lumen ac decus, theologus inſignis, ac
uir modis omnibus eiuſmodi, ut haud facile ſit pronunciare, magis ne ſit ſuſpiciendus ob egregiã eru/
ditionem: an uenerandus, ob undiq; inculpatã uitæ integritatem: an amandus, ob incredibilem quan/
dam morũ comitatem & cõſuetudinis iucunditatẽ. Ac uix ſolẽni ſalutatione ultro citroq; dicta ac red/
dita, neſcio quis deus mihi miſerit in mentem, ut repente de numeris inijcerem mentionẽ. Nam quem/ D
admodum, iuxta Græcorum adagionẽ, ubi dolet, ibi quiſq; manum habet, ita ſi quid uehementer tor/
quet animum, ibi quiſq; linguam habet. Rogabam ecquid legiſſet unq; de priſca in digitis numerandi
ratione, de qua Beda præcepiſſet. Reſpõdit illico, ſibi domi eſſe quædã ex eo Bedæ libro enotata. Id quo
magis præter ſpem, hoc gratius accidit. Mittit protinus codicẽ, ut eſt ſingulari candore præditus. Quæ
tametſi paucula ſunt, tamen quoniã magnopere pertinent ad rem, hic uice coronidis adijciẽda putaui.
Sunt aũt huiuſmodi. Cum dicis unum, minimũ in leua digitum inflectens, in medium palmæ artum fi/
gas. Cum dicis duo, ſecundum à minimo ibidem impones. Cum dicis tria, tertium ſimiliter inflectes.
Cum dicis quatuor, minimum leuabis. Cum dicis quinq;, ſecundum à minimo ſimiliter eriges. Cum di
cis ſex, tertium nihilominus eleuabis, medio duntaxat, qui medicus appellatur, in medium palmæ fixo.
Cum dicis ſeptem, minimũ ſolum ſupra palmæ radicem cæteris interim leuatis impones: iuxta quem
cum dicis octo, medium. Cum dicis nouem, impudicum è regione compones. Cum dicis decem, un/
guem indicis in medio figes artu pollicis. Cum dicis uiginti, ſummitatem impudici inter nodos indi/
cis & pollicis arcte figes. Cum dicis triginta, ungues indicis & pollicis blando coniunges amplexu.
Cum dicis quadraginta, interiora pollicis lateri uel dorſo indicis ſuperduces, ambobus duntaxat ere/
ctis. Cum dicis quinquaginta, pollicem exteriore artu, inſtar Græcæ literæ ρ incuruatum ad palmam
inclinabis. Cum dicis ſexaginta, pollicem ut ſupra curuatum indice circunflexo diligenter à fronte præ
cinges. Cum dicis ſeptuaginta, indicem ut ſupra circunflexũ, pollice in longum tenſo implebis, ungue
illius duntaxat erecto trans mediũ indicis artum. Cum dicis octoginta, indicem ut ſupra circunflexum
pollice in longum extenſo implebis, ungue uidelicet illius in medium indicis artum fixo. Cum dicis no/
naginta, indicis inflexi unguem radici pollicis erecti infiges. Atq; hactenus in leua. Centum uero in de
xtra, quomodo in leua decem facies. Ducenta in dextra, quomodo uiginti in leua. Eodem modo & cæ
tera uſq; nongenta. Item mille in dextra, quomodo unum in leua. Duo milia in dextra, quomodo duo in
leua, & cætera uſq; ad nouem milia. Porrò decem milia cum dicis, leuam in medio pectoris ſupinam
appones, digitis tantum ad cœlum erectis. Viginti milia cum dicis, eandem pectori late expanſam ſu/
perpones. Triginta milia cum dicis, eadem prona, ſed erecta, pollicem cartilagini medij pectoris im/
mittes. Quadraginta milia cum dicis, eandem in umbilico erectam ſupinabis. Quinquaginta milia cum
dicis, eiuſdem pronæ, ſed erectæ pollicem umbilico impones. Sexaginta milia cum dicis, eadem prona
femur leuum cõprehendes. Septuaginta milia cum dicis, eandẽ ſupinã femori ſuperimpones. Octogin/
ta milia cum dicis, eandem pronam femori ſuperimpones. Nonaginta milia cum dicis, eadem lumbos

comprehen

A comprehendens, pollice ad inguina uerso. At uero centum milia, ducenta milia, & cætera usq; ad nongenta milia, eodem quo diximus ordine in dextera corporis parte complebis. Decies autem centena milia cum dicis, ambabus sibi manibus consertis inuicem digitos implicabis. Hactenus quæ comperimus in eo quo dixi libello excerpta ex monumentis Bedæ, atq; hoc uelut auctario, uel serius impartiendum lectorem duximus. Cæterum an omnia quadrent cum his quæ prodidit Apuleius, non est huius loci disquirere. Certe cum his quæ scripsit Hieronymus, de triginta, sexaginta & centum adamussim concinunt. Coeuntibus enim molli contactu pollicis & indicis unguibus, ueluti matrimonium depingitur. Rursum ijsdem digitis aliter iunctis, sic ut inflexum pollicem præcingat index, uiduas in afflictione constitutas ac desolatas exprimit. Postremo à sinistra manu demigrans ad dextrã, & indicis ungui in medium pollicis artum infixo, coronam exprimit, & uirginum felicitãtem repræsentat.

DIVI HIERONYMI ADVERSVS IOVINIANVM LIBER SECVNDVS

SEcunda propositio est, eos qui fuerint baptizati, à diabolo non posse tentari. Et ne hoc stulte dicere uideretur, adiecit: Quicunq; autem tentati fuerint, ostendit eos aqua tantum & non spiritu baptizatos, quod in Simone mago legimus. Vnde & Ioannes dicit: omnis qui natus est ex deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet: & non potest peccare, quia ex deo natus est. Et in hoc manifesti fiunt filij dei, & filij diaboli. Et in fine epistolæ: Omnis qui natus est ex deo non peccat, sed generatio dei conseruat eum, & malignus non tangit eum. Re uera fortis obiectio, & quæ indissolubilis permaneret, nisi ipsius Ioannis testimonio solueretur. Statim enim intulit: Filioli custodite uos à simulacris. Si omnis qui natus est ex deo, non peccat, & à diabolo tentari non potest, quomodo præcipit, ut caueant ne tententur? Et in eadem rursus epistola: Si dixerimus, quia peccatum non habemus: ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est, ut remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, quia non peccauimus: mendacem
B facimus eum, & uerbum eius non est in nobis. Existimo quod Ioannes baptizatus ad baptizatos scripserit, & quod omne peccatum à diabolo sit. Ille peccatorem se confitetur, & sperat remissionem post baptisma peccatorum: & Iouinianus meus dicit: Ne tangas me, quoniam mundus sum. Quid ergo? contraria sibi Apostolus loquitur? Minime. In eodem quippe loco cur hoc dixerit, statim edisserit: Filioli mei hæc scribo uobis, ut non peccetis. Sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propicia tio pro peccatis nostris. Non pro nostris autem tantũ, sed etiam pro totius mundi. Et in hoc scimus, quod cognouimus eum, si mandata eius obseruemus. Qui dicit se nosse eum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in eo ueritas non est. Qui autem seruat uerbum eius, uere in hoc charitas dei perfecta est. In hoc scimus, quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Propterea, inquit, scribo uobis filioli mei: Omnis qui natus est ex deo, non peccat, ut non peccetis: & tamdiu sciatis uos in generatione domini permanere, quamdiu non peccaueritis. Imò qui in generatione domini perseuerant, peccare non possunt. Quæ enim communicatio luci & tenebris? Christo & Belial? Quomodo dies & nox misceri non queunt: sic nec iustitia & iniquitas, peccatum & bona opera, Christus & antichristus. Si susceperimus Christum in hospitio nostri pectoris, ilico fugamus diabolum: Si peccauerimus, & per peccati ianuam ingressus fuerit diabolus, protinus Christus recedit. Vnde & Dauid post peccatum: Redde mihi, ait, læticiam salutaris tui, scilicet quam peccando amiserat. Qui dicit se nosse eum, & mandata eius non custodit mendax est, & in hoc ueritas non est. Christus ueritas appellatur: Ego sum, inquit, uia & ueritas. Frustra nobis in eo plaudimus, cuius mãdata non facimus. Scienti bonũ & nõ facienti illud, peccatũ est. Quomodo corpus sine spiritu mortuũ est, sic & fides sine operibus mortua est. Nec grande putemus unũ deum nosse, cũ & dæmones credãt & contremiscãt. Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Eligat aduersarius è duobus quod uult, optionẽ eñ damus. Manet in Christo, an nõ manet? Si manet, ita ergo ambulet

ut Chri-

ut Chriſtus. Si autem temerarium eſt ſimilitudinem uirtutũ domini polliceri, non manet in C
Chriſto,quia nõ ingreditur ut Chriſtus.Ille peccatũ non fecit,neq; inuentus eſt dolus in ore
eius:qui cũ malediceretur, nõ remaledixit,& tanq; agnus coràm tondente ſic non aperuit os
ſuum: ad quem uenit princeps mundi iſtius, & inuenit in eo nihil: Qui cum peccatũ non fe-
ciſſet,pro nobis peccatũ eum fecit deus:nos autem iuxta epiſtolam Iacobi, multa peccamus
omnes, & nemo mundus à peccatis, nec ſi unius quidem diei fuerit uita eius:Quis enim glo-
riabitur caſtum ſe habere cor? Aut quis confidet mundũ ſe eſſe à peccatis? Tenemurq; rei in
ſimilitudinem præuaricationis Adam. Vnde & Dauid: Ecce,ait, in iniquitatibus conceptus
ſum,& in delictis concepit me mater mea.Et beatus Iob:Si fuero iuſtus, os meum impia lo-
quetur: & ſi ſine crimine,prauus inueniar. Et ſi purificatus in niue & lotus mundis manibus,
ſatis me ſorde tinxiſti,& execratum eſt me ueſtimentum meum. Verum ne pœnitus deſpe-
remus,arbitrantes nos poſt peccata baptiſmi non poſſe ſaluari, ſtatim hoc ipſum temperat:
& ſi quis peccauerit,aduocatũ habemus apud patrem Ieſum Chriſtũ iuſtum,& ipſe eſt pro
piciatio pro peccatis noſtris.Non pro noſtris autem tantũ,ſed etiam pro totius mundi. Hoc
ad credentes poſt baptiſma loquitur,& aduocatũ pro delictis eorũ dominũ pollicetur. Nec
dicit:Si quid peccaueritis,aduocatum habetis apud patrem Chriſtum,& ipſe eſt propiciatio
pro peccatis ueſtris: ne eos diceres non plena fide baptiſma conſecutos: ſed aduocatum,in-
quit,habemus Ieſum Chriſtũ,& ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris,& nõ ſolũ pro Ioan
nis illorumq; peccatis, ſed etiam pro totius mundi. In toto autem mundo & apoſtoli ſunt
omnesq; credentes. Ex quibus liquido comprobatur, poſt baptiſma poſſe peccari. Fruſtra
enim habemus aduocatum Ieſum Chriſtum, ſi peccari non poteſt. Petrus apoſtolus ad
quem dictum fuerat:Qui lotus eſt,non neceſſe habet ut iterum lauet. Et, tu es Petrus, & ſu-
per hanc petram ædificabo eccleſiam meam: ab ancilla perterritus negat. Et ipſe dominus:
Simon,Simon:Ecce,inquit,ſatanas poſtulauit uos,ut cribraret ſicut triticum. Ego autem ro-
gaui pro te, ne deficeret fides tua. Et in eodem loco:Vigilate & orate,ne intretis in tentatio- D
nem:ſpiritus quidem promptus eſt,caro autem infirma.Quod ſi ante crucem dictũ reſpon-
deris,certe poſt crucem in oratione dominica dicimus:Dimitte nobis debita noſtra, ſicut &
nos dimittimus debitoribus noſtris,& ne nos inducas in tentationem,ſed libera nos à malo,
Si non peccamus poſt baptiſma,cur nobis poſcimus peccata dimitti, quæ in baptiſmate iam
dimiſſa ſunt? Quid oramus ne intremus in tentationem, & ut liberemur à malo, ſi diabolus
tentare nõ poteſt iam baptizatos? Aliud autem eſt, ſi ad catechuminos hæc oratio pertinet,
& non cõuenit fidelibus & Chriſtianis.Paulus electionis uas caſtigat corpus ſuum,& in ſer-
uitutem redigit,ne alijs prædicans,ipſe reprobus inueniatur.Et datus eſt mihi, inquit,ſtimu-
lus carnis,angelus ſatanæ, qui me colaphizet. Et ad Corinthios: Timeo,inquit, ne ſicut ſer-
pens decepit Euã in aſtutia ſua, ita corrumpant ſenſus ueſtri à ſimplicitate quæ eſt in Chri-
ſto.Et alibi:Cui autẽ aliquid donaſtis & ego.Nam & ego quod donaui,ſi quid donaui, pro-
pter uos,in perſona Chriſti,ut nõ circumueniamur à ſatana.Non enim eius ignoramus aſtu
tias.Et rurſum: Tentatio uos non apprehendat,niſi humana.Fidelis autem deus,qui non di-
mittet uos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione etiam prouentũ, ut poſ-
ſitis ſuſtinere.Et qui ſibi uidetur ſtare,uideat ne cadat. Et ad Galatas: Currebatis bene, quis
uos impediuit ueritati non obedire? Et alibi: Voluimus uenire ad uos:ego quidem Paulus,
& ſemel & iterum,ſed impediuit nos ſatanas.Et ad maritos: Et iterũ reuertimini ad idipſum,
ne tentet uos ſatanas propter incontinentiã ueſtram. Et rurſum: Dico autem,ſpiritu ambu-
late,& deſideria carnis non perficietis. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritũ, & ſpiritus ad-
uerſus carnem:hæc enim inuicem aduerſantur ſibi,ut non quæ uultis illa faciatis. Ex utroq;
compacti,neceſſe eſt ut utriuſq; cõtra ſe ſubſtantiæ bella patiamur.Et ad Epheſios:Non eſt
nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem,ſed aduerſus principatus & poteſtates,ad-
uerſus rectores tenebrarũ iſtarum, aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus: Et exiſtimat
aliquis ſecuros & dormientes nos eſſe debere poſt baptiſmũ? Necnon ad Hebræos: Impoſ-
ſibile

A ſibile eſt enim eos qui ſemel ſunt illuminati, & guſtauerunt donum cœleſte, & participes facti ſunt ſpiritus ſancti, guſtaueruntq; nihilominus bonum dei uerbum, uirtutesq; ſeculi futuri,& prolapſi ſunt:renouari iterũ ad pœnitentiam,rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium dei,& oſtentui habentes.Certe eos qui illuminati ſunt & guſtauerunt dei donum cœleſte,& participes facti ſunt ſpiritus ſancti,guſtaueruntq; bonum dei uerbum:negare nõ poſſumus baptizatos.Si autem baptizati peccare non poſſunt,quomodo nunc apoſtolus dicit,& prolapſi ſunt? Verum ne Montanus & Nouatus hic rideant, qui contendunt non poſſe renouari per pœnitentiam eos qui crucifixerunt ſibimet filium dei,& oſtentui habuerunt,cõſequenter hunc errorem ſoluit,& ait: Confidimus autem de uobis dilectiſſimi meliora & uiciniora ſalutis,tametſi ita loquimur.Non enim iniuſtus eſt deus,ut obliuiſcatur boni operis ueſtri & dilectionis,quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtraſtis ſanctis,& nũc miniſtratis.Et reuera grandis iniuſticia dei,ſi tantum peccata puniret,& bona opera non ſuſciperet.Ita locutus ſum,inquit Apoſtolus, ut uos à peccatis retraherem, & deſperationis metu facerem cautiores.Cæterum cõfido de uobis dilectiſſimi meliora & uiciniora ſalutis. Neq; enim iuſticiæ dei eſt,ut obliuiſcatur bonorum operum,& miniſterij quod propter nomẽ eius exhibuiſtis, & exhibetis in ſanctos, & tantum meminerit peccatorum. Sed & Apoſtolus Iacobus ſciens baptizatos poſſe tentari,& propria corruere uoluntate:Beatus,ait,uir qui ſuffert tentationẽ, quia cum probatus fuerit,accipiet coronam uitæ,quam repromiſit deus diligẽtibus ſe.Ac ne putaremus ſecundum illud Geneſeos,ubi ſcribitur Abraham à deo fuiſſe tentatũ:nos quoq; tentari à deo:nemo,inquit,cum tentatur dicat,quoniam à deo tentor. Deus enim intentator malorum eſt,ipſe autem neminem tentat. Vnuſquiſq; uero tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus: Dehinc concupiſcentia cum conceperit,parit peccatum:peccatum autem cum conſummatũ fuerit, generat mortem.Liberi arbitrij nos condidit deus, nec ad uirtutes, nec ad uitia neceſſitate trahimur.Alioquin ubi neceſſitas eſt,nec damnatio,nec corona eſt.Si
B cut in bonis operibus perfector eſt deus:non eſt enim uolentis,neq; currentis,ſed miſerentis & adiuuantis dei, ut peruenire ualeamus ad calcem: ſic in malis atq; peccatis ſemina noſtra ſunt,incentiua & perfectio diaboli. Cum uiderit nos ſuper fundamentum Chriſti ædificare fœnum,ligna,ſtipulam,tunc ſupponit incendium. Aedificemus ergo aurum,argentum,lapides precioſos, & tentare non audebit, quanquam & in hoc non ſit certa & ſecura poſſeſſio. Sedet quippe leo in inſidijs & in occultis,ut interficiat innocentem.Et uaſa figuli probat fornax,homines autem iuſtos tentatio tribulationis. Et in alio loco ſcribitur:Fili accedens ad ſeruitutem dei,præpara te ad tentationem.Rurſum idem Iacobus loquitur:Eſtote factores uerbi,& non auditores tantum.Si quis auditor eſt & non factor,iſte ſimilis eſt uiro qui conſiderat uultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo.Conſiderauit illud,& ſtatim recedens oblitus eſt qualis ſit.Fruſtra monuit,ut iungerent opera fidei,ſi poſt baptiſma peccare non poterant. Qui totam legem,inquit,ſeruauerit,& peccauerit in uno, factus eſt omniũ reus. Quis noſtrũ abſq; peccato? Concluſit deus omnia ſub delicto,ut omnibus miſereatur. Petrus quoq;: nouit,inquit, dominus pios de tentatione eruere.Et de falſis doctoribus:Hi ſunt fontes ſine aqua,& nebulæ turbinibus exagitatæ: quibus caligo tenebrarum reſeruatur. Superba enim uanitatis loquentes pelliciũt in deſiderijs carnis luxurię, eos qui paululum effugerant,& ad errorem reuerſi ſunt. Nónne tibi uidetur pinxiſſe ſermo apoſtolicus nouam imperitiæ factionem? Aperiunt enim quaſi fontes ſcientiæ,qui aquam non habent doctrinarum: promittũt hymbrem,uelut nubes propheticæ,ad quas perueniat ueritas dei,& turbinibus exagitantur dæmonum atq; uitiorum. Loquuntur grandia,& totus eorum ſermo ſuperbia eſt. Immundus eſt autem apud deum omnis qui exaltãt cor ſuum, ut qui paululum refugerant à peccatis,ad ſuum reuertantur errorem,& ſuadent in luxuria,ciborum carniſq; delitias. Quis enim non libenter audiat:manducemus & bibamus,& in æternum regnabimus? Sapientes & prudentes, prauos uocant:eos uerò qui dulces ſunt in ſermonibus, plus audiunt. Ioannes apoſtolus,imò in Ioãne ſaluator ſcribens angelo Epheſi eccleſiæ: Scio,inquit,opera tua,& laborem &

rem & patientiam tuam,& quia ſuſtinuiſti propter nomen meum,& nō defeciſti, ſed habeo c aduerſus te,quod charitatem tuā primam reliquiſti.Memor eſto unde ceciderís: & age pœnitentiam,& prima opera fac.Sin autem,ueniam tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco,niſi pœnitentiam egeris.Similiter & cæteras eccleſias, Smyrnam, Pergamū,Thyatiram, Sardis, Philadelphiam, Laodiciam ad pœnitentiam prouocat, & niſi reuertantur ad opera priſtina,comminatur. Et in Sardis paucos habere ſe dicit, qui non coinquinauerūt ueſtimenta ſua,& ambulaturi ſunt cum eo in albis,quia digni ſunt.Cui autem dicit:Memēto unde cecideris,& ecce miſſurus eſt diabolus ex uobis in carcerē, ut tentemini : & ſcio ubi habitas,ubi ſedes eſt ſatanæ:& in mente habe,qualiter acceperis,& audieris, & ſerua, & pœnitentiā age, & reliqua : utiq; ei dicit qui credidit & baptizatus eſt,& ſtans quondā, corruit per delictum.

Pauliſper de ueteri teſtamento exempla diſtuleram , quia ſolent ubicūq; contra eos facit dicere, lex & prophetæ uſq; ad Ioannem. Cæterū quis ignorat ſub altera diſpenſatione dei, omnes retro ſanctos eiuſdē fuiſſe meriti , cuius nūc Chriſtiani ſunt? Quomodo ante Abraham placuit in coniugio , ſic nunc uirgines placent in perpetua caſtitate . Seruiuit ille legi & tempori ſuo, ſeruiamus & nos Euangelio & tempori noſtro, in quos fines ſeculorum decurrerunt. Dauid electus ſecundū cor domini, qui omnes eius fecerat uoluntates, & qui in quodam pſalmo dixerat : Iudica me domine, quoniā ego in innocentia mea ingreſſus ſum,& in domino ſperans non infirmabor:proba me domine & tenta me, ure renes meos , & cor meum:poſtea tentatur à diabolo , & poſt peccatū pœnitens loquitur: Miſerere mei deus ſecundum magnā miſericordiam tuam. Magnū peccatum, magna deleri uult miſericordia.Solomon amabilis domini, & cui bis deus fuerat reuelatus: quia amator mulierū fuit, à dei amo- 2
re diſceſſit.Manaſſen impiſſimū regem poſt captiuitatem Babylonicam, in priſtinā dignitatem liber dierum reſtitutū refert.Et Ioſias uir ſanctus, in campo Magedo ab Ægyptio rege ; cōfoditur.Ieſus quoq; filius Ioſedech,ſacerdos magnus,quanq; in typo præceſſerit ſaluatoris,qui noſtra peccata portauit,& alienigenā ſibi ex gentibus eccleſiā copulauit,tamen ſecun- D
dum literā poſt ſacerdotium ſordidatus inducitur,& ſtat diabolus à dextris eius: & candida illi ueſtimēta deinceps reddunt.Superfluū eſt de Moyſe & Aaron ſcribere, quod ad aquam contradictionis offenderint deū,& terram repromiſſionis nō intrauerint:cum beatus Iob angelos quoq; & omnē creaturā peccare poſſe cōmemoret,dicens:Quid enim,nunquid homo coràm deo mūdus eſt? Aut in operibus ſuis ſine macula uir ? Si cōtra ſeruos ſuos non credit, 6
& aduerſum angelos ſuos prauū quid reperit,quanto magis habitātes in domibus luteis, de quibus & nos ex eodem luto ſumus? Tentatio eſt uita hominis ſuper terram. Et cecidit Lucifer,qui mittebat ad uniuerſas nationes.Et ille qui in paradiſo delitiarū inter duodecim nutritus eſt lapides,uulneratus à monte domini,ad inferna deſcendit . Vnde & ſaluator in Euangelio: Videbam,inquit,Satanam quaſi fulgur de cœlo cadentē.Si altiſſima illa ſublimitas cecidit,quis cadere non poſſit? Si in cœlo ruinæ,quanto magis in terra? Et tamen cum ceciderit Lucifer , imò poſt caſum coluber antiquus : uirtus eius in lumbis eius , & poteſtas eius ſuper umbilicū uentris: obumbrantur in eo arbores magnæ , & dormit iuxta iuncum & calamū & caricem . Ipſe eſt rex omniū quæ in aquis ſunt:ubi ſcilicet uoluptas & luxuria,& propago,& irrigatio nuptiarū.Quis enim denudabit faciem ueſtitus eius? Et portas uultus eius quis aperiet? Saginantur in eo nationes Aethiopū,& partiuntur eum Phœnicum gentes.Ac ne forſitan tacite legentis cogitatio putaret eas tantum Phœnicum gentes & populos Aethiopum ſignificari, quibus draco in eſcā datus ſit, ſtatim de his qui per mare huius ſeculi tranſierunt, & ad portum ſalutis peruenire feſtinant,dicitur:Et in nauibus piſcatorū caput eius ſtat, ſicut incus infatigabilis,reputat ferrum ut paleas,& ſicut lignum putre æs . Et omne aurum maris ſub eo eſt ſicut lutum.Feruefcere facit abyſſum,ſicut uas æneū : æſtimat mare ſicut deletum, 7
& tartarum abyſſi ut captiuū. Omne altum uidet . Et arbitratur Iouinianus meus facile ſibi eum poſſe ſuccumbere.Quid loquar de ſanctis uiris & de angelis, qui cum creaturæ dei ſint, poſſunt utiq; recipere peccatū? Filium dei tentare auſus eſt,& prima eius & ſecunda ſentētia

A repercussus, nihilominus caput leuat, & tertio uulneratus usq; ad tempus recedit, differens magis tentationem quàm auferens: & nos nobis blandimur de baptismate, quod sicut prio/ra peccata dimittit, sic in futurum seruare nõ potest, nisi baptizati omni custodia seruauerint
4 cor suum? Tandem peruenimus ad cibos, & tertiæ quæstionis nobis opponitur difficultas, ad hoc creata esse omnia, ut usui mortalium deseruirent. Et quomodo homo rationale ani/mal, quasi quidam habitator & possessor mundi deo subiacet, & suum ueneratur autorem: ita cuncta animantia, aut in cibos hominum, aut in uestitum, aut ad scindendam terram, aut ad subuectionem frugum, aut ipsius hominis esse creata: unde & iumẽta ab eo quod iuuent appellentur. Quid est, ait Dauid, homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam ui sitas eum? Minuisti eum paulò minus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & consti/tuisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues uniuersas, insuper & pecora campi. Volucres cœli & pisces maris, qui perambulant semitas maris. Esto, inquit, bos ad arandum, ad sedendum equus, canis ad seruandum, capræ ad lac, oues ad lanitia conditæ sint. Quis usus porcorum absq; esu carnium? Quid capreæ, ceruuli, damulæ, apri, lepores, & huiusmodi uenatio? quid anseres syluestres & domestici? quid ana/tes? quid ficedulæ? quid attagen? quid fulica? quid turdus? Cur in domibus gallina discur/rit? Si nõ comeduntur, hæc omnia frustra à deo creata sunt. Verum quid opus est argumen/tis, cum manifestissime scriptura doceat, omne quod mouetur, sicut holera herbarum, data nobis in escam: & Apostolus clamitet: Omnia munda mundis: & nihil reiiciendũ, quod cum gratiarum actione percipitur: & uenturos in nouissimo, qui prohibeant nubere & uesci cibis, quos deus creauit ad utendũ. Ipse dominus uini potator & uorator à pharisæis appellatur, & publicanorum conuiua & peccatorum: Zacchæi prandium non recusans, uadens ad nu/ptiarum epulas. Porrò aliud est, si stulta cõtentione dicitis eum isse ad nuptias ieiunaturum, & impostorum more dixisse: hoc comedo, illud non comedo: nolo uinum bibere quod ex
5 aquis creaui. In typo sanguinis sui non obtulit aquam, sed uinum. Post resurrectionẽ piscem
B & fauum comedit, non zizania, nuces & sorbitiunculas. Petrus apostolus nõ expectans stel/lam more Iudaico, sed hora sexta in solarium pransurus ascendit. Paulus in naui panem fran/git, non caricas. Timotheo dolenti stomachum, uinum suadet bibere, non piracium. De cibo/rum sibi placent abstinentia, quasi non & superstitio gentilium cossum matris deũm obser/uet & Isidis. Sequar ergo uestigia propositionis expositæ: & antequam ad scripturas ue/niam, doceamq; ex eis deo grata ieiunia, & acceptabilem continentiam, argumentis philoso
6 phorum argumenta componam: & probabo non Empedoclis & Pythagoræ nos dogma sectari, qui propter μετεμψύχωσιν, omne quod mouetur & uiuit, edendum non putant: & eiusdem criminis reos arbitrantur, qui abietem quercumq; succiderint, cuius parricidę sunt & uenefici: sed uenerari conditorem nostrum, qui in usus hominum cuncta generauit. Et quo/modo bos ad arandum, equus ad sedendum, canes ad seruandum, capræ ad lac, oues ad la/nitia conditæ sunt, ita sues ad ceruos, & capreas, & lepores, & cætera: sed illa non statim ad co/medendum creata esse, sed in alios usus hominum. Si enim omne quod mouetur & uiuit, ad uescendum factum est, & præparatum gulæ, respondeant mihi: cur elephanti, cur leones, ur/si, leopardi, lupi: cur uiperæ, scorpij, cimices, culices, pulicesq;: cur uultur, aquila, coruus, accipi/ter: cur ceti, delphines, phocæ, minutæq; cochleolæ conditæ sint? Quis nostrum leonem, quis uiperam, quis uulturem, quis ciconiam, quis miluum, quis reptantes in littoribus uermiculos unquam comedit? Sicut igitur hæc proprios usus habent, ita possumus dicere & cæteras be/stias, pisces, aues, nõ ad esum, sed ad medicinas creatas. Deniq; carnes uiperæ, unde theriace conficitur, quantis rebus aptæ sint, norunt medici. Segmenta eboris in medelas uarias assu/muntur. Fel hyenę oculorũ restituit claritatem, & stercus eius putrida curat uulnera. Et (quod
7 forsitan legenti mirum sit) hominis fimus quantis curationibus proficiat, Galenus ἐν ἁπλοῖς docet. Aiunt physici, quod pellis colubri qua exuitur, decocta in oleo, mire dolorem aurium mitiget. Quid ita inutile uidetur nescientibus ut cimices? Si sanguisuga faucibus hæserit, fu/

mo eius excepto,ſtatim euomitur: & difficultas urinæ huius appoſitione laxatur.Porcorum 6
autem & anſerum & gallinarum phaſianorumq; adipes,quid cõmodi habeant, omnes me/
dicorum declarant libri: quos ſi legeris,uidebis tot curationes eſſe in uulture, quot membra
ſunt.Paui fimus podagræ feruorem mitigat. Gruis,ciconiæ fel,aquilæ,ſanguis accipitris,ſtru
thiocamelus,ranæ chamæleontes, hirundinis ſtercus,& carnes,quibus morbis aptæ ſint, di/
cerem, ſi mihi propoſitum eſſet de medela corporum diſputare.Legat qui uult Ariſtotelem
& Theophraſtum proſa,Marcellũ Sidetem,& noſtrum Flauium hexametris uerſibus diſſe 8
rentes,Plinium quoq; Secundum,& Dioſcoridem,& cæteros tam phyſicos quàm medicos,
qui nullam herbam,nullum lapidem,nullum animal tam reptile q̃ uolatile & natatile, non
ad ſuæ artis utilitatem referunt.Igitur cum mihi dixeris,cur porcus creatus eſt? ſtatim tibi re/
ſpondebo,puerorum more certantium,cur uiperæ,cur ſcorpij? Nec deum ſuperfluorum iudi
cabis artificem, quia plurimę & beſtiæ & uolucres ſunt,quas tuæ fauces recuſent.Sed ne con
tentioſum hoc,& pugnax magis uideatur eſſe quàm uerum,audi idcirco ſues,& apros,& cer
uos,& reliquas animantes creatas:ut milites & athletæ,nautæ,rhetores,metallorumq; foſſo
res,& cæteri duro operi mancipati haberẽt cibos,quibus fortitudo corporum neceſſaria eſt:
qui portant arma & cibaria: qui pugnis & calcibus ſua inuicem membra debilitãt:qui remos
trahunt,quorum latera ad clamandum dicendumq; ſunt ualida: qui ſubuertunt montes,&
ſub diuo & imbribus dormiunt.Cæterum noſtra religio, non πύκτην, non athletam, non 9
nautas,non milites,non foſſores:ſed ſapientiæ erudit ſectatorem, qui ſe dei cultui dedicauit:
& ſcit cur creatus ſit,cur uerſetur in mundo,quò abire feſtinet. Vnde & Apoſtolus loquitur:
Quando infirmor,tunc fortior ſum.Et:Si exterior noſter homo corrumpitur,ſed interior re/
nouatur de die in diem.Et:Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Et: Carnis curam ne feceritis
in deſideriis. Nunquid omnibus præceptum eſt ,ne duas tunicas habeant: ne cibos in pera,
æs in zona, uirgam in manu, calciamentum in pedibus: ut uendant uniuerſa quæ poſſident,
dentq; pauperibus,& ſequãtur Ieſum? Sed his utiq; qui uolunt eſſe perfecti. Alioquin à Io/ D
anne Baptiſta aliud præcipitur militibus,aliud publicanis. Dominus autem dicit in euange/
lio ad eum qui ſe iactauerat legis uniuerſa compleſſe: Si uis perfectus eſſe, uade & uende o/
mnia quæ habes,& da pauperibus,& ueni ſequere me. Ne graue onus nolenti uideretur im/
ponere,in propria audientis uoluntate dimiſit,dicens: Si uis perfectus eſſe. Quamobrem &
ego tibi dicam:Si uis perfectus eſſe,bonum eſt uinum non bibere,& carnem non manduca/
re.Si uis perfectus eſſe,melius eſt ſaginare animam,quàm corpus.Si aũt paruulus es,& coco
rum iura te delectant,nemo eripit faucibus tuis eſculentas dapes. Manduca & bibe:& ſi tibi
placet,cum Iſrael lude conſurgens & canito:Manducemus & bibamus,cras enim moriemur.
Manducet & bibat, qui poſt cibos expectat interitum: qui cum Epicuro dicit: Poſt mortem
nihil eſt,& mors ipſa nihil eſt.Nos Paulo credimus intonãti:Eſca uentri, & uenter eſcis:deus
autem & hunc & illam deſtruet. Hæc autem de ſcripturis pauca poſuimus , ut congruere
noſtra cum philoſophis doceremus.Cæterum quis ignoret,unamquamq; gentem nõ com/
muni lege naturæ,ſed his,quorum apud ſe copia eſt ueſci ſolitã? Verbi gratia: Arabes & Sa
raceni,& omnis eremi barbaria,camelorum lacte & carnibus uiuit:quia huiuſcemodi animal
pro temperie & ſterilitate regionũ facile apud eos & gignitur & nutritur. Hi nefas arbitran/
tur,porcorum ueſci carnibus.Sues enim,qui glande,caſtaneis,radicibus filicum & hordeo ali
ſolent,aut raro apud eos, aut penitus non inueniuntur:& ſi inuenti fuerint, alimenta non ha
bent,quæ ſupra diximus. E regione ſeptentrionales populos, ſi ad eſum aſinorum camelo/
rumq; compellas,ſimile putabũt eorum ueſci carnibus, ac ſi lupum comedere cogantur, aut
coruum.In Ponto & Phrygia,uermes albos & obeſos,qui nigello capite ſunt,& naſcuntur in
lignorum carie,pro magnis reditibus paterfamilias exigit.Et quomodo apud nos attagen &
ficedula,mullus & ſcarus,in delitijs computantur:ita apud illos ξυλοφάγον comediſſe luxu/
ria eſt.Rurſum Orientales & Libyæ populos, quia per deſertũ & calidam eremi uaſtitatem
locuſtarum nubes reperiuntur,locuſtis ueſci moris eſt.Hoc uerum eſſe Ioãnes quoq; Bapti/
ſta pro

A sta probat. Compelle Phrygem & Ponticũ, ut locustam comedat, nefas putabit. Coge Syrum, Afrum & Arabem, ut uermes Ponticos glutiat: ita eos despiciet, ut muscas, millepedias,
10 & lacertos. Quanquam Syri & crocodilis terrenis, Afri etiam lacertis uiridibus uesci soleant. In Aegypto & Palæstina propter boum raritatem nemo uaccam comedit, taurorumq; carnes & boum uitulorumq; assumunt in cibis. At in nostra prouincia scelus putant uitulos deuorare. Vnde & imperator Valens nuper legem per Orientem dederat, ne quis uitulorum carnibus uesceretur, utilitati agriculturę prouidens: & pessimam Iudaizantis uulgi emendans consuetudinem, pro altilibus & lactentibus uitulos consumentis. Nomades & Troglodytæ & Scythæ & Hunorum noua feritas, semicrudis uescuntur carnibus. Porrò Ichthyophagi gens errans in littore maris rubri, super petras solis calore feruentes assant pisces, & hoc solo alimento uictitant. Sarmatæ, Quadi, Vuandali, & innumerabiles aliæ gentes, equorum & uulpium carnibus delectantur. Quid loquar de cæteris nationibus, cum ipse adolescentulus
11 in Gallia uiderim Scottos gentem Britannicam, humanis uesci carnibus: & cum per syluas porcorum greges & armentorum pecudumq; reperiant, pastorum nates & fœminarum papillas solere abscindere, & has solas ciborum delitias arbitrari? Scottorum natio uxores proprias non habet: & quasi Platonis politiam legerit, & Catonis sectetur exemplũ, nulla apud eos coniunx propria est, sed ut cuiq; libitum fuerit, pecudum more lasciuiunt. Persæ, Medi, Indi, & Aethiopes, regna non modica, & Romano regno paria, cum matribus & auijs, cum filiabus & neptibus copulantur. Massagetæ & Derbices miserrimos putant, qui ægrotatione moriantur: & parentes, cognatos, propinquos, cum ad senectã uenerint, iugulatos deuorant: rectius esse ducentes, ut à se potius quàm à uermibus comedãtur. Tibareni quos dilexerint, senes suspendunt in patibulis. Hircani uolucribus & canibus, semiuiuos proijciũt, Caspij ijsdem bestijs mortuos. Scythæ eos qui à defunctis amati sunt, uiuos infodiunt cũ ossibus mortuorum. Bactri canibus ad hoc ipsum nutritis, obijciunt senes. Quod cum Alexandri præfe-
B ctus Nicanor emendare uoluisset, penè amisit prouinciam. Coge Aegyptium, ut ouium lacte uescatur: impelle, si uales, Pelusioten ut manducet cepe. Singulæ penè in Aegypto ciuitates, singulas bestias & monstra uenerãtur: & quodcunq; coluerint, hoc inuiolabile & sacrum putant. Vnde & urbes quoq; apud eos ex animalium uocabulis nuncupantur: Leonto, Cy-
12 no Lyco, Busyris, Thmuis, quod interpretatur hircus. Et ut sciremus quales deos semper Aegyptus recepisset, nuper ab Adriani amasio urbs eorũ Antinois appellata est. Peruides igitur, quod non solum in esu, sed & in sepulturis & in connubijs, & in omni cõuersatione unaquęq; gens suo ritu & proprietatibus uictitet: & hoc eam naturæ legem putare, quod didicit. Verum face esum carnium cunctis nationibus esse cõmunem: & passim licere, quod passim gignitur. Quid ad nos quorum cõuersatio in cœlis est: qui super Pythagorã & Empedoclem, & omnes sapientiæ sectatores: nõ ei debemur cui nascimur, sed cui renascimur: qui repugnantem carnem, & ad libidinũ incentiua rapientem, inedia subiugamus? Esus carnium, & potus uini, uentrisq; saturitas, seminariũ libidinis est. Vnde & Comicus: Sine Cerere, inquit, & Libero friget Venus. Per quinq; sensus, quasi per quasdam fenestras, uitiorum ad animã introitus est. Non potest ante metropolis & arx mentis capi, nisi per portas eius irruerit hostilis exercitus. Horum perturbationibus anima prægrauatur: & capitur aspectu, auditu, odoratu, sapore, tactu. Si Circensibus quispiam delectetur: si athletarũ certamine: si mobilitate histrionum: si formis mulierum, splendore gemmarum, uestium, metallorum, & cæteris huiusce modi, per oculorum fenestras animæ capta libertas est, & impletur illud propheticum: Mors intrauit per fenestras uestras. Rursum auditus uario organorum cantu, & uocum inflexionibus delinitur: & carmine poetarum & comœdiarum, mimorumq; urbanitatibus & strophis: & quicquid per aures introiẽs, uirilitatem mentis effœminat. Odoris autem suauitas, & diuersa thymiamata, & amomũ, & cyphi, œnanthe, muscus, & peregrini muris pelliculą, quod dissolutis & amatoribus conueniat, nemo nisi dissolutus negat. Porrò ciborũ auiditas, quod auariciæ mater sit, & animum quasi quibusdam compedibus degrauatum in ter-

ra teneat,quis ignorat? Propter breuẽ gulæ uoluptatem, terræ luſtrantur & maria,& ut mul
ſum uinum precioſuſq; cibus fauces noſtras tranſeat,totius uitæ opera deſudamus. Tactus
aũt alienorum corporum & fœminarũ ardentior appetitus,uicinus inſaniæ eſt. Ob hunc ſen
ſum cupimus,iraſcimur,geſtimus,inuidemus,ęmulamur,ſoliciti ſumus:& expleta uoluptate,
per quandã plenitudinem rurſus accendimur:quærimusq; facere,quod cũ fecerimus,iterum
pœniteamus. Igitur cum per has portas,quaſi quidam perturbationũ cunei ad arcem noſtræ
mentis intrauerint: ubi erit libertas,ubi fortitudo eius,ubi de deo cogitatio: maxime cum ta
ctus depingat ſibi etiã præteritas uoluptates, & recordatione uitiorum cogat animã compa
ti, & quodãmodo exercere quod non agit? His igitur rationibus inuitati multi philoſopho
rum,reliquerunt frequentias urbium,& hortulos ſuburbanos, ubi ager irriguus & arborum
comæ,& ſuſurrus auium,fontis ſpeculũ, riuus immurmurans, & multæ oculorum auriumq;
illecebræ,ne per luxum & abundantiã copiarum,animæ fortitudo molleſceret,& eius pudici
tia conſtupraretur. Inutile quippe eſt crebro uidere per quæ aliquãdo captus ſis:& eorum
te experimento committere,quibus difficulter careas. Nam & Pythagoræi huiuſcemodi fre
quentiam declinantes,in ſolitudine & deſertis locis habitare cõſueuerunt. Platonici quoq; &
Stoici in templorũ locis & porticibus uerſabantur,ut admoniti auguſtioris habitaculi ſancti
tate,nihil aliud q; de uirtutibus cogitarent. Sed & ipſe Plato cum eſſet dives, & thoros eius
Diogenes lutatis pedibus cõculcaret:ut poſſet uacare philoſophiæ, elegit Academicam uil
lam ab urbe procul, non ſolum deſertã,ſed & peſtilentem:ut cura & aſſiduitate morborum,
libidinis impetus frangeretur:diſcipuliq; ſui nullam aliam ſentirent uoluptatẽ,niſi earum re
rum quas diſcerent. Quoſdã legimus effodiſſe ſibi oculos,ne per eorum uiſum à cõtempla
tione philoſophiæ auocarentur. Vnde & Crates ille Thebanus,proiecto in mari non paruo
auri pondere:Abite,inquit,peſſum malæ cupiditates:ego uos mergam,ne ipſe mergar à uo
bis. Quod ſi quis exiſtimat & abundantia ciborũ potionumq; ſe perfrui, & uacare poſſe ſa
pientiæ,hoc eſt,& uerſari in delitijs,& delitiarũ uitijs non teneri, ſeipſum decipit. Cum enim
procul ab his remoti ſæpe capiamur naturæ illecebris:& cogamur ea cupere, quorũ copiam
non habemus:quanto magis,ſi circundati retibus uoluptatum, eſſe nos liberos arbitremur?
Senſus noſter illud cogitat,quod uidet,audit, odoratur,guſtat,attrectat: & ad eius rei trahi
tur appetitũ, cuius capitur uoluptate: quod mens uideat & mens audiat, & quod nec audire
quippiã,nec uidere poſſimus niſi ſenſus in ea quæ cernimus & audimus fuerit intentus. Ve
tus quoq; ſententia eſt, difficile eſt,imò impoſſibile,delitijs & uoluptatibus affluentes, non
ea cogitare quæ gerimus:fruſtraq; quidã ſimulant ſalua fide & pudicitia & integritate men
tis ſe abuti uoluptatibus, cum contra naturã ſit,copijs uoluptatum ſine uoluptate perfrui: &
Apoſtolus hoc ipſum cauens,dixerit: Quæ autem in delitijs eſt uidua,uiuens mortua eſt.
Senſus corporum quaſi equi ſunt,ſine ratione currentes, anima uero in aurigæ modum reti
net frena currentium. Et quomodo equi abſq; rectore præcipites ruunt:ita corpus ſine ratio
ne & imperio animæ,in ſuũ fertur interitum. Alia quoq; cõparatio animæ & corporis à phi
loſophis ponitur:corpus puerum,animam pædagogum eſſe dicentibus. Vnde & hiſtoricus:
Animæ,inquit,imperio,corporis ſeruitio magis utimur. Alterũ nobis cum dijs, alterum cum
belais cõmune eſt. Igitur niſi uitia adoleſcentis & pueri,prudentia pædagogi rexerit, omnis
conatus eius & impetus ad laſciuiam properant. Sine quatuor ſenſibus uiuere poſſumus, id
eſt,ſine aſpectu,auditu,odoratu atq; cõplexu. Abſq; guſtu autem & cibis impoſſibile eſt hu
manum corpus ſubſiſtere. Adeſſe ergo debet ratio,ut tales ac tantas ſumamus eſcas, quibus
non oneretur corpus,nec libertas animæ prægrauetur:quia & comedendũ eſt,& deambulan
dum,& dormiendũ,& digerendũ:& poſtea inflatis uenis,incentiua libidinũ ſuſtinenda. Lu
xurioſa res uinum,& tumultuoſa ebrietas. Omnis qui cum his miſcetur,non erit ſapiens. Ne
tales accipiamus cibos, quos aut difficulter digerere,aut comeſos,magno partos & perditos
labore doleamus. Holerum,pomorum,ac leguminũ, & facilior apparatus eſt,& arte impen
dijſq; cocorũ non indiget: & ſine cura ſuſtentat humanũ corpus, moderateq; ſumptus(quia

nec aui

A nec auide deuoratur,quod irritamenta gulæ non habet)leuiori digeſtione concoquitur.Ne/
mo enim uno aut duobus cibis,hiſcꝫ uilibus,uſcꝫ ad inflationẽ uentris oneratur:quæ diuer/
ſitate carnium,& ſaporis delectatione percipitur. Cum uariꝭ nidoribus fumant patinæ : ad
eſum ſui,expleta eſurie,quaſi captiuos trahunt. Vnde & morbi ex ſaturitate nimia concitan/
tur,multicꝫ impatientiã gulæ,uomitu remediantur:& quod turpiter ingeſſerunt,turpius ege
runt.Hippocrates in Aphoriſmis docet,craſſa & obeſa corpora,quę creſcendi menſurã com
pleuerint,niſi cito ablatione ſanguinis imminuantur, in paralyſim & peſſima morborum ge
nera erumpere:& idcirco eſſe neceſſariam demptionem,ut rurſum habeãt in quæ poſſint cre
ſcere. Non enim manere in uno ſtatu naturã corporum,ſed aut creſcere ſemper aut decreſce/
re:nec poſſe uiuere animal,niſi creſcendi capax ſit. Vnde & Galenus uir doctiſſimus Hippo/
cratis interpres,athletas,quorum uita & ars ſagina eſt,dicit in exhortatione medicinæ,nec ui
uere poſſe diu,nec ſanos eſſe:animascꝫ eorũ ita nimio ſanguine & adipibus,quaſi luto inuo/
lutas,nihil tenue, nihil cœleſte, ſed ſemper de carnibus & ructu & uentris ingluuie cogitare.
Diogenes tyrãnos & ſubuerſiones urbium, bellacꝫ uel hoſtilia,uel ciuilia:nõ pro ſimplici ui/
ctu holerum pomorumcꝫ,ſed pro carnibus & epularum delitiꝭ aſſerit excitari. Quodcꝫ mi
randũ ſit,Epicurus uoluptatis aſſertor,omnes libros ſuos repleuit holeribus & pomis:& uili/
bus cibis dicit eſſe uiuendũ,quia carnes & exquiſitæ epulæ, ingenti cura ac miſeria præparen
tur:maioremcꝫ pœnam habeant in inquirẽdo,quàm uoluptatem in abutendo. Corpora au
tem noſtra cibo tantum & potu indigere. Vbi aqua & panis ſit, & cætera his ſimilia,ibi natu
ræ ſatisfactum. Quicquid ſupra fuerit,non ad uitæ neceſſitatem ſpectare,ſed ad uitium uolu
ptatis. Bibere & comedere non delitiarum ardorem, ſed ſitim famemcꝫ reſtinguere. Qui car
nibus ueſcantur,indigere etiam his quæ non ſunt carnium. Qui autem ſimplici uictu abutan
tur,eos carnes non requirere. Sapientiæ quoꝫ operam dare non poſſumus,ſi menſæ abun/
dantiam cogitemus,quę labore nimio & cura indiget. Cito expletur naturæ neceſſitas:frigus
B & fames,ſimplici ueſtitu & cibo expelli poteſt. Vnde & Apoſtolus:Habẽtes,inquit,uictum
& ueſtitum,his contenti ſumus. Delitiæ & epularum uarietates,fomenta auaricię ſunt. Gran
dis exultatio animæ eſt,cum paruo contentus fueris, mundũ habere ſub pedibus,& omnem
eius potentiam:epulas,libidines, propter quæ diuitiæ comparantur, uilibus mutare cibis,&
traſſiore tunica compenſare. Tolle epularum & libidinis luxuriã,nemo quæret diuitias:qua/
rum uſus,aut in uentre,aut ſub uentre eſt. Qui ęgrotat,non aliter recipit ſanitatem,niſi tenui
cibo & caſtigato uictu,quæ λεπτὴ δίαιτα dicitur. Quibus ergo cibis recipitur ſanitas,his &
ſeruari poteſt: ne quis putet morbos holeribus concitari. Si autẽ Milonis illius Crotoniatæ
uires holera non miniſtrant,quæ naſcuntur & aluntur carnibus:quid neceſſe eſt uiro ſapien/
ti & philoſopho Chriſti tantam habere fortitudinẽ, quæ athletis & militibus neceſſaria eſt:
quam cum habuerit,ad uitia prouocetur? Illi arbitrentur carnes ſanitati congruas,qui uolunt
abuti libidine:& in cœnum demerſi uoluptatũ,ad coitum ſemper exæſtuant. Chriſtiano ſa/
nitas abſcꝫ uiribus nimiꝭ neceſſaria eſt. Nec turbare nos debet, ſi rari ſint huius propoſiti ſe/
ctatores:quia rari ſunt & amici boni & fideles,& pudici & continentes, ſempercꝫ uirtus rara
eſt. Lege Fabritij continentiã,Curij paupertatem,& in tanta urbe uix paucos inuenies,quos
ſequaris. Noli timere,ne ſi carnes nõ comederis,aucupes & uenatores fruſtra artificia didice/
rint. Legimus quoſdam morbo articulari & podagræ humoribus laborantes, proſcriptio/
ne bonorum ad ſimplicem menſam & pauperes cibos redactos,cõualuiſſe. Caruerant enim
ſolicitudine diſpenſandæ domus,& epularũ largitate,quæ & corpus frangunt & animam.
Irridet Horatius appetitum ciborũ,qui conſumpti,relinquunt pœnitentiam: Sperne uo
luptates,nocet empta dolore uoluptas. Et cum in amœniſſimo agro in morſum uoluptuo
ſorum hominum ſe craſſum pinguemcꝫ deſcriberet, luſit his uerſibus: Me pingnem & ni/
tidũ & bene curata cute,uiſes. Cum ridere uoles,Epicuri de grege porcũ. Sed & ex uiliſſi/
mis cibis uitanda ſatietas eſt. Nihil enim ita obruit animũ,ut plenus uẽter & exęſtuãs,& huc
illucꝫ ſe uertẽs,& in ructus uel in crepitus uentorũ efflatione reſpirãs. Quale illud ieiunium

est,aut qualis illa refectio post ieiuniũ,cum pridianis epulis distendimur, & guttur nostrum meditatorium efficitur latrinarum? Dumq; uolumus prolixioris inediæ famam quęrere,tantum uoramus,quantum uix alterius diei nox digerat. Itaq; non tam ieiunium appellandum est,quàm crapula ac fœtens & molesta digestio. Dicæarchus in libris antiquitatum & descriptione Græciæ,refert sub Saturno,id est,in aureo seculo cum omnia humus funderet,nullum comedisse carnes:sed uniuersos uixisse frugibus & pomis, quæ sponte terra gignebat. Persarum regis Cyri uitam, Xenophon octo uoluminibus explicat: polenta & cardamo & sale ac pane cibario eos asserens uictitare. Lacedæmoniotũ mensæ frugalitatisq;,& supra scriptus Xenophon & Theophrastus,& omnes penè scriptores Græciæ testes sunt. Cheræmon Stoicus,uir eloquentissimus,narrat de uita antiquorum Aegypti sacerdotum, quod omnibus mundi negocijs curisq; postpositis, semper in templo fuerint:& rerũ naturas, causasq; ac rationes syderum contemplati sint,nunq; mulieribus se miscuerint,nunq; cognatos & propinquos,ne liberos quidem uiderint:ex eo tempore quo cœpissent diuino cultui deseruire,carnibus & uino se semper abstinuerint, propter tenuitatem sensus & uertiginẽ capitis, quam ex paruo cibo patiebãtur:& maxime propter appetitus libidinis,qui ex his cibis & ex hac potione nascunt. Pane raro uescebãtur,ne onerarẽt stomachũ.Et si quãdo comedebant, tusum pariter hysopum sumebant in cibo,ut escam grauiorem illius calore decoquerent.Oleum tantum in holeribus nouerant, uerum & ipsum parum, propter nauseã & asperitatem gustus leniendam. Quid loquar,inquit,de uolatilibus, cum ouũ quoq; pro carnibus uitauerint & lac? Quorum alterũ carnes liquidas,alterum sanguinẽ esse dicebãt,colore mutato.Cubile eis de foljs palmarũ,quas baias uocãt,contextũ erat:scabellũ accliue & ex una parte obliquum,in terra pro puluillo capiti supponebant,bidui triduiq; inediã sustinentes.Humores corporis qui nascunt ex ocio & ex mansione unius loci, nimia uictus castigatione siccabant.

Iosephus in secunda Iudaicæ captiuitatis historia,& in octauodecimo antiquitatũ libro:& contra Appionem duobus uoluminibus,tria describit dogmata Iudæorum:Pharisæos,Saducæos,Essænos. Quorum nouissimos miris effert laudibus,quod & ab uxoribus & uino & carnibus semper abstinuerint,& quotidianũ ieiunium uerterint in naturã.Super quorum uita & Philo uir doctissimus,propriũ uolumen ædidit. Eantes Cizycenus,& Asclepiades Cyprius,ætate qua Pygmaleon in Oriente regnabat, scribunt esum carniũ non fuisse . Eubulus quoq;,qui historiam Mithræ multis uoluminibus explicuit, narrat apud Persas tria genera Magorũ:quorum primos,qui sint doctissimi & eloquẽtissimi,excepta farina & holere, nihil amplius in cibo sumere. Apud Eleusinam etiã uolucribus & piscibus, & quibusdã pomis abstinere,solenne est.Bardesanes uir Babylonius, in duo dogmata apud Indos gymnosophistas diuidit: quorũ alterum appellat Bragmanas, alterũ Samanœos qui tantæ continentiæ sint, ut uel pomis arborum iuxta Gangen fluuiũ, uel publico orizæ, uel farinæ alantur cibo: & cum rex ad eos uenerit, adorare illos solitus sit, pacemq; suæ prouinciæ in illorũ precibus arbitrari sitam. Euripides in Creta, Iouis prophetas,non solum carnibus , sed & coctis cibis abstinuisse refert. Xenocrates philosophus de Triptolemi legibus apud Athenienses tria tantũ præcepta in templo Eleusine residere scribit: honorandos parentes,uenerandos deos, carnibus non uescendum.Orpheus in carmine suo esum carniũ detestatur.Pythagoræ, Socratis,Antisthenis,& reliquorũ frugalitatem referrem in confusionẽ nostram:nisi & longum esset,& proprij operis indigeret.Hic certe est Antisthenes,qui cum gloriose docuisset rhetoricam,audissetq; Socratem,dixisse fertur ad discipulos suos:Abite,& magistrũ quærite,ego enim iam repperi. Statimq; uenditis quæ habebat , & publice distributis,nihil sibi amplius quàm palliolum reseruauit.Paupertatisq; eius & laboris,& Xenophon testis est in Sympo sio:& innumerabiles libri eius:quorum alios philosophico, alios rhetorico genere scripsit.

Huius Diogenes ille famosissimus sectator fuit,potentior rege Alexandro, & naturæ uictor humanæ.Nam cũ discipulorũ Antisthenes nullum reciperet, & perseuerantem Diogenem remouere non posset, nouissime claua minatus est,nisi abiret . Cui ille subiecisse dicitur caput

caput,atq; dixisse:Nullus tam durus baculus erit,qui me à tuo possit obsequio separare.Re/
fert Satyrus, qui illustrium uirorum scribit historias, quod Diogenes palliolo duplici usus
sit propter frigus:peram pro cellario habuerit,secumq; portarit clauam ob corpusculi fragi/
litatem,qua iam senex membra sustentare solitus erat:& ἐμῤῥόβιον uulgò appellatus sit,in
præsentem horam poscens à quolibet,& accipiens cibum. Habitauit autem in portarum ue/
stibulis & porticibus ciuitatum. Cumq; se contorqueret in dolio, uolubilem se habere do/
mum iocabatur,& se cum temporibus immutantem. Frigore enim os dolij uertebat in meri/
diem,æstate ad septentrionem:& utcũq; sol se inclinauerat,Diogenis simul prætorium uer/
tebatur:Quodam uero tempore habens ad potandũ cauum ligneum, uidit puerum manu *Aliàs cauernm*
concaua bibere,& elisisse illud fertur ad terram,dicens:Nesciebam quod natura haberet po/
culum.Virtutem eius & cõtinentiam mors quoq; indicat. Nam cum ad agonem Olympia/
cum,qui magna frequentia Græcię celebrabatur,iã senex pergeret,febri in itinere dicitur ap
prehensus,accubuisse in crepidine uiæ:uolentibusq; cum amicis,aut in iumentum, aut in ue/
hiculum tollere,non acquieuit: sed transiens ad arboris umbram,locutus est: Abite quæso,
& spectatum pergite: hæc me nox aut uictorem probabit, aut uictum. Si febrem uicero,ad
agonem ueniam:si me uicerit,ad inferna descendam.Ibiq; per noctem elisso gutture nõ tam
mori se ait, quàm febrem morte excludere. Vnius tantum philosophi exemplum posui, ut
formosuli nostri & thorosuli,& uix summis pedibus adumbrantes uestigia: quorum uerba
in pugnis sunt,& syllogismi in calcibus: qui paupertatem apostolorũ & crucis duriciam, aut
nesciunt,aut contemnunt,imitentur saltem gentilium parcitatem. Hæc de argumentis phi
losophorum exemplisq; disserui.Nunc ad exordium generis humani,id est,ad nostra tran/
siens,docebo primum Adam in paradiso accepisse præceptum, ut cætera poma comedens,
ab una arbore ieiunaret.Beatitudo paradisi absq; abstinẽtia cibi non potuit dedicari.Quam
diu ieiunauit,in paradiso fuit:comedit,& eiectus est:eiectus, statim duxit uxorem. Qui ieiu/
nus in paradiso uirgo fuerat,fatur in terra matrimonio copulatur:& tamen eiectus, non pro
tinus accepit licentiam carnium uescendarum, sed tantum poma arborũ & fruges segetum,
& herbarum holera ei traduntur in cibum:ut exul quoq; paradisi,non carnibus, quę in para
diso non erant,sed similitudine frugum paradisi uesceretur. Postea uero uidens deus quod
diligenter appositũ esset ad maliciam cor hominis ab adolescentia, & spiritus eius in his per
manere non posset,quia erant caro,opera carnis diluuio condemnauit: & auidissimã homi/
num gulam probans,dedit eis licentiam comedendarum carnium:ut dum sibi intelligunt li/
cere omnia, non desiderent magnopere quod non licebat, ne mandatũ in causam uerterent
præuaricationis. Quanquam & tunc ex parte imperatũ ieiunium sit. Nam cum alia munda
dicantur,alia immunda: & in arca Noë de immundis bina, de mundis introducuntur impa/
ria:& utiq; immundorum esus ablatus sit,ne sine causa dicerentur immunda:ex parte ieiuni/
um dedicatum est,docens abstinentiam omniũ in quorundam recisione. Cur perdidit Esau
primogenita sua?nónne propter cibũ? impatientiamq; gulæ lachrymis emendare non po/
tuit. Eiectus de Ægypto populus Israël, & in terram repromissionis lacte & melle manan/
tem introducendus,Ægyptias carnes & pepones alliaq; desiderat. Vtinã, inquit, obissemus
percussi à deo in terra Aegypti,quãdo super ollas carnium sedebamus.Et iterum: Quis nos
uescet carnibus? Venerunt in mentem nobis pisces, quos in Aegypto comedebamus gratis,
& cucumeres,& pepones, & porri,& cepe,& allia.At nũc anima nostra arida, nihil nisi man/
na oculi nostri conspiciunt.Angelorum cibum cõtemnentes, carnes Aegyptias suspirabant.
Moyses quadraginta diebus & noctibus ieiunus in monte Sina, etiam tunc probans, non
in pane solo uiuere hominem,sed in omni uerbo dei,cum domino loquitur: populus autem
satur idola fabricatur.Ille uacuo uentre,legem accipit scriptam digito dei. Iste manducans &
bibens,consurgensq; ludere, aurum conflat in uitulum, & Aegyptium bouem præfert do/
mini maiestati.Tot dierum labor,unius horæ saturitate perit. Frangit audacter Moyses ta/
bulas:sciebat enim dei sermonem non posse audire temulentos. Incrassatus est & pinguefa/

ctus & dilatatus,& recalcitrauit dilectus,& dereliquit dominũ, qui fecerat eum, & abſceſſit à deo ſalutari ſuo. Vnde & in eodẽ Deuteronomio præcipitur: Ne cum manducaueris & biberis & domos opimas ædificaueris, ouibus & bubus tuis multiplicatis & argento & auro, extollatur cor tuum,& obliuiſcaris domini tui.Deniq; manducauit populus,& incraſſatum eſt cor eius,ne uideret oculis,& audiret auribus, & corde cõſiceret: & uultũ ieiunãtis Moyſi, & iuxta Hebraicam ueritatẽ,dei cõfabulatione cornutum, paſtus & pinguior populus ſuſtinere nõ potuit. Quãobrem & dominus noſter atq; ſaluator non ob differentiã uirginitatis & nuptiarum,ut quidam putant, ſed ob ieiuniorũ conſortia, Moyſen & Eliam transfiguratus in monte ſecum oſtendit in gloria. Quanc̃q; Moyſes & Elias typũ proprie legis prophetarumc̃q; monſtrauerint: ſicut manifeſte ſcriptura teſtatur: Dicebant ei exitum quem completurus erat in Hieruſalem. Paſſionem enim domini non uirginitas & nuptiæ,ſed lex nunciat & prophetæ.Quod ſi cõtentioſe in Moyſe nuptias, in Elia uirginitatẽ dixerint demonſtrari: breuiter audiant Moyſen mortuum & ſepultum.Eliam igneo curru raptum:ante immortalem eſſe cœpiſſe,quàm mortuum. Sed nec ſecunda conſcriptio tabularum abſq; ieiunio potuit impetrari. Quod ebrietas perdiderat,inedia repperit. Ex quo oſtenditur, poſſe nos per ieiunium redire in paradiſum,unde per ſaturitatem fueramus eiecti.In Exodo aduerſus Amelech,oratione Moyſi,& totius populi, uſq; ad ueſperam ieiunio dimicatum eſt. Ieſus filius Naue ſtationem imperauit ſoli & lunæ: & inediam plus quàm unius diei, uictoris exercitus protelauit. Saul (ſicut in Regnorum libro primo ſcribitur) Maledictus,inquit,qui ederit panem uſq; ad ueſperam, donec ulciſcar me de inimicis meis. Et non guſtauit omnis populus eius, & tota terra prandebat. Tantic̃q; fuit autoritas ſtationis ſemel domino deſtinatæ,ut Ionatham,qui cauſa uictoriæ extiterat,deprehenderet ſors:& ignorantiæ crimen declinare non poſſet, patriſc̃q; in ſe concitaret manum,& uix populi precibus ſaluaretur. Elias quadraginta dierum ieiunio præparatus,deum uidit in monte Oreb,& audit ab eo: Quid tu hic Elia? Multo familiarior iſta uox,quàm illa in Geneſi:Adam ubi es? Illa enim paſtum deterrebat & perditum: hæc ieiunanti famulo blandiebatur.Congregatum Samuel populum in Maſphat, indicto ieiunio roborauit,& fecit hoſtibus fortiorem. Aſſyriorum impetum,& potentiam Sennacherib, Ezechiæ regis lachrymæ, ſaccus, & humiliatio uictus, fregit,proſtrauit & uicit. Et ecõtrario ciuitas Niniue,imminentem irã domini ieiuniorũ miſeratione detorſit:quam & Sodoma placaſſet & Gomorra,ſi uoluiſſent agere pœnitentiã,& lachrymas pœnitentiæ patrocinante conciliare ieiunio. Achab rex impiiſſimus, ut ſententiam dei ſubterfugeret, & euerſio domus eius differretur in poſteros, ieiunio impetrauit & ſacco. Anna uxor Helchanæ inanem cibo uentrem, filio meruit implere. Periclitantur in Babylone Magi,omnis coniector & hariolus & aruſpex cæditur.Daniel & tres pueri reuelationem merentur ieiunio:& paſti leguminibus, pulchriores ſunt & prudentiores his qui de menſa regis carnibus ueſcebantur.Deinde ſcriptum eſt,quod Daniel tribus hebdomadibus ieiunauerit:panem ſuauem non comederit:caro & uinum non intrauerit os eius:oleo unctus non ſit,& uenerit ad eum angelus,dicens: Daniel,homo miſerabilis es. Qui deo miſerabilis apparuerat, poſt ieiunium leonibus in lacu fuit horribilis. Quàm pulchra res: quæ placat deum, leones mitigat,dæmones terret. Mittitur ad eum (licet hoc in Hebraicis uoluminibus non inuenerimus)Habacuc meſſorum prandium portans. Talem enim diſcophorum inedia meruerat hebdomadis.Dauid,periclitãte filio poſt adulterium, ἐξομολόγεσιν in cinere & ieiunio facit dicens:Quia cinerem tanquam panem manducabam,& potum meum cum fletu miſcebam Et infirmata ſunt in ieiunio genua mea. Et certe iam audierat à Nathan: Dominus abſtulit à te hoc peccatum.Sampſon & Samuel uinum & ſiceram non bibunt.Erant enim filij repromiſſionis,& per abſtinentiam ieiuniumc̃q; cõcepti.Aaron & cęteri ſacerdotes ingreſſuri templum,omne quod poteſt inebriare non potant,ne moriantur.Ex quo intelligimus mori eos, qui in eccleſia non ſobrij miniſtrarint. Quamobrem exprobratur Iſraeli,potum dabatis Nazaræis meis uinum.Ionadab filius Rechab,præcepit filijs ſuis,ut non biberent uinum uſque

in æter

A in æternum. Quibus cum offerret Hieremias uinum ut biberent, & illi bibere noluissent, loquitur dominus per prophetam. Quia obedistis præcepto Ionadab patris uestri,nō deficiet uir de stirpe Ionadab filij Rechab,stans in cōspectu meo cunctis diebus. In foribus Euangelij Anna filia Phanuelis uniuira inducitur,semperq; ieiunans, & dominum uirginem longa castitas longaq; ieiunia susceperе.Præcursor eius & præco Ioannes locustis alitur,& sylue stri melle,non carnibus:habitatioq; deserti & incunabula monachorum, talibus inchoantur alimentis.Sed & ipse dominus baptisma suū quadraginta dierum ieiunio dedicauit,& acriora dæmonia docuit non nisi oratione & ieiunijs posse superari. Cornelius centurio, ut spiritum sanctum acciperet antequā baptisma,eleemosynis meruit,crebrisq; ieiunijs.Paulus apostolus post famem & sitim,& cæteros labores suos & pericula latronum,naufragia,solitudines,crebra ieiunia enumerat.Et discipulo Timotheo dolenti stomachū, & infirmitates pluri-
17 mas sustinenti,suadet uini modicam potionem:Iam noli,inquit,aquam bibere. Cui autem dicit:iam noli aquā bibere,ostendit eum aquam ante potasse. Quod non cōcederet,nisi crebrę infirmitates & dolor stomachi postulassent.Reprobat quidem Apostolus eos,qui prohibebant nuptias:& iubebant cibis abstinere,quos deus creauit ad utendū cum gratiarum actione:sed & Marcionem designat & Tatianum, & cæteros hæreticos, qui abstinentiā indicunt perpetuam, ad destruenda & contemnenda & abominanda opera creatoris. Nos autem & creaturam omnem laudamus dei:& maciem saginæ, abstinentiam luxuriæ, ieiunia præferimus saturitati. Vir quippe in laboribus laborat sibi, & uim facit in interitum suum. Et à diebus Ioannis Baptistæ ieiunatoris & uirginis, regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti diripiunt illud. Timemus enim,ne ab aduentu æterni iudicis,sicut in diebus diluuij, & euersionis Sodomæ & Gomorræ deprehendamur manducantes & bibentes,& nubētes & nuptui tradentes. Nam & diluuium & ignis de cœlo saturitatem pariter & nuptias quas deleret inuenit. Nec mirum, si omne quod in macello uenditur, Apostolus emi iubeat, & comedi: cum
B idololatris adhuc in templis idolorum, quasi idolothyta uescentibus,pro summa abstinentia fuerit,cibis tantum abstinere gentilium. Quod si loquitur ad Romanos: Is qui manducat, non manducantem non spernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet: non inter ieiunia & saturitatem æqualia merita dispensat,sed cōtra eos loquitur, qui in Christum credentes,adhuc Iudaizabant: & eos qui ex gentibus crediderant monet, ut ne scandalizent illos cibo suo,qui adhuc infirmiores erant.Deniq; & in cōsequentibus hoc ipsum sonat.Scio & confido in domino Iesu, quod nihil commune per seipsum est: nisi ei, qui existimat quid commune esse,illi commune est.Si enim propter cibum frater tuus contristatur,iam non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonū nostrum.Non est enim regnum dei esca & potus.Ac ne quis putaret hoc de ieiunijs dici, & nō de superstitione Iudaica,statim edisserit: Alius credit manducare omnia.Qui autem infirmus est,holera manducat. Et rursum:Alius iudicat diem plus quàm diem,alius iudicat omnem diem. Vnusquisq; in suo sensu abūdet. Qui sapit diem,domino sapit.Et qui manducat,domino manducat: Gratias enim agit deo.Et qui non manducat,domino non manducat,& gratias agit deo. Qui enim adhuc infirmi erāt in fide, & alias carnes mundas, alias arbitrabantur immundas: & inter diem & diem esse aliquid existimabant:uerbi gratia, sanctius esse sabbatum & neomenias & scenopegiam cēt reliquos dies:iubentur holera manducare, quæ indifferenter comeduntur ab omnibus. Qui uero firmioris erant fidei,omnes carnes & dies omnes æquales esse credebant.Illud autem quod proponere aduersarius ausus est,dominū uoratorem & potatorem uini à phariseis appellatū:& quia ad epulas ierit nuptiarū,& conuiuia non despexerit peccatorū, existimo quod nobiscum faciat.Iste est dominus,ut arbitraris, uorator:qui quadraginta diebus Christianorū ieiunium sanctificauit:qui beatos appellat esurientes & sitientes: qui escam habere se dicit, non quam discipuli suspicabantur, sed quæ in perpetuū non periret:qui de die crastino cogitare prohibet:qui cum esuriisse & sitisse dicatur,& isse frequēter ad prandia, excepto mysterio quod in

typum

typum ſuæ paſſionis expreſſit: & probandi corporis ueritate, nec gulæ ſcribitur ſeruiſſe,nec e uentri.Qui diuitem purpuratũ propter epulas narrat in tartaro,& Lazarũ pauperem ob ine diam dicit eſſe in ſinu Abrahæ.Qui quãdo ieiunamus, ungi caput & lauari faciem præcipit: quod nõ glorię hominũ,ſed domino ieiunemus.Qui comedit quidẽ poſt reſurrectionẽ par tem piſcis aſſi & fauũ:non propter eſuriem & gutturis ſuauitatem,ſed ut ueritatẽ ſui corporis comprobaret.Nam quotieſcunq; mortuũ ſuſcitauit, iuſſit ei dari manducare, ne reſurrectio phantaſma putaretur.Et Lazarus poſt reſurrectionem,ob hanc cauſam ſcribitur cum domi no iniſſe conuiuium.Nec hoc dicimus, quod negemus piſces & cætera (ſi uoluntas fuerit) in cibo eſſe ſumenda:ſed quomodo nuptijs uirginitatem,ita ſaturitati & carnibus, ieiunia ſpiri tumq; præferimus.Si autem Petrus hora ſexta pranſurus aſcendit in cœnaculũ,fortuita eſu ries non facit præiudiciũ ieiuniorum.Hoc enim modo & dominus,quia ad puteum Samari tanæ hora ſexta feſſus reſedit,& bibere uoluit:omnibus incũbet neceſſitas, uelint nolint hoc tempore bibendi.Potuit autem fieri,ut uel ſabbatũ eſſet,uel dies dominicus:& poſt bidui,tri duiq; ieiunium,hora ſexta eſurierit.Nunq; enim crediderim apoſtolum,ſi ante unam diem cœnauerat,epulisq; diſtentus fuerat,alterius diei eſuriſſe meridie.Quod ſi cœnauit pridie,& ſequenti die eſuriuit ante prandiũ, non exiſtimo quod uſq; ad ſatietatẽ comederit,qui tam cito potuit eſurire.Porrò ſi per Eſaiam loquitur deus, quod non tale ieiuniũ elegerit, dicens: In diebus ieiuniorũ ueſtrorum inueniũtur uoluntates ueſtræ:& ſubiectos percutitis, & in iu dicia & in lites ieiunatis, & cędditis pugnis:non tale ieiunium elegi dicit dominus.Quale elege rit,docet:Frange eſurienti panem tuum,& pauperes ſine tecto induc in domũ tuam. Si uide ris nudum,ueſti:& domeſticos ſeminis tui ne deſpicias. Non igitur ieiunium reprobauit,ſed quale uellet,oſtendit.Neq; enim uentris eſuries accepta eſt deo, quã lites & rapinæ & luxu ria deſtruunt.Si non uult ieiuniũ deus,quomodo in Leuitico præcipit,ut ſeptimo menſe, de cima menſis omnis populus ieiunet uſq; ad ueſperam: & qui non afflixerit animã ſuam,mo riatur & exterminetur de populo ſuo? Quare ſepulchra cõcupiſcentiæ, ubi carnibus deditus D populus ruit,uſq; hodie in ſolitudine perſeuerant? Et craſſus populus ortygometram ſcribi 18 tur ad choleram uſq; ructaſſe? Cur homo dei,ad cuius prophetiã manus aruerat regis Hie roboam:qui manducauit contra edictum dei,ilico percuſſus eſt? Et leo qui aſinam cuſtodi uit intactam, prophetæ leuanti ſe de prandio non pepercit? Qui ieiunus miracula fecerat, pranſus ilico ſaturitatis pœnas luit.Sed & Ioël clamitat:Sanctificate ieiunium, prędicate cu rationem: ut monſtraretur ieiunium ſanctificari cæteris operibus, & ſanctificatum ieiunium curationi proficere peccatorum. Quomodo autem uirginitati ueræ non præiudicat imitatio uirginum diaboli, ita nec ueris ieiunijs coſſorum Iſidis & Cybeles, & quorundam ciborũ in æternũ abſtinentia:maxime cum apud illos ieiuniũ panis,ſagina carnium compenſetur.Et ſi cut ſigna quæ faciebat Moyſes,imitabãtur ſigna Aegyptiorũ,ſed non erant in ueritate: nam uirga Moyſi uirgas Magorũ deuorabat: ita per omnia quæ per æmulationem dei facit dia bolus,non religionis noſtræ ſuperſtitio,ſed noſtra arguitur negligentia,id nolentium facere quod bonum eſſe etiam ſeculi homines non ignorant. Quarta propoſitio, quæ & extre ma eſt,duos eſſe ordines ouium & hircorum:alterum iuſtorum,alterum peccatorũ:alios ſta re à dextris,alios à ſiniſtris:& audire iuſtos: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum uobis regnũ à conſtitutione mũdi.Peccatoribus uero dici:Diſcedite à me maledicti in ignem æternum,qui præparatus eſt diabolo & angelis eius.Arborem bonam non poſſe malos fru ctus facere,nec malam bonos.Vnde & ſaluator loquitur ad Iudæos: Vos de patre diabolo eſtis,& concupiſcentias patris ueſtri facere uultis. Decem uirgines proponit ſtultas atq; ſapi entes:& quinq; quæ oleũ non habuerunt,remanſiſſe extrinſecus:alias uero quinq;, quæ ſibi lumen bonorũ operũ pręparauerant thalamũ intraſſe cum ſponſo. Aſcendit ad diluuium & ait:Qui erant cum Noe, iuſti ſeruati ſunt: qui uero peccatores, omnes in cõmune perierunt. Apud Sodomã & Gomorram,exceptis duobus gradibus bonorũ malorumq;, nulla diuer ſitas inuenit.Qui eſt iuſtus, eripitur: qui peccator,pari deuorat incendio. Vna ſalus liberatis,

unus

A unius interitus remanentibus. Ne paululũ quidem à iuſticia declinandũ, indicio eſt uxor Lot. Si autẽ, inquit, mihi opponis, quare iuſtus laboret in pace, aut perſecutionibus: ſi nullus profectus eſt, nec maiora præmia: ſcias hoc eum facere, nõ ut plus quid mereatur, ſed ne perdat quod accepit. In Ægypto quoq; decem plagas æqualiter omnes ſentiunt peccatores: & ſimiles tenebræ, domino & ſeruo, nobili & ignobili, regi imminent & uulgo. Sanctis uero dei & populo Iſraël una erat lux. Sed & in mari rubro iuſti pariter tranſeũt, peccatores pariter obruuntur. Sexcenta hominũ milia, excepta imbelli ætate & ſexu, in deſerto æqualiter ruunt: & duo qui iuſticia pares erant, æqualiter liberãtur. Per quadraginta annos cunctus Iſraël ſimiliter laborat & moritur. Gomor mannæ uniuerſis ætatibus una in cibo menſura eſt: ueſtitus pariter non deteruntur, capilli ſimul non augẽtur, barba in cõmune non creſcit, calciamenta ex æquo omnibus durant. Non incalluere pedes, cibus in ore cunctorũ æqualiter ſapit. Ad manſionem unã pari labore & mercede pergebant. Omnis Hebræus æquale habet paſcha, æquales ſcenopegias, æquale ſabbatũ, æquales neomenias. Septimo requietionis anno abſq; perſonarum diſcretione dimittitur, & in iobilæo uniuerſa cunctis debita relaxantur, atq; ad antiquã poſſeſſionem uenditor redit. Parabolã autem in euangelio ſeminantis, in qua in terra bona centeſimus & ſexageſimus & triceſimus fructus exoritur: & econtrario in terra mala; triplex ſterilitatis uarietas indicatur, in duos ordines diuidit, bonæ terræ & malæ. Et quomodo apoſtolis pro derelictis filijs & uxoribus, in alio Euãgelio centies, in alio ſepties dominus repromittit, & in futuro uitam æternã, nullaq; diſtantia eſt inter centũ & ſeptem: ſic & in hoc numero non facere præiudicium, ubi huius terræ fertilitas prædicatur; præſertim cum & euãgeliſta Marcus retrorſum numeret triginta, ſexaginta & centũ. Dicit dominus: Qui manducat meã carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut ergo ſine aliqua differẽtia graduũ Chriſtus in nobis eſt, ita & nos in Chriſto ſine gradibus ſumus. Omnis qui diligit me, ſermonem meũ ſeruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum ueniemus, &
B manſionem apud eum faciemus. Qui iuſtus eſt, diligit: qui diligit, ueniunt ad eum pater & filius, & in eius habitant hoſpitio. Vbi autem huiuſcemodi habitator eſt, puto quod nihil deeſſe poſſit hoſpiti. Sin autem dicit: Multæ manſiones ſunt apud patrem meũ, non in regno cœlorũ diuerſas ſignificat manſiones, ſed eccleſiarũ in toto orbe numerum, quæ conſtat una per ſeptem. Vado, inquit, & præparabo uobis locũ, nõ loca. Si hæc repromiſſio proprie duodecim apoſtolorũ eſt, ergo Paulus excluſus eſt de hoc loco, & electionis uas ſuperfluus putabitur & indignus. Ioannes & Iacobus, quia plus cæteris petierunt, non impetrauerunt: & tamen non eſt dignitas eorũ imminuta, quia reliquis apoſtolis æquales fuerunt. Neſcitis quia corpora ueſtra templũ eſt ſpiritus ſancti? Templũ, inquit, eſt, non templa: ut ſimiliter in omnibus habitatorem oſtenderet deum. Non pro his rogo tantũ, ſed pro illis qui crediturí ſunt per uerbũ eorum in me: ut ſicut tu pater in me, & ego in te unũ ſumus, ita omnes unũ ſint in nobis. Gloriã quam dediſti mihi, dedi eis: dilexi eos, ſicut me dilexiſti. Et quomodo nos ſumus pater & filius & ſpiritus ſanctus unus deus, ſic & unus populus in ipſis ſit, hoc eſt, quaſi filij chariſſimi, diuinæ conſortes naturæ. Sponſa, ſoror, mater, & quæcunq; alia putaueris uocabula, unius eccleſiæ congregatio eſt, quæ nunc̃q; eſt ſine ſponſo, fratre, filio. Vnam habet fidem, nec conſtupratur dogmatũ uarietate, nec hæreſibus ſcinditur. Virgo permanet. Quocunq; uadit agnus, ſequitur illum: ſola nouit canticum Chriſti. Si autem, inquit, mihi oppoſueris, ſtella à ſtella differt in claritate, audies differre ſtellã à ſtella, hoc eſt, ſpirituales à carnalibus. Omnia membra æqualiter diligimus, nec oculũ præponimus digito, nec digitũ auriculæ: ſed in ſingulorũ amiſſione, membrorũ communis dolor eſt. Aequaliter introimus in hoc ſeculum, & æqualiter de eo egredimur. Vnus Adam terrenus, & alter cœleſtis. Qui in terreno fuerit, à ſiniſtris eſt, & peribit: qui in cœleſti, à dextris eſt, & ſaluabit̃. Qui fratri dixerit fatue & raca, reus erit gehẽnæ. Et qui homicida fuerit & adulter, mittet̃ ſimiliter in gehennam. In perſequutione qui incẽditur, qui ſuffocatur, qui decollatur, qui fugerit, qui in carcere incluſus obierit: uaria quidem luctæ genera, ſed una corona uictorum eſt. Inter eum fratrem qui

ſemper

ſemper cum patre fuerat,& qui poſtea pœnitens eſt receptus,nulla diuerſitas eſt. Operarijs c
primæ horæ & tertiæ & ſextæ & nonæ & undecimæ , unus denarius æqualiter redditur: &,
quo magis admireris,ab his incipit præmiũ,qui minus in uinea laborarunt. His & huiuſce
modi diuinarum ſcripturarum teſtimonijs,quæ ad peruerſitatem ſui dogmatis, callidus diſ
putator inclinat,quis non tentetur etiã electorum dei? Et quod Ioannes apoſtolus, antichri
ſtos dicit ueniſſe multos,hæc uera eſt antichriſti prædicatio, quæ inter Ioannem & ultimum
pœnitentem nullam facit eſſe diſtantiam. Simulq; miror,quomodo ſerpens lubricus & Pro
teus noſter,in uariarum ſe mutet portenta formarum. Qui enim in coitu & in ſaturitate Epi
cureus eſt,ſubito in retributione meritorum Stoicus efficitur. Hieroſolymã Citto , Iudæam
Cypro,Chriſtum Zenone commutat. Si non licet à uirtutibus paululum declinare, & om
nia peccata ſunt paria,eiuſdemq; criminis reus eſt,qui panem eſurienti ſurripuerit, & qui ho
minem occiderit, tu quoq; maximorum ſcelerum reus teneris . Porrò aliud eſt,ſi te dicas ne
minima quidẽ habere peccata,& cum omnes apoſtoli & prophetæ & ſancti , iuxta id quod
in ſecunda propoſitione diſſerui,peccatores eſſe ſe plangant,ſolus de iuſticia glorieris. Ante
nudo eras pede: modo non ſolum calciato,ſed & ornato. Tunc pexa tunica,& nigra ſubucu
la ueſtiebaris,ſordidatus & pallidus,& calloſam opere geſtitans manum: nunc lineis & ſeri
cis ueſtibus,& Atrebatũ ac Laodiceæ indumentis ornatus incedis. Rubent buccæ,nitet cutis, 19
comæ in occipitium frontemq; tornantur,protenſus eſt aqualiculus,inſurgunt humeri , tur
get guttur: & de obeſis faucibus uix ſuffocata uerba promũtur. Certe in tanta diuerſitate ui
ctus & ueſtitus,neceſſe eſt,aut hic,aut ibi eſſe peccatum. Non quod peccatum in cibo, aut in
ueſtibus aſſerã: ſed quod uarietas & cõmutatio in deterius,reprehẽſioni proxima ſit . Quod
autem reprehenditur,à uirtute procul eſt: quod à uirtute procul eſt,uitio mancipatur. Quod
uitioſum arguitur, peccato iungitur. Quod peccatum eſt , iuxta tuam ſententiam in ſiniſtra
parte & hircorum grege deſcribitur . Aut reuerteris igitur ad antiquum propoſitum, ut ouis
poſſis eſſe ad dexteram: aut ſi priorem ſententiam peruerſa pœnitentia cõmutaris, uelis no 20
lis,quanquam barbam raſeris, inter hircos numeraberis. Verum quid prodeſt luſcum uoca
re luſcum,& accuſatoris docere incõſtantiam,cum propoſitionum ſeries diluenda ſit? Oues
& hœdos à dextera & ſiniſtra,duos iuſtorum & peccatorum eſſe ordines non negamus. At
borem bonam,fructus malos nõ facere: nec malam bonos,nulli dubium eſt. Decem quoq;
uirgines ſapientes & ſtultas,in bonas malasq; diuidimus . In diluuio liberatos iuſtos,& pec
catores aquis obrutos,non ignoramus. In Sodoma & Gomorra ereptum iuſtum,& impios
igne conſumptos , omnibus perſpicuum eſt. Decem quoq; plagis percuſſam Ægyptum, &
Iſraël fuiſſe ſoſpitem nouimus. In mari rubro tranſiſſe iuſtos , & Pharaonem cum ſuo exer
citu demerſum,etiã in ſcholis cantant paruuli. Sexcenta milia in deſerto cecidiſſe, quia incre
duli fuerint,& duos tantum terram repromiſſionis intraſſe,ſcripturæ docent , & reliqua quæ
uſq; ad operarios uineæ , in duos bonorum & malorum ordines deſcripſiſti. Sed quale eſt,
ut quia inter bonos & malos diuiſio eſt,tu aſſeras inter ipſos bonos uel ecõtrario malos nul
lam eſſe diſtantiam,nihilq; referre,utrum in pecore aliquis aries ſit, an ouicula? Vtrum pri
mam lanam habeat,an ſecundam? Vtrum ſcabidum pecus ſit & morbidum, an uegetũ atq;
ſuſſultans? maxime cum Ezechiel oues rationabiles,& diuerſitatem inter pecus & pecus, ſuæ
prophetiæ autoritate demonſtret dicens: Ecce ego iudico inter pecus & pecus,& inter arietes
& hircos,& inter pecus pingue & macilentũ: Pro eo quod lateribus & humeris impingeba
tis , & cornibus ueſtris uentilabatis omnia infirma pecora donec diſpergerentur . Et ut ſcire
mus quæ iſta ſunt pecora,ſtatim intulit. Vos autem greges mei,oues paſcuæ meæ homines
eſtis. Idipſum ergo erit Paulus,& ille pœnitens,qui cum patris uxore dormierat,quia in eccle
ſiam poſt pœnitentiam receptus eſt: & quia ſimul à dextris eſt, in eadem cum apoſtolo cla
ritate fulgebit? Et quomodo in uno agello uſq; ad meſſem in conſummationem mũdi ziza
nia pariter frumentaq; ſuccreſcunt? Qua conſequentia piſces boni & mali,ſagena Chriſti &
reti euangelico continentur? Cur in typo eccleſiæ,in arca Noë,diuerſa animalia,& pro quali
tate

A tate meritorum,diuerſæ ſunt manſiones? Cur aſtitit regina à dextris domini in ueſtitu deau rato,circundata uarietate? Cur Ioſeph in forma Chriſti,uariam habuit tunicam? Cur Apoſtolus loquitur ad Romanos: Vnicuiq; ſicut deus diuiſit menſuram fidei? Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus ſumus in Chriſto,ſinguli autem alter alterius membra. Habẽtes autem donationes ſecundum gratiam, quæ data eſt nobis differentes,ſiue prophetiam ſecundum menſuram fidei,ſiue miniſterium in miniſtrando,ſiue qui docet in doctrina,qui exhortatur in exhortando,qui tribuit in ſimplicitate,qui præeſt in ſolicitudine,& reliqua: Et in alio loco, alius iudicat diem plus quàm diem,alius iudicat omnẽ diem. Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundat. Et ad Corinthios: Ego plantaui,Apollo rigauit,ſed deus incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat eſt aliquid,neq; qui rigat,ſed qui incrementũ dat deus. Qui plantat & qui rigat, unum ſunt. Vnuſquiſq; autem propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem. Dei enim ſumus adiutores,dei agricultura eſtis,dei ædificatio eſtis. Et rurſum alibi: Secundũ gratiam dei,quæ data eſt mihi,ut ſapiens architectus fundamentum poſui,alius autẽ ſuperædificat. Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere,præterquàm id quod poſitũ eſt,quod eſt Chriſtus Ieſus: Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamentum hoc,aurum,argentum, lapides precioſos,ligna,fœnum,ſtipulam, uniuſcuiuſq; opus apparebit. Dies enim domini illud manifeſtabit,quoniam in igne reuelabitur: & ſingulorũ opus quale ſit,ignis probabit. Si cuius opus manſerit,quod ſuperædificauit,mercedem accipiet. Si cuius opus arſerit,detrimentum patietur. Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Si is cuius opus arſit & perijt,& damnum ſuſtinuit laboris ſui,perdet quidem laboris præmium,ſed ipſe ſaluabitur, non tamen abſq; probatione ignis: ergo is cuius opus manſerit, quod ſuperædificauit,ſine ignis probatione ſaluabitur,& inter ſaluationem & ſaluationem utiq; erit diuerſitas aliqua.

B Necnõ in alio loco: Sic nos,inquit,exiſtimet homo quaſi miniſtros Chriſti,& diſpenſatores myſteriorum dei. Hic iam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inueniatur. Vis ſcire, quoniam inter diſpenſatorem & diſpenſatorem ſit multa diſtantia(non dico de malis & bonis,ſed de ipſis bonis qui ad dexteram ſtant)audi conſequentia: Neſcitis,quoniam qui in ſacrificijs operantur,de ſacrificijs comedũt: qui altario deſeruiunt,de altario participantur? Sic & dominus diſpoſuit his qui euangelium annunciant,de euangelio uiuere: Ego autem non abutar horum aliquo. Non ſcripſi autem hæc,ut ſic fiant in me. Melius eſt enim mihi mori, quàm ut gloriam meam quis euacuet. Si enim euangelizauero,nõ eſt mihi gloria: neceſſitas quippe mihi incumbit. Væ enim mihi eſt,ſi non euangelizauero. Nam ſi uolũtate hoc ago, mercedem habeo. Si autem nolens,diſpenſatio mihi credita eſt. Quæ eſt ergo merces mea? Vt euangelizans ſine ſumptu ponam euangelium Chriſti,ut non abutar poteſtate,quæ data eſt mihi in euãgelio. Cum enim eſſem liber,ex omnibus omnium me ſeruum feci,ut plures lucrifacerem. Nunquid potes dicere,peccare eos qui uiuunt de euangelio,& qui de ſacrificijs participantur? Vtiq; non. Dominus enim diſpoſuit,ut qui prædicant euangeliũ,de euangelio uiuant. Apoſtolus autem qui non abutitur hac licentia, ſed laborat manibus ſuis, ne quẽ grauet,& die ac nocte operatur,& miniſtrat his qui ſecũ ſunt: utiq; ideo hoc facit,ut plus laborans,plus aliquid mercedis accipiat. Curramus ad reliqua. Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus. Et diuiſiones miniſteriorum ſunt, idem autem dominus: Et diuiſiones operationum ſunt,idem autem deus,qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq; autem data eſt operatio ſpiritus iuxta id quod expedit. Et iterum: Sicut corpus unum eſt, & membra plura habet,omnia autem membra corporis cum ſint multa, unum corpus eſt, ſic & Chriſtus. Verum ne dicas in uno corpore diuerſa membra unum habere meritum, ſtatim gradus deſcribit eccleſiæ,& ait: Quoſdam quidem poſuit deus in eccleſia: primum apoſtolos,ſecundo prophetas,tertio doctores. Denique uirtutes & gratias curationum, opitulationes, gubernationes,genera linguarum. Nunquid omnes apoſtoli? Nũquid omnes prophetæ? Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes uirtutes? Nunquid omnes gratiam habent

curationum? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur? Aemu/ c
lamini autem dona maiora, & adhuc excellentiorem uiam uobis demonſtro. Cumq; de cha
ritatis uirtutibus latius diſputaſſet, adiecit: Siue prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſa/
bunt, ſiue ſcientia deſtruetur: Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Cũ au/
tem uenerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Et in cõtinentibus: Nunc au
tem manent fides, ſpes, & charitas, tria hæc. Maior autem horũ eſt charitas. Sectamini chari
tatem, æmulamini ſpiritualia, magis autem ut prophetetis. Et iterum: Volo autẽ omnes uos
loqui linguis, magis autem prophetare. Nam maior eſt qui prophetat, quàm qui loquitur
linguis. Et rurſum: Gratias ago deo, quod omnium ueſtrum linguis loquor. Vbi diuerſa ſunt
dona, & alius maior, alius minor eſt, & omnes ſpirituales appellantur: certe oues ſunt, & ſtãt
à dextris, & inter ouem & ouem eſt aliqua diuerſitas. Loquitur quidem de humilitate Pau/
lus apoſtolus: Ego ſum nouiſſimus apoſtolorũ, qui non ſum dignus uocari apoſtolus, quia
perſecutus ſum eccleſiam dei: Gratia autem dei ſum, id quod ſum: & gratia eius in me uacua
non fuit, ſed amplius omnibus illis laboraui: Non ego autem, ſed gratia dei quæ in me eſt.
Veruntamen in eo quod ſe humiliat, oſtẽdit poſſe apoſtolos alios minores, alios eſſe maio
res: & qui utiq; uas electionis dicitur, & cunctis amplius laborauit, non eſt iniuſtus deus, ut
obliuiſcatur operis eius, & diſpar meritum æquali mercede compenſet. Dehinc legimus: Si/
cut in Adam omnes moriũtur, ita & in Chriſto omnes uiuificabuntur, unuſquiſq; autem in
ſuo ordine. Quando unuſquiſq; in ſuo reſurget ordine, utiq; diuerſa ſunt merita reſurgenti/
um. Non omnis caro, eadẽ caro, ſed alia hominum, alia pecorum, alia uolucrum, alia autem
piſcium. Et corpora cœleſtia, & corpora terreſtria, ſed alia quidem cœleſtium gloria, alia au/
tem terreſtrium. Alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, alia claritas ſtellarum. Stella enim à ſtel/
la differt in claritate. Sic erit & reſurrectio mortuorum. Quod tu ſcilicet doctus interpres ſic
expoſuiſti, ut diceres ſpirituales differre à carnalibus: Ergo & ſpirituales & carnales in cœle/
ſtibus erunt, & iam non ſolum oues, ſed etiam hirci tui conſcendent regna cœlorum. Stella, D
inquit, à ſtella differt in claritate, non oues & hirci, ſed oues & oues, id eſt, ſtella & ſtella. De/
niq; alia, inquit, claritas ſolis, & alia claritas lunæ. Ne ſtellam & ſtellam totum humanæ mul/
titudinis aſſereres genus, ſolem poſuit & lunam, quos certe inter hircos non poteris numera
re. Sic, inquit, erit & reſurrectio mortuorum, ut iuſti in claritate ſolis luceant, & qui in ſequen/
ti gradu ſunt, lunæ ſplendore rutilent, ut alius Lucifer ſit, alius Arcturus, alius Orion, alius
Mazuroth, & cætera ſtellarum uocabula, quæ ſacratæ, in Iob uolumine cõtinentur. Omnes
enim, ait, manifeſtari nos oportet ante tribunal Chriſti, ut recipiat unuſquiſq; quæ geſſit per
corpus, ſiue bonum ſiue malum. Ac ne forſitan dicas ante tribunal Chriſti nos manifeſtari:
ut boni, bona: mali recipiant mala, in eadem epiſtola docet: Qui parce ſeminat, parce & me/
tet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Certe & qui plus, & qui
minus ſeminat, de parte ſunt dextra. Et cum unius ſementis genus ſit, tamen menſura & nu/
mero differunt. Scribit ad Epheſios idem Paulus: Vt nota fieret nunc principatibus & pote/
ſtatibus in cœlis per eccleſiam, multiplex & uaria ſapiẽtia dei. Cernis quod in diuerſis agmi
nibus eccleſiæ, uaria & multiplex ſapientia dei prædicetur? Necnon in eadem epiſtola: Vni/
cuiq; autem noſtrum data eſt gratia, iuxta menſuram gratiæ Chriſti: non quod menſura
Chriſti diuerſa ſit, ſed tantum gratiæ eius infunditur, quantum ualemus haurire. Fruſtra
igitur oues & hircos, quinq; & quinq; uirgines, Aegyptios, & Iſraelitas, & cætera huiuſcemo
di replicas, quia non eſt in præſenti retributio, ſed in futuro. Vnde & dies iudicij in conſum/
matione promittitur, quia nunc non eſt iudicium. Sine cauſa enim appellatur dies extrema
iudicij, ſi modo iudicat deus. Impræſentiarum nauigamus, luctamur, atq; pugnamus, ut in
fine perueniamus ad portum, coronemur, triumphemus. Tu autem peruerſe & lubrice præ/
ſentis ſeculi conuerſationem in futurorum exempla proponis: cum utiq; hic iniuſticia ſit, ibi
iuſticia, donec intremus in ſanctuarium dei, & intelligamus in nouiſſimis eorum. Non aliter
ſanctus, aliter peccator moritur? In eodem mari nauigantibus eadem tranquillitas & tem/
peſtas

A pestas est? Non aliter latro, aliter martyr occiditur? Nec alio modo de adulterio & prostibu
lis, alio de castis matrimonijs nascuntur liberi? Certe dominus & latrones æquali iudicio cru
cifixi sunt. Si idem est huius seculi futuriq; iudiciũ, ergo qui hic pariter crucifixi sunt, & in fu/
turo similiter habebuntur. Paulus & qui eum uinxerant, simul nauigant, simul sustinẽt tem/
pestatem, simul naui fluctibus dissipata in littus euadunt. Negare non potes, quin inter uin/
ctum & uincientes diuersa sint merita. Et quomodo unum apostoli militumq; naufragium?
Refert postea Paulus apostolus reuelationem, & eos qui in naui fuerant dicit sibi à domino
esse donatos. Nunquid is cui donantur, & qui donantur unius meriti sunt? Decem sancti,
peccatricem possunt eruere ciuitatem. Lot eum filiabus ereptus est de incẽdio, liberati essent
& generi, si exire uoluissent. Et certe multa differentia est inter Lot & generos eius. Liberatur
Segor una urbs de pentapoli, & quæ eiusdem meriti erat atque uni sententiæ subiacebat, cui
Sodoma & Gomorra, Adama, & Seboim, sancti precibus custoditur. Ecce diuersum meri/
tum in Lot & Segor, & tamen de incendio pariter euadunt. Latrunculi qui absente Dauid
uastauerant Sicelech, & uxores eorum & liberos in prædam duxerant, die tertia cæduntur
in campo, & quadringenti homines ascensis camelis fugiunt. Dic aliquam inter eos qui cæsi
sunt, & qui fugere potuerunt, esse distãtiam. Legimus in euangelio turrem Siloe cecidisse su/
per decem & octo uiros, & obrutos occidisse. Certe iuxta sententiam saluatoris, non soli fue/
rant peccatores, sed in formidinem reliquorum puniti sunt, ut pestilente flagellato, stultus sa
pientior fieret. Si omnium peccatorum unum est supplicium, iniuste alius occiditur, & per
mortem alterius alius commonetur. Opponis mihi Gomor mannæ, unamq; mensuram, &
uestitum & capillos & barbam & calciamenta, ex æquo fuisse Israelitarum, quasi non & nos
Christi corpus æqualiter accipiamus. Vna est in mysterijs sanctificatio, domini & serui, no/
bilis & ignobilis, regis & militis, quanq; pro accipientium meritis diuersum fiat quod unum
est. Qui enim indigne mãducauerit & biberit, reus erit uiolati corporis & sanguinis Christi.
B Nunquid quia & Iudas de eodem calice bibit, de quo & cæteri apostoli, unius cum reliquis
erit meriti? Quod si non uis recipere sacramentum: certe omnes æqualiter uiuimus, unum tra
himus aerem, eodem humore irrigamur, ijsdem cibis pascimur. Porrò si alimenta cocorum
arte mutantur in melius, & fit aliquid suauius condituris, huiuscemodi cibi non naturæ sa/
tisfaciunt, sed uoluptati. Aeque esurimus, æque algemus: simul contrahimur frigore, æstibus
& calore dissoluimur. Sol quoq; ipse & luna & omnis astrorum chorus, & pluuiæ, & mũdus
æqualiter nobis currunt, & ijsdem omnes iuxta euangelium imbribus irrigamur, boni & ma
li, iusti & iniusti. Si præsentia, exempla sunt futurorum, ergo & sol iusticiæ æqualiter iustis &
peccatoribus, impijs & sanctis, Christianis & Iudæis atq; gentilibus orietur, cum scriptura di
cat: Timentibus autem dominum orietur sol iusticiæ. Si timentibus orietur, ergo contempto
ribus & pseudoprophetis occidet. Oues quæ stant à dextris, ad regna cœlorum introducun
tur, hirci in tartarum detruduntur. Parabola ista non ouium inter se merita & econtrario de/
scribit hircorum, sed inter oues & hircos tantum distantiam facit. Neque enim in omnibus
locis docentur omnia, sed unaquæque similitudo ad id refertur cuius similitudo est. Sicut &
decem uirgines, non totius generis humani, sed solicitorum & pigrorum exempla sunt: quo
rum alteri semper domini præstolantur aduentum, alteri somno & inertiæ se dantes, futu/
rum iudicium non putant. Vnde & in fine parabolę dicitur: Vigilate, quia nescitis diem neq;
horam. Sed in diluuio liberatus est Noe, & omnis orbis interijt. Omnes caro erant, & pro/
pterea perierunt. Aut non eiusdem meriti dices filios Noe, & Noe propter quem filij libera
ti sunt: aut maledictum Cham in eodẽ pones loco, in quo & patrem, quia de diluuio simul
liberatus est. In passione Christi omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, & non fuit
qui faceret bonum, non fuit usq; ad unũ. Audebis ne igitur dicere sic negasse Petrum & cęte
ros apostolos qui fugerunt, quomodo Caiphan & Pharisæos, & clamantẽ populum, crucifi
ge crucifige talem? Et ut de apostolis taceam, eiusdem ne tibi sceleris uidebitur reus Annas
& Caiphas, & Iudas proditor, cuius & Pilatus, qui nolens compulsus est contra dominum

ferre ſententiam? Quanto maioris meriti fuit Iudas, tanto maioris criminis eſt: & quanto c
maioris criminis, tanto maioris & pœnæ: Potentes enim potenter tormenta patientur. Ar-
bor mala fructus bonos non facit, nec bona malos. Si hoc ita eſt, reſponde mihi quomodo
Paulus cum eſſet arbor mala, perſequens eccleſiam Chriſti, fecit poſtea fructus bonos? Et
Iudas cum eſſet arbor bona, ſigna faciens cum apoſtolis, poſtea uerſus in proditorem fece-
rit fructus malos. Tamdiu ergo nec arbor bona malos fructus facit, nec mala bonos: quàm
diu uel in bonitate ſua, uel in malicia perſeuerat. Porrò quod omnis Hebræus æqualiter fa-
cit paſcha, & ſeptimo anno liber efficitur: & in iobileo, id eſt quinquageſimo, uniuerſa poſ-
ſeſſio redit ad dominos: hoc non de præſenti dicitur, ſed de futuro: quia in ſex diebus huius
ſeculi ſeruientes, in ſeptimo die uero & æterno ſabbato liberi erimus: ſi tamen uoluerimus
eſſe liberi, dum adhuc ſeruimus in ſeculo. Si autem noluerimus, perforabitur nobis auricu-
la, in teſtimonium inobedientiæ, & cum uxore & liberis noſtris, quos prætulimus libertati,
id eſt, cum carne & operibus eius iugiter ſeruiemus. Parabola autem ſeminantis, quæ ex utra
que parte ternos fructus facit, & iuxta Apoſtolum ſuper fundamentum Chriſti alius ædi-
ficat, aurum, argentum, lapides precioſos: alius ligna, fœnum, ſtipulam, cum & in domo ma-
gna, diuerſa uaſa ſint, perſpicue patet: & huic uelle contradicere, apertiſſimę impudentiæ eſt.
Tamen ne exultet in mendacio, & exemplum apoſtolorum in præiudicium centenarij &
ſexagenarij & tricenarij afferat numeri, ſciat in Matthæo & in Marco, apoſtolis qui uniuer-
ſa ſua dimiſerant, centuplum repromiſſum. In euangelio autem Lucæ multo plura: id eſt,
πολὺ πλείονα, & penitus in nullo euangelio pro centum ſcriptum eſſe ſeptem: ſecꝫ aut falſa
rij, aut imperitiæ reum teneri: nec nocere nobis, quia in alio euangelio à centum, in alio à tri-
ginta incipit numerari: cum omnis ſcriptura, maxime uetus, minorem præponat numerum,
& ſic ad maiorem gradatim conſcendat. Verbi gratia, ut dicat aliquem fuiſſe annorum quin-
que & ſeptuaginta & centum, nec tamen quinq; & ſeptuaginta plura poterũt eſſe quàm cen-
tum, quæ priora ſunt nominata. Si non accipis in bonam partem diuerſitatem numeri cen- D
tum & ſexaginta & triginta, nec in malam partem accipies: & idem uitium erit ſeminis,
quod ſecus uiam cecidit, & ſuper petras & ſuper ſpinas. Sin & illa tria, & hæc uel in bonã, uel
in malam partem ſingula ſunt, ſtultum fuit pro duabus rebus ſex ſpecies numerare, præſer-
tim cum in Matthæo & in Marco & in Luca narrata parabola, ſaluator ſemper intulerit: qui
habet aures audiẽdi, audiat. Vbi nihil eſt quod intrinſecus lateat, fruſtra ad intelligentiã my
ſticam prouocamur. Si aũt pater & filius manſionem faciunt apud credentes, & ubi Chri-
ſtus hoſpes eſt, ibi nihil deeſſe exiſtimas, puto quod aliter Chriſtus habitauerit in Corin-
thijs, aliter in Epheſijs: hoc eſt, aliter in his, apud quos Paulus apoſtolus peccata multa de-
prehendit: & aliter in his, quibus ſacramenta à ſeculis ignorata differuit, aliter in Tito & Ti-
motheo, aliter in Paulo. Certe inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta.
Vbi autem maior dicitur neceſſe eſt ut cæteros habuerit minores. Et qui minimus eſt in re-
gno cœlorum, maior eſt illo. Vides ergo, quod in cœlis ſit maximus & minimus, & inter an-
gelos quoq;, & inter inuiſibiles creaturas ſit multiplex & infinita diuerſitas. Quare dicũt apo
ſtoli: Domine auge nobis fidem, ſi omnium una menſura eſt? Et dominus ad diſcipulum:
Modicæ fidei, quid dubitaſti? In Hieremia quoque de futuro regno legimus: Ecce dies ue-
niunt dicit dominus, & feriam domui Iſrael & domui Iacob fœdus nouum, non ſecundum
pactum, quod pepigi cum patribus ueſtris. Et poſt paululum: Dabo legem meam in uiſce-
ribus eorum, & in corde eorum ſcribam illam, & ero eis in deum, & ipſi erunt mihi in popu-
lum, & non docebit uir ultra proximum ſuum, & uir fratrem ſuum, dicens: cognoſce domi-
num. Omnes enim cognoſcent me à minimo uſque ad maximum. Perſpicue ex contextu il-
lius loci, futurum Chriſti regnum propheta deſcribit, & qua conſequentia ibi erit minimus
& maximus, ſi omnes æquales futuri ſunt? Vtique ea qua & in euangelio dicitur: Qui docu-
erit & fecerit, hic uocabitur maximus in regno cœlorum. Qui autem docuerit, & non fece-
rit, erit minimus. In conuiuio ſaluator præcipit, ut inferiorem occupemus locum: ne cum ma-
ior ue-

A ſor uenerit, de ſuperiori turpiter detrudamur. Si cadere non poſſumus, ſed tantum per pœnitentiam ſubleuamur: quid ſibi uult ſcala illa in Bethel, per quam angeli deſcendunt atque aſcendunt, qui de cœlis ad terram ueniunt? Certe inter oues & ad dexteram ſtabant, dum ibi eſſent. Angeli de cœlis deſcendunt, & Iouinianus de eorum poſſeſſione ſecurus eſt. Quis autem riſum tenere queat in eo, quod multas manſiones apud patrem, eccleſias arbitretur in toto orbe diffuſas, cum manifeſtiſſime ſcriptura doceat ſecundum euangelium Ioannis, non de eccleſiarum numero, ſed de cœlorum manſionibus & æternis tabernaculis, quæ propheta deſiderat, domino fuiſſe ſermonem? In domo, inquit, patris mei manſiones multæ ſunt. Si quo minus, dixiſſem uobis: quia uado uobis parare locum, & ſi abiero & præparauero uobis locum, iterum ueniam & accipiam uos ad meipſum: ut ubi ego ſum, & uos ſitis. Locus & manſiones quas præparare ſe dicit Chriſtus apoſtolis, in domo utique ſunt patris, id eſt in regno cœlorum: non in terra, in qua præſens apoſtolos relinquebat. Simulq; ſenſus ſcripturæ intuendus: Dicerem, inquit, uobis, quia uado & præparabo uobis locum, ſi non manſiones multæ eſſent apud patrem: hoc eſt, ſi non unuſquiſq; manſionem ſibi non ex largitate dei, ſed ex propriis operibus præpararet. & ideo non eſt meum parare, ſed ueſtrum: quia & Iudæ nihil profuit paratus locus, quem ſuo uitio perdidit. Iuxta quem ſenſum & illud intelligendum, quod ad filios dicitur Zebedæi, quorum alter à ſiniſtris, alter cupiebat ſedere à dextris: Calicem quidem meum bibetis, ſedere autem à dextris meis ſiue à ſiniſtris, non eſt meum dare uobis, ſed quibus paratum eſt à patre meo. Non eſt filij dare, & quomodo patris eſt præparare? Paratæ, inquit, ſunt in cœlo diuerſæ & plurimæ manſiones, pluribus diuerſiſq; uirtutibus, quas non perſonæ accipiunt, ſed opera. Fruſtra ergo à me petitis quod in uobis ſitum eſt, quod pater meus illis parauit, qui dignis uirtutibus, ad tantam aſcenſuri ſunt dignitatem. Porrò quod ait, iterum ueniam & accipiam uos ad meipſum, ut ubi ego ſum & uos ſitis, proprie ad apoſtolos loquitur, de quibus & in alio loco ſcriptum eſt:
B Vt quomodo ego & tu pater unum ſumus, ſic & illi in nobis unum ſint, qui crediderunt, qui perfecti ſunt, qui poſſunt dicere, pars mea dominus. Si autem non ſunt plurimæ manſiones, quomodo & in ueteri teſtamento & in nouo, alium ordinem pontifex tenet, alium ſacerdotes, alium leuitæ, alium ianitores, alium æditui? Et in uolumine Ezechielis, ubi futuræ eccleſiæ & cœleſtis Hieruſalem ordo deſcribitur, ſacerdotes qui peccauerant, regradantur in ædituos, & in hoſtiarios: & cum ſint in templo dei, hoc eſt, à dextris, non ſunt inter arietes, ſed inter minimas oues. In fluuio quoque illo, qui de templo egreditur, & irrigat ſalſum mare, & uniuerſa uiuificat, multæ ſpecies piſcium deſcribuntur. Quare in regno cœlorũ archangeli ſunt, angeli, throni, dominationes, poteſtates, cherubim, & ſeraphim, & omne nomen quod nominatur, non ſolum in præſenti ſeculo, ſed etiam in futuro? Sine cauſa diuerſitas nominum eſt, ubi non eſt diuerſitas meritorum. Archangelus utique aliorum minorum eſt angelorum archangelus, & poteſtates, & dominationes, habent alia, per quæ exerceant poteſtatem, & in quæ ſubiecta dominentur. Hoc in cœlis eſt, hoc in myſterio dei, ne nos ſolito more irrideas atq; ſubſannes, ſi imperatores poſuerimus, & præfectos & comites, & tribunos & centuriones, & manipulos, & reliquum militiæ ordinem. Illud autem quod ait: Neſcitis quia corpora ueſtra templum eſt ſpiritus ſancti: friuolum eſt, cum ſcriptura diuina ſoleat & unum pluraliter, & plura ſingulariter appellare: & tamen ſciat in templo quoque ipſo multas eſſe manſiunculas, eſſe exterius atrium, eſſe interius, eſſe ueſtibula, eſſe ſanctum, eſſe ſancta ſanctorum. Sunt & culinæ in templo: ſunt & cellariola, ſunt & torcularia, & uaſorum receptacula. Ita & in templo corporis noſtri, diuerſa ſunt merita. Nõ æque deus omnes inhabitat: nec ad eandem menſuram omnibus infunditur. De ſpiritu Moyſi aufertur, & ſeptuaginta presbyteris datur. Puto aliam eſſe abundantiam fluminis, aliam riuulorum. Eliæ ſpiritus Eliſæo duplex datur: unde & duplex gratia, fecit ſigna maiora. Ille uiuus mortuũ, iſte mortuus mortuum ſuſcitauit. Ille famem imprecatus eſt populo, iſte obſeſſæ ciuitati ſub una die hoſtiles copias præbuit. Licet hoc quod ait: Neſcitis quia corpora ueſtra templũ eſt ſpiri

tus ſancti,de cuncta credentium dicat eccleſia, qui pariter congregati, unum Chriſti corpus efficiunt. Hic iam quæritur in corpore, qui pedibus Chriſti dignus ſit,qui capite: qui oculus eius ſit,qui manus. Quod & duæ mulieres in euangelio,pœnitens & ſancta ſignificant:quarum altera pedes,altera caput tenet. Tametſi nõnulli exiſtimant unam eſſe, & quæ primum cœpit à pedibus,eam gradatim ad uerticem peruenisſe. Sed & illud quod obiicit:nõ pro his rogo tantum,ſed & pro illis qui crediturí ſunt per uerbum eorum in me,ut ſicut ego pater in te,& tu in me unum ſumus:ita omnes unum ſint in nobis. Et quod omnis populus Chriſtianus unum ſit in deo,quaſi filij chariſſimi diuinæ conſortes naturæ:iam ſupra diximus,& nũc plenius inculcandum eſt,non nos ſecundum naturam, ſed ſecundum gratiã unum eſſe in patre & filio. Neq; enim eiuſdem ſubſtãtiæ eſt (quod Manichæi ſolent dicere)anima humana & deus. Sed dilexiſti,inquit,eos,ſicut & me dilexiſti. Vides ergo quod in conſortiũ ſubſtantiæ eius aſſumimur,non naturę eſſe,ſed gratiæ:& ideo nos diligit:quia filium dilexit pater,& membra diliguntur,ſcilicet in corpore. Quotquot enim receperunt Chriſtum,dedit eis poteſtatem filios dei fieri,his qui credunt in nomine eius:qui non ex ſanguinibus, neq; ex uoluntate carnis,neq; ex uoluntate uiri,ſed ex deo nati ſunt. Verbum caro factũ eſt, ut nos de carne trãſiremus in uerbum. Nec uerbum deſijt eſſe quod fuerat:nec homo perdidit eſſe, quod natus eſt. Gloria aucta eſt,non mutata natura. Vis ſcire quomodo cum Chriſto unum corpus efficiamur? Doceat te ipſe,qui condidit. Qui comedit carnem meam,& bibit ſanguinem meum:hic in me manet,& ego in illo. Sicut miſit me uiuens pater,& ego uiuo propter patrẽ: & qui comedit me,uiuit propter me. Iſte eſt panis qui de cœlo deſcẽdit. Sed & Ioannes euangeliſta, qui de pectore Chriſti hauſerat ſapientiam, in eadẽ uerba concordat, dicens:In hoc intelligimus quod in eo manemus,& ipſe in nobis:quoniã de ſpiritu ſuo dedit nobis. Si quis cõfeſſus fuerit,quoniã Ieſus eſt filius dei:deus in eo manet,& ipſe in deo eſt. Si credis in Chriſtum,quomodo & apoſtoli crediderunt,unum cum eis in Chriſto corpus efficieris. Si aũt temerarium eſt fidem eorum tibi & opera uendicare,qui fidẽ eandem & opera nõ habes,eun- D dem locum habere non poteris. Porrò quod iactitas ſponſam,ſororem, matrem,& omnia hæc uocabula unius eſſe eccleſię:cunctoſq; credẽtes his nominibus ſignificari:cõtra te facit. Si enim unus ordo eccleſiæ eſt, & non habet plurima membra in uno corpore: quid neceſſe eſt ut ſponſa,ſoror uocetur & mater? niſi aliorũ ſponſa,aliorum ſoror,aliorũ mater ſit. Stant quidem omnes ad dexteram:ſed alius ſtat ut ſponſus,alius ut frater, alius ut filius. Filioli,inquit,mei quos iterũ parturio,donec Chriſtus formetur in uobis. Putas ne eiuſdem eſſe meriti eos qui parturiũtur,& qui parturit? Vnde & ſtulte aſſerere uoluiſti,omnia membra æqualiter nos diligere,nec oculũ præponere digito,nec manũ auriculæ, ſed in ſingulorum amiſſione membrorum,dolorem eſſe cõmunem:cum Apoſtolus doceat ad Corinthios,alia membra eſſe honeſtiora,alia uerecũdiora: & quæ uerecũdiora ſunt,maiore honeſtate circundari: quæ uero per ſe honeſta noſtri,nõ indigere ſolicitudine. Eiuſdẽ ne ordinis arbitraris & meriti,os & aluum, oculos & meatus per quos fimus egeritur & urina? Lucerna, inquit,corporis tui eſt oculus tuus. Si oculus cęcus fuerit,totum corpus in tenebris eſt. Si digitum amputes,ſi ſummitatem auriculæ,eſt quidẽ dolor:ſed non tantũ damnum,nec tanta cũ dolore deformitas,quanta ſi oculos eruas,trunces nares,os diſſeces. Sine alijs membris uiuere poſſumus,ſine alijs omnino nõ poſſumus. Sunt peccata leuia,ſunt grauia. Aliud eſt decem milia talenta debere,aliud quadrãtẽ. Et de ocioſo quidẽ uerbo & adulterio rei tenebimur,ſed nõ eſt idem ſuffundi & torqueri,erubeſcere & lõgo tempore cruciari. Putas noſtrũ eſſe quod loquimur? Audi apoſtolum Ioãnem: Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum nõ ad mortem,petat,& dabit ei uitam,peccanti nõ ad mortem. Qui uero peccauerit ad mortem,quis orabit pro eo? Cernis quod ſi pro peccatis minoribus deprecemur,impetremus ueniam. Si pro maioribus, difficilis impetratio ſit:& inter peccata & peccata,magnã eſſe diſtantiam. Vnde & de populo Iſrael,quia peccauerat peccatum ad mortem,dicitur ad Hieremiam: Noli orare pro populo hoc,nec aſſumas pro eis deprecationem, & non obſiſtas mihi, quia non exaudiam te. Si

autem

autem omnes æqualiter & introimus ſeculum,& eximus de ſeculo,& hoc præiudicium futu
rorum eſt:ergo æqualiter & iuſti & peccatores habebimur apud deum, quia nunc pari mo/
do & generamur & morimur . Quod ſi duos eſſe contendis Adam, alterum terrenum, alte/
rum cœleſtem : & qui in terreno fuerint,eos eſſe ad ſiniſtrum, qui uero in cœleſti, eos eſſe à
dextris:reſponde mihi interim,ut de duobus te fratribus interrogem: Eſau in terreno fuit,an
in cœleſti ? Nulli dubium eſt, quin in terreno eum fuiſſe reſpondeas. Iacob in quo fuit? Di/
ces protinus,in cœleſti.Et quomodo in cœleſti fuit, cum adhuc Chriſtus non ueniſſet in car
ne,qui ſecundus & cœleſtis Adam dicitur? Aut igitur omnes ante incarnationem Chriſti in
ueteri reputabis Adam,& iuſti quoque in terreno homine,& ad ſiniſtram erunt inter hircos
tuos:aut ſi impium eſt ibi Iſaac ponere,ubi Iſmael,ibi Iacob,ubi Eſau, ibi ſanctos,ubi pecca
tores: nouiſſimus Adam ex eo tempore numerabitur,quo Chriſtus eſt natus ex uirgine,&
argumentum duorũ Adam nõ proficiet ouibus & hœdis tuis: quia in primo Adam & oues
& hædos cõuincimus fuiſſe,& in uno atque eodem homine, alios à dextris dei ſtetiſſe,alios
à ſiniſtris.Ab Adam enim uſque ad Moyſen,mors ſuper omnes dominata eſt, etiam ſuper
eos qui non peccauerunt in ſimilitudine præuaricationis Adam. De eo autem quod nite
ris approbare conuicium & homicidium,raca & adulterium,& ocioſum ſermonem & impie
tatem uno ſupplicio repenſari,iam & ſupra tibi reſponſum eſt,& nunc breuiter reſpondebo.
Aut peccatorem te negabis, ut non ſis reus gehennæ: aut ſi peccator fueris,etiam de leui cri/
mine duceris ad tartarum.Os,inquit,quod mentitur,occidit animam.Suſpicor te aliquando
ut hominem fuiſſe mentitum:omnis enim homo mendax,ut ſit ſolus deus uerax,& iuſtifice
tur in ſermonibus ſuis, & uincat cum iudicauerit. Aut igitur homo non eris, ne mendax ſis:
aut ſi quia homo es mendax fueris , cum parricidis & adulteris punieris.Nulla eſt enim inter
peccata diuerſitas,& nõ tibi habebunt tantas gratias, quos de humili in ſublime leuas,quan/
tum iraſcẽtur,quos propter leue quotidianumq; peccatum, in exteriores tenebras retruſiſti.
Si aũt in perſecutione,qui ſuffocatur,& qui decollatur, & qui fugerit, & qui in carcerẽ retru/
ſus obierit, in uariis luctæ generibus una corona uictoriæ eſt, & hoc pro nobis facit.In mar/
tyre enim uolũtas,ex qua ipſa mors naſcitur,coronatur.Meum eſt,opponere me gentiliũ fu
rori,& dominũ nõ negare.Iam in illorũ arbitrio eſt,aut decollare, aut urere, aut recludere in
carcerem,aut uaria adhibere genera pœnarũ. Quod ſi fugero,& in ſolitudine obiero,nec ea
dem erit corona morientis,quia nõ eadem cauſa mortis eſt Chriſtus. Ad illud uero quod di
cis,inter eum fratrem qui ſemper cum patre fuerit,& qui poſtea pœnitens eſt receptus,nihil
penitus diſcrepare : adijcio ſi uis,& drachmã unam,quæ perdita fuerat & inuenta, iunctam
eſſe cum reliquis,& ouem unã quam nonagintanouẽ ouibus derelictis bonus paſtor inqui/
ſiuit & retulit,expleſſe numerũ centenarium.Sed aliud eſt pœnitentem eſſe,& lachrymis ue
niam deprecari,aliud ſemper eſſe cum patre. Vnde per Ezechielẽ ad reportatã ouem,& per
ditum quondã filium, loquitur paſtor & pater: Et ſuſcitabo pactũ meũ tecum : & ſcies quia
ego dominus, & recordaberis,& cõfunderis,ut nõ ſit tibi ultra aperire os præ cõfuſione tua,
cum placatus fuero tibi in omnibus quæ feciſti. Vt nihil minus iuſto habeant pœnitẽtes,ſuf/
ficit eis pro omni pœna ſola cõfuſio. Vnde & in alio loco dicit ad eos:Et recordabimini uia/
rum ueſtrarũ peſſimarũ,& omnium ſcelerũ quibus polluti eratis,& diſplicebitis uobis in con
ſpectu ueſtro, in omnib. malicijs ueſtris quas feciſtis: & ſcietis quia ego dominus,cũ benefe
cero uobis,propter nomen meum, & nõ ſecundum uias ueſtras malas, neq; ſecundũ ſcelera
ueſtra peſſima.Arguitur quoq; à patre filius, quod ſaluti fratris inuideat, & cũ angeli læten/
tur in cœlo,ille liuore crucietur. Quanquam duorum fratrum ſimilitudo, frugi & luxurioſi,
non ad merita totius generis humani,ſed uel ad Iudæi pertinent Chriſtianiq; perſonas,uel
ad ſanctorum & pœnitentium . Super qua parabola libellum quõdam Damaſo epiſcopo,
dum adhuc uiueret,dedicaui.Porrò ſi operarijs primę horæ & tertiæ & ſextæ & nonæ & un
decimæ,unus denarius redditur,& ab eis incipit præmium, qui nouiſſimi in uinea laborauẽ/
runt:& hic non unius temporis & unius ætatis homines deſcribuntur, ſed ab exordio mun/

di uſq; ad finem,uocationum ſacramenta ſunt diuerſarum. Prima hora uocatus eſt Abel & c
Seth: Tertia Enoch & Noe: Sexta Abrahã Iſaac & Iacob: Nona Moyſes & prophetæ: Vn/
decima gentium populus: cui primo redditur merces, quia in crucifixum credens dominum,
difficultate fidei magnitudinem meruit præmiorum. Multiq; reges & prophetæ quæſierunt
uidere quæ uidemus, & non uiderunt. Vnus autem denarius non unũ eſt præmium, ſed una
uita, & una de gehenna liberatio. Cæterum quomodo ad indulgentiam principalem, diuer/
ſorum criminum rei dimittũtur de carcere, & unuſquiſq; pro labore uel operibus ſuis, in hoc
uel in illo ſtatu uitæ eſt: ita & denarius quaſi indulgentia ueri principis, omnes per bàptiſmũ
emittit de carcere. Iam noſtri laboris eſt, pro diuerſitate uirtutum, diuerſa nobis præmia prę
parare. Hucuſq; per partes ad propoſita reſpondimus. Sequens ſermo in commune ad
omnes reſpõdebit. Dominus ad diſcipulos ſuos: Qui uult, inquit, inter uos maior eſſe, ſit om
nium minimus. Si omnes in cœlo æquales futuri ſumus: fruſtra nos hic humiliamus, ut ibi
poſſimus eſſe maiores. De duobus debitoribus quingentorum denariorum & quinquagin/
ta: cui plus dimittitur, plus amat. Vnde & ſaluator: Dico, inquit, tibi, remittuntur ei peccata
multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Qui minus dili/
git, & minus ei dimittitur, utiq; in minori gradu erit. Paterfamilias proficiſcens tradidit ſeruis
ſuis ſubſtantiam, alij quinq; talenta, alij duo, alij unum: unicuiq; ſecundum proprias uires. Si
mile quid & in alio euangelio ſcribitur, quod homo nobilis proficiſcens in regionem longin
quam ut acciperet ſibi regnum & reuerteretur: uocauerit decem ſeruos, & dederit eis ſingulas
mnas, de quibus unus lucratus eſt decẽ mnas, alius quinq;: & ſinguli iuxta uires ſuas, & emo
lumentum, uel decem, uel quinq; acceperint ciuitates. Porrò alius qui unũ talẽtum ſiue unam
mnam acceperat, quod accepit infodit, ſiue in ſudario colligauit, & domini reſeruauit aduen/
tui. Primo conſiderandum, quod ſi iuſti nõ ſpe profectus laborant, ut uult noſter Zeno, ſed 20
ne perdant quod acceperant: iſte qui mnam & talẽtum infodit, ne perderet quod acceperat,
non peccauit: magisq; laudanda eſt cautio reſeruantis, quàm caſſus labor eorum, qui ſine la/ D
boris præmio deſudarunt. Deinde quod hoc ipſum talentum quod aufertur à timido, uel
negligente ſeruo, non datur ei qui minus lucri fecerat, ſed qui plus, id eſt, qui ſuper decem po/
ſitus fuerat ciuitates: ſi numerus non facit ordinem, quare dixit, dedit unicuiq; ſecundum ui/
res ſuas? Si eadem lucra ſunt quinq; talentorum & decem: cur ei qui minus lucrifecerat, non
decem: & ei qui plus, non quinq; traduntur urbes? Quod aũt dominus nõ his contentus ſit,
quæ habemus, ſed ſemper maiora deſideret, ipſe monſtrat, dicens: Quare non dediſti pecu/
niam meam ad trapezitas, & ego ueniens cum uſura exegiſſem? Quod quidẽ & Paulus apo
ſtolus ſciens, præteritorum obliuiſcitur: & ad ea quæ in ante ſunt, ſe extendit: id eſt, quotidie
proficit, nec ſeruat in ſudario delicate gratiam, quam accepit, ſed auarus negociator renoua/
tur de die in diem: & decreſcere ſe putat, niſi ſemper creuerit. Sex urbes fugitiuorum deſcri/
buntur in lege, qui homines interfecere nolentes, & ipſæ urbes ſacerdotales ſunt. Rogare li/
bet, fugitiuos iſtos inter hircos tuos, an inter oues noſtras colloces? Si hirci eſſent, occideren/
tur ut homicidæ cæteri, nec miniſtrorum dei intrarent ciuitates. Si oues dixeris: utique non
erunt tales oues, quæ abſq; luporum metu tota libertate paſcantur. Et probabitur tibi oues
quidem eas eſſe, ſed erroneas: à dextris eſſe, uerum non ſtare, ſed fugere, donec moriatur ſa/
cerdos magnus, & ad inferna deſcendens, liberet animas fugitiuorum. Gabaonitæ occurrũt
filijs Iſrael, & cæſis alijs gentibus in lignarios & aquarios reſeruantur. Tantiq; apud deũ me
riti ſunt, ut ſtirps Saul ob eorum iniurias ſit deleta. Inter quos eos collocabis? Inter hircos?
Sed non ſunt interfecti, & ſententia domini uindicantur? Inter oues? Sed dicit ſcriptura diui
na, quod non ſint eiuſdem meriti cuius & Iſraelitæ. Vides ergo quod ſtent quidem à dex/
tris, ſed multo inferiori gradu. Inter Dauid uirum ſanctum & Saul regem peſſimum, me/
dius Ionathas fuit. Quem nec inter hædos poſſumus ponere, quia prophetæ amore dignus
eſt: nec inter arietes, ne parem eum faciamus Dauid, maxime cum & ipſe interfectus ſit. Erit
igitur inter oues, ſed in inferiori ordine. Et quomodo inter Dauid, & Ionathã: ita inter ouem

&

A & ouem cogeris ſuſcipere differentias. Seruus qui cognouit uoluntatem domini ſui, & non præparauit,nec fecit ſecundum uoluntatem eius, uapulabit multis. Qui autem non cognouit,nec fecit digna,plagis uapulabit paucis.Omni enim cui multum datum eſt,multum quęretur ab eo:& cui commendatur multum, plus exigetur ab illo. Ecce ſeruo & ſeruo, plus minus ue committitur, & pro qualitate commiſſi atque peccati, plagarum quoque numerus irrogatur. Tota Iudææ terra tribuumq; deſcriptio, futuræ eccleſiæ in cœlis typus eſt. Legamus Ieſum Nauæ, legamus Ezechielis extremas partes, & uidebimus quicquid in altero quaſi per hiſtoriam in terra diſtribuitur, in altero in cœlis ſpiritualiter repromitti. Quid ſibi uolunt in deſcriptione templi, ſeptem & octo gradus? Quid rurſum quod in pſalterio poſt elementa centeſimioctauidecimi pſalmi, quibus myſticum erudimur alphabetum,per quindecim gradus uſq; illuc peruenimus,ut poſſimus canere:Ecce nũc benedicite dominum,omnes ſerui domini. Qui ſtatis in domo domini,in atrijs domus dei noſtri? Quare duæ & ſemis tribus, trans Iordanem habitant, ubi plurima ſunt iumenta:& nouem & ſemis,reliquæ uel expellunt priſtinos habitatores de ſedibus ſuis, uel cum ipſis habitant? Cur leuitica tribus in terra partem non accipit,ſed dominus pars eius eſt, & inter ipſos leuitas & ſacerdotes ad ſancta ſanctorum ubi cherubim & propiciatorium eſt,pontifex ſolus ingreditur? Quare reliqui ſacerdotes,lineis tantum utuntur ueſtibus,& non habent indumentum auro,hiacyntho,cocco,purpura,biſſoq; contextum?Inferioris gradus leuitæ & ſacerdotes plauſtra & boues accipiunt. Maioris ordinis geſtant arcam domini humeris ſuis. Si tollis ordinem tabernaculi,templi,eccleſiæ,ſi omnes qui à dextris ſunt, corpus unum & ut uulgò dicitur ἓν κόνιορτον, nequicquam epiſcopi, fruſtra presbyteri, ſine cauſa diaconi ſunt. Quid perſeuerant uirgines? Quid laborant uiduæ? Cur maritatæ ſe continent? Peccemus omnes, & poſt pœnitentiam idem erimus quod apoſtoli ſunt. Verum iam cœpimus terram proſpectare de
B pelago, & poſt montes gurgitum & ſpumoſos fluctus, & nauim uel in ſublime ſubrectam, uel in ima præcipitem, paulatim feſſis & languentibus portus aperitur. Diximus de
21 nuptis,uiduis,uirginibus. Viduitati uirginitatem, uiduitatem prætulimus matrimonio. Expoſita eſt πολυκοπὴ apoſtoli, de huiuſcemodi quæſtionibus diſputantis, ſingulis oppoſitionibus reſponſum eſt. Secularis quoq; literatura uenit in medium, quæ uirgines fuerint, quæ uniuiræ,& econtrario quas interdum habeat moleſtias uinculum coniugale. Tranſiuimus ad ſecundam partitionem:in qua negat eos,qui tota fide baptiſma conſequuti ſunt, deinde poſſe peccare. Et docuimus, quod excepto deo,omnis creatura ſub uitio ſit: non quod uniuerſi peccauerint, ſed quod peccare poſſint:& ſimilium ruina, ſtantium metus ſit. Tertio uenimus ad ieiunia,& quia aduerſarij duplex propoſitio fuerat, uel ad philoſophos, uel ad diuinarum ſcripturarum prouocantis exempla,nos quoq; ad utranq; reſpondimus. Quarta;id eſt extrema diuiſio,oues & hædos,dexteram & ſiniſtram,iuſtos & peccatores,in duos ordines diſtribuerat:uolens oſtendere,nullam inter iuſtum & iuſtum, peccatorem & peccatorem eſſe diſtantiã.Et ut hoc probaret,infinita de ſcripturis exempla congeſſerat, quaſi ſuo ſenſui congruentia:cui nos quæſtioni, & argumentis & exemplis reſpõdimus ſcripturarum, ueteremq; Zenonis ſententiam, tam communi ſenſu, quàm diuina lectione contriuimus. Nunc reſtat ut Epicurum noſtrum,ſubantem in hortulis ſuis inter adoleſcentulos & mulierculas alloquamur. Fauent tibi craſſi,nitidi,dealbati.Adde ſi uis iuxta Socraticam irriſionem,omnes ſues & canes:& quia carnẽ amas,uultures quoq;,aquilæ, accipitres,& bubones. Nunquam nos Ariſtippi multitudo terrebit. Quoſcunq; formoſos,quoſcunq; calamiſtratos,quos crine compoſito,quos rubentibus buccis uidero:de tuo armento ſunt,imò inter tuos ſues grunniunt.De noſtro grege triſtes,pallidi, ſordidati, & quaſi peregrini huius ſeculi, licet ſermone taceant, habitu loquuntur & geſtu: Hei mihi quia peregrinatio mea prolongata eſt, habitaui cum habitantibus cedar: uidelicet in tenebris huius mundi, quia lux lucet in tenebris,& tenebræ eam non comprehenderunt.Ne glorieris,quod multos diſcipulos habeas:filius dei docuit in Iudæa,& duodecim tantum illum apoſtoli ſequebantur. Torcular,

inquit

inquit,calcaui ſolus,& de gentibus uir non eſt mecum.Ille in paſſione ſolus remanſit, & Pe/ c
tri quoque erga eum trepidauit conſtantia: phariſæorum autem doctrinæ, omnis populus
applaudebat,dicens:Crucifige,crucifige talem.Non habemus regem niſi Cæſarem,id eſt ui
tia ſequimur,non uirtutes:Epicurum,non Chriſtum:Iouinianum, non apoſtolum Paulum,
Quod multi acquieſcunt ſententiæ tuæ,indicium uoluptatis eſt:Non enim tam te loquẽtem
probant,quàm ſuis fauent uitijs.In circulis platearum quotidie fictus hariolus,ſtultorum na
res uerberat, & obtorto fuſte dentes mordentium quatit,nec tamen deeſt qui ſemper poſſit
induci:& pro magna ſapientia deputas , ſi plures porci poſt te currant,quos gehennæ ſucci/ 22
diæ nutrias:Poſt præconium tuum & balneas, quæ uiros pariter & fœminas lauant,omnis
impatientia quæ ardentem prius libidinem,quaſi uerecundię ueſtibus tegebat,nudata eſt &
expoſita:quæ ante in occulto erant,nunc in propatulo ſunt.Oſtendiſti tales diſcipulos,nõ fe
ciſti.Hoc profecit doctrina tua,ut peccatum ne pœnitentiam quidem habeat.Virgines tuæ
quas prudentiſſimo conſilio,quod nemo unquam legerat nec audierat, de Apoſtolo docui
ſti,melius eſt nubere quàm uri:occultos adulteros in apertos uerterunt maritos. Non ſuaſit
hoc Apoſtolus,non electionis uas.Vergilianũ conſilium eſt: Coniugium uocat,hoc prę
xit nomine culpã. Quadringenti fermè anni ſunt, quod Chriſti prædicatio fulget in mun
do.Ex quo innumerabiles hæreſes tunicã illius conſciderunt.Vniuerſus penè error de Chal/
dæo & Syro & Græco ſermone proceſſerat.Baſilides magiſter luxuriæ & turpiſſimorũ con
plexuum,poſt tot annos ita in Iouinianum,quaſi in Euphorbum transformatus eſt,ut Lati
na quoq; lingua haberet hæreſim ſuam . Nulla ne fuit alia in toto orbe prouincia,quæ reci/
peret præconium uoluptatis, in quam coluber tortuoſus irreperet,niſi quam Petri doctrina
ſuper petram fundauerat Chriſtũ? Vexillum crucis & prædicationis auſteritas,idolorũ tem
pla deſtruxerat: è regione luxuria uentris & gutturis,ſubuertere nititur fortitudinem crucis.
Vnde per Eſaiam loquitur deus: Populus meus,qui uos beatificant , ſeducunt uos,& ſemi/ d
tas pedum ueſtrorum conturbant. Necnon per Hieremiam: Fugite de medio Babylonis &
ſeruate unuſquiſq; animam ſuam,& nolite credere pſeudoprophetis,qui dicunt pax pax,&
non eſt pax:qui ſemper ingeminant,templum domini,templum domini.Prophetæ tui uide
runt tibi falſa & inſipientia,non aperuerunt iniquitatem tuam,ut te ad pœnitentiam prouo/
carent:qui deuorant plebem dei,ut cibum panis,deum non inuocauerunt. Hieremias capti/
uitatem nuncians,lapidatur à populo.Ananias filius Azur frangebat ad præſens ligneas tot
ques,& in futurum ferreas præparabat. Semper pſeudoprophetæ dulcia pollicentur,& ad
modicũm placent. Amara eſt ueritas,& qui eam prædicant, replentur amaritudine.In azy/
mis enim ueritatis & ſyncerităis,domini paſcha celebratur,& cum amaritudinibus comedi/
tur.Egregia ſane uox,& quam audiat ſponſa Chriſti,inter uirgines & uiduas & cœlibes,un/
de & ipſum nomen inditum eſt,quod cœlo digni ſint,quia coitu careant: Raro ieiunate,cre/
brius nubite. Non enim poteſtis implere opera nuptiarum , niſi mulſum & carnes & nu/
cleum ſumpſeritis. Viribus opus eſt ad libidinem. Cito caro conſumpta marceſcit. Nolite
timere fornicationem. Qui ſemel in Chriſto baptizatus eſt, cadere non poteſt,habet enim
ad deſpumandas libidines,ſolacia nuptiarum. Quod & ſi ecideritis, redintegrabit uos pœ/
nitentia: & qui in baptiſmate fuiſtis hypocritæ,eritis in pœnitentia ſolidæ fidei. Neque tur/
bemini,putantes inter iuſtum & pœnitentem aliquid intereſſe,& humiliorem gradum dare
quidem ueniam,ſed coronam tollere.Vna eſt enim retributio.Qui ad dexteram ſteterit,in/
troibit in regna cœlorum. His conſilijs ſubulci tui , paſtoribus noſtris ditiores ſunt , & hirci
plurimas ſecum capras trahunt. Equi inſanientes in fœminas facti ſunt , ſtatim ut mulieres
uiderint adhinniunt,& impatientiam ſuam,proh nefas,ſcripturarum ſolãtur exemplis. Sed
& ipſæ mulierculæ miſeræ & nõ miſerabiles, præceptoris ſui uerba cantantes:quid enim niſi
ſemen requirit deus ? non ſolum pudicitiam , ſed etiam uerecundiam perdiderunt:maioriq;
procacitate defendunt libidinem,quàm exercent. Habes præterea in exercitu tuo plures ſuc 25
centuriatos: habes ſcurras & uelites in præſidijs,craſſos, comptos,nitidos clamatores,qui te
pugnis

A pugnis calcibusq; defendant. Tibi cedunt de uia nobiles, tibi oſculantur diuites caput. Niſi enim tu ueniſſes, ebrij atq; ructantes paradiſum intrare non poterant. Macte uirtute, imo uirgo, habes in caſtris tuis & amazonas exerta mamma, & nudo brachio & genu, ueniētes contra ſe uiros ad pugnam libidinum prouocantes. Et quia opulentus paterfamilias es, in auiarijs tuis non turtures, ſed upupæ nutriuntur, quæ tota fœtidæ uoluptatis luſtra circūuolent. Me carpe, me diſcerpe, obijce crimina quę uolueris, argue luxuriæ & delitiarū. Magis me amabis, ſi talis fuero, ero enim de armento tuo. Sed ad te loquar, quæ ſcriptam in fronte blaſphemiam, Chriſti confeſſione deleſti. Vrbs potens, urbs orbis domina, urbs apoſtoli uoce laudata, interpretare uocabulum tuum. Roma aut fortitudinis nomē eſt apud Græcos, aut ſublimitatis iuxta Hebræos. Serua quod diceris, uirtus te excelſam faciat, nō uoluptas humilem. Maledictionem quam tibi ſaluator in Apocalypſi cōminatus eſt: potes effugere per pœnitentiam, habens exemplum Niniuitarum. Caue Iouiniani nomē, quod de idolo deriuatum eſt. Squalet capitolium, templa Iouis & cærimoniæ conciderunt. Cur uocabulum eius, & uitia apud te uigeāt? Adhuc ſub regibus, & ſub Numa Pompilio facilius maiores tui Pythagoræ continentiam, quàm ſub conſulibus Epicuri luxuriam ſuſceperunt.

IN LIBRVM SECVNDVM ADVERSVS IOVINIANVM SCHOLIA

1 INtentator eſt malorum) Latina uox longe aliud ſonat quàm Græca. Nam nobis intentare dicitur, qui ingerit & impingit, ut apud Vergilium: Præſentemq; intentant omnia mortem. At Græcis eſt, ἀπείρατος, id eſt, qui non tentatur, aut qui non tentat, quaſi dicas intentabilis. Sapientes & prudentes &c.) Equidem inuitus diſcedo ab exemplariorum præſcripto, uerum in hiſce uerbis nihil uideo, quod ab Hieronymo ſcriptum uideri poſſit. Auſim propemodum aſſeuerare legendum hoc pacto, Sapientes & prudentes, patruos uocant: hi uero qui dulces ſunt in ſermonibus, patres audiunt. Nam patrui ſeueri ſunt in nepotes, Vnde
B & Horatius: Ne ſis patruus mihi: Patres impenſius amant. Quanquam illa duo uerba, ſapiētes & prudentes, mihi nondum ſatis arrident, uerum non auſim omnia diuinare. Fortaſſe pro ſapientes, ſeueros erat: pro prudentes, pudicos. Solomon amabilis domini) Alluſit ad hoc quod legimus ſecundo Regum libro capite duodecimo. Dauid extincto iam puero, rurſum habuiſſe rem cum Bethſabee. Ea cum peperiſſet Solomonem, commiſiſſe puerum Nathan prophetæ, qui uocauit eum amabilis domino, eo
2 quod dominus diligeret eum. Cui bis deus) Bis enim apparuit dominus Solomoni: ſemel in ſomnis, cum mille uictimas immolaſſet in Gabaon, quod erat cacumen maximum, & illa permiſſa à deo quod uellet optandi poteſtate, optauit ſapientiam, quo poſſet cum laude rempublicam adminiſtrare, quemadmodum legis tertio libro Regum capite tertio. Rurſum apparuit ei iam extructo templo, & teſtatus eſt illius preces à ſe exauditas fuiſſe, ut legis eiuſdem libri capite nono. Quia amator fuit mulierum.) Habebat enim uxores ueluti reginas ſeptingentas, & concubinas trecentas, aſcitas ex impijs ac barbaris nationibus, in quarum amorem ſic inſanijt, ut ad colendos etiā deos barbaricos adduceretur, quemadmodum legis paulò poſt capite undecimo. Hoc eſt quod deplorat Eccleſiaſticus capite quadrageſimoſeptimo. Dediſti maculam in gloriam tuam, & inclinaſti femora tua mulieribus. Manaſſen) Hic erat filius Ezechiæ ſceleratiſſimus, & idem crudeliſſimus, ut legis quarto Regum capite uigeſimoprimo. At libro Paralipomenon ſecundo capite triceſimotertio narratur quemadmodum catenis uinctus abductus fuerit in Babylonem. Deinde malis commonitus reſipuit: Et orauit, inquit, dominum deum ſuum, & egit pœnitentiam ualde, coram deo patrum ſuorum, deprecatusq; eſt eum, & obſecrauit intente. Et exaudiuit orationem eius, reduxitq; eum in Hieruſalem, in regnum ſuum. Poſt hæc referuntur il-
3 lius benefacta, quibus uitę ſuperioris impietatem penſauit. Et Ioſias uir ſanctus) Hic tertius à Manaſſe, ſucceſſit Amon illaudato patri, laudatiſſimus ipſe: ſic enim de illo teſtificatur hiſtoria libro Regum quarto, capite uigeſimotertio. Similis illi non fuit ante eum rex, qui reuerteretur ad dominum in omni corde ſuo, & in tota anima ſua, & uniuerſa uirtute ſua, iuxta omnem legem Moyſi, nec poſt eum ſurrexit ſimilis illi. Nam ad hunc referūt Iudæi laudem beati uiri, quē habet primus pſalmus: uerū hoc loco dicitur percuſſus à Nechaone rege Aegypti, nō ob ſua malefacta, ſed Manaſſe. Verum lib. Paralipomenon ij. cap. xxxv. ſatis apparet eum periſſe, quod inuito deo moueret arma aduerſus Nechaonē, à quo non erat laceſſitus. Et alienigenam ſibi ip.) Lege Zachariæ prophetæ cap. tertium quo rectius hunc intelligas locum. Nominatim aūt addidit, filius Ioſedech, ut diſtinguat eum à Ioſue filio Nun, qui ſucceſſit Moſi. Inter duodecim lapides.) Locus eſt apud Ezechielem capite uigeſimooctauo. Quod enim illic in Tyri principem dicitur, per allegoriam refertur ad Luciferum cœlo deiectum. Rele-

ge, quo

ge,quo melius hæc intelligas. A monte domini.)Alluſit ad ipſa prophetæ uerba:Peccaſti,& eieci te a monte dei. Obumbrantur in eo.) Locus eſt allegoricus ſub nomine Behemoth Iob capite quadra geſimo,ad quem totum hic alluſit Hieronymus. Quanquam multo aliter referat,quàm uulgata habe at æditio. Saginantur in eo,& cætera quæ ſequuntur,ſumptà ſunt ex capite proximo. Omni cu ſtodia) Alluſit ad illud: Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quoniam ex ipſo uita procedit, Quid atta gen,quid fulica?) Attagenes olim in delitijs erant,de quo iam ſæpius dictũ eſt. Fulica item auis eſt aqua tica,pennis nigris. Porrò aliud eſt.) His uerbis diuus Hieronymus ſolet inferre rem abſurdam, quæ tamen faciat ad probationem, Vſus eſt eadem figura in prologo quem ſcripſit in Pentateuchum Moy ſi: Aliud eſt,inquiens,ſi contra ſe poſtea ab apoſtolis uſurpata teſtimonia probauerunt,& emendatio ra ſunt exemplaria Latina quàm Græca,& Græca quàm Hebraica. Quem locum quàm ridicule citent interpretes iuris pontificij,facile perſpiciet, qui legerit egregium illud gloſſema in caput illud, ut uete rum librorum fides,diſtinctione nona. Verum ut hunc citant,ita ſæpenumero,imò plerunq; citant reli quas leges è Codice ac Pandectis,ut ſi quis attentius expẽdat rem,ſtatim exclamare cogatur Græcum illud, δόκει πρὸς ἔπος. Non zizania)in neutro genere extulit. Eſt autem tritici genus,ſed quaſi dege ner,& in aliam mutatum ſpeciem:quo quidam utebantur à uulgari abſtinẽtes tritico, ſuperſtitioſe ma gis quàm religioſe. Et ſorbitiũculas)Idem teſtatur Seneca,quoſdam in totum à potu abſtinuiſſe,& ſuccis herbarum uixiſſe,quas ſorbitiũculas uocat Expectans ſtellam) Heſperum intelligit,qui ap paret ſtatim ab occaſu ſolis. Hunc niſi Iudæi uideant exortum,nõ capiunt cibum his diebus quibus ie iunant. Olim nec ſponſo ius erat in ſponſam,niſi apparente ueſpero ſtella. Hora ſexta.) Locus eſt in Actis apoſtolicis capite decimo: Aſcẽdit Petrus in ſuperiora domus,ut oraret:uerum cum eſuriret,uo luit ſumere cibum. Paulus in naui.) Locus eſt in eiſdem Actis capite uigeſimoſeptimo. Caricas au tem dixit,quod his delitijs quidam id temporis ſuperſtitioſe uictitarent,abſtinentes à cibis communi bus,adeo ut nec pane ueſcerentur. Non piracium)Ex piris factícium uinum,piracĩu uocant, quod olim factitabant in his regionibus,in quibus uinum non proueniret. Coſſum matris deum.) Coſſi uermiculi dicuntur, qui roboribus innaſcuntur. Hos olim in delitijs habitos,teſtatur Plinius, adeo ut eos farina ſaginarẽt,quo uidelicet & uermes altiles fierent. Ab his ſacerdotes Cybelis matris deorum & Iſidis abſtinebant,ridicula ſuperſtitione,uelut illi ſacris. Qui μετεμψύχωσιν) Ita Græci uocant animarum ex alio in aliud corpus demigrationem, quam dicitur Pythagoras fuiſſe commentus, quo mortales ab eſu carnium ad uictum innocuum auocaret. Minutæq; cochleolæ)Nam maiores & ho die ſunt in delitijs apud Italos. Vnde Theriaca) θὴρ Græce nonnunquam pro uenenata beſtia acci pitur,& maxime pro uipera. Nam ſuo nomine Græcis uipera dicitur echidna. Ridiculum uero quam fabulam medicorum uulgus narret hodie de Tyro ſerpente,unde Tyriacã confici uolunt. Segmen ta eboris)Meminit huius & Dioſcorides. Puluerem ſiue ſcobem,ut appellat Plinius, ex oſſe dentis ele phantini,mederi unguium uitio,quod appellant πτωνυχίαν. Habet enim uim ſtypticam. Plinius tradit ſanguinem huius animantis,præcipue maris,ſiſtere rheumatiſmum: Ramenta eboris,tolli nubeculam in facie. Fel Hyænæ)Hyæna animal eſt noxium,& adeo auidum corporum humanorum, ut hac de cauſa ſepulchra quoq; eruat:quod nullum aliud animantium facit. Vulgus putat eſſe utriuſq; ſexus,ſed Ariſtoteles negat. Loco dentium eſt os continuum utrinq;. Magicis etiam maleficijs infame. In Africa potiſſimum naſcitur,uenenorum feraciſſima: & tamen ex huius felle medicamenta conficiuntur. Fel illitum fronti,lippitudini medetur oculorum:& cætera permulta,quæ Plinius diligenter commemorat libro uigeſimooctauo capite octauo. Galenus ἐν ἁπλοῖς)Id eſt,in ſimplicibus Nam conficiuntur ali quoties remedia è diuerſis. Et Lucianus in tragœdia Podagra, ſtercus humanum recenſet inter huius morbi remedia. Pellis colubri)Nam huic animanti mos eſt,ſub uernum tempus pellem abijcere. Eo exuuio,quod Græci σῦφαρ appellant,medici ad multa remedia utuntur. Cimex.) Pediculi genus eſt molle,ſed quod attactum,tetrum odorem ædat. De huius animantis remedijs meminit & Dioſcori des libro ſecundo. Sanguiſuga)Nulla ui poteſt auelli hirudo,etiam ſi corpus incidas:relinquit enim linguam biſulcam in corpore non ſine noxa. Difficultas urinæ.) Quam Græci δυσουρίαν uocant. Huic malo medetur cimex immiſſus in meatum urinarium. In uulture) Cum tamen hæc auis non ſit eſculenta. Pauí ſimus) Vt ſcorpium dicimus & ſcorpionem,ita pauum & pauonem. Ariſtote lem & Theophraſtum)Quantum bonorum librorum periit,haud ſcio cuius culpa. Quid enim eſt om nino dignum cognitu,de quo non ſcripſerit Ariſtoteles:id quod ex illius patet uita. Quod ſi extarent, unde hauſit Hieronymus,nihil eſſet negocij uel corrigere deprauatũ,uel exponere obſcurum.

Marcellum Sideten)Cognomen eſt à patria. Nam Side ciuitas eſt Pamphyliæ,ſuum autem Flauia num appellat,opinor,ob patriam cõmunem. Puerorum more)Nam hi ſic ſoluunt quod obiectum eſt,ut aliud ſimile proponant,Cum iuxta Flaccum:Nil agat exemplum litem quod lite reſoluit.

Nautæ rhetores)Rhetores uideri poterat uox ſuppoſiticia:quidam habebant,rectores. Nec hoc ſa tis arridet,ac ne ferri quidem poteſt,niſi legas,nautici rectores,aut nauium rectores. Niſi forte taciteno tat,non eruditos,ſed clamoſum hoc rhetorum genus,qui apud populum agunt. Nam his bonis lateri bus eſt opus. Id propemodum explicat paulò poſt, quorum latera ad clamandum &c. Pugnis & calcibus

A calcibus.) Pugiles intelligit ac palæstritas. Qui subuertunt montes.) Hoc ad metallorum fossores
9 refert. Quomodo autem subuertant, mire explicat Plinius. Non πύκτλω.) Græce maluit, ut esset odiosius. Nam à Græcis hæc omnia manarunt ad Romanos. πύκτης autem pugil Latine dicitur. Et mors ipsa nihil.) Putabat enim Epicurus, nihil superesse nostri post mortem: & arguto syllogismo col/legit, mortem nihil ad nos attinere. Pro tempore.) Lego pro temperie: ut intelligas æstum illius re/gionis non esse aptum cæteris animalibus nutriendis. Nam Camelus æstus patientissimus est. Radi cibus filicum.) Nam has eruũt rostro. Est autem filix herbæ syluestris genus. In Ponto & Phrygia.) Hos uermes paulò superius uocauit cossos. ξυλοφάγον.) Plinius teredinem appellat, quod denticulis exterat materiam, capite ad corporis reliqui portionem grauissimo, Græci ξυλοφάγον appellant, à ξύ/λον ligno, & φαγεῖν comedere. Luxuria.) Vel hinc palàm est, aliud esse luxuriam, aliud libidinem. Luxus est edisse cossos, non libido. Locustarum nubes.) Nubes appellat, quod magno agmine de/uolent, ut nubis speciem præbeant. Ex hoc loco reuinci possunt qui stultissime locustam, qua uictitasse
10 legitur Baptista, fruticem esse uolunt, non animal. Vermes Ponticos.) De cossis sentit. Lacertis uiridibus.) Nam in hoc genere maculosi formidabiliores sunt, & uenenũ habent. Taurorumq; car/nes.) Fœminæ parcunt ob fœturam, maribus uescuntur, quod pauci sufficiant implendo armento.
In nostra prouincia.) Dalmatiam intelligit. Pro alitibus & lactentibus.) Non est dubium quin hic locus sit deprauatus. Fortasse pro alitibus, legendum est altilibus, ut intelligas suem altilem: qui tum optimi sunt, cum adhuc sugunt mammam matris. Et ideo dixit, Iudaizantis. Magis nutrit lactens por cellus, quem Græci ἀλφάκιον appellant, quàm uitulus: & tamen illo contempto hunc præferebant.
Semicrudis uescuntur.) Imò apud Saxones quosdam & crudis uescuntur hodie, præsertim suillis.
Ichthyophagi.) ἰχθὺς piscis, φαγεῖν edere. Inde nomen habent, quod piscibus ad solem siccatis ui ctitent, ob inopiam rei frumentariæ. Adolescentulus in Gallia.) Admonuimus & aliàs Hierony/mum uixisse Treueris, & reliquam lustrasse Galliam. Sed quam fuerit adolescentulus, haud intelligo.
11 Opinor enim post Romana studia unà cum Bonoso Gallias adisse. Scottos gentem.) Olim omnes insulæ Britanniæ uocabãtur. Quanquam & hodie eadem est insula, Anglorum & Scottorum, in duos diuisa reges. Meminerunt cosmographi de Anthropophagis Scythiæ populo, qui carne humana ue/scantur, ueluti Pomponius Mela in descriptione Britãniæ, & Strabo in quarto Geographię suæ libro, nisi quod hic ἀνθροφάγους, hoc est, humanis uescentes carnibus in Hibernia Britanniæ uicina ponit, non in ipsa Britannia, atq; ijsdem ascribit cõmunitatem uxorum. Tametsi de carnibus hominum esi/
8 tandis, magis putat ad Scytharum ritus pertinere. Addit idem factitatum à Gallis & Hispanis in obsi/dionibus, huc adigente commeatus inopia. Verum cum Hieronymus testetur, se uidisse gentem huiu/smodi in Gallia, uide ne fortè sentiat de minore Britannia. Quanquam mihi sanè locus non uidetur o/mnino uacare mendo. Platonis politiam.) Quod is tradiderit uxorum communitatem. Et Cato nis exemplum.) Nam is uxorem communicauit Hortensio, sicuti superius dictum est. Massagetæ.) Scythiæ populi sunt. Derbices.) Hos Pomponius in Scythia ponit, de quorum institutis prodigio sa refert Strabo lib. xi. Et Plinius in vi. ponit Derbices iuxta Caucasum. Meminit horum & Eusebius li bro i. Præparationis euangelicæ. Pelusioten.) à Pelusio ostio Nili uno è septem. In hos iocatur Iuue nalis: Porrum & cepe nefas uiolare & frangere morsu, Carnibus humanis uesci licet. Leonto, Cyno,
12 Lyco.) Et Leonto à leone, Cyno à cane, Lyco à lupo, Busiris à busiride, insepulto bouí, opera Isidis. In hac urbe summum templum erat Isidis, autore Stephano. Thmuis.) Ciuitas est Aegypti sacra Mer curio, quod Mercurius sub hirci specie quondam illic latitasset, cum dij fugissent cœlo, ob seditionem inter ipsos exortam. Verum de his in primo Tomo habes copiosius. Antinous.) Sic habebant om nes quos uiderim codices. Cæterum legendum est Antinois, ἀντινοΐς. Eadem dicta est ἀδριανόπολις, id est, Adriani ciuitas Metropolis.) Dicitur præcipua ciuitas regionis: ea expugnata, facile capiun tur cæteræ. Et arx præsidium est ciuitatis. Alluſit autem ad illud Platonis: Qui rationi ceu regi locum in cerebro, uelut in arce dedit. Circensibus.) Ludi sunt Romæ in honorem magnæ matris deum in/stituti, à circo dicti in quo peragebant. In hæc spectacula uulgus insaniebat. Mobilitate histrionũ.) Nam hi saltant & gesticulãtur. Et Strophis.) Strophæ sunt oblique dicta, ueluti si quis uituperet sub specie laudis. Cyphi.) Barbara uox sicut Sinapi: genus est odoramenti, quo plurimum utebantur sacerdotes Aegyptij in sacris: admiscentur & alia, quo sit gratioris odoris. Meminit huius Dioscorides libro primo. Oenanthe.) Herba est nascens in petris, folio pastinacæ, radice magna ac numerosa, quam describit Plinius libro uigesimoprimo, cap. xxiiij. Meminit & Dioscorides libro quinto, Oe/nanthini quod conficitur e flore uitis, unde & nomen habet. Nam Græcis οἶνος uinum est, ἄνθος flos. Apparet autem non solum ad remedia adhiberi solere, uerumetiam ad unguentorum delitias. Mu/
13 scus.) Diminutiuum apparet à μῦς, animalculum est, unde caruncula siue glans excidítur, odoribus gratissima. Peregrini muris.) Est aliud genus, cuius pellicula in delitijs est. Miror quid uenerit in men tem Volaterrano ut scriberet, Hieronymum muscum & murem peregrinum, in epistolis appellare ani mal, quod uulgus rattum uocat, cum nunquam usurparit hæc nomina, nisi cum de delitijs odorũ agit.
Degrauatum in terra.) Alluſit ad illud Horatianum: Nam corpus onustũ Externis uitijs animum

quoq; degrauat ipſum, Atq; affigit humo diuinæ particulam auræ. Anguſtioris.) Anguſtioris le/ c
gendum eſt per u, quod in porticibus & templis heroum & laudatorũ uirorum imagines haberentur, quæ nonnihil maieſtatis addebãt loco. Diogenes.) Diogeni calcanti culcitrã Platonis, cum dixiſſet; Calco Platonis faſtũ: Plato reſpondit, Calcas quidem, ſed alio faſtu. Quoſdam legimus.) Hoc non/ nulli tradunt de Democrito. Crates ille Thebanus.) Huius ſæpenumero meminit Hieronymus.

Senſus corporum.) Hanc ſimilitudinem mutuatus eſt à Platonis Sympoſio, ubi ſub nomine equi & ſeſſoris, depingit animum & corporis affectus. Vnde & hiſtoricus.) Ita Saluſtius in præfatione bel/ 14
li Catilinarij. Luxurioſa res.) Verba ſunt Solomonis in Prouerbijs cap. xx. Hippocrates in Apho
riſmis.) Aphoriſmi ſunt ueluti leges quædam ſeparatim pronunciatæ, nec inter ſe cohærentes. Quæ non ſunt carnium.) Nempe condimentis, quæ ex herbis & aromatis conficiuntur. Aut ſub uentre.) In uentre gulæ uoluptas, ſub uentre libido. Λειπῆι δ'ἰαυτα.) Ita medici uocant parciorem uictum, quo ſibi medentur pleriq;. In morſum.) Mire torquet, quaſi Horatius non ex animo ſe talem deſcripſe/
rit, ſed ut ſub ſua perſona morderet eos, qui uere tales eſſent. Meditatorium.) Meditatorium, locus eſt ubi exercetur aliquis. Nam in illorum gutture hoc agitur, & illud incipit eſſe, quod poſtea deuorat latrina. Nec omnino diſſimile eſt, mittere in latrinam, & mittere in gulam. Mox enim incipit corrumpi quod immittitur. Pariter hyſopum.) Habet enim uim extenuandi & calefaciendi, ut tradit Dioſcori
des libro tertio. Carnes liquidas.) Nempe oua. Lac autem ſanguis eſt albus, ob decoctionem. Nam è ſanguine menſtruo lac naſci putant phyſici. Eſſenos.) De his habes & in primo Tomo: quorum meminit & Plinius. De Phariſæis & Sadducæis fit mentio & in Euangelicis literis. Hiſtoriam Mi/
thræ.) Apparet hunc eſſe Mithram, de quo meminit ſuperius, ſignificans ſine matre natum. Et apparet fuiſſe Magum, aut principem apud Perſas: cuiuſmodi faciunt Tyaneum Apollonium Græci. So/
lenne eſt.) Eleganter uſus eſt hac uoce. Nam ſolenne dicitur, quod ex more fit: unde ridicule quidam ſo
lennes doctores uocant, quos eximios uolunt ſignificare. Orizæ.) Oriza hordei genus eſt. Anti 15
ſthenes.) Hic erat Cynicæ ſectæ princeps. ἀμφόβιος.) Quod in diem uiueret, nihil ſolicitus de poſte
ro. Prætorium.) Feſtiuiter uile dolium, mendici prætorium uocat. Neq; enim prætorium dicitur duntaxat locus in quo prætor reddit ius, uerumetiam quæuis magnifica domus magnis impendijs ex
tructa: cuiuſmodi ſunt ædes primatum. Thoroſuli.) Sic enim lego: nam codices habebant Troſuli. De Troſſulis militibus Romanis aliàs dictum. Thoroſulos autẽ uocat pinguiculos & obeſiores, quod his thori protuberent. Adumbrantes.) Non imprimunt ueſtigia, ſed adumbrant, ut uix appareat pe
dis ueſtigium. Verba in pugnis.) Non reſpondent dictis, ſed uerberibus ſe defendũt: & calcibus im d
petunt, quem uelint refellere. Gulam probans.) Probans dixit, pro deprehendens & comperiens: uel potius arguens ac demonſtrans, non autem approbans. Hic autem ingreditur ueluti campum, locum communem de laudibus ieiunij: in quo teſtatur aliàs ſe ſæpenumero luſiſſe. Domos opimas.) Opimas uocat ſplendidas. Locus eſt Deuteronomij cap. viij. Et incraſſatum eſt cor eius.) Referre uidetur Eſaiæ uerba cap. vi. Excęca cor populi huius, & aures eius aggraua, et oculos eius claude: ne for
te uideat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat. Confabulatione cornutum.) Sic enim legis Exodi cap. xxxiiij. Et ignorabat quod cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis domi/
ni. Quanquam Hebraici ſermonis periti putant, inuerſione unius literulæ pro radiante uerſum cornu/
tum. Nam ſeptuaginta uerterunt δεδόξασαι, id eſt, glorificata eſſet. Suffragantur his quæ ſcribit Paulus ij. Cor. iij. Nam nec glorificatum eſt, quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam. Confert enim Apoſtolus gloriam Moyſi cum gloria Chriſti, qui & ipſe transfiguratus eſt in monte: Et reſplen
duit facies eius ſicut ſol. Elias quadraginta dies.) Paſtus uno pane ſubcinericeo, ambulauit ieiunans 16
quadraginta dies. Locus eſt tertio Regum cap. ix. Quid tu hic Elia?) Feſtiuiter contulit hanc uocem cum illa Adæ. Congregatum Samuel.) Locus eſt primo Regum libro cap. vij. Aſſyriorum impe
tum.) Locus eſt apud Eſaiam cap. xxxvij. Achab rex.) Locus eſt tertio Regum libro cap. xxi. Fi
lio meruit.) Ieiunabat & concepit, ut legis primo Regum cap. i. Quanquã illic non eſt proditum, An/
nam ieiunaſſe, ſed duntaxat abſtinuiſſe ab his quæ poſſent inebriare. Periclitantur.) Locus eſt apud ipſum Danielem capite ſecundo & primo. Diſcophoron.) δισκοφόρον, qui portat diſcum. Quanq; diſcus quoq; dicitur, quo olim exercebantur, ſimili nimirum figura. Locus eſt Danielis cap. xiij. Heb
domadis.) Sex dies legitur in lacu fuiſſe ſine cibo. ἐξωμολόγησιν.) Id eſt, confeſſionẽ, ab ἐξομολογέω.
Locus eſt ſecundi Regum cap. xij. Exprobratur Iſraeli.) Nempe Amos cap. ij. Rechab.) De Re/
chab & illius filijs habes Hieremiæ cap. xxxv. quorum meminimus copioſius in primo Tomo. In
foribus euangelij.) Hoc eſt, in ipſo ſtatim exordio: nempe apud Lucam cap. ij. Et acriora dæmonia.) Alluſit ad dæmonium lunatici à Chriſto eiectum, cum apoſtoli tentaſſent, nec potuiſſent eijcere. Admi/
rantibus aũt illis, ait hoc genus dæmoniorum eijci non poſſe, niſi in oratione & ieiunio. Locus eſt apud Matthæum cap. xvij. Cornelius centurio.) De eleemoſynis fit mentio in Actis apoſtolicis cap. x. 17
de ieiunio nõ fit, niſi quod qui ſemper orat, ieiunet oportet. Tametſi Græci addunt de ieiunio. Et Beda admonet, in nonnullis etiam Latinis codicibus inueniri hanc lectionem. Crebra ieiunia.) Sic enim addit: In ieiunijs multis. Iam noli aquam.) Iam enim idem ualet, quod poſthac. Vir quippe.) Re/
ferre

A ferre uidetur locum ex Solomonis Prouerbijs cap. xvi. Anima laborantis laborat ſibi. Regnum cœ
lorum uim.) In hunc quidem ſenſum identidem Hieronymus uſurpat hunc Matthæi locum: at mihi,
quod cum tanti uiri honore paceq; dixerim, magis illud innuit Chriſtus, iam adeſſe tempus euangelij,
& inſtare turbam ingredi uolentium: adeo ut ui uideantur irrupturi, ni admittantur, ſic eos animauerat
prædicatio Ioannis. Cum hoc conſentiunt quæ ſequuntur: Omnes enim prophetæ & lex uſq; ad Ioan
nem. Diem plus quàm diem.) ἡμέραν παρ' ἡμέραν. Hieronymus ancipitem præpoſitionem accepit
pro ultra, ſiue ſupra: uerti poterat, diem ad diem, hoc eſt, confert diem cum die. Id autem qui facit, putat
aliquid intereſſe: ueluti qui purpuram componit cum purpura, ut uideat utra ſit ardentior. Neome
nias.) Id eſt, nouilunia, & ſcenopegia: id eſt, tabernaculorũ compactiones. Nam utraq; uox Græca eſt,
νομηνία & σκηνοπηγία. Ortygometram.) Græca uox eſt. Nam illis ὄρτυξ coturnix eſt, ὀρτυγομή
18 τρα coturnicũ rex. Fortaſſe quod in eo genere maribus ſit ſapor præſtantior. Cur homo dei.) Hiſto
ria eſt tertio libro Regum cap. xiij. atq; inibi de leone, qui occiſo ſeſſore, pepercit aſino. Gomor.)
עֹמֶר Gomor Hebræis menſuræ genus eſt, quod Græci chœnicem appellãt, Latini dimenſum. Eſt au
tem modus diurni cibi, hoc eſt, quantum ſatis eſt ad unius diei uictum. Diuus Hieronymus in Hebrai
cis nominibus dicit eſſe decimam partem Ephi. Porrò Ephi menſuram eſſe trium modiorum. In coi
tu & ſaturitate.) Hoc eſt, in duabus primis propoſitionibus. Stoicus efficitur.) Hoc eſt, ſeuerus, qui
nullum omnino delictũ admittat: & iuxta Stoicorum paradoxa, uelit omnes uirtutes pares eſſe, & om
nia uitia paria. Hieroſolymã Citio.) Nam Zeno Stoicæ ſectæ princeps Citienſis fuit. Porro Citium
oppidum eſt Cypri. Proinde Hieroſolymam & Iudæam ceu Chriſti patriam oppoſuit Citio & Cypro
Zenonis patriæ. Pexa.) Quod nullos haberet floccos, detrita nimirum. Subucula ueſtis eſt, quam
19 alij uocant interulam. Atrebatum & Laodiceæ.) Apparet ex his regionibus candidiſſima ac ſubti
liſſima linea mitti ſolere. Nũc huius laudis principatus, ſi tamẽ ea laus, penes meos Hollãdos eſt. Quan
quam & Atrebates in Belgis haud ita procul à nobis abſunt. Quanq; barbam raſeris.) Iocatur quod
hirci barbato ſint mento. Luſcum uocare luſcum.) Hoc eſt, quid prodeſt uitioſo ſuum exprobrare
uitium? Nam ille nihilominus luſcus eſt. Confine prouerbium illi Græco, τὰ σῦκα σῦκα, τὼ σκάφιω
σκάφιω λέγων. Eſt autem uerſus Perſianus: Et luſco qui poſſit dicere lũſce. Ille pœnitens.) Nam an
te tradiderat illum Satanæ. Variam habuit.) Quam polymitam alibi uocat. Tu ſcilicet doctus.)
Per ironiam dictum eſt. Alius Mazuroth.) Locus eſt apud Iob capite xxxviij. iuxta æditionem Se
ptuaginta Nam Hieronymus pro Mazaroth uertit luciferum. Timentibus autem.) Locus eſt Ma
B lachiæ capite quarto. Regradantur in ædituos.) Sic enim legis apud hunc cap. xliij. Sed & Leuitæ,
qui longe receſſerunt à me, in errore filiorum Iſrael: & errauerunt à me poſt idola ſua, & portauerũt ini
quitatem ſuam, erunt in ſanctuario meo æditui, & ianitores portarum domus, & miniſtri domus. Ele
ganter autem dixit regradare, pro eo quod eſt, à gradibus deijcere, quibus aſcenderãt ad Leuitarum ho
norem. In fluuio quoq; illo.) Locus eſt apud eundẽ cap. xlvij. Plurimæ, inquit, erunt ſpecies piſcium
20 &c. Noſter Zeno.) Ita per ironiam appellat Iouinianum Stoicorum more paria facientem peccata
& merita. Sex urbes fugitiuorum.) Ex urbibus peculiaribus Leuitis, ſex ſeparatæ ſunt ad ſuffu
gium fugitiuorũ, ut legis Numerorum cap. xxxv. ἓν κόνιον.) Locus hic nos aliquandiu torſit. Nam
ſciolus quiſpiam ſubdiderat Græcas uoces ἓν σῶμα, cum ea tamen nihil faciant ad prouerbium uulgi,
præſertim cum hoc iam dixerit ante Latine: & ita Latine, ut non cõmodius dici poſſit Græce. Nos igi
tur ex ueſtigijs ueterum exemplarium germanã ac ueram lectionem diligenter ſubodorati, reſtituimus
ad hunc modum, ἓν κόνιον, id eſt, idem puluiſculus. Siquidem apud Græcos & hoc inter adagia fertur,
μία κόνις, id eſt, idem puluis, quo nullum ineſſe diſcrimen ſignificant. Tractum ab his qui res minutim
tritas miſcent, ſic, ut è multis unus fiat puluis, quemadmodum dicunt eiuſdem farinæ: ſicut diligentius
explicuimus in Chiliadibus noſtris Cæterum quod κόνιον dixit, diminutiuum fecit, à κόνις. Verum
iam cœpimus.) Hoc tranſitu finit argumentationem, & ad epilogum progreditur, quo ſummatim per
21 ſtringit quod fuſius diſputatum eſt. Expoſita eſt πρόθεσις.) Quam & hodie deciſionem appellant,
quoties definitur aliquid ac ſtatuit, amputatis hinc atq; hinc opinionibus diuerſis. Vniuiræ.) Quas
Græci μονογάμους uocant. Epicurum noſtrũ.) Quem paulò ante Zenonem dixit. Subantem.)
Rurſus uſus eſt obſcœno uerbo, pro libidinantem & laſciuientem. Codices habebant, ſudantẽ: uerum
ea uox ab alijs eruditis ante nos fuit emendata. Socraticam irriſionem.) Quod is ſoleat per canem
& anſerem iurare. Sues & canes.) Hoc dictum eſt ideo, quod aſtruat libidinem, & nuptijs faueat.
Vultures quoq;.) Hoc propter eſum carnium, quem æquabat abſtinentiæ. Sunt enim aues hæ car
niuoræ. Ariſtippi multitudo.) Nam & is canis regius dictus eſt, & uoluptatũ ſectator, diſſimillimus
Diogeni. Multitudinem uocat turbã hominum, cui hoc uitæ inſtitutum probatur. De tuo armẽto.)
Apte de hominibus pecuinis, & beluis uerius q; hominibus. Ita paulò ſuperius Horatius: Epicuri de
grege porcum. Hariolus.) Sic appellat circulatores fori, qui tanquã diuinaturi aliquid, non animad
uertentium naſos feriunt riſus cauſa: & fuſte ſubito intorto, uexãt dentes. Induci.) Induci dixit, pro
22 decipi. Gehennæ ſuccidiæ.) Succidiam uocant carnem ſuillam: ſuillam autem fumo duratam: unde
quoties opus eſt, aliquid decidunt in cibum. Significat autem iſtos uoluptarios, ſues non homines, ma

ctandos gehennæ,ut dæmonum sint cibus. Quæ uiros.) Significat balnea obscœna, qualia sunt & c
apud Christianos passim nimium multa, in quibus permixtim nudæ fœminæ cum nudis uiris lauant.
Ostenditi taleis.) Nihil dici potuit argutius. Ne peccatum quidem.) Lego, ut peccatũ ne pœ/
nitentiam quidem habeat. Id autem fit, quoties persuasum est, peccatũ non esse peccatum. De Chal/
deo.) Propter Hebionitas, Nicolaitas, & huiusmodi alios. Nam Porphyrius Syrus erat, Arius & Cel/
sus Græci. Quasi in Euphorbum.) Allusit ad Pythagoram, ex Euphorbo renatum. Ananias fi/
lius Azur.) Historia refertur apud Hieremiã capite uigesimooctauo. Cœlibes.) Cœlibes dicun/
tur non qui caste uiuunt, sed qui carent uxoribus. Verum torquet hoc quoq; nõnihil Hieronymus, qui
cœlibem quoq; à cœlo uocatũ uideri uult. Hinc Theologi hauserũt certã persuasionem, cœlibem idem
significare quod caste & continenter uiuentem: quum Fabius cœlibem opponat marito: & Horatius
cum ait, Martijs cœlebs quid agam Calendis, non suam prædicat continentiã, quum incontinentiã sæ/
pe profiteatur, sed significat se ἄγαμον esse. Iam & Iureconsultorũ Caij ac Modesti etymologia obijci/
tur, quorũ prior ait, cœlibes dictos quasi cœlites. Verũ illi cœlites, de quibus sentiunt Iureconsulti, nec
carebant uxoribus, nec continenter uiuebant, quũ illic adulterijs, stupris, & puerorum amoribus ple/
na sint omnia: sed cœlibes sentiunt suauiter & tranquille uiuere, qualem illi putabãt uitã deorum. Huc
pertinet & illud prouerbiũ: Qui non litigat, cœlebs est. Et nucleum.) Non satis uideo quid sibi ue/
lit hoc loco nucleum, nisi quod quidã nuclei putãtur ad coitum facere, ueluti pinei, quod in his insit uis
quædam seminalis. Subulci tui.) Sic uocat malos doctores aut episcopos, quasi suum pastores, non
ouium. Velites.) Sentit de pugnacibus, de quibus supra dixit, quod syllogismos haberent in calci/ 25
bus. Amazonas.) Quod de Amazonibus scriptum est, mire torquet in Iouinianũ. Nam hæ exer/
tam, hoc est, enudatam habent mammã, non ut expeditius pugnent, quemadmodũ illæ, sed ut uiros ad
libidinem prouocent, nudato corpore. Non turtures.) Quod casta sit auis, quæ nec adulterium no
uit, nec amisso cõpare secundas sequitur nuptias. Vpupæ.) Quod salax sit hæc auis & immunda.
Lustra circũuolent.) Mira lusit ambiguitate uerbi. Nam lustra sunt animantiũ, sunt & scortorum.
Ad te loquar.) Vertit apostrophen ad urbem Romam. Scriptam in fronte.) Locus est Apoca/
lypseos cap. xvij. Quid aũt sentiat esse nomen blasphemiæ, declarat in Epistola ad Agasiam, quæst. xi.
cum ait: Non uoluit aperte dicere, Romanũ imperium destruendũ, quod ipsi qui imperãt, æternũ pu/
tant. Vnde secundũ Apocalypsim Ioannis, in fronte purpuratæ meretricis scriptũ est nomen blasphe/
miæ, id est, Romæ æternæ. Hactenus Hieronymus. Vaticinati sunt hoc poetæ Romani, & hoc titulis
monumentorũ ac literis proditũ est, imperiũ illud cũ sua religione fore sempiternũ: cũ Christus, cuius D
imperiũ æternũ est, omnia imperia, omnesq; religiões prophanas extinxerit. Apostoli uoce.) Nem
pe in epistola ad Romanos, quod fides uestra annũciatur in toto mũdo. Aut fortitudinis nomẽ est.)
ῥῶμη, Græce robur, siue ualentia. Latini putant à Ruma dictũ, hoc est, à mamma lupæ quã suxerunt Re
mus & Romulus. Roma Hebræis sonat sublimitas. Quod de idolo.) Nimirũ à Ioue dictus Iou/
nianus, ac Ioui sacrũ erat capitoliũ, unde & Capitolinus dictus, & idcirco subijcit: Squalet capitolium. 24
At nũc ambigunt omnino Romani, ubi nam fuerit illud admirandũ capitolium. Neq; desunt tamen,
qui paganã illam gloriam adhuc somnient, quasi parũ habeat splendoris ipse Christus. Quanq; huius
mali magnã partẽ sacerdotibus acceptã ferri oportet, qui sese nõ continẽt in suo genere, & ijsdẽ rebus
magni uideri uolunt, quibus olim ethnici principes: ac nõ potius apostolicis opibus, quibus illi reges
omnes & monarchas infinitis partibus, & potentia & gloria & opibus superarũt. Porro cum sua negli/
gant, & affectent aliena, nec in suo genere magni sunt, quia nõ studeant ut sint: & in illo longe uincũtur,
adeo ut ne cõferendi quidẽ sint cum illis. Ita fit, ut quidã semichristiani uetus illud & ethnicũ desiderent
imperiũ, quod & huius pœniteat, utpote frigidi: & illud apostolicũ, quo mundanæ ditionis iacturam
pensare poterãt, nec in his uideãt, in quibus solũ hoc cõueniebat florere. Sub Numa.) Nã huius æta
te docuit Pythagoras in Italia: cuius cõtinentiã dicit, quod inserit abstineri ab esu carniũ. Sub consu
libus.) Nam regib. exactis cõsules successerũt, sub quibus adhuc diu Roma fuit frugalis. Et admodum
sero luxuria immigrauit in urbem Romã à Græcis captis. ANTIDOTVS, Plurima sunt in his
duobus libris, quæ uehemẽter possent offendere: præsertim hac tẽpestate, qua matrimoniũ etiã inter sa
cramẽta ponit: de quo mirũ est nec Iouinianũ meminisse, cũ illud laudibus ueheret: nec Hieronymum,
cum illius libros refellit: uerum ipse in epistolis sequentibus antidotũ admouit, ut nostra nihil sit opus.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Quanq; Iouiniani dogma iam Romæ damnatũ esset opera Victorini & Pammachij, tamen mul/
tos offenderant duo aduersus eum ab Hieronymo scripti libri, quod propensior uideret in laudẽ uirgi
nitatis cũ; oportuisset, & durior in matrimoniũ. Notatis igitur locis Pammachius Paulæ gener, & Hie
ronymi quondã condiscipulus, admonuerat familiariter amicũ, ut ad ea responderet. Id quod mira cau
sæ fiducia facit Hieronymus, ut non solũ refellat quæ obijciebantur, uerumetiã multis conuicijs insecte/
tur obtrectatores. Vtinam hanc epistolam diligenter legant isti, qui maligne paucula uerba decerpunt
ex alienis libris quæ calumnientur, haud perpendentes à quo dicantur, cui, qua occasione dicãtur, quid
præcesserit, quid consequatur: tantum circa duo uerba muliebriter cauillantes, arguti sibi uidentur.

Hieronymi

HIERONYMI PRO LIBRIS ADVERSVS IOVINIANVM
Apologia ad Pammachium.

QVod ad te huc usq; non scripsi, causa fuit silentium tuũ. Verebar enim, ne si tacenti scriberem, molestũ me magis q̃; officiosum putares. Nunc autem prouocatus dulcissimis literis tuis, & huiuscemodi literis, quę me ad philosophiam nostri dogmatis prouocarent, & cõdiscipulum quondam & sodalem & amicum, obuijs (ut aiunt) manibus excipio, defensorem q̃; meorum opusculorum paro: ita tamen, si ante te placatum iudicem habuero, imò si oratorem meum super omnibus quæ in me arguuntur, instruxero. Hoc enim & Tullius tuus, & ante illum in breui & solo uolumine scripsit Antonius: primam causam esse uictoriæ, diligenter causam pro qua dicturus es, discere. Reprehendunt me quidam, quod in libris quos aduersum Iouinianũ scripsi, nimius fuerim: uel in laude uirginum, uel in suggillatione nuptiarum: & aiunt condemnationem quodammodo esse matrimonij, intantum pudicitiam prædicare, ut nulla uideatur inter uxorem & uirginem comparatio derelinqui. Ego si bene problematis memini, inter Iouinianum & nos ista contentio est, quod ille exæquet uirginitati nuptias, nos subijciamus: ille parum uel nihil, nos multum interesse dicamus. Deniq; idcirco te post dominũ faciente, damnatus est, quod ausus sit perpetuæ uirginitati matrimoniũ comparare. Aut si id ipsum uirgo putatur, & nupta: cur piaculum uocis huius Romæ Victorinus audire non potuit? Virgo à uiro, non uir à uirgine generatur. Medium esse nihil potest, aut mea sententia sequenda est, aut Iouiniani. Si reprehendor quod nuptias uirginitati subijcio, laudetur ipse qui cõparat. Si autem damnatus est qui æquales putabat, damnatio eius mei operis testimonium sit. Si seculi homines indignantur in minori gradu se esse q̃; uirgines, miror clericos & monachos & continentes id non laudare quod faciũt. Castrant se ab uxoribus suis, ut imitentur uirginum castitatem: & idipsum uolunt esse maritatas, quod uirgines? Aut iungantur itaq; uxoribus suis quibus renunciauerant: aut si se abstinuerint, etiam tacentes confitebuntur melius esse, quod nuptiarum operi prætulerunt. An ego rudis in scripturis, & nunc primũ sacra uolumina legens, lineam & (ut ita dicam) tenue dicendi filũ inter uirginitatem & nuptias seruare non potui? Videlicet nesciebam dictũ: Noli esse iustus multum: & dum unũ latus protego, in altero uulneratus sum: atq; ut manifestius loquar, dum cõtra Iouinianũ presso gradu pugno, à Manichæo terga mea confossa sunt. Nónne, quæso, statim in principio operis mei ista præfatus sum? Neq; enim nos Marcionis & Manichęi dogma sectantes, nuptijs detrahimus. Nec Tatiani principis Encratitarũ errore decepti, omnem coitum spurcũ putamus, qui non solũ nuptias, sed cibos quoq; quos deus creauit ad utendum, damnat & reprobat. Scimus in domo magna non solũ uasa aurea & argentea esse, sed & lignea & fictilia: & super fundamentũ Christi, quod Paulus architectus posuit, alius superædificauit aurum, argentũ, lapides precioſos: alius econtrario fœnum, ligna, stipulam. Non ignoramus honorabiles nuptias, & cubile immaculatum. Legimus primã dei sententiam: Crescite & multiplicamini, & replete terrã. Sed ita nuptias recipimus, ut uirginitatẽ quæ de nuptijs nascit, præferamus. Nunquid argentum non erit argentũ, si aurũ argento precioſius est? Aut arboris & segetis cõtumelia est, si radici, folijs, culmo & aristis, poma præferantur & fructus? Vt poma ex arbore, frumentũ ex stipula, ita uirginitas ex nuptijs. Centesimus & sexagesimus & tricesimus fructus, quanq̃; de una terra & de una semente nascatur, tamen multũ differt in numero. Triginta referuntur ad nuptias, quia & ipsa digitorũ coniunctio quasi molli osculo se complexans & fœderans, maritum pingit & coniugem. Sexaginta uero ad uiduas, eo quod in angustia & tribulatione sint positæ. Vnde & superiori digito deprimũtur: quantoq; maior est difficultas expertæ quondam uoluptatis illecebris abstinere, tanto maius & pręmiũ. Porrò numerus centesimus (quæso diligẽter lector attende) de sinistra transfertur ad dexteram: & ijsdem quidem digitis, sed non eadem manu quibus in læua, nuptæ significantur & uiduæ: circulũ faciens, exprimit uirginitatis coronã. Oro te, qui hæc loquitur, damnat nuptias? Aurum uirginitatem, argentum

diximus matrimonium. Centeſimum & ſexageſimum & triceſimum fructum de una terra c
expoſuimus & de una ſemẽte generari,licet multum differat in numero. Et quis unquã tam
iniquus lector erit,ut non ex meis dictis,ſed ex ſuo me ſenſu iudicet? Et certe multo clemen-
tiores erga coniugia fuimus, omnibus penè Latinis & Grẹcis tractatoribus,qui centeſimum
numerum ad martyres referunt,ſexageſimum ad uirgines,triceſimum ad uiduas: atq; ita fit
iuxta illorum ſententiam, ut de bona terra, & de patrisfamilias ſemine excludantur mariti.
Verum ne in principio cautus, in reliquis forſitan improuidus fuerim: nónne poſt partitio-
nem opuſculi,cum ad quæſtiones uenirem,ſtatim intuli? Vos quæſo utriuſq; ſexus uirgines
& continentes,mariti quoq; & digami,ut conatus meos orationibus adiuuetis. Cunctorum
in commune Iouinianus hoſtis eſt. Quorũ ego orationibus indigeo,& quos adiutores mei
operis precor,eos poſſum Manichẹi errore damnare? Curramus ad reliqua. Neq; enim epi
ſtolæ breuitas patitur,diutius in ſingulis immorari. Interpretantes illud apoſtoli teſtimoni-
um: Vxor propriį corporis ſui nõ habet poteſtatem,ſed uir: ſimiliter & uir corporis ſui non
habet poteſtatem, ſed uxor:hoc ſubiunximus. Omnis hæc quæſtio de his eſt qui in matri-
monio ſunt,an eis liceat uxores dimittere: quod & dominus in Euangelio prohibuit. Vnde
& Apoſtolus,Bonum eſt,ait,homini uxorem uel mulierem non tangere: quaſi in tactu eius
periculum ſit,quaſi qui eam tetigerit,non euadat. Vnde & Ioſeph, quia illum tangere uole-
bat Ægyptia, fugiens de manibus eius,pallium abiecit. Sed quia qui ſemel duxit uxorem,
niſi ex conſenſu ſe non ualet abſtinere, nec dare repudium non peccanti:reddat coniugi de-
bitum,quia ſponte ſe alligauit,ut reddere cogeretur. Qui domini dicit eſſe præceptum,ne di-
mittantur uxores:& abſq; conſenſu,quod deus coniunxit, homo non ſeparet:hic poteſt dici
nuptias condemnare? Rurſum in ſequentibus:Sed unuſquiſq;,ait,habet proprium donum
ex deo. Alius quidem ſic,alius autem ſic. Quam ſententiam nos exponentes,hæc intulimus.
Quid,inquit,uelim perſpicuum eſt. Sed quoniam in eccleſia diuerſa ſunt dona, concedo &
nuptias,ne uidear damnare naturam. Simulq; conſidera,quod aliud donum uirginitatis ſit, a
aliud nuptiarũ. Si enim eadem eſſet merces nuptiarũ & uirginum, nequaq̃ dixiſſet poſt præ
ceptum cõtinentiæ: Sed unuſquiſq; propriũ habet donũ ex deo, alius quidẽ ſic,alius autem
ſic. Vbi proprietas ſingulorum eſt,ibi altrinſecus diuerſitas. Cõcedo & nuptias eſſe donum
dei,ſed inter donum & donũ magna diuerſitas eſt. Deniq; & Apoſtolus de quodã poſt in-
ceſtum pœnitente:Econtrario,inquit,donate ei & cõſolamini. Et ſi cui quid donaſtis,& ego.
Ac ne putaremus donũ hominis contemnendũ, addidit: Nam & ego quod donaui, ſi quid
donaui,propter uos coràm Chriſto. Diuerſa ſunt dona Chriſti. Vnde Ioſeph in typo eius
uariam habebat tunicã. Et in pſalmo quadrageſimoquarto legimus: Aſtitit regina à dextris
tuis in ueſtitu deaurato,circũdata uarietate. Et Petrus apoſtolus: Sicut cohẹredes,ait,multi-
plicis gratiẹ dei. Quod ſignificãtius Græce dicit πολυποίκιλος, id eſt,uariẹ. Rogo,quẹ eſt iſta con
tentio,claudere oculos,nec apertiſſimũ lumen aſpicere? In eccleſia diximus eſſe dona diuer-
ſa,& aliud donũ uirginitatis,& aliud nuptiarũ. Et poſt paululum: Cõcedo & nuptias eſſe do
num dei. Sed inter donũ & donũ magna diuerſitas eſt. Et quod dei donũ uoce apertiſſima
pronũciamus,damnare dicimur? Porrò ſi Ioſeph in typo domini accipitur, tunica eius uaria
atq; diſtincta in uirginibus,uiduis,cõtinẽtibus ac maritatis eſt. Et poteſt uideri quaſi alienus,
qui de tunica Chriſti eſt:cũ & ipſam reginã,hoc eſt,eccleſiã ſaluatoris in ueſtitu deaurato,ea
dem uarietate circũdatã dixerimus? Sed & in cõſequentibus de cõiugio diſputãtes,eundem
ſenſum ſecuti ſumus. Hic locus ad præſentẽ controuerſiã nõ pertinet. Docet enim iuxta ſen-
tentiã domini,uxorẽ excepta cauſa fornicationis non repudiandã,& repudiatã uiuo marito
alteri nõ nubere,aut certe uiro ſuo debere recõciliari. Et in alio loco:Mulier,inqt, alligata eſt,
quãto tempore uir eius uiuit. Quod ſi dormierit uir eius,liberata eſt à lege uiri. Cui uult nu-
bat,tantũ in domino,id eſt,Chriſtiano. Qui ſecũdas nuptias tertiasq; cõcedit in domino,pri
mas cũ ethnico prohibet? Aperiãt,quẹſo, aures obtrectatores mei,& uideant me ſecũdas &
tertias nuptias cõceſſiſſe in domino. Qui ſecũdas & tertias nõ dãnaui,primũ potui damnare

matrimonium

A matrimonium? In eo quoq; loco,ubi interpretamur capitulum Apoſtoli: Circũciſus aliquis uocatus eſt,non adducat præputium.In præputio uocatus eſt,non circundatur(licet quidam prudentiſſimi interpretes ſcripturarum hoc de circũciſione & ſeruitute legis dictum eſſe contendant)nónne apertiſſime fœdera ſeruamus nuptiarũ? Diximus enim:Si in præputio quis uocatus eſt,non circuncidatur.Habebas,inquit,uxorẽ cum credidiſti:noli fidem Chriſti cauſam putare diſſidij, quia in pace nos uocauit deus. Circunciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt:ſed obſeruatio mandatorũ dei. Nihil enim prodeſt abſq; operibus cœlibatus & nuptiæ: cum etiam fides, quæ proprie Chriſtianorũ eſt, ſi opera non habuerit,mortua eſſe dicatur. Et hac lege uirgines quoq; Veſtæ & Iunonis uniuiræ,in ſanctarum queant ordine numerari.Et poſt paululum: Seruus uocatus es,nõ ſit tibi curæ:ſed & ſi potes fieri liber,magis utere. Etiam ſi habes, inquit, uxorem,& illi alligatus es:& ſoluis debitum, & non habes tui corporis poteſtatẽ:atq;(ut manifeſtius loquar)ſeruus uxoris es,noli propter hoc habere triſtitiam, nec de amiſſa uirginitate ſuſpires.Sed etiam ſi potes cauſas aliquas inuenire diſſidij,ut libertate pudicitiæ perfruaris,noli ſalutem tuam cum alterius interitu quærere. Habeto pauliſper uxorem,nec præcurras morantem.Expecta dum ſequitur: Si egeris patienter, coniunx mutabitur in ſororem.In eo quoq; loco ubi tractauimus, cur dixiſſet Paulus: De uirginibus autem domini præceptum non habeo:conſilium aũt do, tanq; miſericordiam conſecutus à domino,ut ſim fidelis:ita uirginitatem prætulimus,ut nuptiarum ordinem ſeruaremus.Si uirginitatem dominus imperaſſet,uidebatur nuptias condemnare, & hominum auferre ſeminarium,unde & ipſa uirginitas naſcitur.Si præciditſſet radicẽ, quomodo fruges quæreret? Niſi ante fundamẽta ieciſſet, qua ratione ædificium extrueret, & operturum cuncta deſuper culmen imponeret?Si radicem nuptias, ſi uirginitatem diximus fructus:ſi fundamentum matrimonium,& ædificium uel culmen perpetuam caſtitatem:quis uel tam inuidus,uel tam cæcus obtrectator mei erit,ut in eadem domo ædificium uel culmen uideat: & fundamentum
B quod ædificium & culmen portat,ignoret? Porrò & in alio loco proponentes Apoſtoli teſtimonium,in quo ait: Alligatus es uxori, noli quærere ſolutionem: ſolutus es ab uxore, noli quærere uxorem:ilico hæc ſubiecimus:Habet unuſquiſq; noſtrũ terminos ſuos, redde mihi meum,& tu tene tuum.Si alligatus es uxori tuæ,ne illi des repudium.Si ſolutus ſum ab uxore, non quærã uxorem. Vt ego non ſoluo coniugia,ſi ſemel ligata ſunt:ita tu non liges,quod ſolutum eſt.Sed & in alio teſtimonio, quid de uirginitate & nuptijs ſenſerimus,manifeſtiſſime declaratur.Non imponit nobis Apoſtolus laqueũ,nec cogit eſſe quod nolumus,ſed ſuadet quod honeſtum eſt & decorum: & intente facit ſeruire domino, & ſemper eſſe ſolicitos: & expectare paratam domini uoluntatem,ut cum quid imperauerit, quaſi ſtrẽnuus & armatus miles,ſtatim impleat quod præceptũ eſt: & hoc faciat ſine ulla diſtentione, quæ data eſt ſecundum Eccleſiaſten hominibus huius mundi,ut diſtendantur in ea.In fine quoq; comparationis nuptiarum & uirginum,diſputationem noſtram hoc ſermone concluſimus: Vbi bonum & melius eſt,ibi boni & melioris non unum eſt præmiũ: & ubi non eſt unũ præmium, ibi utiq; dona diuerſa.Tantum igitur intereſt inter nuptias & uiginitatem: quantũ inter non peccare & benefacere: imò ut leuius dicã, quantum inter bonũ & melius.Porrò in cõſequentibus,cum dicimus:Finita diſputatione coniugiorũ & uirginitatis, ut inter utrunq; cauto moderamine præceptorũ,nec ad ſiniſtram,nec ad dexteram diuerteret:ſed uia regia graderetur, & illud impleret: Ne ſis multũ iuſtus, rurſus monogamiã digamiæ comparat:& quomodo nuptias ſubdiderat uirginitati, ita digamiam nuptijs ſubijcit: nónne perſpicue oſtendimus, quæ ſit in ſcripturis ſanctis ſiniſtra,quæ dextra:& quid ſignificet,ne ſis multũ iuſtus? Quod uidelicet ſiniſtra ſit, ſi Iudæorũ & gentilium ſequamur libidinẽ, & ſemper æſtuemus ad coitum.Dextra,ſi Manichæorum ſequamur errorem:& ſimulata pudicitia,impudicitię retibus implicemur. Via autem regia ſit,ita appetere uirginitatem,ne nuptiæ condemnentur.Præterea quis tam iniquus meorum opuſculorum iudex erit, ut prima matrimonia damnare me dicat, cum etiam de ſecundis dixiſſe me legerit: Concedit Apoſtolus ſecundas nuptias, ſed

uolentibus,ſed his quæ ſe continere non poſſunt:ne luxuriatæ in Chriſto,nubere uelint,ha/ c
bentes damnationem,quod primã fidem irritam fecerint?Et hoc concedit,quia multæ abie/
runt retrorſum poſt Satanam.Cæterum beatiores erunt,ſi ſic permanſerint.Cõtinuoq; ſub
iungit apoſtolicam autoritatem:ſecundum conſiliũ meum.Porrò ne autoritas Apoſtoli qua
ſi hominis leuior uideretur,addidit: Puto autem quod & ego ſpiritum dei habeam. Vbi ad
continentiã prouocat:ibi non hominis,ſed ſpiritus dei cõſilio uſus eſt. Vbi aũt nubendi con/
cedit ueniam,ſpiritũ dei non nominat, ſed prudentiæ librat conſilium : ita ſingulis relaxans,
ut unuſquiſq; ferre poſſit. Propoſitis ergo teſtimoniis,in quibus Apoſtolus ſecundas conce/
dit nuptias, ſtatim ſubiecimus. Quomodo uirginibus ob fornicationis periculum, concedit
nuptias, & excuſabile facit quod per ſe non appetitur:ita ob eandem fornicationem,cõcedit
uiduis ſecunda matrimonia.Melius eſt enim,licet alterum & tertium unum uirum noſſe, q̃
plurimos:id eſt,tolerabilius eſt uni homini proſtitutã eſſe, q̃ multis.Faceſſat calumnia. De
ſecundo hic & de tertio & quarto(ſi libet) matrimonio diſputauimus,non de primo.Sed ne
quis in eo quod diximus, tolerabilius eſt uni homini proſtitutam eſſe quàm multis, ad pri/
mum matrimonium referat,cum omnis nobis quæſtio de digamia & trigamia fuerit:deniq;
digamiæ & trigamiæ diſputationem hoc calce ſignauimus: Omnia licent,ſed non omnia ex
pediunt.Non damno digamos,imò nec trigamos,& ſi dici poteſt, octogamos.Plus aliquid
inferam,etiam ſcortatorẽ recipio pœnitentem.Quicquid æqualiter licet,æquali lance penſan
dum eſt.Erubeſcat calumniator meus, dicens me prima damnare matrimonia, quãdo legit,
non damno digamos & trigamos,& ſi dici poteſt,octogamos.Aliud eſt nõ damnare,aliud
prædicare: aliud eſt ueniam cõcedere,aliud laudare uirtutem.Si aũt durus in eo uideor,quia
dixi:quicquid æqualiter licet,æquali lance penſandum eſt: puto non me crudelem iudicabit
& rigidum,qui alia loca uirginitati & nuptiis,alia trigamis,& octogamis,& pœnitentibus le/
gerit præparata.Chriſtum in carne uirginem,in ſpiritu monogamũ,quod unam habet eccle
ſiam,noſter in reliquis ſermo teſtatus eſt:& crediti ſumus nuptias cõdemnare?Damnare di/ d
cor nuptias, cuius hic ſermo eſt? Nullicq; dubium eſt ſacerdotes de Aaron & Eleazar & Phi/
nees ſtirpe generatos: qui cum & ipſi uxores habuerint, recte nobis opponerentur, ſi errore
Encratitarum cõdemnaremus matrimonia reprobanda. Tatianum Encratitarũ principem,
qui abſcidit matrimonia,reprehẽdimus,& ipſi nuptias cõdemnamus?Rurſumq; ubi uirgines
& uiduas cõparo,quid de nuptiis ſenſerim,& quomodo tres gradus uirginitatis,uiduitatisq;
uel continentiæ & coniugii fecerim,declarant ipſa quæ ſcripta ſunt.Non nego beatas eſſe ui/
duas,quæ ita poſt baptiſmum manſerint:nec illarum detraho merito, quæ cum uiris in caſti
tate perdurant:ſed ſicut hæ maioris præmii apud deum ſunt, q̃ nuptæ coniugali officio ſer/
uientes:ita & ipſæ æquo patiantur animo,uirginitatem ſibi præferri.Ad Galatas quoq; teſti
monium Apoſtoli proponentes:Ex operibus legis nõ iuſtificabitur omnis caro,huiuſcemo/
di ſenſum intulimus.Opera legis & nuptiæ ſunt. Vnde & maledicunt in ea,quę non habent
filios:quæ ſi conceduntur etiam in euangelio, aliud tamen eſt indulgentiã infirmitati tribue/
re,aliud eſt uirtutibus præmia polliceri.Ecce perſpicue nuptias diximus cõcedi in euangelio:
ſed tamen eaſdem in ſuo officio permanentes,præmia caſtitatis capere non poſſe. Quod ſi
indigne accipiũt mariti, nõ mihi iraſcant, ſed ſcripturis ſanctis, imò epiſcopis & presbyteris
& diaconis,& uniuerſo choro ſacerdotali & leuitico: qui ſe nouerũt hoſtias offerre non poſ/
ſe,ſi operi ſeruiant coniugali. Sed eo loco ubi de Apocalypſi teſtimonium poſuimus, nõne
manifeſtum eſt, quid de uirginibus & uiduis & coniugibus ſenſerimus? Hi ſunt qui cantant
canticum nouum,quod nemo poteſt cantare,niſi qui uirgo eſt.Hi ſunt primitiæ dei & agni,
& ſine macula.Si uirgines primitiæ dei ſunt,ergo uiduæ & in matrimonio continentes,erunt
poſt primitias,hoc eſt,in ſecundo & tertio gradu. In ſecũdo & tertio gradu uiduas ponimus
& maritatas : & hæretico furore dicimur damnare nuptias? Multa ſunt quæ per omnem li/
brum cauto moderamine,de uirginitate,de uiduis,de nuptiis diximus.Sed breuitatis ſtudio
unum adhuc ponam teſtimonium:cui non reor contradicturũ,niſi eum,qui aut ſe inimicum

probare

A probare uoluerit, aut uecordem. Nam cum propoſuiſſem, quod dominus iſſet ad nuptias in Cana Galilææ, poſt quædam etiam hæc addidi. Qui enim ſemel iuit ad nuptias, ſemel docuit eſſe nubendum: & tunc uirginitati poſſet officere, ſi nuptias poſt uirginitatem & uiduitatis caſtimoniam, non in gradu tertio poneremus. Nunc autem cum hæreticorum ſit damnare coniugia, & dei ſpernere conditionem: quicquid de laude dixerint nuptiarum, libenter audimus. Eccleſia enim non damnat matrimonia, ſed ſubijcit: nec abijcit, ſed diſpenſat, ſciens (ſicut ſupra diximus) in domo magna, non ſolum eſſe uaſa aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia: & alia eſſe in honorem, alia in contumeliam. Et quicunq; ſe mundauerit, eum futurum eſſe uas honorabile & neceſſariũ, in omne opus bonum præparatũ. Quicquid, inquam, de laude dixerint nuptiarum, libenter audimus. Laudari nuptias, libenter audimus, & nuptias condemnamus? Eccleſia matrimonia nõ damnat, ſed ſubijcit. Velitis nolitis, maritus ſubijcit uirginitati, & uiduitati. Eccleſia nuptias, ſed nuptias in ſuo opere permanentes: ſubijcit, non damnat: nec abijcit, ſed diſpenſat. In poteſtate ueſtra eſt, ſi uelitis ſecundum pudicitiæ gradum ſcãdere. Quid indignamini, ſi in tertio ſtantes, nolitis ad ſuperiora properare? Igitur cũ toties & tam crebro lectorem admonuerim, & per ſingula penè tractuũ milia, cautus uiator inceſſerim, me ita recipere nuptias, ut eis continentes, uiduas, uirginesq; præferrem: debuerat prudens & benignus lector, etiam ea quæ uidentur dura, æſtimare de cæteris, & non in uno atq; eodem libro, criminari me diuerſas ſententias protuliſſe. Quis enim tam hebes, & ſic in ſcribendo rudis eſt, ut idem laudet & damnet? ædificata deſtruat, & deſtructa ædificet? & cum aduerſarium uicerit, ſuo nouiſſime mucrone feriatur? Si ruſticani homines, & uel rhetoricæ, uel dialecticæ artis ignari detraherent mihi, tribuerem ueniam imperitiæ: nec accuſationem reprehenderem, ubi non uoluntatem in culpa cernerem, ſed ignorantiam. Nunc uero cum diſerti homines, & liberalibus ſtudijs eruditi, magis uelint lædere, quàm intelligere: breuiter à me reſponſum habeant, corrigere eos debere peccata, non reprehendere.

B Patet campus, ſtat econtra acies, aduerſarij dogma manifeſtum eſt: & (ut Vergilianũ aliquid inferam) illum aſpice contra, Qui uocat. Reſpondeant aduerſario. Aliter teneant nodum in diſputando, aliter uirgam in docendo, & me in libris ſuis, quid uel prætermiſerim uel addiderim, doceãt. Reprehenſores nõ audio, ſequor magiſtros. Delicata doctrina eſt, pugnãt
3 ictus dictare de muro: & cum ipſe unguentis delibutus ſis, cruentum militem accuſare formidinis. Nec hoc dicens, ſtatim iactãtiæ reus ſum, quod cæteris dormientibus ſolus certauerim. Sed hoc dico, cautius eos poſſe pugnare, qui me uiderint uulneratum. Nolo tale certatmen adeas, in quo tãtum te protegas: & torpente dextra, ſiniſtra clypeum circumferas. Aut ferien
dum tibi eſt, aut cadendum. Non poſſum te exiſtimare uictorem, niſi aduerſariũ uidero trucidatum. Legimus, ô eruditiſſimi uiri, in ſcholijs pariter, & Ariſtotelea illa de Gorgiæ fonti-
4 bus manantia, ſimul didicimus, plura eſſe uidelicet genera dicendi: & inter cætera, aliud eſſe
5 γυμναſικῶς ſcribere, aliud δογματικῶς. In priori uagam eſſe diſputationem: & aduerſario reſpondentem nunc hæc, nunc illa proponere: Argumentari ut libet, aliud loqui, aliud agere, panem (ut dicitur) oſtendere, lapidem tenere. In ſequenti autem aperta frons: &, ut ita dicam, ingenuitas neceſſaria eſt. Aliud eſt quærere, aliud definire: In altero pugnandũ, in altero docendũ eſt. Tu me ſtantem in prælio, & de uita periclitantem ſtudioſus magiſter doceas? Noli ex obliquo, & unde non putaris, uulnus inferre. Directo percute gladio. Turpe tibi eſt hoſtem dolis ferire, non uiribus. Quaſi non & hęc ars ſumma pugnantium ſit, alibi minari, alibi percutere. Legite, obſecro uos, Demoſthenẽ: legite Tullium: ac ne forſitan rhetores uobis diſpliceãt, quorum artis eſt, ueriſimilia magis q̃ uera dicere: legite Platonem, Theophraſtum, Xenophontem, Ariſtotelem, & reliquos qui de Socratis fonte manantes, diuerſis cucurrere
6 riuulis: quid in illis apertum, quid ſimplex eſt? Quæ uerba non ſenſuum? Qui ſenſus non uictoriæ? Origenes, Methodius, Euſebius, Apollinaris, multis uerſuum milibus ſcribunt aduerſus Celſum & Porphyriũ. Conſiderate quibus argumentis, & quàm lubricis problematibus diaboli ſpiritu contexta ſubuertant: Et quia interdum coguntur loqui, nõ quod ſentiunt, ſed

quod

quod neceſſe eſt,dicunt aduerſus ea,quæ dicunt gentiles.Tacco de Latinis ſcriptoribus; Ter tulliano, Cypriano, Minutio, Victorino, Lactantio, Hilario,ne non tam me defendiſſe,q̃ alios uidear accuſaſſe. Paulum apoſtolum proferam,quem quotieſcunq; lego, uideor mihi non uerba audire, ſed tonitrua. Legite epiſtolas eius, & maxime ad Romanos,ad Galatas, ad Epheſios,in quibus totus in certamine poſitus eſt:& uidebitis eum in teſtimonijs quæ ſumit de ueteri teſtamẽto,quàm artifex,quàm prudens,quàm diſſimulator ſit eius quod agit. Videntur quædam uerba ſimplicia,& quaſi innocentis hominis ruſticani: & qui nec facere nec declinare nouerit inſidias: ſed quocunq; reſpexeris, fulmina ſunt. Hæret in cauſa, capit omne quod tetigerit:tergum uertit,ut ſuperet: fugã ſimulat, ut occidat, Calumniemur ergo illum,atq; dicamus ei: Teſtimonia quibus cõtra Iudæos uel cæteras hæreſes uſus es,aliter in ſuis locis,aliter in tuis epiſtolis ſonãt. Videmus exempla captiua,ſeruierunt tibi ad uictoriã, quæ ſuis in uoluminibus nõ dimicãt.Nõne nobis loquitur cũ ſaluatore,aliter foris,aliter domi loquimur? Turbæ parabolas,diſcipuli audiũt ueritatẽ.Proponit phariſæis dominus quæſtiones,& nõ ediſſerit.Aliud eſt docere diſcipulum,aliud aduerſariũ uincere. Myſterium inquit,meum mihi,myſterium meum mihi & meis.Indignamini mihi,quod Iouinianum non docuerim, ſed uicerim. Imò indignantur hi,qui illum anathematizatum dolent:& cum laudant quod ſunt,accuſant quod eſſe ſe ſimulant.Quaſi uero rogandus fuerit ut mihi cederet, & nõ inuitus ac repugnans,in ueritatis uincula ducendus. Et hæc dicerem, ſi uincendi ſtudio contra regulam ſcripturarũ quippiam locutus fuiſſem: & ſicut uiri fortes in controuerſijs ſolent facere, culpam præmio redimerem. Nunc uero cum interpres magis Apoſtoli fuerim quàm dogmatiſtes, & cõmentatoris ſim uſus officio: quicquid durum uidetur,ei magis imputetur quem expoſuimus, quàm nobis qui expoſuimus. Niſi fortè ille aliter dixit, & nos ſimplicitatem uerborũ eius,maligna interpretatione detorſimus.Qui hoc arguit,de ipſis ſcripturis probet.Diximus:Si bonum eſt mulierem non tangere,malum ergo eſt tangere:nihil enim bono contrarium eſt,niſi malum.Si autem malum eſt & ignoſcitur,ideo conceditur,ne malo quid deterius fiat:& cætera uſq; ad propoſitionem alterius capituli. Hoc ideo ſubiecimus, quia Apoſtolus dixerat:Bonum eſt homini mulierem non tangere:Propter fornicationem autem unuſquiſq; uxorem ſuam habeat, & unaquæq; ſuum uirum habeat.In quo diferunt uerba mea à ſenſu Apſtoli? Niſi fortè in eo,quod ille pronũciat, ego dubito: ille definit,ego ſciſcitor:ille apertè dicit:Bonum eſt homini mulierem nõ tangere, ego timide quæro ſi bonum eſt mulierem non tangere. Si dubitantis eſt nõ confirmantis. Ille dicit: Bonum eſt non tangere: ego quid bono contrarium eſſe poſſit, adiungo. Statimq; in conſequentibus: Animaduertenda Apoſtoli prudentia. Non dixit:Bonum eſt homini uxorem non habere: ſed,bonum eſt mulierem non tangere:quaſi & in tactu eius periculum ſit,quaſi qui illam tetigerit, non euadat. Vides igitur non de coniugibus nos exponere,ſed de coitu ſimpliciter diſputare, quod ad comparationem pudicitiæ & uirginitatis,& angelicæ ſimilitudinis,bonum eſt homini mulierem non tangere. Vanitas uanitatum, & omnia uanitas, dicit Eccleſiaſtes. Si omnes creaturæ bonæ, ut à bono creatore conditæ,quomodo uniuerſa uanitas? Si terra uanitas, nunquid & cœli,& angeli,& throni, dominationes,poteſtates, cæteræq; uirtutes? Sed quæ per ſe bona ſunt,ut à bono creatore condita, ad comparationem meliorum uanitas appellantur. Verbi gratia:Lucerna lampadis comparatione pro nihilo eſt:lampas ſtellæ comparatione non lucet:ſtellam lunæ confer,cæca eſt.Lunam ſoli iunge,non rutilat. Solem Chriſto confer,tenebræ ſunt.Ego ſum,inquit,qui ſum.Omnem igitur creaturam ſi deo conferis,non ſubſiſtit.Ne tradas,inquit Heſter,hæreditatem tuam his qui non ſunt,idolis ſicut & dæmonibus. Et certe erant idola & dæmones, quibus ne traderentur orabat. In Iob quoq; legimus,à Baldach dictũ de impio:Auellatur de tabernaculo ſuo fiducia eius,& calcet ſuper eũ quaſi rex interitus. Habitẽt in tabernaculo eius ſocij eius qui non eſt:haud dubium quin diaboli:qui cum habeat ſocios: nõ autem haberet niſi eſſet: tamen quia deo perijt,non eſſe dicitur.Ergo ſecũdum hunc comparationis ſenſum, malum diximus mulierem tangere licet uxo-

A (licet uxoris nulla facta sit mentio) quia bonū est non tangere. Et subiecimus: Virginitatem frumentum, nuptias hordeum, fornicationem stercus bubulum nuncupantes. Vtiq; frumentum & hordeum creatura dei est. Verum in Euangelio maior turba hordeaceis panibus, minor frumentaceis pascitur: Homines, inquit, & iumenta saluos facies domine. Alijs uerbis id ipsum locuti sumus, quando aurum uirginitatem, argentum nuptias diximus: & centum quadraginta quatuor milia uirginum signatorum, qui cum mulieribus non sunt coinquinati: in quo ostendi uoluimus, omnes qui uirgines nō permanserint, ad comparationem puriſſimæ & angelicæ castitatis, & ipsius domini nostri Iesu Christi, esse pollutos. Quod si cui asperum & reprehensione dignū uidetur, tantam nos inter uirginitatem & nuptias fecisse distantiam, quanta inter frumentū & hordeum est, legat sancti Ambrosij de uiduis librum, & inueniet illum inter cætera quæ de uirginitate & nuptijs disputauit, etiam hoc dixisse. Neq; ita coniugium prætulit Apostolus, ut studia uirginitatis extingueret: sed à cōtinentiæ persuasione incipiens, ad incontinentiæ remedia descendit. Et cum brauiū supernæ uocationis fortibus demonstrasset, deficere tamen in uia neminem passus est: ita plaudens prioribus, ut nō despiceret & sequentes. Didicerat enim & ipse, quia dominus Iesus alijs panem hordeaceū, ne in uia deficerent: alijs corpus suum, ut ad regnum tenderent, demonstrauit. Et in consequentibus: Non ergo copula nuptialis quasi culpa uitanda, sed quasi necessitatis sarcina declinanda est. Lex enim astringit uxorem, ut in laboribus & tristicia filios generet: conuersio eius ad unum uirū sit, ut ei ipse dominetur. Ergo laboribus & doloribus in generatione filiorū addicitur nupta, non uidua: & dominatui uiri subditur copulata, non uirgo. Et in alio loco: Precio, inquit, empti estis, nolite fieri serui hominum. Videtis q̄ euidens coniugalis sit definitio seruitutis. Et post pusillum. Si igitur bonū coniugium, seruitus malū quidem, quando nequeunt se inuicem sanctificare, sed perdere. Vniuersa quæ nos de uirginitate ac nuptijs lato sermone diffudimus, ille breui artauit compendio, in paucis multa cōprehendens. Virginitas ab eo persuasio continentiæ, nuptiæ remedia incontinentiæ prædicantur. Et significanter à maioribus B ad minora descendens, uirginibus brauiū supernæ uocationis ostendit: nuptas ne in uia deficiant, consolatur. Alios laudat, alios non despicit. Coniugium hordeo, uirginitatem corpori Christi comparat. Et puto multo minorem distantiam inter frumentū esse & hordeum, quàm inter hordeum & corpus Christi. Deniq; nuptias dicit, quasi necessitatis sarcinam declinandam, & definitionem esse euidentissimæ seruitutis. Et multa alia, quæ tribus libellis de uirginibus latissime prosecutus est. Ex quibus uniuersis perspicuū est, me nihil noui de uirginibus nuptisq; dixisse: sed maiorum in omnibus secutum esse sententiam, tam huius uidelicet, q̄ reliquorum, qui de ecclesiasticis dogmatibus disputarunt: quorū æmulari exopto negligentiam potius, q̄ aliorum obscuram diligentiam. Tumeant contra me mariti, quare dixerim: Oro te, quale illud bonū est, quod orare prohibet: quod corpus Christi accipere non permittit? Quando impleo mariti officium, non impleo continentis. Iubet idem Apostolus in alio loco, ut semper oremus. Si semper orandum est, nunq̄ ergo cōiugio seruiendū. Quoniam quotiescunq; uxori debitū reddo, orare non possum. Hoc quare dixerim, perspicuum est: quia interpretabar illud Apostoli dictum: Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi. Paulus apostolus dicit, quando coimus cum uxoribus, nos orare non posse. Si per coitū quod minus est impeditur, id est, orare: quanto plus quod maius est, id est, corpus Christi prohibetur accipere. Petrus ad continentiā hortatur, ne impediantur orationes nostræ. Quod hic, quæso, peccatū meū est? Quid cōmerui? Quid deliqui? Si turbidæ & nebulosæ aquæ fluunt, non est aluei culpa, sed fontis. An idcirco arguor, quod de meo ausus sum adijcere: Quale illud bonum est, quod corpus Christi accipere non permittit? Ad hoc breuiter respōdebo. Quid est maius, orare an corpus Christi accipere? Vtiq; accipere corpus Christi. Si per coitū quod minus est impedit, multo magis quod maius est. Diximus in eodem uolumine, panes propositionis ex lege nō potuisse comedere Dauid & socios eius, nisi se triduo mundos à mulieribus respondissent: non utiq; à meretricibus, quod

damnabatur

damnabatur à lege:ſed ab uxoribus, quibus licite iungebantur.Populum quoq; quando ac c
cepturus erat legē in monte Sina,tribus diebus iuſſum eſſe ab uxoribus abſtinere. Scio Ro/
mæ hanc eſſe conſuetudinem,ut fideles ſemper Chriſti corpus accipiāt, quod nec reprehen/
do,nec probo. Vnuſquiſq; enim in ſuo ſenſu abundat.Sed ipſorum conſcientiam conuenio:
qui eodem die poſt coitum communicant:& iuxta Perſium,noctem flumine purgant:quare
ad martyres ire non audent? Quare non ingrediuntur eccleſias? An alius in publico, alius in 8
domo Chriſtus eſt? Quod in eccleſia non licet,nec domi licet. Nihil deo clauſum eſt, & tene
bræ quoq; lucēt apud deum:Probet ſe unuſquiſq;,& ſic ad corpus Chriſti accedat:nō quod
dilatæ communionis unus dies, aut biduum ſanctiorem efficiat Chriſtianum, ut quod ho/
die non merui,cras uel perendie merear:ſed quod dum doleo me non communicaſſe corpo/
ri Chriſti,abſtineam me pauliſper ab uxoris amplexu. Vt amori coniugis amorem Chriſti
præferam.Durum eſt,non ferendum eſt. Quis hoc ſecularium ſuſtinere poteſt? Qui poteſt
ſuſtinere,ſuſtineat:qui non poteſt,ipſe uiderit.Nobis curæ eſt,nō quid unuſquiſq; poſſit aut
uelit,ſed quid ſcripturæ præcipiant,dicere. Illud quoq; in cōmentariolis meis eiuſdem Apo/
ſtoli carpitur,in quibus dixi: Verum ne quis putet ex eo quod ſequitur:ut uacetis orationi,&
iterum ad idipſum reuertimini: Apoſtolum hoc uelle,& non propter maiorem ruinam con/
cedere,ſtatim infert,ne tentet uos ſatanas propter incontinentiam ueſtrā. Pulchra nimirum
indulgentia,& iterum reuertimini ad idipſum,quod erubeſcit ſuo uocare nomine: quod ten/
tationi præfert ſatanæ,quod cauſam habet incontinentiam.Laboramus quaſi obſcurū diſſe
rere,cum expoſuerit ipſe qui ſcripſit: Hoc autem dico iuxta indulgentiam, non ſecundū im/
perium.Et muſſitamus adhuc nuptias non uocare indulgentiam,ſed præceptum: quaſi non
eodem modo, ſecunda & tertia matrimonia concedantur & reliqua. Quid hic locutus ſum,
quod Apoſtolus non dixerit? Nimirum illud,quod erubeſcit ſuo uocare nomine? Ego arbi/
tror quando dicit,ad idipſum,& rem ipſam tacet,non eum nominare palàm coitum, ſed ue/
recunde oſtēdere.An quia ſequitur,quod tentationi præfert ſatanæ, quod habet cauſam in/ D
continentiam? Nónne alio uerborum ordine idipſum eſt, ne tentet uos ſatanas propter in/
continentiam ueſtram? An quia dixi, & muſſitamus adhuc nuptias non uocare indulgenti/
am,ſed præceptum? Quod ſi durum eſt,imputetur Apoſtolo,qui ait:Hoc autem dico ſecun
dum indulgentiam,non ſecundum imperium:nō mihi, qui excepto præpoſtero ordine, nec
ſenſum,nec uerba mutaui. Tranſeamus ad reliqua:Epiſtolari enim breuitate feſtinat ora/
tio. Dico,inquit Apoſtolus,innuptis & uiduis,bonum eſt eis,ſi ſic permanſerint ut ego.Si au
tem ſe non continent,nubant:melius eſt enim nubere quàm uri. Quod capitulum nos ſic in/
terpretati ſumus.Poſtquam nuptis conceſſerat uſum coniugij:& oſtenderat ipſe quid uellet,
quidúe concederet:tranſit ad innuptas & uiduas,& ſui proponit exemplum,& felices uocat,
ſi ſic permanſerint:ſi autem ſe non cōtinent,nubant:idipſum dicens quod ſupra:Propter for
nicationem autem,& ne tentet uos ſatanas propter incontinentiam ueſtram. Redditq; cau/
ſam cur dixerit,ſi ſe non continent,nubant:Melius eſt nubere,quàm uri. Ideo melius eſt nu/
bere,quia peius eſt uri. Tolle ardorem libidinis,& non dicet,quia melius eſt nubere. Melius
ſemper ad comparationem deterioris reſpicit: non ad ſimplicitatem incōparabilis per ſe bo/
ni. Velut ſi diceret: Melius eſt unum oculum habere,quàm nullum. Et poſt paululum cum
apoſtropham feciſſem ad Apoſtolum, intuli: Si per ſe bonæ nuptiæ ſunt,noli eas incendio
comparare:ſed dic ſimpliciter bonum eſt nubere. Suſpecta eſt mihi bonitas eius rei, quam
magnitudo alterius mali, malum cogit eſſe inferius. Ego autem non leuius malum,ſed ſim/
plex per ſe bonū uolo. Vult Apoſtolus innuptas & uiduas abſq; coitu permanere, & ad ex/
emplum ſui prouocat,& feliciores uocat,ſi ſic permanſerint. Si autem ſe continere non poſ/
ſunt, & ardorem libidinis non tam continentia uolunt quàm fornicatione reſtinguere, meli/
us eſt nubere quàm uri. Ad quod nos intulimus: Ideo melius eſt nubere, quia peius eſt uri:
non noſtram ſententiam proferentes, ſed interpretantes illud Apoſtoli, melius eſt nubere,
q̄ uri,id eſt,melius eſt maritum ducere,q̄ fornicari. Si uri uel fornicari bonū eſſe docueris,

tunc

A tunc bono melius præferetur. Si autem nubere melius est, quod malo præfertur: non est germanæ & puræ integritatis: nec eius beatitudinis, quæ angelis comparatur. Si dixero, melius est uirginem esse, quàm nuptam, bono melius prætuli. Si autem alterum gradum fecero, melius est nubere, quàm fornicari: ibi non bono melius, sed malo bonum prætuli. Multa diuersitas est inter id melius quod nuptijs, & inter id quod fornicationi anteponitur. Obsecro te, quid in hac dissertione peccaui? Propositum mihi erat, non ad meam uoluntatem scripturas trahere: sed id dicere, quod scripturas uelle intelligebam. Commentatoris officium est, non quid ipse uelit: sed quid sentiat ille quem interpretatur, exponere. Alioqui si contraria dixerit: non tam interpres erit quàm aduersarius eius, quē nititur explanare. Certe ubicunq; scripturas non interpretor, & libere de meo sensu loquor, arguat me cui libet durum quid dixisse contra nuptias. Quod si non repererit, quicquid uel austerum esse uidetur uel durum, id scriptoris autoritati, non interpretis officio deputet. Illud uero ferre quis posset, quod in me reprehenditur: quare exponens capitulum Apostoli, in quo de coniugibus scripsit, tribulationem carnis habebunt huiusmodi, dixerim: Nos ignari rerum putabamus nuptias saltem carnis habere lætitiam. Si autem nubentibus & in carne tribulatio est, in qua sola uidebantur habere delicias, quid erit reliquum propter quod nubant: cum & in spiritu, & in anima, & in ipsa carne tribulatio sit? Quæ hæc condemnatio matrimonij est, si infantum uagitus, filiorum mortes, diuortia, damna domus, & cætera huiusmodi tribulationē diximus nuptiarum? Dum adhuc uiueret sanctæ memoriæ Damasus, librum contra Heluidium de beatæ Mariæ uirginitate perpetua scripsimus: in quo necesse fuit nobis ad uirginitatis beatitudinē prædicandam, multa de molestijs dicere nuptiarum. Num uir egregius & eruditus in scripturis, & uirgo, ecclesiæ uirginis doctor, aliquid in illo sermone reprehendit? In libro quoq; ad Eustochium, multo duriora de nuptijs diximus, & nemo super hac re læsus est. Amator quippe castitatis, præconium pudicitiæ, intenta aure captabat. Lege Tertullianum, lege Cy
9 prianum, lege Ambrosium: & cum illis me uel accusa, uel libera. Inuentæ sunt Plautinæ fa-
B miliæ, & scioli tantum ad detrahendum, qui in eo se doctos ostentare uelint, si omnium dicta lacerent, & in una atq; eadem causa, utrunq;, id est, & me & aduersarium reprehendant: & cum è duobus alterum necesse sit uincere, ambos uictos esse contendant. Porrò ubi de digamis & trigamis differentes diximus, melius est licet alterum & tertiū, unum uirum nosse, quàm plurimos, id est, tolerabilius est uni homini prostitutam esse, quàm multis: nónne statim cur hoc dixerim subiecimus? Siquidem & illa in euangelio Samaritana, sextum maritum habere se dicens, arguitur à domino, quod non sit uir eius. Ego etiam nunc libera uoce proclamo, non damnari in ecclesia digamiam, imò nec trigamiam: & ita licere quinto & sexto & ultra, quomodo & secundo marito nubere: sed quomodo non damnantur istæ nuptiæ, ita nec prædicantur. Solatia miseriæ sunt, non laudes continentiæ. Vnde & in alio loco dixi: Vbi unus maritus exceditur, nihil refert, secundus an tertius sit: quia desinit esse monogamus. Omnia licent, sed non omnia expediunt. Non damno digamos, imò nec trigamos, & si dici potest octogamos: habeat cui libet octauum maritum, & esse desinat prostituta. Veniam & ad illum locum, in quo arguor, quare dixerim duntaxat iuxta Hebraicam ueritatem, in die secundo non additum, sicut in primo & in tertio & reliquis: Vidit deus, quia bonum est: statimq; subiecerim, nobis intelligentiam derelinqui: non esse bonum duplicem numerum, qui ab unione diuidat, & præfiguret fœdera nuptiarum. Vnde & in arca Noe, omnia animalia quæcunq; bina ingrediuntur, immunda sunt. Impar numerus est mundus. In hoc nescio quid reprehendatur interim de secunda die: utrum quia scriptum est, & scriptum non esse diximus: an quia etiam si scriptum est: nos aliter intelleximus, quàm scripturæ simplicitas patitur. Scriptum non esse, in secundo die uidit deus quia bonum est: non meum accipiant testimonium, sed cunctorum Hebræorum & aliorum interpretum: Aquilæ uidelicet & Symmachi & Theodotionis. Si autem scriptum non est, cum in cæteris diebus scriptum sit, aut reddant aliam probabiliorem causam, quare non scriptum sit: aut si non repererint,

ingratis ſuſcipiant quod à nobis dictum eſt. Porrò ſi in arca Noe omnia animalia, quæ bina c
ingrediuntur immunda ſunt, & impar numerus mundus eſt, & hoc ſcriptum eſſe nemo dubi
tat, quare ſcriptum ſit ediſſerant. Si autem non ediſſerunt, quod à me expoſitum eſt, uelint
nolint, ſuſcipient. Aut profer meliores epulas, & me conuiua utere: aut qualicunq; noſtra cœ
nula contentus eſto. Scilicet nunc enumerandũ mihi eſt, qui eccleſiaſticorũ de impari nume
ro diſputarũt, Clemẽs, Hippolytus, Origenes, Dionyſius, Euſebius, Didymus, noſtrorumq;
Tertullianus, Cyprianus, Victorinus, Lactantius, Hilarius: quorũ Hilarius de ſeptenario, id
eſt, impari numero differens, quæ & quanta dixerit ad Fortunatũ liber illius teſtimonio eſt.
An forſitan Pythagorã & Architam Tarentinũ & Scipionẽ in ſexto de republica, de impa
ri numero proferam diſputantes? Et ſi hos audire noluerint obtrectatores mei, grammatico
rum ſcholas eis faciam conclamare, Numero deus impare gaudet. Grande piaculum, euer
ſæ ſunt eccleſiæ, orbis audire non poteſt, ſi mundiorem uirginitatem diximus eſſe quàm nu
ptias, ſi parem numerum impari ſubiecimus, & ueteris teſtamenti typos, euangelicæ uerita
ti profeciſſe mõſtrauimus. Cætera quæ in libro noſtro reprehenſa ſunt, uel leuiora puto, uel
ad eundem ſenſum pertinentia: unde ad ea reſpondere nolui, ne & libelli excederem magni
tudinem, & tuo uiderer ingenio diffidere, quem patronum cauſæ meæ ante habui, quàm ro
garem. Igitur hoc extrema uoce proteſtor, me nec damnaſſe nuptias, nec damnare: reſpon
diſſe aduerſario, non meorum inſidias formidaſſe. Virginitatem autem in cœlum fero, non
quia habeam, ſed quia magis mirer, quod non habeo. Ingenua & uerecunda confeſſio eſt:
quo ipſe careas, id in alijs prædicare. Nunquid quia graui corpore terræ hæreo, auium non lo
miror uolatus, nec columbam prædico, quod Radit iter liquidum, celeres neq; commouet
alas? Nullus ſe decipiat, nemo blando adulatore ſe præcipitet. Prima eſt uirginitas à pri
ma natiuitate, ſecunda uirginitas à ſecunda natiuitate. Non eſt meus ſermo, antiqua ſenten
tia eſt: Nemo poteſt duobus dominis ſeruire, carni & ſpiritui. Caro concupiſcit aduerſus ſpi
ritum, ſpiritus autem aduerſus carnem: hæc adinuicem ſibi aduerſantur, ut non quæ uolu D
mus illa faciamus. Quando aliquid tibi aſperum uidetur in noſtro opuſculo: non ad mea uer
ba reſpicias: ſed ad ſcripturam, unde mea tracta ſunt uerba. Chriſtus uirgo, mater uirginis
noſtri uirgo perpetua, mater & uirgo. Ieſus enim clauſis ingreſſus eſt oſtijs: & in ſepulchro
eius, quod nouum & in petra duriſſima fuerat exciſum, nec antea quis, nec poſtea poſitus
eſt. Hortus concluſus, fons ſignatus: de quo fonte ille fluuius manat iuxta Ioel, qui irrigat
torrentem, uel funium uel ſpinarum: funium peccatorum, quibus ante alligabantur: ſpina
rum, quæ ſuffocant ſementem patriſfamilias. Hæc eſt porta orientalis (ut ait Ezechiel) ſem
per clauſa & lucida, operiens in ſe uel ex ſe proferens ſancta ſanctorum, per quam ſol iuſti
ciæ & pontifex noſter ſecundum ordinem Melchiſedec ingreditur & egreditur. Reſponde
ant mihi, quomodo Ieſus ingreſſus eſt clauſis oſtijs, cum palpandas manus, & latus conſide
randum, & oſſa carnemq; monſtrauerit, ne ueritas corporis phantaſma putaretur: & ego re
ſpondebo, quomodo ſancta Maria ſit & mater & uirgo. Virgo poſt partum, mater ante
quàm nupta. Igitur, ut dicere cœperamus, Chriſtus uirgo, uirgo Maria, utriuſq; ſexus uir
ginitatem dedicauere. Apoſtoli, uel uirgines, uel poſt nuptias continentes: epiſcopi, presby II
teri, diaconi, aut uirgines eliguntur, aut uidui, aut certe poſt ſacerdotium in æternum pudi
ci. Quid nobiſmetipſis illudimus, & iraſcimur, ſi ſubantibus nobis ſemper ad coitum, præ
mia pudicitiæ denegentur? Volumus opipare comedere, uxorum adhærere complexibus,
& in numero uirginum & uiduarum regnare cum Chriſto. Idem ergo habebit fames præ
mium & ingluuies, ſordes & mundiciæ, ſaccus & ſericum. Lazarus recepit mala in uita ſua: &
diues ille purpuratus, craſſus & nitidus, fruitus eſt carnis bonis dum ad uiueret: ſed diuerſa
poſt mortem tenent loca: Miſeriæ delicijs, & delitiæ miſerijs commutantur. In noſtro arbi
trio eſt, uel Lazarum ſequi, uel diuitem.

PRAECEDENTIS

A
1 AD philoſophiam.) Id eſt, literariam exercitationem. Dogma uocat decretum, quod haberet de nuptijs & uirginitate. Condiſcipulum.) Modeſtiæ cauſa uocat, cum magis diſcipulus fuerit quàm condiſcipulus. Sodalem.) Sodales ſunt admodum familiares, & quibus uel ineptias noſtras non uereamur communicare. Amicum.) Id nomen ſanctius eſt.

Obuijs, ut aiunt, manibus.) Quod aliàs accipimus, id manibus porrectis occurrentes excipimus. Quod obtruditur inuitis, longe ſecus accipere ſolemus. Oratorem meum.) Id eſt, cauſæ meæ patronum. Nam qui litigant primum aduocatum inſtruũt in cauſa, hoc eſt, ea docent, quibus cognitis opus eſt ad cauſæ defenſionem. Nam inſtruere uelut armare eſt & præparare. Tullius tuus.) Vel quia Romanus, uel quod Pammachius huius ſtilo delectaretur. Ante illum.) Marcus enim Antonius orator floruit ante Ciceronem, hoc eſt illo admodum puero. Breui & ſolo.) Quia nihil aliud ſcripſit præter unicum librum eumq; breuem. Reprehendunt me.) Hæc eſt cauſæ conſtitutio, ſiue argumenti expoſitio. Problematis.) Id eſt quæſtionis, ſic enim Græci uocant προβλήματα τὰς τῶν πραγμάτων, quod in congreſſu ſolent in medium proponi. Deniq;.) Hinc apparet Iouiniani dogma Romæ damnatum fuiſſe, priuſquam Hieronymus aduerſus eum ſcriberet. Apte dixit, deniq;: cum hoc argumento poſſit
2 urgere uel prætermiſſis cæteris. An ego.) Hoc per Ironiam dictum eſt. Significat enim ſe ſatis exercitatum in diuinis literis. Lineam.) Tractum eſt à pictoribus, qui ſic exercentur, ut lineam lineæ inducant, quemadmodum legimus apud Plinium de Protogene & Apelle. Tenue dicendi.) Hoc a textoribus eſt ductum. Ita Horatius: Tenui deducta poemata filo. Neq; enim nos.) Hæc ad uerbum citat ex ſuo ipſius libro aduerſus Iouinianum. Homini uxorem uel mulierem.) Rurſum oſtendit γυνὴ uocem eſſe ambiguam. Quid, inquit, uelim.) Hæc ſub Pauli perſona legenda ſunt. Iunonis uniuiræ.) Poteſt & ad Iunonẽ referri, quæ tantum uni nupſit, & ad mulieres μονογάμους, per quas huius ſacra peraguntur. Illum aſpice contra qui uocat.) Carmen eſt ex Aeneide Maronis. Aliter teneant modum.) Quanquam refragantibus exemplaribus, nodum lego, non modum. Nam & athletarum & palæſtritarum nexus uocantur. Qui diſputat, in hoc tenet & diſſimulat nodum, ut illaqueet aduerſarium. Qui docet, uirga emendat, ſi diſcipulus non obtemperet. Pugnanti ictus dictare de muro.)
3 Qui ſpectant in tuto periculum aliorum, de muro iudicare dicuntur. Alluſit autem ad Græcum prouerbium πόθεν ἀχαιὸς ἀπὸ πύργου κρίνομεν, id eſt, quid Achiuos de turri iudicamus. Verum hæc copioſius explicamus in noſtris Chiliadibus. Eleganter autem dixit, dictare ictus, pro præſcribere, quomodo
B debeas ferire. Nolo tale certamen.) Vtinam attente legant hunc locum rixoſi quidam, qui quatuor aut quinq; uerba decerpunt ex opere alieno, atq; inde ſtatim pronunciant. Quàm multa poſſent hinc torqueri in Hieronymum, niſi ſequeretur: Et hæc dicerem, ſi uincendi ſtudio &c. In ſcholis pariter.) Et ob hoc ſuperius eum condiſcipulum uocat. Ariſtotelea.) Græce dixit Ἀριστοτέλεια. Gorgias primus Athenis de omni re quæcunq; propoſita fuiſſet, diſputauit, non quod ita ſentiret, ſed exercendi in-
4 genij cauſa. Genera dicendi.) Quidam codices habebant dicendi, quidam dictandi, legendum arbitror diſputandi, aut certe differendi. Porrò locus quem hic citat, eſt apud Ariſtotelem lib. Elenchorum primo his uerbis, ὅτι δὲ τῶν ἐν τῷ διαλέγεσθαι λόγων γένη τέτταρα, διδασκαλικοὶ, καὶ διαλεκτικοὶ, & πειραστικοὶ, καὶ ἐριστικοὶ. καὶ διδασκαλικοὶ μέν, οἱ ἐκ τῶν οἰκείων ἀρχῶν ἑκάστου μαθήματος, καὶ οὐκ ἐκ τῶν τοῦ ἀποκρινομένου δεῖν συλλογιζόμενοι. δεῖ γὰρ πιστεύειν τὸν μανθάνοντα. διαλεκτικοὶ δὲ οἱ ἐκ τῶν ἐνδόξων συλλογιστικοὶ ἀντιφάσεως. πειραστικοὶ δ' οἱ ἐκ τοῦ δοκοῦντος τῷ ἀποκρινομένῳ, καὶ ἀναγκαίων εἰδέναι τῷ πεπαιδευμένῳ ἔχειν τὴν ἐπιστήμην, ὃν τρόπον διώρισται ἐν ἑτέροις. ἐριστικοὶ δ' οἱ ἐκ τῶν φαινομένων ἐνδόξων συλλογιστικοί. περὶ μὲν οὖν τῶν διδασκαλικῶν & ἀποδεικτικῶν εἴρηται. περὶ δὲ τῶν διαλεκτικῶν καὶ πειραστικῶν ἐν τοῖς πρότερον, περὶ δὲ τῶν ἀγωνιστικῶν καὶ ὁρισικῶν νῦν λεγωμεν. id eſt, Sunt autem diſputandi genera quatuor. Doctrinale & diſputatiuum, & tentatiuum, & contentioſum. Ac doctrinale quidem, quod ex proprijs principijs uniuſcuiuſq; diſciplinæ, non ex reſpõdentis opinionibus ratiocinatur. Oportet enim credere, eum qui diſcit. Diſputatorium autem quod ex probabilium ratiocinatur contradictione. Tentatiuum uero, quod ex his quæ uidentur reſpondenti, & ex his quæ neceſſe eſt ſcire eum, qui ſe fingat habere ſcientiam, quemadmodum in alijs eſt definitum. Contentioſum autem, quod ex his quæ uidentur eſſe probabilia, ratiocinatur. Itaq; de doctrinali quidem ac demonſtratiuo dictum eſt: De diſputatorio uero ac tentatiuo, in libris ſuperioribus. De concertatorio autem & contentioſo nunc dicamus. Gymnaſticos.) γυμνασικῶς, id eſt, ad exercitationem. Dogmaticos.) δογματικῶς, id eſt ad decernendum. Panem, ut dicitur.) Prouerbium eſt
5 Plautinum illud, altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera: ſumptum ab ijs, qui quo canem fallãt, pane oſtenſo alliciunt, deinde lapidem, quem altera manu clàm tenebant, impingunt. Studioſus magiſter.) Ita conſentiebant exemplaria. At ego malim ocioſus magiſter. Noli ex obliquo.) Hæc ſic legenda, ut dicantur non ab Hieronymo, ſed ab ocioſo magiſtro, qui his uerbis obiurgat pugnantem. Nec id contumelioſum eſt in Pammachium, cum ſecunda perſona, pro quauis abutatur. Quaſi non & hæc.) Hæc reſpondentur ab Hieronymo. Diuerſis cucurrere.) Quoniam Socrates ambigue diſputabat de omnibus, hinc ex eius doctrina uariæ ſunt ortæ ſectæ. Academicorum, qui dicebant nihil ſciri. Stoicorum, qui negabant quicquam bonum, aut malum, præter unam uirtutem ac turpitudinem.

Peripateticorum, qui ordines bonorum fecerunt, & felicitatis gradus. Quæ uerba non sensuum.) c
Ostendit in hoc obliquo disputandi genere, in quo non dogmata proferuntur, sed pugnatur cum ad- c
uersario, licere uerba detorquere ad eum sensum, qui tibi commodus sit, & ipsos sensus ad uictoriam detorquere. Dicunt aduersus ea.) Locus hic uel ex hoc deprehenditur esse corruptus, quod in exem plaribus uarius habebatur. Sic equidem conjicio legendum: Et quàm interdum coguntur loqui, non quod sentiunt, sed quod necesse est aduersus gentiles. Sed tonitrua.) Ad terrendum aduersarium. Hoc autem dixit propter multa, quæ Paulus torquet nonnihil aduersus Iudæorum pertinaciam, cum aliud nonnunquam sentiat quàm eloquatur, uerum tempori seruit. Hæret in causa.) Cum aliud ui- deatur agere, ac digredi, tamen hoc ipsum agit. Aliquando uidetur concedere, aliquando reuocat quod concessit, & tamen quid uelit, magis intelligitur, quàm auditur. Et non edisserit.) Velut illud de ba ptismo Ioannis. Secretum meum mihi.) Est apud Esaiam prophetam cap. xxiiij. Imò indignan tur.) Correxit uerbum indignamini. Quod sunt.) Id est, Iouinianistæ. Quod simulant, hoc est, or- thodoxi. Et sicuti uiri fortes.) Sic inducuntur in controuersijs rhetorum, aliquando uiri fortes, & de repub. benemeriti, loquentes non ut negent factum, aut ut recte factum defendant: sed ut admissum, superiorum meritorum respectu, condonetur. Ita inducunt Horatium, occisa sorore reum: ita Mani- lium, affectati regni reum, ita pro Milone loquitur Cicero. Auellatur de tabernaculo.) Locus est a- 7
pud Iob cap. xvij. Omnes qui uirgines permanserint.) Sic habebant uetusti codices. Si uirginitas impura, collatione angelorum ac dei, quid dici conuenit de nuptis & uiduis? Verum legendum arbi- tror non permanserunt. Sancti Ambrosij de uiduis.) Extat liber, sed in eo multo æquior est uiduis. Ait enim in ipso statim initio: Et propemodum non inferioris uirtutis est, eo abstinere coniugio, quod aliquando delectauerit, quàm coniugij oblectamenta nescire. At paulo post: Angelus mittitur ad uir- ginem, propheta ad uiduam. Rursum alibi: Ita igitur uirginitatem prædicamus, ut uiduas non reji- amus: ita uiduas honoramus, ut suus honos coniugio reseruetur. De secundis nuptijs illud eleganter di- cit: Habeat saucia remedium, honesta consilium. Certe in summa cum Hieronymo consentit, uirginita- tem primo statuens loco, proximo castam uiduitatem, tertio nuptias. Tribus libellis.) Extant & hi.

Quorum æmulari exopto.) Retulit per allusionẽ Terentij uerba. Noctem flumine purgant.) Ita Persius, Satyra secunda, Hæc sancte ut poscas, Tyberino in gurgite mergis Mane caput bis terq;, & no ctem flumine purgas. In eos qui dabant operam, ut pure orarent, cum nihil peterent à suis dijs, nisi ridi- cula. Quare non ingrediuntur ecclesias.) Ex hoc loco colligimus, olim domi suæ quemq; corpus 8
Christi sumere solere, qui uoluisset. Idem uidetur innuere Paulus, cum ait: An domus non habetis ad D
manducandum. Vt amori coniugis.) Hoc sub alterius persona dicitur non Hieronymi. Est enim μίμησις, mox enim suo nomine respondet. Qui potest sustinere sustineat. Et mussitamus adhuc.) Quanquam consentientibus inter se quæ uiderim exemplaribus, malim ita legi: Et mussitamus adhuc, nuptias indulgentiam uocare nõ præceptum, nam mussitamus posuit, pro timemus. Mussat enim qui non audet eloqui quod sentit. Et uirgo ecclesiæ uirginis.) Hoc adiecit, nõ simpliciter ad laudem Da masi, sed ad pondus argumenti: Quod is uir non solum iudicio, sed etiam ipsa uita prætulisset uirgini- tatem, in cuius laudem librum etiam scripserat. Nemo super hac.) Mirum, cum aliàs scribat eum li- brum Romæ lapidatum fuisse. Vel libera.) Liberari dicuntur, qui iudicum sententijs absoluuntur. 9

Plautinæ familiæ.) Quidam codices habebant fabulæ pro familiæ. Familias appellat factiones. Plau tinas addit, quod is procacior est in conuicijs, præsertim quoties seruos, coquos, meretrices, aut leno- nes altercantes facit: non quod ipse Plautus sit mordax, sed quod tales inducat personas. Sic & in pro- xima epistola de mordaci obtrectatore, Plautinæ familiæ columen. Porrò Plautinos sales olim uche- menter placuisse ueteribus, testis est Horatius. At nostri proaui Plautinos & numeros, & laudauere sa- les: nimium patienter utrunq;, ne dicam stulte, mirati. Aut profer meliores epulas.) Alluſit ad illud Horatianum: Siquid nouisti rectius istis, Candidus imparti: si non, his utere mecum. Scilicet.) Hæc cum stomacho & Ironia dicuntur. Mirum est autem, cur Platonis hoc loco non fecerit mentionem.

Quorum Hilarius.) Quæ qualium uirorum monumenta perdidimus, ut summulariorum istorum nugas legere cogeremur. Extant nonnulla de numeris apud hunc in initio commentariorum in psal- mos. Numero deus impare gaudet.) Olim ad grammaticos pertinebat poetarum enarratio. Est au tem hemistichium ex Maronis Aeglogis. Virginitatem autem in cœlum.) Hic locus arguit Hiero- nymum uirginem non fuisse, sed lapsum in adolescentia, id quod alio quoq; loco testatur, sororem com mendans amicis quibusdam. Nec hic ulla causa, cur modestiæ gratia se uirginem negaret, si uere uirgo 10
esset. Radit iter liquidum.) Versus est ex quinto Vergilianæ Aeneidos, de columba, cuius uola- tus ab autoribus traditur esse perniciissimus. Nemo blando adulatore se.) Hoc est, nemo præcipi- tetur in errorem, se adulatore, hoc est, ut ipse sibi sit adulator. Est enim pestilentissimum assentandi ge- nus, cum aliquis ipse assentatur sibi, quod uitium Græci φιλαυτίαν appellant. Clausis ingressus est.) Cum appareret discipulis à resurrectione. Id trahit ad allegoriam, simul alludens ad portam Eze- chielis principi clausam, cuius mox meminit. Funium uel spinarum.) Duplex enim lectio est. Nam Septuaginta uerterunt χοινίων, id est, funium. Symmachus interpretatus est spinarum. Locus est apud

prophetam

4 prophetam cap. iij. Igitur ut dicere.) Bene per coniunctionem igitur, corrigit digressiunculam, & recipit se in uiam. Nam quæ modo dicta sunt, nihil faciunt aduersus Heluidium, qui nõ negabat Christum ex uirgine natum. Dedicauere.) Dedicatur enim quod initiatur. Vnde Græcis ἐγκαίνια dicuntur ab innouando. Locus hic mendosus habebatur: uerum ex diuersis mendis facile germana lectio colligebatur. Subantibus nobis.) Rursus hoc usus est uerbo, quo uidetur delectatus esse. Ingluuies.) Id est ingurgitatio, siue edacitas. Sordes.) Hic non parsimoniam significat, sed apparatum & cultum neglectum, unde monachos sordidatos uocat. Et huic opponit mundiciem. In nostro arb.) Conclusit librum Epiphonemate.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Monachus quidam iuuenis, & auidus gloriæ, cum ante Iouiniani dogma cum cæteris oppugnasset, postea cœpit in Hieronymi libros, quos aduersus Iouinianum scripserat, passim declamare, quod contumeliosius scripsisset aduersus matrimonium. Hunc igitur mordicus arreptum, miris iocis sursum ac deorsum iactat, ac uexat. Siue uere fuit aliquis talis, siue sub huius persona uoluit omnes obtrectatores suos deterrere, ut est uafer Hieronymus, & hunc nescio quem subornauit, ne quid offenderet Domnionem, ut apparet, episcopum, aut certe abbatem, nam patrem uocat & alias. Est autem tota iocosa epistola à capite usq; ad calcem, sed à nomine temperans, quo liberius conuicietur.

HIERONYMI AD DOMNIONEM APOLOGETICON.

1 Literæ tuæ & amorem pariter sonant & querelam. Amorem tuum, quo sedulo monens, etiam quæ tuta sunt in nobis pertimescis: Querelam eorum qui non amant, & quærentes occasionem in peccatis, garriunt aduersus fratrem suum, & contra filium matris suæ ponunt scandalum. Scribis enim monachum, imò nescio quem de triuio, de compitis, de plateis circumforaneum, rumigerulum, uafrum tantum ad detrahendum, qui per trabem oculi sui festucam alterius nitatur eruere, concionari aduersum me, & libros quos contra Iouinianum scripsi, canino dente rodere, lacerare, conuellere:
2 Hunc dialecticum urbis uestræ & Plautinæ familiæ columen, non legisse quidem κατηγορίας Aristotelis, non περὶ ἑρμηνείας, non τοπικὰ, non saltem Ciceronis τόπους, sed per
3 imperitorum circulos, muliercularumq; συμπόσια, syllogismos texere, & quasi sophismata nostra callida argumentatione dissoluere. Stultus ego qui me putauerim hæc absq; philosophis scire non posse, qui meliorem stili partem eam legerim quæ deleret, quàm quæ scri
5 beret. Frustra ergo Alexandri uerti commentarios: nequicq; me doctus magister per εἰσαγωγὴν introduxit ad logicam: &, ut humana contemnam, sine causa Gregorium Nazian-
4 zenum & Didymum in scripturis sanctis catechistas habui: nihil mihi profuit Hebræorum eruditio, & ab adolescentia usq; hanc ætatem quotidiana in lege, prophetis, euangelijs, apo-
5 stolisq; meditatio. Inuentus est homo absq; præceptore perfectus πνευματοφόρος, ἔνθεος καὶ αὐτοδίδακτος, qui eloquentia Tullium, argumẽtis Aristotelem, prudentia Platonem, eruditione Aristarchum, multitudine librorum Chalcenterũ, Didymum scientia scripturarum,
6 omnesq; sui temporis uincat tractatores. Deniq; dicitur materiam poscere: & Carneadeum aliquid referens, in utranq; partem, hoc est, & pro iusticia & contra iusticiam disputare. Liberatus est mũdus à periculo, & hæreditariæ uel centumuirales causæ de barathro erutæ, quod hic forum negligens se ad ecclesiam transtulit. Quis hoc uolente fuisset innoxius? Quem cri
7 minosum nõ huius seruasset oratio, cum cœpisset in digitis partiri causam, & syllogismorum suorũ retia tendere? Nam si applosisset pedem, intendisset oculos, rugasset frontem, iactasset manum, uerba tonasset, tenebras ilico ob oculos offudisset iudicibus. Nec mirum si me & absentem iamdiu, & absq; usu Latinæ linguæ semigræculum barbarumq;, homo latinissimus & facundissimus superet, cum præsentem Iouinianũ, Iesu bone qualem & quantum uirum, cuius nemo scripta intelligeret, dignum qui sibi caneret tantum & musis, eloquentiæ suæ mo
8 le oppresserit. Quæso igitur pater charissime, ut moneas eũ, ne loquatur contra propositum suum: ne castitatem habitu pollicens, uerbis destruat: ne uirgo uel continens, ipse enim uiderit quid esse se iactet, maritatas uirginibus comparet, & frustra aduersus hominem disertissimum, tanto tempore digladiatus sit. Audio præterea eum libenter uirginum & uiduarũ cellulas circumire, & adducto supercilio de sacris inter eas literis philosophari. Quid in secreto,

quid in cubiculo mulierculas docet? Vt hoc sciãt esse uirgines quod maritatas, ut florem ætatis non negligant, ut comedant & bibant & balneas adeant, mundicias appetant, unguenta non spernant? An magis ieiunia & pudicitiam & illuuiem corporis? Vtiq; illa præcipit quæ plena uirtutis sunt. Fateatur ergo publice quod domi loquitur. Aut si & domi eadem docet quæ & publice, à puellarum consortio separandus est. Miror autem non erubescere iuuenem & monachum ut sibi uidetur disertum: cuius de ore ueneres fluunt: qui tantæ in sermocinando elegantiæ est, ut Comico sale ac lepore conspersus sit, lustrare nobilium domos, hærere salutationibus matronarum, religionem nostram paganam facere: & fidem Christi contentione torquere uerborum, atq; inter hæc fratri suo detrahere. Vtiq; si errare me arbitratus est (in multis enim offendimus omnes: & si quis in uerbo non peccat, hic perfectus est uir) debuit uel arguere, uel interrogare per literas, quod uir eruditus & nobilis fecit Pammachius: cui ego responsum dedi ut potui, & epistola longiore differui, quo quicq; sensu dixerim. Imitatus saltem fuisset tuam uerecundiam, qui ea loca, quæ scandalum quibusdam facere uidebantur, excerpta de uolumine per ordinem digessisti, poscens ut uel emendarem uel exponerem: & non tantæ me putasti dementiæ, ut in uno atq; eodem libro, & pro nuptijs, & contra nuptias scriberem. Parcat sibi, parcat mihi, parcat nomini Christiano. Monachũ se esse non loquendo, & discursando: sed tacẽdo, & sedendo nouerit. Legat Hieremiam, dicentem: Bonum est uiro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Sedebit solus & tacebit: quia tulit super se iugum. Aut si certe in omnes scriptores censoriam accepit uirgulam, & idcirco se eruditum putat, quia Iouinianum solus intelligit: est quippe prouerbiũ, Balbum melius balbi uerba cognoscere: πάντας συγγραφεῖς pellamus Attilio iudice. Ipse quoq; Iouinianus συγγραφεὺς ἀγράμματος iustissime proclamabit, quod me damnant episcopi, non est ratio, sed conspiratio. Nolo mihi ille uel ille respondeat: quorum me autoritas opprimere potest, docere non potest. Scribat contra me uir, cuius & ego linguã intelligo: quem cum uicero, omnes homines simul uicerim. Ego enim bene noui, experto credite, quantus in clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastam. Fortis est, & in disputando nodosus & tenax, & qui obliquo & acuminato pugnet capite. Sæpe de nocte usq; ad uesperam contra nos in plateis clamauit: habet latera & athletarum robur, & belle corpulentus est. Videtur mihi occulte mei dogmatis esse sectator. Præterea nunquam erubescit, nec considerat quid, sed quantum dicat: & in tantam uenit opinionem eloquentiæ, ut soleant dicta eius cirratorum esse dictata. Quoties me iste in circulis stomachari fecit, & adduxit ad choleram? Quoties conspuit, & consputus abscessit? Sed hæc uulgaria sunt, & à quolibet de sectatoribus meis possunt fieri: ad libros prouoco, ad memoriam in posteros transmittendam. Loquamur scriptis, ut de nobis tacitus lector iudicet: ut quomodo ego discipulorum gregem duco, sic ex huius nomine Gnathonici uel Phormionici uocentur. Non est grande mi Domnion garrire per angulos & medicorum tabernas, ac de mundo ferre sententiam: hic bene dixit, ille male: iste scripturas nouit, ille delirat: iste loquax, ille infantissimus est. Vt de omnibus iudicet, cuius hoc iudicio meruit? Contra quemlibet passim in triuijs strepere, & congerere maledicta non crimina, scurrarum est & parasitorum. Moueat manum, figat stilum, commoueat se, & quicquid potest scriptis ostendat. Det nobis occasionem respondendi disertitudini suæ. Possum remordere, si uelim, possum genuinum dentem læsus infigere. Et nos didicimus literas, & nos sæpe manum ferulæ subduximus. De nobis quoq; dici potest: Fœnum habet in cornu, longe fuge. Sed magis uolumus esse discipuli eius, qui ait: Dorsum meum posui ad flagella, & faciem meam non auerti à confusione sputorum. Qui cum malediceretur non remaledixit: & post alapas, crucem, flagella, blasphemias, nouissime pro crucifigentibus deprecatus est, dicens: Pater ignosce eis: quod enim faciunt, nesciunt. Et ego ignosco errori fratris, intelligo, quia diaboli arte deceptus est. Inter mulierculas sciolus sibi & eloquens uidebatur. Postquam Romam mea opuscula peruenerunt, quasi æmulum exhorruit, & de me quoq; captauit gloriã: ut nullus esset in terris, qui non eius eloquentiæ displiceret, exceptis his quo

A his quorum potentiæ non parcit, sed cedit: imò quos non honorat, sed metuit. Voluit scilicet homo peritissimus, ut ueteranus miles uno rotatu gladij percutere utrunq; , & ostendere populis quod quicquid ipse uellet, hoc scriptura sentiret. Dignetur igitur nobis sermonem suum mittere: & non reprehendendo, sed docendo garrulitatem nostram corrigere. Tunc intelliget aliam uim fori esse, aliam triclinij, non æque inter fusos & calathos puellarum, & inter eruditos uiros de diuinæ legis dogmatibus disputari. Nunc libere & imprudenter iactat in uulgus & perstrepit: damnat nuptias, & inter uteros tumentes, infantium uagitus, & lectulos maritorum, quid Apostolus dixerit tacet, ut me solum in inuidiam uocet. Cum autem ad libros uenerit, & pedem pedi contulerit, & uel proposuerit aliquid de scripturis, uel audierit proponentem, tunc sudabit, tunc hærebit: procul Epicurus, longe Aristippus, subulci non aderunt, fœta scropha non grunniet. Et nos tela pater ferrumq; haud debile dextra Spargimus, & nostro sequitur de uulnere sanguis. Porrò si non uult scribere, & tantum maledictis agendum putat, audiat tot interiacentibus terris, fluctibus, populis, saltem hoc clamoris mei: Non damno nuptias, non damno coniugium. Et ut certius sententiam meam teneat, uolo omnes qui propter nocturnos forsitan metus soli cubitare non possunt, uxores ducere.

SCHOLIA

1 AMorem tuum.) Id opposuit alteri parti, hoc est querelis aliorum, non ipsius. Etiam quæ tuta sunt.) Nam id amantis est, & tuta timere, iuxta illud Maronis: Omnia tuta timens. Imò nescio quem.) Hoc mira arte agit, ut quàm minime multos lædat. Nescio quem de triuio.) Mire exaggerauit contemptum. Nescio quem, uelut obscurum. Addit de triuio, alludens ad Græcum prouerbium, ἀνθρωπίσκος ἐκ βιόλης, id est, homunculus de triuio. Nam in triuijs circulatores agebant olim. De compitis & plateis.) Compitum est coitus multarum uiarum. Plateæ uiæ latiores, quæ nunc fora uocamus: in his solent huiusmodi scurræ consistere. Hic illi regnat, ubi plus ualet impudentia q̃ eruditio, nempe apud indoctum uulgus. Ita Horatius: Nec circum compita pu-
B gnax. Circumforaneum monachũ.) Contumeliose addit circumforaneum, cum monachus nomen habeat à solitudine. Vafrum tantum.) In cæteris stupidum & infantem. Vafrum uocat dicacem &
2 argutum, & in taxandis uitijs nasutum. Dialecticum urbis uestræ.) Per Ironiam, cum Roma soleat oratores habere, Græcia dialecticos. κατηγορίας.) Quæ nos uocamus prædicamenta. Nam ab his rudimenta dialectices auspicamur, quanq; Græci κατηγορίαν & accusationẽ uocant. περὶ ἑρμηνείας.) Id est, de interpretatione, siue de enunciatione, à uerbo ἑρμηνεύω, id est, interpretari. Non τοπικὰ.) Id est, localia, quod in hisce libris Aristoteles tradat locos, hoc est sedes argumentorũ & probationum. Ciceronis τόπους.) Id est, locos. Nam & hic ad Trebatium de locis scripsit, Aristotelem secutus, sed exemplis ad usum forensem accõmodatis. Addidit saltem, quod si Græce nesciret, hũc certe legere po-
10 tuerit. Circulos) appellat hominum conuentus, qui mos & hodie durat apud Italos. συμπόσια.) Id est, compotationes, & maluit uti Græca uoce, quod sit odiosior quàm Latina, conuiuia. Hic in quibusdam exemplaribus habebatur Græca uox Latinis literis, osanoistis, forte scriptũ erat syllogismos
3 κυφαπνοὺς nectere, id est, syllogismos cornutos. Meliorem stili partem.) Olim æreis stilis scribebant in tabulis ceratis, & cuspide scribebãt inuerso stilo, diuersa parte delebant, & æquor cõplanabant. Vnde & Flaccus: Sæpe stilum uertens, iterum quę digna legi sint, Scripturus. Sentit autem se plurimum sudasse in exercendo stilo, & sæpius deleuisse ut corrigeret, q̃ scripsisse. Alexandri uerti.) Alexander enim Aphrodiseus ædidit cõmentarios in aliquot Aristotelis libros. Porrò uerti dixit, pro uersari & euolui, non pro transtuli. Doctus magister.) Hunc locũ deprauatum fuisse, uel ipsa codicum uarietas arguit. Opinor ita legendum: Nequicq; me doctus magister εἰσάγαγεν ad logicã. Nam Græcis εἰσάγειν est introducere, quod nos dicimus instituere: & illi εἰσαγωγὴν uocant, quã nos institutionẽ, quo ties res à primis traditur elementis. Simulq; allusit ad libellum Porphyrij de quinq; uocibus, quem ipse
4 εἰσαγωγὴν appellat, quod inducat ad cognitionem logices Aristotelicæ. κατηχίσας.) Catechistæ dicebantur apud Christianos, qui uoce uiua tradebãt religionis nostræ mysteria baptizandis. Quo tempore & catechumeni dicebantur à uerbo κατηχέω, quod est instituo, uoce ducta ab ἠχεῖν sonare, quod olim nefas esset mysteria literis cõmittere, sed uoce tradebantur: id quod obseruatum est & apud Gallorum theologos Druidas. Ipse in antiquissimo quodã codice legi, pontificem quendã Romanum in literis suis cum multa docuisset, eum à quo fuerat interrogatus de sacramẽtis, subtraxisse uerba quibus sacrũ oleũ cõsecraretur, ne mysteriũ literis cõmissum aliquo modo permanaret ad profanos. At nũc etiam ea quibus Christi corpus cõficitur, & tonsores memoriter tenent. Cæterum hos duos Catechistas

appellat, quod non ſolum legiſſet illorum libros, ſed diſputantes audiſſet. Abſq; præceptore perfectus, πνευματοφόρος, ϛῦθεος ὑπ' αὐτοδιδάκτου) id eſt, ſpiritu lymphatus, afflatus numine, & per ſe doctus. Sic & Heſiodus ſcribit, ſe ab ipſis Muſis didiciſſe, & earū afflatu ſcribere. Et Homerus cantorem αὐτοδίδακτον appellat, quod nō ex hominis inſtitutione, ſed ex afflatu dei canat. Chalcenteron Didymum.) De Didymo grammatico ſentit, qui quoniam ter mille quingenta uolumina ſcripſiſſe memoratur, chalcenterus dictus eſt. Huic annectit eiuſdem nominis Didymum cæcum, quem ob cognitionem ſcripturarum Hieronymus uidentem appellat, quod olim prophetæ uidentes dicti ſint: & interpretatio ſcripturarū Paulo dicitur prophetia. Et Carneadeum aliquid.) Carneades philoſophus ſolitus eſt de quauis re, quæcunq; eſſet propoſita, in utramuis diſputare partē, tanta erat ingenij promptitudo, & pro iuſticia & contra iuſticiam. Operæprecium eſt audire, quemadmodum ſciolus aliquis hunc corruperat locum. Etenim cum Carneadeum non reperiſſet, nec in ſuo Breuiloquo, nec in Gemma gemmarum, nec in Mammetrecto, ſcripturam emendauit ad hunc modum. Deniq; dicitur materiam poſcere, & ad carnem, & ad deum aliquid referens in utranq; partem &c. O miſeros autores, qui in huiuſmodi nebulonum incidunt manus. Hæreditariæ uel centumuirales.) Romæ cum eſſent triginta quinq; tribus, è ſingulis tribubus delecti, centumuirales iudices cōſtituebantur, qui de hæreditatibus, de teſtamentis, de uſucapionibus, mancipijs, nexis, atq; id genus alijs cauſis cognoſcebāt, quæ capitales nō eſſent. De barathro erutæ.) Id eſt, ex ſumma deſperatione. Nam actum erat de illis, ſi hic ſe ad forum cōtuliſſet potius q̄ ad eccleſiam. In digitis partiri cauſam.) Id Hortenſio tribuūt quod in digitis ſit partiri cauſam ſolitus. Applosiſſet.) Mire expreſſit geſtus oratorū, preſertim impudentium. De ſupploſione pedum loquitur & Quintilianus cap. de actione. Iactaſſet manum.) Id fiebat in contentione. Attigit omnia in quibus ſita eſt pronunciatio, nempe in uultu, geſtu corporis, & uoce.

Abſentem iam diu.) Nempe à Roma, ubi Latine loquebātur. Et facile eſt uincere abſentē, qui non repugnet. Semigræculum.) Quod ea pars Syriæ quæ Ciliciā ſpectat, tum pleraq; Græce loquerētur: quæ ad Saracenos, ſuam habebat linguā ut incultior. Scripta intelligeret.) Anceps ſermo, qui quadrat etiā in hominem egregie doctum. Sibi caneret & Muſis.) Dictum eſt aliās de muſico, qui diſcipulum eruditum quidem, ſed populo parum gratum iuſſerit ſibi canere & Muſis. Eloquentiæ ſuæ.) Ridicule, cum illū etiā uicerit ineptia ſermonis, qui fuit ineptiſſimus. Cōtra propoſitū.) Quia monachus erat. Balbus melius balbi.) Hoc quod prouerbio dicunt mirum q̄ uerum ſit. πάντας συγγραφεῖς.) Id eſt, omnes ſcriptores. Maluit autem Græce dicere, uel quo magis eſſet ridiculū, uel quod ſcriptor, apud Latinos anceps uerbum eſt, cōmune ſcribæ, & autori uoluminis. Attilio iudice.) Prodigioſum dictu fuerit, quibus modis hic locus fuerit depraua tus, quem tamen è certiſſimis ueſtigijs reſtituimus. Quantū debent bonæ literæ peſſimo iſti hominū genero, qui ſummā arrogantiam cum ſumma imperitia coniunxerunt. Attilius filius fuit M. Attilij Reguli, qui maluit ad exquiſita redire ſupplicia, q̄ uel hoſti non præſtare iuſiurandum. Hic igitur cenſor erat acerrimus, ac multos equites Romanos graui nota affecit, unà cum ſuo collega L. Furio Philo. Lege Valerij Maximi librum ſecundum, caput de cenſoria nota. Nam ante dixerat, ſi in omnes ſcriptores cenſoriā accepit uirgulam. Iotinianus συγγραφεὺς ἀγράμματος.) Id eſt, ſcriptor abſq; literis, id quod Græce uenuſtius eſt, propter alluſionem uocis. Nam γράμμα à γράφω deducitur, perinde quaſi Latine dicas literator illiteratus. Et ob id maluit Græce dicere, quo ſeruaret gratiā ſchematis. Opprimere poteſt, docere non poteſt.) At nunc bone deus cuiuſmodi ſunt, qui uelut ex adytis ſua produnt oracula, hoc impie, hoc hæretice, hoc indocte. Hæc autem dixit quod Domnion eſſet epiſcopus, ut apparet è proxima epiſtola. In clypeum.) Reddidit carmen Maronis ex Aeneide: uerum hæc omnia per Ironiam dicuntur. In diſputando nodoſus.) Ita paulo ſuperius, nodū in diſputando tenere. Obliquo & acuminato.) A palæſtra duxit metaphoram, in qua & nexibus utuntur, ac nonnunquam obliquant caput, ut attrahant colluctantem, aliquando intendunt caput. Habet latera.) Latera pro robore ſæpius uſurpāt oratores. In Athletis potiſſimū corporis firmitas, & in Oratore latera requiruntur, qui apud populū dicat. Videtur mihi occulte.) Planè ludit, quaſi Hieronymus ſit homo uoluptuarius, & ſaginæ deditus. Addit occulte, quod alioqui cultu monachū profiteretur. Cirratorū eſſe dictata.) Cirratos uocat adoleſcentes comatos, alludēs ad illud Satyricum: Ten cirratorum centum dictata fuiſſe. Eſt autē feſtiua παρονομασία inter dicta & dictata. Dictata dicuntur quaſi præſcripta ad imitandum. Ad choleram.) Id eſt, ad bilem, id quod accidere ſolet moto ſtomacho. Loquamur ſcriptis.) Feſtiuiter duo diuerſa coniunxit. Nam non loquitur qui ſcribit. Gnathonici uel Phormionici.) Alluſit ad illud quod eſt in Eunucho Terentiana, Itidem & iſti Gnathonici uocētur. Gnathonem inducit Terentius, adulatorem optimum, & Phormionem impudentiſſimū paraſitum. Medicorū tabernas.) Vt in tonſtrinis, ita & in pharmacopolijs, quas hic medicorū tabernas appellat, conſident ocioſi. Sæpe manum.) Retulit illud Iuuenalis: Et nos ergo manū ferulæ ſubduximus. Fœnū habet in cornu.) Carmen ex Satyris Horatij, de mordaci poeta, metaphora ſumpta à boue cornupeta. Et ego ignoſco.) Totus hic ſermo obliquus eſt, maxime mordens, cum uideat̄ mederi morſui. Parcit, ſed cedit.) Parcit qui ueret̄, cedit qui timet periculū: idq; ipſe mox interpretatur, non honorat, ſed metuit. Hærebit.) Hærent perplexi.

Procul

A Procul Epicurus.) Hi uoluptatũ ſectatores non erunt auxilio, cum res diuinę ſcriptutæ teſtimonijs agitur. Subulci nõ.) Sic appellat fautores Iouiniani, quod coitũ approbẽt, ut indicatũ eſt ſuperius. Fœta ſcropha.) Eſt autẽ hoc animal mire fœcundũ. Et nos tela pater.) Carmen eſt ex Aeneide Vergiliana. Nocturnos forſitan metus.) Nẽpe ob metũ lemurũ aut ſpectrorũ. Nã ſoli magis timẽt.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Pammachius uir nobilis, affinis Paulæ, cõſobrinus Marcellæ, Hieronymo amicus, cum uideret multos offendi libris quos aduerſus Iouinianum ſcripſerat, ſuppreſſit exemplaria, & ut idem faceret Hieronymus, admonuit, quo liberum eſſet emendare quæ diſplicebant. Ad id reſpondet Hieronymus, eumq; adhortatur, ut ſacrarum ſtudio literarum ſe dignum præbeat honore ſacerdotij, ad quod uidetur omnium ſtudijs accerſendus.

HIERONYMVS AD PAMMACHIVM PRO LIBRIS ſuis aduerſus Iouinianum.

1 CHriſtiani interdum pudoris eſt, etiam apud amicos tacere, & humilitatẽ ſuam magis ſilentio conſolari, quàm retrectãdo ueteres amicitias, ambitionis crimen incurrere. Quàmdiu tacuiſti, tacui, nec unquam expoſtulare ſuper hac re uolui: ne non amicũ quærere, ſed potentiorem uiderer expetere. Nunc autem prouocatus officio literatũ, primas partes ſemper habere tentabo: & non tam reſcribere, quàm ſcribere, ut & uerecunde hucuſq; tacuiſſe, & uerecundius loqui cœpiſſe cognoſcar. De opuſculis meis contra Iouinianũ, quod & prudenter & amanter feceris exemplaria ſubtrahendo, optime noui. Sed nihil profuit iſta diligentia, cum aliquanti ex urbe uenientes, mihi eadem lectitarent, quæ ſe Romæ excepiſſe referebãt. In hac quoq; prouincia iam libri fuerant diuulgati: & ut ipſe legiſti, neſcit uox miſſa reuerti. Non ſum tantæ felicitatis, quantę pleriq; huius temporis tractatores, ut nugas meas quando uoluerim emendare poſſim. Statim ut aliquid ſcripſero, aut amatores mei, aut inuidi, diuerſo quidẽ ſtudio, ſed pari certamine in uulgus noſtra diſſeminant: & uel in laude, uel in uituperatione nimij ſunt: non meritũ ſtili, ſed ſuũ ſto-
B machum ſequentes. Itaq; quod ſolum facere potui, apologeticũ ipſius operis tibi miſi, quem προφώνησα, & te poſcente ædidi. Quem cum legeris, ipſe pro nobis cæteris ſatisfacies: aut ſi tu quoq; narem contraxeris, illam apoſtoli πολιτείαν, in qua de uirginitate & nuptijs diſputat, aliter diſſerere compelleris. Nec hoc dico, quod te ad ſcribendum prouocem: cuius in ſacris literis ſtudiũ mihi præfero: ſed ut alios qui nos lacerãt, hoc facere cõpellas. Norunt literas, uidẽtur ſibi ſcioli: poſſunt me non reprehendere, ſed docere. Si quid ſcripſerint, magis ex operis eorũ comparatione, mea interpretatio negligetur. Lege quæſo te & diligẽter Apoſtoli uerba conſidera, & tunc uidebis me propter calumniam declinandã multo plus q̃ ille uoluit in maritos fuiſſe clementem. Origenes, Dionyſius, Pierius, Euſebius Cæſarienſis, Didymus, Apollinaris latiſſime hãc epiſtolã interpretati ſunt: quorũ Pierius cum ſenſum Apoſtoli uentilaret atq; ediſſereret: & propoſuiſſet illud exponere: Volo aũt omnes eſſe ſicut me
2 ipſum, adiecit τοῦτο λέγων ὁ παῦλος ἀντικρὺς ἀγαμίαν κηρύσσ. Quod hic quæſo peccatum meum eſt, quæ duricia? Vniuerſa quæ ſcripſi, huic ſententiæ comparata leuiſſima ſunt. Reuolue omnium quos ſupra memoraui commentarios, & eccleſiarum bibliothecis fruere, & magis concito gradu ad optata cœptaq; peruenies. Audio totius in te urbis ſtudia concitata. Audio pontificis & populi uoluntatem pari mente congruere. Minus eſt tenere ſacerdotium, quàm mereri. Libros ſedecim prophetarum, quos in Latinum de Hebræo ſermone uerti, ſi legeris, & delectari te hoc opere comperero, prouocabis nos etiam cætera clauſa armario non tenere. Tranſtuli nuper Iob in linguam noſtram: cuius exemplar à ſancta Marcella conſobrina tua poteris mutuari. Lege eundem Græcum & Latinum: & ueterem æditionem, noſtræ tranſlationi compara, & liquido peruidebis quantum diſtet inter ueritatem, & mendaciũ. Miſeram quædã τῶν ὑπομνημάτων in prophetas duodecim, ſancto patri Dominioni, Samuelẽ quoq; & Malachim, id eſt, quatuor Regũ libros. Quæ ſi legere uolueris: probabis quantæ difficultatis ſit diuinã ſcripturã, & maxime prophetas intelligere: & interpretum uitio quæ apud ſuos puriſſimo curſu orationis labuntur, apud nos ſcatere uitijs. Porrò

eloquentiam

eloquentiam quam pro Christo in Cicerone contemnis,in paruulis ne requiras. Ecclesiasti/ c
ca interpretatio etiam si habet eloquij uenustatem, dissimulare eam debet & fugere, ut non
ociosis philosophorum scholis paucisq; discipulis, sed uniuerso loquatur hominum generi.

SCHOLIA.

HVmilitatem suam.) Hic humilitas non uirtutem significat,sed fortunam & cõditionem. 1
Super hac re.) Nempe de tuo silentio. Amicũ quærere.) Quærere pro requirere,
& amicum uelut æqualem. Sed potentiorem.) Erat enim Pammachius Romæ nobi/
lissimus. Exemplaria subtrahendo.) Quantum inuidiæ conflatum fuerit Hieronymo
ex his libris,uel hinc apparet,quod Pammachius amicissimus exemplaria subtraxerit ne
uulgarentur. Aliquanti.) Id est,aliquãmulti. Excepisse.) Id est, transcripsisse: Nescit uox mis/
sa.) Hemistichium est Horatianum. Non meritum.) Hoc adiecit,ne quod præcessit uideretur arro/
gantius dictum. Quem προφώνησα.) Id est,quem ante promisi. Narem contraxeris.) Ita Flac/
cus. Si sordida mappa corrugat nares. Offenditur,qui nares cõtrahit. ἀποκηρῶ.) Id est,decisionem,
quando ex omni parte decisis erroribus res absoluitur. Adiecit ταῦτα λέγων ὁ παῦλος, ἀνυπερθέτως ἀγα/ 2
μέμνων κηρύσσει.) Id est, hæc dicens Paulus,palàm cœlibatũ prædicat. Quid hic attinet commemorare,
quot modis hunc locum deprauarint,& quanti mihi cõstiterit,ex uarijs codicum uestigijs uerã inuesti
gare lectionem? Et ecclesiarum biblio.) Apparet publicas etiam tum fuisse bibliothecas. Optata
cœptaq;.) Innuit illum tendere ad honorem episcopatus,id citius impetraturum, si se exercuerit in ec/
clesiasticis libris, futurus ecclesiæ princeps. Minus est tenere.) Elegans epiphonema. Marcella
consobrina.) Ad hanc & de hac multa scribit,Consobrini uocantur duarũ sororum,aut sororis & fra/
tris filij. Inter ueritatem & mendacium.) Aperte damnat superiorem translationem,qua nos tamen
maxima ex parte utimur. Quædam τῶν ὑπομνημάτων.) Id est, commentariorum: sic enim appellãt,
qui tantũ ad memoriæ subsidium annotantur. Ecclesiastica interpretatio.) Hic locus impendio pla/
cet crassis quibusdam,qui sibi in cœlo uidentur esse,quod procul absint ab omni eloquentia. At Hiero
nymus non uult eloquentiam abesse,sed dissimulari uult,hoc est, non ostentari,præsertim in commen/
tarijs,& sermonem dilucidum uult esse,non spurcum & portentosum.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Hieronymus admonitus Riparij presbyteri literis,quod Vigilãtius quidã doceret, martyrũ nõ esse
adorãdos cineres,damnaretq; solennes Christianorũ ad horũ sepulchra uigilias, hac epistola quasi ue/ D
latitatur ac præludit ad pugnã,ostendẽs se paratũ ad refellendũ hominis errorẽ, si libros illius mitterent.

HIERONYMVS ADVERSVS VIGILANTIVM
ad Riparium presbyterum.

ACceptis primum literis tuis,non respondere,superbiæ est:respondere, temerita 1
tis. De his enim rebus interrogas,quas & proferre & audire sacrilegium est. Ais
Vigilantium qui κατ' ἀντίφρασιν hoc uocatur nomine: nam Dormitantius
rectius diceretur:os fœtidum rursus aperire, & putorem spurcissimum, contra
sanctorum martyrũ proferre reliquias, & nos qui eas suspicimus appellare cinerarios & ido/
lolatras,qui mortuorũ hominum ossa ueneremur. O infelicem hominẽ, & omni lachryma/
rum fonte plangendum: qui hæc dicens,non se intelligat esse Samaritanum & Iudæum, qui
corpora mortuorum,pro immundis habent,& etiam uasa quæ in eadem domo fuerint,pol/
lui suspicantur:sequentes occidentem literam,& non uiuificantem spiritũ. Nos aũt non dico
martyrum reliquias,sed ne solem quidem & lunam,non angelos,non archangelos, non che
rubim,non seraphim,& omne nomen quod nominatur & in præsenti seculo & in futuro,co
limus & adoramus: ne seruiamus creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus in secu/
la. Honoramus autem reliquias martyrum,ut eum cuius sunt martyres adoremus. Honora/
mus seruos,ut honor seruorum redundet ad dominum,qui ait: Qui uos suscipit, me suscipit.
Ergo Petri & Pauli immundæ sunt reliquiæ? Ergo Moysi corpusculum immundum erit?
quod iuxta Hebraicam ueritatem ab ipso sepultum est domino? Et quotiescunq; apostolo/
rum & prophetarum, & omnium martyrum basilicas ingredimur, toties idolorum templa
ueneramur? Accensiq; ante tumulos eorum cerei, idololatriæ insignia sunt? Plus aliquid di/
cam, quod redundet in autoris caput: & insanum cerebrum, uel sanet aliquando uel deleat,
ne tantis sacrilegijs simplicium animæ subuertantur. Ergo & domini corpus in sepulchro po
situm,immundum fuit? Et angeli,qui candidis uestibus utebãtur: mortuo cadaueri atq; pol/ 2
luto

A luto præbebant excubias, ut post multa secula Dormitantius somniaret, imò eructaret im-
mundissimam crapulam:& cum Iuliano persecutore,sanctorum basilicas aut destrueret,aut
in templa conuerteret? Miror sanctum episcopum,in cuius parochia esse presbyter dicitur,
acquiescere furori eius: & non uirga apostolica,uirgaq; ferrea confringere uas inutile, & tra-
dere in interitū carnis,ut spiritus saluus fiat:nec meminerit illius dicti: Si uidebas furem cur-
rebas cum eo,& cum adulteris portionem tuam ponebas. Et in alio loco: In matutino inter-
ficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de ciuitate domini omnes operantes ini-
quitatem.Et iterum:Nónne odientes te domine,odio habui,& super inimicos tuos tabesce-
bam? Perfecto odio oderam illos. Si non sunt honorandæ reliquiæ martyrum, quomodo
legimus: Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius? Si ossa martyrum polluunt
contingentes,quomodo Elisæus mortuus, mortuum suscitauit,& dedit uitam corpori, quod
iuxta Vigilantium iacebat immundum? Ergo omnia castra Israelitici exercitus & populi dei
fuere immunda,quia Ioseph & patriarcharū corpora portabant in solitudine:& ad sanctam
terram immūdos cineres pertulerant? Ioseph quoq; qui in typo præcessit domini saluatoris
nostri sceleratus fuit: qui tanta ambitione,Iacob in Hebron ossa portauit:ut immundum pa
trem,auo & atauo sociaret immundis,& mortuum mortuis copularet? O præcidendam lin-
guam à medicis,imò insanum curandum caput,ut qui loqui nescit,discat aliquando reticere.
Ego uidi hoc aliquando portentum, & testimonijs scripturarum, quasi uinculis Hippocra-
5 tis uolui ligare furiosum: sed abijt, excessit, euasit, erupit, & inter Hadriæ fluctus, Cotijq;
regis alpes,in nos declamando clamauit. Quicquid enim amens loquitur,uociferatio & cla-
mor est appellandus. Tacita me forsitan cogitatione reprehendas: cur in absentem inuehar.
Fatebor tibi dolorem meum.Sacrilegium tantum patienter audire non possum. Legi enim
4 Syromasten Phinees,austeritatem Eliæ,zelum Simonis Cananæi, Petri seueritatem Ana-
niam & Sapphiram trucidantis: Pauliq; constantiam qui Elymam magum ujs domini re-
B sistentem,æterna cæcitate damnauit.Non est crudelitas pro deo, sed pietas. Vnde & in lege
dicitur: Si frater tuus & amicus & uxor quæ est in sinu tuo, deprauare te uoluerit à ueritate,
sit manus tua super eos,& effunde sanguinem eorum,& auferes malum de medio Israel.Ite-
rum dicam:Ergo martyrum immundæ sunt reliquiæ? Et quid passi sunt apostoli,ut immun-
dum Stephani corpus tanta funeris ambitione precederent,ut facerent ei planctū magnum,
ut eorum luctus in nostrum gaudium uerteretur? Nam quod dicis eum uigilias execrari, fa-
cit & hoc contra uocabulum suum, ut uelit dormire Vigilantius, & non audiat saluatorem
dicentem:Sic non potuistis una hora uigilare mecum? Vigilate & orate,ne intretis in tenta-
tionem:Spiritus promptus est,sed caro infirma.Et in alio loco propheta decantat:Media no
cte surgebam,ut confiterer tibi,super iudicia iusticiæ tuæ.Dominum quoq; in Euangelio le-
gimus pernoctasse,& apostolos clausos carcere tota nocte uigilasse,ut illis psallentibus terra
quateretur,custos carceris crederet,magistratus & ciuitas terrerentur.Loquitur Paulus:Ora-
tioni insistite,uigilantes in ea.Et in alio loco:In uigilijs frequenter. Dormiat itaq; Vigilanti-
us,& ab exterminatore Ægypti cum Aegyptijs dormiens suffocetur.Nos dicamus cum Da
uid:Non dormitabit neq; dormiet,qui custodit Israel,ut ueniat ad nos sanctus & Hir,qui in
terpretatur uigil. Et si quando propter peccata nostra dormierit,dicamus ad eum: Surge,ut
quid dormitas domine? excitemusq; illum,& nauicula fluctuante clamemus: Magister sal-
uos nos fac,perimus. Plura dictare uolueram,si non epistolaris breuitas pudorem nobis ta-
cendi imponeret:& si librorum ipsius ad nos uoluisses mittere cantilenas, ut scire possemus
ad quæ rescribere deberemus.Nunc autem aerem uerberauimus,& non tam illius infidelita
tem quæ omnibus patet,quàm nostram fidem aperuimus. Cæterum si uolueris longiorem
nos aduersum eum librū scribere,mitte nænias illius & ineptias, ut Ioannem Baptistam au-
diat prædicantem: iam securis ad radices arborum posita est. Omnis enim arbor, quæ non
facit fructum bonum,excidetur, & in ignem mittetur.

Scholia

SCHOLIA. C

ACceptis primum.) Id est, qui nunquã antea scripserat. Quo magis erat respondẽdum. 1
Qui κατ' ἀντίφρασιν.) Figura est Grammaticorũ, quot es diuersum significamus ac dicimus, proxima ironiæ: ut qui bellum dictum putãt, quod nihil habeat belli: & lucum, quod obscurus sit: & Eumenides furias, quod nulli bene uelint. Hoc autem dixit, quod Vigilantius insectaretur uigilias ad sepulchra martyrum. Qui eas suspicimus.) Suspicimus quæ ueneramur ac magnificimus. Nonnulli codices habebant, suscipimus: quod si probandum est, Græce magis loquutus est, cẽ Latine. Siquidem illi dicunt ἀποδέχεσθαι, pro probare & in precio habere. Pro immundis.) Vnde purgabatur qui morticinum uel casu contigisset. Iuxta Hebraicam ueritatem.) Sic enim legis Deuteronomij cap. ultimo: Mortuusq; est ibi Moyses seruus domini in terra Moab, iubente domino, & sepeliuit eum in ualle terræ Moab contra Phegor, & non cognouit homo sepulchrum eius usq; in præsentem diem. Et sepeliuit eum utiq; dominus, quo iubente 2
mortuus est. Candidis uestibus.) Cum in exequijs pullis uti mos sit. Cum Iuliano persecutore.) Nam is imperator adeo fuit inimicus nomini Christiano, ut Christianam gentem funditus decreuerit extinguere, si uictor redisset. Aut in templa.) Templa uocat gentiliũ deorum. In cuius Parochia.) Parochi Græcis dicuntur, qui cibos & uitæ necessaria exhibent: quo uerbo & Horatius usus est in Satyris. Inde dictum uidetur παροικία, nisi mauis πάροικία, quod cœtum significat in eadem habitantiũ uicinia. Ergo omnia castra.) Historiam habes Iosue cap. ultimo. Iacob in Hebron.) Refertur Genesis cap. l. Ego uidi hoc aliquando.) Quidam codices scriptum habebant, uici, quod non probo. Nam & Hieronymus uersatus erat in Gallia, & nondum scripserat aduersus Vigilantiũ, ut uictus esse potuerit, quod uel ex hac ipsa patet epistola. Abijt, excessit, euasit.) Retulit uerba Ciceronis de Ca 3
tilina. Cotijq; regis.) Quidam habebant, Gothiciq; regis. At magis placet Cotij, ut intelligas Alpes Cotias à rege sic appellatas. Sentit Vigilantium elapsum, partim Alpium, partim maris Adriatici subsidio. Declamando clamauit.) Declamant rhetores, clamãt rabulæ. Syromasten Phinees.) Historia extat in Numeris cap. uicesimoquinto. Eliæ zelum.) Qui occidit omnes prophetas Baal ad fluuium Cyson, nec uno dimisso, ut legis Regum lib. tertio, cap. decimooctauo. Atq; hoc nomine laudatur libro Machabæorũ i. cap. ij. Elias dum zelat zelum legis, receptus est in cœlum. Simonis Cha- 4
nanæi.) Designat Simonem apostolũ, qui à Matthæo & Marco Chananæus appellatur, à Luca Zelotes, nimirum Hebraicam uocem Græce interpretante. Nam Canam Hebræis sonat zelum. Trucidantis.) Atroci uerbo usus est ad causæ cõmodum, cum Petrus nõ trucidarit, sed denunciarit dum- D
taxat diuinã uindictam. Elymam magum.) Habes in Actis apostolorum cap. xiij. Aeternam autem cæcitatem dixit, quoniam non legitur recepisse uisum. Si frater tuus.) Locus est partim Deuteronomij cap. xxiiij. partim uicesimooctauo. Quid passi sunt apostoli.) Hoc Græce dixit magis quàm Latine, τί ἐπαθον, hoc est, quid accidit, aut quid illis in mentem uenit. Hir.) עיר Hir Chaldæis uigilem sonat. Cantilenas.) Festiuiter ita uocat ineptias hominis uoluptuarij cauponis, & semper in conuiuijs agentis: eas paulopost nænias uocat eodem sensu. Excidetur.) Græcis est, excidítur & mittitur, instantis temporis, ἐκπίπτεται καὶ βάλλεται.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Vigilantius natione Gallus, Barcilonensis ecclesiæ, quæ in Hispania est, presbyter, scripsit librum, in quo docebat non esse sic adorandas martyrum reliquias, nec ad horũ sepulchra uigilandũ, id quod id temporis magna religione fiebat à Christianis. In hunc ita conuicijs debacchatur Hieronymus, ut plusculum in eo modestiæ cogar desiderare. Vtinam argumentis duntaxat egisset, & à conuicijs temperasset. Nam uigilias nocturnas non placuisse ecclesiasticis uiris, uel illud satis arguit, quod horum auctoritate sublatæ sunt, nomine duntaxat superstite. Nec hodie simili studio cõcurritur ad martyrum reliquias. Gennadius huic tribuit eloquentiam, sed diuinarum scripturarum scientiam detrahit. Hieronymus neutrũ illi tribuit. Attamen quæ citat Hieronymus, mediocrem dicẽdi mundiciem præ se ferunt.

HIERONYMVS ADVERSVS VIGILANTIVM

MVlta in orbe monstra generata sunt. Centauros & Sirenas, ululas, & onocrotalos, in Esaía legimus. Iob Leuiathan & Behemoth mystico sermone describit. Cerberum & Stymphalidas, aprumq; Erimanthium, & leonem Nemæũ, chi- 2
mæram atq; hydram multorum capitum narrant fabulæ poetarum. Cacũ describit Vergilius, Triformem Geryonem Hispaniæ prodiderunt. Sola Gallia monstra non habuit, sed uiris semper fortissimis & eloquẽtissimis abundauit. Exortus est subito Vigilantius, seu uerius Dormitantius, qui immũdo spiritu pugnet cõtra Christi spiritũ, & martyrum neget sepulchra ueneranda: damnandas dicit esse uigilias, nunquam nisi in pascha Alleluia cantandum: continentiam, hæresim: pudicitiam, libidinis seminarium. Et quomodo Euphorbus in Pythagora renatus esse perhibetur, sic in isto Iouiniani mens praua surrexit: ut & in illo

illo, & in hoc diaboli reſpondere cogamur inſidijs. Cui iure dicitur, Semen peſſimum, pa-
ra filios tuos occiſioni peccatis patris tui. Ille Romanæ eccleſiæ autoritate damnatus, inter
phaſides aues & carnes ſuillas non tam emiſit ſpiritum quàm eructauit. Iſte caupo Calagur
ritanus, & in peruerſum propter nomen uiculi mutus Quintilianus, miſcet aquam uino, &
de artificio priſtino, ſuæ uenena perfidiæ catholicæ fidei ſociare conatur, impugnare uirgi-
nitatem, odiſſe pudicitiam, in conuiuio ſecularium contra ſanctorum ieiunia proclamare,
dum inter phialas philoſophatur, & ad placentas liguriens, pſalmorum modulatione mul-
cetur: ut tantum inter epulas, Dauid & Idithun, & Aſaph & filiorum Choræ cantica au-
dire dignetur. Hæc dolentis magis effudi animo quàm ridentis, dum me cohibere non poſ-
ſum, & iniuriam apoſtolorum ac martyrum ſurda nequeo aure tranſire. Proh nephas, epi-
ſcopos ſui ſceleris dicitur habere conſortes: ſi tamen epiſcopi nominandi ſunt, qui non or-
dinant diaconos, niſi prius uxores duxerint, nulli cœlibi credentes pudicitiam: imò oſtenden
tes quàm ſancte uiuant, qui male de omnibus ſuſpicantur, & niſi prægnantes uxores uide-
rint clericorum, infantesq; de ulnis matrũ uagientes, Chriſti ſacramenta non tribuunt. Quid
facient Orientis eccleſiæ? quid Aegypti & ſedis apoſtolicæ, quæ aut uirgines clericos accipi-
unt, aut continentes: aut ſi uxores habuerint, mariti eſſe deſiſtunt? Hoc docuit Dormitanti-
us, libidini frena permittẽs, & naturalem carnis ardorem, qui in adoleſcentia plerumque fer-
ueſcit, ſuis hortatibus duplicans, imò extinguens coitu fœminarum: ut nihil ſit quo diſte-
mus à porcis, quo differamus à brutis animantibus, quo ab equis, de quibus ſcriptum eſt,
Equi inſanientes in fœminas facti ſunt mihi, unuſquiſque in uxorem proximi ſui hinniebat.
4 Hoc eſt quod loquitur per Dauid ſpiritus ſanctus, Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus
non eſt intellectus. Et rurſum de Dormitantio & ſocijs eius, In chamo & freno maxillas eo
rum conſtringe, qui non approximant ad te. Sed iam tempus eſt, ut ipſius uerba ponentes
ad ſingula reſpondere nitamur. Fieri enim poteſt, ut rurſum malignus interpres dicat fictam
B à me materiam, cui rhetorica declamatione reſpondeam, ſicut illam quam ſcripſi ad Gal-
lias, matri & filiæ inter ſe diſcordantibus. Autores ſunt huius dictatiunculæ meæ ſancti pres
byteri Riparius & Deſiderius, qui parochias ſuas uicinia iſtius ſcribunt eſſe maculatas: miſe-
runtq; libros per fratrem Syſinnium, quos inter crapulam ſtertens euomuit. Et aſſerunt re-
pertos eſſe nonnullos, qui fauentes uitijs ſuis, illius blaſphemijs acquieſcant. Eſt quidem im-
peritus & uerbis & ſcientia, & ſermone inconditus ne uera quidem poteſt defendere: ſed pro
pter homines ſeculi & mulierculas oneratas peccatis, ſemper diſcentes & nunquam ad ſcien
tiam ueritatis perueniẽtes, una lucubratiũcula illius nænijs reſpõdebo, ne ſanctorũ uirorum,
qui ut hęc facerem me deprecati ſunt, uidear literas reſpuiſſe. Nimirũ reſpõdet generi ſuo, ut
qui de latronum & conuenarum natus eſt ſemine, quos Gn. Pompeius edomita Hiſpania,
& ad triumphum redire feſtinans, de Pyrenæi iugis depoſuit, & in unum oppidum congre-
gauit: unde & conuenarum urbs nomen accepit: hucuſque latrocinetur contra eccleſiam dei,
& de Vectonibus, Arbacis, Celtiberiſcq; deſcendens, incurſet Galliarum eccleſias, portetq;
nequaquam uexillum Chriſti, ſed inſigne diaboli. Fecit hoc idem Pompeius, etiam in Ori-
entis partibus, ut Cilicibus & Iſauris piratis latronibusq; ſuperatis, ſui nominis inter Cilici-
am & Iſauriã conderet ciuitatem. Sed hæc urbs hodie ſeruat ſcita maiorum, & nullus in ea
5 ortus eſt Dormitantius. Galliæ uernaculũ hoſtem ſuſtinent, & hominem moti capitis, atq;
Hippocratis uinculis alligandũ, ſedentẽ cernunt in eccleſia, & inter cętera uerba blaſphemiæ,
iſta quoq; dicentem, Quid neceſſe eſt, te tanto honore, non ſolum honorare, ſed etiam ado-
rare illud neſcio quid, quod in modico uaſculo transferendo colis? Et rurſum in eodem libro,
Quid puluerem linteamine circundatũ, adorando oſcularis? Et in conſequentibus, Prope ri-
tum gentilium uidemus ſub prætextu religionis introductũ in eccleſijs: ſole adhuc fulgente,
moles cereorum accendi: & ubicunq; puluiſculum neſcio quod, in modico uaſculo precioſo
linteamine circundatum oſculantes adorant. Magnum honorẽ præbent huiuſmodi homi-
nes beatiſſimis martyribus, quos putant de uiliſſimis cereolis illuſtrandos, quos agnus, qui

est in medio throni cum omni fulgore maiestatis suæ illustrat. Quis enim, ò insanum caput, & aliquando martyres adorauit? quis hominē putauit deum? nonne Paulus & Barnabas cum à Lycaonibus Iupiter & Mercurius putarentur, & eis uellent hostias immolare, sciderunt uestimenta sua, & se homines esse dixerunt? Non quod meliores non essent olim mortuis hominibus Ioue atq; Mercurio, sed quod sub gentilitatis errore, honor eis deo debitus deferretur. Quod & de Petro legimus, qui Cornelium se adorare cupientem manu subleuauit, & dixit: Surge, nam & ego homo sum. Et audes dicere, illud nescio quid quod in modico uasculo transferendo colis? Quid est illud nescio quid, scire desidero. Expone manifestius, ut tota libertate blasphemes: puluisculum nescio quod in modico uasculo precioso linteamine circundatum. Dolet martyrum reliquias precioso operiri uelamine, & non uel pannis, uel cilicio colligari, uel proijci in sterquilinium, ut solus Vigilantius ebrius & dormiens adoretur. Ergo sacrilegi sumus, quando apostolorum basilicas ingredimur? Sacrilegus fuit Constantinus imperator, qui sanctas reliquias Andreæ, Lucæ, & Timothei transtulit Constantinopolim, apud quas dæmones rugiunt, & inhabitatores Vigilantij illorum se sentire præsentiam confitentur? Sacrilegus dicendus est & nunc Augustus Arcadius, qui ossa beati Samuelis longo post tempore de Iudæa transtulit in Thraciam? Omnes episcopi non solum sacrilegi, sed & fatui iudicandi, qui rem uilissimam & cineres dissolutos in serico & uase aureo portauerunt? Stulti omnium ecclesiarum populi, qui occurrerunt sanctis reliquijs: & tanta lætitia, quasi præsentem uiuentemq; prophetam cernerent, susceperunt, ut de Palæstina usq; Chalcedonem iungerentur populorum examina, & in Christi laudem una uoce resonarent? Videlicet adorabant Samuelem, & non Christum, cuius Samuel & leuita & prophetes fuit. Mortuum suspicaris, & idcirco blasphemas. Lege Euangelium, Deus Abraam, deus Isaac, deus Iacob, non est deus mortuorum, sed uiuorum. Si ergo uiuunt, honesto iuxta te carcere nō clauduntur. Ais enim uel in sinu Abrahæ, uel in loco refrigerij, uel subter aram dei, animas apostolorum & martyrum consedisse, nec posse suis tumulis, & ubi uoluerint adesse præsentes. Senatoriæ uidelicet dignitatis sunt, & non inter homicidas teterrimo carcere, sed in libera honestaq; custodia in fortunatorum insulis & in campis Elysijs reeluduntur. Tu deo leges pones? Tu apostolis uincula injcies, ut usq; ad diem iudicij teneantur custodia, nec sint cum domino suo, de quibus scriptum est: Sequuntur agnum, quocunq; uadit. Si agnus ubiq;, ergo & hi qui cum agno sunt, ubiq; esse credendi sunt. Et cum diabolus & dæmones toto uagentur in orbe, & celeritate nimia ubique præsentes sint, martyres post effusionem sanguinis sui arca operientur inclusi, & inde exire non poterunt? Dicis in libello tuo, quod dum uiuimus, mutuo pro nobis orare possumus: postquam autem mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudienda oratio: præsertim cum martyres ultionem sui sanguinis obsecrantes, impetrare non quiuerint. Si apostoli & martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro cæteris, quando pro se adhuc debent esse soliciti: quāto magis post coronas, uictorias & triumphos? Vnus homo Moyses, sexcentis milibus armatorum impetrat à deo ueniam: & Stephanus imitator domini sui, & primus martyr in Christo, pro persecutoribus ueniam deprecatur: & postquam cum Christo esse cœperint, minus ualebunt? Paulus apostolus ducentas septuagintasex sibi dicit in naui animas condonatas: & postquàm resolutus esse cœperit cum Christo, tunc ora clausurus est: & pro his qui in toto orbe ad suum Euangelium crediderunt, mutire non poterit? Meliorq; erit Vigilantius canis uiuens, quàm ille leo mortuus? Recte hoc de Ecclesiaste proponerē, si Paulum in spiritu mortuum confiterer. Denique sancti nō appellantur mortui, sed dormientes. Vnde & Lazarus qui resurrecturus erat, dormisse perhibetur. Et Apostolus uetat Thessalonicenses de dormientibus contristari. Tu uigilans dormis, & dormiens scribis, & proponis mihi librum apocryphum, qui sub nomine Esdræ à te & similibus tui legitur: ubi scriptū est, quod post mortem nullus pro alijs audeat deprecari: quem ego librum nunquam legi. Quid enim necesse est in manus sumere, quod ecclesia non recipit? nisi forte Balsamum mihi, & Barbelum, &

thesaurum

A thesaurum Manichæi,& ridiculum nomen Leusiboræ proferas:& quia ad radices Pyrenæi habitas,uicinusq; es Hiberiæ, Basilidis antiquissimi hæretici & imperitæ scientiæ incredibilia portenta prosequeris,& proponis quod totius orbis autoritate damnatur. Nam in commentariolo tuo quasi pro te faciens de Solomone sumis testimonium,quod Solomon omnino non scripsit:ut qui habes alterum Esdram,habeas & Solomonem alterum.& si tibi placuerit,legito fictas reuelationes omnium patriarcharum & prophetarum:& cum illas didiceris, inter mulierum textrinas cantato, imò legendas propone in tabernis tuis, ut facilius per has nænias uulgus indoctum prouoces ad bibendum. Cereos autem non clara luce accendimus, sicut frustra calumniaris, sed ut noctis tenebras hoc solatio tẽperemus, & uigilemus ad lumen,ne cæci tecum dormiamus in tenebris. Quod si aliqui propter imperitiam & simplicitatem secularium hominum, uel certe religiosarum fœminarum, de quibus uere possumus dicere,Confiteor,zelum dei habent,sed non secundum scientiam,hoc pro honore martyrum faciunt,quid inde perdis? Causabantur quondam & apostoli, quod periret unguentum,sed domini uoce correpti sunt. Neq; enim Christus indigebat unguento,nec martyres lumine cereorum,& tamen illa mulier in honore Christi hoc fecit, deuotioq; mentis eius recipitur.Et quicunq; accendunt cereos,secundum fidem suam habent mercedem,dicente apostolo: Vnusquisq; in suo sensu abundat.Idololatras appellas huiusmodi homines? Nõ diffiteor,omnes nos qui in Christo credimus de idololatriæ errore uenisse. Nõ enim nascimur, sed renascimur Christiani.Et quia quondam colebamus idola,nunc deum colere non debemus,ne simili eum uideamur cum idolis honore uenerari? Illud fiebat idolis,& idcirco detestandum est:hoc fit martyribus, & idcirco recipiendum est. Nam & absq; martyrũ reliquijs per totas Orientis ecclesias,quando legendum est euangelium, accenduntur luminaria,iam sole rutilante,non utiq; ad fugandas tenebras,sed ad signum lætitiæ demonstrandum. Vnde & uirgines illæ Euangelicæ semper habent accensas lampades suas.Et ad apostolos dicitur:Sint lumbi uestri præcincti,& lucernæ ardentes in manibus uestris. Et de Ioanne baptista: Ille erat lucerna ardens & lucens, ut sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur, de
B qua in psalterio legimus:Lucerna pedibus meis uerbũ tuum domine,& lumen semitis meis. Male facit ergo Romanus episcopus,qui super mortuorũ hominum Petri & Pauli secũdum nos ossa ueneranda,secundũ te uilem puluisculũ offert domino sacrificia, & tumulos eorum Christi arbitratur altaria? Et non solum unius urbis,sed totius orbis errant episcopi,qui cauponem Vigilantium contemnentes, ingrediũtur basilicas mortuorũ, in quibus puluis uilissimus & fauilla,nescio quæ, iacet linteamine conuoluta, ut polluta omnia polluat,& quasi sepulchra pharisaica foris dealbata sint,cum intus immundo cinere iuxta te, immunda omnia oleant atq; sordeant. Et post hæc de barathro pectoris tui cœnosam spurcitiam euomens, audes dicere:Ergo cineres suos amãt animæ martyrum,& circumuolant eos, semperq; præsentes sunt,ne forte si aliquis precator aduenerit,absentes audire non possint? O portentum in terras ultimas deportandum.Rides de reliquijs martyrum,& cum autore huius hæreseos Eunomio, ecclesijs Christi calumniam struis: nec tali societate terreris, ut eadem contra nos loquaris, quæ ille contra ecclesiam loquitur? Omnes enim sectatores eius basilicas apostolorum & martyrum nõ ingrediũtur,ut scilicet mortuum adorent Eunomiũ, cuius libros maioris autoritatis arbitrãtur quàm Euangelia: & in ipso credunt esse lumen ueritatis,sicut aliæ hæreses paracletum in Montanũ uenisse contendunt,& Manichæum ipsum dicunt esse paracletum.Scribit aduersum hæresim tuam, quæ olim erupit aduersum ecclesiã (ne & in hoc quasi repertor noui sceleris glorieris) Tertullianus uir eruditissimus insigne uolumen: quod
6 Scorpiacum uocat rectissimo nomine,quia arcuato uulnere in ecclesiæ corpus uenena diffudit: quæ olim appellabatur Caina hæresis, & multo tempore dormiens uel sepulta, nunc à Dormitantio suscitata est. Miror, quod nõ dicas nequaquam perpetranda martyria,deum enim qui sanguinem hircorum taurorumq; non quærat, multo magis hominum non requirere. Quod cum dixeris, imò & si nõ dixeris, ita habeberis quasi dixeris. Qui enim reliquias

martyrum asseris calcandas esse, prohibes sanguinem fundi, qui nullo honore dignus est. c
De uigilijs & pernoctationibus in basilicis martyrum sæpe celebrandis, in altera epistola, quam fermè ante biennium sancto Ripario presbytero scripseram, respondi breuiter. Quod si ideo eas existimas respuendas, ne sæpe uideamur pascha celebrare, & non solennes post annum exercere uigilias, ergo & die dominico non sunt Christo offerenda sacrificia, ne resurrectionis domini crebro pascha celebremus, & incipiamus non unum pascha habere, sed plurima. Error autem & culpa iuuenum uilissimarumq; mulierum, qui per noctem sæpe deprehenditur, non est religiosis hominibus imputandus: quia & in uigilijs paschæ tale quid fieri plerumque conuincitur, & tamen paucorum culpa non præiudicat religioni, qui & absq; uigilijs possunt errare uel in suis, uel in alienis domibus. Apostolorum fidem, Iudæ proditio non destruxit. Et nostras ergo uigilias, malæ aliorum uigiliæ non destruent, quin potius pudicitię uigilare cogantur, qui libidini dormiunt. Quod enim semel fecisse bonum est, non potest malum esse, si frequenter fiat: aut si aliqua culpa uitanda est, non ex eo quod sæpe, sed ex eo quod sit aliquando culpabile est. Non uigilemus itaque diebus paschæ, ne expectata diu adulterorum desideria compleantur, ne occasionem peccandi uxor inueniat, ne marita li nõ possit recludi claue. Ardentius appetitur, quicquid est rarius. Non possum uniuersa percurrere, quæ sanctorum presbyterorum literæ comprehendunt, de libellis illius aliqua proferam. Argumentatur contra signa atque uirtutes, quæ in basilicis martyrum fiunt, & dicit eas incredulis prodesse, non credentibus: quasi nunc hoc quæratur quibus fiant, & non qua uirtute fiant. Esto signa sint infidelium, qui quoniã sermoni & doctrinę credere noluerunt, signis adducantur ad fidem: & dominus incredulis signa faciebat, & tamen non idcirco domini suggillanda sunt signa, quia illi infideles erant: sed maiori admirationi erunt, quia tantæ fuere potentiæ, ut etiam mentes durissimas edomarent, & ad fidem cogerent. Itaq; nolo mihi dicas, signa infidelium sunt: sed responde quomodo in uilissimo puluere & fauilla nescio qua, tanta sit signorum uirtutumq; præsentia. Sentio, sentio infeliciss ime mortaliũ, quid doleas, quid timeas. Spiritus iste immundus qui hæc te cogit scribere, sæpe hoc uilissimo tortus est puluere, imò hodieq; torquetur, & qui in te plagas dissimulat, in cæteris confitetur. Nisi forte in morem gentilium impiorumq; Porphyrij & Eunomij has præstigias dæmonum esse confingas, & nõ uere clamare dæmones, sed sua simulare tormenta. Do consilium, ingredere basilicas martyrum, & aliquando purgaberis: inuenies ibi multos socios tuos, & nequaquam cereis martyrum, qui tibi displicent, sed flammis inuisibilibus combureris: & tunc fateberis, quod nunc negas: & tuum nomen, qui in Vigilantio loqueris, libere proclamabis, te esse aut Mercurium propter nummorũ cupiditatem, aut Nocturnum iuxta Plauti Amphitryonem, quo dormiente, in Alcmenæ adulterio duas noctes Iupiter copulauit, ut magnæ fortitudinis Hercules nasceretur: aut certe Liberum patrem pro ebrietate & cantharo ex humeris dependente, & semper rubente facie, & spumantibus labrijs, effrenatisq; conuicijs. Vnde & in hac prouincia cum subitus terræmotus noctis medio omnes de somno excitasset, tu prudentissimus & sapientissimus mortalium nudus orabas, & referebas nobis Adam & Euam de paradiso. & illi quidem apertis oculis erubuerunt, nudos se esse cernentes, & uerenda texerunt arborum folijs: tu & tunica & fide nudus, subitoq; timore perterritus, & aliquid habens nocturnę crapulæ, sanctorum oculis obscœnam partem corporis ingerebas, ut tuam indicares prudentiam. Tales habet aduersarios ecclesia. Hi duces contra martyrum sanguinem dimicant, huiuscemodi oratores contra apostolos pertonant, imò tam rabidi canes contra Christi latrant discipulos. Ego confiteor timorem meum, ne forsitan de superstitione descendat. Quando iratus fuero, & aliquid mali in meo animo cogitauero, & me nocturnum phantasma deluserit, basilicas martyrum intrare non audeo, ita totus & corpore & animo pertremisco. Rideas forsitan, & mulierc ularum deliramenta subsannes. Non erubesco earum fidem, quæ primæ uiderunt dominum resurgentem, quæ mittuntur ad apostolos, quæ in matre domini saluatoris, sanctis apostolis commendantur. Tu ructato cũ se culi

A culi hominibus, ego ieiunabo cum fœminis, imò cum religiosis uiris, qui pudicitiam uultu præferunt, & pallida iugi continentia ora portantes, Christi ostendunt uerecundiam. Videris mihi dolere & aliud, ne si inoleuerit apud Gallos continentia & sobrietas atque ieiunium, tabernæ tuæ lucra non habeant: & uigilias diaboli ac temulenta conuiuia, tota nocte exercere non possis. Præterea ijsdem ad me relatum est epistolis, quod contra autoritatẽ apostoli Pauli, imò Petri, Ioannis & Iacobi, qui dextras dederunt Paulo & Barnabæ communicationis: & præceperunt eis, ut pauperum memores essent: tu prohibeas Hierosolymam in usus sanctorum aliqua sumptuum solatia dirigi. Videlicet si ad hæc respondero, statim latrabis, meam me causam agere, qui tanta cunctos largitate donasti, ut nisi uenisses Hierosolymam, & tuas uel patronorum tuorum pecunias effudisses, omnes periclitaremur fame. Ego hoc loquor, quod beatus apostolus Paulus in cunctis penè epistolis suis loquitur, & præcipit ecclesijs gentium: per unam sabbati, hoc est, in die dominico omnes conferre debere, quę Hierosolymam in sanctorum solatia dirigantur: & uel per discipulos suos, uel per quos ipsi probauerint: & si dignum fuerit, ipse ut dirigat, aut perferat quod collectum est. In Actibus quoque apostolorum loquens ad Felicem præsidem: Post annos, ait, plures eleemosynam facturus in gentem meam, ueni Hierosolymam, & oblationes & uota, in quibus inuenerunt me purificatum in templo. Nunquid in alia parte terrarum, & in his ecclesijs, quas nascentes fide sua erudiebat, quæ ab alijs acceperat, diuidere non poterat? Sed sanctorum locorum pauperibus dare cupiebat, qui suas pro Christo facultatulas relinquentes, ad domini seruitutem tota mente conuersi sunt. Longum est nunc, si de cunctis epistolis eius omnia testimonia reuoluere uoluero, in quibus hoc ait: & tota mente festinat, ut Hierosolymam & ad sancta loca credentibus pecuniæ dirigantur, non in auaritiã, sed in refrigerium: non ad diuitias congregandas, sed ad imbecillitatem corpusculi sustentandam, & frigus atque inediam declinandam: hac in Iudæa usque hodie perseuerante consuetudine, non solũ apud nos, sed & apud Hebræos: ut qui in lege domini meditantur die ac nocte, & patrem non habent in
B terra, nisi solum deum, synagogarum & totius orbis foueantur ministerijs, ex æquitate duntaxat: non ut alijs refrigerium, & alijs sit tribulatio: sed ut aliorum abundantia, aliorum sustentet inopiam. Respondebis, hoc unumquenque posse in patria sua facere: nec pauperes defuturos, qui ecclesiæ opibus sustentandi sint. Nec nos negamus cunctis pauperibus etiam Iudæis & Samaritanis, si tanta sit largitas, stipes porrigendas. Sed Apostolus faciendã quidem docet ad omnes eleemosynam, sed maxime ad domesticos fidei. De quibus & saluator in Euangelio loquebatur: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, qui uos recipiant in æterna tabernacula. Nunquid isti pauperes, inter quorum pannos & illuuiem corporis flagrans libido dominatur, possunt habere æterna tabernacula: qui nec præsentia possident, nec futura? Non enim simpliciter pauperes, sed pauperes spiritu beati appellantur: de quibus scriptum est: Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus. In uulgi pauperibus sustentandis nequaquã intellectu, sed eleemosyna opus est. In sanctis pauperibus beatitudo est intelligentiæ, ut ei tribuat, qui erubescit accipere: & cum acceperit, dolet: metens carnalia, & seminans spiritalia. Quod autem asseris eos melius facere, qui utuntur rebus suis, & paulatim fructus possessionum suarũ pauperibus diuidunt, quàm illos qui possessionibus uenundatis, semel omnia largiuntur: non à me eis, sed à domino respondebitur, Si uis esse perfectus, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ueni sequere me. Ad eum loquitur, qui uult esse perfectus, qui cum apostolis patrem, nauiculam & rete dimittit. Iste quem tu laudas, secundus & tertius gradus est, quem & nos recipimus, dũmodo sciamus prima secundis & tertijs præferenda. Nec à suo studio monachi deterrendi sunt à te lingua uiperea & morsu sæuissimo, de quibus argumentaris, & dicis: Si omnes se clauserint, & fuerint in solitudine, quis celebrabit ecclesias? quis seculares homines lucrifaciet? quis peccantes ad uirtutes poterit cohortari? Hoc enim modo si omnes tecũ fatui sint, sapiens quis esse poterit? Et uirginitas non erit approbanda. Si enim omnes uirgines

fuerint,nuptiæ non erunt:interibit humanum genus,infantes in cunis non uagient:obſtetrices abſq; mercedibus mendicabunt,& grauiſſimo frigore ſolus atq; contractus Dormitantius uigilabit in lectulo.Rara eſt uirtus,nec à pluribus appetitur.Atque utinam hoc omnes eſſent,quod pauci ſunt, de quibus dicitur: Multi uocati,pauci autem electi: uacui eſſent carceres.Monachus autem nõ doctoris, ſed plangentis habet officium:qui uel ſe uel mundũ lugeat, & domini pauidus præſtoletur aduentum: qui ſciens imbecillitatem ſuam, & uas fragile quod portat,timet offendere,ne impingat,corruat atq; frangatur. Vnde & mulierum maximeq; aduleſcentularũ uitat aſpectum, & intantum caſtigator ſui eſt, ut etiam quæ tuta ſunt pertimeſcat.Cur,inquies,pergis ad eremum? uidelicet ut te non audiam,non uideam,ut tuo furore non mouear,ut tua bella non patiar:ne me capiat oculus meretricis,ne forma pulcherrima ad illicitos ducat amplexus. Reſpondebis,hoc non eſt pugnare,ſed fugere. Sta in acie, aduerſarijs armatus obſiſte, ut poſtquàm uiceris, coroneris. Fateor imbecillitatem meam. Nolo ſpe pugnare uictoriæ,ne perdam aliquando uictoriam.Si fugero,gladium deuitaui:ſi ſtetero, aut uincendum mihi eſt, aut cadendum. Quid autem neceſſe eſt certa dimittere,& incerta ſectari? Aut ſcuto,aut pedibus mors uitanda eſt.Tu qui pugnas,& ſuperari potes,& uincere.Ego cum fugero,non uincar in eo quod fugio:ſed ideo fugio,ne uincar.Nulla ſecuritas eſt uicino ſerpente dormire. Poteſt fieri,ut me non mordeat:tamẽ poteſt fieri ut aliquando me mordeat.Matres uocamus ſorores & filias, & non erubeſcimus uitijs noſtris nomina pietatis obtendere.Quid facit monachus in cellulis fœminarum? quid ſibi uolunt ſola & priuata colloquia,& arbitros fugientes oculi? Sanctus amor impatientiam non habet. Quod de libidine diximus,referamus ad auaritiam,& ad omnia uitia quæ uitantur ſolitudine.Et id circo urbium frequentias declinamus, ne facere compellamur, quæ nos non tam natura cogit facere,quàm uoluntas Hæc (ut dixi) ſanctorum presbyterorum rogatu,unius noctis lucubratione dictaui, feſtinante admodum fratre Siſinnio, & propter ſanctorũ refrigeria ad Aegyptum ire properante:alioquin & ipſa materia apertam habuit blaſphemiam, quæ indignationem magis ſcribentis,quàm teſtimoniorum multitudinem flagitaret.Quod ſi Dominus tãtius in mea rurſus maledicta uigilauerit, & eodẽ ore blaſphemo,quo apoſtolos & martyres lacerat,de me quoque putauerit detrahendum,nequaquam illi breui lucubratiuncula, ſed tota nocte uigilabo, & ſocijs illius imò diſcipulis uel magiſtris: qui niſi tumentes uteros uiderint fœminarum,maritos earum Chriſti miniſterio arbitrantur indignos.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA

NVlta in orbe.) Mire à cõuicijs auſpicatur,idq; ſuo more. Centauros.) Centauri monſtra ſunt apud poetas,ſuperne homines,inferne beſtiæ.Onocentauri, inferne aſini.Hippocẽtauri,inferne equi. Sirenas, ululas) Sirenum fabula notiſſima eſt. Quãquam de nominibus animantium nõnihil uariant interpretes,niſi forte pro ululas, ſcribendũ eſt lamias:quarum meminit Eſaias, quas Hebræi furias eſſe putãt. Onocrotalos.) Aues ſunt mõſtroſæ,à ſtrepitu quem edunt,non ita diſſimilẽ aſino rudenti,ſic appellatæ. ὄνος aſinus, κροτεῖν plaudere ſiue ſtrepere. Iob Leuiathan) Nempe cap.iij.Behemoth cap.xl. Cerberum) Tricipitẽ canem apud inferos,quẽ Hercules extraxit in lucẽ. Stymphalidas) Aues prodigioſæ,quas Hercules occidit,ſimiles Harpyijs,à palu de ſic appellatæ. Aprum Erimanthium) Referetur & hic inter Herculis labores belua prodigioſæ magnitudinis,ab Erimantho ſic dictus. Leonem Nemæũ.) Eſt & hic inter huius labores,à Nemæa ſylua cognominatus, Chimæram.) Hoc monſtrũ ita deſcribit Ouidius: Quoq; Chimæra iugo medijs in partibus hircum,Pectus & oraleæ,caudam ſerpentis habebat. Quanquam poetæ in hoc monſtro deſcribendo uariant. Hydra multorum.) Hanc excetram Lerneam poſtremo labore uix deuicit Hercules. Cacum deſcribit Vergi.) Nempe Aeneidos lib. octauo, quem ſemihominẽ uocat, & ore uomentem ignem facit. Triformẽ Geryonem.) Huic Vergilius dicit fuiſſe tria corpora. Heſiodus τριπέφαλον uocat,id eſt, tricipitem. Et quomodo Euphorbus.) Euphorbus Panthoi filius,tempore Troiani belli fuit:cuius meminit Homerus.Huius animam in ſe demigraſſe dixit Pythagoras: & clypeum ſuum poſt tot annos agnouit,quo tum in bello fuerat uſus. Semen peſſimum.) Ita legis Eſaiæ cap.xiiij. Non uocabitur in terra ſemen peſſimorum: præparate filios eius occiſioni in iniquitate patris eorũ. Phaſides).Quas alias Phaſianos uocant,à Phaſide Scythiæ amne. Carnes ſuillas.) Sues in delicijs fuiſſe apud ueteres,multis locis teſtatur Lucianus,nominatim in Saturnalibus.Quin & Varro Pliniuſq; teſtantur,hoc animal epulis & conuiuijs nasci. Caupo Calagurritanus.) Ex Calagurra Hiſpaniæ

A Hiſpaniæ uico quídam natum autumant Quintilianum rhetorem, diſſentientibus nonnullis eruditis, qui hunc Romæ natum malint. Quanquam & auus & pater Quintiliani, Quintiliani dicti ſunt, non ignobiles & ipſi rhetores. Etiamſi Seneca negat referre, quomodo ſenior Quintilianus declamauerit. Vnde falſe Vigilantium mutum Quintilianum appellat Hieronymus, quod homo infans in ea regione cauponem ageret, quæ facundiſſimum rhetorem ædidiſſet. Et pro rhetore lepide ſuppoſuit cauponem. Strabo Calagurium uocat oppidum apud Vaſcones. Et Plinius libro quinto in citeriore Hiſpania ponit Calagurritanos. Miſcet aquam uino) Nam hæc eſt ars cauponum, quam hodie quoq; nimium callent. Idem poſtea fecit in ſcriptis, quod ante fecerat in caupona ſua: illic uitiarat uina, hic ſcripturas diuinas corrupit. Dauid, Idithun &c.) Palam eſt, non omnes pſalmos à Dauid eſſe compoſitos. Nam horum quoq; nomine reperiũtur aliquot. Mire autem iunxit pſalmos Dauid cum phialis & placentis, inter quas fœdæ cantiunculæ ſolent audiri. Nulli cœlibi) Suſpicantur enim aut ſcortatorem,
4 aut turpius aliquid eſſe, cui non ſit uxor: cum hoc habeant ſemel perſuaſum, neminem abſq; Veneris uſu uiuere. Equi inſanientes) Ita legis Hieremiæ capite quinto: Equi amatores & emiſſarij facti ſunt. Fieri enim poteſt) Propemodum fatetur, argumentum de matre & filia reconciliandis, ad morem ſchole declamatoriæ propoſitum fuiſſe. Quanquam hic quoq; uafre ludit, & data opera loquitur ambigue, quo pariter & candidus eruditusq; lector intelligat quid uelit, nec habeat tamẽ calumniator quod mordeat. Quod etiam ſi non ſignificaſſet Hieronymus, tamen ipſe libri guſtus hoc mihi perſuaſerat. Itaq; ſi ſubaudias, ſicut illam finxi, palam fatetur ſeſe illam finxiſſe. At ſi ſubaudias, dixit fictam, calumniam excludit, non agnoſcit crimen. Et uerbis & ſcientia) At huic Gennadius orationis politiem tribuit.

Conuenarum natus) Conuenæ dicuntur, qui è diuerſis mixti nationibus, in unam coaluerunt ciuitatem, qualis eſt origo Venetorum. Vectonibus, Arbacis.) Vecton ũmeminit Strabo lib. iij. Sunt in Hiſpania uicini Celtiberis. Quanq; hic locus habebatur uarie confuſus. Incurſet Galliarum eccl.) Quod iſti in finitimos Gallos latrocinijs incurſare conſueuerint. Sui nominis) Nam Pompeiopolis dicta, quam Pompeius uictis piratis poſſidendam tradidit, olim Solos dictam, & Rhodijs atq; Argi-
5 uis poſſeſſam. Moti capitis.) id eſt, inſanum: ſic & commotæ mentis uocat Horatius: & Hippocratem pro quouis medico poſuit. Balſamum & Barbelum) Hæc ſunt illa prodigioſa uocabula, quæ Baſilidiani, uelut ex Hebræorum fontibus hauſta cõmenti fuerant, ad decipiendos ſtultiſſima ſuperſtitione ſimplices: de quibus alias à nobis eſt dictum. Huius generis erat & Abraxas & Leuſibora.

Theſaurum Manichæi.) Nam is uelut in æterno quodam theſauro duas naturas repoſitas eſſe uo-
B luit, quarum una eſſet principium omnis mali, altera principium omnis boni. Hæc quoniam ſunt ridicula commenta hominum, & tamen literis prodita, Hieronymus confert cum his libris, quos citabat Vigilantius. Vicinusq; Hiberiæ) Quod quicquid uehementer friuolum ſit ac portentoſum, Hiberas nænias uocent. Porrò quæ Baſilides tradidit & Manichæus, non ſolum impia ſunt, ſed multo magis prodigioſa, ueluti trecentos ſexaginta quinq; cœlos eſſe: & mundum hunc nõ à deo fuiſſe creatum, ſed ab extremo illo cœlo. Et Chriſtum non fuiſſe crucifixum à Iudæis, ſed Simonem Cyrenenſem. Et duo inter ſe pugnantia principia: lunam & ſolem, duas eſſe naues de pura dei ſubſtantia fabricatas, quibus animæ in proprias ſedes reuehantur. Ex quinq; elementis, quinq; progenitos principes tenebrarum, atq; id genus innumera deliramenta. In ultimas terras,) Erat olim ſupplicij genus, deportatio. Porrò grauiſſimum deportationis genus erat, ſi quis relegatus fuiſſet in extremas ſolitudines.

6 Scorpiacum) Hunc titulum indiderat ſuo uolumini, quod remedium ineſſet aduerſus ictum ſcorpij. Nam habentur apud Italos parata in hunc uſum remedia. Ne maritali) Aut legendum eſt, ne niſi maritali & caut ne maritale recludatur conclaue. Te eſſe Mercurium) Quod is præfectus ſit lucris: & Vigilantium fecit cauponem. Aut Nocturnum.) Sic Plautus appellat deum, qui noctẽ moderatur. Ad hunc enim modum in huius Amphitryone loquitur Soſia ſeruus, Credo ego hac nocte Nocturnum obdormiſſe ebrium. Quanq; in nonnullis codicibus ſcriptum erat, Nocturninum. Duas noctes.) Nam una nox uidebatur anguſtior, ut ingẽs ille Hercules, & tot certaminibus ſuffecturus naſceretur. Itaq; Mercurius concumbente Ioue noctẽ ſtare iuſſit, atq; hinc παννύχιος Græcis eſt dictus. Libertum patrẽ) Sic poetæ uocant Bacchũ uini deum. Effrenatisq; conuicijs) Reſpexit ad ueterẽ conſuetudinẽ, qua ſcõmata in obuiũ quemq; magna libertate iaciebantur ab his qui Bacchi ſacra peragebãt.

ANTIDOTVS. In hoc libello ſcribit, martyres non eſſe adorãdos. Ait enim: Quis enim ὁ inſanum caput, aliquando martyres adorauit? Verum de eo genere ſenſit adorationis, quod uni deo præſtatur: id quod liquet ex his quæ mox ſubijcit: Quis hominẽ putauit deum? Præterea uidetur in hac eſſe opinione, ut putet ſuperſtitioſum, accẽdere cereos in honorem ſanctorum luci: nec accẽdendos, niſi in ſolatium noctis, cum hodie præcipuus cultus ſacrorum ſit in cereis. Verum apparet hanc conſuetudinem eo ſeculo magis toleratam fuiſſe, & comprobatam: & multa cõmutat ætas. Præterea, quod ſcribit, monachi inſtitutum infirmitatis eſſe, quaſi non ſit perfectionis, hoc modeſtiæ cauſa ad ſuam perſonam retulit. Num qui fugit omnem peccandi occaſionem, nec aliter putat ſe bonum eſſe, niſi malefacere nõ liceat: is imbecillitatem ſuam uidetur agnoſcere, & ſuis diffidere uiribus.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Refellit paucis Montani hæretici dogmata, & in quibusdam in quibus uidebatur ecclesiastica consuetudo nonnihil conuenire cũ illius institutis, ostendit quid interlit inter illius errores & ecclesiæ sententiam. Licet autem conijcere, Marcellam ob id admonuisse Hieronymum, quod quidam calumniarentur, eum de monogamia cum Montani sectatoribus consentire.

HIERONYMVS AD MARCELLAM ADVERSVS MONTANVM

TEstimonia de Ioannis Euangelio congregata, tibi quidam Montani sectator ingessit, in quibus saluator noster se ad patrem iturum missurumq; paracletum pol- 1
licetur. Quæ in quod promissa sint tempus, & quo completa sint tempore, apostolorum acta testantur. Decima die dixit post ascensum domini, hoc est quinquagesima post resurrectionem spiritum sanctum descendisse, linguasq; credentium esse diuisas, ita ut unusquisq; omnium gentium sermone loqueretur: quando quidam adhuc parum credentium, musto eos ebrios asserebant: & Petrus stans in medio apostolorum omnisq; cõuentus, ait: Viri Iudæi, & omnes qui habitatis in Hierusalem, hoc uobis notum sit, & auribus percipite uerba mea. Non enim sicut uos existimatis hi ebrij sunt: nam est hora diei tertia: sed hoc est quod dictum est per Ioel prophetam: In nouissimis diebus, dicit dominus, effundam de spiritu meo in omnem carnem: & prophetabunt filij, & filiæ eorum: & iuuenes uisiones uidebunt, & seniores somnia somniabunt: & quidem in seruos meos & ancillas meas effundam de spiritu meo. Si igitur apostolus Petrus, super quem dominus fundauit ecclesiã, & prophetiam & promissionem domini, illo tempore cõpletam memorauit, quomodo possumus nobis aliud tempus uindicare? Quod si uoluerint respondere, & Philippi deinceps quatuor filias prophetasse, & prophetam Agabum reperiri, & in diuisionibus spiritus inter apostolos & doctores, prophetas quoq; apostolo scribẽte formatos: ipsumq; Paulũ apostolum, multa de futuris hæresibus, & de fine seculi prophetasse: sciant à nobis non tam prophetiã repelli, quæ domini est signata passione: cq; eos non recipi, qui cum scripturæ ueteris & nouæ autori D
tate non congruant. Primum in fidei regula discrepamus, Nos patrem & filium & spiritum sanctum in sua unumquemq; persona ponimus, licet substantia copulemus: illi Sabellij dogma sectantes, trinitatem in unius personæ angustias cogunt. Nos secundas nuptias nõ tam 2
appetimus, quàm concedimus, Paulo iubente, ut uiduæ adulescentulæ nubãt: illi intantum putant scelerata cõiugia iterata, ut quicunq; hoc fecerit, adulter habeatur. Nos unam quadragesimam secundum traditionem apostolorum, toto anno, tempore nobis congruo, ieiunamus: Illi tres in anno faciunt quadragesimas, quasi tres passi sint saluatores. Non quo & per totum annum, excepta Pentecoste ieiunare non liceat: sed quod aliud sit necessitate, aliud uoluntate munus offerre. Apud nos apostolorũ locum episcopi tenent: apud eos episcopus tertius est. Habent enim primos de Pepusa Phrygiæ patriarchas. Secundos, quos appellant Cenones: atq; ita in tertium, id est penè ultimum locum episcopi deuoluũtur: quasi exinde 3
ambitiosior religio fiat, si quod apud nos primum est, apud illos nouissimum sit. Illi ad omne penè delictum ecclesiæ obserant fores, nos quotidie legimus: Malo pœnitentiam peccatoris, quàm mortem. Et nunquid qui cadet, non resurget, dicit dominus? Et conuertimini ad me filij conuertentes, & ego curabo contritiones uestras. Rigidi autem sunt, non quo & ipsi peiora non peccent: sed hoc inter nos & illos interest, quod illi erubescunt confiteri peccata, quasi iusti: nos dum pœnitentiam agimus, facilius ueniam promeremur. Prætermitto scelerata mysteria, quę dicũtur de lactente puero: & de uicturo martyre cõfarrata. Malo inquam non credere: sit falsum omne quod sanguinis est. Aperta est conuincẽda blasphemia dicẽtium, deum primum uoluisse in ueteri testamẽto per Moysen & prophetas saluare mũdum: sed quia nõ potuerit explere, corpus sumpsisse de uirgine, & in Christo sub specie filij prædicantem, mortem obisse pro nobis. Et quia per duos gradus mundum saluare nequiuerit, ad extremum per spiritum sanctum in Montanum, Priscam & Maximillam insanas fœminas descendisse, & plenitudinem quam Paulus nõ habuerit, dicẽs: Ex parte cognoscimus, &

ex

A ex parte prophetamus: & nũc uidemus per ſpeculum in ænigmate, abciſum & ſemiuirum habuiſſe Montanum. Hæc ſunt quæ coargutione non indigent: perfidiam eorum expoſuiſſe, ſuperaſſe eſt. Nec neceſſe eſt ut ſingula deliramenta quæ proferunt, breuior epiſtolæ ſermo ſubuertat, cum & tu ipſas ſcripturas apprime tenens, non tam ad eorum mota ſis quæſtiones, cꝫ quid ſentirem à me uolueris ſciſcitari.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA

1 INgeſſit.) Recte ingeſſit, de re improba ac moleſta. In hoc autem ingeſſerat, ut oſtenderet quæ illic promittuntur, in apoſtolis nondum fuiſſe completa. Nam ille promiſerat: Ille uos docebit omnia, & apoſtoli quædam ignorabant. Ioel prophetam.) Eſt apud hunc capite ſecundo. Super quem fundauit) Hoc in præſentia detorquet ad commendationem Petri. Neꝫ enim Petrus eſt fundamentum eccleſiæ, cum Paulus dicat: Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Nam quod in Euãgelio dictum eſt: Et ſuper hanc petram fundabo eccleſiam meam: ego, ſaluo aliorum iudicio, intelligo, ſuper iſtam de me confeſſionem, quam Petrus afflatus à patre pronunciarat: Tu es Chriſtus filius dei uiui: per quam Petrus erat ſolidus, & nõ arundo, uulgarium opinionum uentis agitata. Nam quod hic Petro dixit dominus, Beda putat ad omnes apoſtolos pertinere: preſertim cum idem poſtea, mandans illis apoſtolicum munus: Accipite ſpiritum ſanctum: quorum remiſeritis &c. omnibus ex æquo mandet. Porrò quod poſtea ſit caput conſtitutum, id Hieronymus putat in ſchiſmatis remedium eſſe factum. Et Philippi dein) Legis in Actis apoſtolorũ capite uiceſimoprimo. Et prophetam Aga-
2 bum) Is prædixit famem futuram in toto orbe. Legis in Actis apoſtolorum capite undecimo. Illi Sabellij dogma.) Hæc hæreſis à uarijs autoribus, ſed idem ſentientibus diuerſa reperit cognomina. Nam eadem & Sabelliana & Noetiana uocatur. Docebant Chriſtum eundem eſſe patrem & filium & ſpiritum ſanctum, ut refert Auguſtinus in libro ad Quoduultdeum. Coniugia iterata.) Cataphryges enim, quos Montanus induxit, iteratas nuptias pro fornicatione habebant. Excepta pentecoſte.) Id eſt, quinquageſima: ſic enim appellat interuallum inter paſcha & diem pentecoſtes. De Pepuſa Phrygię) Montanus Phryx erat, unde & huius ſectatores, ut modo dixi, Cataphryges ſunt dicti. Cæte-
B rum Pepuſam quidam arbitrantur Montani uillam fuiſſe, & prophetiſſarum illius Maximillæ & Priſcillæ, quam ob id appellarint Hieruſalẽ, quod illic uixerit, in quem ſpiritus ſanctus à Chriſto promiſſus deſcenderit. Vnde & Pepuſani ſunt dicti. Apud hos & mulieres ſacerdotio funguntur. Autor Au-
3 guſtinus. Quos appellant Cenones) Vocabulo, ni fallor, Phrygio barbaroꝫ, quo magis ſit ridiculum. De laciente puero) Sanguinem quem minutis punctionibus foſſo pueri anniculi corpore excipiunt, miſcent farinæ, atꝫ inde panem conficiunt: unde conſecrant euchariſtiam. Quod ſi contingat puerum mori, pro martyre habetur: ſin uixerit, pro magno ſacerdote. Et ex parte prophetamus) Sic enim interpretantur, quod ſequitur: Cum autem uenerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt: quaſi Paulus ſcintillam duntaxat acceperit ſpiritus ſancti: in Montanum autem totus deſcenderit. Semiuirum) Quod Phrygij ſacerdotes Cybelis ſoleant caſtrari. Et abſurdum eſt, ei perfectum tribui, qui ipſe perfectus non fuerit uir, ſed ſemiuir. Ita Vergilius de Troianis, qui & ipſi Phryges uocantur, cum ſemiuiro comitatu.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Riparius presbyter ſummo ſtudio adnitebatur, ut eccleſias ab hæreticorum dogmatis purgaret. Vnde & aduerſus Vigilantium incitauerat Hieronymum: huic ſcripſerat de ſuo conatu, & uiciſſim ex Hieronymo cupiebat diſcere, quid actum eſſet de dogmatis Origenicis, quæ per Ruffinum & illius ſectatores inſtaurabantur.

HIERONYMVS RIPARIO

1 CHriſti te aduerſum hoſtes catholicæ fidei bella bellare, & tuis literis & multorũ relatione cognoui: uentoſcꝫ eſſe contrarios, & in perditionem mutuam fautores eſſe perditionis, qui defenſores ſeculi eſſe deberent: tamen ſcias in hac prouincia nullis humanis auxilijs, ſed proprie Chriſti ſententia pulſum eſſe, non ſolum de urbe, ſed de Palæſtinæ quoꝫ finibus Catilinam: noſcꝫ dolere plurimũ, quod cum
2 Lentulo multi coniurationis ſocij remanſerunt, qui in Ioppe remorantur. Nobis autem melius uiſum eſt locum mutare, quàm fidei ueritatem: ædificiorumcꝫ & manſionis amœnitatem amittere, quàm eorum communione maculari, quibus impræſentiarum, aut cedendum erat, aut certe quotidie non lingua, ſed gladijs dimicandum. Quanta autem paſſi ſimus, & quomodo excelſa manus Chriſti pro nobis in hoſtẽ ſæuierit, puto te celebri nũcio omnium cognouiſſe

cognouisse. Quæso ergo te,ut arreptum opus impleas: nec patiaris te præsente non habere Christi ecclesiam defensorem. Certe scit unusquisque quod uel tibi sufficiat pro uirili parte quia non uiribus corporis,sed charitate animi dimicandum, quæ superari nunquam potest. Sancti fratres,qui cũ nostra sunt paruitate,plurimũ te salutant.Puto aũt & sanctum fratrem Alentium diaconum tuæ dignationi cuncta narrare fideliter.Incolumem te & memorẽ mei, Christus dominus noster tueatur omnipotens,domine uere sancte & suscipiende frater.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA

CHristi te)Christi bella uocat dimicationes aduersus hæreticos. Ventos esse contrarios.) Quia parum succedebat, idq; propter studia fauentium, & inter se dissidentium episcoporum. Defensores seculi)id est, suorum temporum:nimirum aut episcopos intelligit,aut imperatores,inter quos & ipsos sæpe dissidium erat,& aliquoties hæreticis fauebant,præsertim Arianis. Finibus Catilinam)Ruffinum,ni fallor,sentit. Verum ob metum usus est allegoria, quod fere facit, quoties illum insectatur:cuius dogmata primum prodita sunt,ac damnata opera Marcellæ.Deinde in Syria quoq; propulsata,Epiphanij opera & Theophili episcopi Alexãdrini, neq; non opera Paulæ & diui Hieronymi.Nam cœperat ea pestis late iam serpere. Pulchre autẽ quadrat, quod ut Catilinæ coniuratio, ita horum hæresis per fœminam detecta fuerit, Nisi forte totum hunc locum mauis ad Arianam referre hæresim,& pulsum Catilinam, ad Arium ipsum presbyterum Alexandrinum. Cum Lentulo)Ita uocat socios Arij,qui illius dogma defendebant. In Ioppe.)Oppidum est maritimum Palæstinæ,siue quia uere illic resederant amici Arianorum,siue quod innuat,eos ipsos paratos ad fugam:sed magis opinor, uere, quod Hieronymus ob illorum uicinią cogatur mutare locum.

Non lingua,sed gladijs)Nam Ruffinus per literas Hieronymo mortem fuerat minatus. Nisi,ut dixi,mauis de Arianis,qui rem ferro gerebant plerunq;. Atq; hæc sententia mihi magis probatur,quod opinor,cum hæc scriberet Hieronymus,adhuc illi conuenisse cum Ruffino.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

De eadem re tractat,de qua superior,licet stilus non admodum sapiat Hieronymum,tamen suo loco reliquimus. Alioquin ubi legimus Hieronymi domum,hæreticorũ persecutionibus fuisse subuersam: Nisi forte hoc sentit de mutata sede,qua de re meminit in epistola superiore.

HIERONYMVS APRONIO

NEscio qua tentatione diaboli factum sit,ut & tuus labor,& sancti Innocentij presbyteri industria, & nostrum desiderium ad præsens nequaq; uideatur habere effectũ.Deo gratia,quod te sospitem & fidei calore feruentẽ,inter ipsa tẽtamenta diaboli cognoui.Hoc meũ gaudium est, quãdo in Christo audio filios meos dimicare:& istum zelum in nos ipse confirmet,cui credimus: ut pro fide eius sanguinem uoluntarie fundamus.Euersam nobilẽ domũ funditus doleo:& tamẽ quid in causa sit,scire non potui.Neq; enim portitor literarum nosse se dixit. Vnde dolere possumus pro amicis cõmunibus & Christi,qui solus potens & dominus est,& eius clementiam deprecari:licet ex parte dei mereamur offensam,qui inimicos domini fouerimus.Optimum autem facies, si cunctis rebus omissis Orientem & præcipue sancta loca petas, hic enim quieta sunt omnia. Et licet uenena pectoris non amiserint,tamen os impietatis nõ audent aperire:sed sunt sicut aspides surdæ & obturantes aures suas.Sanctos fratres saluta. Nostra autem domus secundum carnales opes, hæreticorum persecutionibus penitus euersa, Christo propitio spiritalibus diuitijs plena est.Melius est enim panem manducare,quàm fidem perdere.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Hanc epistolam scripsit,cum primum in Syriã demigrasset,& in ea habitaret parte,qua Antiochiæ proxima est.Quo tempore factiones Arianorum quanq; expulsæ pleriscq; locis,tamẽ in aliquot adhuc ecclesijs aut regnabant, aut ambiebant regnum. Antiochena ecclesia iam pridem magnis rerum uicibus iactata,uidebatur adhuc Arianam hæresim sapere,& tres hypostases ab omnibus exigebat. Eam professionem Hieronymus suspectam habens, consulit Damasum Romanæ urbis episcopum,ut suis literis significet,num eam sequi debeat:præmonens illum,uenenum latere in uerbis,ne Campensibus id ambientibus assentiatur. Est autem epistola accuratius scripta,utpote ad eruditum pontificem,de re quæ cordi erat.

Hieronymus

A
1 QVoniam uetuſto Oriens inter ſe populorum furore colliſus, indiſciſſam domini tunicam,& deſuper textam,minutatim per fruſtra diſcerpit: & Chriſti uineam exterminant uulpes,ut inter lacus contritos,qui aquam non habẽt,difficile, ubi fons ſignatus,& hortus ille concluſus ſit,poſſit intelligi:Ideo mihi cathedram Petri & fidem apoſtolico ore laudatam cenſui conſulendam: inde nunc meæ animæ poſtulans cibum, unde olim Chriſti ueſtimenta ſuſcepi. Neq; uero tanta uaſtitas elementi liquentis, & interiacens longitudo terrarum,me à precioſæ margaritæ potuit inquiſitione prohibere. Vbicunq; fuerit corpus,illuc congregantur aquilæ. Profligato à ſobole mala patrimonio: apud uos ſolos incorrupta patrum ſeruatur hæreditas. Ibi ceſpite terra fœcundo, dominici ſeminis puritatem centeno fructu refert.Hic obruta ſulcis frumenta in lolium auenasq; degenerant.Nunc
2 in occidente ſol iuſticiæ oritur: in Oriente autem Lucifer ille qui ceciderat, ſupra ſydera poſuit thronum ſuum.Vos eſtis lux mundi,uos ſal terræ, uos aurea uaſa & argentea:hic teſtacea uaſa uel lignea, uirgam ferream & æternum operiuntur incendium. Quanquam igitur tui me terreat magnitudo,inuitat tamen humanitas.A ſacerdote uictimam ſalutis,à paſtore præſidium ouis flagito.Faceſſat inuidia:Romani culminis recedat ambitio, cũ ſucceſſore piſcatoris,& diſcipulo crucis loquor.Ego nullum primum, niſi Chriſtum ſequens,beatitudini tuæ,id eſt,cathedræ Petri communione conſocior: ſuper illam petram ædificatam eccleſiam ſcio. Quicunq; extra hanc domum agnum comederit, prophanus eſt. Si quis in arca Noe
3 non fuerit,peribit regnante diluuio. Et quia pro meis facinoribus ad eam ſolitudinem commigraui, quæ Syriam iuncto Barbariæ fine diſterminat: nec poſſum ſanctum domini toti interiacentibus ſpatijs à ſanctimonia tua ſemper expetere:ideo hic collegas tuos Aegyptios confeſſores ſequor: & ſub onerarijs nauibus, parua nauicula deliteſco. Non noui Vitalem,
4 Meletium reſpuo,ignoro Paulinum.Quicunq; tecum non colligit,ſpargit:hoc eſt,qui Chri
B ſti nõ eſt,Antichriſti eſt.Nunc igitur prohdolor poſt Nicenam fidem, poſt Alexandrinum
5 iuncto pariter Occidente decretum,trium hypoſtaſeon ab Arianorum præſule & Campenſibus nouellum à me homine Romano nomẽ exigitur. Qui quæſo iſta apoſtoli prodidere? Quis nouus magiſter gentiũ Paulus hæc docuit? Interrogemus, quid tres hypoſtaſes poſſe arbitrentur intelligi. Tres perſonas ſubſiſtẽtes aiunt. Reſpondemus nos ita credere. Non ſufficit ſenſus, ipſum nomen efflagitant:quia neſcio quid ueneni in ſyllabis latet. Clamamus, ſi quis tres hypoſtaſes,aut tria enypoſtata, hoc eſt, tres ſubſiſtentes perſonas non confitetur, anathema ſit.Et quia uocabula non ediſcimus,hęretici iudicamur.Si quis autem hypoſtaſin
6 uſian intelligens,non in tribus perſonis unam hypoſtaſin dicit,alienus à Chriſto eſt: & ſub hac cõfeſſione uobiſcum pariter cauterio unionis inurimur. Diſcernite ſi placet obſecro,non timebo tres hypoſtaſes dicere:ſi iubetis,condatur noua poſt Nicenam fides: & ſimilibus uerbis,cum Arianis cõfiteamur orthodoxi. Tota ſecularium literarum ſchola nihil aliud hypoſtaſin,niſi uſiã nouit. Et quis rogo ore ſacrilego tres ſubſtantias prædicabit? Vna eſt dei & ſola natura,quę uere eſt. Id enim quod ſubſiſtit,nõ habet aliunde,ſed ſuũ eſt. Cætera quę creata ſunt,etiam ſi uidentur eſſe non ſunt,quia aliquando nõ fuerunt:& poteſt rurſum non eſſe, quod non fuit. Deus ſolus qui æternus eſt,hoc eſt qui exordiũ non habet,eſſentiæ nomẽ uere tenet. Idcirco & ad Moyſen de rubo loquit̃: Ego ſum q ſum. Et rurſum: Qui eſt,me miſit. Erãt utiq; tũc angeli,cœlũ,terra,maria. Et quomodo cõmune nomẽ eſſentiæ, ꝓprie ſibi uiñ dicat deus? Sed quia illa ſola natura eſt perfecta,& in tribus perſonis deitas una ſubſiſtit,quę eſt uere & una natura eſt: quiſquis tria eſſe,hoc eſt tres eſſe hypoſtaſes,id eſt,uſias dicit:ſub nomine pietatis,tres naturãs conatur aſſerere. Et ſi ita eſt:cur ab Ario parietibus ſeparamur, perfidia copulati? Iungantur cum beatitudine tua Vrſicinus,cũ Ambroſio ſocietur Auxentius. Abſit hoc à Romana fide:ſacrilegium tantũ religioſa populorũ corda nõ hauriant. Sufficiat nobis dicere,unã ſubſtantiã,tres perſonas ſubſiſtẽtes,perfectas,æquales,coæternas. Taceantur tres hypoſtaſes:ſi placet,& una teneatur. Non bonæ ſuſpitionis eſt,cũ in eodem ſenſu uer-

ſu uerba diſſentiunt. Sufficiat nobis memorata credulitas. Aut ſi rectum putatis tres hy/ t
poſtaſes cum ſuis interpretationibus debere nos dicere, non negamus. Sed mihi credite, ue/
nenum ſub melle latet, transfigurauit ſe angelus ſatanæ in angelum lucis. Bene interpretan/
tur hypoſtaſin, & cum id quod ipſi exponunt habere me dicã, hæreticus iudicor. Quid tam
anxie unum uerbum tenẽt? Quid ſub ambiguo ſermone latitant? Si ſic credunt, ut interpre/
tantur, non damno quod retinent. Si ſic credo, ut ipſi ſentire ſe ſimulant, permittant & mihi
meis uerbis ſuum ſenſum loqui. Quamobrem obteſtor beatitudinem tuam per crucifixũ,
mundi ſalutem, per homouſion trinitatem: ut mihi epiſtolis tuis, ſiue tacendarum, ſiue dicen
darum hypoſtaſeon detur autoritas. Et ne forte obſcuritas loci in quo dego te fallat, per ba/
iulos literarum ad Euagrium presbyterum, quem optime noſti, dignare ſcripta tranſmittere:
ſimul etiam cui apud Antiochiam debeam communicare ſignifices: quia Campenſes cum
Tharſenſibus hæreticis copulati, nihil aliud ambiunt, quàm ut autoritate communionis ue/
ſtræ fulti, treis hypoſtaſes cum antiquo ſenſu prædicent.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA

VEtuſto) Nam antiquiſſimæ hæreſes ex oriente ſunt ortæ, hoc eſt, Syria Phrygiaq; Indiſ/ 1
ſciſſam.) Sic enim interpretatur domini tunicam inconſutilem: nempe concordiam eccle/
ſiæ catholicæ. Et Chriſti uineã.) interpretatur illud quod eſt in cãtico myſtico capite ſecũ
do. Capite nobis uulpes paruulas, quæ demoliuntur uineas, Lacus contritos) Alludit, ni
fallor, ad illud quod eſt in epiſtola Petri ſecunda capite ſecundo. Hi ſunt fontes ſine aqua, & nebulæ tur
binibus exagitatæ. Quibus uerbis hæreticos deſcribit. Sed originalis locus eſt Hieremiæ capite ſecun
do. Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non ua/
lent aquas. Meminit & Zacharias lacus nõ habentis aquam, capite ſeptimo. Fons ſignatus) Hunc
opponit lacubus cõtritis, & eccleſiæ ueritatẽ intelligit. Elemẽti liquentis) Sic appellat mare: ita Ver/
gilius: Camposq; liquentes. Vbicunq; fuerit corpus) Locus eſt Lucæ capite decimoſeptimo. Cor/
pus, intelligit Chriſtum, aquilas pios, Iuxta illud: Sanctorum uelut aquilæ iuuentus renouabitur.

Profligato) Id eſt, profuſo. Alluſit ad parabolam euangelicam de filio prodigo & frugi. Patrum
ſeruatur) Opinor legendum, patris. Meminit enim parabolæ euangelicæ. Seminis puritatem.) Se/ D
men accipit, euangelicam doctrinam. Atq; hæc mira extulit grandiloquentia, pompaq; uerborum.

Obruta ſulcis) Conduntur enim ſemina, idq; in ſulcis arui potiſſimum. In lolium auenasq;.) Ele/ 2
ganter dixit, degenerant. Nam hæc non ſunt ſui generis, ſed ex degenerantibus frumentis, & uelut in
aliam ſpeciem tranſeuntibus. Idcirco ſuperius dixit, referunt puritatem, quod oppoſuit degenerationi.

Nunc in occidente.) Nam Romam in occidente ponunt, & occidentalis uocatur eccleſia. Hic fides
integra ſeruabatur, cum oriens uarijs erroribus diſſideret. Aurea uaſa) Alluſit ad locum qui eſt in ſe/
cunda ad Timotheum epiſtola capite ſecundo de uaſis diuerſis in magna domo. Virgam ferream)
Alluſit ad illud pſalmographi. Confringes eos in uirga ferrea. Et æternũ operiuntur) Hoc ad ligneа
uaſa retulit. A ſacerdote uictimam) Argutiſſima diſtributio: paſtoris eſt tueri gregem: ſacerdotis da
re uictimam. Victimam autem appellat ſacram doctrinam, qua populus paſcitur. Faceſſat inuidia)
Inuidiam uocat, atrocitatem & odium, quod odioſum ſit ad hunc modum interpellare Romanũ pon/
tificem. Et flagitamus, quod exigimus improbe. Cum ſucceſſore piſcatoris.) Oſtendit Romanum
pontificem oportere ab omni faſtu alieniſſimum eſſe, qui piſcatori ſucceſſerit, & qui crucifixi uices ge
rat, hoc eſt, humillimi. Super illam petram) Non ſuper Romam, ut arbitror. Nam fieri poteſt ut Ro; 3
ma quoq; degeneret, ſed ſuper eam fidem, quam Petrus profeſſus eſt, & quam hactenus Romana ſer/
uauit eccleſia, qua non alia minus laborauit hæreſibus. Extra hanc domum.) Hic Hieronymus om/
nino uidetur ſentire, omnes eccleſias debere ſubeſſe Romanæ ſedi, aut certe ab hac non alienas, quæ
peculiariter hoc apoſtolo gloriatur, qui inter apoſtolos primas tenuit, & ſic eſt orthodoxa, ut ſit ortho/
doxarum prima dignitate. Alluſit autem ad domum in qua Chriſtus cum duodecim apoſtolis come/
dit agnum paſchalem. Et quod legitur Exodi duodecimo de eſu Phaſæ, in una domo comedetur, nec
efferetis de carnibus eius foras. Pro meis facinoribus.) Id eſt, acturus pœnitentiam. Syriam
iuncto Barbariæ.) Eſt uaſtiſſima ſolitudo inter Syriam & Agarenos ſiue Saracenos, in qua primum
uixit Hieronymus: aut certe ſecundo, hoc eſt, poſt primam migrationem. Sanctum domini.)
Vult eximi à communione Antiochenæ eccleſiæ, & ſubijci Romanæ, Sanctum domini uocat corpus
Chriſti. Collegas tuos.) Adhærentes Romanæ ſedi confeſſores, uocat ſanctos monachos, uel poti/
us epiſcopos. Nam illic erat Theophilus Alexandrinus. Onerarijs nauibus.) Quæ maximæ ſunt.

Ignoro Paulinũ.) Is fuit Antiochenæ eccleſiæ epiſcopus à Lucifero inſtitutus, cæteri quoq; eiuſdẽ ec 4
cleſiæ fuerant epiſcopi, qui nec ipſi Arianæ hæreſeos nota caruerunt. Nam uitalis uigeſimus eiuſdem
eccleſiæ fuit epiſcopus, Paulinus uigeſimus ſecundus. Pro Mileſio repoſuimus Meletium, ex ipſo diui
Hieronymi

A Hieronymi Catalogo,in quo decem & ſeptem enumerat epiſcopos,quos hoſtes potius habendos putat quàm epiſcopos.Meletius autem prius Sebaſtæ Armeniorum epiſcopus,ab Arianis Antiochiam translatus fuit,in qua habita ſynodo,reiectoq; uerbo homouſij, Macedonianum dogma uindicarunt. Nicena Synodus)Ea prima fuit,ad quam conuenerant trecenti & octodecim epiſcopi:in hac damnatus eſt Arianus error de homouſio, hoc eſt,quo negabant patrem, filium & ſpiritum ſanctum eiuſdem eſſe eſſentiæ.Eſt autem Nicea oppidum Bithyniæ. Poſt Alexandrinum) Nam huius eccleſiæ primum fuerat presbyter Arius. Vnde depulſus totum fere mundum traxit in ſuum errorem,fauentibus aliquoties & imperatoribus.Ac parũ abfuit,quin Romam quoq; poſſederit.Vnde legimus, poſt damnatum in Nicena Synodo Arium, rurſum Alexandriæ conſediſſe epiſcopos,inter quos fuerint & Romani,aut certe occidentalis eccleſiæ nõnulli,& ob id ante collegas uocat.Id factum eſt Athanaſio ac cæteris epiſcopis per Conſtantem imperatorem ab exilio reuocatis. Trium hypoſtaſeon.) ὑπόστασις Græcis uarie ſignificat. Aliquando ſubſtantiam,ut in epiſtola ad Hebræos, χαρακτὴρ ὑποστάσεως; id eſt,figura ſubſtantiæ.Aliquoties fundamentum aut materiam,ut ad Hebræos: Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, ὑπόστασις. Et ad Corinthios, in hac ſubſtantia gloriæ, ἐν ταύτῃ ὑποστάσει. Philoſophi ſubſtantiam uocant, quæ non ſit accidens,uel quod per ſe ſit & non inſit, uel quod ſubſtet accidentibus.Græci tres hypoſtaſes ponunt,accipientes hypoſtaſin pro perſona.Porrò uox ea inaudita erat Romanis. Campenſibus nouellum)In fine huius epiſtolæ ſcribit,Campenſes cum Tharſenſibus hæreticis copulatos fuiſſe.Porrò campe Græce ſonat flexus, & Ptolemeus Campas Ciliciæ partem facit,ni fallor,eam,qua inflexo littore Iſſici ſinus deflectit ad Syriam, qua uicina eſt Antiochia iuxta Chalcidem. Vſian.) οὐσίαν, quod Quintilianus uertit eſſentiam. Nam hypoſtaſis ambiguum
6 eſt nomen. Cauterio unionis inurimur) Cauterium καυτήριον, ferrum eſt ignitum, quo inuruntur notæ.Id olim fiebat tyronibus ad militare ſacramẽtum admittendis. Ad quod hic alludit Hieronymus loquens de baptiſmo. Secularium lit.)Hoc eſt philoſophorum,ut dictum eſt. Vna eſt) Sic ordina.Vna & ſola dei natura eſt,hoc eſt uere habet eſſe. Quod ſubſiſtit)Exponit uocẽ hypoſtaſis dictã ἀπὸ τὸ ὑποστάναι, hoc eſt à ſubſiſtendo. Vrſinus)Vrſicinum opinor legendũ.Nam hic diaconus Damaſo in ſuſcipiendo pontificio cõpetitor fuit: res in baſilica Sicinini ferro geſta eſt, adeo ut multi utrinq; ceciderint.Sed uicit Damaſus, Vrſicinus in Neapolitanam eccleſiam transfertur.Apparet autem,hũc Vrſicinũ Arianę factionis fuiſſe,cuius fuit & Liberius,qui tertius à Damaſo præceſſit. Ambroſio ſocietur Auxentius)Auxentius præceſſit Ambroſiũ,ſed Arianæ factionis.Poſt cuius ferã mor-
8 tem Ambroſio ſubrogato,omnis Italia ad rectam fidem conuertitur. Per homouſiam.)Homouſion arbitror legendum. Nam eſt communis generis ὁμόσιον, ut ſit adiectiuum,ab ὁμοῦ ſimul & οὐσία eſſentia,hoc eſt eiuſdem ſiue conſimilis eſſentiæ. Obſcuritas loci) Quoniam in humili & ignoto loco latitabat.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Cum uehementer uexaretur Hieronymus,& Damaſus non reſponderet,de eadem re iterum interpellat,blandicijs & obteſtationibus adnitens ut impetret reſponſum.

HIERONYMVS DAMASO

1 IMportuna in euangelio mulier,tandem meruit audiri:& clauſo cum ſeruis oſtio, media licet nocte ab amico panes amicus accepit. Deus ipſe qui nullis contra ſe uiribus ſuperari poteſt, publicani precibus uincitur. Niniue ciuitas, quæ peccato perijt,fletibus ſtetit.Quorſum iſta tam longo repetita principio? uidelicet,ut paruum magnus aſpicias:ut diues paſtor morbidam non contemnas ouem. Chriſtus in paradiſum de cruce latronem intulit.Et ne quis aliquando ſeram conuerſionem putaret,fecit homicidij pœna martyrium. Chriſtus,inquam,prodigum filium reuertentem lætus amplectitur, & nonaginta nouem pecudibus derelictis, una ouicula quæ remanſerat, humeris boni paſtoris aduehitur.Paulus ex perſecutore fit prædicator,oculis carnalibus excęcatur,ut mente plus uideat:& qui uinctos Chriſti famulos ducebat ad concilium Iudæorum, ipſe poſtea etiam de Chriſti uinculis gloriatur.Ego igitur,ut ante iam ſcripſi, Chriſti ueſtem in Romana urbe ſuſcipiens,nunc Barbaro Syriæ limite teneor. Et ne putes alterius hanc de me fuiſſe ſententiam,quid mererer,ipſe conſtitui. Verum,ut ait gentilis poeta: Cœlum non animum mutat,qui trans mare currit. Ita me inceſſabilis inimicus poſt tergum ſecutus eſt, ut maiora
2 in ſolitudine bella nunc patiar.Hinc enim præſidijs fulta mundi Ariana rabies fremit. Hinc in tres partes ſciſſa eccleſia ad ſe rapere me feſtinat. Monachorum circa manentium, antiqua in me ſurgit autoritas. Ego interim clamito, ſi quis cathedræ Petri iungitur, meus eſt.

Meletius, Vitalis, atq; Paulinus tibi hærere se dicunt, possem credere si hoc unus assereret. c Nunc aut duo mentiuntur, aut omnes. Idcirco obtestor beatitudinem tuam, per crucem domini, per necessarium fidei nostræ decus, per passionem Christi, ut qui apostolos honore sequeris, sequaris & merito: ita in solio cum duodecim iudicaturus sedeas, ita te alius senem cum Petro cingat: ita municipatum cœli cum Paulo consequaris: ut mihi literis tuis apud quem in Syria debeam communicare significes. Noli despicere animam, pro qua Christus mortuus est.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA

IMportuna in euangelio) De Chananæa sentit, de qua legis Mat. xv. Et clauso cum ser.) 1 De improbo petitore panis: legis Lucæ cap. xi. De uinculis gloriatur.) Vinctus in domino: & in carceribus sæpe. Christi uestem) Nempe in baptismo, nisi mauis accipere de presbyterio. Hoc dicit ut ostendat à quo honore, quò se pœnitentiæ causa deiecisset. Syriæ limite) Qui Syriam à Saracenis disterminat. Quid mererer ipse) Suapte sponte relegatus fuit in uastam illam solitudinem, non ab alio damnatus, uelut pœnam irrogans sibi, quo peccata lueret adolescentiæ. Cœlum non animũ mutat) Horatij carmen ex Epistolis, in eos qui commutato loco putant se felicius uicturos, cum frustra mutetur cœlum, si idem animus circunferatur. Præsidijs fulta mundi) Hoc est fauore imperatoris & armis militum. In treis parteis.) Vel propter treis hypostases, uel 2 propter tres episcopos inter se certantes, Meletium, Vitalem atq; Paulinum. Ita in solio.) Obtestantis est sermo. Ita te alius.) Alludit ad prædictum à Christo Petri martyrium: Cum autem senueris, alius cinget te, & ducet quò non uis. Optat autem Damaso martyrium. Quid si quis ad eundem modum obtestatus fuisset Iulium secundum? Quid impetrasset? crucem opinor. Municipatum cœli.) Quod Paulus municeps fuerit Romanæ urbis, natus in Tharso Ciliciæ. Huc fortassis alludit Hieronymus, pro Roma supponens cœlum: alioqui non minus hoc quadrabat in Petrum quàm in Paulum: nisi forte respexit ad hoc quod est apud Paulum, ad Thessalonicenses tertio: ὑμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει: quod Hieronymus alicubi reddit municipatum, pro quo nostra æditio habet, conuersatio. Et Actorum uigesimo secundo πολίτης, uertitur municeps. Loquitur autem illic de se Paulus. D

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Nulla hæresis grauius afflixit totius orbis ecclesias, quàm Arianorum, adeo ut Romanum quoque pontificem & ipsos inuoluerit imperatores. Ac tota res pendebat à duobus uocabulis. Cæteri treis hypostases ob uocabuli nouitatẽ exhorrebant. Ariani ὁσίαν & ὁμοούσιον, uelut inauditas uoces refugiebant. Sed Ariani hoc fuere pestilentiores, quod secularibus literis & Aristotelicis argutijs essent instructi, quod hic & ipse testatur Hieronymus. Ea nata fuit ab Ario quodam Alexãdrinæ ecclesiæ presbytero, qui depulsus ab ecclesia, multos in suam traxit factionem. Aduersus quam Nicena Synodus primum collecta est, frequentissimo episcoporũ conuentu, damnatum Arianorũ dogma. Deinde uisum est, orbem in concordiã redigere, receptis qui uellent resipiscere. Id actũ est in concilio Ariminensi, sub Claudio. Recepti complures episcopi, qui cum Ario senserant Damnata Arij doctrina, pronunciata est catholica fides, in quam unanimiter conclamatum est ab omnibus. Solum id concessum Arianis petentibus, ut usiæ & homusij uocabulũ tolleretur, quod multos sua offenderet nouitate, præsertim cum cætera omnia conuenirent. Id tum studio pacis simpliciter donatum est, ne res pusilla obstaret publicæ concordiæ. At ex subdola pace natum est acrius bellum. Arianis eius synodi autoritatem ad suæ factionis patrocinium detorquentibus, ut erant callidi uafriq;. Proinde multis denuo cõcilijs actum est aduersus Arianos, quibusdam episcopis cõniuentibus, quibusdam palàm Arianam hæresim ut catholicam defendentibus. Sed Ario mortuo, plures episcopi restituti sunt ab exilio, inter quos præcipui Athanasius & Hilarius. Atq; rursum damnata passim synodis minoribus hæresi Arianorum, disputari cœptũ, an episcopi qui cũ Ario senserant, recipi debuerint non adempto prius honore episcopali. Nam nõ conuenire simul & pœnitentis agere personam & episcopi. Deinde an essent rebaptizandi, qui ab Arianis fuissent baptizati. Hieronymus non uult adimi honorem episcopo resipiscenti, in eo duntaxat casu. Deinde dissentiens à Cypriano & Hilario, nõ uult rebaptizari, quos Ariani baptizauerant. Atq; hisce de rebus disputat per dialogum, facitq; Luciferianum quempiam cum orthodoxo disputantem, perinde quasi res agatur in porticu quadam, frequenti hominum corona, & notarijs excipientibus quæ dicuntur, id quod fieri solitum in huiusmodi disputationibus, uel ex Augustini libris palã est. Inducit autem Luciferianum, cedentem minimeq; pertinacem, id quod non solent hæretici, nimirum quo certior esset uictoria. Porrò Luciferianorum hæresis nata est, ut putant, à Lucifero quodam episcopo Smyrnensi, qui prius in ecclesiasticam communionem clementer recepti, rursus in ueterem factionem relapsi

A lapsi sunt. At diuus Augustinus in libello ad Quoduultdeum miminit de Lucifero quodam episco/
po Caralitano: cuius tamen neq; Philaster nec Epiphanius ullam inter hæreticos fecerint mentionem.
Meminit huius & Platina in Liberio, sed inter eos qui in exilium fuerãt relegati, quod à Liberio missi
ad Constantium noluerint Nicenam damnare fidem. Meminit eiusdem & Hilarius in primo libro ad
Cæsarem Constantium, sed honorifice. Meminit & Hieronymus in appendice Chronicõn Eusebij,
Luciferi cuiusdam, qui post restitutum Athanasium fuerit unà cum Eusebio reuocatus. Meminit & in
Catalogo scriptorum illustrium: uerum hunc testatur nunquam Ariana prauitate cõtaminatum fuisse
quo loco mortem hominis recenset. Vnde palàm est, Augustinum ambiguitate nominis fuisse decep/
tum. Liber autem est in primis lectu dignus, quippe qui multa salutaria præcepta complectatur, de
uita episcoporum: uariam item suppeditet historiæ noticiam, de primis hæresibus, de actis synodi Ari
minensis. Atq; utinam diuus Hieronymus ad eundem modum cum cæteris quoq; disputasset, & mi/
nus conuiciorum ingessisset. Quanq; hoc uitij, si modo uitium fuit, ingenti cuidam & impotenti Chri/
stianæ fidei zelo condonari par est. Hic minus iniquus est in Arianos, forta sse ob id quod Arianorum
dogma uideatur ex Origenis haustum libris, & id temporis cupiebat Origenem ab omnibus legi, do/
ctrinæ duntaxat gratia. Nondum enim exarserat illa in Origenianum nomẽ inuidia. Cyprianum ami
cè excusat, at in Hilarium non sine stomacho loquitur.

HIERONYMI ORTHODOXI ET LVCIFERIANI DIALOGVS

1 PRoxime accidit, ut quidam Luciferi sectator, cum alio ecclesiæ alumno odiosa
loquacitate contendens, caninã facundiam exercuerit. Asserebat quippe uniuer
sum mundum esse diaboli: &, ut iam familiare est eis dicere, factum de ecclesia
lupanar. At ille econtrario rationabiliter quidem, sed importuno & loco & tem/
pore defendebat, non sine causa Christum mortuum fuisse, nec ob Sardorum tantum ma/
strucam dei filium descendisse. Quid plura? dum audientiam & circulum lumina iam in pla
teis accensa soluerent, & inconditam disputationem nox interrumperet, consputa penè inui/
cem facie recesserunt: hoc tamen his qui affuerunt statuentibus, ut in secretam porticum pri
B mo mane conueniretur. Quò cum iuxta placitum omnes conuenissent, uisum est utriusq; ser
monem à notarijs excipi. Atq; ita cunctis residẽtibus, Helladius Luciferianus dixit. Hoc pri
mum mihi responderi uolo, utrum Ariani Christiani sint, an non? ORTHOD. Ego plus,
inquit, interrogo, utrũ ne omnes hæretici Christiani sint? LVCIFERIANVS dixit, quem
hæreticum dixeris, Christianum negasti ORTHOD. dixit. Omnes ergo hæretici Chri/
stiani non sunt? LVCIF. d. Iam superius audisti. ORTHOD. d. Si Christi non sunt, dia
boli sunt. LVCIF. d. Nemo dubitat. ORTHOD. d. Si autẽ diaboli sunt, nihil refert hæretici
sint, an gentiles. LVCIF. d. Non refello. ORTHOD. d. Igitur præfixum inter nos habe/
mus, de hæretico sic loquendum, sicut de gentili. LVCIFE. d. Plane fixum. ORTHOD. d.
Quære nunc ut libet, quoniam inter nos constat hæreticos gentiles esse LVCIF. d. Quod
interrogatio mea cogere uolebat, expressum est, hæreticos Christianos nõ esse. Nunc restat
conclusio. Si Arriani hæretici sunt, & hæretici omnes gentiles sunt: & Arriani gentiles sunt.
Si autem Arriani gentiles sunt, & constat nullam societatem ecclesiæ esse cũ Arrianis, id est
cum gentilibus: manifestum est uestram ecclesiam quæ ab Arrianis, id est, à gẽtilibus, episco
pos suscipit, non tam episcopos recipere, quàm de capitolio sacerdotes: ac per hoc antichristi
magis synagoga, quàm Christi ecclesia debeat nuncupari. ORTHOD. d. Ecce impleta est
prophetia: Parauit mihi foueam, & ipse incidit in eam. LVCIF. d. Quo nam modo? OR/
THOD. d. Si Arriani, ut dicis gentiles sunt, & Arrianorum conuenticula castra sunt diabo/
li, quomodo in castris diaboli baptizatum recipis? LVCIF. d. Recipio, sed pœnitentem. OR/
THOD. d. Prorsus quid dicas non intelligis. Quisquam ne gentilem recipit pœnitentem?
LVCIF. d. Ego simpliciter in exordio sermonis omnes hæreticos gentiles esse respondi. Ve
rum quia captiosa interrogatio fuit primæ quæstionis, tibi palmam tradens, ad secundam ue
niam, in qua aio laicum ab Arrianis uenientem recipi debere pœnitẽtem, clericum uero non
2 debere. ORTHOD. d. Atqui in prima quæstione quam obtinuisse me dicis, etiam secun
dam obtinui. LVCIFE. d. Doce quomodo obtinueris. ORTHOD. d. Nescis & laicos

& clericos unum habere Christum,nec alium neophytis,alium episcopis esse deum? Cur ergo non recipiat clericos, qui recipit laicos pœnitentes? LVCIF. d. Non est episcopi,ipsum lachrymas fundere pro peccatis,& corpus attrectare domini. Non est episcopi ad fratrũ genua prouolui:& de sublimi loco eucharistiam ministrare populo. Aliud est lugere quod fueris,aliud neglecto peccato,in ecclesia uiuere glorioſum. Tu qui hesterno die sacrilegus creaturam dei filium prædicabas,qui quotidie peior Iudæis,blasphemiarum lapides in Christũ iaciebas:cuius manus sanguine plenæ sunt:cuius stilus lancea militis fuit,ad unius horæ cõuersionem uirginem ecclesiam,adulter ingredieris? Si peccasse te pœnitet, officium depone sacerdotis:si te non peccasse confidis,permane quod fuisti. ORTHOD. d. Rhetoricaris,& à disputationum spinetis, ad campos liberæ declamationis excurris. Verum desine quæso à communibus locis,& in gradum rursum ac lineas regredere:postea si placuerit,latius differemus. LVCIF.d. Nulla declamatio hic est.Dolor patientiam superat,propone ut libet,argumentare ut libet,nunquã persuadebis id esse episcopum, quod laicum pœnitentem. ORTH. d. Quoniam obstinate tenes aliam esse rationem episcopi,aliam laici ,ad cõpendium cõcertationis tribuo quod postulas:nec me pigebit locum te faciente,manum tecum conferere:Expone mihi quare laicum uenientem ab Arrianis recipias , episcopum non recipias? LVCIF. d. Recipio laicum, qui errasse se confitetur , & dominus mauult pœnitentiam peccatoris,q̃ mortem. ORTHOD. d. Recipe ergo & episcopum,qui & errasse se confitetur,& dominus mauult pœnitentiam peccatoris,quam mortem. LVCIF. d.Si errare se confitetur,cur episcopus perseuerat? Deponat sacerdotium , concedo ueniam pœnitenti. ORTH. d. Respondebo tibi & ego sermonibus tuis.Si laicus errasse se cõfitetur,quomodo laicus perseuerat?Deponat sacerdotium laici, id est, baptisma,& ego do ueniam pœnitenti. Scriptum est enim:Regnum quippe nos & sacerdotes deo patri suo fecit. Et iterum:Gentem sanctam,regale sacerdotium,populum acquisitum.Omne quod non licet Christiano, cõmune est tam D episcopo quàm laico.Qui pœnitentiam agit,priora contemnat.Si non licet episcopo pœnitenti perseuerare quod fuerat, non licet & laico pœnitẽti permanere in eo propter quod pœnitentiam confitetur. LVCIF. d.Recipimus laicos,quoniam nemo conuertetur si se scierit rebaptizandum,& ita fiet,ut nos simus causa perditionis eorum si repudientur. ORTHOD. d. Tu in eo quod recipis laicum,unam animam recipiendo saluas, & ego in recipiendo episcopum,non dicam unius ciuitatis populos,sed uniuersam cui præest prouinciam ecclesiæ socio, quem si repellam,multos secum in ruinam trahet. Quamobrẽ quæso uos ut eam rationem, quam in paucis recipiendis habere uos existimatis , etiam ad totius orbis salutem cõcedatis. Quod si displicet,& tam duri estis,imò tam irrationabiliter inclementes, ut eum qui dederit baptisma,hostem Christi:eum qui acceperit,filium putetis:nos nobis aduersa non facimus: aut episcopum cum populo recipimus quem facit Christianum:aut si episcopum non recipimus,scimus etiam nobis populum reiiciendum. LVCIF. d. Oro te nónne legisti de episcopis dictum: Vos estis sal terræ? Si autem sal infatuatum fuerit,in quo salietur? ad nihilũ est utile,nisi ut proiiciatur foras,& cõculcetur ab hominibus.Sed & illud,quod pro populo peccatore sacerdos deum exoret,ac pro sacerdote nullus sit alius,qui deprecetur. Quæ quidem duo scripturarum capitula in sententiam concurrunt unam. Nam ut sal omnem cibum condit,nec est aliquid per se tam suaue,quod absque eo gustum demulceat: ita mundi totius & proprie ecclesiæ condimentum episcopus est:qui si infatuatus fuerit, siue per negationem,siue per hæresim,siue per libidinem,& ut semel dicam,per uniuersa peccata,à quo alio poterit condiri, cum ipse fuerit omnium condimentum ? Sacerdos quippe pro laico offert oblationem suam,imponit manum subiecto,reditum sancti spiritus inuocat:atq; ita eum qui traditus fuerat satanæ in interitum carnis , ut spiritus saluus fieret , indicta in populum oratione, altario reconciliat: nec prius unum membrum restituit sanitati, quàm omnia simul membra confleuerint.Facile quippe ignoscit filio pater, cum mater pro uisceribus suis deprecatur.Si ergo hoc quem diximus gradu laicus pœnitens restituitur ecclesiæ: ibiq; sequitur uenia,ubi luctus

A luctus præceſſerat:manifeſtum eſt ſacerdotem de gradu ſuo motum,in eundem locum non poſſe reſtitui:quia aut pœnitens ſacerdotio carebit:aut in honore perſiſtens, reduci in eccleſiam non poterit per ordinem pœnitentis. Tu mihi nunc infatuato ſale, eccleſiæ ſaporem contaminas:tu cum qui proiectus foras, iacere deberet in ſtercore à cunctis hominibus conculcandus,ſuper altarium reponis? Et ubi erit illud Apoſtoli præceptum: Oportet epiſcopum eſſe ſine crimine,quaſi diſpenſatorem dei.Et iterum: Probet autem ſe unuſquiſq; & ſic accedat? Vbi dominica denunciatio eſt:ne miſeritis margaritas ueſtras ante porcos? Quod ſi de omnibus generaliter dictū intelligis, quanto magis de ſacerdotibus præcauendum eſt, cum etiam de laicis ſic cauetur? Separamini,inquit dominus per Moyſen,à tabernaculis iſtorum hominum duriſſimorum, & nolite tangi ab omnibus quæ ſunt eorum, ne ſimul pereatis in peccato eorum.Et rurſum in duodecim prophetis: Sacrificia eorum tanquam panis luctus, omnes qui manducant ea contaminabuntur. Et in euangelio dominus: Lucerna,inquit,corporis eſt oculus,id eſt,eccleſiæ lumen eſt epiſcopus. Si autē oculus tuus ſimplex eſt,totū corpus tuum lucidum erit.Sacerdote enim fidem ueram prædicāte,ex omnium corde tenebræ diſcutiuntur.Et cauſam reddit:Neq; enim lucerna accenditur & ponitur ſubter modium: ſed ſuper candelabrum,ut luceat omnibus qui in domo ſunt:hoc eſt, ideo deus ſcientiæ ſuæ igniculum in epiſcopo ſuccendit,ut non ſibi tantum luceat,ſed omnibus proſit. Et in conſequenti:Si,inquit, oculus tuus nequam fuerit,omne corpus tenebroſum eſt.Si autem lumen quod in te eſt tenebræ ſunt:ipſę tenebræ quantæ erunt? Et recte.Nam cum ideo epiſcopus in eccleſia conſtituatur,ut populum coerceat ab errore, quantus erit error in populo, cum errat ipſe qui doceat? Quomodo poteſt peccata dimittere,qui ipſe peccator eſt? quomodo ſanctum ſacrilegus faciet? unde ad me lumen introiet,cum oculus meus cęcus ſit? Proh dolor antichriſti diſcipulus eccleſiam Chriſti gubernat.Et ubi eſt illud,non poteſtis duobus dominis ſerui
B re? Sed & illud,quæ communicatio luci ad tenebras? qui conſenſus Chriſto ad Belial? Legimus in ueteri teſtamento: Homo in quo fuerit macula & uitium, non accedat offerre dona domino.Et rurſum: Sacerdotes qui accedunt ad dominum deum ut ſacrificent, mundi ſint, ne forte derelinquat eos dominus. Et in eodem:Et cum accedunt miniſtrare ſancta, non adducant in ſe delictum,ne moriantur.Et multa alia,quæ perſequi infinitum eſt, ſtudio breuitatis omitto.Neq; enim numerus teſtimoniorum,ſed autoritas ualet. Ex quibus oſtenditur uos per modicum fermentum totam eccleſiæ maſſam corrupiſſe: & de eius manu hodie euchariſtiam accipere, quem heri quaſi idolum reſpuebatis. ORTHOD. d. Multa quidem de ſacris uoluminibus memoriter copioſeq; dixiſti: ſed cum totum circumieris ſaltum, meis caſſibus concluderis. Sit quippe,ut uis,Arianorum epiſcopus hoſtis Chriſti,ſit infatuatum ſal,ſit lucerna ſine igniculo, ſit oculus ſine pupilla: nempe eò peruenies, ut ſalire non poſſit, qui ſal ipſe non habeat,non illuminet cæcus,non accendat extinctus. Tu autem cum conditum ab eo cibum deuores, cur inſulſum arguis conditorem? De igniculo eius eccleſia tua lucet,& lucernam eius criminaris extinctam? Oculos tibi præbet, & cæcus eſt? Quamobrem oro te, ut aut ſacrificandi ei licentiam tribuas, cuius baptiſma probas: aut reprobes eius baptiſma,quem nō exiſtimas ſacerdotem. Neq; enim fieri poteſt,ut qui in baptiſmate ſanctus eſt,ſit apud altare peccator. LVCIF. d. Sed ego recipio laicum pœnitentem per manus impoſitionem,& inuocationem ſpiritus ſancti,ſciens ab hæreticis ſpiritum ſanctum non poſſe conferri. ORTHOD. d. Omnes propoſitionum ueſtrarum calles ad unum compitum confluunt, & pauidorum more ceruorum dum uanos pennarum euitatis uolatus, fortiſſimis retibus implicamini. Nam cum in patre & filio & ſpiritu ſancto baptizatus homo templum domini fiat,cum ueteri æde deſtructa,nouum trinitatis delubrum ædificetur:quomodo dicis ſine aduentu ſpiritus ſancti apud Arianos peccata poſſe dimitti? Quomodo antiquis ſordibus anima purgatur,quæ ſanctum non habet ſpiritum? Neque enim aqua lauat animam, ſed prius ipſa lauatur à ſpiritu, ut alios lauare ſpiritualiter poſſit. Spiritus, inquit Moyſes,domini ferebatur ſuper aquas. Ex quo apparet baptiſma non eſſe ſine ſpiritu ſan-

cto. Bethesda lacus Iudææ nisi per aduentum angeli, debilitata corporaliter membra sana- c
re non poterat: Et tu mihi aqua simplici, quasi de balneo animam lotam producis. Ipse do-
minus noster Iesus Christus, qui non tam mundatus est in lauacro, quàm lauacro suo uni-
uersas aquas mundauit, statim ut caput extulit de fluento, spiritum sanctum accepit: non
quod unquam sine spiritu sancto fuerit, quippe qui de spiritu sancto in carne natus est: sed
ut illud nobis monstraretur uerum esse baptisma, quo spiritus sanctus adueniat. Igitur si
Arianus spiritum sanctum non potest dare, ne baptizare quidem potest, quia ecclesiæ ba-
ptisma sine spiritu sancto nullum est. Tu uero cum baptizatum ab eo recipias: & postea in-
uoces spiritum sanctum, aut baptizare eum debes, quia sine spiritu sancto non potuit ba-
ptizari: aut si est baptizatus in spiritu, desine ei inuocare spiritum, quem tunc cum baptiza-
retur accepit. LVCIFER. d. Obsecro te nónne legisti in Actibus apostolorum eos qui
iam à Ioanne baptizati fuerant, cum ad interrogationem apostoli respondissent: se nec audi
tu quidem comperisse, quid esset spiritus sanctus: postea fuisse spiritum sanctum consecu-
tos? Vnde manifestum est posse aliquem baptizari, & tamen nō habere spiritum sanctum.
ORTHODO. d. Non tam imperitos diuinorum uoluminum eos qui audiunt puto, ut ad
hanc quæstiunculam dissoluēdam longo sermone opus sit. Verum priusquam quid in eam
sententiam loquar, ausculta iuxta sensum tuum, quanta scripturarum turbatio oriatur. Quid
est hoc, quod Ioannes in baptismate suo alijs spiritum sanctum dare non potuit, qui Chri-
sto dedit? Et quis est iste Ioannes? Vox clamantis in deserto, parate uiam domini, rectas fa
cite semitas dei nostri: ille qui dicebat, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Minus di
co: ille qui ex matris utero clamabat: Et unde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me?
spiritum sanctum non dedit, quem Philippus diaconus eunucho dedit? quem Ananias
Paulo dedit? Audacter forsitan uidear Ioannem præferre cunctis. Audi dominum loquen-
tem: Non est in natis mulierum maior Ioanne Baptista. Nulli enim contigit prophetarum,
& annunciare Christum, & digito demonstrare. Et quid mihi necesse est in talis uiri laudi- D
bus immorari, cum à deo patre etiam angelus nuncupetur? Ecce, inquit, mitto angelum me-
um ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam. Planè angelum, qui post materni uentris
hospitium eremi deserta sectatus, paruulus de serpentibus lusit: qui oculis spectātibus Chri-
stum, nihil aliud est dignatus aspicere: qui eloquijs domini, quæ melle & fauo dulciora
sunt, dignam deo uocem erudiuit. Et ne quæstionem morer, sic decebat crescere præcursorem
domini. Iste ergo talis tantusq; spiritum sanctum non dedit, quem Cornelius centurio an-
tequam baptizaretur, accepit? Responde quæso cur non dederit? sed ignoras. Audi quid scri
pturæ doceant: Ioannis baptisma non tam peccata dimisit, quàm baptisma pœnitentiæ fuit
in peccatorum remissionem, id est, in futuram remissionem, quæ esset postea per sanctifica-
tionem Christi subsecutura. Scriptum est enim: Fuit Ioannes in deserto baptizans, & præ-
dicans euangelium pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Et post modicum: Et baptiza-
bantur ab eo in Iordane cōfitentes peccata sua. Vt enim ante præcursor domini ipse: sic & ba
ptisma eius præuiū dominici baptismatis fuit. Qui de terra est, aiebat, terrena loquitur: at
qui de supernis uenit, super omnes est. Et iterū: Ego baptizo uos in aqua, ille baptizabit uos
in spiritu. Si autem Ioannes, ut confessus est ipse, non baptizauit in spiritu: consequenter ne-
que peccata dimisit, quia nulli hominū sine spiritu sancto peccata dimittuntur. Aut si conten
tiose argumentaris, ideo Ioannis baptisma dimisisse peccata, quia de cœlis fuit: edoce quid
amplius in Christi baptismate cōsequamur: quod peccata dimittit, liberat à gehenna. Quod
à gehenna liberat, perfectum est. Perfectum autem baptisma nō est, nisi quod in cruce & in
resurrectione Christi est. Ita tu in peruersum duceris irreligiosus, dicente ipso Ioanne: Illum
oportet crescere, me autem minui: dum serui baptismo plusquam habuit tribuis, dominicum
destruis, cui nihil amplius relinquis. Quorsum ista tendit assertio? Videlicet, ut non tibi du-
rum uideatur, si hi qui à Ioanne fuerant baptizati, postea per impositionem manus aposto-
lorum, sint spiritum sanctum consecuti, cum constet eos ne peccatorum quidem sine subsecu
tura

A tura fide remiſſionem conſequutos. Tu uero qui ab Arrianis recipis baptizatum, & ei tribuis baptiſma, quod perfectũ eſt: quo pacto quaſi modicum quid ei defuerit, ſanctum aduocas ſpiritum, cum baptiſma Chriſti ſine ſpiritu ſancto nullum ſit? Verum lõgius exceſſi, & cum æqua fronte aduerſarij potuerim impetum ſubmouere, leuiora eminus tela direxi. Ioannis autem baptiſma intantum imperfectum fuit, ut conſtet poſtea Chriſti baptiſmate baptizatos, qui ab eo fuerãt baptizati. Ita enim hiſtoria refert: Factum eſt autem, cum Apollo eſſet Corinthi, & cum Paulus pertranſiret ſuperiores partes Aſiæ, deuenit Epheſum: & cum inueniſſet quoſdam diſcentes, dixit ad eos: Si ſpiritum ſanctum accepiſtis, cum credidiſtis? At illi reſponderunt: Sed nec ſi ſpiritus ſanctus ſit, audiuimus. Dixit autem ad eos: In quo ergo baptizati eſtis? Reſponderunt, in Ioannis baptiſmate. Dixit autem Paulus: Ioannes quidẽ baprizauit baptiſmo pœnitentiæ plebem, dicens in aduenientem poſt eum ut crederẽt, hoc eſt in Ieſum, in remiſſionem peccatorũ. His auditis baptizati ſunt in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Et cum impoſuiſſet illis manus Paulus, cõtinuo cecidit ſpiritus ſanctus ſuper eos. Si ergo baptizati ſunt uero & legitimo eccleſię baptiſmate, & ita poſtea ſpiritũ ſanctum conſecuti ſunt: & tu apoſtolorum ſequere autoritatem, & baptiza eos, qui Chriſti nõ habent baptiſma, & poteris inuocare ſpiritum ſanctum. LVCIF. d. Qui dormientes ſitiunt, auide fauces fluminibus ingurgitant. Et quanto plus hauſerint, tanto plus ſitiunt. Ita mihi & tu uideris aduerſus quæſtiunculam quam propoſui hinc atque illinc argumenta quæſiſſe, & nihilominus in eadem quæſtionum ſiti perſeuerare. An neſcis etiam eccleſiarum hunc eſſe morem, ut baptizatis poſtea manus imponantur, & ita inuocetur ſpiritus ſanctus? Exigis ubi ſcriptum ſit? In Actibus apoſtolorũ. Etiam ſi ſcripturæ autoritas nõ ſubeſſet, totius orbis in hanc partem conſenſus inſtar præcepti obtineret. Nam & multa alia quæ per traditionem in eccleſijs obſeruantur, autoritatem ſibi ſcriptæ legis uſurpauerunt: uelut in lauacro ter caput mergitare: deinde egreſſos, lactis & melliſ præguſtare concordiam, ad infantiæ ſignificationẽ: die dominico & per omnẽ pentecoſten, nec de geniculis adorare, & ieiunium ſoluere: multaq; alia
B ſcripta nõ ſunt, quę rationabilis ſibi obſeruatio uindicauit. Ex quo animaduertis nos eccleſię cõſuetudinẽ ſequi: licet ante aduocationẽ ſpiritus conſtet aliquem baptizatum. ORTHOD. d. Non quidem abnuo hanc eſſe eccleſiarũ conſuetudinem, ut ad eos qui lõge in minoribus urbibus per presbyteros & diaconos baptizati ſunt: epiſcopus ad inuocationẽ ſancti ſpiritus manum impoſiturus excurrat. Sed quale eſt, ut leges eccleſiæ ad hæreſim transferas: & uirginis tuæ integritatem, per meretricum lupanaria patiaris ſpurcari? Epiſcopus ſi imponit manum, his imponit, qui in recta fide baptizati ſunt: qui in patre & filio & ſpiritu ſancto tres perſonas, unam ſubſtantiam crediderunt. Arianus uero cum aliud nihil crediderit (claudite quæſo aures qui audituri eſtis, ne tantæ impietatis uocibus polluamini) niſi in patre ſolo uero deo, & in Ieſu Chriſto ſaluatore creatura, & in ſpiritu ſancto utriuſq; ſeruo: quomodo ſpiritum ſanctũ ab eccleſia recipiet, qui necdum remiſſionem peccatorum conſecutus eſt? Spiritus quippe ſanctus, niſi mundã fidem nõ incolit: nec habitator eius templi efficitur, quod antiſtitem nõ habet, ueram fidẽ. Quod ſi hoc loco quæris, quare in eccleſia baptizatus, niſi per manus epiſcopi, non accipiat ſpiritũ ſanctũ, quẽ nos aſſerimus in uero baptiſmate tribui: diſce hanc obſeruationem ex ea autoritate deſcendere, quod poſt aſcẽſum domini ſpiritus ſanctus ad apoſtolos deſcendit. Et multis in locis idem factitatum reperimus, ad honorem potius ſacerdotij quàm ad legis neceſſitatem. Alioqui ſi ad epiſcopi tantum imprecationem ſpiritus ſanctus defluit: lugendi ſunt, qui in uiculis, aut in caſtellis, aut in remotioribus locis per presbyteros & diaconos baptizati ante dormierunt, quàm ab epiſcopis inuiſerentur. Eccleſiæ ſalus in ſummi ſacerdotis dignitate pendet: cui ſi non exors quædam & ab omnibus eminens detur poteſtas, tot in eccleſijs efficientur ſchiſmata, quot ſacerdotes. Inde uenit, ut ſine chriſmate & epiſcopi iuſſione, neq; presbyter, neq; diaconus ius habeant baptizandi. Quod frequẽter, ſi tamen neceſſitas cogit, ſcimus etiam licere laicis. Vt enim accipit quis, ita & dare poteſt: niſi forte eunuchus à Philippo diacono baptizatus, ſine ſpiritu ſancto fuiſſe credẽdus

eſt, de quo ſcriptura ita loquitur: Et deſcenderunt ambo in aquam: & baptizauit eum Phi-
lippus. Et quum abſcederent ab aqua, ſpiritus ſanctus uenit in eunuchum. Si autem illud
obiiciendum putas, quia quum audiſſent apoſtoli qui erant Hieroſolymis, quia recepit Sa-
maria uerbum dei, miſerunt ad eos Petrum & Ioannem: qui quum ueniſſent ad eos, oraue-
runt pro eis, ut acciperent ſpiritum ſanctum: nondum enim ceciderat ſuper ullum illorum.
Cur ita factum ſit, in conſequentibus diſce. Ipſe enim ait: Sed ſolum baptizati erant in no
mine domini Ieſu. Tunc imponebant illis manus, & accipiebant ſpiritum ſanctum. Hoc lo-
co ſi & tu ſimiliter te facere dicis, quia hæretici non baptizauerunt in ſpiritu ſancto: ſcias Phi
lippum ab apoſtolis non fuiſſe diuiſum, eandem habuiſſe eccleſiam: eundem dominum Ie-
ſum Chriſtum prædicaſſe: diaconum certe fuiſſe eorum, qui poſtea manus impoſuerunt.
Tu uero quum apud Arianos non eccleſiam dicas eſſe, ſed ſynagogam: nec clericos dei, ſed
creaturæ & idolorum cultores: quomodo in diſpari cauſa eandem aſſeris rationem te tene-
re? LVCIF.d. Valenter quidem & fixo gradu me tibi in faciem dimicantem repellis: ſed
poſt tergum cæderis, & nuda à ſpiculis dorſa non protegis. Eſto quippe apud Arianos ne
baptiſma quidem eſſe, & ideo ſpiritum ſanctum ab eis non poſſe dari, quia necdum remiſ-
ſionem peccatorum acceperint: totum hoc uictoriæ meæ proficit, & argumentorum tuo-
rum paleſtra, mihi palmam uictoriæ ſudat. Arianus baptiſma non habet, & quomodo ſa-
cerdotiũ habet? Laicus apud eos non eſt, & quomodo epiſcopus eſſe poteſt? Mihi recipere
mendicum non licet, tu recipis regem? Vos hoſti caſtra traditis, & à nobis perfuga reiicien-
dus eſt? ORTHOD.d. Si priorũ meminiſſes, iam ſcires tibi fuiſſe reſponſum: ſed dum amo
rem contradicendi ſequeris, à quæſtionum lineis excidiſti: more quorundam loquacium
potius quàm facundorum: qui cum diſputare neſciant, tamen litigare non deſinunt. Ego
enim non tam in præſenti Arianos, uel improbo, uel defendo, quàm illam curſus mei me-
tam circumeo, eadem ratione à nobis epiſcopum recipi, qua laicus à uobis recipitur. Si er- D
ranti concedis ueniam, & ego ignoſco pœnitenti. Si in fide ſua baptizato baptizans nocere
non potuit, & in fide ſua ſacerdotem conſtitutum conſtituens nõ inquinauit. Subtilis eſt hæ
reſis, & ideo ſimplices animæ facile decipiuntur. Deceptio tam laici quàm epiſcopi commu-
nis eſt: at epiſcopus errare nõ potuit. Reuera de Platonis & Ariſtophanis ſinu in epiſcopa- 5
tum alleguntur. Quotus enim quiſque eſt, qui non apprime in his eruditus ſit? Denique ex
literatis quicunque hodie ordinantur, id habent curæ, nõ quomodo ſcripturarum medullas
ebibant, ſed quomodo aures populi declamatorũ floſculis mulceant. Accedit ad hoc, quod
Ariana hæreſis magis cum ſapientia ſeculi facit: & argumentationũ riuos de Ariſtotelis fon-
tibus mutuatur. Igitur paruulorum inter ſe certantium ritu, quicquid dixeris, dicam: affirma-
bis, affirmabo: negabis, negabo. Arianus baptizat: ergo epiſcopus eſt: non baptizat: tu re-
futa laicum, & ego non recipio ſacerdotem. Sequar te quocunque ieris, aut pariter in luto hæ
ſitabimus, aut pariter expediemur. LVCIF.d. Sed laico ideo ignoſcendum eſt: quia eccle-
ſiam dei putans ſimpliciter acceſſit: & iuxta fidem ſuam credens baptizatus eſt. ORTH.d.
Nouam rem aſſeris, ut Chriſtianus quiſquam factus ſit ab eo, qui non fuit Chriſtianus. Ac
cedens ad Arianos in qua fide baptizatus eſt? Nempe in ea quam habebant Ariani. Aut
ſi iam ipſe bene credebat, & ſciens ab hæreticis baptizatus eſt, erroris ueniam non meretur.
Verum hoc penitus abſurdum eſt, ut diſcipulus ad magiſtrũ uadens ante ſit artifex, quàm
doceatur: ut modo ab idolorum ueneratione conuerſus, nouerit Chriſtum melius, quàm ille
qui doceat. At dicis, ſimpliciter in patre & filio & ſpiritu ſancto credidit: & ideo baptiſma cõ-
ſecutus eſt. Quæ eſt iſta quæſo ſimplicitas, neſcire quod credas? Simpliciter credidit. Quid
credidit? certe aut tria nomina audiens, tres deos credidit, & idolõlatra effectus eſt: aut in tri-
bus uocabulis trinominem credens deum, in Sabellij hæreſim incurrit. Aut edoctus ab Ari-
anis, unum eſſe uerum deum patrem, filium & ſpiritum ſanctum credidit creaturas. Aut ex-
tra hæc quid credere potuerit neſcio: niſi forte homo iam edoctus in capitolio, homuſion di
dicerat trinitatem. Sciebat patrem, filium & ſpiritum ſanctum, non natura, ſed perſonis eſſe

diuiſos

A diuisos. Sciebat & filij nomen in patre, & patris nomen in filio. Ridicula penitus assertio an/
te de fide quenquam disputare, quàm credere: ante mysterium scire, quàm initiatus sit: aliter
de deo sentire baptizantem, & aliter baptizatũ. Præterea cum solenne sit in lauacro post tri/
nitatis cõfessionem interrogare: credis in sanctam ecclesiam? credis remissionem peccatorũ?
In quam ecclesiam credidisse eum dicis? in Arianorum? sed non habent. In nostram, sed ex/
tra hanc baptizatus non potuit in eam credere, quam nesciuit. LVCIF. d. Quoniam ad om/
nia argutaris, & emissa à nobis spicula scuto orationis eludis, unam hastam iaciam, quæ um
bonem tegminis tui, & uerba crepitantia, ui sua penetret: nec diutius patiar fortitudinem arte
superari. Laicus etiam extra ecclesiam fide baptizatus, pœnitens recipitur. Episcopus uero
aut pœnitentiam non agit, & sacerdos est: aut si pœnitentiam egerit, esse episcopus desinit.
Quamobrem recte nos & laicum suscipimus pœnitẽtem, & episcopum si in sacerdotio per/
seuerare uult, repudiamus. ORTHOD. d. Sagitta quæ cõtento neruo dirigitur, difficile uita/
tur. Ante enim ad eum ad quem iacta est peruenit, quàm obice clypei frustretur. Econtra/
rio tuæ propositiones, quia sine ferri acumine mittuntur, hostem non ualent perforare.
Hanc igitur hastam quam totis uiribus misisti, de qua nobis minitaris: uno, ut aiunt, digitu/
lo repellam. Neque enim hoc modo quæritur: an episcopus pœnitens esse non possit, & lai/
cus possit: sed an hæreticus baptisma habeat: qui si, ut constat, baptisma non habet, quomo/
do potest esse pœnitens, antequam Christianus? Proba mihi ab Arianis ueniẽtem laicum
habere baptismum, & tunc ei pœnitentiam non negabo. Si uero Christianus nõ est, si non
habuerit sacerdotem qui eum faceret Christianum: quomodo aget pœnitẽtiam homo qui
necdum credit? LVCIF. d. Oro te ut philosophorum argumentatione deposita, Christia
na mecum simplicitate loquaris, si tamen non dialecticos sequaris, sed piscatores. Aequum
ne tibi uidetur, ut Arianus episcopus sit? ORTHOD. d. Tu cum episcopum probas, qui
ab eo recipis baptizatum, & in hoc reprehendendus es: quare à nobis parietibus separaris,
B cum in fide & in Arianorum nobiscum receptione consentias? LVCIF. d. Iam & superius
rogaui, ut non philosophice, sed Christiane mecum loquaris. ORTHOD. d. Discere uis,
an contendis? LVCIF. d. Vtique contendo, quia facti tui à te quæro rationem. ORTHO/
DOX. d. Si contendis, iam tibi responsum est. Eadem enim ratione episcopum ab Arianis re/
cipio: qua tu recipis baptizatum. Si discere cupis, in meam aciem transgredere. Aduersarius
enim uincitur, discipulus docetur. LVCIF. d. Non possum ante esse discipulus quàm magi/
strum audiam prædicãtem. ORTHOD. d. Quoniam tergiuersaris, & sic uis à me doceri, ut
4 aduersarium in integro habeas: tuo animo te docebo. Cõsentimus in fide, cõsentimus in hæ
reticis recipiendis, consentiamus etiam in conuentu. LVCIF. d. Hoc nõ est docere, sed argu/
mentari. ORTHOD. d. Quia tu pacẽ cum scuto petis, & nos oliuę ramum gladio inserimus.
LVCIF. d. En tollo manus, cedo, uicisti. Verum cum arma deponam, sacramẽti in quod me
iurare compellis, quæro rationẽ. ORTHOD. d. Gratulor interim tibi, & Christo deo meo
gratias ago: quia animo bono à falsitatis ardore ad totius orbis te saporem contulisti, nec di
cis more quorundam: Saluum me fac domine, quoniam defecit in me spiritus: quorum uox
impia, crucem Christi euacuat: dei filium subiugat diabolo, & illam complorationem, quę à
domino de peccatoribus prolata est, nõ de uniuersis hominibus dictam intelligit: Quæ uti
litas in sanguine meo, dum descẽdo in corruptionem? Sed absit, ut frustra deus mortuus sit.
Alligatus est fortis, & uasa eius direpta sunt. Allocutio patris impleta est: Postula à me, & da
bo tibi gentes, hæreditatem tuam, & possessionem tuam, terminos terræ. Apparuerunt fon/
tes aquarum: & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum. In sole posuit tabernaculũ suum,
nec est qui se abscondat à calore eius. Deo plenus psalmista canit: inimici defecerunt frameæ
in finem, & ciuitates eorum destruxisti. Et ubi quæso isti sunt nimium religiosi, imò nimium
profani, qui plures synagogas asserunt esse, quàm ecclesias? Quomodo destructæ sunt dia/
boli ciuitates: & in fine, hoc est in seculorum consummatione, idola corruerunt? Si ecclesiam
nõ habet Christus, aut si in Sardinia tantum habet: nimium pauper factus est. En si Britan/
nias, Gal/

nias,Gallias,orientem,Indorum populos,Barbaras nationes, & totum ſemel mũdum poſſi c
det ſatanas:quomodo ad angulũ uniuerſæ terræ crucis trophæa collata ſunt? Nimirũ aduer
ſarius potẽs cõceſſit Chriſto Hiberiam & Celtiberos lutidos homines,Aethiopũq; prouin
ciam dedignatus eſt poſſidere.Quod ſi de illa quæ in euangelio ſcripta eſt, ſibi ſentẽtia blan
diuntur:Putas'ne cũ uenerit filius hominis inueniet fidẽ ſuper terrã: ſciant illam fidem nomi
nari,de qua ipſe dominus aiebat:Fides tua te ſaluam fecit.Et alibi de Centurione : Nõ inue/
ni tantã fidem in Iſrael.Et rurſus ad apoſtolos:Quid timidi eſtis modicæ fidei? Necnõ & in
alio loco:Si habueritis fidem ſicut granũ ſinapis,dicetis huic monti,trãſmigra,& tranſmigra
bit.Neq; enim Centurio aut illa muliercula,quæ per duodecim annos fluxu ſanguinis tabe
ſcebat,in trinitatis ſacramẽta crediderãt,quæ poſt reſurrectionẽ Chriſti apoſtolis manifeſta
ta ſunt:ut merito fides horum quæ in myſterio eſt,laudaretur: ſed ſimplicitas mẽtis & deuo
ta deo ſuo anima approbata eſt . Dicebat enim in corde ſuo,ſi tetigero ueſtimentũ eius tan/
tum,ſalua fiam.Hæc eſt fides,quã raro inuentã deus pronunciauit.Hæc eſt fides,quę etiam
apud eos qui bene credunt,difficile perfecta inuenitur. Fiat tibi,inquit deus, ſecũdum fidem
tuam.Hanc ego uocem audire nolo.Si enim ſecũdum fidem meam fiat mihi,peribo.Et cer/
te credo in deum patrem,credo in deum filium,& credo in deum ſpiritũ ſanctum. Credo in
unum deum,& tamen ſecundum meam fidem nolo mihi fieri.Sæpe quippe uenit inimicus
homo,& inter dominicam meſſem zizania interſerit.Neq; hoc dico,quod maius quicq; ſit,
quàm ſacramẽti fides,cq; puritas animæ:ſed indubitata ad deũ fides, ardue reperitur. Verbi
gratia dictũ ſit,ut quod uolumus perſpicuũ fiat: ad orationẽ aſſiſto:nõ orarem, ſi non crede
rem:ſed ſi uere crederem,illud cor quo deus uidetur mundarem,manibus tunderem pectus,
genas lachrymis rigarem, corpore inhorreſcerem, ore pallerem,iacerem ad domini mei pe/
des,eosq; fletu perfunderem, crine tergerem, hærerem certe trunco crucis, nec prius amitte/
rem,cq; miſericordiam impetrarem.Nunc uero creberrime in oratione mea, aut per porticus
deambulo,aut de fœnore computo,aut abductus turpi cogitatione,etiam quæ dictu erube
ſcenda ſunt,gero.Vbi eſt fides? ſiccine putamus oraſſe Ionam? ſic tres pueros? ſic Danielem D
inter leones? ſic certe latronẽ in cruce? Et hęc ego exempli cauſa ad intelligentiã ſenſus protu
li.Cæterũ cõueniat unuſquiſq; cor ſuũ,& in omni uita inueniet,cq; rarum ſit fidelem animam
inueniri,ut nihil ob gloriæ cupiditatem, nihil ob rumuſculos hominũ faciat. Neq; enim ſta/
tim qui ieiunat,deo ieiunat:aut extendens pauperi manũ,deo fœnerat. Vicina ſunt uitia uir/
tutibus.Difficile eſt deo tantũ iudice eſſe cõtentum. LVCIF. d.Præueniſti interrogationem
meam: hanc enim ſcripturam mihi in ultimo reſeruabam.Et ferè omnes noſtri,imò iam nõ
mei,hoc quaſi ariete in diſceptationibus utuntur, quem confractum ac comminutum uehe/
menter gaudeo . Sed quæſo te,ut mihi omnem cauſam quare ab Arianis uenientes eccleſia
recipiat,non quaſi aduerſario,ſed quaſi diſcipulo explices. Nam cum tibi uerbo reſpondere
non poſſim, animo tamen necdum aſſentior. ORTHOD. d. Sub rege Conſtantio, Euſebio
& Hypatio cõſulibus : nomine unitatis & fidei infidelitas ſcripta eſt,ut nũc agnoſcitur. Nam
illo tempore, nihil tam pium, nihil tam conueniens ſeruo dei uidebatur, quàm unitatem ſe/
qui,& à totius mundi communione non ſcindi: præſertim cum ſuperficies expoſitionis,nihil
iam ſacrilegum præferret.Credimus,aiebãt,in unum uerum deum patrem omnipotentem.
Hoc etiam nos confitemur.Credimus in unigenitum dei filium,qui ante omnia ſecula,& an
te omne principium natus eſt ex deo. Natum aũt unigenitum ſolum ex ſolo patre,deum ex
deo : ſimilem genitori ſuo patri ſecundum ſcripturas: cuius natiuitatem nullus nouit,niſi qui
ſolus eum genuit pater . Nunquid hic inſertum eſt, erat tempus, quando non erat? Vel de
nullis extantibus, creatura eſt filius dei . Perfecta fides eſt, deum de deo credere . Et natum
aiebant unigenitum ſolum,ex ſolo patre.Quid eſt natum? Certe non factum.Natiuitas ſu/
ſpitionem auferebat creaturæ.Addebant præterea qui de cœlo deſcendit,cõceptus eſt de ſpi
ritu ſancto, natus ex Maria uirgine, crucifixus à Pontio Pilato, tertia die reſurrexit, ſedet ad
dexteram dei patris,uenturus iudicare uiuos & mortuos.Sonabant uerba pietatem,& inter

tanta

A tanta illa præconia,nemo uenenum insertum putabat.De usiæ uero nomine abiiciendo,ue
5 risimilis ratio prębebatur.Quia in scripturis,aiebant,nō inuenitur,& multos simpliciores no uitate sua scandalizat.Placuit auferri. Non erat curæ episcopis de uocabulo,cum sensus esset in tuto.Deniq; ipso in tempore cū fraudem fuisse in expositione rumor populi uētilaret: Valens Mursensis episcopus, qui eam conscripserat,præsente Tauro prætorij præfecto,qui ex iussu regis synodo aderat, professus est se Arianum non esse, & penitus ab eorum blasphemijs abhorrere.Res secrete gesta, opinionem uulgi non extinxerat.Itaq; alia die in ecclesia, quæ est apud Ariminum , & episcoporum simul & laicorū turbis cōcurrentibus: Musonius episcopus prouinciæ Byzantinæ, cui propter ætatem primæ ab omnibus deferebātur,ita locutus est:Ea quæ sunt iactata per publicum,& ad nos usq; perlata,aliquem è nobis sanctitati uestræ legere præcipimus:ut quæ sunt mala,& ab auribus & à corde nostro abhorrere debent,omnium una uoce damnentur.Responsum est ab uniuersis episcopis,placet.Itaq; cum Claudius episcopus prouinciæ Piceni ex præcepto omniū blasphemias quæ Valentis ferebantur,legere cœpisset:Valens suas esse negās,exclamauit,& dixit: Si quis negat Christum deum dei filium ante secula ex patre genitū,anathema sit. Ab uniuersis consonatū est:Anathema sit.Si quis negat filiū similem patri secundū scripturas,anathema sit. Omnes responderunt,anathema sit.Si quis filium dei non dixerit æternū cum patre,anathema sit.Ab uniuersis conclamatū est,anathema sit.Si quis dixerit creaturā filium dei, ut sunt cæteræ creaturæ,anathema sit.Similiter dictum est,anathema sit. Si quis dixerit de nullis extantibus filium,& non de deo patre,anathema sit.Omnes conclamauerunt,anathema sit.Si quis dixerit,erat tempus quando nō erat filius,anathema sit.In hoc uero cuncti episcopi,& tota simul ecclesia plausu quodā & tripudio Valentis uocem exceperunt.Quod si quis à nobis fictum putat,scrinia publica scrutetur.Plenæ sunt certe ecclesiarum arcæ, & recens adhuc rei memoria est.Supersunt homines,qui illi synodo interfuerunt: & quod ueritatem firmet,ipsi Ariani hæc ita ut diximus gesta non denegant.Cum ergo cuncti Valentem ad cœlum laudibus tollerent,& suam in eum suspicionē cum pœnitentia damnarēt:idem Claudius qui supra legere cœperat, ait:Adhuc sunt aliqua quæ subterfugerunt dominū & fratrem meum Valentem:quę si uobis uidetur,ne quis scrupulus remaneat,in cōmune damnemus.Si quis dixerit filiū dei esse quidem ante omnia secula,sed nō ante omne omnino tempus,ut ei aliquid anteferat,anathema sit.Dixerunt cuncti,anathema sit. Multaq; alia quæ suspicioſa uidebantur, ad pronunciationē Claudij Valens cōdemnauit.Quæ si quis plenius discere cupit,in Arimi nensis synodi actis reperiet,unde & nos ista libauimus.His itaq; gestis cōcilium soluitur.Læti omnes ad prouincias reuertūtur.Idem enim regi & bonis omnibus curæ fuerat,ut Oriens atq; Occidens cōmunionis sibi uinculo necterentur.Sed diu scelera nō latent: & cicatrix male obducta,incocto pure dirumpitur.Cœperunt postea Valens & Vrsacius, cæteriq; nequitiæ eorum socij,egregij uidelicet Christi sacerdotes,palmas suas iactitare : dicentes se filium nō creaturam negasse,sed similē cæteris creaturis.Tunc usię nomen abolitū est,tunc Nicenæ fidei damnatio conclamata est.Ingemuit totus orbis,& Arianū se esse miratus est. Igitur alij intra suam cōmunionem remanere, alij ad eos cōfessores qui sub nomine Athanasij exulabant,cœperunt literas mittere:nónulli initam societatem meliorū desperatione planxerunt. Pauci uero (ut se natura hominū habet) errorem pro cōsilio defensauere. Periclitabatur nauicula apostolorū,urgebant uenti,fluctibus latera tundebātur,nihil iam supererat spei.Dominus excitatur,imperat tēpestati:bestia moritur, trāquillitas redijt.Manifestius dicā. Omnes episcopi qui de propriis sedibus fuerāt exterminati, per indulgentiā noui principis ad ecclesias redeunt.Tunc triumphatorem suum Athanasium Aegyptus excepit: tunc Hilarium de prælio reuertentem,Galliarum ecclesia complexa est:tunc ad reditū Eusebij lugubres uestes Italia mutauit.Concurrebant episcopi, qui Ariminensibus dolis irretiti, sine conscientia hæretici ferebantur,contestantes corpus domini,& quicquid in ecclesia sanctum est, se nihil mali in sua fide suspicatos. Putauimus,aiebant,sensum congruere cum uerbis:nec in ecclesia

B dei,ubi

dei,ubi ſimplicitas,ubi pura cõfeſſio eſt, aliud in corde clauſum eſſe, aliud in labijs proferri c
timuimus.Decepit nos bona de malis exiſtimatio.Non ſumus arbitrati ſacerdotes Chriſti,
aduerſus Chriſtũ pugnare.Multaq; alia, quæ breuitatis ſtudio prætereo,flentes aſſerebant,
parati & ſubſcriptionem priſtinam,& omnes Arianorum blaſphemias condemnare.Hoc lo
co interrogo iſtos nimium religioſos,quid de confeſſoribus agendum putauerint? Depoſi/
tis,inquient,ueteribus epiſcopis, nouos ordinaſſent. Tentatum eſt. Sed quotus quiſq; bene
ſibi cõſcius patitur ſe deponi? præſertim cum omnes populi,ſacerdotes ſuos diligentes penè
ad lapides & ad interemptionem deponentium eos conuolauerint? Manſiſſent,aiunt, intra
ſuam communionẽ:hoc eſt dicere,irrationabili crudẽlitate orbem totum diabolo condonaſ/
ſent.Cur damnaſſent eos qui Ariani non erant? Cur eccleſiam ſcinderent in concordia fidei
permanentẽ? Cur deniq; credentes bene obſtinatione ſua facerent Arianos? Nam cũ in ſy/
nodo Nicena,quæ propter Arianam perfidiam congregata eſt,octo epiſcopos Arianos ſu/
ſceptos ſciamus,& epiſcopus iam in mundo nullus ſit,niſi quos ſynodus illa ordinauit:quo/
modo potuerunt aduerſum eam facere,propter quã exilium ſuſtinuerunt? LVCIFE.d.An
tandem & tunc recepti ſunt Ariani? qui nam quæſo? ORTHODO.d. Euſebius epiſcopus
Nicomedienſis, Theogonus epiſcopus Nicenus. Saras tunc presbyter Libyæ.Euſebius epi
ſcopus Cæſareæ Palæſtinę,& reliqui,quos enumerare longũ eſt.Ipſe quoque caput horum
& cauſa malorũ Arius preſbyter,& Euzoius diaconus,qui poſtea ſub Theodoſio Antioche
nus epiſcopus fuit,& Achillas lector.Hi quippe tres Alexãdrinæ eccleſiæ clerici,autores hu/
ius hæreſeos extiterunt. LVCIFE.dixit: Si quiſpiam eos neget fuiſſe ſuſceptos, quomodo
reuincetur? ORTHODO.d.Superſunt adhuc homines, qui illi ſynodo interfuerunt. Et ſi
hoc parum eſt,quia propter temporis antiquitatem rari admodũ ſunt,& in omni loco teſtes
adeſſe non poſſunt:legamus acta & nomina epiſcoporũ ſynodi Nicenæ: & hos quos ſupra
diximus fuiſſe ſuſceptos,ſubſcripſiſſe homuſion,inter cæteros reperiemus. LVCIF.d.Si po/
tes,oſtende poſt ſynodũ Nicænã illos in perfidiã declinaſſe. ORTHODO.Recte propoſuiſti. D
Solẽt enim oculis clauſis denegare, qui nõ credũt factũ eſſe quod nolũt.Sed quomodo po/
ſtea nõ declinarunt,propter quos ſynodus cõgregata eſt? & quorũ epiſtolæ & libri impieta
tis ante ſynodũ æditi,uſq; ad præſentem diem durãt? Igitur cum illo tempore trecenti & eo
amplius epiſcopi,paucos homines, quos ſine damno eccleſiæ abijcere poterant, ſuſceperint:
miror quoſdam & certe Nicenæ fidei ſectatores,tantæ duritiæ exiſtere, ut tres cõfeſſores de
exilio reuertentes,non putent id ob totius orbis ſalutem neceſſitate facere debuiſſe,quod tot
& tales uiri uoluntate fecerunt.Sed (ut dicere cœperamus) poſt reditum confeſſorũ,in Ale/
xandrina poſtea ſynodo cõſtitutum eſt: ut exceptis autoribus hæreſeos,quos error excuſa/
re non poterat, pœnitentes eccleſiæ ſociarentur: non quod epiſcopi poſſint eſſe qui hæretici
fuerant,ſed quod cõſtaret eos qui reciperentur,hæreticos nõ fuiſſe.Aſſenſus eſt huic ſenten/
tiæ Occidens,& per tam neceſſarium concilium,Satanæ faucibus mundus ereptus eſt.Ven/
tum eſt ad aſperrimũ locum, in quo aduerſum uoluntatem & propoſitum meum cogor de
beato Lucifero,ſecus quicquam,quàm & illius meritum,& mea humanitas poſcit, exiſtima/
re.Sed quid faciam? ueritas os reſerat,& inuitam linguam cõſcium ad eloquendũ pectus im
pellit.In tali articulo eccleſiæ,in tanta rabie luporũ,ſegregatis paucis ouibus,reliquũ gregem
deſeruit, bonus quidem ipſe paſtor, ſed multam prædam beſtijs relinquens. Prætereo illa,
quæ quidam ex maledicis, quaſi ſatis firma defendunt: hoc illum amore gloriæ,& nominis
in poſteros tranſmittendi feciſſe: necnon & pro ſimultate, quam aduerſus Euſebium pro/
pter Antiochenã diſſenſionem ſuſceperat. Nihil iſtorum de tali uiro credo:unum eſt quod
etiam in præſenti cõſtanter loquar,uerbis eum à nobis diſſentire, nõ rebus:ſi quidẽ recipiat,
qui ab Arianis baptiſma cõſecuti ſunt. LVCIF.d.Quàm longe alia,& ut nunc intelligo,erro/
ri magis q̃ ſpei proficientia, mihi antea afferebantur. Verum gratias ago Chriſto deo,qui
in pectus meum ueritatis lumen infudit: ne adhuc ore ſacrilego,uirginẽ eius ſcortum diabo
li clamarem. Reſtat unum, quod quæſo te ut ediſſeras, quid aduerſum Hilariũ dicendũ ſit,
qui ne

A qui ne baptizatos quidem recipiat ab Arianis. ORTHODO. d. Hilarius cum diaconus de
ecclesia recesserit,solusq; ut putat turba sit mũdi,neq; eucharistiam conficere potest, episco-
pos & presbyteros non habens: neq; baptisma sine eucharistia tradere. Et cum iam homo
mortuus sit,cum homine pariter interijt & secta, quia post se nullum clericum diaconus po-
tuit ordinare. Ecclesia autem non est,quæ nõ habet sacerdotem. Sed omissis paucis homun-
culis,qui ipsi sibi & laici sunt & episcopi,ausculta quid de omni ecclesia sentiendũ sit. LVCIF.
d. Tribus,ut aiunt,uerbis tam grandem quæstionem dissoluisti,& quidem dum loqueris,ui-
deor mihi tecum facere. Si uero obticueris,nescio quid rursum scrupuli nascitur: quare ab hę
reticis baptizati suscipiũtur. ORTHODO. d. Hoc est quod & egò dixi,ausculta quid de om-
ni ecclesia sentiendũ sit. Iste enim,ut ais,scrupulus multos titillat. Et lõgus fortasse ero in enar
rando,uerum tanti est lucrum ueritatis. Arca Noë ecclesiæ typus fuit, dicente Petro aposto-
lo: In arca Noë pauci,id est,octo animæ saluæ factæ sunt per aquã, quod & nos nunc simi-
lis formæ baptisma saluos facit. Vt in illa omnium animalium genera, ita & in hac uniuersa-
rum & gentium & morum homines sunt. Vt ibi pardus & hœdi,lupus & agni: ita & hic iusti
& peccatores,id est,uasa aurea & argentea,cum ligneis & fictilibus cõmorantur. Habuit arca
nidos suos: habet ecclesia plurimas mansiones. Octo animæ hominum in arca Noë seruatæ
sunt: Et nobis Ecclesiastes iubet dare partes septem,dare partes octo,id est, credere utriq; te-
stamento. Ideo quidam psalmi pro octaua inscribuntur: & per octonos uersus,qui singulis
literis subiecti sunt,in centesimo decimooctauo psalmo iustus eruditur. Beatitudines quoq;
6 quas dominus discipulis in monte pronuncians, ecclesiam deliniauit, octo sunt. Et Ezechiel
in ædificationem templi,octonarium numerum assumit. Multaq; alia in hunc modum per
scripturas significata reperies. Emittitur itaq; de arca coruus,& non redijt: & postea pacem
terræ columba nunciat. Ita & in baptismate ecclesiæ teterrimo alite expulso, id est,diabolo,
pacem terræ nostræ columba spiritus sancti nunciat. A triginta cubitis incipiens, & usq; ad
B unũ cubitum paulatim decrescens,arca construitur. Similiter & ecclesia multis gradibus con
sistens,ad extremum diaconis,presbyteris,episcopisq; finitur. Periclitata est arca in diluuio,
periclitatur ecclesia in mũdo. Egressus Noë uineam plantauit, & bibens de ea inebriatus est:
natus quoq; in carne Christus,ecclesiam plantauit,& passus est. Nudatum patrem irrisit ma
ior filius,& minor texit:& deum crucifixum illuserunt Iudæi,& honorauerunt gentiles. Dies
me deficiet,si omnia arcæ sacramenta cum ecclesia componens,edisseram. Qui sint inter nos
aquilæ,qui columbæ,qui leones,qui cerui,qui uermiculi,qui serpentes, quod ad præsens ne-
gocium pertinet,breuiter expediam. Non solum in ecclesia morantur oues,nec mundæ tan-
tum aues uolitant,sed frumentum in agro seritur,& inter nitentia culta, Lappæq; & tribo-
li,& steriles dominãtur auenæ. Quid faciat agricola? Euellat lolium? Sed tota pariter mes-
sis euertitur. Quotidie industria rusticana aues sonitu abigit, imaginibus exterret: hinc fla-
gello crepitat, hinc formidines tendit. Attamen aut ueloces capreę,aut lasciuus onager incur
rit: hinc in effossa horrea mures frumenta comportant, hinc feruenti agmine segetem formi
ca populatur. Ita res se habet. Nemo securus agrum possidet. Dormiẽte patrefamilias,inimi
cus homo zizaniam superseminauit,ad quam eradicandã cum serui ire proponerent,domi-
nus prohibuit,sibi seruans palearum & frumenti discretionẽ. Hæc sunt uasa iræ & misericor
diæ,quę in domo dei ab Apostolo prædicantur. Veniet ergo dies quando thesauro ecclesiæ
aperto proferet dominus uasa iræ suæ, quibus exeuntibus sancti dicent: Ex nobis exierunt,
sed non erant ex nobis. Si enim fuissent ex nobis,mansissent utiq; nobiscum. Nemo potest
Christi palmã sibi assumere,nemo ante diem iudicij de hominibus iudicare. Si iam munda-
ta est ecclesia, quid dominõ reseruamus? Est uia quæ uidetur esse apud homines recta, no-
uissima autem eius ueniũt in profundũ inferni. In hoc errore iudicij quæ potest esse certa sen
tentia? Conatus est beatus Cyprianus cõtritos lacus fugere, nec bibere de aqua aliena,& id-
circo hæreticorũ baptisma reprobans,ad Stephanũ tunc Romanæ urbis episcopũ,qui à bea
to Petro uigesimussextus fuit,super hac re Africanam synodum direxit,sed conatus eius fru

ſtra fuit. Deniq; illi ipſi epiſcopi, qui rebaptizãdos hæreticos cum eo ſtatuerãt, ad antiquam c
conſuetudinem reuoluti, nouum emiſere decretum. Quid facimus? ita & nobis maiores no-
ſtri, & illis ſui tradidere maiores. Sed quid de poſterioribus loquar? Apoſtolis adhuc in ſecu
lo ſuperſtitibus, adhuc apud Iudæam Chriſti ſanguine recenti, phantaſma domini corpus
aſſerebatur. Galatas ad obſeruationem legis traductos Apoſtolus iterum parturit: Corin-
thios reſurrectionem carnis non credentes, pluribus argumentis ad uerum iter trahere cona
tur. Tunc Simon Magus & Menander diſcipulus eius, dei ſe aſſeruere uirtutes: tũc Baſilides
ſummum deum Abraxas cum trecentis ſexagintaquinq; æonibus commentatus eſt: tunc
Nicolaus, qui unus de ſeptem diaconis fuit, die noctuq; nuptias faciens, obſcœnos & auditu
quoq; erubeſcendos coitus ſomniauit. Taceo de Iudaiſmi hæreticis, qui ante aduentũ Chri- 7
ſti, legem traditam diſſiparunt: quod Doſitheus Samaritanorum princeps prophetas repu-
diauit: quod Sadducæi ex illius radice naſcentes, etiam reſurrectionem carnis negauerunt:
quod phariſæi à Iudæis diuiſi, propter quaſdam obſeruationes ſuperfluas, nomen quoq; à
diſſidio ſuſceperũt: quod Herodiani Herodem regem ſuſcepere pro Chriſto. Ad eos uenio
hæreticos, qui Euangelia laniauerunt. Saturninũ quendam & Ophitas & Choitam & Car- 8
pocratem & Cherinthum, & huius ſucceſſorem Hebionem, & cæteras peſtes: quorum plu-
rimi uiuente adhuc Ioanne apoſtolo eruperunt, & tamen nullum eorum legimus rebaptiza-
tum. Quoniã autem talis uiri fecimus mentionem, de Apocalypſi quoq; eius approbemus,
hæreticis ſine baptiſmate debere pœnitentiam cõcedi. Angelo Epheſi deſerta charitas impu-
tatur. In angelo Pergamenæ eccleſiæ, idolothytorum eſus, & Nicolaitarum doctrina repre-
henditur. Item apud angelum Thiatyrorum, Hiezabel prophetiſſa, & ſimulacrorum eſcæ
& fornicationis increpantur. Et tamen omnes hos ad pœnitentiam dominus hortatur, ſub
comminatione quoq; futuræ pœnæ, niſi conuertantur. Non autem cogeret pœnitere, ſi non
eſſet pœnitentibus ueniam conceſſurus. Nunquid dixit, rebaptizentur qui in Nicolaitarum
fide baptizati ſunt? uel imponantur eis manus, qui eo tempore apud Pergamenos credide- D
runt, qui diſciplinam tenebant Balaam? Quin potius age, inquit, pœnitentiã: ſin autem, ego
ueniam tibi cito, & pugnabo tecũ in romphea oris mei. Verum ſi uoluerint hi qui ab Hilario
inſtituti ſunt, & oues ſine paſtore eſſe cœperũt, de ſcripturis ea proferre, quæ beatus Cypria-
nus ob hæreticos non rebaptizandos in epiſtolis ſuis reliquit: ſciant illum hæc non cum ana-
themate eorum qui ſe ſequi noluerant, ædidiſſe: ſiquidem in communione eorum perman-
ſit, qui ſententiæ ſuæ contraierant: ſed hortatum potius fuiſſe propter Nouatũ, & alias tunc
hæreſes multas enaſcentes, ne quiſquam ab eo ſine damnatione erroris ſui reciperetur. Ser-
monem deniq; ſuum, quem ſuper hac re ad Stephanum Romanum pontificem habuit, tali
fine compleuit: Hæc ad cõſcientiam tuam frater chariſſime, & pro honore communi, & pro
ſimplici dilectione protulimus: credentes etiam tibi pro religionis tuæ & fidei ueritate place-
re, quæ & religioſa pariter & uera ſunt. Cæterum ſcimus quoſdam, quod ſemel imbiberunt
nolle deponere, nec propoſitũ ſuum facile mutare: ſed ſaluo inter collegas pacis & concor-
diæ uinculo, quædam propria quæ apud ſe ſemel ſint uſurpata, retinere. Qua in re non uim
cuiquam facimus, aut legem damus, quin habeat in eccleſiæ adminiſtratione uoluntatis ſuæ
arbitrium liberum: unuſquiſq; ſit præpoſitus, rationem actus ſui domino redditurus. Ad Iu-
banum quoq; de hæreticis rebaptizandis ſcribens, in fine libelli ſic locutus eſt: Hæc tibi bre-
uiter pro noſtra mediocritate ſcripſimus frater chariſſime, nemini præſcribẽtes aut præiudi-
cantes, quo minus unuſquiſq; epiſcoporũ quod putat, faciat, habens arbitrij ſui liberam po-
teſtatem. Nos, quantum in nobis eſt, propter hæreticos cum collegis & coëpiſcopis noſtris
non contendimus, cum quibus diuinam concordiam & dominicã pacem tenemus, maxime
cum Apoſtolus dicat: Si quis autem putauerit ſe cõtentioſum eſſe, nos talem cõſuetudinem
non habemus, nec eccleſia dei. Seruatur à nobis patiẽter & leniter charitas animi, collegij ho-
nor, uinculũ fidei, concordia ſacerdotij. Eſt præterea aliud quod inferemus, aduerſum quod
ne mutire quidem audeat Hilarius Deucalion orbis. Si enim hæretici baptiſma nõ habent:

& ideo

A & ideo rebaptizandi ab ecclesia sunt, quia in ecclesia non fuerunt, ipse quoq; Hilarius non est Christianus. In ea quippe ecclesia baptizatus est, quæ semper ab hæreticis baptismũ recepit. Antequam Ariminẽsis synodus fieret, antequam Lucifer exularet, Hilarius Romanæ ecclesiæ diaconus ab hæreticis uenientes, in eo quod prius acceperãt, baptismate suscipiebat. Nisi fortè tantum Ariani hæretici sunt, & ab his solis baptizatum recipere non licet, ab alijs licet. Diaconus eras ô Hilari, & à Manichęis baptizatos recipiebas. Diaconus eras, & Hebionis baptisma comprobabas: repente postquam exortus est Arius, totus tibi displicere cœpisti. Segregas te cum tuis uernulis, & nouum balneũ aperis. Si te angelus aliquis aut apostolus rebaptizauit, non infringo quod sequeris. Si uero in sinu meo natus, si uberum meorum lacte nutritus, aduersum me gladium leuas: redde quod dedi, & esto, si potes, aliter Christianus. Meretrix sum, sed tamen mater tua sum. Non seruo unius thori castitatem: talis eram quando conceptus es: cum Ario adulteria committo, feci & antea cum Praxea, cum Hebione, cum Cerintho, Nouato: hos amplexaris, hos in matris tuæ domum iam adulteros recipis. Nescio quid te unus adulter offendat. Quod si negandũ quispiam putauerit, hæreticos à maioribus nostris semper fuisse susceptos: legat beati Cypriani epistolas, in quibus Stephanum Romanæ urbis episcopum, & inueteratæ consuetudinis lacerat errorem. Legat & ipsius Hilarij libellos, quos aduersus nos de hæreticis rebaptizãdis ædidit, & ibi reperiet ipsum Hilarium confiteri, à Iulio, Malcho, Syluestro, & cæteris ueteribus episcopis, similiter in pœnitentiam omnes hæreticos susceptos: nec tamen sibimet ueritatis consuetudinem præiudicare debere. Synodus quoq; Nicena, cuius paulò ante fecimus mentionem, omnes hæreticos suscepit, exceptis Pauli Samosateni discipulis. Et quod his maius est, episcopo Nouatianorum, si conuersus fuerit, presbyterij gradum seruat: quę sententia & Luciferum impugnat, & Hilarium: dum idem & clericus est & baptizatus. Poteram diem istiusmodi eloquio ducere, & omnes propositionum riuulos uno ecclesiæ sole siccare. Verum quia iam multum sermo-
B cinati sumus: & prolixitas concertationis audientium studia lassauit, breuem tibi apertamq; animi mei sententiã proferam: in illa esse ecclesia permanendum, quæ ab apostolis fundata, usq; ad diem hanc durat. Si cubi audieris eos qui dicuntur Christi, non à domino Iesu Christo, sed à quocũq; alio nũcupari: utputa Marcionitas, Valentinianos, Montenses siue Campenses: scito nõ ecclesiam Christi, sed Antichristi esse synagogã. Ex hoc enim ipso quod postea instituti sunt, eos se esse indicãt, quos futuros Apostolus prænũciauit. Nec sibi blandiãtur, si de scripturarũ capitulis uidẽtur sibi affirmare quod dicunt, cum & diabolus de scripturis aliqua sit locutus, & scripturæ nõ in legendo cõsistant, sed in intelligẽdo. Alioqui si literã sequimur, possumus & nos quoq; nouũ nobis dogma cõponere: ut asseramus in ecclesiam nõ recipiendos, qui calciati sint, & duas tunicas habeant. LVCIF. d. Non solũ te uicisse existimes, uicimus utriq; uterq; nostrũ, palmam refer tu mei, & ego erroris. Vtinamq; mihi sic semper disputare contingat, ut ad meliora proficiens, deseram quod male tenebam. Vnum tamen tibi confiteor, quia mores meorum apprime noui, facilius eos uinci posse quàm persuaderi.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA

1 Ecclesiæ alumno.) Id est, Orthodoxo. Caninã facundiam.) Dictum est Appij, quo Hieronymus libenter utitur, uel hoc argumento quod crebro utitur. Lupanar.) Id est, undiquæ contaminatam. Importuno & loco.) Quod parum tutum esset in circulo fauentium hæretico: aut loco, nempe in media uia: tempore, quia iam ingruente nocte. Obsurdorum tantum mastrugam,) Quid attinet commemorare quæ portenta scioli quidã, ac prorsum mei similes, in hunc induxerint locum? Restituimus autem sagaciter omnia subodorati, ad hunc modum, ut legamus: Nec ob Sardorum tantum Mastrucam dei filium descendisse. Est autem Mastruca uestis Barbaricæ genus, quam Sardi sua lingua Mastrucam appellant. Eandem Hispani Strigium, Germani Renonem appellabant. Vnde Plautus: Mastrucatus & plenus puluere. Porrò quoniã aduersarij spurco & sordido uocabulo Christi ecclesiam dixerant lupanar, Hieronymus uolens retaliare conuicium, barbarum ac ridiculum regerit uocabulum: significans multos adhuc superesse bonos Christianos, etiam si nulli essent in Sardinia, in qua sola ille Christi ecclesiam esse uolebat: neq; enim Christum ob illos solos descendisse in terram, id quod aliquanto post explicat Hieronymus. De Sardiensi Synodo me-

minit & Hilarius in libro De synodis. Item in libris ad Constantium. Et ut ridicule notaret Sardoruth c
gentem, Mastrucæ meminit, quod & uestis & uox esset illius gentis, utraq; ridicula. Apparet autẽ Lu-
ciferum huius autorem hæreseos Sardum fuisse: tametsi Isidorus tradit illum Syrmiæ episcopum fuisse.
Atq; hinc præmiserat, importuno & loco & tempore, quod apud Sardum, Sardorum Mastrucam ta-
xaret: unde & consputus discessit. Alium neophytis.) Neophyti uocabantur, qui nuper uenissent 2
ad fidem Christi. Ex his Paulus uetat episcopũ eligi, unde illos oppositi episcopis. Ac lineas.) Me-
taphora est à certantibus infra præscriptũ, hoc est, certum spacium lineis circunscriptum. Circumie-
ris saltum.) Sumptum à uenatu ferę. Nam saltus indagine cinguntur, ne possit elabi fera. Ad unum
compitum.) Hic corruperãt pro compitum, computum. Est autem compitum spacium illud medium
inter multas uias inter se concurrentes. Vanos pennarum.) Id fit arte uenatorũ, ut motis alis ficti-
cijs, cerui in fugam adigantur, hoc est, in insidias & in casses. Paruulus de serpentibus lusit.) Alluſit
ad illud Esaiæ cap. xi. in quo Baptistam ueluti depingit: Et erit iusticia cingulũ lumborum eius &c. Ac
paulo post: Et delectabitur infans ab ubere super foramina aspidis, & in foramina reguli qui ablactatus
fuerit, manum mittet &c. Velut in lauacro.) Animaduerte lector ueteres in baptismo ceremonias.
Claudite quæso.) Mire per apostrophen uersus ad auditores, ostendit abominandum quod dictu
rus est. Inde uenit.) Nota Chrismatis unctionem proprie ad episcopum pertinere. De Platonis
& Aristophanis sinu.) Hoc est, statim à studio secularis philosophiæ, & lectione poetarũ, necdum ex-
ercitatus in diuinis literis. Et alleguntur legendum, non eliguntur, attestantibus peruetustis exemplari- 3
bus. Ariana hæresis.) Hæc lege Theologe, qui nihil nisi Aristotelẽ crepas. In luto hæsitabimus.)
Ita Terentius: In eodem hęsitas luto. Trinominem credens.) Nam Sabellius sustulit distinctionem
personarum, affirmans in uno Christo simul fuisse patrem, filium & spiritũ, atq; hæc esse uocabulis di-
stincta, non re. Verum deum.) Hoc est, à nullo creatum, cum filius sit creatus à patre, iuxta Arianos:
& spiritus sanctus sit creatus à creato filio. Edoctus in capitolio.) Iocatur. Nam in capitolio non dis-
cuntur mysteria fidei, sed profana tractantur negocia, & dediscitur Christiana religio. Vno, ut aiũt,
digitulo.) Id est, facillime nulloq; negocio. Oro te ut.) Vides ut recusatur in negocio fidei, philoso-
phorum argumentatio, & requiritur simplicitas. Quanquam hic nulla mentio de primis aut secundis
intentionibus, de formalitatibus, de quidditatibus, de echeitatibus, deq; similibus ridiculis argutijs.
In integro habeas.) Hoc est, ut liberum tibi sit eum pro aduersario ferire si uelis. Oliuæ ramum.) 4
Mira allegoria rem extulit. Solebant olim oliuæ ramum prætendere, qui pacem petituri uenissent. Sed
qui ramũ oliuæ gladio inserit, ita petit pacem, ut si non detur quod petit, paratus sit ad pugnam. En b
tollo.) A gladiatoribus sumptum est, qui hoc signo agnoscebant uictorem prostrati. Sacramenti in
quod.) Victor uicto dictabat iusiurandũ quod ab illo exigebat. Concessit Christo.) Alij legũt Hi-
berniam, legendum arbitror Hiberiam, nimirum eam quæ est in Hispania iuxta columnas Herculis,
non eam quæ est finitima Hircaniæ. Et Celtiberos.) Quà uergunt ad Galliam, gens omnium imma-
nissima, ut testis est Strabo. Hos luridos appellat, quod colore sint huiusmodi, quo uidemus esse Sara-
cenos. Hoc dictum est per ironiam, quasi diabolus non fuerit à Christo uictus, & toto expulsus orbe,
sed luridas quasdam nigras ac barbaras modo nationes Christo concesserit, ne nihil haberet ipse reli-
qui orbis dominus. Hoc quasi ariete.) Aries, militaris est machina, qua portæ urbiũ mœniaq; im-
pulsu quatiuntur. Vsiæ nomen.) Quod hypostasis uocabulum reijcerent, inuentum ab Ario. In- 5
cocto pure.) Hic mendose legebatur. in corpore. Ex uetustissimo codice restituimus, incocto pure. Pus
enim sanies est uomicæ: quod ubi maturuit, ulcere rupto erumpit. Aegyptus recepit.) Nam Ale-
xandria in Aegypto est, unde pulsus Athanasius factione Arianorum, ad Constantinum cõfugerat, &
Constantis literis est restitutus. Tunc Hilarium.) Is factione Saturnini Arelatensis, & aliorũ Aria-
norum pulsus, in Phrygiam cõfugerat: ubi triennium cõmoratus, librum scripsit de religione Christia-
na. Qua de re meminit ipse in libro De Synodis. Ad reditum Eusebij.) Qui unà cum Lucifero post
Athanasium restitutũ fuit ab exilio reuocatus. Is fuit episcopus Vercellensis. Ecclesiam deliniauit.) 6
Hoc est, depinxit. Sed quotus quisq; est hodie episcoporum, qui hoc exemplar non rideat, non abomi-
netur? Lappæq; & triboli.) Intertexuit Maronis carmẽ ex Georgicis. Nemo potest sibi Christi
palmam.) Palmam dixit iudicandi autoritatem, pro quo Romani dicebant, uirgulam censoriam. Hie-
ronymus autem ad Deuteronomij xxv. caput alluſit. Africanam synodũ direxit.) Quidam habe-
bant, indixit. Christi sanguine recenti.) Quidam habebant, calente: fortassis scriptum erat, recens
calente. Simon magus.) Hic à Philippo diacono fuerat baptizatus: unde apud Augustinum pri-
mum inter hæresiarchas locum obtinet. Ab huius discipulo Menandro, Menandriani dicti sunt, qui
dicebant mundum non à deo, sed ab angelis fuisse conditum. Deum abraxas.) Nam huius dictio-
nis ἄβραξας literis, iuxta Græcorum supputationem tot cœlos inducebat, ut alias exposuimus. Ni-
colaus.) Hic uxores uoluit esse communes: Vnus fuit ex septem diaconis, ut habes in Actis apostolo-
rum. Dositheus.) Hæresiarcha, unde Dositheani. Samaritanus erat. Docuit prophetas non fuisse 7
loquutos afflatu spiritus sancti. Huius & alias meminit. Samaritani & ante Christum uelut hæretici
erant: neque enim totam legem reijciebant, sed in quibusdam dissidebant. Saturninum quendam.)

Quendam

A Quendam addidit uelut de obscuro, Is cum Simone & Menandro sensit, & discipulos habuit Saturninianos dictos. Ophitas:) Incredibile dictu, quibus modis totus hic locus fuerit corruptus. Hi dicti sunt à serpente: colunt enim pro deo colubrum, qui seduxit Euam, uelut cognitionis autorem, & eundem affirmant esse Christum. Et Chaldæos. Legendum arbitror Caianos. Nam hæc quoq; fuit antiquissima hæresis. Honorabant Cain & Iudam, quod illum dicerent esse fortissimæ uirtutis, hunc pio consilio prodidisse Christum, quod præsciret quantum boni esset illinc profecturum orbi. Et Choitas.) Legendum arbitror Gnoitas, ut sint ijdem cum Gnosticis, quos sic appellabant, ab usurpatione scientiæ. Nisi mauis Chnoitas, à puluere. Nam Augustinus testatur Gnosticos à nonnullis βορβοριτας fuisse uocatos, à cœno ob spurcitiem. Fit & horum mentio in Decretis caus. xxiiij. quæst. iij. Perpende lector, num legendū sit pro Choitam, Sethoitam. Nam Sethoitæ præter alia dicebant, Seth filium Noe fuisse Christum, ut indicat Augustinus. Addam & aliam coniecturam, quid si legas, Choitam Carpocratem, expuncta coniunctione. Et Choitam appellat, quod dixerit Christum terrenū, hoc
8 est, nihil aliud fuisse quàm hominem, nimirum hoc est laniare Euangelium. Carpocratem.) Vnde Carpocratiani sunt dicti: negabant corporum resurrectionem. Cerinthum.) Vnde Cerinthiani. Dicebant Iesum hominem tantū fuisse: nec resurrexisse, sed resurrecturum. Hebionem.) Nam de Christo idem sensit quod Cerinthus: hi Mosaicæ legis obseruationem cum Christo copulant. Cyprianus ad hæreticos.) Extat hæc epistola inter illius opera. Deucalion orbis.) Non sine stomacho dictum, quasi totus mundus in baptismo hæreticorum, uelut in diluuio periturus fuerit, nisi ab uno Hilario seruaretur. Notissima fabula est apud Ouidium de Deucalione & Pyrrha. Montenses siue Campates.) Lusit in affinitate uocum. Montes enim campis respondent. At ante dixit, Campenses cum Tharsensibus Arianis fuisse coniunctos. Et in Montensibus, ad Montanū hæresiarcham alluſit. Vicimus utriq; uterq; nostrum.) Nihil dici potuit argutius, neq; lepidius.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Ruffinus, opinor, male uerterat librū Origenis περὶ ἀρχῶν. Proinde ad Pammachij preces ipse denuo uertit, nihil immutans, Verū quoniā Arianorū hæresis, & aliorū, in multis uidebatur Origenis decretis consentire, Hieronymus, quo posset citra religionis periculū legi tam eruditū opus, indicat quæ sint illic impie dicta: hoc agens, ne aut periret liber, aut cum pernicie legeret. At illud assequutus est sua industria Hieronymus, ut perdito libro, nihil inde teneamus, præter ea, quæ sola profuerat ignorasse.

B

AD AVITVM, QVID CAVENDVM IN libris περὶ ἀρχῶν.

I ANte annos circiter decem, sanctus uir Pammachius ad me cuiusdam schedulas misit, quæ Origenis περὶ ἀρχῶν interpretata uolumina cōtinerent, imò uitiata: hoc magnopere postulans, ut Græcā ueritatem Latina seruaret translatio: & in utranq; partem seu bene seu male dixisset ille qui scripsit, absq; interpretis patrocinio, Romana lingua cognosceret. Feci ut uoluit, misiq; ei libros: quos cum legisset, exhorruit: & reclusit scrinio, ne prolati in uulgus, multorum animos uulnerarent. A quodam fratre qui habebat zelum dei, sed non secundū scientiam, rogatus ut traderet ad legendum, quasi statim reddituro, propter angustiā temporis, fraudem non potuit suspicari. Qui acceperat legendos, adhibitis notarijs opus omne descripsit: & multo celerius quàm promiserat, codicem reddidit. Eademq; temeritate, & (ut leuius dicam) ineptia, quod male surripuerat, peius alijs credidit. Et quia difficile grandes libros de rebus mysticis disputantes, notarum possunt seruare cōpendia, præsertim qui furtim celeriterq; dictātur: ita in illis cōfusa sunt omnia, ut & ordine in plerisq; & sensu careāt. Quamobrem petis Auite charissime, ut ipsum ad te exemplar dirigam, quod à me olim translatū, & nulli alij traditū, à supradicto fratre peruerse æditum est. Accipe igitur quod petisti: sed ita, ut scias detestanda tibi in eis esse cū plurima: & iuxta sermonem domini, inter scorpiones & colubros incedendū: ut est illud statim in primo uolumine: Christū filium dei non natum esse, sed factum. Deum patrem per naturam inuisibilem, etiā à filio non uideri. Filium, qui sit imago inuisibilis patris, cōparatū patri, non esse ueritatem: apud nos autem qui dei omnipotentis nō possumus recipere ueritatem, imaginariam ueritatem uideri: ut maiestas ac magnitudo maioris, quodammodo circumscripta sentiatur in filio. Deum patrem esse lumen incomprehensibile: Christum collatione patris, splendorem esse perparuum, qui apud nos pro imbecillitate nostra magnus esse uidea-

tur.Duarum ſtatuarum maioris & paruulæ: unius, quæ mundum impleat, & magnitudine c
ſua quodammodo inuiſibilis ſit:& alterius, quæ ſub oculos cadat, ponit exemplum:priori,
patrem: poſteriori, filium comparans. Deum patrem omnipotentem appellat bonum, &
perfectæ bonitatis.Filium non eſſe bonum, ſed auram quandam & imaginem bonitatis: ut
non dicatur abſolute bonus, ſed cum additamento paſtor bonus, & cætera.Tertium digni-
tate & honore poſt patrem & filium, aſſerit ſpiritum ſanctum. De quo cum ignorare ſe di-
cat,utrum factus ſit,an infectus:in poſterioribus quid de eo ſentiret,expreſſit: nihil abſq; ſo
lo deo patre infectum eſſe confirmans. Filium quoq; minorem patre,eo quod ſecundus ab
illo ſit:& ſpiritum ſanctum inferiorem filio,in ſanctis quibuſq; uerſari.Atq; hoc ordine ma-
iorem patris fortitudinem eſſe, quàm filij & ſpiritus ſancti. Et rurſum maiorem filij fortitu-
dinem eſſe,quàm ſpiritus ſancti:& cõſequenter ipſius ſancti ſpiritus, maiorem eſſe uirtutem
Facta,fortè. cæteris,quæ ſancta dicuntur.Cumq; ueniſſet ad rationales creaturas, & dixiſſet eas per ne-
gligentiam ad terrena corpora eſſe delapſas,etiam hoc addidit:Grandis negligẽtiæ atq; de-
ſidiæ eſt,intantum unumquenq; defluere atq; euacuari, ut ad uitia ueniens, irrationabilium
iumentorum poſſit craſſo corpore colligari.Et in cõſequentibus: Quibus,inquit,moti diſpu-
tationibus,arbitramur ſua ſponte alios eſſe in numero ſanctorum,& miniſterio dei:alios ob
culpam propriam de ſanctimonia corruentes, in tantam negligentiam corruiſſe,ut etiam in
contrarias fortitudines uerterẽtur.Rurſumq; naſci ex fine principium,& ex principio finem:
& ita cuncta uariari, ut & qui nunc homo eſt, poſſit in alio mundo dæmon fieri: & qui dæ-
mon eſt,& negligentius egerit,in craſſiora corpora relegetur,id eſt, ut homo fiat. Sicq; per-
miſcet omnia,ut de archangelo poſſit diabolus fieri, & rurſus diabolus in angelum reuerta-
tur.Qui uero fluctuauerint, & motis pedibus nequaquam corruerint,ſubijcientur omnino
diſpenſandi & regendi atq; ad meliora gubernandi principatibus,poteſtatibus, thronis,do
minationibus:& forſitan ex his hominum conſtabit genus,in uno aliquo ex mundis:quan-
do iuxta Eſaiam cœlum & terra noua fient.Qui uero non fuerint meriti,ut per genus homi- D
num reuertantur ad priſtinum ſtatum, fient diabolus & angeli eius, & peſſimi dæmones:ac
pro uarietate meritorum in ſingulis mundis diuerſa officia ſortientur. Ipſoſq; dæmones ac
rectores tenebrarum,in aliquo mundo,uel mundis,ſi uoluerint ad meliora conuerti,fieri ho
mines,& ſic ad antiquũ redire principium: ita duntaxat, ut per ſupplicia atq; tormenta,quæ
uel multo uel breui tempore ſuſtinuerint, in hominum eruditi corporibus, rurſum ueniant
ad angelorum faſtigia.Ex quo conſequenti ratione monſtrari,omnes rationabiles creaturas
ex omnibus poſſe fieri: non ſemel & ſubito, ſed frequentius: noſq; & angelos futuros dæ-
mones,ſi egerimus negligentius: & rurſum dæmones, ſi uoluerint capere uirtutes,peruenire
ad angelicam dignitatem.Corporales quoq; ſubſtantias penitus dilapſuras. Aut certe in fi-
ne omniũ hoc eſſe futura corpora,quod nunc eſt æther & cœlũ,& ſi quod aliud corpus ſyn-
cerius & purius intelligi poteſt.Quod cum ita ſit,quid de reſurrectione ſentiat perſpicuũ eſt.
Solem quoq; & lunam & aſtra cætera eſſe animantia:imò quomodo nos homines,ob quæ
dam peccata his ſumus circundati corporibus,quæ craſſa ſunt & pigra: ſic & cœli luminaria,
talia uel talia accepiſſe corpora,ut uel plus uel minus luceãt: & dæmones ob maiora delicta,
aereo corpore eſſe ueſtitos.Omnem creaturam,ſecundum Apoſtolum, uanitati eſſe ſubie-
ctam, & liberari in reuelatione filiorum dei. Ac ne quis putet noſtrum eſſe quod dicimus,
ipſius uerba ponamus:In fine atq; conſummatione mundi, quando uelut de quibuſdam re-
pagulis atq; carceribus miſſæ fuerint à domino animæ & rationabiles creaturæ, alias earum
tardius incedere ob ſegniciem,alias pernici uolare curſu,propter induſtriam. Cumq; omnes
liberum habeant arbitrium, & ſponte ſua uel uirtutes poſſint capere uel uitia: illæ multo in
peiori conditione erunt, quàm nunc ſunt: hæ ad meliorem ſtatum peruenient: quia diuerſi
motus & uariæ uoluntates in utranq; partem diuerſum accipient ſtatum:id eſt, ut angeli ho
mines uel dæmones,& rurſum ex his homines uel angeli fiant. Cumq; omnia uario ſermo
ne tractaſſet,aſſerens diabolum non incapacem eſſe uirtutis; & tamen necdum uelle capere

uirtutem

A uirtutem,ad extremum ſermone latiſſimo diſputauit,angelum ſiue animam aut certe dæmonem,quos unius aſſerit eſſe naturæ,ſed diuerſarum uoluntatum, pro magnitudine negligentiæ & ſtulticiæ iumentum poſſe fieri: & pro dolore pœnarũ & ignis ardore, magis eligere ut brutum animal ſit, & in aquis habitet & fluctibus, ac corpus aſſumere huius uel illius pecoris:ut nobis nõ ſolum quadrupedum,ſed & piſcium corpora ſint timenda. Et ad extremum ne teneretur Pythagorici dogmatis reus,qui aſſerit μετεμψύχωσιν: poſt tam nefandam diſputationem, qua lectoris animum uulnerauit: Hæc,inquit, iuxta noſtram ſententiam non ſint dogmata,ſed quæſita tantum atq; proiecta,ne penitus intractata uiderẽtur. In ſecundo autem libro mundos aſſerit innumerabiles, non iuxta Epicurũ uno tempore plurimos & ſui ſimiles,ſed poſt alterius mundi finem, alterius eſſe principium. Et ante hunc noſtrum mundum,alium fuiſſe mundum, & poſt hunc alium eſſe futurum, & poſt illum alium: rurſumq; cæteros poſt cæteros. Et dubitat utrũ futurus ſit mundus alteri mundo ita ex omni parte conſimilis,ut nullo inter ſe diſtare uideantur: aut certe nunc̃q; mundus alteri mundo ex toto indiſcretus & ſimilis ſit futurus. Rurſumq; poſt modicum:Si omnia,inquit(ut ipſe diſputationis ordo compellit)ſine corpore uixerint,conſumetur corporalis uniuerſa natura: & redigetur in nihilum,quæ aliquando facta eſt de nihilo:eritq; tempus,quo uſus eius iterũ neceſſarius ſit. Et in conſequentibus:Sin aũt,ut ratione & ſcripturarum autoritate monſtratum eſt,corruptiuum hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit immortalitatẽ:abſorbebitur mors in uictoriam,& corruptio in incorruptionẽ: & forſitan omnis corporea natura tolletur è medio,in qua ſola poteſt mors operari.Et poſt paululum:Si hæc non ſunt contraria fidei,forſitan ſine corporibus aliquãdo uiuemus.Sin aũt qui perfecte ſubiectus eſt Chriſto, abſq; corpore intelligitur:omnes autem ſubĩciendi ſunt Chriſto:& nos erimus ſine corporibus,quando ei ad perfectum ſubiecti fuerimus.Et in eodem loco:Si ſubiecti fuerint omnes deo, omnes depoſituri ſunt corpora:& tũc corporaliũ rerum uniuerſa natura ſoluetur in nihilũ:Quæ
B ſi ſecundo neceſſitas poſtularit,ob lapſum rationabiliũ creaturarũ rurſus exiſtet.Deus enim in certamen & luctam animas dereliquit, ut intelligãt plenam conſummatamq; uictoriam, nõ ex propria ſe fortitudine,ſed ex dei gratia cõſecutas.Et idcirco arbitror pro uarietate cauſarum diuerſos mundos fieri:& elidi errores eorum,qui ſimiles ſui mundos eſſe contendunt. Et iterum:Triplex ergo ſuſpicio nobis de fine ſuggeritur: è quibus quæ uera & melior ſit, lector inquirat.Aut enim ſine corpore uiuemus,cũ ſubiecti Chriſto ſubĩciemur deo, & deus fuerit omnia in omnibus: aut quomodo Chriſto ſubiecta, cũ ipſo Chriſto ſubĩcientur deo & in unum fœdus artabũtur,ita omnis ſubſtantia redigetur in optimã qualitatem, & diſſoluetur in ætherem,quod purioris ſimplicioriſq; naturæ eſt:aut certe ſphęra illa,quã ſupra appellauimus ἀπλανῆ, & quicquid illius circulo cõtinetur,diſſoluetur in nihilũ:illa uero qua σὺν
2 πξώνη ipſa tenetur & cingitur,uocabitur terra bona:nec nõ & altera ſphæra,quę hanc ipſam terram circũambit uertigine,& dicitur cœlum,in ſanctorum habitaculũ conſeruabitur. Cum hæc dicat, nõne manifeſtiſſime gentium ſequitur errorem: & philoſophorum deliramenta ſimplicitati ingerit Chriſtianæ? Et in eodem libro. Reſtat ut inuiſibilis ſit deus.Si aũt inuiſibilis per naturã eſt,neq; ſaluatori uiſibilis erit.Et in inferioribus.Nulla alia anima,quæ ad corpus deſcendit humanũ,puram & germanam ſimilitudinẽ ſigni in ſe prioris expreſſit,niſi illa de qua ſaluator loquitur:Nemo tollet animã meam à me, ſed ego pono eam à meipſo. Et in alio loco:Vnde cum infinita cautione tractandũ eſt,ne forte cum animæ ſalutẽ fuerint conſecutæ,& ad beatã uitam peruenerint,animæ eſſe deſiſtant.Sicut enim uenit dominus atq; ſaluator quærere & ſaluũ facere quod perierat,ut perditũ eſſe deſiſtat: ſic anima quæ perierat, & ob cuius ſalutẽ uenit dominus,cũ ſalua facta fuerit,anima eſſe ceſſabit.Illud quoq; pariter requirendũ,utrum ſicut perditum aliquando non fuit perditũ,& erit tempus quando perditum non erit:ſic & anima aliquando fuerit non anima, & fore tempus,quando nequaq̃ anima perſeueret.Et poſt multũ de anima tractatũ hæc intulit. νῦς, id eſt mens, corruens facta eſt anima:& rurſum anima inſtructa uirtutibus mens fiet.Quod & de anima Eſau ſcrutãtes

possumus inuenire, propter antiqua peccata cum in deteriori uita esse damnatum. Et de cœ- c
lestibus requirendū est, quod non eo tempore quo factus est mundus, solis anima, uel quod
cunq; eam appellari oportet, esse cœperit, sed antequam lucens illud & ardens corpus intra-
ret. De luna & stellis similiter sentiamus, quod ex causis præcedentibus, licet inuitæ compul-
sæ sint, subiici uanitati, ob præmia futurorum: non suam facere, sed creatoris uoluntatē, à quo
in hæc officia distributę sunt. Ignes quoq; gehennæ & tormenta, quæ scriptura sancta pecca-
toribus comminatur, non ponit in supplicijs, sed in conscientia peccatorum, quando dei uir-
tute & potentia omnis memoria delictorum ante oculos nostros ponitur: & ueluti ex qui-
busdam seminibus in anima derelictis, uniuersa uitiorum seges exoritur: & quicquid fecera-
mus in uita uel turpe uel impium, omnis eorum in conspectu nostro pictura describitur, ac
præteritas uoluptates mens intuens conscientię punitur ardore, & pœnitudinis stimulis con
foditur. Et iterum: Nisi forte corpus hoc pingue atq; terrenum caligo & tenebræ nominādæ
sunt: per quod cōsummato hoc mundo, cum necesse fuerit in alium transire mundū, rursum
nascendi sumet exordia. Hæc dicens, perspicue μετεμψύχωσιν Pythagoræ Platonisq; de-
fendit. Et in fine secūdi uoluminis de perfectione nostra disputans, intulit: Cumq; intantum
profecerimus, ut nequaq; carnes & corpora, forsitan ne animæ quidem fuerimus, sed mens
& sensus ad perfectum ueniens, nulloq; perturbationum nubilo caligans: intuebitur rationa
biles intelligibilesq; substantias, facie ad faciem. In libro quoq; tertio hæc uitia continentur.
Sin autem semel recipimus, quod ex præcedentibus causis aliud uas in honorē, aliud in con-
tumeliam sit creatum, cur nō recurramus ad animæ arcanum, & intelligamus eam egisse anti
quitus, propter quod in altero dilecta, in altero odio habita sit, antequam in Iacob corpore
supplantaret, & in Esau planta teneretur à fratre? Et iterum: Vt autem aliæ animæ fierent in
honorem, aliæ in contumeliam, materiarū causarumq; merita præcesserunt. Et in eodem lo
co: Iuxta nos autem ex præcedentibus meritis, uas quod in honorem fuerit fabricatū, si non
dignū uocabulo suo opus fecerit, in alio seculo fiet uas contumeliæ: & rursum uas illud, quod d
ex anteriori culpa contumeliæ nomen acceperat, si in præsenti uita corrigi uoluerit, in noua
creatione fiet uas sanctificatum, & utile domino in omne opus bonum paratū. statimq; sub-
iungit: Ego arbitror posse quosdā homines, à paruis uitijs incipientes, ad tantam nequitiam
peruenire, si tamen noluerint ad meliora cōuerti, & pœnitentia emendare peccata, ut & con-
trariæ fortitudines fiant: & rursum ex inimicis contrarijsq; uirtutibus, intantū quosdam per
multa tempora uulneribus suis adhibere medicinam, & fluentia prius delicta constringere,
ut ad locum transeant optimorū. Sæpius diximus, in infinitis perpetuisq; seculis, in quibus
anima subsistit & uiuit, sic nonnullas earum ad peiora corruere, ut ultimum maliciæ locum
teneant: & sic quasdam proficere, ut de ultimo maliciæ gradu, ad perfectam ueniant consum
matamq; uirtutem. Quibus dictis conatur ostendere & homines, id est, animas posse fieri
dæmones, & rursum dæmones in angelicam redigi dignitatē. Atq; in eodem uolumine. Sed
& hoc requirendum, quare humana anima nunc ab his, nunc ab alijs uirtutibus ad diuersa
moueatur. Et putat quorundam antequam uenirēt in corpore merita præcessisse: ut est illud
Ioannis exultantis in utero matris suæ, quando ad uocem salutationis Mariæ indignam se
confabulatione eius Elizabet confitetur: statimq; subiungit: Et econtrario paruuli licet & pe-
nè lactentes malis replentur spiritibus, & in diuinos atq; hariolos inspirantur: intantum, ut e-
tiam dæmon Pythonicus quosdam à tenera ætate possideat: quos derelictos esse apud pro
uidentiam dei, cum nihil tale fecerint, ut istiusmodi insaniam sustinerent, nō est eius qui nihil
uult absq; deo fieri, & omnia illius iusticia gubernari. Rursumq; de mundo: Nobis autem (in
quit) placet, & ante hunc mundum alium fuisse mundum: & post istum, alium futurum. Vis
discere, quod post corruptionem huius mūdi alius sit futurus? Audi Esaiam loquentem: Erit
cœlum nouum & terra noua, quæ ego facio permanere in conspectu meo. Vis nosse, quod
ante fabricam istius mundi, alij mundi in præterito fuerint? Auscultа Ecclesiasten: Quid est
quod fuit? ipsum quod erit. Et quid est quod factum est? ipsum quod futurum est. Et nō est

omne

omnẽ nouum ſub ſole,quod loquatur & dicat: Ecce hoc nouum eſt. Iam enim fuit in ſeculis priſtinis,quæ fuerunt ante nos.Quod teſtimoniũ non ſolum fuiſſe,ſed futuros mundos eſſe teſtatur: non quod ſimul & pariter omnes fiant,ſed alius poſt alium:ſtatimq; ſubiungit:Diuinitus habitaculum & ueram requiem apud ſuperos exiſtimo intelligi: in qua creaturę rationabiles cõmorantes anteq; ad inferiora deſcenderent:& de inuiſibilibus ad uiſibilia cõmigrarent:ruentesq; ad terram,craſſis corporibus indigerent, antiqua beatitudine fruebantur. Vnde conditor deus fecit eis congrua humilibus locis corpora: & mundũ iſtum uiſibilem fabricatus eſt:miniſtrosq; ob ſalutem & correptionem eorum qui ceciderunt, miſit in mundũ: ex quibus alij certa obtinerent loca, & mundi neceſſitatibus obedirent:alij iniuncta ſibi officia, ſingulis quibuſq; temporibus,quæ nouit artifex deus, ſedula mente tractarent.Et ex his ſublimiora mundi loca,ſol & luna & ſtellæ,quæ ab Apoſtolo creatura dicitur,acceperunt.Quæ creatura uanitati ſubiecta eſt, eo quod craſſis circundata corporibus,& aſpectui pateat.Et tamen nõ ſponte ſubiecta eſt uanitati: ſed propter uoluntatem eius,qui eam ſubiecit in ſpe. Et iterum:Alij uero in ſingulis locis atq; temporibus,quæ ſolus artifex nouit, mundi gubernaculis ſeruiunt,quos angelos eius eſſe credimus.Et poſt paululũ: Quem rerum ordinem & totam mundi prouidentiã:dum aliæ uirtutes de ſublimioribus corruunt, aliæ paulatim labuntur in terras.Iſtæ uoluntariæ deſcendunt,aliæ præcipitãtur inuitæ.Hæ ſponte ſuſcipiunt miniſteria,ut ruentibus manũ porrigant:Ille coguntʼ ingratæ, ut tanto tempore in ſuſcepto officio perſeuerent.Et iterũ:Ex quo ſequitur,ut ob uarios motus, uarijq; creentur & mũdi:& poſt hunc quẽ incolimus,alius multo diſſimilis mũdus fiat. Nulluſq; alius diuerſis caſibus & profectibus,& uel uirtutũ præmijs,uel uitiorum ſupplicijs,& in præſenti,& in futuro,atq; in omnibus & retro,& priora temporibus poteſt merito diſpenſare: & ad unũ rurſum finem cũcta pertrahere,niſi ſolus conditor omnium deus:qui ſcit cauſas propter quas alios permittat ſua perfrui uoluntate,& de maioribus ad ultima delabi: alios incipiat uiſitare,& gradatim quaſi manu data,ad priſtinum retrahere ſtatum,& in ſublimibus collocare.Cumq; de fine diſputare cœpiſſet,hæc intulit:Quia(ut crebro iam diximus) principium rurſus ex fine generatur, quæritur utrum & tunc futura ſint corpora, an ſine corporibus aliquãdo uiuendum ſit, cum redacta in nihilum fuerint:& incorporalium uita, incorporalis eſſe credenda ſit: qualẽ & dei nouimus.Nec dubium eſt,quin ſi omnia corpora ad mundum iſtum ſenſibilem pertineant, quæ appellantur ab Apoſtolo uiſibilia:futura ſit uita incorporalium incorporalis. Et paulò poſt: Illud quoq; quod ab eodem Apoſtolo dicitur: Omnis creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis,in libertatem gloriæ filiorum dei:ſic intelligimus,ut primam creaturam rationabilium & incorporalium eſſe dicamus,quæ non ſeruiat corruptioni, eo quod non ſit ueſtita corporibus:& ubicũq; corpora fuerint,ſtatim corruptio ſubſequatur. Poſtea aũt liberabitur de ſeruitute corruptionis, quando receperint gloriam filij dei, & deus fuerit omnia in omnibus.Et in eodem loco: Vt aũt incorporeum finem omniũ rerum eſſe credamus,illa nos ſaluatoris oratio prouocat,in qua ait: Vt quomodo ego & tu unũ ſumus,ſic & iſti in nobis unum ſint.Etenim ſcire debemus, quid ſit deus, & quid ſit futurus in fine ſaluator: & quomodo in ſanctis ſimilitudo patris & filij repromiſſa ſit:quomodo in ſe illi unũ ſunt, ſic & iſti in eis unũ ſint.Aut enim ſuſcipiendum eſt uniuerſitatis deum, ueſtiri corpore: & quomodo nos carnibus,ſic illum qualibet materia circundari:ut ſimilitudo uitæ dei,in fine ſanctis poſſit æquari. Aut ſi hoc indecens eſt,maxime apud eos, qui ſaltẽ ex minima parte dei ſentire cupiunt maieſtatem,& ingenitæ atq; omnia excedentis naturæ gloriã ſuſpicari: è duobus alterum ſuſcipere cogimur,ut aut deſperemus ſimilitudinẽ dei, ſi eadem ſemper ſumus corpora habituri; aut ſi beatitudo nobis eiuſdẽ cum deo uitæ promittitur,eadẽ qua uiuit deus, nobis conditione uiuendũ eſt.Ex quibus omnibus approbatʼ,quid de reſurrectione ſentiat, & quod omnia corpora interitura cõfirmet:ut ſimus abſq; corporibus,quomodo prius fuimus, anteq; craſſis corporibus ueſtiremur. Rurſumq; de mundorum uarietate diſputans, & uel ex angelis dæmones,uel de dæmonibus angelos ſiue homines futuros eſſe conteſtans:& econtrario ex

hominibus

hominibus dæmones,& omnia ex omnibus: ſententiam ſuam tali fine confirmat. Nec dubium eſt,quin poſt quædam interualla temporum,rurſus materia ſubſiſtat,& corpora fiant, & mundi diuerſitas conſtruatur: propter uarias uoluntates rationabilium creaturarum,quæ poſt perfectam beatitudinem uſq; ad finem omnium rerum paulatim ad inferiora dilapſæ, tantam maliciam receperunt, ut in contrarium uerterentur, dum nolunt ſeruare principium, & incorruptam beatitudinem poſſidere. Nec hoc ignorandũ, quod multæ rationabiles creaturæ,uſq; ad ſecundum & tertium & quartum mundum ſeruent principium, nec mutationi in ſe locum tribuant. Aliæ uero tam parum de priſtino ſtatu amiſſuræ ſint,ut penè nihil perdidiſſe uideantur:& nonnullæ grandi ruina,in ultimũ præcipitãdæ ſint barathrum. Nouitq; diſpenſator omniũ deus,in conditione mundorum ſingulis abuti iuxta meritum, & oportunitates & cauſas,quibus mundi guberbernacula ſuſtentantur & initiantur:ut qui omnes uicerit nequitia,& penitus ſe terræ coæquauerit,in alio mundo,qui poſtea fabricãdus eſt,fiat diabolus,principiũ plaſmationis domini:ut illudatur ei ab angelis,qui exordij amiſere uirtutem. Quibus dictis, quid aliud conatur oſtendere, niſi huius mundi homines peccatores, in alio mundo poſſe diabolũ & dæmones fieri? Et rurſum nunc dæmones,in alio mundo poſſe uel angelos,uel homines procreari? Et poſt diſputationem longiſſimã, qua omnem creaturam corpoream in ſpiritualia corpora & tenuia dicit eſſe mutandam: cunctamq; ſubſtantiam in unum corpus mundiſſimũ,& omni ſplendore purius conuertendam:& talem, qualem nunc humana mens non poteſt cogitare,ad extremũ intulit: Et erit deus omnia in omnibus,ut uniuerſa natura corporea redigatur in eam ſubſtantiam, quæ omnibus melior eſt: in diuinã ſcilicet,qua nulla eſt melior. In quarto quoq; libro,qui operis eius extremus eſt, hæc ab eccleſia Chriſti damnanda interſerit. Et forſitan quomodo in iſto mundo qui moriuntur ſeparatione carnis & animæ,iuxta operum differentiã,diuerſa apud inferos obtinẽt loca: ſic qui de cœleſtis Hieruſalem (ut ita dicam) adminiſtratione moriuntur, ad noſtri mundi inferna deſcendunt: ut pro qualitate meritorum, diuerſa in terris poſſideant loca. Et iterum:& quia cõparauimus,de iſto mundo ad inferna pergentes animas,ijs animabus, quæ de ſuperiori cœlo ad noſtra habitacula perueniunt, & quodãmodo mortuæ ſunt: prudenti inueſtigatione rimandum eſt,an hoc ipſum poſſimus etiam in natiuitate dicere ſingularum: ut quomodo quæ in iſta terra noſtra naſcuntur animæ,uel de inferno rurſum meliora cupientes ad ſuperiora ueniunt,& humanum corpus aſſumunt, uel de melioribus locis ad nos uſq; deſcendunt: ſic & ea loca quæ ſupra ſunt in firmamẽto,aliæ animæ poſſideant, quæ de noſtris ſedibus ad meliora proficiant: aliæ quæ de cœleſtibus ad firmamentũ uſq; delapſæ ſunt, nec tantum fecere peccatũ,ut ad loca quæ incolimus truderẽtur. Quibus dictis nititur approbare,& firmamentum,id eſt cœlũ, ad comparationẽ ſuperioris cœli eſſe inferos: & hanc terrã quã incolimus, collatione firmamenti inferos appellari:& rurſum ad cõparationem inferorũ,qui ſubter nos ſunt,nos cœlũ dici: ut quod alijs infernus eſt,alijs cœlum ſit. Nec hac diſputatione cõtentus, dicit in fine omniũ rerum,quando ad cœleſtem Hieruſalem reuerſuri ſumus,aduerſariarum fortitudinum contra populũ dei bella conſurgere: non ſit eorum ocioſa uirtus, ſed exerceantur ad prælia:& habeant materiã roboris,quam ut conſequi non poſſint,niſi fortes primum aduerſarijs inſtiterint: quos ratione & ordine & ſolertia repugnandi,in libro Numerorum legimus eſſe ſuperatos. Cumq; dixiſſet iuxta Ioannis Apocalypſim,euangeliũ ſempiternum, id eſt,futurũ in cœlis,tantum præcedere hoc noſtrum Euangelium,quantum Chriſti prædicatio legis ueteris ſacramenta: ad extremũ intulit (quod & cogitaſſe ſacrilegum eſt) pro ſalute dæmonum,Chriſtum etiã in aere & in ſupernis locis eſſe paſſurũ. Et licet ille non dixerit,tamen quod conſequens ſit intelligitur: ſicut pro hominibus homo factus eſt, ut homines liberaret: ſic & pro ſalute dæmonum,deum futurum quod ſunt hi, ad quos uenturus eſt liberandos. Quod ne forſitan de noſtro ſenſu putemur aſſerere, ipſius uerba ponenda ſunt. Sicut enim per umbram Euangelij, umbram legis impleuit: ſic quia omnis lex exemplũ & umbra eſt ceremoniarũ cœleſtium, diligentius requirendum, utrũ recte intelligamus legem quoq;

cœleſtem

A cœleſtem, & ceremonias ſuperni cultus plenitudinem non habere: ſed indigere Euangelij ueritate, quod in Ioannis Apocalypſi Euangelium legimus ſempiternum, ad comparationem uidelicet huius noſtri Euangelij, quod temporale eſt, & in tranſituro mundo ac ſeculo prædicatum. Quod quidem etiam ſi uſq; ad paſſionem domini ſaluatoris inquirere uoluerimus, quanq; audax & temerarium ſit in cœlo eius quærere paſſionem: tamen ſi ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus ſunt, & non erubeſcimus crucem domini confiteri propter deſtructionẽ eorum, quæ ſua paſſione deſtruxit: cur timeamus etiam in ſupernis locis, in conſummatione ſeculorũ aliquid ſimile ſuſpicari, ut omnium locorũ gentes illius paſſione ſaluentur? Rurſumq; blaſphemans de filio ſic locutus eſt: Si enim patrem cognoſcit filius, uidetur in eo quod nouit patrem, poſſe eum cõprehendere: ut ſi dicamus artificis animum artis ſcire menſurã. Nec dubium, quin ſi pater ſit in filio, & cõprehendatur ab eo in quo eſt. Sin aũt cõprehenſionem eam dicimus, ut non ſolum ſenſu quis & ſapientia comprehendat, ſed & uirtute & potentia cuncta teneat, qui cognouit: non poſſumus dicere, quod comprehendat filius patrem: pater uero omnia comprehendit. Inter omnia aũt & filius eſt, ergo & filium comprehendit. Et ut ſciremus cauſas, quibus pater comprehendat filium, & filius patrem non queat comprehendere: hęc uerba ſubnectit. Curioſus lector inquirat, utrum ita à ſemetipſo cognoſcatur pater, quomodo cognoſcitur à filio: ſciensq; illud quod ſcriptum eſt: Pater qui me miſit, maior eſt omnibus: uerũ eſſe contendet, ut dicat, & in cognitione filio patrem eſſe maiorem, dum perfectius & purius à ſemetipſo cognoſcitur, quàm à filio. Μετεμψύχωσιν quoq; & abolitionem corporum, per hoc rurſum ſentire conuincitur. Si quis aũt potuerit oſtendere incorporalem rationabilemq; naturã, cum expoliauerit ſe corpore, uiuere per ſemetipſam: & in peiori conditione eſſe, quando corporibus ueſtitur, in meliori quando illa deponit: nulli dubiũ eſt, corpora nõ principaliter ſubſiſtere, ſed per interualla & ob uarios motus rationabilium creaturarum nunc fieri, ut qui his indigent ueſtiantur: & rurſum cum illa deprauatione lapſuum B ſe ad meliora correxerint, diſſolui in nihilũ: & hac ſemper ſucceſſione uariari. Et ne paruam putaremus impietatem eſſe eorum quæ præmiſerat, in eiuſdem uoluminis fine coniungit: omnes rationabiles naturas, id eſt, patrem & filium & ſpiritum ſanctum, angelos, poteſtates, dominationes, cæterasq; uirtutes: ipſum quoq; hominem ſecundum animæ dignitatẽ unius eſſe ſubſtantiæ. Intellectualem, inquit, rationabilemq; naturam ſentit deus & unigenitus filius eius & ſpiritus ſanctus: ſentiunt angeli & poteſtates cæteræq; uirtutes: ſentit interior homo, qui ad imaginem & ſimilitudinẽ dei conditus eſt. Ex quo cõcluditur deum & hæc quodammodo unius eſſe ſubſtantiæ. Vnum addit uerbum, quodammodo: ut tanti ſacrilegij crimen effugeret: & qui in alio loco filium & ſpiritum ſanctum non uult de patris eſſe ſubſtantia, ne diuinitatem in partes ſecare uideatur: naturã omnipotentis dei angelis hominibusq; largitur. Cum hæc ita ſe habeant, quæ inſania eſt, paucis de filio & ſpiritu ſancto commutatis, quæ apertam blaſphemiam præferebant: cætera ita ut ſcripta ſunt protuliſſe in medium, & impia uoce laudaſſe: cum utiq; & illa & iſta de uno impietatis fonte proceſſerint? Aduerſum omnia ſcribere, nec huius eſt temporis: & omnes qui aduerſus Arium & Eunomiũ Manichæũq; & diuerſas ſcripſerunt hæreſes, his quoq; impietatibus reſpondiſſe credendi ſunt. Quiſquis igitur hos uoluerit legere libros, & calciatis pedibus ad terram repromiſſionis pergere: necubi à ſerpentibus mordeatur, & arcuato ſcorpij uulnere uerberetur, legat prius hunc librum: & antequam ingrediatur uiam, quæ ſibi cauenda ſint, nouerit.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

ANte annos.) Vide ut diſtulit rem in decimũ annum, adhuc fauens Origenis ingenio. Cuiuſdam.) Abſtinet à nomine, cum Ruffinum ſignificet. Schedulas.) Ita uocant tabellas rudes & nondum emendate ſcriptas. Vnde & Græcis uerbum σχεδιάζειν, & nomen σχέδιος. περὶ ἀρχῶν.) id eſt, de principijs. Nã hic eſt libro titulus. Aether & cœlũ.) Veteres puriſſimã aeris partẽ æthera uocabãt, ab ardore ſiue luce. Aereo corpore.) Fuit & Auguſtinus in hac ſententia, ut crederet dæmones habere corpora aerea, nõ aſſumpticia, ſed ſua & naturalia, id qđ palã declarat, cũ alijs locis, tũ in libello De diuinatiõe dæmonũ. Niſi forte ſic uelimus interpretari, illic corpus accipi

pro

pro ſubſtantia, quomodo ueteres aliquoties uſurpabant eam uocem: ut apud Gellium, ubi diſputatur ex Platone, uox corpus ſit an accidẽs: & aerea pro ſubtilibus ac tenuibus. Verum ſi quis exactius perpendat totam illam diſputationem, intelliget eum ita tribuiſſe corpora dęmonibus, ut tribuit Origenes & Plato. Aſſerit μετεμψύχωσιν.) id eſt, tranſanimationem, hoc eſt, migrationem animæ de corpore in corpus. Appellauimus ἀπλανῆ.) id eſt, expertem erroris, quod fixa ſit & non erret more cæterarum. ἀντιζώνην ipſa tentetur.) Antizonam uocat, quod opponatur & reſpondeat zonæ. Νᾶς.) Summam animi partem & longiſſime ſemotam à materia, aut certe minimum immerſam materiæ, ſic appellant Theologi. De qua quærit Ariſtoteles in libris De anima, nunquid agat in corpore abſq; corporis organis. Dæmon Pythonicus.) id eſt, diuinus, à Pythone ſerpente, quem iaculis ſuis interemit Apollo. Vnde & Pythium dictum uolũt. Neſcio uero qua de cauſa noſtri addant aſpirationem primæ mutæ. Calciatis.) hoc eſt, armatis aduerſus ſerpentes. Arcuato Scorpiũ uulnere.) Sic enim ferit ſcorpius, utroq; brachio comprehendit quod uult ferire: deinde nitens his, ſupra tergum inflectit caudam in arcus morem, & aculeum infigit, cuſpide adeo ſubtili, ut aciem fallat oculorum.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Epiphanius epiſcopus Salaminæ Cypri, excuſat ſe Ioãni epiſcopo Hieroſolymitano, quod presbyterum ordinaſſet in illius diœceſi, ipſo inconſulto. Deinde commonet, ut ab Origenis erroribus abſtineat. Hanc epiſtolam Hieronymus in odium Ioannis & Ruffini latinam fecit.

EPIPHANIVS IOANNI EPISCOPO HIEROSOLYMORVM.

DOmino dilectiſſimo fratri Ioanni epiſcopo Epiphanius. Oportebat nos dilectiſſime, clericatus honore non abuti in ſuperbiam, ſed cuſtodia mandatorum dei & obſeruatione diligentiſſima hoc eſſe quod dicimur. Si enim ſancta ſcriptura loquitur: cleri eorum non proderunt eis, quæ arrogantia clericatus conducere nobis poterit: qui non ſolum cogitatione & ſenſu, uerum etiam ſermone peccamus? Audiui quippe quod tumeas contra nos, & iraſcaris, & miniteris ſcribere in extremos fines terræ, ut loca prouinciasq; non nominem. Et ubi eſt dei timor, qui nos debet illo tremore concutere, qui dictus eſt à domino: Si quis iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit iudicio? Nõ quod magnopere curem, ſi ſcribas quod placuerit. Scribebant enim & epiſtolę byblinę iuxta Eſaiam: & mittebantur ſuper aquas, quæ cito cum ſeculo tranſeunt. Nihil tibi nocuimus, nihil iniuriæ fecimus, neq; quicquam uiolenter extorſimus. In monaſterio fratrum, & fratrum peregrinorum, qui prouinciæ nihil tuæ deberent: & propter noſtrã paruitatem & literas, quas ad eos crebro direximus, cõmunionis quoq; tuæ cœperunt habere diſcordiam, ne uiderentur quadam duritia & cõſcientia noſtra, antiquæ fidei ab eccleſia ſeparari, ordinauimus diaconum: & poſtquam miniſtrauit, rurſum presbyterũ, ſuper quo debueras gratulari, intelligens quod ob dei timorem hoc ſumus facere compulſi: maxime cum nulla ſit diuerſitas in ſacerdotio dei, & ubi utilitati eccleſiæ prouidetur. Nam & ſi ſinguli eccleſiarum epiſcopi habent ſub ſe eccleſias, quibus curam uidentur impendere: & nemo ſuper alienam menſuram extenditur, tamen præponitur omnibus charitas Chriſti, in qua nulla ſimulatio eſt: nec cõſiderandum quid factum ſit, ſed quo tempore, & quo modo, & in quibus, & quare factum ſit. Cum enim uidiſſem, quia multitudo ſanctorum fratrum in monaſterio cõſiſteret, & ſancti presbyteri Hieronymus & Vincentius propter uerecundiam & humilitatem nollent debita nomini ſuo exercere ſacrificia: & laborare in hac parte miniſterij, quæ Chriſtianorũ præcipua ſalus eſt: inuenire autem & cõprehendere ſeruum dei non poſſes, qui te, eo quod graue onus ſacerdotij nollet ſuſcipere, ſæpe fugiebat: ſed nec alius quis epiſcoporum facile eum reperiret. Vnde & ſatis miratus ſum, quomodo diſpenſatione dei ad nos uenerit cum diaconis monaſterij & cæteris fratribus, ut mihi ſatisfaceret, quia neſcio quid aduerſum eos habebam triſticiæ. Cum igitur celebraretur collecta in eccleſia uillæ, quæ eſt juxta monaſteriũ noſtrum, ignorantem eum, & nullam penitus habentem ſuſpicionem, per multos diaconos apprehendi iuſſimus, & teneri os eius: ne forte liberari ſe cupiens, adiuraret nos per nomen Chriſti: & primum diaconum ordinauimus, proponentes ei timorem dei, & compellentes ut miniſtraret. Valde quippe obnitebatur, indignum ſe eſſe conteſtans. Vix ergo compulimus eum, & perſuadere potuimus teſtimonijs ſcripturarum, & propoſitione mandatorum dei. Et cum miniſtraret

A miniſtraret in ſanctis ſacrificijs, rurſus eum ingenti difficultate tento ore eius, ordinauimus presbyterū:& ijſdē uerbis,quibus antea ſuaſeramus,impulimus ut ſederet in ordine presbyterij.Poſt hæc ſcripſimus ad ſanctos presbyteros monaſterij, & cæteros fratres:& increpauimus eos,quare nō ſcripſiſſent ſuper eo, cum ante annum multos eorum queri audiſſem, cur non haberent qui ſibi domini ſacramenta conficerent,& illum omnes ſuo poſcerent teſtimonio, & grandem utilitatem in commune monaſterij teſtarentur: quare tunc reperta opportunitate nō ſcripſiſſent nobis,neq; ſuper ordinatione eius aliquid popoſciſſent. Hæc ita acta ſunt,ut loquutus ſum,in charitate Chriſti, quam te erga paruitatem noſtram habere credebam:quanquam in monaſterio ordinauerim,& non in parochia,quæ tibi ſubiecta ſit.O uere benedicta epiſcoporum Cypri manſuetudo & bonitas,& noſtra ruſticitas ſenſu tuo & arbitratu digna miſericordia dei. Nam multi epiſcopi communionis noſtræ & presbyteros in noſtra ordinauerunt prouincia, quos nos cōprehendere non poteramus:& miſerunt ad nos diaconos & hypodiaconos,quos ſuſcepimus cum gratia. Et ipſe cohortatus ſum beatæ memoriæ Philonem epiſcopum & ſanctum Theoprobum,ut in eccleſijs Cypri, quæ iuxta ſe erant,ad meæ aūt parochiæ uidebantur eccleſiam pertinere, eo quod grandis eſſet & late patens prouincia,ordinarent presbyteros,& Chriſti eccleſiæ prouiderent. Nunquā autem ego ordinaui diaconiſſas,& ad alienas miſi prouincias, neq; feci quicquam ut eccleſiā ſcinderem. Quid ergo tibi uiſum eſt, ſic grauiter intumeſcere & iactari contra nos pro opere dei, quod in ædificationem,& non in deſtructionem fratrum factum eſt? Sed & illud uehementer admiratus ſum,quod meis loquutus es clericis, aſſerens te per ſanctum presbyterum & abbatem monachorum Gregorium mandaſſe mihi,ne quenquam ordinarem: & ego hoc pollicitus ſim,dicens: Nunquid iuuenis ſum, aut canones ignoro? Audi igitur ueritatem in ſermone dei,me hoc nec audiſſe,nec noſſe,nec iſtius ſermonis penitus recordari.Suſpicatus autem ſum,ne forſitan inter multa,quaſi homo oblitus eſſem:& ob hanc cauſam ſanctum Gregorium ſciſcitatus ſum, & Zenonem presbyterum, qui cum eo eſt. E quibus abbas Gregorius reſpondit,ſe hoc penitus ignorare. Zenon autem dixit, quia cum ei presbyter Ruffinus neſcio quæ alia tranſitorie loqueretur,etiam hoc dixerit: Putás ne aliquos ordinaturus eſt ſanctus epiſcopus? Et hucuſq; ſtetiſſe ſermonem.Ego autem Epiphanius nec audiui quicquam, nec reſpondi. Vnde dilectiſſime non te præueniat furor, nec occupet indignatio,nec fruſtra mouearis:& aliud dolens,te uertas ad alia,ut peccandi occaſionem inueniſſe uidearis.Quod propheta deuitans, dominū precatur,dicens: Non declines cor meū in uerba maliciæ,ad excuſandas excuſationes in peccatis.Illud quoq; audiens admiratus ſum,quod quidam qui ſolent ultro citroq; portare rumuſculos, & his quæ audierunt ſemper addere, ut triſtitias & rixas inter fratres concitent,te quoq; turbauerunt,& dixerunt,quod in oratione quando offerimus ſacrificia deo,ſoleamus pro te dicere:Domine, præſta Ioāni ut recte credat. Noli nos in tantum putare ruſticos,ut hoc tam aperte dicere potuerimus. Quanquā enim hoc in corde meo ſemper orem,tamen ut ſimpliciter fatear,nunquam in alienas aures protuli,ne te uiderer paruipendere dilectiſſime. Quando autem complemus orationem ſecundum ritum myſteriorum, & pro omnibus & pro te quoq; dicimus: Cuſtodi illum qui prædicat ueritatem. Vel certe ita: Tu præſta domine & cuſtodi,ut ille uerbum prædicet ueritatis: ſicut occaſio ſermonis ſe tulerit, & habuerit oratio conſequentiam. Quapropter obſecro te dilectiſſime,& aduolutus pedibus tuis precor,præſta mihi & tibi ut ſalueris, ſicuti ſcriptum eſt, à generatione peruerſa,& recede ab hæreſi Origenis,& à cunctis hæreſibus dilectiſſime. Video enim quod propter hanc cauſam omnis ueſtra indignatio concitata ſit,quod dixerim uobis, Arij patrem Origenem ſcilicet,& aliarum hæreſeon radicem,& parentem laudare non debetis.Et cum uos rogarem, ne ita erraretis & monerem, contradixiſtis & me ad triſticiam atq; lachrymas adduxiſtis.Non ſolum autem me, ſed & alios plurimos catholicos qui intererāt. Inde ut intelligo hæc eſt omnis indignatio, & iſte furor.Et idcirco comminamini, quod mittatis aduerſum me epiſtolas, ut huc illucq; ſermo ueſter diſcurrat: & propter defenſionem

hæreſeos aduerſum me odia ſuſcitantes,rumpitis charitatem quam in uos habuimus:intan-
tum ut feceritis nos etiam pœnitentiam agere, quare uobis cõmunicauerimus , ita Origenis
errores & dogmata defendentes. Simpliciter loquor: nos ſecundum quod ſcriptum eſt, nec
oculo noſtro parcimus,ut non effodiamus eum,ſi nos ſcandalizauerit:nec manui,neq; pedi,
ſi nobis ſcandalum fecerit.Et uos ergo ſiue oculi noſtri,ſiue manus,ſiue pedes fueritis,ſimilia
ſuſtinebitis. Quis enim catholicorũ poſſit æquo animo ſuſtinere , & eorum qui fidem ſuam
bonis operibus exornant,ut audiant Origenis doctrinam atq; conſilium,& credant præcla-
ræ illius prædicationi:non poteſt filius uidere patrem,neq; ſpiritus ſanctus uidere filiũ:Hæc
in libris πρὸς ἀρχῶν ſcribuntur,his uerbis legimus,& ita loquutus eſt Origenes.Sicut enim
incongruum eſt dicere, quod poſſit filius uidere patrem: ſic inconſequens eſt opinari, quod
ſpiritus ſanctus poſſit uidere filium.Illud quoq; quis Origenem dicentẽ patiatur, quod ani-
mæ,angeli fuerint in cœlis:& poſtq̃ peccauerint in ſupernis,directas eſſe in iſtum mundum:
& quaſi in tumulos & ſepulchra,ſic in corpora iſta relegatas,pœnas antiquorum luere pec-
catorum: & corpora credentium non templa Chriſti eſſe, ſed carceres damnatorũ: Exinde
ueritatem hiſtoriæ , allegoriæ deprauans mendacio, infinita uerba multiplicat: & ſimplices
quoſq; uaria perſuaſione ſupplantans, nunc aſſerit animas,iuxta Græcam etymologiam ψυ-
χὰς ἀπὸ τοῦ ψύχεσθαι idcirco uocitatas:quia de cœleſtibus ad inferiora uenientes,calorem pri
ſtinum amiſerint:nunc corpus hoc,ob id iuxta Græcos δέσμας, id eſt,uinculum,ſiue iuxta a-
liam proprietatem,cadauer dici:quia animæ de cœlo ruerint:à pleriſq; aũt ſecundum uariam
Græci ſermonis ſupellectilem σῶμα, id eſt,corpus: σῆμα, id eſt,monumentũ interpretan:
eo quod ita animam in ſe clauſam habeat,quomodo ſepulchra & tumuli cadauera mortuo-
rum. Et ſi hoc uerum eſt, ubi eſt fides noſtra: ubi præconium reſurrectionis: ubi apoſtolica
doctrina,quæ in eccleſijs Chriſti hucuſq; perdurat: ubi illa benedictio ad Adã, & ad ſemen
eius,& ad Noe,& ad filios eius:Creſcite & multiplicamini,& replete terram: Iam enim non
erit benedictio,ſed maledictio, iuxta Origenem,qui angelos uertit in animas: & de ſublimi
faſtigio dignitatis facit ad inferiora deſcendere:quaſi deus generi humano nõ poſſit animas
per benedictionem dare,niſi angeli peccauerint:& tot in cœlo ſint ruinæ,quot in terra natiui
tates.Dimittenda ergo nobis eſt doctrina apoſtolorum & prophetarũ, & legis & ipſius do-
mini ſaluatoris in euangelio pertonantis.Econtrario Origenes præcipit,& legem dat,ut non
dicam conſtringit diſcipulos ſuos:ne quis oret in cœlũ aſcendere, ne peius iterum peccans q̃
in terris ante peccauerat,precipitetur in mundum.Quanq̃ iſtiuſmodi nugas & deliramenta
ſoleat ille ſcripturarum interpretatione peruerſa, & aliud ſignificante q̃ quod uerũ eſt, affir-
mare dicens: Priuſquam à malicia humiliarer,ego deliqui. Et illud : Reuertere anima mea in
requiem tuam.Necnon & illud:Educ de carcere animam meam. Et in alio loco: Confitebor
domino in regione uiuorũ:cum alius proculdubio ſenſus ſcripturæ diuinæ ſit, quã ille in hæ-
reſim ſuã maligna interpretatione detorquet.Quod faciunt & Manichæi,& Gnoſtici,& He
bionitæ,& Marcionis ſectatores, & aliæ hæreſes numero octoginta, quæ de puriſſimo ſcri-
pturarũ fonte aſſumentes teſtimonia,non ita interpretantur ut ſcripta ſunt:ſed ſimplicitatem
ſermonis eccleſiaſtici id uolunt ſignificare,quod ipſi ſentiunt.Illud quoq; quod aſſerere niti-
tur,doleam ne an rideam neſcio . Doctor egregius Origenes audet docere diabolum id rur-
ſum futurum eſſe quod fuerat:& ad eandem redituru dignitatem, & conſcenſurũ regna cœ-
lorum . Proh nephas, quis tam uecors & ſtolidus,ut hoc recipiat,quod ſanctus Ioannes ba
ptiſta,& Petrus,& Ioannes apoſtolus & euangeliſta, Eſaias quoq;, & Hieremias, & reliqui
prophetæ cohæredes fiant diaboli in regno cœlorũ: Prætereo friuolam eius expoſitionem
ſuper tunicis pelliceis,quãto conatu,quantiſq; egerit argumentis,ut tunicas pelliceas huma-
na eſſe corpora crederemus.Qui inter multa ait:Nũquid coriarius aut ſordiſcarius erat deus,
ut conficeret pelles animalium , & conſueret ex eis tunicas pelliceas Adam & Euæ: Manife-
ſtum eſt ergo,inquit,quod de corporibus noſtris loquatur.Et ſi hoc ita eſt , quomodo legi-
mus ante pelliceas tunicas,& ante inobedientiam & de paradiſo ruinam, Adam loquentem

non ſecun

A non ſecundum allegoriam,ſed uere:Hoc nũc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea? Aut unde aſſumptũ eſt illud,quod diuinus ſermo teſtat:Et iniecit deus ſoporẽ in Adam,& dormiuit:& ſumpſit unam de coſtis eius,& adimpleuit pro ea carnem,& ædificauit coſtã,quam tulerat ex eo, illi in uxorem? Aut quæ corpora contegebat Adam & Eua foliis ficus,poſtq; comederunt de arbore uetita? Quis autem patienter ferat Origenem lubricis argumentationibus reſurrectionem carnis huius negantem: ſicut declarat manifeſtiſſime in uolumine explanationum primi pſalmi,& in aliis multis locis? Aut quis audiat in tertio cœlo donantem nobis Origenem paradiſum:& illum quem ſcriptura cõmemorat,de terra ad cœleſtia tranſferentem:& omnes arbores quæ ſcribuntur in Geneſi,ſic allegorice intelligentem:quod ſcilicet arbores,angelicæ fortitudines ſint,cum hoc ueritas non recipiat? Neq; enim dixit ſcriptura diuina:Depoſuit deus Adam & Euam in terram, ſed eiecit eos de paradiſo,& habitare fecit eos contra paradiſum.Non ait, ſub paradiſo.Et poſuit romphęam flammeam,& Cherubim cuſtodire introitum ligni uitæ.Nõ dixit,aſcenſum.Et fluuius egrediebatur ex Eden:non dixit,deſcendit ex Eden.Iſte diuiditur in quatuor principia:nomen uni Phiſon,& nomen ſecũdi Geon.Ego uidi aquas Geon.Aquas quas his carneis oculis aſpexi.Iſte eſt Geon,quem Hieremias demonſtrat,dicens: Quid uobis & uiæ Aegypti, ut bibatis aquam Geon turbidam? Bibi & de hoc magno flumine Euphrate aquas ſimpliciter,quas manu potes tangere, ore ſorbere,non aquas ſpiritales. Vbi autem flumina ſunt, quæ & uidentur & bibuntur, ibi conſequens eſt quod & ficus & alia ligna ſint: de quibus dicit deus: Ex omni ligno quod eſt in paradiſo comedes:ſimilia ſunt lignis aliis & arboribus, ſicut flumina ſimilia ſunt fluminibus & aquis. Si autem aqua quæ cernitur, uere aqua eſt, neceſſe eſt ut & ficus uera ſit,& alia ligna: & Adam uerus ſtatim à principio plaſmatus in corpore ſicut & Eua, & non in phantaſmate:& poſt ruinam (ut uult Origenes) propter peccatũ poſtea corpus acceperit.Sed dicis:Legimus quod ſanctus Paulus raptus ſit uſq; ad tertium cœlum,& uſq; in paradiſum.Be
B ne dicis.Quando ponit tertium cœlum,& poſtea addidit,& in paradiſum,oſtendit alibi eſſe cœlum,& alibi paradiſum. Illas uero præſtigias quis non ſtatim abiiciat atq; contemnat,dicente Origene, de aquis quæ ſuper firmamentum ſunt,nõ eſſe aquas,ſed fortitudines quaſdam angelicæ poteſtatis:& rurſum aquas quæ ſuper terram ſunt, hoc eſt, ſub firmamento, eſſe uirtutes cõtrarias,id eſt,dæmones? Et quomodo legimus, in diluuio apertas cataractas cœli,& aquas inundaſſe diluuij? Vnde aperti ſunt fontes abyſſi,& totus mundus opertus eſt aquis? O furor hominum iunctus ſtulticiæ, qui reliquerunt illud quod in Prouerbiis dicitur: Audi fili ſermonem patris tui, & ne abiicias legem matris tuæ: & conuerſi ſunt ad errorem:& dicunt ſtulto, ut princeps ſui ſit:nec contemnunt res fatuas, quæ dicuntur à fatuo, ſicut ſcriptura teſtatur: Fatuus autem fatua loquitur,& cor eius uana intelligit. Vnde obſecro te dilectiſſime,& quaſi membris meis parcens, propter charitatem quam in te habeo, precor ſcribens & orans, ut impleas illud quod dicitur: Nónne odientes te domine odiui, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? Inimica & digna odio Origenis uerba ſunt,& deo repugnantia, & ſanctis eius:& non iſta ſola quæ dixi, ſed & alia innumerabilia. Neq; enim nunc mihi propoſitum eſt aduerſus omnia Origenis dogmata diſputare.Nihil mihi ſubripuit Origenes, nec in mea generatione fuit, nec propter aliquas res mundi & hæreditatem, odium aduerſum illum pugnasq; ſuſcepi: ſed (ut ſimpliciter fatear) doleo, & ualde doleo, uidens plurimos fratrum, & eorum præcipue qui profeſſionem habent nõ minimam,& in gradum quoq; ſacerdotij maximum peruenerunt,eius perſuaſionibus deceptos,& peruerſiſſima doctrina cibos factos eſſe diaboli: in quibus completum eſt illud,quod dicitur:Super omnem munitionem ludit,& eſcæ eius electæ, & congregauit ſicut arenam captiuitatem. Te autem frater liberet deus & ſanctum populum Chriſti, qui tibi creditus eſt, & omnes fratres qui tecum ſunt, & maxime Ruffinum presbyterum ab hæreſi Origenis,& ab aliis hæreſibus & perditione earum. Si enim propter unum uerbum, aut duo quæ contraria fidei ſunt,multæ hæreſes abiectæ ſunt ab eccleſia: quanto magis hic inter hæreticos habebitur, qui tantas

peruersitates, & tam mala dogmata contra fidem adinuenit, deiq; & ecclesiæ hostis extitit? Inter multa enim mala etiam illud ausus est dicere, perdidisse imaginem dei Adam, cum hoc in nullo penitus loco scriptura significet. Si autem ita esset, nunquam omnia quæ in mundo sunt seruirent semini Adam, id est, uniuerso generi hominum: sicut & Iacobus apostolus loquitur: Omnia domantur & subiecta sunt humanæ naturæ. Nunquam enim uniuersa subiecta essent hominibus, si non haberent homines iuxta id quod uniuersis imperarent imaginem dei. Coniungens autem atq; consocians scriptura diuina gratiã benedictionis, quam Adam donauerat, & generationibus quæ ex eo erant: ne qui forsitan maligna interpretatione auderent dicere, uni datam gratiam dei, & illum solum factũ esse ad imaginem dei, quia plasmatus esset ex humo, & uxorem eius quam creasset de costa uiri: eos uero qui concipe-rentur in utero, & non ita nascerentur ut Adam, dei non habere imaginem: statim per ordinem iungit, & dicit: Et uixit Adam ducentos triginta annos, & cognouit Euam uxorẽ suam, & peperit ei filium iuxta speciem & iuxta imaginem eius, & uocauit nomen eius Seth. Rursumq; in decima generatione post annos bis mille ducentenos sexagintaduos, uindicans deus imaginem suam, & ostendens, quod gratia quam dedisset hominibus perseueraret in eis, ait: Ne comederitis carnem in sanguine, ego enim ulciscar sanguinem uestrum de manu omnis hominis effundentis illum: quia ad imaginem dei feci hominem. Necnon post alteras decem generationes usq; ad Abraham, & ab Abraham usq; ad Dauid alias generationes quatuordecim: quæ uigintiquatuor generationes simul faciunt annos bis mille centum decem & septem: spiritus sanctus in tricesimo octauo psalmo, cum quereretur de omnibus hominibus, quod in uanitate ambularent, & peccatis essent obnoxij, loquitur: Verumtamen in imagine perambulat omnis homo. Nec non post Dauid, etiam sub Solomone filio eius, legimus tale quiddam super dei imagine nominatum. Dicit enim in sapientia, quæ titulo eius inscribitur: Creauit deus incorruptum hominem, & imaginem suæ proprietatis dedit ei. Et rursum post annos trecentos undecim plus minus, in nouo legimus testamento, quod non perdiderunt homines imaginem dei. Iacobus enim apostolus & frater domini, cuius & supra meminimus, instruit nos, ne Origenis laqueis capiamur, habere hominem imaginem & similitudinem dei. Nam cum de lingua hominis latius disputasset, adiecit: Instabile malum, in ipsa quippe benedicimus deum patrem, & in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem dei conditi sunt. Paulus quoq; uas electionis, & qui doctrinam euangelicam sua prædicatione compleuit, docet nos, quod homo ad imaginem & similitudinem dei conditus sit, dicens: Vir non debet nutrire comam, cum gloria & imago dei sit: imaginem simpliciter appellans suo nomine, similitudinẽ autem, gloriæ appellatione significans. Pro tribus igitur testimonijs, quæ tibi, si de scriptura sancta reperirem, dicebas posse sufficere: ecce septem testimona dedimus. Quis ergo sustinebit Origenis ineptias? ut non grauius aliquid loquar: & similis efficiar uel ipsi uel discipulis eius, qui audent in periculo animæ suæ asserere, quodcunq; eis in buccam uenerit: & magis iubere deo, & non ab eo uel orare uel discere ueritatem. Quidam enim eorum dicunt, quod imago dei, quam prius accepit Adam, illo peccante perierit. Alij suspicantur corpus, quod filius dei habiturus esse ex Maria, ipsam esse imaginem: alij sensum, alij uirtutem: isti baptisma, hi quod homo ad imaginem dei dominetur omnibus: ebriorum more hæc uel illa ructantes, quos oportebat tantum effugere discrimen, nec negare quæ loquitur deus, & credentes simpliciter saluos fieri, deoq; concedere donationis suæ certam & ueram scientiam, in qua potissimum parte homines condiderit ad imaginem & similitudinem suam. Qui hæc relinquentes, multis se quæstionibus implicarunt, & per hoc in cœnum demersi sunt peccatorum. Nos autem dilectissime credimus his, quæ loquutus est dominus: & scimus, quod in cunctis hominibus imago dei permaneat: ipsiq; concedimus nosse in qua parte homo ad imaginem dei conditus sit. Sed neq; illud, quod quidam in epistola Ioannis legentes non intelligunt, quenquam decipiat, ubi loquitur: Nunc filij dei sumus, & nondum apparet quod erimus. Nouimus autem, quia

cum

A cum ille reuelatus fuerit,similes ei erimus. Videbimus enim eum sicuti est. Hoc enim propter gloriam quæ ibi reuelanda est sanctis eius,dictum est:sicut & in alio loco legimus:A gloria in gloriam: cuius gloriæ iam in isto seculo sancti arrabonem & portiunculam susceperunt. Primus eorum Moyses,cuius fulsit facies ualde,& radiabat ueluti fulgor & sol. Secundus Elias,igneo curru raptus in cœlum,& ignis detrimenta non sentiens. Stephanus lapidabatur, & faciem habebat angeli,quæ ab omnibus cernebatur. Hoc autem quod in paucis diximus, de omnibus intelligendum est, ut impleatur illud quod scriptum est: Omnis qui sanctificat semetipsum,inter beatos numerabitur. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Cum hæc ita se habeant dilectissime, custodi animam tuam, & desine circa nos murmurare. Dicit enim scriptura diuina: Nolite murmurare adinuicem,sicut quidã murmurauerunt,& à serpentibus perierunt: magis acquiesce ueritati,& dilige diligentes te, & ueritatem. Deus autem pacis præstet nobis iuxta suam clementiam, ut conteratur satanas sub pedibus Christianorum,& abijciatur omnis occasio peruersa,ne scindatur in nobis uinculum charitatis & pacis,& rectę fidei prædicatio. Præterea quod audiui quosdam murmurare contra me, quia quando simul pergebamus ad sanctum locum qui uocatur Bethel,ut ibi collectam tecum ex more ecclesiastico facerem,& uenissem ad uillam quæ dicitur Anablatha,uidissemq; ibi præteriens lucernam ardentem,& interrogassem, quis locus esset,didicissemq; esse ecclesiam,& intrassem ut orarem: inueni ibi uelum pendens in foribus eiusdem ecclesiæ tinctum atq; depictum,& habens imaginem quasi Christi, uel sancti cuiusdam. Non enim satis memini,cuius imago fuerit. Cum ergo hoc uidissem,in ecclesia Christi contra autoritatẽ scripturarum hominis pendere imaginem,scidi illud, & magis dedi consilium custodibus eiusdem loci, ut pauperem mortuum eò obuoluerent & efferrent. Illiq; cõtra murmurantes dixerunt: Si scindere uoluerat,iustũ erat, ut aliud daret uelum atq; mutaret. Quod cum audissem,me daturum esse pollicitus sum, & ilico esse missurum. Paululum autem moratũ fuit in medio,
B dum quæro optimum uelum pro eo mittere. Arbitrabar enim de Cypro mihi esse mittendum. Nunc aũt misi quod potui reperire, & precor ut iubeas presbyteros eiusdẽ loci suscipere uelũ à latore,quod à nobis missum est: & deinceps præcipere, in ecclesia Christi istiusmodi uela, quæ contra religionẽ nostram ueniunt, nõ appendi. Decet enim honestatem tuam hanc magis habere solicitudinẽ,ut scrupulositatem tollat,quæ indigna est ecclesia Christi & populis qui tibi crediti sunt. Palladium uero Galatam,qui quondã nobis charus fuit,& nunc misericordia dei indiget,caue,quia Origenis hæresim prædicat & docet, ne forte aliquos de populo tibi credito ad peruersitatem sui inducat erroris. Opto ut ualeatis in domino.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

1 Scribuntur his uerbis.) Nempe his quæ mox sequuntur. Iuxta Græcam etymologiam, ψυχὰς ἀπὸ τοῦ ψύχεσθαι.) id est, animas à refrigescendo. Torquet autem hanc etymologiam, cum potius dicatur à uerbo ψύχω, quod est uiuifico,siue animo:quanquam & refrigero significet,sed proprie respirando ψύχω, quod spiritus refrigeret. Iuxta Græcos δέσμας.)
2 δέω uincio, δέσμον uinculum, quod corpori sit illigatum. Cadauer dici.) Vt σῶμα dicatur,quasi πῶμα, quod à cadendo dictum est. Plato putat σῶμα dici posse quasi carcerem, quod illic anima seruetur,donec pœnas luerit. Σῆμα.) Σῆμα sepulchrum est,siue monumentum. Nam σῆμα quasi signum dicitur,quod indicet titulũ sepulti. De his etymologijs Plato differit in Cratylo, & Macrobius in com
3 mentarijs, quos scripsit in Somnium Scipionis. Coriarius, aut sordiscarius.) In nonnullis scriptum habebatur,sordis carnis. Ego legendum arbitror,aut scortisarius,à pellibus animantium,quæ scorta uocantur:aut scrutarius,à genere uestis pelliceæ. Horatius: Vilia uendentem tunicato scruta popello.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ioannes episcopus Hierosolymitanus, suspectus erat, quod Origenis & Arianorum dogmatibus esset infectus. Proinde ab huius communione diuus Hieronymus abstinebat. Congregato autem super hac re sub Epiphanio monachorum & presbyterorum concilio apud Antiochiam, efflagitatus est Ioannes ut se purgaret de infamia hæreseos. Is diu tergiuersatus, tandem misso quodam, sed sine literis, magis auxit suspicionem malæ conscientiæ. Hunc igitur magna libertate prouocat, ut aperte aut hæresim suam profiteatur, aut Christianum esse se declaret. Hæc tametsi sunt erudita, tamen absq; dolore legi non possunt, inter tantos uiros tantas factionum & simultatum turbas incidisse.

SI iuxta Paulum apostolum quod sentimus orare nō possumus, ac propriæ mentis cogitationem sermo non explicat: quanto magis periculosum est de alterius animo iudicare, & singulorum dictorum atq; uerborum inuestigare atq; proferre rationem? Natura hominum prona est ad clementiam, & in alieno peccato sui quisq; miseretur. Si ergo reum in sermone reprehenderis, simplicitatem uocabit. Si calliditatem argueris, imperitiam confitebitur, ut suspitionem uitet maliciæ. Atq; ita fiet, ut tu qui arguis, calumniator: ille qui reprehenditur, non hæreticus, sed rusticus iudicetur. Nosti Pammachi, nosti me ad hoc opus non inimicitijs, non gloriæ cupiditate descendere, sed prouocatum literis tuis ex ardore fidei: ac uelle si fieri posset, omnes idipsum sapere: nec impatientiæ ac temeritatis posse reprehendi, si post triennium loquor. Deniq; nisi ad apologiam, de qua nunc scribere instituī, multorum animos diceres perturbatos, & in utramq; partem fluctuare sententiam, decreuerā in incepto silentio permanere. Faceſſat itaq; Nouatus errantibus manus non porrigens, Montanus cum insanis fœminis prosternatur, iacentes in barathrum præcipitās ne leuentur. Quotidie peccamus omnes, & in aliquo labimur. Qui ergo in nos clementes sumus, rigorem contra alios non tenemus: quin potius oramus, petimus, obsecramus, ut aut simpliciter nostra fateatur, aut aperte defendat aliena. Nolo uerborum ambiguitates: nolo mihi dici, quod & aliter possit intelligi. Reuelata facie gloriam domini contemplemur. Claudicabat quondam & Israeliticus populus in utroq; pede. Sed Elias, qui interpretatur fortis domini, usq; quo ait claudicatis in utroq; uestigio? Si dominus est deus, ambulate post eum: si autem Baal, sequimini eum. Et ipse dominus de Iudæis: Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inueterauerunt, & claudicauerunt à semitis suis. Certe si hæreseos nulla suspicio est, ut cupio & credo, cur non uerbis meis meum sensum loquitur? Quam ille simplicitatem uocat, ego maliciam interpretor. Persuadere mihi uult, quod pure credat, pure ergo & loquatur. Et si quidē unum uerbū uel unus sensus esset ambiguus, si duo, si tres, ignorantiæ ueniā tribuerem: nec ea quæ aut obscura uel dubia sunt, de certis & perspicuis æstimarem. Nunc uero quę ista simplicitas est, quasi super oua & aristas inter theatrales præstigias pendenti gradu incedere, ubiq; dubium, ubiq; suspectum? Putes eum non expositionem fidei, sed figuratam controuersiam scribere. Quod iste nunc appetit, olim in scholis didicimus. Nostra aduersum nos dimicat armatura. Etiam si bene credit, & circunspecte & timide loquitur, suspicionem mihi facit nimia diligētia. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Stultum est frustra infamiam sustinere. Obijcitur ei crimen, cuius non habet conscientiam. Ergo crimen quod totū pendet in uerbo, neget confidenter, ac libere faciat inuidiam aduersario suo. Eadem audacia qua ille insimulat, hic defendat. Cumq; omnia dixerit quæ uoluerit, quæ proposuerit, quæ suspicionibus carent: si perseuerat calumnia, conserta manu in ius trahat. Nolo in suspicione hæreseos quenquam esse patientem, ne apud eos qui ignorant innocentiā eius, dissimulatio conscientia iudicetur si taceat: licet superfluum sit eius præsentiam quærere, & extorquere silentium, cuius apud te literas teneas. Scimus omnes, quid tibi scripserit, quid in te arguerit, in quo (ut tu uis) calumniatus sit. Responde ad singula, per epistolæ huius gradere uestigia, ne punctum quidem & apicem calumniæ transeas. Si enim egeris negligenter, & (ut ego tibi credo iuranti) casu aliqua transieris, statim ille clamabit & dicet: Hic hic te uictum teneo: hic totius negocij cardo uersatur. Non æque inimici audiūt, & amici. Qui inimicus est, etiam in scirpo nodum quærit: amicus praua quoq; recta iudicat. Scribunt seculi literæ, amantium cæca esse iudicia, quas tu forsitan sacris uoluminibus occupatus omnino neglexeris. Nunquam de amicorum iudicio glorieris. Illud uerum est testimonium, quod ab inimica uoce profertur. Alioqui si amicus pro te dixerit, non testis aut iudex, sed fautor putabitur. Hæc & huiusmodi loquent inimici tui, qui tibi forte non credāt, & mouere cupiant stomachum. Cæterum ego quem nunquā uolens læsisti, cuius semper in epistolis tuis nomen cogeris uentilare: do consiliū, ut aperte aut fidem ecclesiæ prædices, aut

loquaris

A loquaris,ut credis. Dispensatio etenim ac libratio ista prudens uerborum,indoctos decipere potest. Cautus auditor & lector cito deprehendet insidias: & cuniculos quibus ueritas subuertitur, aperte in luce demonstrabit. Et Ariani,quos optime nosti, multo tempore propter scandalum nominis ὁμούσιου se damnare simulabant, uenenacp erroris circumlinebant melle uerborum. Sed tandem coluber se tortuosus aperuit,& noxium caput, quod spiris totius corporis tegebatur,spiritali mucrone confossum est. Recipit,ut scis, ecclesia pœnitentes: & numero superata peccantium,dum deceptis gregibus consulit,pastorum uulneribus ignoscit. Eadem nunc in ueteri & noua hæresi consuetudo seruatur, ut aliud populi audiant,aliud prædicent sacerdotes. Ac primum antequam epistolam tuam, quam scripsisti ad episcopum Theophilum, interpretatam huic uolumini inseram, & ostendam tibi, me intelligere nimis cautam prudentiam tuam, expostulare tecum libet. Quæ hæc est tanta arrogantia, non respondere de fide interrogantibus? Tantam fratrum multitudinem,& monachorum choros, qui tibi in Palæstina non communicant, quasi hostes publicos æstimare? Dei filius propter unam morbidam ouem, nonagintanouem in montibus derelictis, alapas, crucem, flagella sustinuit, & suis humeris portauit ad cœlos baiulans, & patiens delicatam peccatricem. Tu beatissimus papa,& fastidiosus antistes,solus diues,solus sapiens,solus nobilis ac differtus:conseruos tuos, & redemptos sanguine domini tui, rugata fronte & obliquis oculis despicis? Hoc est illud, quod Apostolo præcipiente didicisti: Parati semper ad satisfactionem omni poscenti uos ratione de ea quæ in uobis est spe? Finge nos occasionē quærere, & sub prætextu fidei lites serere,schisma conficere,iurgia concitare. Tolle occasionem uolentibus, ut postquam de fide satisfeceris, & omnes nodos qui contra te nectuntur absolueris, tunc liquido omnibus probes,non dogmatū sed ordinationis esse certamen. Nisi forte prudenti consilio,ideo de fide interrogatus taces,ne uidearis hęreticus esse,cum satisfeceris. Omnia ergo crimina, quibus accusantur homines, refutare non debent: ne postquam negaue-
B rint,criminosi sint. At contemnis laicos, diaconos atcp presbyteros. Potes enim(ut gloriaris & iactitas) in una hora mille clericos facere. Habes papam Epiphanium, qui te aperte missis literis hæreticum uocat. Certe nec ætate, nec scientia, nec uitæ merito, nec totius orbis testimonio,maior illo es. Si ætatem quæris,iuuenis ad senem scribes. Si scientiam, non sic eruditus ad doctum: licet te fautores tui, disertiorem Demosthene, acutiorem Chrysippo, sapientiorem Platone contendant, & tibiipsi fortè persuaserint. De uita autem & fide nihil amplius dicam,ne te lædere uideat. Eo tempore quo totum Orientem (excepto papa Athanasio atq; Paulino) Arianorum & Eunomianorum hæresis possidebat, quando tu Occidentalibus & in medio exilio confessoribus, non communicabas: ille uel presbyter monasterij ab Eutychio audiebatur,uel postea episcopus Cypri à Valente nō tangebatur. Tantæ enim uenerationis semper fuit,ut regnantes hæretici, ignominiam suam putarent, si talem uirum persequerentur. Scribe igitur ad hunc. Respondе epistolę eius: sentiant cęteri fidem, eloquentiam,prudentiam tuam,ne tibi solus disertus esse uidearis. Cur ab alio prouocatus,aliorsum arma conuertis? Palæstinæ interrogaris, & respondes Aegypto. Alijs lippientibus, ungis oculos non dolentium. Si placitura nobis alteri loqueris, satis superbe: si aliud quàm quærimus, satis superfluc. Sed dicis, epistolam meam probauit Alexandrinus episcopus. Quid probauit? contra Arium,contra Photinum,contra Manichęum bene loquutum. Quis enim te hoc tempore arguit Arianum? quis tibi nūc Photini Manichæiq; crimen impingit? Olim ista emendata sunt atq; cōcussa. Non eras tam stultus,ut aperte defenderes hæresim, quam sciebas ecclesiæ displicere. Noueras te si hoc fecisses, statim loco mouendum, & solij tui delicias suspirabas. Sic sententiam temperasti, ut nec simplicibus displiceres, nec tuos offenderes. Bene scripsisti, sed nihil ad causam pertinens. Vnde nouerat Alexandrinæ ecclesiæ pontifex, in quibus arguereris? quorum à te confessio postularetur? Debueras tibi obiecta proponere,& sic ad singula respondere. Vetus narrat historia: Quidam cum diserte diceret, ferreturcp impetu ac uolubilitate uerborum, causamcp omnino non tangeret, pru-

dens auditor & iudex: Bene (inquit) bene, sed quò istud tam bene? Imperiti medici ad omnes c
oculorum dolores uno utuntur collyrio. Qui arguitur in pluribus, & in dilutione criminum
aliqua prætermittit, quicquid tacuerit, confitetur. An non respondisti ad epistolam Epipha-
nij, & proposuisti ipse quæ dissolueres? Nimirum hac fiducia respondisti: Nullus fortiter à
semetipso cęditur. Elige è duobus, quid uis. Optio tibi dabitur, aut respondisti ad epistolam
Epiphanij, aut non. Si respondisti, cur maxima & plurima de his quæ tibi obiecta sunt reli-
quisti? Si non respondisti, ubi est illa apologia tua, in qua gloriaris apud simplices: & quasi
ignorãtibus causam, huc illucq; disseminas? Octo tibi (ut statim probabo) de spe fidei Chri
stianæ quæstionum capita obiecta sunt. Tria tantum tangis, & præteris. In cæteris grande
silentium est. Si ad septem absolutissime respondisses, hærerem tamen in uno crimine: &
quod tacueras, hoc tenerem. Nunc uero quasi auribus lupum apprehenderis, nec tenere po-
tes, nec audes dimittere. Ipsa quoq; tria quasi negligens atq; securus, quasiq; aliud agens: &
in quibus aut nulla aut parua sit quæstio, præteruolas atq; perstringis. Et ita opertus ac te-
ctus incedis, ut plus confitearis tacendo quàm renuas disputando. Quis non protinus tibi
potest dicere: Si lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Si tres quæ
stiunculæ, de quibus uisus es aliquid dicere, suspicione & culpa non carent, & fraudulenter ac
lubrice scriptæ coarguuntur: quid faciemus de quinq; reliquis, in quibus quia nulla ambi-
gui sermonis dabatur occasio: nec illudere poteras audiẽtes, maluisti omnino reticere, quàm
aperte quod tectum fuerat confiteri. Et primum de libro πρὸς ἀρχῶν, ubi loquitur: Sicut
enim incongruum est dicere, quod possit filius uidere patrem: ita inconueniens est opinari,
quod spiritus sanctus possit uidere filium. Secundum, quod in hoc corpore quasi in carcere
sunt animæ religatæ: & antequã homo fieret in paradiso, inter rationabiles creaturas in cœ-
lestibus commoratæ sunt. Vnde postea in consolationem suam anima loquitur in psalmis:
Priusquam humiliarer, ego deliqui. Et: Reuertere anima mea in requiem tuam. Et: Educ de
carcere animam meam: & cætera his similia. Tertium, quod dicat, & diabolum & dæmones d
acturos pœnitentiam aliquando, & cum sanctis ultimo tempore regnaturos. Quartũ, quod
tunicas pelliceas humana corpora interpretetur, quibus post offensam & eiectionem de pa-
radiso Adam & Eua induti sunt, haud dubium quin ante in paradiso sine carne, neruis & os-
sibus fuerint. Quintum, quod carnis resurrectionem, membrorumq; compagem, & sexum
quo uiri diuidimur à fœminis, apertissime neget: tam in explanatione primi psalmi, quàm in
alijs multis tractatibus. Sextum, quod sic paradisum allegorizet, ut historiæ auferat uerita-
tem, pro arboribus angelos, pro fluminibus uirtutes cœlestes intelligens, totamq; paradisi
continentiam tropologica interpretatione subuertat. Septimum, quod aquas quæ super cœ
los in scripturis esse dicuntur, sanctas supernasq; uirtutes: quæ super terram & infra terram,
contrarias & dæmoniacas esse arbitretur. Octauum, quod extremũ obijcit, imaginem & si-
militudinem dei, ad quam homo conditus fuerat, dicit ab eo perditã, & in homine post pa-
radisum non fuisse. Hæ sunt sagittæ, quibus confoderis: hæc tela, quibus in tota epistola uul-
neraris: excepto eo, quod tuis genibus aduolutus, sanctamq; caniciem sepositò parumper
sacerdotis honore substernens, deprecatur salutem tuam, & his uerbis loquitur: Præsta mihi
& tibi ut salueris, sicut scriptum est, à generatione peruersa: & recede ab hæresi Origenis, &
à cunctis hæresibus dilectissime. Et infra. Propter defensionẽ hæreseos aduersum me odia
suscitantes rumpitis charitatem, quam in uobis habui: intantum, ut faceretis nos etiam pœ-
nitere, quare uobis cõmunicauerimus, ita Origenis errores & dogmata defendentibus. Dic
mihi disputator egregie, de octo capitulis ad quæ responderis. Paulisper de cæteris taceo.
Prima illa blasphemia, quod nec filius patrem, nec filium potest uidere spiritus sanctus, qui-
bus à te telis confossa est? Sanctam, inquit, & adorandam trinitatem eiusdem substantiæ,
& coæternam, eiusdem glorię & diuinitatis credimus: anathematizantes eos, qui grande aut
paruum, aut inæquale, aut uisibile in deitate trinitatis quicquam loquuntur. Sed sicut incor-
poralem, inuisibilem, & æternum dicimus patrem: sic incorporalem, inuisibilem & æternum

dicimus

A dicimus filium & ſpiritū ſanctum. Niſi hoc diceres, eccleſiam non teneres: & tamen non quæ
ro, ſi ante non dixeris: non euentilabo, ſi amaueris eos qui talia prædicauerunt: cum quibus
fueris, quando iſta dicentes exilia ſuſtinebant: quis ſit ille, qui Theone presbytero ſpiritum
ſanctum deum in eccleſia prædicante, clauſerit aures, forasq; cum ſuis cōcitus fugerit, ne tan
tum audiret piaculum. Statim ſera conuerſione fidelem, inquit, uolo. Miſerabilis prætexta
2 tus, qui deſignatus conſul eſt mortuus, homo ſacrilegus & idolorum cultor, ſolebat ludens
beato papæ Damaſo dicere: Facite me Romanæ urbis epiſcopum, & ero protinus Chriſtia
nus. Quid mihi longo ſermone & lacinioſis periodis Arianum te non eſſe demonſtras?
Aut nega hoc dixiſſe eum, qui arguitur: aut ſi loquutus eſt talia, eum damna qui dixerit. Vis
ſcire quantus ſit ardor bene credentium? audi Apoſtolum: Et ſi nos, aut angelus de cœlo ali
ter euangelizauerit uobis quàm annunciauimus, anathema ſit. Tu mihi ut crimen extenues:
& diſſimulato nomine criminoſi, quaſi ſecura ſint omnia, & nullus in blaſphemijs arguatur,
eroſam fidem artifici ſermone contexis. Dic ſtatim, & epiſtola tua hoc habeat exordiū, ana
thema ei, qui talia auſus eſt ſcribere. Fides pura moram nō patitur. Vt apparuerit ſcorpius,
ilico conterendus eſt. Dauid inuentus ſecundum cor domini: Nónne, inquit, odientes te do
mine oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebā? Perfecto odio oderam illos. Ego ſi patrem,
ſi matrem, ſi germanum aduerſum Chriſtum meum audiuiſſem iſta dicentes, quaſi rabidi
canis blaſphemantia ora laceraſſem, & fuiſſet in primis manus mea ſuper eos. Qui patri &
matri dixerunt, non nouimus uos, hi impleuerunt uoluntatem domini. Qui diligit patrem
aut matrem ſuper Chriſtum, non eſt eo dignus. Obijcitur tibi, quod magiſter tuus, quem ca
tholicum uocas, quem defendis obnixe, dixerit: Filius non uidet patrem, & filium non uidet
ſpiritus ſanctus, & tu mihi dicis: Inuiſibilis pater, inuiſibilis filius, inuiſibilis ſpiritus ſanctus;
quaſi non & angeli & cherubim & ſeraphim, ſecundum naturam ſuam oculis noſtris inuiſi
biles ſint? Certe Dauid etiam de aſpectu cœlorum dubitans: Videbo, inquit, cœlos, opera
B digitorum tuorum. Videbo, non uideo. Videbo, quando facie reuelata gloriam domini fue
ro contemplatus: nunc autem ex parte uidemus, & ex parte cognoſcimus. Quæritur an pa
trem uideat filius: & tu dicis, inuiſibilis pater eſt. Deliberatur an filiū uideat ſpiritus ſanctus:
& tu reſpondes, inuiſibilis eſt filius. Verſatur in cauſa, an ſe inuicem trinitas uideat, humanæ
aures tantam blaſphemiam ferre non ſuſtinēt: & tu dicis, inuiſibilis trinitas eſt. In laudes cæ
teras euagaris: peroras in his, quæ nullus inquirit. Auditorem aliorſum trahis, ut quod quæ
rimus non loquaris. Verum hæc ex ſuperfluo dicta ſint. Donamus tibi, ut non ſis Arianus:
imò plus, ut nunquā fueris. Concedimus, ut in expoſitione primi capituli, aduerſum te nulla
ſuſpicio ſit, & totum pure, totum ſimpliciter ſis loquutus, eadem ſimplicitate & nos tecum lo
quimur. Num papa Epiphanius accuſauit te, quod Arianus eſſes? Num Eunomij ἀθέου ti
bi impegit hæreſim? Hoc per totam epiſtolam quæritur, quod Origenis dogmatum ſequa
ris errores, & quoſdam habeas huius hæreſeos ſocios. Cur aliud interrogatus, reſpondes
aliud: & quaſi cum ſtultis loquaris, diſſimulatis criminibus quæ in literis continentur, repli
cas quid in eccleſia præſente Epiphanio dixeris? Confeſſionem fidei poſtularis, & diſertiſ
ſimos tractatus tuos nolentibus ingeris? Quæſo lector, ut memor tribunalis domini, & de
iudicio tuo te intelligēs iudicandum, nec mihi, nec aduerſario faueas, néue perſonas loquen
tium, ſed cauſam conſideres. Dicamus ergo quod cœpimus. Scribis in epiſtola tua, quod
antequam Paulinianus presbyter fieret, nunquam te papa Epiphanius ſuper Origenis er
rore conuenit. Primum dubium eſt, & de perſonis diſputo. Ille obieciſſe ſe dicit, tu negas:
ille teſtes profert, tu non uis audire productos. Ille etiam commemorat alium eſſe conuen
tum, tu pro utroque diſſimulas: mittit tibi per clericum ſuum epiſtolam, reſponſionem fla
gitat: taces, mutire non audes: & Palæſtinæ prouocatus, Alexandriæ loqueris. Inter illum
& te, cui accommodanda ſit fides, non eſt meum dicere. Puto quod nec ipſe audeas aduer
ſum talem ac tantum uirum, tibi ueritatem, illi mendacium deputare. Sed fieri poteſt, ut
unuſquiſque pro ſe loquatur. Teipſum contra te teſtem uocabo. Si enim nulla de dogma

tibus

tibus quæstio uersabatur:si stomachum senis non moueras:si ille tibi nihil responderat,quid c
necesse erat, ut in uno ecclesiæ tractatu, de cunctis dogmatibus, homo non satis eloquens,
disputares de trinitate, de assumptione dominici corporis,de cruce,de inferis,de angelorum
natura, de animarum statu, de resurrectione saluatoris, & nostra: & interea quæ forsitan
oblitus es scribere,præsentibus populis & tali ac tanto uiro intrepidus diceres, & omnia una
saliua continuares? Vbi sunt ueteres ecclesiæ tractatores, qui uix singulas quæstiones ex/
plicare multis uoluminibus potuerunt? ubi electionis uas,tuba Euangelij, rugitus leonis no/
stri, tonitruus gentium, flumen eloquentiæ Christianæ: qui mysterium retro generationi/
bus ignoratum, & profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei magis miratur, quàm
loquitur? Vbi Esaias uirginis demonstrator,qui in una quæstione succumbens ait: Genera/
tionem eius quis enarrabit? Repertus est seculis nostris haud grandis homunculus, qui de
cunctis ecclesiæ quæstionibus,uno linguæ rotatu sole clarius coruscaret. Si nemo à te postu
labat,& tranquilla erãt omnia,stulte tanta disputandi uoluisti subire discrimina. Si iam tunc
in satisfactionem fidei loquebaris,ergo non est ordinatio presbyteri,causa discordiæ: quem
constat multo post tempore constitutum.Fefellisti absentes,& literę tuæ peregrinis auribus
blandiuntur.Nos hic eramus,cuncta nouimus,quando contra Origenem in ecclesia tua,pa
pa Epiphanius loquebatur,quando sub illius nomine in uos iacula torquebantur.Tu & cho
rus tuus canino rictu,naribusq; contractis, scalpentes capita, delirum senem nutibus loque/
bamini. Nónne ante sepulchrum domini misso archidiacono præcepisti, ut talia disputans
conticesceret? Quis hoc usquam presbytero suo coràm plebe imperauit episcopus? Nónne
cum de anastasi pergeretis ad crucem,& ad eum omnis ætatis & sexus turba conflueret,offe
rens paruulos,pedes deosculans,fimbrias uellens:cumq; nõ posset promouere gradum, sed
in uno loco uix fluctus undantis populi sustineret, tu tortus inuidia aduersus glorioſum se/
nem clamitabas:nec erubuisti in os ei dicere, quod uolens & de industria moraretur. Recor/
dare quæso illius diei,quando ad horam septimam inuitatus populus spe sola, quasi postea d
auditurus Epiphanium esset,detinebatur:quid tunc concionatus sis.Nempe contra Anthro
pomorphitas, qui simplicitate rustica deum habere membra quæ in diuinis libris scripta
sunt arbitrantur, furens & indignans loquebaris: oculos & manus & totius corporis trun/
cum,in senem dirigebas,uolens illum suspectum facere stultissimæ hęreseos.Postquam las/
sus ore arido, resupinaq; ceruice ac trementibus labijs conticuisti, & tandem totius populi
uota completa sunt, quid tibi fecit delirus & fatuus senex? Surrexit, ut se indicaret pauca di/
cturum esse, salutataq; & uoce & manu ecclesia,cuncta (inquit) quæ locutus est collegio fra/
ter,ætate filius meus,contra Anthropomorphitarum hæresim, bene & fideliter locutus est,
quæ mea quoque damnatur uoce.Sed æquum est, ut quomodo hanc hæresim condemna/
mus, etiam Origenis peruersa dogmata condemnemus. Qui risus omnium,quæ acclama/
tio consequuta est, puto quod retineas. Hoc est illud, quod in epistola tua dicis loquentem
illum ad populum quæ uellet, & qualia uellet. Scilicet delirabat, qui in regno tuo contra tu/
am sententiam loquebatur.Quæ uellet,inquis,& qualia uellet.Vel lauda,uel reproba.Quid
& hic dubius incedis? Si bona erant quæ loquebatur, cur non aperte prædicas? Si mala,cur
non constanter reprehendis? Atqui columna ueritatis ac fidei, qui de tanto uiro audet dice/
re, loquente illo ad populum quæ uellet, & qualia uellet: de seipso quàm prudenter & uere/
cunde,quàm humiliter referat,consideremus.Cum(inquit) & nos quadam die ante eum lo/
quuti essemus:& præsens lectio prouocasset,audiente illo,& uniuersa ecclesia,de fide & om/
nibus ecclesiasticis dogmatibus hæc loquuti sumus, quæ & semper gratia dei indesinenter
in ecclesia docemus,& in catechesibus. Rogo quæ est ista confidentia, qui tantus animi tu/
mor? Gorgian Leontinum cuncti philosophi & oratores lacerant, quod ausus sit publice
sella posita, polliceri responsurum se, de qua quisq; re interrogare uoluisset. Nisi me honor
sacerdotij,& ueneratio nominis refrenaret,& scirem illud Apostoli: Nesciebam fratres,quia
pontifex est: Scriptum est enim: Principem populi tui non maledices: qua uociferatio/
ne &

A ne & indignatione uerborum, de tua narratione conquererer? Licet ipſe nominis tui extenuas dignitatem, cum patrem penè omnium epiſcoporum, & antiquæ reliquias ſanctitatis & opere & ſermone deſpicias. Dicis te quadam die, cum præſens lectio prouocaſſet, audiente illo & uniuerſa eccleſia de fide & omnibus eccleſiaſticis dogmatibus diſputaſſe. Non eſt mirari Demoſthenem, qui pulcherrimā orationem contra Aeſchinem multo tempore dicitur exaraſſe. Fruſtra ſuſpicimus Tullium. Refert enim Cornelius Nepos, ſe præſente ijſdem penè uerbis quibus ædita eſt, eam pro Cornelio ſeditioſo tribuno defenſionem peroratam. En Lyſias noſter, en Gracchus, & ut aliquid de neotericis inferam, Qu. Ateius, qui ingenium innumerato habebat: ut ſine monitore tacere non poſſet: de quo egregie Cæſar Auguſtus, Quintus (inquit) noſter ſufflammādus eſt. Quiſquam ne prudentum & ſani capitis, in uno eccleſiæ tractatu, de fide & de omnibus eccleſiaſticis dogmatibus ſe aſſerat diſputaſſe? Quæſo te ut oſtendas mihi, quæ ſit illa lectio, toto ſcripturarum ſapore condita: cuius te occaſio prouocarit, ut repente ad periculum ingenij deſcenderes? Et niſi tibi diſertitudinis tuæ fluuius inundaſſet, poteras argui, quod nō poſſes ex tempore de cunctis dogmatibus dicere. Verum quid hoc eſt? aliud promittis, & aliud exhibes. Conſuetudo autem apud nos iſtiuſmodi eſt, ut his qui baptizandi ſunt, per quadraginta dies, publice tradamus ſanctam & adorandam trinitatem. Si te præſens lectio prouocauit, ut de cunctis dogmatibus una hora diceres, quid neceſſe fuit quadraginta dierū replicare doctrinam? Sin autem ea referebas, quæ per totam quadrageſimam locutus es, quomodo te quadam die, ut de cunctis dogmatibus diceres, una lectio prouocauit? Sed & hic ambigue loquitur: Poteſt enim fieri, ut quæ per quadraginta dies tradere ſolebat in Eccleſia baptizandis, hæc ſub unius lectionis occaſione perſtrinxerit. Eiuſdem enim eloquentiæ eſt, & pauca multis, & multa paucis uerbis poſſe dicere. Hoc quoq; intelligi datur, quod poſtq̄ illum una lectio prouocauit, inflammatus ardore dicendi, per quadraginta dies nunq̄ tacuerit: ſed & ocioſus ſenex, ex eius ore dependens,
B dum res inauditas ſcire deſiderat, penè dormiens ceciderit. Vtcunq; toleranda ſunt, forſitan & hæc ſimpliciter more ſuo ſit locutus. Ponamus reliqua, in quibus poſt lacinioſę diſputationis labirynthos, nequaq̄ dubiam, ſed apertam ponit ſententiā, & miros tractatus ſuos hoc fine concludit. Cum hæc ipſo præſente locuti eſſemus, & ipſe poſt nos cauſa honoris, quem ei ſuper omnem menſurā exhibuimus, prouocatus eſſet ut diceret: prædicationem noſtram laudauit, atq; miratus eſt, & catholicā fidem eſſe omnibus declarauit. Quantū ei ſuper omnem menſuram honoris exhibueris, declarant ſupra menſurā exhibitæ cōtumeliæ, quando eum per archidiaconū tacere iuſſiſti: & morantem in populis, laudis cupidum pertonabas. Docent præſentia de præteritis. Ille per totū exinde trienniū ſuas iniurias deuorat, priuataq̄ ſimultate contempta, fidei tantū correctionem poſtulat. Tu qui ſumptibus abundas, & totius orbis religio lucrū tuum eſt, grauiſſimos illos legatos tuos huc illucq̄ tranſmittis, & dormientem ſenem ad reſpondendū ſuſcitas. Et reuera cui tantum honoris detuleras, iuſtū erat, ut tua præſertim extemporalia dicta laudaret. Quia uero ſolent interdum homines laudare quod non probant, & alienā ſtulticiam caſſis nutrire præconijs: non ſolū tua dicta laudauit, ſed laudauit & miratus eſt: & ne miraculū quoq; paruū eſſet, catholicæ eſſe fidei omni populo declarauit. Hæc cū uere dixerit, & nos teſtes ſumus qui audiuimus: ad quos tuis uocibus perturbatus uenit exanimis, temere ſe cōmunicaſſe, dicens: rogatusq̄ ab omni monaſterio, ut ad te de Bethlehem reuerteretur, tantorū preces non ferens, ſic reuerſus eſt ueſpere, ut medio noctis aufugeret: & literæ ad papam Syritium probant, quas ſi legeris, peruidebis quomodo tua dicta miratus ſit, & catholica declarauerit. Verū nugas terimus, & aniles & ſuperfluas cantilenas longo ſermone conuincimus. Tranſeamus ad ſecundam quæſtionem, in qua quaſi nihil ſibi propoſitum ſit, ſecurus & ructans dormire ſe ſimulat, ut legentes faciat dormitare. Sed de reliquis quæ ad fidem pertinēt, ſermo nobis erat, id eſt, omniū uiſibilium & inuiſibilium, cœleſtiū fortitudinum, & terreſtrium creaturarū, unum & eundem eſſe conditorem deum, id eſt, ſanctam trinitatem, iuxta Dauid dicentem: Verbo domini cœli firmati

ſunt

sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum: quod simpliciter ostendit & hominis creatio. c
Ipse est enim,qui accepto limo de terra,plasmauit hominem: & per gratiam proprię insuffla
tionis animam donauit rationabilem:& liberi arbitrij, non partem aliquam suæ naturæ, iu
xta quosdam,qui hoc impie prædicant,sed propriam conditionē.Et de sanctis angelis æque
credunt,secundum diuinam scripturam de deo dicentem: Qui facit angelos suos spiritus, &
ministros suos ignem urentem:de quibus credere quod immutabilis naturæ sint,non conce
dit nobis scriptura,dicens:Angelos quoq; qui non custodierunt suum principatum,sed dere
liquerunt domicilium,in iudicium magni dei uinculis æternis in tenebris custodiuit:quia im
mutati sunt,& ex propria dignitate & gloria, magis in dæmonum ordinem abisse eos cogno
uimus.Animas uero hominum ex angelorum ruina, aut ex conuersione fieri: neq; credidi
mus aliquando, neq; docuimus (absit enim) & alienum hoc esse à prædicatione ecclesiastica
confitemur. Quærimus utrum animæ antequam homo in paradiso fieret, & plasmaretur
Adam de terra,inter rationabiles fuerint creaturas: utrum proprium statum habuerint,uixe
rint,moratæ sint,atq; substiterint:& an Origenis doctrina sit uera,qui dicit cunctas ratione
biles creaturas,incorporales & inuisibiles, si negligentiores fuerint, paulatim ad inferiora la
bi,& iuxta qualitates locorū ad quæ defluunt,assumere sibi corpora. Verbi gratia, primum
ætherea,deinde aerea.Cumq; ad uicina terræ peruenerint,crassioribus corporibus circunda
ri,nouissime humanis carnibus alligari:ipsosq; dæmones,qui proprio arbitrio cum principe
suo diabolo de dei ministerio recesserunt,si paululum resipiscere cœperint,humana carne ue
stiri:ut acta deinceps pœnitentia,post resurrectionem eodē circulo quo in carnem uenerant,
reuertātur ad uisionem dei,liberati etiam aereis æthereisq; corporibus:& tunc omnia genua
curuent deo,cœlestium,terrestrium,& infernorum,& sit deus omnia in omnibus.Cum ergo
ista quærantur,cur tu omissis super quibus pugna est, de stammate & loco certaminis egre
diens,in peregrinis & longe alienis disputationibus immoraris? Credis quod cunctas uisibi
les & inuisibiles creaturas unus deus fecerit:hoc & Arius cōfitetur,qui dicit cuncta creata per d
filium.Si de Marcionis arguereris hæresi,quæ alterum bonum, alterū iustum deum serens:
illum inuisibiliū,hunc uisibilium asserit creatorem:recte mihi de huiusmodi satisfeceris quæ
stione.Credis quod uniuersitatis trinitas sit creatrix: Istud Ariani & Emeriani negant, spiri
tum sanctum non conditorem,sed conditum blasphemantes. Sed te quis hoc tempore insi
mulat Arianum? Dicis animas hominū non partem dei esse naturæ, quasi Manichæus nūc
ab Epiphanio sis uocatus.Detestaris eos,qui animas ex angelis asserunt fieri:& illorum rui
nam nostram dicunt esse substantiam. Noli dissimulare quod nosti, nec simplicitate quod
non habes fingere:nec Origenes unquam dixit ex angelis animas fieri, cum ipsos angelos
nomen esse officij doceat,non naturæ.In libris enim πρὸς ἀρχὰς, & angelos,& thronos, &
dominationes,potestates,& rectores mundi & tenebrarum,& omne nomen quod nomina
tur,non solum in præsenti seculo, sed in futuro, dicit animas esse eorum corporum, quæ uel
desiderio uel ministerio susceperint.Solem quoq; ipsum & lunā,& omnium astrorū chorum
esse animas rationabilium quondam & incorporaliūm creaturarum: quæ nunc uanitati sub
iectæ, ignitis uidelicet corporibus, quæ nos imperiti & rudes luminaria mundi appellamus,
liberabuntur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. Vnde omnis creatura
congemiscit & parturit.Et Apostolus deplorat,dicens: Infelix ego homo, quis me liberabit
de corpore mortis huius? Non est istius temporis contra dogma gentilium & ex parte Pla
tonicum scribere. Ante annos fermè decem in commentarijs Ecclesiastæ, & in explanatione
epistolæ ad Ephesios,arbitror sensum animi mei prudentibus explicatum. Hoc nunc rogo,
qui tanta loqueris,qui de cunctis sermonibus sub uno tractatu edisseris ueritatem, ut respon
deas scisitantibus breuem absolutamq; sententiam. Quando plasmauit deus hominem ex
limo,& per gratiam propriæ insufflationis ei animam tribuit: utrum illa anima fuerit ante &
substiterit,& ubi uersata sit, quæ dei postea insufflatione donata est:an in sexto die quando
corpus ex limo formatum est,& esse & uiuere,dei potestate susceperit. De hoc taces, & quid

quæratur

A quæratur ſcire diſſimulãs,in ſuperfluis quæſtionibus occuparis. Origenẽ relinquis intactũ, & contra Marcionem,Apollinarem,Eunomium,Arium,Manichæum,cæterorũq; hęretico rum ineptias debaccharis.Manum peteris,& pedem porrigis:& tamẽ dogma quod retines, latenter inſinuas.Sic nos ruſticos placas,ut tuis penitus non diſpliceas. Dicis ex angelis dæmones potius q̃ animas fieri:quaſi non & ipſi dęmones iuxta Origenem, hoc eſt pium,animæ ſint aerei corporis:& ex dęmonibus poſtea ſi reſipuerint,humanæ animę ſint futuri.An gelos ſcribis eſſe mutabiles,& ſub eo quod pium eſt,illud quod impiũ eſt introducis:ut mul
4 tis periodis animæ fiant,nõ ex angelis,ſed ex his uocabulis, in quæ prius angeli mutati ſunt. Volo quod dico, manifeſtius fieri: finge aliquẽ tribunitiæ poteſtatis ſuo uitio regradatum, per ſingula militiæ equeſtris officia,ad tyronis uocabulum deuolutum,nunquid ex tribuno ſtatim fit tyro?Nõ,ſed ante primicerius,deinde ſenator,decenarius, biarchus,circitor,eques, dein tyro:& quanquam tribunus quondam miles gregarius ſit,tamen ex tribuno non tyro, ſed primicerius factus eſt. Docet Origenes per ſcalã Iacob paulatim rationabiles creaturas ad ultimum gradum,id eſt,ad carnem & ſanguinẽ deſcendere: nec fieri poſſe,ut de centenario numero ſubito quis ad unum numerũ præcipitetur: niſi per ſingulos numeros,quaſi per ſcalæ gradus,ad ultimum uſq; perueniat: & tot mutare corpora, quot de cœlo ad terrã mutauerint mãſiones.Hæ ſunc ſtrophæ ueſtræ atq; præſtigiæ,quibus nos Peluſiotas & iumenta & animales homines ducitis,quia non recipimus ea quæ ſpiritus ſunt.Vos Hieroſolymitæ etiam angelos deridetis.Pertrahuntur in medium ueſtra myſteria, & de gentilium fabulis dogma contextum,Chriſtianis auribus publicatur.Hoc quod uos miramini, olim in Pla tone contempſimus.Contempſimus autem,quia Chriſti ſtulticiam recepimus. Recepimus Chriſti ſtulticiam,quia fatuum dei ſapientius eſt hominibus. Non pudet Chriſtianos & ſacerdotes dei,quaſi de rebus ludicris agatur,uerbis dubijs hærere:& ambiguas librare ſenten
C tias,quibus loquens magis quàm audiens decipitur. Vnus ex choro ueſtro cum à me tenere
B tur, ut diceret quid ſentiret de anima, fuiſſet ne ante carnem an non fuiſſet: Fuiſſe reſpondit ſimul & corpus & animam.Sciebam hominem hæreticũ laqueos in ſermone quærere. Tandem repperi eum,ex quo corpus animaſſet, ex tunc eam dicere animam nuncupatam: quæ prius uel dæmon,uel angelus Satanæ,uel ſpiritus fornicationis:aut in parte contraria,dominatio,poteſtas,adminiſtrator ſpiritus,aut nuncius appellata ſit.Si fuit anima antecq; Adam in paradiſo formaretur, in quolibet ſtatu & ordine,& uixit & egit aliquid (neq; enim poſſumus incorporalem & æternam in modum glirium immobilem torpentemq; ſentire)neceſſe eſt ut aliqua cauſa præceſſerit,cur quæ prius ſine corpore fuit, poſtea circundata ſit corpore. Et ſi animæ eſt naturale eſſe ſine corpore,ergo contra naturam eſt eſſe in corpore.Si contra naturam eſt eſſe in corpore,ergo reſurrectio corporis contra naturam erit.Sed nõ fiet reſurrectio contra naturam: ergo iuxta ſententiam ueſtram corpus,quod contra naturam eſt,reſurgens animã non habebit. Dicis animam nõ eſſe de dei ſubſtãtia.Pulchre. Damnas enim impijſſimum Manichæum,quem nominare pollutio eſt. Dicis ex angelis animas non fieri. Acquieſco pauliſper,licet nouerim quo ſenſu dixeris.Quia ergo didicimus quid neges,uolumus ſcire quid credas.Accepto,inquis,de terra limo,plaſmauit deus hominẽ,& per gratiam propriæ inſufflationis animam donauit rationabilem,& liberi arbitrij,non partem aliquam ſuæ naturæ (iuxta quoſdam,qui hoc impie prædicant) ſed propriam conditionem. Videte quanto circumitu quod non quærimus eloquatur.Scimus quod de terra deus plaſmauit hominem,nouimus quod inſufflauit in faciem eius,& factus eſt in animam uiuentem:nõ ignoramus quod anima rationalis ſit, & proprij arbitrij, & ſcimus quod dei illa conditio ſit. Nemo dubitat errare Manichæum,qui dicit eam eſſe dei ſubſtãtiam.Hoc nunc interrogo:Anima iſta dei conditio, liberi arbitrij, rationalis, neque de ſubſtantia creatoris, quando facta ſit:utrum eo tempore quo de limo factus eſt homo, & inſufflatum eſt ſpiraculum uitæ in faciem eius: an quæ prius fuerat, & inter rationabiles creaturas & incorporeas erat atque uiuebat,dei poſtea inſufflatione donata ſit? Hic taces,hic ſimplicem ac ruſticũ te ſimulas: & ſub

uerbis ſcripturæ,ea quæ ſcriptura non ſentit,abſcondis.In eo loco ubi dicis quod nullus quæ c
rit,non illam partem aliquam eſſe ſuæ naturæ, iuxta quoſdam qui hoc impie prædicant: il/
lud magis debueras dicere,quod omnes quærimus,nõ eam quæ prius fuerat,nõ eam quam
ante cõditerat, quæ inter rationabiles atque incorporeas & inuiſibiles creaturas multo iam
tempore uerſabatur.Nihil horum loqueris,producis nobis Manichæum,& abſcondis Ori/
genem:& ſicut paruulis cibum poſcentibus,ludicra quædã offerunt gerulæ, ut auocent men
tes eorũ: ſic tu nos ruſticos auocas ad alia,ut dum alterius perſonæ nouitate tenemur,quod
uolumus non quæramus. Eſto,hoc non loquaris, & ſimplicitas tua nihil in ſe habeat quod
callide taceas. Qui ergo de anima ſemel dicere cœperas,& de re tãta ab exordio cõditionis
humanæ repetere: cur diſputatione pendente, ad angelos & ad diſpenſationem dominici
corporis repente tranſcendis: & tam grandi in medio prætermiſſa ſalebra,dubios nos in lu/
to hærere pateris? Si inſufflatio dei (quod non uis, & quod nunc relinquis ambiguum) hu/
manæ animæ conditio eſt: Eua, in cuius faciem non inſufflauit deus,unde animam habuit?
Taceo de Eua,quæ in typo eccleſiæ de coſta uiri ædificata,nõ debet poſt tanta ſecula nepo/
tum calumnias ſuſtinere.Cain & Abel,primi ex primis hominibus, unde habuere animas?
Omne deinceps humanum genus,quibus animarum cenſetur exordijs? Vtrum ex traduce,
iuxta bruta animalia: ut quomodo corpus ex corpore, ſic anima generetur ex anima? an ra/
tionabiles creaturę deſiderio corporum paulatim ad terram delapſæ,nouiſſime etiam huma
nis illigatæ corporibus ſunt? An certe (quod eccleſiaſticum eſt ſecundum eloquia ſaluatoris,
pater uſque modo operatur,& ego operor.Et illud Eſaiæ: Qui format ſpiritum hominis in
ipſo.Et in pſalmis:Qui fingit per ſingulos corda eorum)quotidie deus fabricatur animas,cu
ius uelle feciſſe eſt,& conditor eſſe non ceſſat? Scio quæ contra hæc ſoleatis dicere,& adulte/
ria nobis atque incæſta proponere: quæ longior pugna eſt, nec huius temporis patitur an/
guſtias.Eadem cõtrouerſia & in uos retorqueri poteſt: & quodcunq; in conditorem præſen D
tis temporis uidetur indignum,hoc etiam eo donãte non eſt indignum. Naſci de adulterio,
non eius culpa eſt qui naſcitur,ſed illius qui generat.Quomodo in ſeminibus non peccat ter
ra quæ fouet,non ſemen quod in ſulcos iacitur, non humor & calor, quibus temperata fru/
menta in germen pullulant, ſed uerbi gratia, fur & latro qui fraude & ui eripit ſemina: ſic in
generatione hominum recipit terra,id eſt uulua,quod ſuum eſt:& receptum cõfouet,confo/
tum corporat,corporatum in membra diſtinguit.Et inter illas ſecretas uentris anguſtias,dei
manus ſemper operatur: Idemq; eſt corporis & animæ creator.Noli deſpicere bonitatem fi
guli tui,qui te plaſmauit, & fecit ut uoluit. Ipſe eſt dei uirtus & dei ſapientia,qui in utero uir/
ginis ædificauit ſibi domũ.Iepte inter uiros ſanctos Apoſtoli uoce numeratus,meretricis eſt
filius. Sed audi, ex Rebecca & Iſaac Eſau genitus hiſpidus, tam mente quàm corpore,quaſi
bonum triticum in lolium auenasq; degenerat: quia non in ſeminibus, ſed in uoluntate na/
ſcentis cauſa eſt uitiorum atque uirtutum. Si offenſa eſt naſci in corporibus humanis, quo/
modo Iſaac,Sampſon, Ioannes Baptiſta de repromiſſione naſcuntur? Intelligis quid ſit fi/
dem ſuam audacter ac libere profiteri? Pone errare me,aperte dico quod ſentio.Et tu igitur
aut libere noſtra profitere, aut conſtanter tua loquere. Noli ſtatuere te in acie mea, ut ruſti/
citate ſimulata in tuto abeas, cum uolueris pugnantis terga confodere. Non eſt iſtius tem/
poris contra Origenis dogmata conſcribere:alteri iſtud, ſi Chriſtus uitam dederit,operi de/
dicabimus.Nunc quæritur,an qui arguitur,ad interrogata reſponderit,& ſimplex ſit & aper
ta eius reſponſio. Tranſeamus hinc ad famoſiſſimam de reſurrectione carnis & corporis
quæſtionem,in qua te rurſum lector admonitum uolo,ut cum timore & iudicio dei me ſcias
loqui, & te audire debere. Neque enim tantæ ſtulticiæ ſum, ut ſ in expoſitione illius fides
mera eſt,& perfidiæ nulla ſuſpicio,quæram accuſandi rationem: & dum uolo alium notare
culpæ,ipſe noter calumniæ. Lege ergo de reſurrectione carnis,quæ ſubdita ſunt:& cum lege
ris & non placuerint (ſcio enim haud placitura ignorantibus) ſuſpende iudicium, expecta
pauliſper uſq; ad finem reſponſionis noſtræ,cohibe ſententiam:& ſi tibi poſtea non placue
rint,tunc

A rint,tunc nos calumnię denotabis.Paſſionem quoq; eius in cruce & mortem ac ſepulturam, quæ uniuerſa ſeruauit,ac reſurrectionem ueritate & non putatiue confitemur:qui & primogenitus ex mortuis, primitias maſſæ corporum noſtrorum quas in ſepulchro poſitas ſuſcitauit,peruexit ad cœlum, ſpem nobis reſurrectionis in reſurrectione proprij corporis tribuẽs: unde & omnes ſic ſperamus reſurgere ex mortuis,ſicut ille reſurrexit.Nõ in alijs quibuſdam peregrinis & in alienis corporibus,quæ aſſumuntur in phantaſmate: ſed ſicut ipſe in illo corpore,quod apud nos in ſancto ſepulchro conditum reſurrexit:ita & nos in ipſis corporibus, quibus nunc circumdamur,& in quibus nunc ſepelimur,eadem ratione & uiſione ſperamus reſurgere. Quæ enim iuxta Apoſtolũ ſeminantur in corruptione,ſurgent in incorruptione: quæ ſeminantur in ignobilitate,ſurgent in gloria. Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale:de quibus & ſaluator docens loquutus eſt: Qui enim digni fuerint ſeculo illo,& reſurrectione ex mortuis,neque nubent,neque nubentur: neque enim ultra mori poterũt,ſed erunt ſicut angeli dei,cum ſint filij reſurrectionis.Rurſum in alia parte epiſtolæ,hoc eſt,in fine ſuorum tractatuũ,ut auribus illuderet neſcientium,ſtrepitum reſurrectionis ac pompam hac uerborum ambiguitate librauit:Sed neque de ſecundo glorioſo aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti intermiſimus,qui uẽturus eſt in gloria ſua iudicare uiuos & mortuos: ipſe enim ſuſcitabit omnes mortuos,& ante ſuum tribunal eſſe faciet:& unicuiq; reddet ſecundũ quod egit per corpus,ſiue bonum ſiue malum: ſcilicet aut coronandus in corpore,quod caſte egit & iuſte:aut condemnandus, quod uoluptatibus pariter iniquitatibuſq; ſeruiuit.Hoc quod in Euangelio legimus: In conſummatione mundi, ſi fieri poteſt,ſeduci etiam electos:in hoc capitulo cõprobamus. Audit uulgus indoctum mortuos & ſepultos: audit reſurrectionem mortuorum,ueritate & non putatiue:audit primitias maſſæ noſtrorum corporum, in domini corpore ad cœleſtia perueniſſe: audit reſurrecturos, non in peregrinis alieniſq; corpori-
B bus,quæ aſſumũtur in phantaſmate: ſed ſicut ſurrexit dominus in corpore, quod apud nos in ſancto ſepulchro conditum iacuit: ita & nos in ipſis corporibus,quibus nunc circũdamur & ſepelimur, in die iudicij reſurrecturos. Et ne hoc parũ quis exiſtimaret,addit in extremo capitulo:Et unicuiq; reddet ſecundum quod egit in corpore, ſiue bonum ſiue malum:ſcilicet aut coronandus in corpore,quod caſte egit & iuſte:aut condemnandus,quod uoluptatibus iniquitatibuſq; ſeruiuit.Hæc audiens indoctum uulgus,in tanto mortuorum, ſepulti corporis,reſurrectionis ſonitu,nullam ſtropham, nullas inſidias ſuſpicatur. Credit eſſe quod dicitur. Sanctiores enim ſunt aures populi quàm ſacerdotis animus. Iterum atque iterum te lector commoneo,ut patientiam teneas, & diſcas quod ego quoque per patientiam didici: & tamen antequam uultum draconis euoluam, & dogma Origenis de reſurrectione breuiter exponam (non enim poteris uim ſcire antidoti, niſi uenena perſpexeris) illud diligenter obſerua,& caute relegens numera: quod nouies reſurrectionem nominans corporis, ne ſemel quidẽ carnis inſeruit:ſuſpectumq; tibi ſit, quod de induſtria prætermiſit.Dicit ergo Origenes in pluribus locis,& maxime in libro de reſurrectiõe quarto,& in expoſitione primi pſalmi,& in Stromatibus,duplicem errorem uerſari in eccleſia:noſtrorum,& hæreticorum.Nos ſimplices & philoſarcas dicere,quod eadem oſſa & ſanguis & caro,id eſt, uultus & membra, totiusq; compago corporis reſurgat in nouiſſima die:ſcilicet ut pedibus ambulemus, operemur manibus,uideamus oculis, auribus audiamus, circumferamusq; uentrem inſatiabilem, & ſtomachum cibos concoquentem. Conſequens autem eſſe,qui iſta credamus, dicere nos quod & comedendum nobis ſit & bibendum,digerenda ſtercora,effundendus humor,ducendæ uxores,liberi procreãdi.Quo enim membra genitalia,ſi nuptiæ non erũt? Quo dentes,ſi cibi nõ molendi ſunt? Quo uenter & cibi,ſi iuxta Apoſtolum & hic & illi deſtruentur? ipſo iterum clamante: Caro & ſanguis regnum dei non poſſidebunt,neque corruptio incorruptionem. Hæc nos innocentes & ruſticos aſſerit dicere. Hæreticos uero, in quorum parte ſunt Marcion, Apelles, Valentinus,Manes, nomen inſaniæ,penitus & carnis & corporis reſurrectionẽ negare,& ſalutem tantum tribuere animæ:fruſtraq; nos dicere ad exemplum

domini resurrecturos, cum ipse quoque dominus in phantasmate resurrexerit: & nõ solum C
resurrectio eius, sed & ipsa natiuitas τοῦ δοκεῖν, id est, putatiue uisa magis sit quàm fuerit. 5
sibi autem utranq; displicere sententiam, fugere se & nostrorũ carnes, & hæreticorum phantasmata: quia utraque pars in contrarium nimia sit, alijs id uolentibus se esse quod fuerunt, alijs resurrectionem corporum omnino denegantibus. Quatuor, inquit, elementa sunt, philosophis quoque nota & medicis, de quibus omnes res & corpora humana compacta sunt, terra, aqua, aer, & ignis. Terram in carnibus, aerem in halitu, aquam in humore, ignem in calore intelligi. Cum ergo anima caducum hoc frigidũq; corpusculum dei iussione dimiserit, paulatim omnia redire ad matrices suas substantias: carnes in terram relabi, halitum in aera misceri, humorem reuerti ad abyssos, calorem ad æthera subuolare. Et quomodo si sextarium lactis & uini mittas in pelagus, uelisq; rursum separare quod mixtum est: uinum quidem & lac quod miseras non periere, non tamen posse quod fusum est separari: sic substantiam carnis & sanguinis nõ perire quidem in originalibus materijs, non tamen in antiquam redire compaginem, nec posse ex toto eadem esse quæ fuerint. Cum autem ista dicantur, soliditas carnium, sanguinis liquor, crassitudo neruorum, uenarumq; perplexio, & ossium duricies denegatur. Alia ratione resurrectionem corporũ cõfitemur, eorum quę in sepulchris posita sunt, dilapsaq; in cineres: Pauli Pauli, & Petri Petri, & singula singulorum: neque enim fas est, ut in alijs corporibus animæ peccauerint, in alijs torqueantur: nec iusti iudicis alia corpora pro Christo sanguinem fundere, & alia coronari. Quis hæc audiens, resurrectionem carnis eum negare putet? Est, inquit, singulis seminibus ratio quædam à deo artifice insita, quæ futuras materias in medullæ principijs tenet. Et quomodo tanta arboris magnitudo, truncus, rami, poma, folia non uidentur in semine, sunt tamen in ratione seminis, quam Græci σπινθηρισμὸν uocãt: & in grano frumenti est intrinsecus, uel medulla, uel uenula: quæ cum in terra fuerit dissoluta, trahit ad se uicinas materias, & in stipulam, folia, aristasq; consurgit: aliudq; moritur, aliud resurgit: neque enim in grano tritici, radices, culmus folia, aristæ, pa- D
leæ sunt dissolutæ: Sic & in ratione humanorum corporum manent quædam surgendi antiqua principia, & quasi ἀντέριαν, id est, seminariũ mortuorum, sinu terræ confouetur. Cum autem iudicij dies aduenerit, & in uoce archangeli, & in nouissima tuba tremuerit terra, mouebuntur statim semina, & in puncto horæ mortuos germinabunt: non tamen easdem carnes, nec in his formis restituent quæ fuerunt. Vis scire uerum esse quod dicimus, audi Apostolum. Sed dicit aliquis, quomodo resurgent mortui? quo autẽ corpore uenient? Insipiens, quod tu seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum: utputa tritici, uitis & arboris. Et quia de grano tritici ac semente arborum ex parte iam diximus, nunc de acino uinacij disseramus. Granum paruum est, ita ut uix duobus digitulis teneri possit. Vbi sunt radices? ubi radicum & trunci & propaginum tortuosa perplexio? Vbi pampinorum umbracula, & uuarum pulchritudo, futura uina parturiens? Aridum est quod tenetur, & penè uix cernitur: sed in sicco illo grano, potentia dei & occulta ratione sementis, spumantia musta fundentur. Hæc ligno tribuis, quod periturum est: sic ornatur, quod mansurum non est, nec pristinam recipiet uilitatem: & uis rursus ossa, sanguinem, membra, ut crescentibus capillis tonsore egeas: nasus pituitas digerat: incrementa unguium secanda sint, ut per inferiores partes uel stercora uel libidines effluant? Si affers istas ineptias rusticorum & carnis, in qua deo placere non possumus, quasi inimici, obliuisceris resurrectionem mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in contumelia, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in uirtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Nunc oculis uidemus, auribus audimus, manibus agimus, pedibus ambulamus. In illo autem corpore spirituali toti uidebimus, toti audiemus, toti operabimur, toti ambulabimus: & transfigurabit dominus corpus humilitatis nostræ, conforme corpori claritatis suæ gloriæ. 6
Quando dixit transfigurabit, id est, μετασχηματίσει, membrorũ quibus nuc utimur, diuersitas denegatur. Aliud nobis spirituale & æthereum promittitur: quod nec tactui subiacet,

nec oculis

A nec oculis cernitur,nec pondere prægrauatur:& pro locorum in quibus futurum eſt uarieta/
te mutabitur. Alioqui ſi eædem carnes erunt, & corpora quæ fuerunt,rurſum mares & fœ/
minæ,rurſum nuptiæ,uiris hirſutum ſupercilium,barba prolixa,muliebres leues genæ,& an
guſta pectora: ad concipiendos & pariendos fœtus,uenter & femora dilatanda ſunt. Reſur
gent etiã infantuli,reſurgent & ſenes: illi nutriendi,hi baculis ſuſtentandi. Nec uos ô ſimpli/
ces reſurrectio domini decipiat,quod latus & manus monſtrauerit, in littore ſteterit,in itine/
re cum Cleopha ambulauerit,& carnes & oſſa habere ſe dixerit.Illud corpus alijs pollet pri/
uilegijs, quod de uiri ſemine & carnis uoluptate non natum eſt. Comedit poſt reſurrectio/
nem ſuam & bibit,& ueſtitus apparuit, tangendum ſe præbuit:ut dubitantibus apoſtolis,fi/
dem faceret reſurrectionis. Sed tamen non diſſimulat naturam aerei corporis & ſpiritualis.
Clauſis enim ingreditur oſtijs, & in fractione panis ex oculis euaneſcit. Ergo & nobis poſt
reſurrectionem bibendum erit & comedendum,& poſt cibum ſtercora egerenda? Et ubi erit
illa promiſſio:Oportet mortale hoc induere immortalitatem? Hæc eſt omnis cauſa, cur in
expoſitione fidei tuæ,ad decipiẽdas aures ignorantium, nouies corpus,& ne ſemel quidem
carnes nominas:dum homines putant te carnes in corporibus confiteri,et idem carnem eſſe
quod corpus. Si idem eſt, non diuerſum ſignificat. Scio enim te hoc eſſe dicturum. Putaui
idem corpus eſſe quod carnem:ſimpliciter ſum loquutus. Quare non carnem potius nomi/
nas,ut corpus ſignifices: & indifferenter nunc carnem, nunc corpus:ut corpus in carne,& ca/
ro in corpore demonſtretur? Sed mihi crede,non eſt ſimplex ſilentium tuum. Alia enim car/
nis, alia corporis definitio eſt: omnis caro eſt corpus, non omne corpus eſt caro. Caro eſt
proprie, quæ ſanguine, uenis,oſſibus, neruis que conſtringitur.Corpus quanquam & caro
dicatur, interdum tamen æthereum uel aereum nominatur: quod tactui uiſuiq; non ſubia/
cet,& plerunque uiſibile eſt atque tangibile.Paries corpus eſt,ſed non caro. Vnde Apoſto/
lus corpora cœleſtia appellat,& corpora terreſtria.Cœleſte corpus,ſolis,lunæ,ſtellarũ.Ter/
B reſtre, ignis, aeris, aquæ,terræ, & reliquorum, quæ abſque anima his ſentiuntur elementis.
Vides nos intelligere ſubtilitates ueſtras, & arcana,quæ in cubiculis & inter perfectos loqui
mini, & quæ populus foris ſtans nec meretur audire, proferre in medium? Hoc eſt illud
quod reducta ad auriculam manu, & concrepantibus digitis,ridentes dicitis: Omnis gloria
filiæ regis intrinſecus.Et:Introduxit me rex in cubiculum ſuum. Patet quare corporis,& non
carnis reſurrectionem dixeris:ſcilicet,ut nos rudes carnem te dicere putaremus in corpore,&
hi qui perfecti ſunt,intelligerent carnem in corpore denegari.Denique Apoſtolus in epiſto
la ſua ad Coloſſenſes,uolens corpus Chriſti carneũ & non ſpirituale,aereum,tenue demon/
ſtrare, ſignificanter loquutus eſt, dicens: Et uos quum eſſetis aliquando alienati à Chriſto,
& inimici ſenſus eius in operibus malis,reconciliauit in corpore carnis ſuæ per mortem. Rur/
ſumq; in eadem epiſtola: In quo circunciſi eſtis in circunciſione non manufacta, in expolia
tione corporis carnis. Si corpus carnem ſolum ſignificat: & non eſt nomen ambiguum,nec
ad diuerſas intelligentias trahi poteſt:ſatis ſuperflue corporeum & carneum dicit, quaſi caro
non intelligatur in corpore. In ſymbolo fidei & ſpei noſtræ,quod ab apoſtolis traditũ,non
ſcribitur in charta & atramento, ſed in tabulis cordis carnalibus,poſt cõfeſſionem trinitatis
& unitatem eccleſiæ,omne Chriſtiani dogmatis ſacramentum, carnis reſurrectione includi/
tur.Et tu intantum in corporis, & iterum corporis & tertio corporis, & uſque nouies corpo/
ris,uel ſermone uel numero immoraris: nec ſemel nominas carnem,quod illi ſemper nomi/
nant carnem,corpus uero tacent.Sed & illud quod argute ſubnectis,& prudẽter præcauens
diſſimulas,ſcito nos intelligere. His enim teſtimonijs ueritatem reſurrectionis probas, qui/
bus Origenes negat: & de dubijs incerta confirmans, certam fidei domum, ſubita tempe/
ſtate ſubuertis. Seminatur (inquit) corpus animale, ſurget corpus ſpirituale. Neque enim
nubent neque nubentur, ſed erunt ſicut angeli in cœlis. Quæ alia exempla aſſumeres, ſi
reſurrectionem negares? Vis reſurrectionem carnis, ueritate & non putatiue, ut loqueris
confiteri.Poſt illa quibus ignorantium blanditus es auribus,quod in ipſis corporibus,in qui

bus mortui ſumus & ſepulti,reſurgamus: hoc potius adiunge,& dic: Quoniam ſpiritus car/ c
nem & oſſa non habet,ſicut me uidetis habere:& proprie ad Thomam:Infer digitum tuum in manus meas,& manum tuam in latus meum, & noli eſſe incredulus,ſed fidelis. Sic & nos poſt reſurrectionẽ eadem habebimus membra, quibus nunc utimur, eaſdem carnes & ſan/guinem & oſſa:quorum in ſcripturis ſanctis opera,non natura damnantur. Denique in Ge/neſi ſcriptum eſt:Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis,quia caro ſunt. Et Pau/lus apoſtolus de praua doctrina & operibus Iudæorum: Non acquieui,ait,carni & ſangui/ni. Et ad ſanctos qui utique in carne erant,dicit: Vos autem in carne non eſtis,ſed in ſpiritu: ſi tamen dei ſpiritus habitat in uobis. Negans enim eos in carne, quos in carne eſſe conſta/bat:non carnis ſubſtantiam, ſed peccata damnabat. Hæc eſt uera reſurrectionis confeſſio, quæ ſic gloriam carni tribuit,ut non auferat ueritatẽ. Quod uero dicit Apoſtolus corruptibi le hoc & mortale,hoc ipſum corpus,id eſt carnem,quæ tunc uidebatur,oſtendit. Quod au/tem copulat, inducre incorruptionem & immortalitatem: illud indumentum, id eſt, ueſti/mentum,non dicit corpus abolere quod ornat in gloria:ſed quod ante ingloriũ fuit, efficere glorioſum:ut mortalitatis & infirmitatis uiliore ueſte depoſita, immortalitatis auro & ut ita dicam firmitatis atque uirtutis beatitudine induamur, uolentes non ſpoliari carne,ſed ſuper ueſtiri in gloria,& domicilium noſtrum quod de cœlo eſt,ſuperindui deſiderantes, ut deuo retur mortale à uita. Certe nemo ſuperinduitur,niſi qui ante ueſtitus eſt. Sic & dominus no/ſter in monte transfiguratus eſt in gloria, non ut manus ac pedes cæteráque membra per/deret, & ſubito in rotunditate uel ſolis uel ſphæræ uolueretur: ſed eadem membra ſolis ful/gore rutilantia,apoſtolorum oculos præſtringerent. unde & ueſtimenta eius mutata ſunt in candorem, non in aerem,ne fortè & ueſtes eius aſſeras ſpirituales: Et facies eius, inquit, ful/gebat ſicut ſol. Vbi autem facies nominatur, exiſtimo quod & cætera membra conſpecta ſint. Enoch translatus eſt in carne. Elias carneus raptus eſt in cœlum: necdum mortui & pa/radiſi iam coloni, habent membra cum quibus rapti ſunt atque translati. Quod nos imita/ D
mur ieiunio, illi poſſident dei conſortio. Veſcuntur cœleſti pane, & ſaturantur omni uerbo dei:eundem habentes dominũ,quem & cibum. Audi ſaluatorem dicentem:Et caro mea re/quieſcet in ſpe. Et in alio loco:Caro eius non uidit corruptionem. Et rurſum: Omnis caro ui/debit ſalutare dei. Et tu ſemper corpus ingeminas? Profer magis Ezechiel,qui oſſa iungens oſſibus,& educẽs ea de ſepulchris ſuis,& ſuper pedes ſtare faciens,carnibus neruiſq; cõſtrin/git,& cute deſuper tegit: donec Iob tormentorum uictor, & teſta radens putridæ carnis ſa/niem,miſerias ſuas reſurrectionis ſpe & ueritate ſoletur: Quis mihi det, inquit,ut ſcribantur ſermones mei? Quis mihi det,ut exarentur in libro ſtilo ferreo, & plumbi lamina, uel celte ſculpantur in ſilice? Scio enim quod redemptor meus uiuit,& in nouiſſimo die de terra ſur/recturus ſum,& rurſum circundabor pelle mea,& in carne mea uidebo deum:quem uiſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Quid hac prophetia manifeſtius? Nullus tam aperte poſt Chriſtum,quàm iſte ante Chriſtum de reſurrectione loquitur. Vult uerba ſua in perpetuum durare: & ut nulla poſ/ſint uetuſtate deleri,exarari ea uult in plũbi lamina, & ſculpi in ſilice. Sperat reſurrectionẽ, imò nouit & uidit,quod uiuit Chriſtus redemptor eius,& in nouiſſimo die de terra reſurre/cturus ſit. Necdum mortuus erat dominus, & athleta eccleſiæ redemptorem ſuum uidebat ab inferis reſurgentem. Illud uero quod infert:Et rurſum circumdabor pelle mea,& in carne mea uidebo deum:puto quod nõ loquatur, quaſi amator carniũ, quas putridas fœtentesq; cernebat:ſed ex fiducia reſurgendi contemnit præſentia,ſolatio futurorũ. Rurſum ait,circum dabor pelle mea. Vbi hic corpus æthereum? ubi aereum,& ſpiritui & auræ ſimile? Certe ubi pellis & caro,ubi oſſa & nerui & ſanguis & uenæ, ibi carnis ſtructura, ibi ſexus proprietas. Et in carne,inquit,mea uidebo deũ. Quãdo omnis caro uidebit ſalutare dei,& Ieſum deum, tunc & ego uidebo redemptorem & ſaluatorẽ & deum meum. Videbo autem in iſta carne, quæ me nunc cruciat,quæ nunc præ dolore diſtillat. Idcirco deum in carne conſpiciam, quia

omnes

A omnes infirmitates meas sua resurrectione sanauit. Nónne tibi uidetur iam tunc Iob contra Origenem scribere: & pro carnis ueritate, in qua tormenta sustinuit, alterũ contra hæreticos habere certamen? Dolet enim, si tanta sit frustra perpessus: & alia spiritualiter resurgẽte, ista carnaliter cruciata sit. Vnde inculcat & exaggerat, & omnia lubricæ confessionis arcana manifesta uoce concludit, dicens: Quem uisurus sum ego ipse & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Is si non in sexu suo resurrecturus est: si non eisdem membris, quæ iacuere in stercore: si non eosdem oculos aperiat ad uidendum deum, quibus tunc uidebat uermiculos, ubi erit ergo Iob? Tollis ea in quibus substitit Iob, & donas mihi inane uocabulum resurgentis: quomodo si nauim post naufragium restitutam uelis, ac neges singula de quibus nauis constructur. Ego libere dicam, & quanquam torqueatis labia, trahatis capillum, applaudatis pede, Iudæorum lapides inquiratis, fidem ecclesiæ apertissime confitebor. Resurrectionis ueritas catholicæ, sine carne & ossibus, sine sanguine & membris intelligi nõ potest. Vbi caro & ossa & sanguis & membra sunt, ibi necesse est ut sexus diuersitas sit. Vbi sexus diuersitas est, ibi Ioannes Ioannes, Maria Maria. Noli timere eorum nuptias, qui etiam ante mortem in sexu suo sine sexus opere uixerunt. Quando dicitur: In illa die neq; nubent neq; nubentur: de his dicitur qui possunt nubere, & tamen non nubent. Nemo enim dicit de angelis, nõ nubent neq; nubentur. Ego nunquam audiui spiritualium uirtutum in cœlo nuptias celebrari: sed ubi sexus est, ibi uir & fœmina. Vnde & tu inuitus licet cogẽte ueritate confessus es, & dixisti: aut coronãdus in corpore, quod caste egit & iuste: aut cõdemnandus in corpore, quod uoluptatibus iniquitatiq; seruiuit. Tolle corpus & pone carnem, & uirum ac fœminam non negasti. Quis enim uiuit cum gloria pudicitiæ, qui non habet sexum per quem committi potuit impudicitia? Quis enim unquam lapidem coronauit, quia uirgo permanserit? Angelorum nobis similitudo promittitur: id est, beatitudo illa, in qua sine carne & sexu sunt angeli,
B nobis in carne & sexu nostro donabitur. Mea rusticitas sic credit, & sic intelligit sexum confiteri sine sexuum operibus: homines resurgere, & sic eos angelis adæquari. Nec statim superflua uidebitur membrorum resurrectio, quæ caritura sint officio suo, cum adhuc in hac uita positi, nitamur opera non implere membrorum. Similitudo autem ad angelos, non hominum in angelos demutatio, sed profectus immortalitatis & gloriæ est. Argumenta uero illa puerorum & infantium & senum & ciborum & stercorum, quibus aduersum ecclesias uteris, non sunt tua, de gentilium fonte manarũt. Eadem enim opponunt nobis ethnici. Qui Christianum esse te dicis, gentilium arma depone. Discant illi magis à te resurrectionem carnis confiteri, quàm tu ab illis negare. Aut si & tu de hostium numero es, ostende te libere aduersarium, ut ethnicorum suscipias uulnera. Dono tibi nutriculas tuas, ne uagiant infantes: dono decrepitos senes, ne hiberno frigore contrahantur. Frustra etiam tonsores artificia didicerunt, scientes Israeliticum populum per quadraginta annos, nec unguium, nec capillorum incrementa sensisse: & quod his maius est, non sunt attrita uestimenta eorum, nec inueterauerunt calciamenta eorum. Enoch & Elias, de quibus dudum diximus, tanto tempore in eadem permanent ætate, qua rapti sunt. Habent dentes, uentrem, genitalia: & tamen nec cibis, nec uxoribus indigent. Quid potentiam dei calumniaris? qui potest de medulla illa & de seminario uestro interiori, non carnes tantum de carnibus, sed corpus educere, & aliud ex alio facere: & de aqua, id est, de uilitate carnium, preciosa & aerij corporis uina mutare: potest utique eadem potentia, qua de nihilo cuncta fabricatus est, reddere quæ fuerunt: quia multo minus est restituere quod fuerit, quàm facere quod non fuit. Miraris si de infantibus & senibus in perfecti uiri ætatem resurrectio fiat, cum de limo terræ absque ullis ætatum incrementis, consummatus homo factus sit? Costa mutatur in fœminam, & tertio humanæ conditionis modo, uilia & pudenda nostræ natiuitatis elementa mutantur in carnes: liganturmembris, discurrunt in uenas, in ossa durantur. Vis & quartum genus humanæ generationis audire? Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Propterea quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Aliter Adam, aliter Eua, aliter

Abel,aliter homo Ieſus Chriſtus.Et in omnibus diuerſis exordijs,una hominis natura non c
differt.Reſurrectionem carnis,omniumq; membrorum ſi uelim probare,& ad ſingula teſti
monia explanationes adiungere, multis libris opus erit: ſed præſens cauſa hoc non deſide/
rat.Propoſui enim non Origeni in omnibus reſpondere, ſed fraudulentæ ſatisfactionis ape
rire myſteria.Attamen quia lõgus fui in aſſertione contraria, & uereor ne dum fraudes pan
dere ſtudeo,ſcandalum lectori reliquerim,aceruatim teſtimonia ponam, curſimq; perſtrin/
gam,ut toto contra uenenatam argumentationem ſcripturarũ pondere dimicemus.Qui ue/
ſtem non habet nuptialem,nec ſeruauit illud mandatum:Candida ſint ueſtimenta tua ſem
per:manibus pedibusq; conſtringitur,ne recumbat in conuiuio, ſedeat in ſolio,ſtet ad dex/
teram dei,mittitur in gehennam,ubi fletus oculorum & ſtridor dentium eſt. Capilli capitis
ueſtri numerati ſunt. Si capilli,puto facilius dentes. Fruſtra autem numerati, ſi aliquando
perituri.Veniet hora,in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient uocem filij dei & pro/
cedent. Audient auribus, procedent pedibus. Hoc & Lazarus ante iam fecerat. Procedent
autem de monumentis,id eſt,qui monumentis illati fuerant,uenient mortui, & reſurgent de
ſepulchris ſuis.Ros enim qui à deo eſt,medulla eſt oſſibus ipſorum.Tunc implebitur quod
dominus loquitur per prophetã: Populus meus intra in cellaria tua aliquantulũ, donec ira
mea trãſeat.Cellaria ſepulcra ſignificãt,de quibus hoc utiq; profertur,quod conditũ fuerat.
Et exibunt de ſepulchris ſuis ueluti hinnuli de uinculis ſoluti. Gaudebit cor eorum, & oſſa
eorum ſicut ſol orientur:ueniet omnis caro in conſpectũ domini, & mandabit piſcibus ma/
ris,& eructabunt oſſa quæ comederant, & faciet compagem ad compagem, & os ad os: &
qui in terræ puluere dormierunt,reſurgent:alij in uitam æternam,alij in opprobrium & con/
fuſionem æternam. Tunc uidebunt iuſti impiorum pœnas atq; cruciatus: quoniam uermis
eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt in conſpectu omnis carnis.
Quotquot igitur habemus hanc ſpem, ſicut exhibuimus membra noſtra famulantia im/
mundiciæ & iniquitati ad iniquitatẽ,ita exhibeamus ea famulantia iuſticiæ ad ſanctificatio/ D
nem:ut reſurgentes ex mortuis,in nouitate uitæ ambulemus. Quomodo & uita domini Ie/
ſu manifeſtatur in noſtro mortali corpore: & qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis, uiui/
ficabit & mortalia corpora noſtra,propter inhabitãtem ſpiritum eius in nobis. Iuſtum enim
eſt,ut qui ſemper mortificationem Chriſti in corpore noſtro circumtulimus, uita quoq; Ie/
ſu manifeſtetur in corpore noſtro mortali, id eſt,in carne mortali ſecundum naturam, æter/
na autem ſecundum gratiam. Vidit & Stephanus ſtantem Ieſum ad dexteram patris,& ma
nus Moyſi mutata eſt in candorem niuis, & deinceps colori priſtino reſtituta. In utraq; di/
uerſitate manus fuit. Figulus ille Hieremiæ, cuius per duriciam lapidum uas quod fecerat
confractum eſt,de eadem maſſa & de eodẽ luto redintegrauit quod ceciderat.Sed & ipſum
reſurrectionis uocabulum ſignificat non aliud ruere,aliud ſuſcitari: & quod adĩcitur mortu/
orum,carnem propheta demonſtrat:quod enim in homine moritur,hoc & uiuificatur.Vul/
neratus ille itineris Iericho totus refertur ad ſtabulũ, & delictorum plagæ immortalitate ſa/
nantur.Aperta ſunt & ſepulchra in domini paſſione,quando ſol fugit,terra tremuit,& mul/
ta corpora ſanctorum ſurrexerunt,& uiſa ſunt in ſancta ciuitate. Quis eſt, inquit Eſaias,qui
aſcendit ex Edom: fulgida ueſtimenta eius ex Boſor, ſic formoſus in ſtola candida? Edom
aut terrenus interpretatur,aut cruẽtus. Boſor,aut caro,aut in tribulatione. Paucis uerbis to/
tum reſurrectionis myſterium demonſtrat,id eſt,& ueritatem carnis & augmentum gloriæ.
Et eſt ſenſus:Quis eſt iſte qui aſcendit de terra, aſcendit de ſanguine? Cuius ueſtimenta iu/
xta prophetiam Iacob,qui alligauit pullum ſuum ad uitem,& torcular calcauit ſolus,muſto
rubentia ſunt. De Boſor,id eſt,de carne ſiue tribulatione mundi: ipſe enim uicit mundum.
Ideoq; rubra & fulgida ſunt ueſtimenta eius,quia ſpecioſus forma fuit præ filijs hominum:
propter gloriam triumphantis in ſtolam candidam commutata ſunt:& tunc uere de Chriſti
carne completum eſt: Quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata,innitens ſuper fratruelem ſuum?
Et quod in eodem libro ſcribitur:Fratruelis meus rubicundus & candidus.Hunc imitantur,
qui

A qui ueſtimenta ſua non coinquinauerunt cum mulieribus: uirgines enim permanſerunt,qui ſe caſtrauerunt propter regna cœlorum. Itaq; in albis erunt ueſtibus. Eo tempore ſententia domini opere perfecta monſtrabitur: Omne quod dedit mihi pater,non perdam ex eo quic quam, ſed reſuſcitabo illud in nouiſſimo die. Totum uidelicet hominem, quem totum na/ ſcēdo ſuſceperat. Tunc ouis quæ perierat,& in inferioribus oberrabat, humeris ſaluatoris to ta portabitur: & quæ peccatis languida fuit, clementia iudicis ſuſtentabitur. Tunc uidebunt illum qui compunxerunt,qui clamauerunt,Crucifige,crucifige talem. Tribus & tribus cædēt pectora,ipſi & mulieres eorum. Illæ mulieres, quibus dominus locutus eſt crucem portans: Filiæ Hieruſalem nolite flere ſuper me,ſed ſuper uos flete & ſuper filios ueſtros. Tunc ange lorum uaticinium complebitur, qui ſtupentibus apoſtolis euntem in cœlum dixerunt: Hic Ieſus qui à uobis aſſumptus eſt in cœlum,ſic ueniet, quemadmodum uidiſtis eum euntem in cœlum. Quale eſt autem,idcirco dicere dominum poſt reſurrectionem quadraginta die/ bus comediſſe cum apoſtolis,ne phantaſma putaretur: & hoc ipſum quod comedit in carne & in membris uiſus eſt in phantaſmate confirmare? Aut uerum eſt quod uidebatur, aut fal/ ſum. Si uerum eſt, ergo uere comedit & uere membra habuit. Si autem falſum, quomodo res falſas oſtendere uoluit, ut reſurrectionis ueritatem probaret? Nemo enim falſo uerum probat. Ergo,inquies,& nos poſt reſurrectionem comeſuri ſumus? Neſcio. Non enim ſcri/ ptum eſt: & tamē ſi quæratur,non puto comeſuros. Legi enim nō eſſe regnum dei cibum & potum,repromittens nobis quæ oculus non uidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcē/ derunt. Moyſes & Elias quadraginta diebus ieiunauerunt ac noctibus. Hoc hominum na/ tura non patitur,ſed quod homini impoſſibile eſt,deo impoſſibile non eſt. Sicut qui futura prædicit,non intereſt utrum poſt decem annos,aut poſt centum futura pronunciet: quia una eſt ſcientia futurorum: ſic qui quadraginta diebus poteſt ieiunare & uiuere, imò non poteſt ieiunare,ſed uiuit uirtute dei: & æterno tempore poterit abſq; eſca & potu uiuere. Quare fa/
B uum comedit dominus? Vt reſurrectionem probaret, non ut tuis faucibus mella permitte/ ret. Piſcem in prunis aſſum petijt,ut dubitantes confirmaret apoſtolos,qui ad illum accedere non audebant,quod putarent ſe ſpiritum uidere,non corpus. Archiſynagogi filia ſuſcitatur, & cibum accipit. Lazarus quatriduanus mortuus reſurgit, & prandens inducitur: non quia apud inferos eſuriebat,ſed quia difficultas operis,ſcrupuloſitatem fidei requirebat. Quomo do ueras manus & uerum oſtēdit latus: ita uere comedit cum diſcipulis: uere ambulauit cum Cleopha: uere lingua loquutus eſt cum omnibus: uero accubitu diſcubuit in cœna: ueris ma/ nibus accepit panem, benedixit ac fregit & porrigebat illis. Quod autem ab oculis repente euanuit,uirtus dei eſt,nō umbræ & phantaſmatis. Alioquin & ante reſurrectionē,cum edu/ xiſſent eum de Nazareth,ut præcipitarent de ſupercilio montis, tranſiuit per medios,id eſt, elapſus eſt de manibus eorum. Nunquid iuxta Marcionem dicere poſſumus,quod ideo na tiuitas eius in phantaſmate fuerit,quia contra naturam qui tenebatur,elapſus eſt? Quod ma gis licet,hoc domino nō licet? Apollonius Tyaneus ſcribitur,cū ante Domitianum ſtaret in conſiſtorio,repēte non comparuiſſe. Noli potētiam domini Magorū præſtigijs adæquare, ut uideatur fuiſſe quod nō fuit,& putetur comediſſe ſine dentibus, ambulaſſe ſine pedibus, fregiſſe panem ſine manibus,locutus eſſe ſine lingua,& latus monſtraſſe ſine coſtis. Et quo/ modo,inquies,nō cognoſcebant eum in itinere,ſi ipſum habebat corpus quod ante habuit? Audi ſcripturam dicentem: Oculi eorum tenebantur,ne eum agnoſcerent. Et rurſum: Aperti ſunt oculi eorum,& cognouerūt eum. Nunquid alius fuit quando nō agnoſcebatur,& alius quando agnitus eſt? Certe unus atq; idem erat. Cognoſcere ergo & non cognoſcere,oculo/ rum fuit,nō eius qui uidebatur,licet & ipſius fuerit. Oculos enim tenebat eorum, ne ſe agno ſcerent. Deniq; ut ſcias errorem qui uerſabatur in medio,nō corporis domini,ſed oculorum fuiſſe clauſorum: Aperti ſunt oculi eorū,inquit,& cognouerūt eum. Vnde & Maria Magda/ lene quamdiu nō agnoſcebat Ieſum,& uiuū quærebat inter mortuos, hortulanum putabat. Agnoſcit,& dominū uocat. Poſt reſurrectionem Ieſus ſtabat in littore,diſcipuli in naui erāt.

Cæteris

Cæteris nõ cognoſcentibus eum,dicit diſcipulus quem diligebat Ieſus,Petro: Dominus eſt. c
Prior enim uirginitas uirginale corpus agnoſcit.Idem erat,& non idem omnibus uidebatur.
Statimq; ſubiungitur:Et nemo audebat interrogare eum, tu quis es?ſciẽtes quod dominus
eſt.Nemo audebat,quia deum ſciebant.Veſcebantur cum prandente,quia hominem & car
nem uidebant:non quod alter deus,alter homo eſſet:ſed unus atq; idem filius dei cognoſce
batur ut homo,adorabatur ut deus.Scilicet nunc mihi philoſophãdum eſt,incertos eſſe ſen
ſus noſtros,& maxime uiſum. Carneades aliquis ab inferis excitandus, ut proferat remum
in aqua fractum,uideri porticus longius anguſtiores,rotundos procul turrium angulos, co/
lumbarum colla,ad ſingulas conuerſiones colorem mutantia. Cum Rhode Petrum nuncia
ret & apoſtolis diceret,ob periculi magnitudinem euaſiſſe non credunt, phantaſma ſuſpicã/
tur.Porrò quod clauſis ingreſſus eſt oſtijs, eiuſdem uirtutis fuit, cuius & ex oculis euaneſce/
re.Lynceus(ut fabulæ ferunt)uidebat trans parietem: dominus clauſis oſtijs niſi phantaſma
fuerit,intrare non poterit? Aquilæ & uultures tranſmarina cadauera ſentiunt.Saluator apo/
ſtolos ſuos niſi oſtium aperuerit,non uidebit? Dic mihi acutiſſime diſputator, quid eſt ma/
ius,tantam terræ magnitudinem appendere ſuper nihilum, & ſuper aquarum incerta libra/
re:an deum trãſire per clauſam portam, & creaturã cedere creatori? Quod maius eſt tribuis:
quod minus eſt calumniaris.Petrus ſuper aquas ambulat graui & ſolido corpore.Mollis un
da nõ cedit:paululum fides dubitat, & ſtatim naturã ſuam corpus intelligit:ut ſciamus ſuper
aquas nõ corpus ambulaſſe,ſed fidem.Oro te,qui tantum contra reſurrectionem ſentis: at/
gumẽtaris,an ſimpliciter mecum loqueris? Credis uere dominũ reſurrexiſſe,in eodem quo
mortuus,quo ſepultus eſt corpore,an non credis? Si credis,cur iſta proponis, per quæ reſur/
rectio denegatur? Si non credis,quid ita imperitorum lactas animas,& reſurrectionem caſ/
ſo nomine uentilas? Audiui nuper de Marcionis ſchola: uæ, inquit,ei, qui in hac carne, & in
his oſſibus reſurrexerit:gaudens animus ſtatim intulit:Conſepulti enim ſumus, & conſurre/ D
ximus cum Chriſto per baptiſmum.Animæ,an carnis reſurrectionem dicis? Reſpondi,non
ſolius animæ,ſed carnis, quæ cum anima renaſcitur in lauacro. Et quomodo peribit, quæ in
Chriſto renata eſt? Quia ſcriptum eſt,ait,Caro & ſanguis regnum dei non poſſidebunt. At
tende obſecro te,quod dicitur:caro & ſanguis regnum dei non poſſidebunt. Nunquid non
reſurgent? Abſit,ſed non poſſidebunt.Quare non poſſidebunt? Quia ſequitur,neq; corru/
ptio incorruptionem poſſidebit.Tamdiu ergo regnum dei non poſſidebunt,quamdiu caro
tantum ſanguisq; permanſerint.Cum autem corruptiuum induerit incorruptionem,& mor
tale induerit immortalitatem: & lutum carnis in teſtam fuerit excoctũ,quæ prius graui pon/
dere premebatur in terram, acceptis ſpiritus pennis, & immutationis non abolitionis, noua
gloria uolabit ad cœlum: & tunc implebitur illud quod ſcriptum eſt: Abſorpta eſt mors in
uictoria. Vbi eſt mors contentio tua? Vbi eſt mors aculeus tuus? Præpoſtero ordine de ani
marum ſtatu & carnis reſurrectione reſpondimus: omiſſisq; principijs epiſtolæ, tota nobis
contra egregios tractatus eius fuit diſputatio.Maluimus enim de dei rebus,quàm de noſtris
iniurijs dicere. Si peccauerit homo in hominem, rogabunt pro eo ad dominum. Si autem
in deum peccauerit,quis orabit pro eo? Nunc ediuerſo,ſuper omnia noſtros aduerſarios im
mortali odio perſequimur: blaſphemãtibus deum,clementem porrigimus manum. Scribit
ad Theophilum epiſcopum apologiam, cuius iſtud exordiũ eſt: Tu quidem ut homo dei,
& apoſtolica ornatus gratia, curam omnium eccleſiarum, maxime eius quæ in Hieroſoly/
mis eſt,ſuſtines: cum ipſe plurimis ſolicitudinibus eccleſiæ dei, quæ ſub te eſt, diſtringaris.
Laudat faciem,ad perſonam principum trahit.Tu qui regulas quæris eccleſiaſticas,& Nice/
ni concilij canonibus uteris: & alienos clericos, & cum ſuis epiſcopis commorantes tibi nite/
ris uſurpare:reſponde mihi,ad Alexandrinum epiſcopum Palæſtina quid pertinet? Ni fal/
lor, hoc ibi decernitur, ut Palæſtinæ metropolis Cæſaria ſit, & totius Orientis Antiochia.
Aut igitur ad Cæſarienſem epiſcopum referre debueras, cui ſpreta communione tua cõmu/
nicare nos noueras.Aut ſi procul expetendum iudicium erat, Antiochiam potius literæ diri/
gendæ

A gẽdæ.Sed noui cur Cæſariam,cur Antiochiam nolueris mittere.Sciebas quid fugeres,quid uitares.Maluiſti occupatis auribus moleſtiam facere,quàm debitum metropolitano tuo ho norem reddere.Nec hoc dico,quod præter amicitias,quæ ſuſpitionem generant, quicquam in legatione reprehendam , ſed quia apud interrogantes magis & præſentes te purgare de/ bueris.Miſiſti religioſiſſimum hominem dei Iſidorum presbyterum , uirum potentem tam ex ipſa inceſſus & habitus dignitate,quàm diuinæ intelligentiæ,curare etiam eos, qui animo uehementer ægrotant, ſi tamen ſenſum ſui languoris habeant . Homo dei mittit hominem dei:nihil intereſt inter presbyterum & epiſcopum,eadem dignitas mittentis & miſſi: hoc ſa/ tis imperite:in portu,ut dicitur, naufragiũ. Iſte Iſidorus qui in cœlum tuis laudibus tollitur, idipſum infamatur Alexandriæ, quod tu Hieroſolymæ:ex quo non legatus aduenisſe uide/ tur,ſed ſocius.Alioquin & literæ manu eius ſcriptæ, quæ ante tres mẽſes legationis ad nos di rectæ erant,portantes errorem:Vincentio presbytero redditæ ſunt,quæ uſq; hodie ab eo te nentur:quibus cohortatur ducem exercitus ſui,ut ſuper petram fidei,ſtabili perſiſtat gradu, nec noſtris nænijs terreatur . Pollicetur ſe antequam legationis eſſet ulla ſuſpitio uenturum Hieroſolymam,& ad aduentum ſuum ilico aduerſariorum cuneos proterendos. Et inter cæ tera his etiam uerbis utitur.Quomodo fumus in aere diſſoluitur,& cera ad uiciniam ignis li/ queſcit:ita diſſipabuntur qui ſemper eccleſiaſticæ fidei reſiſtentes,nunc per homines ſimpli/ ces eandem fidem inquietare conãtur.Rogo te lector,qui hoc ſcribit antequam ueniat,quid tibi uidetur? Aduerſarius an legatus? Iſte eſt quem nos pijſſimum uel religioſiſſimum, & ut uerbum exprimamus è uerbo,deicolam poſſumus dicere.Iſte eſt homo diuinæ intelligẽtiæ, tam potens & tanta inceſſus ac habitus dignitate,ut quaſi ſpiritualis Hippocrates,languorẽ animarum noſtrarum,ſua potuerit præſentia mitigare, ſi tamen nos uoluerimus ſuæ medici næ acquieſcere.Curet ſe tali medicamine,qui etiam alios curare conſueuit. Nobis diuina illa
B intelligentia pro Chriſto ſtulticia eſt.Libenter noſtra ruſticitate languemus , ne collyrio ue/ ſtro impie uidere diſcamus . Tuæ uero ſanctimoniæ, pro optima uoluntate quaſi ad finem uſq; perducta ſit,deprecamur dominum in ſanctis locis nocte ac die, ut ei reddat perfectam mercedem,& coronam uitæ largiatur.Recte gratias agis:niſi enim ueniſſet Iſidorus,tu in to/ ta Palæſtina tam fidelem ſodalem non inueniſſes.Niſi ille tibi promiſſum apportaſſet auxi/ lium,hæreres in turba ruſticorum,quæ ſapientiam tuam intelligere nõ poſſet.Hæc ipſa apo logia,de qua nunc ſermo eſt, Iſidoro præſente & multum collaborante dictata eſt , ut idem eſſet & dictator & baiulus literarum.Cum ergo huc ueniſſet,& acceſſiſſet ad nos tribus uici/ bus,& admouiſſet tam diuinæ ſapientiæ tuæ quàm propriæ intelligentiæ habentia medici/ nam uerba,nec profuit alicui,nec profuit ei quiſquam.Hic qui ad tres uices dicitur ad nos ac ceſſiſſe,ut & in ueniendo myſticum numerum conſeruaret: qui Theophili epiſcopi manda/ tum nobis loquebatur,literas ad nos ab eo miſſas noluit reddere. Cumq; diceremus,ſi lega tus es,redde legationis epiſtolas:ſi epiſtolas non habes,quomodo legatum te probabis? re/ ſpondit ſe habere quidam literas ad nos: adiuratum tamen ab Hieroſolymorum epiſcopo ne nobis eas redderet.En legati cõſtantia.qui ut pacem faceret , & ſuſpitionẽ in alteram par/ tem fauoris excluderet, æquum ſe utriſq; tribuit. Et quia ſine emplaſtro uenerat, & medico/ rum armamenta nõ habebat,idcirco eius medicina non profuit. Hieronymus & hi qui cum eo ſunt,& ſecreto & coràm omnibus, frequentiſſime & ſub iuriſiurandi teſtificatione ſatis ei fecerunt,quod nũquam de nobis ambiguitatem aliquam habuerint fidei,dicentes: Quomo do eo tempore quando communicabamus ei,nunc ſimiliter eundem affectum habemus de ratione fidei. Videte quid faciat concordia dogmatum.Iſidorus qui ut hæc ſignificaret , eius ſocius erat,homo dei & presbyter θεοσεβέστατος, & uir potẽs & ſacro ac uenerabili inceſſu & diuinæ intelligẽtiæ,& Hippocrates Chriſtianorum uocatur. Ego miſellus dum in ſolitudi ne deliteſco,à tanto pontifice repente truncatus,presbyteri nomẽ amiſi.Et tamen iſte Hiero nymus,cum pãnoſa turba & ſordidatis gregibus,quid Iſidoro illi fulmineo auſus eſt reſpon dere? At ne forte ille nõ cederet,& opprimeret eos præſentia,& mole corporis ſui, nõ ſemel,

non

non tertio, ſed frequentiſſime iurauerunt, ſe eum de quo quæſtio erat ſcire orthodoxũ: nec c
unquam in ſuſpitione habuiſſe hæreſeos. O apertum impudensq; mendacium. O teſtimo/
nium pro ſe, nec Catoni creditum. In ore enim duorũ uel trium teſtium ſtat omne uerbum.
Alicubi ne dictum, aut tibi alicubi mãdatum eſt, quod ſine ſatisfactione fidei cõmunionem
tuam ſubiremus? Quando per uirum diſertiſſimum & Chriſtianiſſimum Archelaum comi
tem, qui ſequeſter pacis erat, condictus locus fœderis fuit: nónne hoc in primis poſtulatum
eſt, ut futuræ concordiæ fides iaceret fundamenta? Pollicitus eſt eſſe ſe uenturum. Inſtabat
dies paſchæ: frequens monachorum turba conuenerat: expectabaris in loco, quid faceres, ne
ſciebas. Repente mandaſti, ægrotare neſcio quam: illo die te non poſſe uenire. Ludio ne an
epiſcopus hæc loquitur? Pone uerum eſſe quod dicis: propter unius mulierculæ delitias, ne
te abſente doleat caput, faſtidium ſuſtineat, ſtomacho perfrigeſcat: eccleſię cauſam negligis?
tot uirorum & Chriſtianorum & monachorum contemnis præſentiam? Noluimus occaſio
nem dare: uidebamus enim ſtropham: dilationis tuæ iniuriam, patientia uicimus. Reſcribit
Archelaus: monet altero & tertio die manere, ſi uellet uenire. At ille occupatus: muliercula
enim uomere non ceſſauit: dum nauſcam euaſiſſet: noſtri penitus oblitus eſt. Poſt duos ergo
menſes tandem expectatus uenit Iſidorus: qui non, ut tu fingis, pro te teſtimonium, ſed cau
ſam poſtulatæ ſatisfactionis audiuit. Cum enim obijceret nobis, quare ei cõmunicaſtis, ſi hę
reticus erat: audiuit ab omnibus, cõmunicauimus nihil de hæreſi ſuſpicantes. Poſtq; uero à
beato papa Epiphanio conuentus, tam ſermone q; literis reſpondere cõtempſit: cunctis mo
nachis ab eodem Epiphanio ſcripta uenerunt, ut abſq; ſatisfactione fidei, nullus ei temere
communicaret. Præſto ſunt literæ, nec ſuper hac re dubitari poteſt. Hæc ſunt quæ fratrum
turba reſpondit: non, ut tu argumentaris, ex eo te non eſſe hæreticum, quia aliquando nõ di
ctus ſis. Hac enim ratione ægrotare non debebit, qui ante ægrotationem ſanus fuit. Quan
do autem cœptum eſt de ordinatione Pauliniani, & aliorum qui cum eo ſunt, uentilari, uidẽ/ D
tes ſe reprehendi: cum propter charitatem atq; concordiam concederentur eis omnia: hoc
autem ſolum expeteretur, ut licet ab alijs contra regulas ordinati eſſent, tamen ſubijcerentur
eccleſiæ dei: ut non ſcinderent eam, neq; proprium ſibi facerent principatum: In hoc non ac/
quieſcentes, cœperunt proponere de fide, & omnibus notum facere, quod ſi non argueren/
tur hi qui cum Hieronymo presbytero erant, nil culparent in nobis. Sin aũt arguerentur er/
roris & culpæ, cum penitus non queant de iſtiuſmodi quæſtionibus diſputare, ſatisfactio/
nem errati proprij non inuenientes ad iſta confugerent: non quo ſperarent nos poſſe conuin
ci, ſed famam noſtram lædere niterentur. Quod perplexa oratio eſt, nemo uitium interpre
tationis putet. Talis enim & Græca eſt. Interim ego gaudeo, quod qui me decollatum puta/
bam, ſubito mihi presbyterij caput uideo repoſitum. Dicit nos omnino conuinci non poſſe,
& uenire ad prælium perhorreſcit. Si cauſa diſcordiæ, nõ ex diſſenſione fidei eſt: ſed ex Pau
liniani, ut dicis, ordinatione deſcendit, quæ tanta ſtulticia eſt uolentibus occaſionẽ dare, nolle
reſpondere? Confitere fidem, ſed tamen reſponde quod quæreris, ut omnibus luceat nõ de
fide, ſed ordinatione eſſe certamen. Quàmdiu enim interrogatus de fide tacueris, poteſt tibi
aduerſarius dicere: Non eſt ordinationis cauſa ſed fidei. Si ordinationis cauſa eſt: ſtulte facis
de fide interrogatus, tacere. Si fidei, ſtulte prætendis ordinationem. Porrò quod dicis te pe/
tiſſe ut ſubijcerentur eccleſiæ dei: & non ſcinderent eam, neq; proprium ſibi facerent princi/
patum, de quibus dicas non ſatis intelligo. Si de me & de presbytero Innocẽtio, ſatis multo
dormiſti tempore, qui poſt annos tredecim, nunc excitatus hæc loqueris. Ob id enim & ego
Antiochiam, & ille Conſtantinopolim urbes celeberrimas deſeruimus: non ut te in populis
prædicantem laudaremus, ſed ut in agris & in ſolitudine aduleſcẽtiæ peccata deflentes, Chri
ſti in nos miſericordiam deflecteremus. Sin autem de Pauliniano tibi ſermo eſt: uides eum
epiſcopo ſuo eſſe ſubiectum, uerſari Cypri, ad uiſitationẽ noſtram interdum uenire: non ut
tuum, ſed ut alienum, eius uidelicet à quo ordinatus eſt. Quod ſi hic etiam eſſe uoluerit, & in
exilio noſtro quietus in ſolitudine uiuere: quid tibi debet, niſi honorẽ quem omnibus debe/
mus

A mus episcopis? Fac à te ordinatum: idem ab eo audies, quod à me misello homine sanctæ memoriæ episcopus Paulinus audiuit. Num rogaui te, ut ordinarer? Si sic presbyterium tribuis, ut monachum nobis non auferas: tu uideris de iudicio tuo. Sin autem sub nomine presbyteri tollis mihi propter quod seculum dereliqui: ego habeo quod semper habui: nullum dispendium in ordinatione passus es. Vt non scinderent, inquit, eam: neq; proprium sibi facerent principatum. Quis scindit ecclesiam? Nos quorum omnis domus Bethlehem in ecclesia cõmunicat? an tu qui aut bene credis, & superbe de fide taces: aut male, & uere scindis ecclesiam? Nos scindimus ecclesiam, qui ante paucos menses circa dies pentecostes, cum obscurato sole omnis mundus iamiamq; uenturum iudicem formidaret, quadraginta diuersæ ætatis & sexus, presbyteris tuis obtulimus baptizandos? Et certe quinq; presbyteri erant in monasterio: qui suo iure poterant baptizare, sed noluerũt quicquam contra stomachum tuum facere, ne & hæc tibi de fide reticendi daretur occasio. An non tu potius scindis ecclesiam, qui præcepisti Bethlehem presbyteris tuis: ne competentibus nostris in pascha baptismũ traderent, quos nos Diospolim ad confessorem & episcopum misimus Dionysium baptizãdos? Ecclesiam scindere dicimur, qui extra cellulas nostras locum ecclesię non habemus? An non tu scindis ecclesiam, qui mandas clericis tuis: ut si quis Paulinianum ab Epiphanio episcopo consecratum presbyterum dixerit, ecclesiã prohibeatur intrare. Ex quo tempore usq; in præsentem diem uidemus tantum specum domini, & hæreticis intrantibus procul positi suspiramus. Nos ne sumus, qui ecclesiã scindimus: an ille qui uiuis habitaculũ, mortuis sepulchrum negat, qui fratrum exilia postulat? Quis potentissimam illam feram totius orbis ceruicibus imminentem cõtra nostras ceruices spiritualiter incitauit? Quis ossa sanctorum & innoxios cineres hucusq; uerberari ab imbribus sinit? His nos blandimentis bonus pastor inuitat ad pacem, & proprium arguit facere principatum: qui omnibus episcopis rectam duntaxat fidem tenẽtibus, & cõmunione & charitate sociamur. An tu solus ecclesia es: & qui te offende-
B rit, à Christo excluditur? Si proprium defendimus principatum, ostẽde nos in parochia tua habere episcopum. Quod tibi non cõmunicamus, fidei est: responde, & ordinationis erit. Occasionem quoq; fingunt aliarum literarum, quas dicunt sibi scripsisse Epiphanium. Quanq; dabit ille rationem pro omnibus quæ gesta sunt ante tribunal Christi, ubi maior & minor absq; ulla personarum acceptione iudicabitur: attamen quomodo possunt illius niti epistola, quam de ordinatione Pauliniani illicita, & illorum qui cum eo sunt à nobis coargutus scripsit: sicut & ipsa epistola eius in exordio suo significat? Rogo quæ tanta est cæcitas, & Cimmerijs, sicut aiunt, tenebris inuoluta? Dicit nos occasionem fingere, & Epiphanij aduersus se literas non habere, statimq; subiungit. Quomodo possunt illius niti epistola, quam de ordinatione Pauliniani illicita, & eorũ qui cum eo sunt, à nobis coargutus scripsit: sicut & ipsa eius epistola in exordio suo significat? Non habemus epistolam. Et quæ est illa epistola quæ in exordio suo de Pauliniano loquitur? Est aliquid post exordium, cuius tu times facere mẽtionem. A te est coargutus, ætatis qua Paulinianus erat presbyterum ordinas, & legatum mittis ac socium: tantamq; habes fiduciã, ut ubi Paulinianum mentitus es puerum, illuc puerũ mittas presbyterum. Itemq; Theosebam Thiriæ ecclesiæ diaconum facis presbyterum, & contra nos armas, illiusq; in nos abuteris eloquentia. Tibi soli licet ecclesiæ iura calcare: tu quicquid feceris, norma doctrinæ est: & non erubescis ante tribunal Christi iudicandum tecum Epiphanium prouocare. Quæ sequuntur post hoc capitulũ, hæc sunt: Mensæ suæ & domus contubernium imputat Epiphanio, scribitq; eum nunq; esse secum de Origenis dogmatibus loquutum, & sub iusiurandi testificatione cõfirmat, dicens: ne suspitionem quidem, sicut deus testis est, peruersæ in nos fidei se habere monstrauit. Nolo respondere & arguere acriter, ne periurij episcopum conuincere uidear. Præsto sunt plures epistolæ Epiphanij: una ad ipsum, aliæ ad episcopos Palæstinos: & nuper ad Romanum pontificem: in quibus dicit se eum coràm multis, de dogmatibus arguentẽ non meruisse respõsum, totumq; nostræ paruitatis testis est monasterium.

NOuatus.)Qui non recipiebat eos qui semel descíuíssent à Christo. Montanus)Nec is admísit ad pœnitentiam qui semel essent à baptísmo prolapsi. Sed Elias)Locus est lib. Regum iij. cap. xviij. Super oua & aristas.) Id machinis quibusdam fiebat in proscenio, ut quidam uiderẽtur è cœlo delabi & pendere in aere, quidam ambulare super oua & aristas, quo populus miraculo delectaretur, ut nunc hodie sunt qui ambulent in cuspide gladiorum. Figura tam cõtrouersiam)Eam intelligit, in qua ductus est obliquus: hoc est, aliud agitur & aliud uidetur agi: ueluti, si Pisistratus suadendo, ut dedatur hostibus, dissuadeat: aut si quis laudando uituperet, aut defendendo accuset. Nunc appetit)Hoc est figuratas orationes, mihi non ignotas. Medici ad omnes oculorum)ὀφθαλμικοὶ Græce. Vnde iocus est Martialis in eum qui ex ophthalmico factus erat hoplomachus. Auribus lupum)Quoniam breues habet aures. Adagium est, quod in nostris explicuimus Chiliadibus. Aliud agens)Id est, obiter, quod Græci παρέργως. Audiret piaculum) Per Ironiam accipiendum est. Nam illi piaculũ erat. Statim sera conuersione) Vox erat impij, qui testabatur se nondum esse Christianum, nec uelle fieri nisi in fine uitæ, quo diu posset frui mundo. Vnde & miserabilem uocat prætextatum, qui non diu sit fruitus suo honore. Miserabilis prætextatus) Quod consul designatus decesserit, priusquam iniret magistratum. Iocus est Ciceronis in Caninium Reuilum, qui uno tantum die consul fuit, eoq; uigilantem consulem appellare solet. Addebat, eo consule nihil mali esse factum. Laciniosis periodis)Lacinia sinus uestis fluens. Periodus circuitus. Enosam fidem)In quibusdam scriptum erat, ociosam fidem. Nonnullis placuit, erosam, pro laceratam ac reprehensam. Mihi legendum uidetur enodam, siue enodem, hoc est, simplicem, & nihil habentem distorti, quam tamen ille tortuoso sermone contexuit. Eunomij ἀθέου)id est, sine deo. Id enim sonat ἄθεος, quod nominis tribuunt & Luciano. Cæterum Eunomius episcopus fuit Cyzicenus sectator Aetij, cum quo consuetudinem habuit, cuius & dogma sequutus est & stilum. Nam is cognominatus fuit ἄθεος, stilo fuit sophistico, sed sacrarum literarum nõ satis eruditus, in multis cum Ario sensit. Contra Anthropomorphitas)ἄνθρωπος homo, μορφὴ forma. Hæretici fuerunt, qui deum faciebant corporeum, existimantes eum humanis cõstare membris, & humana figura. Collegio frater) Quia episcopus. Honorifica præfatio, sed non caret morsu. Non est mirari)Iam, inquit, non est quod miremur egregiam illam oratonem Demosthenis aduersus Aeschinem. Nihil enim magnum si bella est, cum sit elaborata & scripta. Hic de tantis rebus dicit ex tempore. Frustra suspicimus)Id est, admiramur. Nam is eam orationem scribitur ex tempore dixisse, teste Cornelio Nepote. Lysias noster)Hos nominat, quod extempora li dictione ualuerint, quemadmodum & Gorgias. In numerato habebat)Seneca narrat hoc dictum de Vincio in declamationibus, Lucius, inquit, Vincius, quo nemo ciuis Romanus in agendis causis præstantius habuit ingenium: quicquid longa cogitatio illi præstatura erat, prima intẽtio animi dabat. Ex tempore causas agebat, sed non desiderabat hanc commendationem, ut ex tempore agere uideretur. De hoc eleganter dixit diuus Augustus: Vincius ingenium in numerato habet. In numerato dixit, pro eo quod est, in promptu: unde & numero dicimur dicere, quod statim ac facile dicimus, tũ & latum est à pecunia numerata. Sufflammandus est.)Sufflaminandus legendum est, non sufflamandus, à sufflamine, quod est retinaculũ rotis additum ne currus feratur in præceps: quod & hodie fieri uidemus ab aurigis, si uia est pronior. Iuuenalis satyra viij. Ipse rotam stringit multo sufflamine consul.

De stammate & loco.) Varie locus hic fuerat deprauatus. Apparet στάμμα uerbum esse militare, à stando dictum, quo significetur locus cuiq; militi designatus, unde turpissimum erat cedere. In quo & hodie miramur Germanos quosdam, qui magno cum uitę contemptu, locum tuentur in acie.

Tribunitiæ potestatis.) Et hic locus confusissimus habebatur. Restituimus ut licuit ad hunc modum. Finge aliquem tribunitiæ potestatis, suo uitio regradatum, per singula militiæ equestris officia ad tyronis uocabulum deuolutum. Nunquid ex tribuno statim fit tyro? Non, sed ante primicerius. Deinde senator, ducenarius, biarchus, circitor, eques, dein tyro: & quanquam tribunus quondam miles gregarius sit, tamen ex tribuno non tyro, sed primicerius factus est. Summa dignitas secundum imperatorem erat penes tribunum militiæ: infima tyronum, proxima à tribuno primicerio, tertia senatorij. Ducenarius autem dicitur, qui duabus præesset centurijs, ut testatur Vegetius libro De re militari secundo. Biarchus opinor dicitur, quod commeatui præfectus esset, βίος enim uictus est. Circitor à circumeundo dictus, castrorum custos dicitur. Eques opponitur gregario.) Nam gregarius miles, qui nulla re præminet, sed de media militum turba est. Salebra.) Est obstaculum occurrens in uia, truncus aut saxum quod transiliendum sit. Vultum draconis euoluam.) Alluſit ad locum qui est in Iob capite quadragesimoprimo, de Leuiatham: quis reuelabit faciem indumenti eius? Ac mox, Portas uultus eius quis aperiet? Philosarcas) φιλοσάρκους, siue φιλόσαρκος, id est, amatores carnis, dictione Græcis composita à φίλος studiosus siue amans, & σάρξ caro, sed animantis & uiui corporis. Nomen insaniæ)μανὸς enim Græcis insanus dicitur. Huc torquet nomen Manichæorum, cum uocabulum sit Persicum. Nam Manicheus ille Persa fuisse legitur apud Augustinum. Sua lingua dictus Manin, quum ante proditam insanam doctrinam uocaretur Vrbicus. Cæterum Græcis

Manicheus

A Manicheus ſonat fuſorem inſaniæ: unde & diſcipuli eius Græce periti pro Manichæo uocare cœperũt Mannicheum conduplicato n, quaſi mannæ fuſorem. τῷ δοκεῖν) Apparendo, quod alibi expoſitum
5 hic repetimus, quo minus facile uitietur ſcriptura. In ratione ſeminis, quam Græci σπερματολογίαν) Nam σπέρμα ſemen, à σπείρω, & λόγος ratio. Sentit autem uim illam ſeminalem, quæ formæ rationem habet & actus. Quatenus è quorundam exemplarium ueſtigijs licet olfacere, fortaſſe ſcriptum erat σπινθηρισμόν, ſiue σπινθηρίσκον, quod ſeminis uis inſtar ſcintillæ ſit. Nam σπερματολογίαν aliquis, ut expleret lacunam aſſcripſiſſe uidetur ex Latinis, quæ præcedunt. Nam σπερματολογία potius ſignificat ſermonem de ſemine. Dubitat Ariſtoteles an fœminis inſit ſemen, quum dubium non ſit, quin ex harum ſubſtantia naſcatur corpus humanum. Et quaſi ἀντέρειαν) Ita in pleriſq; ſcriptum erat exemplaribus: Fortaſſe legendum eſt ἀρτίσιον, ut intelligas illud, per quod inſtauratur aliquid, ſiue ἀρτήσιον, niſi mauis σωτήσιον, ſiue αὐτήσιον. Nam diuinandum donec aliquid compertius detur inuenire. Id eſt
6 μετασχηματισει) Addidit Græcam uocem, quæ eſt apud Paulum. Ea ſignificat in aliam figurã traducere.

Et inimici ſenſus eius) Græce eſt, ἐχθρὸς τῇ διανοίᾳ, id eſt, inimicos menti, ſiue cogitationi: eius additum eſt & ab Ambroſio & ab Hieronymo, ut explicarent ſenſum. Alterum cõtra hæreticos) Nam unum certamen erat cum ipſis corporis cruciatibus, alterum cum hæreticis. Quidam codices mutarant, alterum, in altum. Iudæorum lapides) Alludit ad illud euangelicum de Iudæis quærentibus lapides, ut iacerent in Ieſum. Apollonius Tyaneus) Huius uitam deſcripſit Philoſtratus, plenam fabulamentis plus quàm magicis. Carneades aliquis) De Cyrenenſi ſenſit, qui fuit princeps nouæ Academiæ. Porrò Academici dicebant, nihil certo ſciri, quandoquidem nec id certum eſſet, quod oculis cerneremus. Scripſit ſuper hiſce rebus Cicero & diuus Auguſtinus. Remum in aqua) Hæc ſunt exempla rerum, in quibus uiſus hominum fallitur. Lynceus) Hic frater fuit Idæ. De quo prodidit Ariſtophanes in Danais, quod per abietem uiderit Caſtorem dolo occidẽtem fratrem ſuum. Pindarus refert, eum & terram ipſam oculorum acie penetraſſe. De quo plura diximus in Adagionum Chiliadibus.
7 Aquilæ & uultures) Nam leguntur & triduo præuolare eò, ubi cadauera ſint futura. In portu naufragium) Id eſt, ſtatim in ipſo negocij ingreſſu offendere. Vide prouerbium, In portu impingere.

Deicolam) Nam Græce uocauerat illum θεοσεβέστατον, aut certe θεοσεβῆ. Nam id ſubijcit aliquanto poſt, homo dei & presbyter θεοσεβέστατος, id eſt, ſummus dei cultor. Nec Catoni) Qui ſummæ fuit autoritatis apud Romanos, cui ſine teſte credendum erat, ſi cuiquam credi par eſſet. Monet altero & tertio die) Hic locus uarie deprauatus ferebatur, reſtituimus ad hunc modũ: Monet altero & tertio die manere, ſi uellet uenire. At ille occupatus multercula, uomere enim non ceſſauit, dum nauſeam euaſiſſet, noſtri penitus oblitus eſt. Apparet enim illum excuſaſſe morbum alicuius matronæ, propter
B quem non licuiſſet uenire. Hoc enim uocat uomere. Cimmerijs, ſicut aiunt, tenebris) Hoc adagio ſignificat ſummas tenebras, à populo Cimmeriorum, apud quos ſol nunquam apparet, ob nubium denſitatem. Vide ſuper hoc noſtras Chiliadas.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Theophilus epiſcopus Alexandrinus uiſerat Syriam, ut diſſidium inter epiſcopos & monachos cõponeret. Huic igitur purgat ſe Hieronymus, de his quæ ab Ioanne Helienſi epiſcopo obijciebantur, ac de illo uiciſſim queritur, ſed ita ut multa reticeat, ob reuerentiam epiſcopalis gradus.

HIERONYMVS ADVERSVS IOANNEM HIEROſolymitanum ad Theophilum.

EPiſtola tua hæreditatis dominicæ te indicans poſſeſſorem, qui pergens ad patrem apoſtolis loquebatur: Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis: illius quoq; felicitatis compotem te eſſe teſtata eſt, in qua beati pacifici nuncupantur. Blandiris ut pater, erudis ut magiſter, inſtituis ut põtifex. Veniſti ad nos non in auſteritate uirgæ, ſed in ſpiritu benignitatis & lenitatis & manſuetudinis: ut humilitatem Chriſti, primo ſtatim ſermone reſonares: qui mortalium genus non fulminans & tonans, ſed in præſepi uagiens, & tacẽs ſaluauit in cruce. Legeras enim in typo illius ante prędictum: Memento domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius: & in ipſo poſtea præſentatum, Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Vnde & multa de ſacris uoluminibus ſuper pacis laude perſtringens, ac per uarios ſcripturarum campos more apum uolans, quic-
1 quid dulce & aptum concordiæ fuit, artifici eloquio meſſuiſti. Currentes igitur ad pacem incitati ſumus: expoſita ad nauigandũ uela, crebrior exhortationis tuæ aura compleuit, ut non tam retrectantibus & faſtidioſis, quàm ut auidis & plenis faucibus, dulcia pacis fluenta bibe remus. Verum quid facimus, in quorum poteſtate uoluntas tantum pacis eſt, non effectus? Et quanquam uoluntas quoq; apud deum propoſiti ſui mercedem habeat: tamen imperfe-

ctum opus etiam uolentes mœrore contriſtat. Quod ſciens & Apoſtolus,perfectiſſimã ui/ C
delicet pacem in utriuſq; partis uoluntate conſiſtere: Quantum,inquit,ex nobis eſt,cum om
nibus hominibus pacem habentes.Et propheta:Pax pax.Et ubi eſt pax? Nihil enim gran/
de eſt,pacem uoce prætendere,& opere deſtruere.Aliud niti,aliud demonſtrare:uerbis ſona
re concordiam,re exigere ſeruitutem. Volumus & nos pacem.Et non ſolum uolumus,ſed &
rogamus.Sed pacem Chriſti,pacem ueram,pacem ſine inimicitijs,pacem in qua non ſit bel/
lum inuolutum,pacem quæ non ut aduerſarios ſubijciat,ſed ut amicos iungat. Quid domi/
nationem pacem uocamus,& non reddimus unicuiq; rei uocabulum ſuum? Vbi odium eſt,
appellentur inimicitiæ:ubi charitas,ibi tantummodo pax uocetur.Nos nec eccleſiam ſcindi/
mus,neq; à patrum communione diuidimur:ſed ab ipſis,ut ita dicam,incunabulis catholico
ſumus lacte nutriti.Nemo namq; magis eccleſiaſticus eſt,quàm qui nunquã hæreticus fuit.
Sed ignoramus abſq; charitate pacem,ſine pace communionem.Legimus quoq; in euange
lio:Si offers munus tuum ad altare:& ibi recordatus fueris,quia frater tuus habet aliquid ad
uerſum te:dimitte ibi munus tuum coràm altari , & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc
ueniens offer munus tuum.Si munera noſtra abſq; pace offerre non poſſumus:quanto ma
gis & Chriſti corpus accipere? Qua conſcientia ad euchariſtiam Chriſti accedam,& reſpon
debo amen,cum de charitate dubitem porrigentis? Quæſo te,ut patienter me audias, nec ue
ritatem adulationem putes. Quiſquam ne tibi inuitus communicat? Quiſquam ne extenta
manu uertit faciem,& inter ſacras epulas,Iudæ oſculum porrigit? Ad aduentum igitur,ut re
or,tuum,non pauet monachorum turba,ſed gaudent.Certatim tibi procedũt obuiam:& de
eremi latibulis exeuntes,ſua te cupiunt humilitate ſuperare.Quis eos compellit exire? Nón
ne amor tui? Quis per eremum ſeparatos in unum cogit? Nõne tua dilectio? Amare enim
parens debet.Amari parens & epiſcopus debet, non timeri.Antiqua ſententia eſt:quem me
tuit quis,odit:quem odit,perijſſe cupit. Vnde & in noſtris literis cum initia paruulorum in ti
more conſiſtant,perfecta dilectio foras mittit timorem.Non quæris monachos tibi eſſe ſub D
iectos:ideo magis ſubiectos habes.Tu offers oſculum,illi colla ſubmittunt.Exhibes militẽ,
& ducem impetras:quaſi unus in pluribus es,ut ſis unus ex pluribus. Cito indignatur liber/
tas,ſi opprimitur.Nemo plus impetrat à libero,quàm qui ſeruire non cogit. Nouimus cano
nes eccleſiaſticos.Non ignoramus ordines ſingulorum:& lectione & quotidianis exemplis,
uſq; ad hanc ætatem multa didicimus,multa experti ſumus. Qui ſcorpionibus cedit:& lum/
bis patris habere ſe putat digitos groſſiores,cito regnum mãſueti Dauid diſſipat. Certe Ro/
manus populus,ne in rege quidem ſuperbiam tulit. Dux ille Iſraelitici exercitus, qui decem
plagis afflixerat Aegyptum,& ad cuius imperium cœlum & terra & maria ſeruiebant,inter
cunctos homines,quos tunc terra generauit,manſuetiſſimus prædicatur.Et ideo per quadra
ginta annos obtinuit principatum:quia poteſtatis ſuperbiam,lenitate & manſuetudine tem/
perabat. Lapidabatur à populo,& pro lapidantibus rogabat:quia potius deleri ipſe uult de
libro dei, ne commiſſus ſibi grex pereat. Cupiebat enim illum imitari paſtorem,quem ſcie/
bat etiam errantes oues ſuis humeris portaturum. Paſtor, inquit, bonus ponit animam ſu/
am pro ouibus ſuis.Boni quippe paſtoris diſcipulus, optat anathema eſſe pro fratribus ſuis
atque cognatis,qui ſunt Iſraelitę ſecundum carnem.Et ſi ille perire cupit, ne perditi pereant:
quanto magis bonis parentibus prouidendum eſt, ne ad iracundiam prouocent filios ſuos,
& nimietate duritiæ,etiam leniſſimos aſperos eſſe compellant? Epiſtola cogit me breuius lo
qui:dolor longius.Scribit in ſuis illis,ut ille uult,pacificis,ut ego ſentio, mordaciſſimis literis,
quod nunquam à me læſus ſit, nec dictus hæreticus. Quo nam igitur modo me ipſe lædit,
ægrotantem morbo peſſimo, & rebellem eccleſiæ uentilans? Aß alijs laceſſitus,accurrit ad/
uerſarijs parcere,lædere non lædentem? Antequam ordinaretur frater meus, nunquam di/
xit fuiſſe inter ſe & ſanctum papam Epiphanium de dogmatibus quęſtionem.Et quæ eum
ratio compellebat,ſicut ipſe tandem ſcribit,inde inter populos diſputare, unde nemo quære
bat? Scit enim prudentia tua periculoſas eſſe huiuſmodi quæſtiones, & nihil eſſe tutius

quàm

A quàm tacere: nisi forte necesse est loqui de grandibus. Certe quod illud tantum ingenium flumenq; eloquentię fuit, ut in uno ecclesiæ tractatu, cuncta comprehendisse se dicat, de quibus singulis nouimus eruditissimos uiros infinita uersuum milia conscripsisse? Sed hoc quid ad me? Nouerit ille qui audiuit, sciat ipse qui scripsit, meq; ab excusatione sui ipse etiam liberet. Ego nec interfui, nec audiui. Vnus è populo sum, imò ne unus quidem, quia multis clamantibus tacui. Conferamus arguentis accusatiq; personas: & cuius uel meritum, uel uita, uel doctrina præcesserit, illi magis accommodemus fidem. Vides ne, quod clausis, ut dicitur, oculis summa quæque perstringam: non tam eloquens quod mente concepi, quàm indicans quid reticeam. Intellexi te, & probaui disputationem tuam, quod ecclesiasticæ paci consulens, quasi Sireneos cantus obturata aure pertransis. Alioqui quia à parua ætate sacris literis eruditus es, nosti quo sensu unumquodque dicatur: quomodo in ambiguis sententijs tuus sermo libratus, & aliena non damnet, & nostra non deneget. Sed fides pura & aperta confessio, non quærit strophas, & argumenta uerborum. Quod simpliciter creditur, simpliciter confitendum est. Poteram quidem libere proclamare: & inter gladios quoque ignésque Babylonios dicere: cur aliud respondetur quàm quæritur? cur non simplex est, nec aperta confessio? Totum timet, totum temperat, totum relinquit ambiguum, & quasi super aristas graditur. Verum studio & expectatione pacis, feruente stomacho, uerba non quomodo quæruntur, respondet. Lædunt libere alij, quos lædere læsus ipse non audet. Ego interim sileo: nunc & dispensationem meam uel imperitiam simulabo, uel metum. Quid mihi accusanti facturus est: qui ut ipse testatur, laudanti detrahit? Tota eius epistola, non tam expositione, quàm nostris plena est contumelijs. Nomen meum absque ullis officijs, quibus nos inuicem palpare solemus homines, frequenter assumitur, carpitur, uentilatur, quasi de libro uiuentium deletus sim. Quasi illius me literæ suggillauerint, aut istiusmodi
B nugas unquam quæsierim qui ab adolescentia in monasterij clausus cellulis, magis esse uoluerim aliquid, quàm uideri. Quosdam ex nobis sic cum honore appellat, ut laceret, quasi & nos non possimus dicere, quæ nemo tacet. E seruo clericum factum criminatur, cum & ipse nonnullos eiuscemodi clericos habeat, & Onesimum legerit inter Pauli renatum uincula, diaconum cœpisse esse de seruo. Sycophantam iactitat, & ne probare cogatur, audisse se dicit. O si & mihi liberet dicere, quæ multi clamitant, & aliorum maledictis acquiescerem: iam & nos intelligeret scire quæ omnes sciunt, & me quoque audire, quæ nullus ignorat. Dicit ei uelut præmia pro calumnia restituta. Quis tam argutum & callens non perhorrescat ingenium? Quis tanto potest eloquentiæ fulmini respondere? Quid est plus, sustinere calumniam, an facere? Accusare quem postea diligas, an peccanti ueniam tribuere? Quid minus ferendum, de sycophanta ædilem fieri, an consulem? Scit & ipse quid taceam, quid loquar: quid & ego audierim, quid pro Christi metu fortasse non credam. Origenem me arguit uertisse in Latinum. Hoc nõ solus ego feci, sed & confessor Hilarius fecit: & tamen uterque nostrum noxia quæq; detrũcans, utilia transtulit. Legat ipse si nouit: arbitror enim eum assidua confabulatione & quotidiano Latinorum consortio Romanum non ignorare sermonem: aut si certe penitus non imbibit, interpretentur ei qui solent, & tunc sciet me in hoc ipso laudandum esse quod detrahit. Sicut enim interpretationem & idiomata scripturarum Origeni semper attribui, ita dogmatum constantissime abstuli ueritatem. Nunquid ego in turbam mitto Origenem? Nunquid cæteros tractatores? Scio me aliter habere apostolos, aliter reliquos tractatores. Illos semper uera dicere, istos in quibusdã ut homines aberrare. Nouum defensionis genus, sic Origenis uitia non negare, ut cum illo cæteros crimineris. Videlicet cum aperte defendere nõ audeas, multorum simili errore tuearis. Sex milia Origenis Tomos nõ poterat quisquam legere, quos ille nõ scripsit: faciliusq; credo testẽ huius sermonis quàm autorem esse mentitum. Fratrem meum causam dicit esse discordiæ, hominem qui quiescit in monasterij cellula, & clericatum nõ honorem interpretatur sed onus. Cumq; nos usq; ad præsentem diem ficta pacis ostensione lactauerit, Occidentalium sacerdotum com

mouit aures, dicens eum adoleſcentulum & penè puerum in parochia ſua Bethlehem pre/ C
sbyterum conſtitutum. Si hoc uerum eſt, cuncti Palæſtini epiſcopi non ignorant. Monaſte/
rium enim ſancti papæ Epiphanij nomine uetus Ad dictum, in quo frater meus ordinatus
eſt presbyter, in Eleuteropolitano territorio, & non in Helienſi ſitum eſt. Porrò ætas eius, &
beatitudini tuæ nota eſt: & cum ad triginta annorum ſpacia iam peruenerit, puto eam in hoc
non eſſe reprehendēdam, quæ iuxta myſterium aſſumpti hominis in Chriſto perfecta eſt.
Recordetur legis antiquæ, & poſt uigintiquinq; annos à Leuitica tribu, eligi in ſacerdotium
peruidebit. Aut ſi in hoc teſtimonio ſolo Hebraicam ſequitur ueritatem, nouerit triginta an/
norum fieri ſacerdotem. Ac ne forſitan dicat, uetera tranſierunt, & facta ſunt omnia noua:
audiat cum Timotheo: Adoleſcentiam tuam nemo contemnat. Certe ipſe quando epiſco/
pus ordinatus eſt, non multum ab ea, in qua nunc frater meus eſt, diſtabat ætate. Vel ſi hoc
in epiſcopis licet, in presbyteris nō licet, ne per antiphraſim à ſuo nomine diſcrepare uidean/
tur: cur ipſe aut eius, aut minoris ætatis, & quod his amplius eſt, miniſtrum alterius eccleſiæ
ordinauit presbyterum? Quod ſi non poteſt pacem habere cum fratre, niſi cum ſubdito &
ordinationis ſuæ epiſcopo renunciante, oſtendit ſe non tam pacem cupere quàm ſub pacis
occaſione uindictam: nec aliter quietis & pacis ocio eſſe contentum, niſi integrum habeat
quod minatur. Etiā ſi ipſe eum ordinaſſet, & ſic ſecreti amator quieſcere uellet, nequicquam
exerceret. Quod ſi eccleſiam ſcinderet, nihil ei deberet præter honorem cūctis ſacerdotibus
debitum. Hucuſq; apologia eius, imò categoria & lacinioſus contra nos ſermo protractus
eſt. Cui ego quidem in epiſtola breuiter præteriensq; reſpondi, ut ex his quæ dixi intelligat
quid tacuerim: & nouerit nos homines eſſe rationale animal, & prudentiam ſuam poſſe in/
telligere: nec ita obtuſi cordis, ut inſtar brutorum animalium, uerborum tantum ſonum &
non ſententias audiamus. Nunc quæſo te, ut ueniam tribuas dolori meo. Et ſi ſuperbum eſt
reſpondiſſe, multo ſit ſuperbius accuſaſſe. Quanquam ita reſponderim, ut ſilentium potius D
meum indicauerim quàm ſermonem. Quid procul pacem quærunt, & uolunt eam nobis ab
alijs imperari? Sint pacifici, & ilico pax ſequetur. Cur nomine ſanctitudinis tuæ contra nos
terrore abutuntur, cum epiſtola tua pacem & māſuetudinem ſonet: illorum uerba duciciem
comminentur? Deniq; quàm pacificas & ad concordiam pertinentes per Iſidorum presby/
terum literas nobis miſeris, hinc probamus, quod illas qui pacem falſò iactant, reddere no/
luerint. Eligant itaq; quod uolunt. Aut boni ſumus, aut mali. Si boni, dimittāt quieſcere. Si
mali, quid malorum expetunt ſocietatem? Quantum ualeat humilitas, experimento didicit.
Qui nunc diſſuit, quæ ſuo conſilio olim diſiuncta ſociauit, probat ſe nunc ad alterius uolun/
tatem, tunc copulata diſcerpere. Nuper nobis poſtulauit & impetrauit exilium: atq; utinam
implere potuiſſet: ut ſicut illi uoluntas imputatur pro opere, ita & nos non ſolum uoluntа/
te, ſed & effectu coronam haberemus exilij. Fundendo ſanguinem, & patiēdo magis quàm
faciendo contumelias, Chriſti fundata eſt eccleſia. Perſecutionibus creuit, martyrijs corona/
ta eſt. Aut ſi iſti ſoli iuxta quod legimus amant rigorem, & non nouerunt perſecutionem ſu/
ſtinere, ſed facere, ſunt & hic Iudæi: ſunt uariorum dogmatum hæretici, & maxime impuriſ/
ſimi Manichæi, cur eorum ne uerbo quidem quempiam audent lædere? Nos ſolos expelle/
re cupiunt? Nos ſoli qui eccleſiæ communicamus, eccleſiam ſcindere dicimur? Oro te, nónne
æqua eſt iſta poſtulatio, ut aut illos nobiſcum expellant, aut nos cum illis teneāt? Niſi quod
in eo magis honorant, quos ſaltem exilio ab hæreticis ſeparant. Monachus prohdolor, mo/
nachis & minatur & impetrat exilium: & hoc monachus, apoſtolicam cathedram habere ſe
iactans. Non nouit terrori natio iſta ſuccumbere, & impēdenti gladio magis ceruices quàm
manus ſubijcit. Quis enim monachorum exul patriæ, non exūl eſt mundi? Quid opus
eſt autoritate publica, & reſcripti impendijs, & toto orbe diſcurſibus? Tangat ſaltem digitu/
lo, & ultro exibimus. Domini eſt terra, & plenitudo eius. Chriſtus loco non tenetur inclu/
ſus. Præterea quod ſcribit nos pergere tecum Romam, & eccleſiæ communicare ei, à qua ui/
demur communione ſeparati: non neceſſe eſt ire tam longe, & hic in Palæſtina eodem mo/
do ei

A do ei iungimur. Et ne hoc quod procul sit, in uiculo Bethlehem presbyteris eius, quantum in nobis est, communione sociamur. Ex quo perspicuum est, dolorem proprium causam eccle/siæ non putandum: nec stomachum unius hominis, imò per illum aliorum, generali eccleſiæ uocabulo nuncupandum. Quapropter quod in principio epistolæ dixi, etiam nunc repeto: nos uelle pacem Christi, optare concordiam: & te rogare, ut illos moneas, pacem non extor quere, sed uelle. Sit præteritarum nostrarum contumeliarũ dolore contentus. Veterata uul/nera, saltem noua obliteret charitate. Sit talis qualis ante fuit, quãdo nos suo arbitrio dilige/bat. Verba ei de alieno stomacho non fluant. Faciat quod uult, & non quod uelle compelli/tur. Aut quasi pontifex cunctis æqualiter imperet, aut quasi imitator Apostoli, uniuersorum saluti ex æquo seruiat. Si talem se præbuerit, ultro præbemus manus, extendimus brachia, amicos & parẽtes habeat: & sentiat in Christo, sicut omnibus sanctis, ita & sibi nos esse sub/iectos. Charitas patiens est, charitas benigna est, charitas non æmulatur, non inflatur, om/nia sustinet, omnia credit. Cunctarum uirtutum mater est charitas, & quasi spartum triplex Apostoli sententia roboratur dicentis, fides, spes, charitas. Credimus, speramus: atq; ita per fidẽ & spem dilectionis uinculo copulemur. Idcirco enim & nos patrias nostras dimisimus, ut quieti absque ullis simultatibus in agris & in solitudine uiueremus: ut pontifices Christi, qui tamen rectam fidem prædicant, non dominorum metu, sed patrum honore ueneremur: ut deferamus episcopis ut episcopis, & non sub nomine alterius, alijs quibus nolumus, seruire cogamur. Non sumus tam inflati cordis, ut ignoremus quid debeatur sacerdotibus Christi. Qui enim eos recipit, non tam eos recipit quàm illum cuius episcopi sunt. Sed cõtenti sint honore suo. Patres se sciant esse, non dominos, maxime apud eos qui spretis ambitionibus seculi, nihil quieti & ocio præferunt. Tribuat autem orationibus tuis Christus deus omnipotens: ut pacis nõ ficto nomine, sed uero & fideli amore sociemur: ne mordentes inuicem, consumamur ab inuicem.

B PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA

I Vrrentes igitur.) Prouerbium retulit, incitare currentem, hoc est, ultro promptum adhortari, addidit autem de suo bellissimam metaphoram. Qui scorpionibus cædit.) Locus est Regum libro tertio, capite duodecimo. Ab alijs lacessitus.) Hic locus ferebatur corruptus. Opinor ita legendum. Ab alijs lacessitus, ad me currit: aduersarijs parcens, lædens non lædentem. Et Onesimum legerit.) Hunc Paulus miro studio cõmendat Philemoni. Sycophantam.) Id est, calumniatorem. Sic enim probro uocabantur Athenis, qui quibuslibet de rebus alios in ius uocabãt. Aedilem fieri an cõsulem.) Innuit ipsum Ioannẽ è sycophanta factũ episcopũ, id enim intelligi uult per cõsulem, quũ ille sit ædilis, qui est infimus magistratus, hoc est, clericus. Agit enim de illo, quẽ è seruo clericũ factũ dicebat. Per Antiphrasin.) Quod πρεσβύτερος Græcis dicatur senior.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Ex hac præfatione ingens natum est incendiũ inter Hieronymum & Ruffinum, quod figurata laude uideretur id agere, ut Hieronymum pertrahat in factionem Origenistarum.

PRAEFATIO RVFFINI IN LIBROS
ΠΕΡΙ ΑΡΧΩΝ ORIGENIS

SCio quàm plurimos fratrum scientiæ scripturarum desiderio prouocatos, popo sciſſe ab aliquantis eruditis uiris, & Græcarum literarum peritis, ut Origenem Romanum facerent, & Latinis auribus eum donarent. In quod etiam frater & collega noster ab episcopo Damaso deprecatus, cum Homilias duas de Canti/co canticorum in Latinum transtulisset ex Græco: ita in illo opere ornate magnificéq; præfatus est, ut cuiuis legendi Origenem, & auidissime perquirendi desiderium commoueret, dicens illius animæ cõuenire quod dictum est: Introduxit me rex in cubiculum suum: asserens eum, quod cum in cæteris libris omnes uincat, in Canticis canticorũ etiam ipse se uicerit. Pollicetur sanè in ipsa præfatione, se & ipsos in Cantico canticorum libros, & alios quàm plurimos Origenis Romanis auribus largiturum. Sed ille, ut uideo, in stilo proprio placens: rem maioris gloriæ sequitur, ut pater uerbi sit potius quàm interpres. Nos ergo rem ab illo quidem cœptam sequimur & probatã: sed non æquis eloquentiæ uiribus, tanti uiri ornare poſ/

ſumus dicta. Vnde uereor, ne uitio meo id accidat: ut uir quem ille alterum poſt apoſtolos ecclesiæ doctorem ſcientiæ ac ſapientiæ merito comprobauit, inopia ſermonis noſtri longe eſſe inferior uideatur. Quod ego ſæpe conſiderans reticebam, nec deprecantibus me frequẽter in hoc opus fratribus annuebam. Sed tua uis fideliſſime frater Macari tanta eſt, cui obſiſtere ne imperitia quidem poteſt: propter quod ne te ultra tam grauem paterer exactorem, etiam contra propoſitum meum ceſſi: ea tamen lege atq; ordine, ut quantum fieri poteſt, interpretando ſequar regulam præceſſorum. Et eius præcipue uiri, cuius ſuperius fecimus mentionem: qui cum ultra ſeptuaginta libellos Origenis, quos Homiliticos appellauit, aliquantos etiam de Tomis in Apoſtolum ſcriptis tranſtuliſſet in Latinum: in quibus cum aliquanta offendicula inueniantur in Græco: ita elimauit omnia interpretando atq; purgauit, ut nihil in illis quod à fide noſtra diſcrepet, Latinus lector inueniat. Hunc ergo etiã nos, licet non eloquentiæ uiribus, diſciplinæ tamen regulis inquantum poſſumus ſequimur, obſeruantes ſcilicet, ne ea quæ in libris Origenis à ſeipſo diſcrepantia inueniuntur atq; contraria, proferamus. Cuius diuerſitatis cauſam plenius tibi in Apologetico, quẽ Pamphilus pro libris ipſius Origenis ſcripſit, edidimus, breuiſſimo libello ſuperaddito: in quo euidentibus ut arbitror probamentis corruptos eſſe in cẽp plurimis ab hęreticis & maliuolis libros eius oſtendimus: & iſtos præcipue, quos nũc exigis ut interpreter, id eſt περὶ ἀρχῶν, quod de principijs uel de principatibus dici poteſt, qui ſunt reuera aliàs & obſcuriſſimi & difficillimi. De rebus eñ ibi talibus diſputat: in quibus philoſophi omni ſua ætate conſumpta nihil inuenire potuerunt. Hic uero noſter quantũ potuit id egit, ut creatoris fidem & creatarũ rerum rationem, quam illi ad impietatem traxerunt, ad pietatem ipſe conuerteret. Sicubi ergo nos in libris eius aliquid cõtra id inuenimus, quod ab eo cæteris locis fideliter pie de trinitate fuerat definitum: ueluti adulteratum hoc & alienum, aut prætermiſimus, aut ſecundum eam regulam protulimus, quam ab ipſo frequenter inuenimus affirmatam. Si qua ſanè, uelut peritis iam & ſcientibus loquens, dum breuiter tranſire uult, obſcurius protulit: nos ut manifeſtior fieret locus, ea quæ de ipſa re in alijs eius libris apertius legeramus adiecimus, explanationi ſtudentes: nihil tamẽ noſtrum diximus, ſed licet in alijs locis, dicta ſua tamẽ ſibi reddidimus. Hoc autem idcirco in præfatione cõmonui, ne forte calumniatores iterum ſe criminandi putarent inueniſſe materiam. Sed uiderint ipſi, quid peruerſi & cõtentioſi homines agant. Nobis interim tantus labor, ſi tamen orantibus uobis deus annuerit, idcirco ſuſceptus eſt: non ut calumniatorum ora (quod fieri non poteſt, licet forte etiam hoc deus faciet) clauderemus: ſed ut proficere ad ſcientiam rerum uolentibus, materiã præberemus. Illud ſanè omnem qui hos libros uel deſcripturus eſt, uel lecturus, in conſpectu dei patris & filij et ſpiritus ſancti cõteſtor, atq; cõuenio per futuri regni fidem, per reſurrectionis ex mortuis ſacramentũ, per illum qui præparatus eſt diabolo & angelis ſuis æternũ ignem, ſi non illum locum æterna hæreditate poſſideat: ubi eſt fletus & ſtridor dentium & ubi ignis eorum nõ extinguetur, & uermis eorum non morietur: ne quis addat aliquid huic ſcripturę, ne auferat, ne inſerat, ne immutet: ſed conferat cum exemplaribus unde ſcripſerit, & emendet ad literam & diſtinguat, & inemendatum uel non diſtinctum codicem nõ habeat: ne ſenſuum difficultas ſi diſtinctus codex non ſit, maiores obſcuritates legentibus generet.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Pammachius & Oceanus extimulant Hieronymum, ut à calumnijs Ruffini, & hominum ſuſpitionibus ſe purget, & oſtendat ſe ab Origeniſtarum errore alienum.

PAMMACHIVS ET OCEANVS HIERONYMO

SAnctus aliquis ex fratribus ſchedulas ad nos cuiuſdã detulit, quæ Origenis uolumen quod περὶ ἀρχῶν inſcribitur in Latinum ſermonem uerſum tenerent. Et quoniam in his multa ſunt quę tenuitatem noſtri ingenij permouent, quæq; minus catholice dicta exiſtimamus: ſuſpicamur etiam ad excuſationẽ autoris multa de libris eius eſſe ſubtracta, quæ apertam impietatem eiuſdem mõſtrare potuiſſent: quæ-

ſumus

A ſumus præſtantiam tuam,ut & hoc ſpecialiter, nõ tam nobis quàm uniuerſis quî in urbe habitant,profuturũ opus,digneris impendere, ut ſupra dictum librum Origenis quemadmodum ab ipſo autore æditus eſt,ad fidem tuo ſermone manifeſtes,& quæ à defenſore eius interpollata ſunt,prodas. Et quæ etiam in his ſchedulis quas ad ſanctitatem tuam direximus, uel contra catholicam regulam uel imperite ædita ſunt,redarguas atq; conuincas. Sanè ſubtiliter in præfatione operis ſui mentionem tacito nomine tuæ ſanctitatis expreſſit,quod à te promiſſum opus ipſe cõplerit:illud oblique agens,etiam te ſimili ratione ſentire.Purga ergo ſuſpitiones hominum,& conuince criminantem:ne ſi diſſimulaueris,conſentire uideariſ.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Exponit quo animo legerit & amarit & laudarit Origenem, quem ab omnibus legi cupiat, ſi fieri poſsit abſque periculo pietatis: & æmulorum calumnias refellit,ac ſuſpitiones hominum diluit. Coactusq; prodit errores Origenis, quos fruſtra conabantur defendere, quî ſuam hæreſim illius prætextu defendere ſtudebant.

HIERONYMVS PAMMACHIO ET OCEANO

1 SChedulæ quas miſiſtis,honorifica me affecere contumelia:ſic ingenium prædicantes, ut fidei tollerent ueritatem. Et quia eadem & Alexandriæ & Romæ audieram, & in toto penè orbe boni homines ſuper meo nomine iactare cõſueuerunt:& tantum me diligunt, ut ſine me hæretici eſſe non poſſint:omittam perſonas,rebus tantum & criminibus reſpondebo.Neque enim cauſæ prodeſt maledicentibus re maledicere,& aduerſarios talione mordere,cui præcipitur malum pro malo nõ reddere,ſed uincere in bono malum,ſaturari opprobriis,& alteram uerberanti præbere maxillam. Obiiciunt mihi,quare Origenem aliquando laudauerim. Ni fallor duo loca ſunt,in quibus eum laudaui:præfatiuncula ad Damaſum in Homilias Cantici cãticorum,& prologus in librum Hebraicorum nominum.Quid ibi de dogmatibus eccleſiæ dicitur? Quid de patre & filio &
B ſpiritu ſancto? Quid de carnis reſurrectione? Quid de animæ ſtatu atque ſubſtantia? Simplex interpretatio atq; doctrina,ſimplici uoce laudata eſt.Nihil ibi de fide,nihil de dogmatibus comprehenſum eſt. Moralis tantum tractatur locus, & allegoriæ nubilum ſerena expoſitione diſcutitur.Laudaui interpretem,non dogmatiſten:ingenium, non fidem:philoſophum,non apoſtolum. Quod ſi uolunt ſuper Origene meum ſcire iudicium:legant in Eccleſiaſten commentarios: replicent in epiſtolam ad Epheſios tria uolumina, & intelligent me ſemper eius dogmatibus contraiſſe. Quæ enim ſtulticia eſt: ſic alicuius laudare doctrinam, ut ſequaris & blaſphemiam? Et beatus Cyprianus Tertulliano magiſtro utitur, ut eius ſcripta probant: cumq; eruditi & ardentis uiri delectetur ingenio, Montanum cum eo Maximillamq; non ſequitur.Fortiſſimos libros contra Porphyrium ſcribit Apollinaris.Eccleſiaſti
2 cam pulchre Euſebius hiſtoriam texuit: alter eorum dimidiatam Chriſti introduxit œconomiam, alter impietatis Ariî apertiſſimus propugnator eſt. Væ,inquit Eſaias,qui dicunt bonum malum, & malum bonum, & qui faciunt amarum dulce, & dulce amarum.Nec bonis aduerſariorum, ſi honeſtum quid habuerint,detrahendũ eſt:nec amicorum laudanda ſunt uitia:& unumquodq; non perſonarum,ſed rerum pondere iudicãdum eſt.Mordetur & Lucilius, quod incompoſito currat pede, & tamen ſales eius leposq; laudantur.Dum eſſem iuuenis, miro diſcendi ferebar ardore, nec iuxta quorundam præſumptionem,ipſe me docui. Apollinarium Laodicenum audiui Antiochiæ frequenter,& colui,& cum me in ſanctis ſcripturis erudiret, nunquam illius contentioſum ſuper ſenſu dogma ſuſcepi. Iam canis ſpargebatur caput, & magiſtrum potius quàm diſcipulum decebat. Perrexi tamen Alexandriam, audiui Didymum: in multis ei gratias ago. Quod neſciui,didici:quod ſciebam,illo docente non perdidi. Putabant me homines finem feciſſe diſcendi. Veni rurſum Hieroſolymam & Bethlehem.Quo labore,quo precio Barrabanum nocturnum habui præceptorem? Timebat enim Iudæos, & mihi alterum exhibebat Nicodemum. Horum omnium frequenter in opuſculis meis facio mentionem. Certe Apollinariî & Didymi inter ſe dogma contrarium eſt.Ra/

est.Rapiat me ergo utraq; turma diuersum altrinsecus,quia magistrum utrumque confiteor. C
Si expedit odisse homines,& gentem aliquam detestari,miro odio auersor circuncisos. Vsq;
hodie enim persequuntur dominum nostrum Iesum Christum in synagogis satanæ. Obij/
ciat mihi quispiam: cur hominem Iudæum habuerim præceptorem. Et audet quidam pro/
ferre literas meas ad Didymum quasi ad magistrum. Grande crimen discipuli,si hominem
eruditum & senem magistrum dixerim. Et tamen uolo inspicere ipsam epistolam, quæ tan/
to tempore in calumniam reseruata est. Nihil præter honorem & salutationem continet. Ine
pta sunt hęc & friuola. Arguite potius ubi hęresim defenderim,ubi prauũ Origenis dogma
laudauerim. In lectione Esaiæ, in qua duo Seraphim clamantia describuntur: illo interpre/
tante filium & spiritum sanctum, nónne ego detestandam expositionem in duo testamen/
ta mutaui? Habetur liber in manibus,ante uiginti annos æditus. Tot opuscula mea,& maxi/
me commentarij,iuxta oportunitatem locorum gentilem sectam lacerant. Quod autem ob
ponunt congregasse me libros illius,super cunctos homines: utinam omnium tractatorum
haberem uolumina: ut tarditatem ingenij, lectionis diligentia compensarem. Congregaui
libros eius,fateor. Et ideo errores non sequor,quia scio uniuersa quæ scripsit. Credite exper/
to, quasi Christianus Christianis loquor. Venenata sunt illius dogmata, aliena à scripturis
sanctis,uim scripturis facientia. Legi inquam,legi Origenem. Et si in legendo crimen est,fa/
teor: & nostrum marsupium, Alexandrinæ chartæ euacuarunt. Si mihi creditis, Origenistes
nunquam fui. Si non creditis,nunc esse cessaui. Quod si nec sic adducimini ad fidem, com/
pellitis me ad defensionem mei,contra amasium uestrum scribere: ut si non creditis neganti,
credatis saltem accusanti. Sed libentius mihi erranti creditur,quàm correcto. Nec mirum,pu
tant enim me suum esse συμμύσλω, & propter animales & luteos nolle palam dogmata cõ/
fiteri. Ipsorũ enim decretũ est,nõ facile margaritas ante porcos esse mittendas,nec dandum
sanctum canibus,& cum Dauid dicere: Abscondi in corde meo eloquia tua,ut non peccé ti/
bi. Et in alio loco super iusto: Qui loquitur,inquit,ueritatẽ cum proximo suo,id est, cum his D
qui domestici fidei sunt. Ex quo uolunt intelligi, nos qui necdum initiati sumus, debere au/
dire mendacium: ne paruuli atq; lactentes, solidioris cibi edulio suffocemur. Quod autem
periuriorum atque mendacij inter se orgijs fœderentur: sextus Stromateon liber (in quo ex
Platonis sententia nostrum dogma componit) planissime docet. Quid igitur faciam? Negẽ
me eiusdem dogmatis esse? Non credent. Iurẽ? Ridebunt,& dicent: domi nobis ista nascun/
tur. Faciam (quod solum cauent) ut sacra eorum atq; mysteria in publicum proferam,& om
nis prudentia eorum qua nos simplices ludunt,in propatulo sit: & qui neganti uoci non cre/
dunt,credãt saltem arguenti stilo. Hoc enim uel maxime cauent,ne quãdo contra autorem
suum eorũ scripta teneantur. Facile dicunt cum iuramẽto,quod postea alio soluant periurio.
Ad subscriptionem tergiuersantur,quæruntq; suffugia. Alius,non possum,inquit, damna/
re, quod nemo damnauit. Alius, nihil super hoc à patribus statutum est: ut dum totius or
bis prouocatur autoritas, subscribendi necessitas differatur. Quidam constantius, quomo/
do, inquit, damnabimus, quos synodus Nicena non tetigit? quæ enim damnauit Arium,
damnasset utiq; & Origenẽ,si illius dogmata reprobasset. Scilicet uno medicamine omnes
simul morbos debere curare. Et idcirco spiritus sancti neganda maiestas est,quia in illa syno
do super substantia eius silentium fuit. De Ario tunc,non de Origene quæstio fuit: de filio,
non de spiritu sancto. Confessi sunt quod negabatur, tacuerunt de quo nemo quærebat.
Quanquam latenter Origenem fontem Arij percusserunt. Damnantes enim eos, qui filium
de patris negant esse substantia: illum pariter Ariumq; damnauerunt. Alioqui hoc argu/
mento,nec Valentinus, nec Marcion, nec Cataphryges, nec Manichæus damnari debent:
quia synodus Nicena eos non nominat, quos certe ante synodum fuisse, non dubium est.
Quod si quando urgeri cœperint, & aut subscribendũ eis fuerit,aut exeundũ de ecclesia,mi/
ras strophas uideas. Sic uerba temperant,sic ordinem uertunt, & ambigua quæque concin
nant: ut & nostram & aduersariorum confessionem teneant: ut aliter hæreticus,aliter catho/
licus

A licus audíat,quaſi nõ eodem ſpiritu & Apollo Delphicus atq; Loxias oracula fuderit, Cræ
4 ſo & Pyrrho diuerſis temporibus ſed pari illudens ſtropha. Exempli cauſa pauca ſubiiciam.
Credimus,inquiunt,reſurrectionem futuram corporum. Hoc ſi bene dicatur, pura cõfeſſio
eſt. Sed quia corpora ſunt cœleſtia & terreſtria, & aer iſte & aura tenuis iuxta naturã ſuam
corpora nominantur, corpus ponunt non carnem: ut orthodoxus corpus audiens, carnem
putet:hæreticus ſpiritum recognoſcat. Hæc eſt eorum prima decipula, quæ ſi deprehẽſa fue
rit,inſtruunt alios dolos,& innocentiam ſimulant,& malicioſos nos uocant, & quaſi ſimpli/
citer credentes,aiunt:Credimus reſurrectionem carnis. Hoc uero cum dixerint,uulgus indo/
ctum putat ſibi ſufficere, maxime quia idipſum & in ſymbolo creditur. Interroges ultra,cir/
culi ſtrepitus cõmouetur,fautores clamitant: Audiſti reſurrectionẽ carnis: quid quæris am/
plius? Et in peruerſum ſtudijs cõmutatis, nos ſycophantæ,illi ſimplices appellantur. Quod
ſi obduraueris frontem,& urgere cœperis,carnem digitis tenens,an ipſam dicãt reſurrectu/
ram,quæ cernitur,quæ tangitur,quæ incedit & loquitur: primo rident,deinde annuunt. Di/
centibusq; nobis, utrum capillos & dentes, pectus & uentrẽ, manus & pedes,cæteroſq; ar/
tus ex integro reſurrectio exhibeat: tunc uero riſu ſe tenere nõ poſſunt,cachinnoq; ora ſol/
uentes,tonſores nobis neceſſarios & placentas & medicos ac ſutores ingerunt. Vltroq; inter
rogant,utrum credamus & genitalia utriuſque ſexus reſurgere, noſtras genas hirtas, fœmi/
narũ leues fore, & habitudinẽ corporis pro maris ac fœminæ diſtinctione diuerſam. Quod
ſi dederimus,ſtatim expetunt uuluam & coitum, & cætera quæ in uentre ſunt & ſub uentre.
Singula membra negant,& corpus quod conſtat ex membris,dicunt non reſurgere. Nõ eſt
huius temporis contra dogma peruerſum, rhetoricum iactare ſermonem. Non mihi diues
Ciceronis lingua ſufficiat:non feruens Demoſthenis oratio,animi mei poſſit implere feruo/
rem, ſi uelim hæreticorum fraudulentias prodere, qui uerbotenus reſurrectionem fatentes,
animo negant. Solent enim mulierculæ eorum mammas tenere,uentri applaudere,lumbos
& fœmora & putres attrectare axillas, & dicere: Quid nobis prodeſt reſurrectio, ſi fragile
B corpus reſurget? Et futuræ angelorum ſimiles, habebimus & naturam? Dedignantur uideli
cet cum carne & oſſibus reſurgere, cum quibus reſurrexit & Chriſtus. Sed fac me erraſſe in
adoleſcentia,& philoſophorum,id eſt,gentilium ſtudijs eruditum,in principio fidei dogma
ta ignoraſſe Chriſtiana: & hoc putaſſe in apoſtolis, quod in Pythagora & Platone & Em/
pedocle legeram. Cur paruuli in Chriſto atque lactentis errorem ſequimini? Cur ab eo im/
pietatem diſcitis,qui necdũ pietatem nouerat? Secunda poſt naufragium tabula eſt,culpam
ſimpliciter confiteri. Imitati eſtis errãtem,imitamini & correctum. Errauimus iuuenes,emen
demur ſenes. Iungamus gemitus,lachrymas copulemus,ploremus,& cõuertamur ad domi/
num,qui fecit nos:nõ expectemus diaboli pœnitentiam. Vana eſt illa præſumptio,& in ge/
hennæ trahens profundum: hic aut quæritur uita,aut amittitur. Si Origenem nunquam ſe/
quutus ſum,fruſtra infamare me quæritis. Si diſcipulus eius fui,imitamini pœnitentem. Cre/
didiſtis cõfitenti,credite & neganti. Si iſta,ut ais,inquit, noueras,cur eum laudaſti in opuſcu/
lis tuis? Et hodie laudarem,niſi uos eius laudaretis errores. Non mihi diſpliceret ingenium,
niſi quibuſdã eius placeret impietas. Et Apoſtolus præcipit: omnia legentes,quæ bona ſunt
retinentes. Lactantius in libris ſuis, & maxime in epiſtolis ad Demetrianum, ſpiritus ſancti
negat ſubſtantiam:& errore Iudaico dicit eum uel ad patrem referri uel ad filium: & ſancti
ficationem utriuſque perſonæ ſub eius nomine demonſtrari. Quis mihi interdicere poteſt,
ne legam inſtitutionum eius libros,quibus cõtra gentes ſcripſit fortiſſime, quia ſuperior ſen
tentia deteſtanda eſt? Apollinarius contra Porphyrium egregia ſcripſit uolumina. Probo
laborem uiri, licet fatuum iñ pleriſque dogma contemnam. Confitemini & uos in quibuſ/
dam errare Origenem, & mu ultra non faciam. Dicite eum male ſenſiſſe de filio, peius de
ſpiritu ſancto:animarum de cœlo ruinas impie protuliſſe: reſurrectionem carnis uerbo tan/
tum confiteri:cæterum aſſertione deſtruere, & poſt multa ſecula atq; unam omnium reſtitu
5 tionem,idipſum fore Gabrielem quod diabolum, Paulum quod Caipham, uirgines quod

proſti/

proſtibulas. Cũ hæc reieceritis, & quaſi cenſoria uirgula ſeparaueritis à fide eccleſiæ,tuto le/ c
gam cætera: nec uenena iam timebo cum antidotum præbibero. Non mihi nocebit ſi dixe/
ro:Origenes cum in cæteris libris omnes uicerit,in Cantico canticorum ipſe ſe uicit. Nec for
midabo ſententiam, qua illum doctorem eccleſiarum quondam aduleſcentulus nominaui,
niſi forte accuſare debui, cuius rogatus opuſcula transferebam,& dicere in prologo: Hic cu/
ius interpretor libros hæreticus eſt. Caue lector,ne legas,fuge uiperam. Aut ſi legere uolue
ris,ſcito à malis hominibus & hæreticis corrupta eſſe quæ tranſtuli, quanquam timere non
debeas.Ego enim omnia quæ uitiata fuerunt correxi. Hoc eſt alijs uerbis dicere, ego qui in/
terpretor catholicus ſum,hic quem interpretor hæreticus eſt. Deniq; & uos ſatis ſimpliciter
& ingenue,& non malicioſe,parui ſcilicet pendentes præcepta rhetorica, & præſtigias orato
rum,dum libros eius πρὶ ἀρχῶν hæreticos cõfitemini, & in alios crimẽ transferre uultis,in
iecíſtis legentibus ſcrupulum, ut totam autoris uitam diſcuterent,& ex cæteris libris eius con
iecturam præſentis facerent quæſtionis. Ego callidus qui emẽdaui ſilens quod uolui,& diſ/
ſimulans crimina,non feci inuidiam criminoſo. Aiunt & medici grandes morbos nõ eſſe cu
randos, ſed dimittendos naturæ, ne medela languorem exaſperet. Centum quinquaginta
anni prope ſunt, ex quo Origenes mortuus eſt Tyri. Quis Latinorum auſus eſt unq; tranſ/
ferre libros eius, de reſurrectione, πρὶ ἀρχῶν, σχωματίας & τόμους? Quis p infame opus
ſeipſum uoluit infamari? Nec diſertiores ſumus Hilario, nec fideliores Victorino, qui eius
tractatus, nõ ut interpretes,ſed ut autores proprij operis tranſtulerunt. Nuper ſanctus Am/
broſius ſic Hexaemeron illius cõpilauit,ut magis Hippolyti ſententias Baſilijq; ſequeretur.
Ego ipſe,cuius æmulatores eſſe uos dicitis,& ad cæteros talpę,caprearũ in me oculos poſſide
tis:ſi malo animo fuiſſem erga Origenem, interpretatus eſſem hos ipſos quos ſupra dixi li/
bros,ut mala eius etiam Latinis nota facerem. Sed nunquam feci, & multis rogantibus ac/
quieſcere nolui. Non enim conſueui eorum inſultare erroribus, quorum miror ingenia. Ipſe
ſi adhuc uiueret Origenes, iraſceretur uobis fautoribus ſuis: & cum Iacob diceret, odioſum D
me feciſtis in mundo. Vult aliquis laudare Origenem? Laudet ut laudo. Magnus uir ab in/
fantia, & uere martyris filius,Alexandriæ eccleſiaſticam ſcholam tenuit,ſuccedens eruditiſſi
mo uiro Clementi presbytero. Voluptates intantum fugit,ut zelo dei,ſed tamen non ſecun
dum ſcientiam,ferro truncaret genitalia. Calcauit auaritiam, ſcripturas memoriter tenuit: &
in ſtudio explanationis earum diebus deſudauit ac noctibus. Mille & eo amplius tracta/
tus, quos in eccleſia loquutus eſt ædidit. Innumerabiles præterea commentarios, quos ipſe
appellat τόμους: & quos nunc prætereo, ne uidear operũ eius indicem texere. Quis noſtrum
tanta poteſt legere,quanta ille conſcripſit? Quis ardentem in ſcripturis animum nõ miretur?
Quod ſi quis Iudas zelotes oppoſuerit nobis errores eius,audiat libere, Interdum magnus 6
dormitat Homerus. Verum operi longo fas eſt obrepere ſomnum. Non imitemur eius ui/
tia, cuius uirtutes non poſſumus ſequi. Errauerunt in fide alij tam Græci quàm Latini,quo
rum non neceſſe eſt proferre nomina,ne uideamur eum non ſui merito, ſed aliorum errore
defendere. Hoc non eſt,inquies,excuſare Origenem,ſed accuſare cæteros, Pulchre,ſi eum er
raſſe non dicerẽ,ſi in fidei prauitate ſaltẽ apoſtolum Paulũ uel angelum de cœlo audiẽdum
crederem. Nunc uero cum ſimpliciter errorem eius fatear,ſic legam ut cæteros, quia ſic erra/
uit ut cęteri. Sed dicas:ſi multorum cõmunis eſt error,cur ſolum perſequimini? Quia uos ſo/
lum laudatis ut apoſtolũ. Tollite amoris φιλοφροσύνην, & nos tollimus odij magnitudinem.
Cæterorum uitia de libris ſuis ad hoc tantum excerpitis,ut huius defendatis errorem. Orige
nem ſic fertis in cœlum,ut nihil eum erraſſe dicatis. Quiſquis es aſſertor nouorum dogma/
tum,quæſo te,ut parcas Romanis auribus,parcas fidei quæ Apoſtoli uoce laudata eſt. Cur
poſt quadringentos annos docere nos niteris,quod ante neſciuimus? Cur profers in medi/
um,quod Petrus & Paulus ædere noluerunt? Vſq; ad hunc diem ſine iſta doctrina mundus
Chriſtianus fuit. Illã ſenex tenebo fidem, in qua puer natus ſum. Peluſiotas nos appellant,
& luteos animalesq; & carneos,quod nõ recipiamus ea quæ ſpiritus ſunt, illi ſcilicet Hieroſo
lymitæ

A lymitæ, quorum mater in cœlo est. Non contemno carnem, in qua Christus natus est, & re-
surrexit: nõ despicio lutum, quod excoctum in testam purissimam, regnat in cœlo. Et tamen
miror, cur carni detrahentes uiuant carnaliter, & inimicam suam foueant, & nutriant delica-
te, nisi fortè implere uolunt scripturam dicentem: Amate inimicos uestros: benefacite his qui
persequuntur uos. Amo carnem castam, uirginem, ieiunantem: amo carnis non opera, sed
substantiam. Amo carnem, quæ iudicandam se esse nouit. Amo illam, quæ pro Christo in
martyrio cæditur, laniatur, exuritur. Illud uero quod asserunt, à quibusdam hæreticis & ma-
leuolis hominibus libros eius esse uiolatos, quàm ineptum sit, hinc probari potest. Quis pru
dentior, doctior, eloquentior Eusebio & Didymo, assertoribus Origenis, inueniri potest?
Quorum alter sex uoluminibus τῆς ἀπολογίας ita eum ut se sensisse confirmat: alter sic eius
errores nititur excusare, ut tamen illius esse fateatur: non scriptum negans, sed sensum scriben
tis edisserens. Aliud est si quæ ab hæreticis addita sunt, Didymus quasi bene dicta defen-
7 dat. Solus inuentus est Origenes, cuius scripta in toto orbe falsarentur: & quasi ad Mithri-
datis literas, omnis ueritas uno die de uoluminibus illius raderetur. Si unus uiolatus est liber,
num uniuersa eius opera, quæ diuersis & locis & temporibus ædidit, simul corrumpi potue-
runt? Ipse Origenes in epistola, quam scribit ad Fabianum Romanæ urbis episcopum, pœ-
nitentiam agit cur talia scripserit: & causas temeritatis in Ambrosium refert, quod secreto
ædita in publicum protulerit: & quid adhuc ὑπαλογῆσαι aliena esse quæ displicent? Por-
rò quod Pamphilũ proferunt laudatorem eius, gratias illis ago meo nomine, quod dignum
me putauerũt, quem cum martyre calumniarentur. Si enim ab inimicis Origenis libros eius
dicitis esse uiolatos ut infamarentur, quare mihi non liceat dicere, ab amicis eius & sectatori-
bus compositum esse sub nomine Pamphili uolumen, quod illum testimonio martyris ab
infamia uindicaret? Ecce uos emendatis in Origenis libris, quod ille non scripsit: & mirami-
ni, si ædat aliquis librũ, quem ille non ædidit? Vos in ædito opere potestis coargui: ille qui
B nihil aliud ædidit, facilius patet calumniæ: Date quodlibet aliud opus Pamphili, nusquam
reperietis. Hoc unum est. Vnde igitur sciam quod Pamphili sit? Videlicet stilus & saliua do-
cere me poterit. Nunquam credam quod doctus uir primos ingenij sui fructus quæstioni-
bus & infamiæ dedicarit, & ipsum nomen apologetici ostendit accusationem. Non enim de
fenditur, nisi quod in crimine est. Vnum nunc proferam, cui contradicere uel stulti sit, uel
impudentis. Sexti libri Eusebij super Origenis defensione principiũ usq; ad mille fermè uer-
sus liber iste qui Pamphili dicitur, continet. Et in reliquis scriptor eiusdem operis profert te-
stimonia, quibus nititur approbare Origenem fuisse catholicum. Eusebius & Pamphilus
tantam inter se habuere concordiam, ut unius animæ homines putes, & ab uno alter no-
men acceperit. Quomodo igitur inter se dissentire potuerunt, ut Eusebius in toto opere suo
Origenem Ariani probet dogmatis, & Pamphilus Nicenæ synodi quæ fuit postea, defen-
sor est? Ex quo ostenditur uel Didymi uel cuiuslibet alterius esse opusculum, qui sexti libri
capite detruncato, cætera membra sociarit. Sed concedamus ex superfluo, ut Pamphili sit,
sed necdum martyris. Ante enim scripsit quàm martyrium perpeteretur. Et quomodo, in-
quies, martyrio dignus fuit? Scilicet ut martyrio deleret errorem: ut unam culpam, sangui-
nis sui effusione purgaret. Quanti in toto orbe martyres antequam cæderentur, uarijs sub-
iacuere peccatis? Defendamus ergo peccata: quia qui postea martyres, prius peccatores fue-
runt. Hæc fratres amantissimi ad epistolam uestram celeri sermone dictaui, uincens propo-
situm, ut contra eum scriberem, cuius ingenium ante laudaueram, malens existimatione pe-
riclitari, quàm fide. Hoc mihi præstiterunt amici mei, ut si tacuero, reus: si respondero, inimi-
cus iudicer. Dura utraque conditio. Sed è duobus eligam, quod leuius est. Simultas redin-
tegrari potest, blasphemia ueniam non meretur. Quid autem laboris in libris transferendis
πρὸς ὀφχῶν sustinuerim, uestro iudicio derelinquo: dum & mutare quippiã de Græco non
est uertentis, sed euertentis: & eadem ad uerbum exprimere, nequaquam eius qui seruare
uelit eloquij uenustatem.

HOnorifica contumelia.) Mira gratia coniunxit inter se pugnantia,honorem & contume- 1
liam.) Causæ prodest.) Causam uocat rem de qua agitur,idq; rhetorũ more. Talio-
ne mordere.) Talio pœnæ genus est ex duodecim tabulis, quo damnum illatum simili
damno pensabatur:ueluti si oculus eruatur ei,qui oculum excusserit alteri. Vnde retaliare
dicimus,cum par pari refertur. Non dogmatisten.) Dogma decretum, δογματικὸς,qui
leges ac decreta præscribat. Tertulliano magistro.) Sic enim solitus est eum appellare Cyprianus,
quoties libros illius posceret sibi dari.Date,inquiebat,mihi magistrum meum. Huic Hieronymus tri-
buit eruditionem,& ardens tribuit ingenium:quem tandem ait in hęresim Montani prolapsum,sed ut
id mali magis tribuat inuidię clericorum,q; uitio Tertulliani. Augustinus dicit eum ob id inter hæreti-
cos habitũ,quod ad Cataphrygas desciuerit,& iteratas nuptias pro stupro damnarit. Dimidiatam
Christi.) Nam Apollinaristæ dicunt,Christum corpus humanum duntaxat accepisse, cæterum loco
animæ fuisse uerbum, atq; hoc ipsum uerbum ita factum carnem, ut Christi caro & uerbum eiusdem
essent substantiæ.Ita diuus Augustinus œconomiam uocat,quod parcus dispensator partem hominis 2
tribuat Christo,partem detrahat. Impietatis Arij.) Qui in personis induxit inæqualitatem,quem er
rorem Arius ex Origenis hauserat libris.At Origenis defensor est Eusebius. Mordet & Lucilius.)
Ita Flaccus in Satyris. Nempe incomposito dixi pede currere uersus Lucilij. Ac paulo post,At idem,
quod sale multo Vrbem defricuit,charta laudatur eadem.Damnat igitur in Lucilio,quod est damnan-
dum,nempe quod est inconditus,laudat quod est probandũ,uidelicet sales & lepores. Certe Apolli-
narij ac Didymi.) Nã Ambrosius Alexãdrinus Didymi discipulus, scripsit uolumen aduersus Apol-
linarium:ut testatur Hieronymus in Catalogo uirorum illustrium. Cæterũ hic Apollinarius Laodice-
næ ecclesiæ fuit episcopus. Alexandrinę chartæ.) Lepos est in allusione tacita.Nam Origenes Ale
xandrinæ ecclesiæ presbyter fuit,& ex Aegypto biblinæ chartæ adferebantur. Suũ esse συμμύσλων.)
Mystæ,sacris initiati,Symmystæ ijsdem initiati sacris. Et Luteos.) Quos aliquando uocant Pelusio 3
tas. Orgijs fœderentur.) Mysteria uocat Orgia,quanq; Orgia propriè dicuntur Bacchi. Ex Pla
tonis sententia.) Is enim in Reipublicæ libris,uult ciuitatis custodes callere artem mentiendi,& popu
lo imponere,quoties id ipsius exigit utilitas:reliquos mentiri uetat,ne pernicioſum exemplũ latius ser
pat. Et omnino uulgus crassum non ducitur ueris. Alioqui quorsum erat opus tot ceremonijs in lege
Mosaica,quæ Hieronymus ob id scribit tradita, ne in deorũ cultum prolaberentur,& his cancellis ad D
tempus cõtinerentur: Porrò quæ scribit Augustinus de mendacio, quæq; traduntur à nostri temporis
theologis,partim eiusmodi sunt,ut etiam si maximè sint uera,tamen à cõmuni sensu uehemẽter abhor-
reant. Domi nobis ista nascuntur.) Locus hic ob ignoratum prouerbiũ in omnibus exemplaribus
habebatur deprauatus:sed uariè,ut est fœcunda imperitia. Significat autem hoc ipsorũ esse peculiare,
mentiri ac peierare,cum sint Origenistæ. Quidã constantius.) Non est hic constantius nomen pro
prium,sed aduerbium,ut intelligas hos liberius & audacius suam hæresim defendere. Scilicet uno
me.) Scilicet,Ironiam habet. Atq; Loxias.) Cognomen est Apollinis propter obliqua responsa,
quæ reddebant huius uates,quo facilius imponerent cõsultoribus. λόξος enim Græcis obliquũ signi-
ficat:sic Aristophanes in Pluto: τῷ γ' λοξίᾳ μέμψιν δικαίαν μέμφομαι τοῦτον. Crœso & Pyrrho.) De 4
oraculis Crœso redditis legis apud Herodotũ lib.primo.Pyrrho respõdit ad hunc modũ:Dico te Aea-
cida Romanos uincere posse. Pari illudens stropha.) Stropham uocat obliquã & figuratam oratio
nem,quo uerbo Hieronymus perq; libenter utitur.Pyrrhũ fefellit amphibologia, Crœsum ænigmate
mulæ. Nos sycophantæ.) Id est,calumniatores, hoc est, qui uitio accusant nõ recte. Et puras at-
trectare maxillas.) Variè mendosa erant exemplaria.Legendũ,lumbos ac fœmora, & putres attrecta
re axillas:ut intelligas partes quæ sub alis sunt,sudore plerũq; infectas. Aut si cui hoc non placet, legat,
lumbos ac fœmora & suras:Deinde post stigmen,adijciat,attrectare mammillas. Et futuræ angelo-
rum.) Natura, hoc loco membrũ est mulieris pudendum, quod & Græci uocant φύσιν, uerecundiæ
causa.Hic locus in quibusdã codicibus ad hunc modũ erat immutatus.Futuræ similes angelis,angelo-
rum habebimus & naturã? Sed mendose, nec enim cohæret cum reliquo disputationis cõtextu. Et
my ultra nõ faciam.) Perlongum sit dicere,quot modis hic locus fuerit deprauatus. Quidã habebant:
& uim ultra non faciam.Quidã,nutum non faciam.Alij,mutuũ non faciam. Alij, motum non faciam:
ut sit quoties semel à uero fuerit aberratũ.Ego pensitatis diligẽter omnibus,reposui:Et my,siue mu, ul-
tra non faciam,hoc est,uerbũ non faciam.Iuxta illud Ennij:Neq;,ut aiunt,mu facere auderent, hoc est,
uel minimũ uerbum. Nam hæc syllaba mutorũ est,unde & muti dicti: & mussare,quod Græci μύζειν.
Verum de hoc copiosius dictum est in Chiliadibus nostris. Quod prostibulas.) Id est,publice pro- 5
stantes ad quæstum meretrices. De resurrectione, περὶ ἀρχῶν, στρωματέας, & πόμος.) Nam ex uesti-
gijs exemplariũ ita censeo legendum,id est,de principijs, Stromatenses, ut ita uertam, docendi gratia,
& tomos. Ac perijt quidem index librorũ Origenis,non solũ ipsi libri, quem Hieronymus in Catalo-
go scriptorum illustrium prudens,sed infeliciter omisit, quod eum in epistola quadã ad Paulam posuis-
set. Ac perijt ipsa quoq; epistola. Cæterũ collectanea Suidæ testantur,hunc scripsisse librum περὶ Πλάτω-
νος

A σπάνιος, id est, de resurrectione, & decem quos inscripserit στρωματεῖς, ueluti dicas, ex uariis consarcinatos partibus, more stromatum. Scripsit & τόμους, quos nos uolumina possumus dicere, siue sectiones.

Compilauit.) Vel hinc liquet aliena compilari, non nostra, quemadmodum nunc uulgo scribunt compilauit hunc librum, pro eo quod erat, collegit. Ambrosius Origenis Hexaemeron compilauit, id est, sublegit illinc ueluti furto, quæ uidebantur: & cõpilantur, quæ furto spoliantur. Operũ eius indicem.) Latine dixit, quam uulgo uocant tabulam: Plinius elenchum uocat Græco uocabulo, ἔλεγχον.

Iudas zelotes.) Arbitror hoc nomen Iudas à librariis additum, nihil enim facit ad sententiam, imò officit: neq; enim quisquam fuit hoc nomine. De Simone zelota legimus: & huius collega Iuda, sed lau-
6 dato. ζηλωτὴς Græce æmulator, siue inuidus. Interdum magnus dor.) Aut Hieronymus memoria lapsus est, aut scriptor immutauit nonnihil. Siquidem Horatius sic habet: Quandoq; bonus dormitat Homerus. Amoris ὑπερβολήν.) Id est, excessum & nimietatem. Nam quod est supra modum supraq; fidem, ὑπερβολικὸν uocant Græci. Est hoc nomine rhetorum exornatio, quam quidam uertunt superlationem. Pelusiotas nos appellant.) Est Pelusium urbs in extremo Nili ostio sita, Syriam uersus: à limo nomen habens, quem illic, opinor, inuehit Nilus: atq; illic nati Pelusiotæ uocantur. Est & Thessaliæ portus eius nominis. πηλὸς autem lutum est, siue limus, οὐσίαν substantia. Vnde Pelusium, quasi luteæ substantiæ. Festiuitas est in ambiguo uerbi. Scilicet Hierosolymitæ.) Scilicet, ironiam habet. Hierosolymitæ, respondet ad hoc, quod ante dixerat, Pelusiotas. Obiter notat episcopum Hierosolymitanum infectum Origenis dogmatis. Ἀπολογίας.) Id est, defensionis, siue excusationis.

Aliud est.) Hic loquendi modus peculiaris est Hieronymo, cum infert absurdum aliquid & incredi-
7 bile. Quis enim credat Didymum tam stultum, ut hoc uelit? Ad Mithridatis literas.) Respexit ad id quod est in oratione M. Tullij, pro lege Manilia. Delẽda est, inquit, uobis illa macula Mithridatica, superiore bello suscepta, quæ penitus iam insedit atq; inueterauit in populi Romani nomine, quod is qui uno die tota Asia tot in ciuitatibus uno nuncio, atq; unica significatione literarum ciues Romanos necandos trucidandosq; denotauit, &c. ἀπαλογοῦσιν.) Id est, causantur. Sic enim esse legendum, ex uariis exemplariorum uestigijs censui. Stilus & saliua.) Stilus instrumentum est æreum, quo ueteres scribebant in tabellis ceratis. Is aliquando ponitur pro charactere scribendi. Saliuam appellat gustum quendam orationis peculiarem. Nam lingua superiori admota palato, & interueniente saliua gustamus. Quæstionibus.) Id est, accusationibus, siue controuersijs. Nam & hoc significat quæstio.

Dedicarit.) Id est, initiarit. Nomen apologetici.) Id est, libri defensorij. Argumentum est à rela-
B tiuis. Nam ex defensione colligitur fuisse qui accusauit.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ex hac epistola apparet & ante intercessisse inter Hieronymum & Ruffinũ simultatem, uerum eos tum in gratiam rediisse. Sed, ut inquit Horatius: Male sarta gratia nequicquam coit, & rescinditur. Deinde cum obliquis Ruffini laudibus in suspicionem traheretur hæresis Origenicæ, incitantibus etiam amicis recruduit pristinum inimicitiæ uulnus, & in apertum bellum erupit illa qualiscunq; concordia. Admonet autem, ne se posthac simili modo laudet.

HIERONYMVS RVFFINO.

DIu te Romæ moratum sermo proprius indicauit. Nec dubito spiritalium patrum ad patriam reuocatum desiderio, quem matris luctus ire prohibebat, ne magis coràm doleres, quod absens uix ferre poteras. Quod quereris stomacho suo unumquenq; seruire, & nostro non acquiescere iudicio, conscientiæ nostræ testis est dominus, post reconciliatas amicitias nullum intercessisse rancorem, quo quempiam læderemus: quin potius cum omni cautione prouidimus, ne saltem casus in maleuolentiam uerteretur. Sed quid possumus facere, si unusquisq; iuste putat se facere quod facit? & uidetur sibi remorderi potius quàm mordere? Vera amicitia quod sentit, dissimulare non debet. Præfatiuncula librorũ πρὸς ἀρχῶν ad me missa est, quam ex stilo intellexi tuam esse. In qua oblique, imò aperte ego petor. Qua mente sit scripta, tu uideris: qua intelligatur, & stultis patet. Poteram & ego, qui sæpissime figuratas controuersias declamaui, aliquid de uetere
1 artificio repetere, & tuo te more laudare. Sed absit à me, ut quod reprehendo in te, imitem: quin potius ita sententiã temperaui, ut & obiectum crimen effugerem, & amicum quantum in me est, nec læsus læderem. Sed obsecro te, ut si deinceps aliquem sequi uolueris, tuo tantum iudicio sis contentus. Aut enim bona sunt quæ appetimus, aut mala. Si bona, non indigent alterius auxilio. Si mala, peccantiũ multitudo non parit errori patrociniũ. Hæc apud te amice potius expostulare uolui, cũ lacessitus publice desæuire, ut animaduertas me reconciliatas amicitias pure colere, & non iuxta Plautinam sententiam, altera manu lapidem tenere,

panem offerre altera. Frater meus Paulinianus necdum de patria reuersus est, & puto quod eum Aquileiæ apud sanctum papam Chromatium uideris. Sanctum quoq; presbyterum Ruffinũ ob quandã causam per Romam Mediolanũ misimus, & orauimus, ut nostro animo & obsequio uos uideret. Cæterisq; amicis eadem significauimus, ne mordẽtes inuicem, consumamur ab inuicem. Iam tuæ moderationis est & tuorũ, nullam occasionem impatientibus dare, ne non omnes similes mei inuenias, qui possint figuratis laudibus delectari.

SCHOLIVM.

Figuratas controuersias.) De his & figuratis laudibus iam antea diximus.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Refellit Ruffini calumnias, quas ex aliorũ ad se literis intellexerat. Idq; facit maiori fortasse stomacho, q̃ ut talem decuerit uirum, nisi intolerabilis esset calumnia hæreseos insimulari. Si cui libebit Ruffini libros in Hieronymũ scriptos legere: uel ob id, quo hæc rectius intelligat (nam alioqui nõ uideo magnopere, cur legi debeãt) reperiet eos in secunda parte tomi quarti, qui in prima æditione secũdus erat.

AD PAMMACHIVM ET MARCELLINVM APOLOGIA Hieronymi aduersus Ruffinum.

ET uestris & multorũ literis didici, obijci mihi in schola tyrannica, lingua canum meorum ex inimicis ab ipso, cur πόθεν ἀρχῶν libros in Latinum uerterim. O impudentiam singularem, accusant medicum quod uenena prodiderit, ut scilicet φάρμακον θανάσιμον suũ non innocentiæ merito, sed criminis cõmunione tueantur, quasi culpam numerus peccantium minuat, & in personis non in rebus sit accusatio. Scribuntur contra me libri, ingeruntur omnibus audiendi, & tamen non æduntur, ut simplicium corda percutiant, & mihi facultatem pro me auferant respondendi. Nouum maliciæ genus, accusare, quod prodi timeas: scribere, quod occultes. Si sunt uera quę scripsit, cur publicum timuit? Si falsa, cur scripsit? Olim pueri legimus, intemperantis esse arbitror scribere quicquam, quod occultari uelis. Rogo quis est iste dolor? Quid æstuant? quid insaniunt? Quod præconem repuli figuratũ? quod nolui me subdolo ore laudari? quod sub amici nomine, inimici insidias deprehendi? Frater & collega in præfatiuncula uocor, & satis aperte exponuntur crimina mea, quid scripserim, quibus in cœlum Origenem laudibus leuauerim. Bono animo feciſſe se dicit. Et quomodo nunc eadem inimicus obijcit, quæ tunc amicus laudauerat? Voluerat me in interpretatione quasi præuium sequi, & autoritatem operi suo ex nostris opusculis mutuari. Suffecerat semel dixisse, quod scripseram. Quid necesse fuit eadem rursus iterare, frequenter ingerere: & quasi nemo sibi laudanti crederet, ipsa dicta repscare? Non est tam solicita de audientium fide, simplex & pura laudatio. Quid metuit, ne illi sine testimonijs dictorum meorum in meis laudibus non credatur? Videtis nos intelligere prudentiam eius, & prædicationis diasyrticæ strophis in scholis sæpe lusisse? Simplicitatem obtendere non potest, in quo artifex deprehenditur malicia. Semel aut ut multum bis errasse sit casus, cur prudenter errat & crebro: & sic per totum texit errorem, ut mihi non liceat negare quod laudat? Prudentis fuerat & amici post reconciliatam simultatem etiam leues suspiciones fugere: ne quod fortuito feciſſet, consulto facere putaretur. Vnde & Tullius in commentarijs causarum pro T. Gabinio: Ego, inquit, cum omnes amicitias tuendas semper putaui summa religione & fide, tum eas maxime quæ essent ex inimicitijs reuocatæ in gratiam: propterea, quod integris amicitijs officium prætermissum, imprudentiæ, uel (ut grauius interpretemur) negligentiæ excusatione defenditur: post reditum in gratiam, si quid est commissum, id non neglectum sed uiolatum putatur, nec imprudentiæ sed perfidiæ assignari solet. Flaccus quoque in epistola quam scribit ad Florum: Male, ait, facta gratia nequicquam coit, & rescinditur. Quid mihi nunc prodest, quod simpliciter errasse se iurat? Ecce obijciuntur mihi laudes eius, & crimini datur simpliciſſimi amici non simplex nec pura laudatio. Si autoritatem suo operi præstruebat, uolens quos sequeretur ostendere, habuit in promptu Hilarium confessorem, qui quadraginta fermè milia uersuum Origenis in Iob & psalmos transtulit

A tranſtulit. Habuit Ambroſium, cuius penè omnes libri huius ſermonibus pleni ſunt, & martyrem Victorinum. Qui ſimplicitatem ſuam in eo probat, dum nulli molitur inſidias, de his omnibus tacet, & quaſi columnis eccleſię prętermiſſis me ſolum publicat, & nihili hominem per angulos conſectatur: niſi fortè eadem ſimplicitate, qua amicum neſcius accuſauit, illos ignoraſſe ſe iuret. Et quis ei credet uiro eruditiſſimo, & qui tantam habeat ſcientiam ſcriptorum ueterum, maxime Græcorum, ut dum peregrina ſectatur penè ſua amiſerit, quod recentiſſimæ memoriæ uiros & Latinos neſciat? Ex quo apparet non tam me ab eo laudatum, quàm illos non accuſatos: ut ſiue laus illa eſt, ut ſtultis perſuadere conatur: ſiue accuſatio, ut ego ex uulneris mei dolore ſentio, nec in laude haberem æqualiũ gloriã, nec in uituperatione ſolatium. Teneo epiſtolas ueſtras, quibus accuſatum me ſcribitis eſſe: & hortamini ut reſpondeam criminanti: ne ſi tacuerim, uidear crimen agnoſcere. Ad quas reſpondi, fateor: & cp̃uis læſus ſic amicitiæ iura ſeruaui, ut me ſine accuſantis accuſatione defenderem: & quod unus Romæ amicus obiecerat, à multis in toto orbe inimicis dicerem iactitatum, ut non uiderer homini, ſed criminibus reſpondere. Aliud eſt, ſi pro iure amicitiæ accuſatus tacere debui, & dum lutatã habeo faciem, atq; (ut ita dicam) hæretico fœtore conſperſam, ne ſimplici quidem aqua diluere, ne ille mihi feciſſe putaretur iniuriã. Hæc uox nec hominis eſt, nec ad hominem, aperte amicũ petere, crimina eius ſub perſona laudatoris exponere: & illi ne hoc quidem liberum derelinqui, ut ſe catholicum probet, & laudationem hæretici quæ illi obijcitur, nõ de aſſenſu hęreſeos, ſed de ingenij extitiſſe admiratione reſpondeat. Placuerat ei, ſiue ut ipſe uult uideri, cõpulſus erat in Latinam linguam uertere, quod nolebat. Quid neceſſe fuit me latentem, & tantis maris atq; terrarũ diuiſum ſpacijs inſerere quæſtioni? opponere inuidiæ plurimorum? ut plus mihi laudando noceret, quàm ſibi prodeſſet exemplo? Nunc quoq; quia renui laudatorem, & uerſo ſtilo docui me non eſſe, quod meus neceſſarius prædicauit, dicitur furere: & tres cõtra me libros ucnuſtate attica texuiſſe: eadẽ accuſans, quę ante
B laudauerat, & obijciẽs mihi in tranſlatione Origenis nefaria dogmata, de quo in præfatiuncula laudationis ſuæ dixerat: ſequar regulam præceſſorũ, & eius præcipue uiri, cuius ſuperius fecimus mentionem: qui cum ultra ſeptuaginta libellos Origenis, quos Homiliticos appellauit, aliquantos etiã de tomis in Apoſtolum ſcriptis, tranſtuliſſet in Latinũ: in quibus cum aliquanta offendicula inueniantur in Græco: ita elimauit omnia interpretando atq; purgauit, ut nihil in illis quod à fide noſtra diſcrepet, Latinus lector inueniat. Hũc ergo etiam nos, licet non eloquentiæ uiribus, diſciplinæ tamen regulis inquantũ poſſumus, ſequimur. Certe hæc illius uerba ſunt, negare nõ poteſt. Ipſa ſtili elegantia & ſermo compoſitus, quodq; his maius eſt, ſimplicitas Chriſtiana, autoris ſui characterem probãt. Aliud eſt, ſi iſta Euſebius deprauauit, & accuſator Origenis meiq; ſtudioſus in uno eodemq; opere, & illum & me uel erraſſe uel bene ſenſiſſe teſtatus eſt. Non poteſt me nunc inimicus hæreticũ dicere, quem à fide ſua dudum non diſcrepare præfatus eſt. Simulq; & hoc ab eo quæro, quid ſibi uelit ſermo moderatus & dubius? Nihil, inquit, in illis quod à fide noſtra diſcrepet, Latinus lector inueniet. Fidem ſuam quam uocat? Eám ne qua Romana pollet eccleſia? an illam, quæ in Origenis uoluminibus continetur? Si Romanam reſpõderit, ergo catholici ſumus, qui nihil de Origenis errore tranſtulimus. Sin autem Origenis blaſphemia, fides illius eſt: dum mihi inconſtantiæ crimen impingit, ſe hæreticum probat. Siue bene credit laudator meus, confeſſione ſua me aſſumit in ſocium. Siue male, oſtendit me ideo ante laudatum, quia participem ſui putabat erroris. Sed aduerſus illos libros, qui per angulos garriunt, & furtiua accuſatione me mordent, cum æditi fuerint, & de tenebris ad lucem proceſſerint: atq; ad nos uel ſtudio fratrum, uel temeritate æmulorum potuerint peruenire: reſpondere conabor. Neque enim magnopere formidandi ſunt, quos metuit autor ſuus prodere, & tantũ confœderatis legendos eſſe decreuit. Tunc aut agnoſcã crimina, aut diluam, aut in accuſatorem quæ ſunt obiecta retorquebo: & oſtendam quod hucuſque ſilentium modeſtiæ fuerit, non malæ conſcientiæ. Interim apud tacitum lectoris iudicium purgatum me eſſe uolui, & grauiſſi-

mum inter amicos crimen refellere,ne prior læsisse uidear, qui & uulneratus nequaquã contra persecutorem tela direxi,sed meo tantum uulneri admoui manũ. Quem obsecro,ut absque præiudicio personarum culpam in eum referat,qui lacessiuit.Nec læsisse contentus, quasi aduersus elinguem semperq; taciturum tres elucubrauit libros.Et ἀρπώσεις Marcionis de meis opusculis fabricatus est.Gestit animus, & illius repẽte doctrinam,& meam insperatam uecordiam cognoscere.Fortasse breui tempore didicit, quod nos docere debeat, & quod illum scire nullus putabat, subitum eloquentiæ flumen ostendit. Sic pater ille deus faciat,sic magnus Iesus.Incipiat conferre manum.Quamuis librauerit accusationis suæ hastas, & totis aduersum nos uiribus intorserit: credimus in deo saluatore, quod scuto circumdabit nos ueritas eius:& cum psalmista cantare poterimus: Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum. Et si constiterint aduersum me castra, non timebit cor meum. Si steterit aduersum me prælium,in hoc ego sperabo.Sed hæc aliâs.Nunc ad id reuertamur quod cœperamus.Obijciunt mihi sectatores eius, cerealiaq; arma expediunt fessi rerum, quare περὶ ἀρχῶν libros Origenis noxios, & ecclesiasticæ fidei repugnantes, in Latinum sermonem uerterim. Ad quos breuis & succincta responsio est: Tuæ me frater Pammachi & tuorum literæ compulerunt,dicentes illos ab alio fraudulenter esse translatos,& interpolata nonnulla, & uel addita uel mutata.Ac ne parum epistolis haberem fidem, misistis exemplaria eiusdem translationis,cum præfatiuncula laudatrice mea. Quæ cum legissem, contulissemq; cum Græco,ilico animaduerti quæ Origenes de patre & filio & spiritu sancto impie dixerat, & quæ Romanæ aures ferre non poterant, in meliorem partem ab interprete commutata. Cætera autem dogmata, de angelorum ruina, de animarum lapsu,de resurrectionis præstigijs, de mundo uel mũdis Epicuri,de restitutione omnium in æqualem statum,& multo his deteriora, quæ longum esset retexere:uel ita uertisse, ut in Græco inuenerat: uel de commentariolis Didymi, qui Origenis apertissimus propugnator est, exaggerata & firmiora posuisse: ut qui in trinitate catholicum legerat, in alijs hæreticũ non caueret. Alius forsitan, qui non esset amicus eius diceret:aut totum muta,quod malum est: aut totum prode, quod optimum putas. Si propter simplices noxia quæq; detruncas,& ea quæ ab hæreticis addita simulas, in peregrinum non uis transferre sermonem,cede quicquid est noxium. Sin autem ueritatis fidem in translatione conseruas,cur alia mutas,& alia dimittis intacta? Quanquam aperta confessio est, in eodem prologo emendasse te praua, & optima reliquisse. Ex quo non interpretis libertate,sed scriptoris autoritate teneberis:si quid in his quæ uertisti hæreticum comprobetur:& manifesti criminis arguere,idcirco te ueneni calicem circumlinere melle uoluisse, ut simulata dulcedo uirus pessimum tegeret.Hæc & multa his duriora inimicus diceret:& te non ut interpretem mali operis,sed ut astipulatorem, in ius ecclesiæ traheret. Ego autem memet tantum defendisse cõtentus,in libris περὶ ἀρχῶν simpliciter,quod in Græco habebatur expressi:non ut crederet lector his quæ interpretabar,sed ne crederet illis,quæ tu ante transtuleras.Duplex in opere meo utilitas fuit,dum & hæreticus autor proditur,& non uerus interpres arguitur.Ac ne quis me putaret his consentire quæ uerteram,interpretationis necessitatem prefatione muniui,& docui quibus lector non deberet credere.Prior translatio laudem autoris cõtinet,secunda uituperationem.Illa lectorem prouocat ad credendum, ista ad non credendum mouet.Ibi & ego inuitus laudator assumor, hic intantũ non laudo quem transfero ut cogar accusare laudantem.Eadem res non eadem mente perfecta est,imò unum iter diuersos exitus habuit. Abstulit quæ erant, dicens ab hæreticis deprauata: & addidit quæ non erant,asserens ab eodem in locis alijs disputata:quod nisi ipsa loca monstrauerit, unde transtulisse se dicit,probare nõ poterit. Mihi studio fuit nihil mutare de uero. Ad hoc enim interpretabar,ut mala interpretata conuincerem.Putatis me interpretem? Proditor fui, prodidi hæreticum, ut ecclesiam ab hæresi uindicarem. Cur Origenem in quibusdam ante laudauerim, prælatus huic operi ostendit liber. Nunc sola interpretationis meæ causa reddi-
tur: quæ cum pietatis habeat uoluntatem, non debeo impietatis argui, prodens impium,

quod

A quod quasi pium ecclesijs tradebatur. Septuaginta libros eius, ut meus necessarius crimina-
tur, in Latinum uerteram: & multa de tomis. Nunquã de opere meo fuit quæstio, nunquam
Roma commota est. Quid necesse erat Latinis auribus tradere, quod detestatur & Græcia?
quod orbis accusat? Ego per tot annos tam multa conuertens nunquam scandalo fui. Tu ad
primum & solum opus, ignotus prius, temeritate factus es nobilis. Docet ipsa præfatio, &
Pamphili martyris librum pro defensione Origenis à te esse translatum. Et hoc agis totis
uiribus, ut cuius fidem martyr probat, ecclesia non refutet. Sex libros (ut ante iam dixi) Eu-
sebius Cæsariensis episcopus, Arianæ quondam signifer factionis, pro Origene scripsit, la-
tissimum & elaboratum opus: & multis testimonijs approbauit Origenem iuxta se catholi-
cum, id est, iuxta nos Arianum esse. Horum tu primum librum uertis sub nomine martyris.
Et miramur, si me homunculum parui precij, Origenis laudatorem uellis, cum martyri ca-
lumniam feceris? Paucisq; testimonijs de filio dei & spiritu sancto commutatis, quæ sciebas
displicitura Romanis, cætera usq; ad finem integra dimisisti: hoc idem faciens in apologia,
quasi Pamphili, quod & in Origenis περὶ ἀρχῶν translatione fecisti. Si iste Pamphili li-
ber est, de sex libris quis erit primus Eusebij? In ipso uolumine, quod tu Pamphili simulas,
sequentium librorum facta mentio est. In secundo quoq; & reliquis dicit Eusebius, quid in
primo libro ante iam dixerit, & quod eadem repetere non debeat. Si totum opus Pamphi
li est, cur reliquos libros non transfers? Si alterius: cur nomen immutas? Taces, ipsæ res lo-
quuntur, uidelicet ut crederent martyri, qui Arianorum principem detestaturi erant. Quid
tibi animi fuisse dicam amice simplicissime? te ne potuisse hæretici hominis libro, martyris
nomen imponere? Et ignoras te sub autoritate testis Christi, Origenis facere defensores?
Pro eruditione qua polles & inclytus συντάκτης in Occidente laudaris, ita ut κορυφαῖον
te omnes tuæ partis nominent: non reor te ignorasse Eusebij σύνταγμα, & Pamphilum
martyrem nihil omnino operis condidisse. Ipse enim Eusebius amator & præco contuber-
B nalis Pamphili treis libros scripsit elegantissimos, uitam Pamphili continentes. In quibus
cum cætera miris laudibus prædicaret, humilitatemq; eius ferret in cœlum, etiam hoc in ter-
tio libro addidit. Quis studiosorum amicus non fuit Pamphili? Si quos uidebat ad uictum
necessarijs indigere, præbebat large quæ poterat. Scripturas quoq; sanctas non ad legen-
dum tantum, sed & ad habendum tribuebat promptissime. Nec solum uiris, sed & fœmi-
nis, quas uidisset lectioni deditas. Vnde & multos codices præparabat, ut cum necessitas
poposcisset, uolentibus largiretur. Et ipse quidem proprij operis nihil omnino scripsit, exce-
ptis epistolis, quas ad amicos forte mittebat, intantum se humilitate deiecerat. Veterum au
tem tractatus scriptorum legebat studiosissime, & in eorum meditatione iugiter uersabatur.
Defensor Origenis, & laudator Pamphili, dicit Pamphilum nihil omnino scripsisse, nec pro
prij quicquam condidisse sermonis. Et hoc dicit iam Pamphilo martyrio coronato, ne ha-
beas suffugium post æditos ab Eusebio libros hoc Pamphilum scripsisse. Quid facies? Eo
libro quem sub nomine martyris ædidisti, uulneratæ sunt conscientiæ plurimorum. Non ua
let apud eos super Origenis damnatione episcoporum autoritas, quem putant à martyre
prædicatum. Quid facient epistolæ Theophili episcopi? quid papæ Anastasij in toto orbe
hæreticum persequentes, cum liber tuus sub nomine Pamphili æditus pugnet contra epi-
stolas eorum, & episcopali nomini testimonium martyris opponatur? Quod fecisti in libris
περὶ ἀρχῶν, hoc facito & in isto uolumine ψευδεπιγράφῳ. Audi consilium amici, non te
pœniteat artis tuæ: uel dicito tuum non esse, uel ab Eusebio presbytero deprauatum. Vn-
de probari tibi poterit, quod à te translatum est? Non manus tua tenetur, non tantæ es elo-
quentiæ, ut nullus te possit imitari. Aut certe si res ad probationem uenerit, & impudentiam
frontis oppresserint testimonia plurimorum, palinodiam Stesichori more cantato. Melius
est te pœnitere facti tui, quàm & martyrem in calumnia, & deceptos in errore persistere. Nec
erubescas de commutatione sententiæ, non es tantæ autoritatis & famæ, ut errasse te pudeat.
Imitare me, quem plurimum amas, sine quo nec uiuere nec mori potes: & mecum clama,

quæ ego laudatus à te in defenſione mei loquutus ſum. Euſebius Cæſarienſis epiſcopus, cu/ c
ius ſupra memini, in ſexto libro τῆς ἐκκλησιαστικῆς Origenis hoc idem obiicit Methodio epi/
ſcopo & martyri, quod tu in meis laudibus criminaris, & dicit: quomodo auſus eſt Metho/
dius nunc cõtra Origenem ſcribere, qui hæc & hæc de Origenis loquutus eſt dogmatibus?
Non eſt huius loci pro martyre loqui: neq; enim omnia in locis omnibus diſſerenda ſunt,
nunc tetigiſſe ſufficiat hoc ab Ariano homine obiici clariſſimo & eloquentiſſimo martyri,
quod tu in me & amicus laudas, & offenſus accuſas. Habes occaſionem & de præſenti loco,
ſi uelis, mihi calumniam ſtruere: cur nunc & Euſebio detraham, quem in alio loco ante lauda
ui? Alterum quidem nomen Euſebij, ſed eadem quæ ſuper Origenis uocabulo eſt calu/
mnia. Laudaui Euſebium in eccleſiaſtica hiſtoria, in digeſtione temporum, in deſcriptio/
ne ſanctæ terræ: & hæc ipſa opuſcula in Latinum uertens, meæ linguæ hominibus dedi.
Num̃ ex eo Arianus ſum, quia Euſebius qui hos libros condidit, Arianus eſt? Si auſus fue/
ris me hæreticum dicere, memento præfatiunculæ περὶ ἀρχῶν, in qua fidei tuæ me eſſe
teſtaris: ſimulq; obſecro, ut amicum quondam tuum expoſtulantem patienter audias. Con
tra alios digladiaris, aut facis calumniam, aut pateris. Quos accuſas, & à quibus accuſaris,
ordinis tui ſunt: recte an perperam, uos uideritis. Mihi etiam uera accuſatio contra fratrem
diſplicet, nec reprehendo alios, ſed dico quid ipſe non facerem. Tantis ſpaciis terrarum
ſeparatus quid peccaui in te? Quid commerui? An quia Origeniſten me non eſſe reſpon/
di? Nunquid defenſio mea, accuſatio tua eſt? Et tu ſi non es Origeniſtes, uel non fuiſti, cre/
do iuranti. Si fuiſti, ſuſcipio pœnitentem. Quid doles, ſi id ſum, quod eſſe te dicis? An quia
περὶ ἀρχῶν Origenis libros poſt te transferre auſus ſum, & interpretatio mea ſuggillatio
putatur operis tui? Quid poteram facere? Miſſa mihi eſt laudatio tua, id eſt, accuſatio mea.
Tam fortiter me prolixeq; laudaueras, ut ſi tuis laudibus acquieuiſſem, omnes hæreticum
me putarent. Vide quid Romanæ ad me epiſtolæ clauſula teneat: purga ſuſpiciones homi/
num, & conuince criminantem, ne ſi diſſimulaueris, conſentire uidearis. Tali conſtrictus d
articulo, interpretaturus eoſdem libros, auſculta quid ſcripſerim. Hoc mihi præſtiterunt a/
mici mei (non dixi amicus meus, ne te uiderer arguere) ut ſi tacuero, reus: ſi reſpondero, inimi
cus iudicer. Dura utraq; conditio, ſed è duobus eligam quod leuius eſt. Simultas redintegra
ri poteſt. Blaſphemia ueniam non meretur. Animaduertis inuito mihi & repugnanti hoc o/
nus impoſitum: & futuram ex huiuſcemodi opere ſimultatem, neceſſitatis excuſatione cura/
tam. Si interpretatus eſſes libros περὶ ἀρχῶν abſq; meo nomine, recte quererêris in repre/
henſionem tuam à me poſtea eſſe translatos. Nunc autem iniuſte doles, in eo opere à me ti/
bi eſſe reſponſum, in quo à te laudando accuſatus ſum. Quam enim tu laudem uocas, omnes
accuſationem intelligunt. Conſtet apud te quod accuſaueris, non indignaberis quod reſpon
derim. Eſto, tu bono animo ſcripſeris, & homo innocens & amicus fidiſſimus, de cuius nun/
quam egreſſum eſt ore mendacium, me neſcius uulneraris: quid ad me, qui percuſſus ſum?
Num idcirco curari non debeo, quia tu me bono animo uulneraſti? Confoſſus iaceo, ſtridet
uulnus in pectore: candida prius ſanguine membra turpantur, & tu mihi dicis: Noli ma/
num adhibere uulneri, ne ego te uidear uulneraſſe? Quanquam & ipſa translatio magis Ori
genem quàm te arguit. Tu enim emendaſti quæ addita ab hæreticis arbitratus es. Ego pro/
didi, quod ab illo ſcriptum Græcia uniuerſa conclamat. Quis rectius arbitrâtus ſit, nec me/
um, nec tuum iudicium eſt. Vtriuſq; ſcripta cenſoriam lectoris uirgulam ſentiant. Tota il/
la epiſtola qua pro me ſatisfacio, contra hæreticos & accuſatores meos dirigitur: quid ad te,
qui & orthodoxum & laudatorem meum te eſſe dicis: ſi aſperior ſum in hęreticos, & illorum
in publicum ſtrophas profero? Lætare inuectione mea, ne ſi dolueris, hæreticus eſſe uidea/
ris. Quando ſine nomine contra uitia ſcribitur, qui iraſcitur, accuſator ſui eſt. Prudentis ho/
minis fuerat, etiam ſi dolebat, diſſimulare conſcientiam: & cordis nubilum, frontis ſerenita/
te diſcutere. Alioqui ſi quicquid contra Origenem & ſectatores eius dicitur, in te dictum pu
tas: ergo & epiſtolæ papæ Theophili & Epiphanij, & aliorum epiſcoporũ, quas nuper ipſis
iubentibus

A iubentibus tranſtuli, te petunt, te lacerant. Imperatorum quoq; ſcripta, quæ de Alexandria & Aegypto Origeniſtas pelli iubent, me ſuggerente dictata ſunt. Vt Romanæ urbis pontifex miro eos odio deteſtetur, meum conſilium fuit. Vt totus orbis poſt translationem tuam in Origenis odia exarſerit, quem antea ſimpliciter lectitabat, meus operatus eſt ſtilus. Si tantum poſſum, miror cur me non metuas. Ego ille moderatus in epiſtola publica, qui diligenter caui, ne quid in te dictum putares, ſcripſi ad te ſtatim breuem epiſtolam, expoſtulans ſuper laudibus tuis. Quam, quia Romæ non eras, amici mei tibi mittere noluerunt, eo quod te dicerent cum ſodalibus tuis indigna nomine Chriſtiano de mea conuerſatione iactitare. Cuius exemplum huic uolumini ſubdidi, ut ſcias quantum dolorem, quanta moderatione neceſſitudinis temperaui. Audio præterea te quædam de epiſtola mea philoſophice carpere, & hominem rugoſæ frontis adductiq; ſupercilij, Plautino in me ſale ludere, eo quod Barrabam Iudæum dixerim præceptorem meum. Nec mirum ſi pro Barhanina, ubi eſt aliqua uocabulorum ſimilitudo, ſcripſeris Barrabam, cum tantam habeas licentiam nominum immutandorum, ut de Euſebio Pamphilum, de hæretico martyrem feceris. Cauendus homo &
3 mihi maxime declinãdus, ne me repente, dum neſcio, de Hieronymo Sardanapalum nomines. Audi ergo ſapientiæ columen, & norma Catonianæ ſeueritatis. Ego nõ illũ magiſtrum dixi, ſed meum in ſcripturas ſanctas ſtudium uolui comprobare: ut oſtenderem me ſic legiſſe Origenem, quomodo & illum audieram. Neq; enim Hebræas literas à te diſcere debui. An iniuria tibi facta eſt, quod pro te Apollinarium Didymumq; ſectatus ſum? Nunquid in illa epiſtola Gregorium uirum eloquentiſſimum non potui nominare: qui ſui apud Latinos impar eſt, quo ego magiſtro glorior & exulto? Sed eos tantum poſui, qui in reprehenſione erant, ut ſimiliter me Origenem non ob fidei ueritatem, ſed ob eruditionis meritum legiſſe teſtarer. Ipſe Origenes & Clemens & Euſebius, atq; alij complures, quando de ſcripturis aliqua diſputant, & uolunt approbare quod dicunt, ſic ſolent ſcribere: Referebat mihi He-
B bræus, & audiui ab Hebræo, & Hebræorũ iſta ſententia eſt. Certe etiam Origenes patriarchen Huillum, qui temporibus eius fuit, nominat, & triceſimũ tomum in Eſaiam, in cuius fine ediſſerit: Væ tibi ciuitas Ariel, quam expugnauit Dauid, illius expoſitione concludit: & cum aliter prius ſenſiſſe ſe dicat, doctum ab illo id quod eſt uerius confitetur. Octogeſimũ quoq; nonum pſalmũ, qui inſcribitur: Oratio Moyſi hominis dei: & reliquos undecim, qui non habent titulos, ſecundũ Huilli expoſitionem, eiuſdem Moyſi putat: nec dedignatur Hebræam ſcripturam interpretans per ſingula loca, quid Hebræis uideatur, inſerere. Lectis nuper papæ Theophili epiſtolis, in quibus Origenis exponit errores, dicitur obturaſſe aures ſuas: & autorem tanti mali clara corã omnibus uoce damnaſſe: & dixiſſe uſq; ad illud tempus ſe ignoraſſe, quod tam nefaria ſcripſerit. Non recuſo, nec dico quod alius diceret forſitan, non potuiſſe eum ignorare quod interpretatus eſt: cuius apologiam ſcriptam ab hæretico ſub nomine martyris ædidit: cuius defenſionem etiã proprio uolumine profeſſus eſt: aduerſum quod in ſequentibus, ſi dictandi ſpacium fuerit, diſputabo. Hoc loquor, cui contradicere non poteſt. Si illi licet non intellexiſſe quod tranſtulit, quare mihi non liceat ignoraſſe libros περὶ ἀρχῶν, quos ante non legi: & eas tantum homilias legiſſe, quas tranſtuli: in quibus nihil eſſe mali, ipſius teſtimonium eſt? Sin autem contra ſententiam ſuam nunc me in eis arguit, in quibus ante laudauerat, undiq; ſtrictus tenebitur. Aut enim idcirco me hæreticum hominem laudauit, quia eiuſdem mecum dogmatis erat: aut nunc fruſtra inimicus accuſat, quem prius ut orthodoxum prædicauit. Sed forſitan tũc errores meos quaſi amicus tacuit, & nunc iratus profert quod prius cælauerat. Quanquam non mereatur fidem inconſtantia, & profeſſæ inimicitiæ ſuſpicionem habeant mendacij: tamen audacter conferam gradum, uolens ſcire quid hæreticum ſcripſerim: ut aut cum illo agam pœnitentiam, & Origenis mala ignoraſſe me iurem, ac nunc primum à papa Theophilo didiciſſe impietates eius: aut certe doceam me quidem bene ſenſiſſe, ſed illum more ſuo non intelligere. Neq; enim fieri poteſt ut in eiſdẽ ad Epheſios libris, quos (ut audio) criminatur, & bene & male dixerim: & de eodem

fonte

fonte dulce amarumq; proceſſerit: ut qui toto opere damnauerim eos, qui credunt animas c
ex angelis conditas: ſubito mei oblitus, id defenderem quod ante damnaui. Stulticiam mi-
hi obiicere non poteſt, quem diſertiſſimum & eloquentiſſimum in ſuis opuſculis predicauit.
Alioqui ſtulta uerboſitas, rabulæ potius & garruli hominis quàm eloquentis putanda eſt.
Quid in illis libris proprie accuſet, ignoro. Fama enim ad me criminum eius, non ſcripta ue
nerunt: & ſtultum eſt (iuxta Apoſtolum) pugnis aërem uerberare. Tamen in incertũ reſpõ-
debo, donec ad certa perueniam, ἀντίμαχον meum docebo ſenex, quod puer didici, multa
eſſe genera dictionũ: & pro qualitate materiæ, non ſolum ſententias, ſed & ſtructurã uerbo
rũ uariari. Chryſippus & Antipater inter ſpineta uerſantur. Demoſthenes & Aeſchines con
tra ſe inuicem fulminant. Lyſias & Iſocrates dulciter fluunt. Mira in ſingulis diuerſitas, ſed
omnes in ſuo perfecti ſunt. Lege ad Herenium Tullij libros, lege rhetoricos eius: aut quia il-
la ſibi dicit inchoata & rudia excidiſſe de manibus: reuolue tria uolumina de oratore, in qui-
bus introducit eloquentiſſimos illius temporis oratores, Craſſum & Antonium diſputan-
tes, & quartum oratorem, quem iam ſenex ſcribit ad Brutum: tunc intelliges aliter compo-
ni hiſtoriam, aliter orationes, aliter dialogos, aliter epiſtolas, aliter cõmentarios. Ego in com-
mentarijs ad Epheſios ſic Origenem & Didymum & Apollinarium ſequutus ſum: qui cer-
te contraria inter ſe habent dogmata, ut fidei meæ non amitterem ueritatem. Commentarij
quid operis habent? Alterius dicta ediſſerunt, quæ obſcure ſcripta ſunt, plano ſermone ma-
nifeſtant: multorum ſententias replicant: & dicunt, hunc locum quidam ſic ediſſerunt: alij ſic
interpretantur: illi ſenſum ſuum & intelligentiam his teſtimonijs & hac nituntur ratione fir-
mare: ut prudens lector, cum diuerſas explanationes legerit: & multorum uel probanda, uel
improbãda didicerit: iudicet quid uerius ſit: & quaſi bonus trapezita, adulterinæ monetæ pe-
cuniam reprobet. Num diuerſæ interpretationis & contrariorum inter ſe ſenſuum tenebitur
reus: qui in uno opere quod ediſſerit, expoſitiones poſuerit plurimorum? Puto quod puer le
geris, Aſperi in Vergilium & Saluſtium commentarios, Vulcatij in orationes Ciceronis, Victorini in dialogos eius, & in Terentij comœdias, præceptoris mei Donati, æque in Vergi-
lium: & aliorum in alios, Plautum uidelicet, Lucretium, Flaccum, Perſium atq; Lucanum. Ar
gue interpretes eorum: quare non unam explanationem ſecuti ſint: & in eadem re quid, uel ſi
bi, uel alijs uideatur, enumerent. Prætermitto Græcos, quorum tu iactas ſcientiã, & dum pe-
regrina ſectaris, penè tui ſermonis oblitus es: ne ueteri prouerbio: ſus Mineruam docere ui-
dear: & in ſyluam ligna portare. Illud miror, quod Ariſtarchus noſtri temporis, puerilia iſta 4
neſcieris. Quanquã tu occupatus in ſenſibus, & ad ſtruendam mihi calumniã cernuus, gram-
maticorum & oratorum præcepta contempſeris, paruipendens ὑπόβαπτε poſt anfractus
reddere, aſperitatem euitare conſonantium, hiulcam fugere dictionem. Ridiculum eſt debi-
litati & fracti totius corporis uulnera pauca monſtrare. Non eligo quod reprehendam, eli-
gat ipſe quod uitio careat. Ne illud quidem Socraticũ noſſe debuerat: ſcio quod neſcio. Na-
uem agere ignarus nauis timet. Abrotanum ægro nõ audet, niſi qui didicit, dare. Quod me-
dicorum eſt, promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Scribimus indocti, doctiq; poema-
ta paſſim. Niſi forte ſe literas non didiciſſe iurabit, quod illi & abſq; iuramento perfacile cre-
dimus: uel ad Apoſtolum confugiet profitentem: & ſi imperitus ſermone, non tamen ſcien-
tia. Ille Hebræis literis eruditus, & ad pedes doctus Gamalielis: quem non erubeſcit, iam apo
ſtolicæ dignitatis, magiſtrum dicere, Græcam facundiam contemnebat, uel certe quod erat
humilitatis, diſſimulabat: ut prædicatio eius, non in perſuaſione uerborum, ſed in ſignorum
uirtute conſiſteret: ſpernens alienas opes, qui in ſuis diues erat: quanquam ad imperitum &
per ſingulas inſtar tui ſententias corruentem, nunquam pro tribunali ſedens Feſtus diceret:
inſanis Paule, inſanis: multæ te literæ ad inſaniam conuertunt. Tu qui in Latinis muſſitas,
& teſtudineo gradu moueris potius, quàm incedis: uel Græce debes ſcribere, ut apud homi-
nes Græci ſermonis ignaros, aliena ſcire uidearis. Vel ſi Latina tentaueris, ante audire gram-
maticum, ferulæ manum ſubtrahere, & inter paruulos ἀλλωγόρων, artem loquendi diſcere. §

Quamuis

A Quamuis Crœsos quis spiret & Darios, literæ marsupium non sequuntur. Sudoris comites sunt & laboris, sociæ ieiuniorum non saturitatis, continentiæ nõ luxurię. Demosthenes plus olei quàm uini expendisse dicitur, & omnes opifices nocturnis semper uigilijs præuenisse. Quod ille in una litera fecit exprimenda, ut à cane rho disceret: tu in me criminaris, quare homo ab homine, Hebræas literas didicerim. Inde est quod quidam inerudite sapientes remanent, dum nolunt discere quod ignorant. Nec Oratium audiunt commonentem: Cur nescire prudens praue, quàm discere malo? Loquitur & sapientia, quam sub nomine Solomonis legimus: In maleuolam animam nunquam intrabit sapientia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus eruditionis fugiet dolum, & recedet à cogitationibus stultis. Aliud est, si uulgi lectione contenti, doctorũ aures despiciunt: & contemnunt illud elogium, quo procax imperitia denotatur. Non tu in triuijs indocte solebas, Stridenti miserum stipula disperdere carmen? quasi non cirrhatorum turba, Milesiorum in scholis figmenta decantet: & testamentum suis, Bessorum cachinno membra concutiat, atq; inter scurrarum epulas, nugæ istiusmodi frequententur. Quotidie in plateis fictus hariolus stultorum nares uerberat: & obtorto scorpione, dentes mordentium quatit: & miramur si imperitorum libri lectorem inueniant? Indignantur quare Origenistas scripserim inter se orgijs mendaciorum fœderari. Nominaui librum, in quo hoc scriptũ legerim, id est, sextum Stromateon Origenis: in quo Platonis sententiæ, nostrum dogma componens, ita loquitur. Plato in tertio de republica libro. Veritas quoq; sectanda magnopere est. Si enim ut pauloante rectissime dicebamus, deo indecens & inutile mendacium est: hominibus quandoq; utile, ut utantur eo quasi condimento atq; medicamine: nulli dubium est, quin huiusmodi licentia medicis danda sit, & ab imprudentibus remouẽda. Vera, inquit, asseris. ergo principes urbium si quibus & alijs
6 hoc conceditur, oportet aliquando mentiri, uel contra hostes, uel pro patria & ciuibus. Ab alijs uero qui uti mendacio nesciunt, auferendum est omne mendacium. Origenes. Et nos igi
B tur illius præcepti memores: loquimini ueritatem unusquisq; cũ proximo suo: non debemus dicere, quis est proximus meus? sed cõsiderare quomodo philosophus caute dixerit: deo indecens & inutile esse mendacium: hominibus interdum utile: & quod ne pro dispensatione quidem putandus sit deus aliquando mentiri. Sin autem cõmodum audientis exegerit: uerbis loquitur ambiguis, & per ænigmata quæ uult, profert: ut & ueritatis apud eum dignitas conseruetur: & quod noxium esse poterat, si nudum proferretur in uulgus, quodam tectum uelamine proferatur. Homo autem cui incumbit necessitas mentiendi: diligenter attendat, ut sic utatur interdum mendacio, quomodo condimento atq; medicamine, ut seruet mensuram eius: ne excedat terminos, quibus usa est Iudith contra Holofernem: & uicit eum prudenti simulatione uerborum. Imitetur Hester, quæ Artaxersis sententiam, diu tacita gentis ueritate correxit. Et in primis patriarcham Iacob: quem legimus benedictiones patris, artifici impetrasse mendacio. Ex quo perspicuum est, quod nisi ita mentiti fuerimus, ut magnum nobis ex hoc aliquod quæratur bonum: iudicandi simus, quasi inimici eius, qui ait: Ego sum ueritas. Hæc Origenes scripsit, negare non possumus: scripsit in his libris, quos ad perfectos & ad discipulos loquebatur: docetq; magistris mentiendum, discipulos autem non debere mentiri. Qui ergo bene mentitur: & absq; ulla uerecundia quicquid in buccam uenerit, cõfingit in fratres: magistrum se optimũ probat. Illud quoq; carpere dicitur, quod secundũ psalmum interpretans, pro eo quod legimus in Latino, apprehendite disciplinam: & in Hebraico uolumine scriptum est נַשְּׁקוּ בַר nascu bar, dixerim in commentariolis meis, adorate filium. Et rursum omne psalterium in Romanum uertens sonum: quasi immemor expositionis antiquæ posuerim, adorate pure: quod utiq; sibi esse contrarium omnibus patet. Et reuera ignoscendum est ei, si ignoret linguæ Hebraicæ ueritatem, qui interdum & in Latinis hæsitat. נַשְּׁקוּ nascu, ut uerbũ de uerbo interpreter, καταφιλήσατε, id est, deosculamini dicitur: quod ego nolens trãsferre putide, sensum magis secutus sum, ut dicerẽ, adorate? Quia enim qui adorant solent deosculari manum, & capita submittere, quod se beatus Iob elementis &

idolis

idolis feciſſe negat,dicens:Si uidi ſolem cum fulgeret,& lunam incedentem clare:& lætatum eſt in abſcondito cor meum,& oſculatus ſum manum meam ore meo, quæ iniquitas maxima eſt,& negatio contra deum altiſſimum: & Hebræi iuxta linguæ ſuæ proprietatem, deoſculationem pro ueneratione ponunt,id tranſtuli, quod ipſi intelligunt, quorum uerbum eſt בר Bar autem apud illos diuerſa ſignificat. Dicitur enim & filius, ut eſt illud: Bariona,filius columbæ,& Barptolemæus,filius Ptolemæi,& Barchineus,& Barchiſeus & Barrabas. Triticum quoq; & ſpicarum faſciculus & electus ac purus. Quid igitur peccaui, ſi uerbum ambiguum diuerſa interpretatione conuerti? & qui in commentariolis, ubi libertas eſt diſſerendi, dixeram:adorate filium,in ipſo corpore,ne uiolentus uiderer interpres,& Iudaicæ calumniæ locum darem,dixerim:adorate pure ſiue electe,quod Aquila quoq; & Symmachus tranſtulerunt. Quid ergo eccleſiaſticæ fidei nocet, ſi doceatur lector, quot modis apud Hebræos unus uerſiculus explanetur? Origeni tuo licet tractare μετεμψύχωσιν, innumerabiles mundos introducere,& rationabiles creaturas alijs atq; alijs ueſtire corporibus: Chriſtumq; dicere ſæpe paſſum,& ſæpius paſſurũ,ut quod ſemel profuit,ſemper proſit aſſumptũ:tibi quoq; ipſe tantam aſſumis autoritatem,ut de hæretico martyrem,de Origenis libris, hæreticorum adulteria mentiaris:mihi non licebit diſputare de uerbis, & in commentariorum opere Latinos docere,quod ab Hebræis didici? Niſi enim & prolixum eſſet, & redoleret gloriolã, iam nunc tibi oſtenderem, quid utilitatis habeat magiſtrorum limina terere, & artem ab artificibus diſcere: & uideres quanta ſylua ſit apud Hebræos ambiguorum nominum atq; uerborum. Quæ res diuerſæ interpretationi materiã præbuit, dum unuſquiſq; inter dubia, quod ſibi conſequentius uidetur,hoc transfert. Quid ad peregrina te mitto? Reuolue Ariſtotelem & Alexandrum Ariſtotelis uolumina diſſerentem,& quanta ambiguorum ſit copia,eorum lectione cognoſces: ut tandẽ deſinas amicũ tuum in eo reprehẽdere, quod ne per ſomnium quidem aliquãdo didiciſti. Sed quia Paulinianus frater meus, de commentarijs ad Epheſios quædam ab eo reprehenſa narrauit,& pauca ex his memoriæ tradidit, mihiq; ipſa demonſtrauit loca,non debeo ſubterfugere:quæſoq; lectorem, ut ſi paululo in proponendis & diluendis criminibus longior fuero, neceſſitati det ueniam. Non enim alterum accuſo, ſed me nitor defendere,& obiectam hæreſeos calumniã refutare. In epiſtolam Pauli ad Epheſios, tria Origenes ſcripſit uolumina. Didymus quoq; & Apollinarius propria opuſcula cõdidere. Quos ego uel transferens uel imitans,quid in prologo eiuſdẽ operis ſcripſerim,ſubijciam. Illud quoq; in præfatione commoneo: ut ſciatis Origenem tria uolumina in hãc epiſtolam conſcripſiſſe:quem & nos ex parte ſecuti ſumus: Apollinarium etiã & Didymum quoſdam commentariolos ædidiſſe. Ex quibus licet pauca decerpſimus:& nõnulla quę nobis uidebantur,adiecimus, ſiue ſubtraximus: ut ſtudioſus ſtatim in principio lector agnoſcat hoc opus uel alienum eſſe uel noſtrum. Quicquid ergo in explanatione huius epiſtolæ uitij potuerit demonſtrari,ſi ego illud in Græcis uoluminibus,unde in latinum uertiſſe me dixi,oſtendere non potuero, crimen agnoſcam,& meum erit,quod alienum non fuerit. Tamen ne rurſus uidear cauillari:& hac excuſationis ſtropha,gradum non audere cõferre:ponam ipſa teſtimonia,quæ uocantur in crimen. In primo ſtatim uolumine teſtimonium Pauli,in quo loquitur: ſicut elegit in ipſo nos ante conſtitutionem mundi: ut eſſemus ſancti & immaculati coram ipſo:ſic interpretati ſumus: ut electionem non iuxta Origenem eorum diceremus, qui prius fuerant,ſed ad dei præſcientiam referremus. Deniq; diximus: quod autem electos nos, ut eſſemus ſancti & immaculati coram ipſo,hoc eſt deo, ante fabricam mundi, teſtatus eſt, ad præſcientiam dei pertinet:cui omnia futura iam facta ſunt, & antequam fiant uniuerſa ſunt nota. Sicut & Paulus ipſe prædeſtinatur in utero matris ſuæ: & Hieremias in uulua ſanctificatur,eligitur,roboratur,& in typo Chriſti propheta gentibus mittitur. Certe in expoſitione iſta nullum crimen eſt: & Origene dicente contraria, nos eccleſiaſticum ſenſum ſecuti ſumus. Et quia commentatoris eſt officium multorum ſententias ponere: & hoc me facturum in præfatione promiſeram: etiam Origenis abſq; inuidia nominis eius explanationem poſui,dicens

sui, dicens: Alius uero qui deum iustum conatur ostendere, quod non ex præiudicio scientiæ suæ, sed ex merito electorum unumquemq; eligat: dicit ante uisibiles creaturas, cœlum, terram, maria, & omnia quæ in eis sunt, fuisse alias inuisibiles creaturas in quibus & animas, quæ ob quasdam causas soli deo notas deiectæ sunt deorsum, in uallem lachrymarum, in locum afflictionis & peregrinationis nostræ, in quo sanctus constitutus orabat, ut ad sedem pristinam reuerteretur, dicens: Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus cedar, multum peregrinata est anima mea. Et Apostolus: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et, melius est reuerti, & esse cum Christo. Et alibi: Antequam humiliarer ego peccaui: & cætera his similia, quæ longum est scribere. Animaduerte quid dixerim: Alius uero qui deum iustum conatur ostendere: conatur ostendere inquam, non ostendit. Si autem in eo scandalum pateris, quare latissimam Origenis disputationem breui sermone comprehenderim, & lectori sensum eius aperuerim: atq; ex eo tibi occultus illius uideor esse sectator, quia nihil ab eo dictum prætermiserim: uide ne hoc idcirco fecerim, ut uestram calumniam declinarem, ne me diceretis quæ ab eo fortiter sunt dicta, tacuisse: & illum in Græco robustius disputare. Posui ergo omnia, licet breuius, quæ in Græco repperi: ut nihil haberent discipuli eius noui, quod latinorum auribus ingererent. Facilius enim nota quàm repentina contemnimus. Exposita autem interpretatione eius, quid in fine capituli dixerimus, ausculta. Non enim ait Apostolus, elegit nos ante constitutionem mundi, cum essemus sancti & immaculati: sed elegit nos ut essemus sancti & immaculati: hoc est, qui sancti & immaculati ante non fuimus, ut postea essemus. Quod & de peccatoribus ad meliora conuersis dici potest: & stabit illa sententia: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens: id est, in tota uita sua, in omni quo in mundo isto uersatus est tempore. Quod quidem ita intellectũ, & aduersum eum facit, qui antecq; mundus fieret, animas dicit esse electas propter sanctitatem, & nullum uitium peccatorum. Non enim (ut ante iam dixi-
B mus) eliguntur Paulus, & qui ei similes sunt, quia erant sancti & immaculati: sed eliguntur & prædestinantur, ut in consequenti uita per opera atq; uirtutes sancti & immaculati fiant. Et audet quisquam post huiusmodi sententiam, nos Origenis hæreseos accusare? Decem & octo fermè anni sunt, ex quo istos dictaui libros, eo tempore quo Origenis nomen florebat in mundo, quo πρὸ ἀρχῶν illius opus, latinæ aures ignorabant: & tamen professus sum fidem meam, & quid mihi displiceret, ostendi. Ex quo etiam si in cæteris aliquid hæreticum monstrare potuisset inimicus: non tam dogmatum peruersorum, quæ hic & in alijs libris sæpe damnaui, quàm improuidi tenerer erroris. Secundum locum quem mihi ab eo reprehensum frater ostendit, quia ualde friuolus est, & apertam sui præfert calumniam, ponam breuiter. In eo testimonio ubi Paulus loquitur: Sedere eum faciens ad dexteram suam in cœlestibus, super omnem principatum & potestatem & uirtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro: post multiplicem expositionem, cum ad ministrorum dei officia peruenissem, & de principatibus ac potestatibus & uirtutibus ac dominationibus dicerem, etiam hoc addidi: Necesse est, ut subiectos habeant, & timentes se, & seruientes sibi, & eos qui à sua fortitudine roborentur. Quæ distributiones officiorum, non solum in præsentiarum, sed etiam in futuro seculo erunt: ut per singulos profectus & honores, ascensiones & descensiones, uel crescat aliquis uel decrescat: & sub alia atq; alia potestate, uirtute, principatu, & dominatione fiat. Et post exemplum terreni regis, totamq; palatij descriptionem, per quam diuersa ministeriorum dei officia demonstrabam, addidi: Et putamus deum, dominum dominorum, regemq; regnantium, simplici tantum ministerio esse contentũ? Quomodo archangelus non dicitur, nisi qui prior est angelorum: sic principatus & potestates & dominationes non appellantur, nisi subiectos aliquos habeant & inferioris gradus. Sin autem putat idcirco me Origenem sequi: quia profectus & honores, ascensiones & descensiones, incrementa & imminutiones, in expositione mea posui: sciat multum interesse de angelis & seraphim & cherubim dicere dæmones

& homines fieri,quod affirmat Origenes: & ipsos inter se angelos diuersa officiorũ genera esse sortitos, quod ecclesiæ non repugnat. Quomodo & inter homines ordo dignitatum ex laboris uarietate diuersus est, cum episcopus & presbyter,& omnis ecclesiasticus gradus habeat ordinem suum: & tamen omnes homines sunt: sic & inter angelos merita esse diuersa: & tamen in angelica omnes persistere dignitate: nec de angelis homines fieri,nec rursum homines in angelos reformari. Tertius est reprehensionis locus,quod dicente Apostolo: Vt ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu: nos triplicem expositionem posuimus. In prima quid nobis uideretur:in secunda quid Origenes opponeret: in tertia quid Apollinarius simpliciter explanaret. Quorum si nomina non posui, ignosce uerecundiæ meæ: non debui eos carpere, quos imitabar ex parte: & quorum in latinam linguam sententias transferebam: sed dixi, qui diligens lector est, statim requiret & dicet:& rursus in fine,alius uero hoc quod ait, ut ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ: ad illam intelligentiam transfert.Ecce (inquies) sub diligentis lectoris persona, Origenis sententias explicasti. Fateor errorem, non debui diligentem dicere, sed blasphemum: quod si feciſſem, & aliquo sciſſem uaticinio te istiusmodi nænias sectaturum, etiam calumniæ uerba uitassem. Grande crimen si Origenem diligentem dixi esse lectorem: cuius septuaginta libros interpretatus sum: quem in cœlum laudibus tuli, pro quo compulsus sum ante biennium breui libello tuis contra me præconijs respondere.Ecclesiarum magistrum à me dictum esse Origenem,in tuis laudibus obijcis: & putas quod pertimescere debeam, si diligentem lectorem me illum dixisse inimicus accuses. Solemus & negociatores parcissimos, & frugi seruos, & molestos pædagogos, & argutissimos fures, diligentes uocare.Et in euangelio uillicus iniquitatis prudenter quædam fecisse dicitur: & prudentiores sunt filij huius seculi filijs lucis in generatione sua: & serpens sapientior erat omnibus bestijs, quas fecit dominus super terram. Quartus reprehensionis locus,exordium secundi libri possidet, in quo hoc Pauli testimonium exposuimus: Huius rei gratia ego Paulus uinctus Iesu Christi pro uobis gentibus: & quia per se locus ipse manifestus est, eam tantum partem ponam explanationis, quæ patet calumniæ. Vinctum Christi Iesu Paulum esse pro gentibus, potest & de martyrio intelligi: quod Romæ in uincula coniectus, hanc epistolam miserit, eo tempore quo ad Philemonem, & ad Colossenses, & Philippenses, in alio loco scriptas esse monstrauimus. Vel certe, quia in plurimis locis lectum est uinculum animæ corpus hoc dici,quo quasi clausa teneatur in carcere: dicimus propterea Paulum corporis nexibus coerceri, nec reuerti & esse cum Christo,ut perfecta in gentes per eum prædicatio impleatur: licet quidam alium sensum in hoc loco introducant, quod Paulus prædestinatus & sanctificatus ex utero matris suæ ad prędicationem gentium antequam nasceretur,postea uincula carnis acceperit. Et in hoc loco triplicem,ut supra,expositionem posui. In prima quid mihi uideretur: in secunda quid Origenes assereret, in tertia quid Apollinarius contra illius uadens dogmata sentiret. Lege Græcos commentarios,& nisi ita repereris crimen fatebor. Quod est in isto loco peccatum meum? Illud nimirum, pro quo supra respondi,quare non eos à quibus dicta sunt,nominarim? Superfluum erat per singula apostoli testimonia,eorum nomina ponere,quorum me opuscula translaturum in præfatione signaueram. Et tamen uinctam dici animam corpore, donec ad Christum redeat,& in resurrectionis gloria corruptiuũ & mortale corpus incorruptione & immortalitate commutet, non absurdæ intelligentiæ est. Vnde & Apostolus: Miser ego (inquit) homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Corpus mortis appellans, quod uitijs & morbis & perturbationibus ac morti subiaceat: donec cum Christo resurgat in gloria: & fragile prius lutum, excoquatur feruore spiritus sancti in testam solidissimam: demutans gloriam, non naturam. Quintus locus ualidissimus est,in quo exponentes illud Apostoli testimonium: Ex quo totum corpus compactum & conglutinatum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusq; membri augmentum corporis facit in

A facit in ædificationem ſui in charitate: latiſſimam Origenis expoſitionem, & eoſdem ſenſus per diuerſa uerba uoluentem, breui ſermone conſtrinximus: nihil exemplis & aſſertionibus illius auferentes. Cumq; peruenissemus ad finem, hæc ſubiecimus. Igitur & in reſtitutione omnium, quãdo corpus totius eccleſiæ nunc diſperſum atq; laceratum, uerus medicus Chriſtus Ieſus ſanaturus aduenerit: unuſquiſq; ſecundum menſuram fidei & agnitionis filij dei: quem ideo agnoſcere dicitur, quia prius nouerat, & poſtea noſſe deſijt: ſuum recipiet locum, & incipiet id eſſe quod fuerat: ita tamen, ut nõ iuxta hæreſim aliam omnes in una ætate ſint, id eſt, omnes in angelos reformentur: ſed unum quodq; membrum iuxta menſuram & officium ſuum perfectum ſit. Verbi gratia, ut angelus refuga id eſſe incipiat, quod creatus eſt: ut homo qui de paradiſo fuerat eiectus, ad culturam iterum paradiſi reſtituatur: & reliqua. Miror te hominem prudentiſſimũ non intellexiſſe artem expoſitionis meæ. Quando enim dico: ita tamen ut non iuxta aliam hæreſim omnes in una ætate ſint poſiti: id eſt, omnes in angelos reformentur: oſtendo & ea de quibus diſputo eſſe hæretica, & ab alia hæreſi diſcrepare. Quæ ſunt ergo duæ hæreſes? Vna, quæ dicit omnes rationabiles creaturas in angelos reformari. Altera, quæ aſſerit unumquodq; in reſtitutione mundi id fore quod conditum eſt. Verbi gratia: quia ex angelis dæmones ſunt, rurſum dæmones angelos fieri: & animas hominum, ita ut ſunt conditæ: non in angelos, ſed in id quod à deo ſunt conditæ reformari, ut & iuſti & peccatores æquales fiant. Deniq; ut ſcias me non meam explicaſſe ſententiam, ſed inter ſe hæreſes comparaſſe, quarum utranq; in Græco legeram, diſputationem meam hoc fine compleui. Idcirco, ut ſupra diximus, hæc apud nos obſcuriora ſunt, quia μεταφορικῶς dicuntur in Græco: & omnis metaphora, ſi de alia in aliam linguam transferatur ad uerbum, quibuſdam quaſi ſentibus, orationis ſenſus & germina ſuffocantur. Niſi hæc eadem in Græco repereris, quicquid dictum eſt, meum putato. Sextum quod & extremum mihi obijcere dicitur, ſi tamen nihil in medio frater oblitus eſt: cur illum locum Apoſtoli
B interpretans, ubi ait: Qui uxorem ſuam diligit, ſeipſum diligit: Nemo enim unquam ſuam carnem odit, ſed nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus eccleſiam: poſt ſimplicem expoſitionem, Origenis poſuerim quæſtionem, ex cuius perſona tacito nomine dixerim: Opponi nobis poteſt, quod nõ ſit uera ſententia dicentis Apoſtoli: Nemo unquam carnem ſuam odit: cum morbo regio laborãtes, phthiſi, & cancro & diſtillationibus, mortem uitæ præferant, & ſua oderint corpora: & ſtatim quid ipſe ſentirem adiunxi: magis itaq; ad tropicam intelligentiam ſermo referatur. Quando dico tropicam: doceo uerum non eſſe quod dicitur, ſed allegoriæ nubilo figuratum. Ponamus tamen ipſa uerba quæ in Origenis libro tertio continentur: Dicamus quod illã carnem quæ uiſura ſit ſalutare dei anima diligat, & nutriat, & foueat eam, diſciplinis erudiens, & cœleſti ſaginans pane, & Chriſti ſanguine irrigans: ut refecta & nitida, poſſit libero curſu uirum ſequi, & nullo debilitatis pondere prægrauari. Pulchre etiam in ſimilitudinem Chriſti nutrientis & fouentis eccleſiam, & dicentis ad Hieruſalem: Quoties uolui congregare filios tuos, ut gallina congregat pullos ſuos ſub alas ſuas, & noluiſti: animæ quoq; fouent corpora ſua, ut corruptiuum hoc induat incorruptionem, & alarum leuitate ſuſpenſum, in aerem facilius ſubleuetur. Foueamus igitur & uiri uxores noſtras, & animæ noſtræ corpora: ut & uxores in uiros, & corpora redigantur in animas, & nequaquam ſit ſexuum ulla diuerſitas: ſed quomodo apud angelos non eſt uir & mulier, ita & nos qui ſimiles angelis futuri ſumus, iam nunc incipiamus eſſe quod nobis in cœleſtibus repromiſſum eſt. Supra ſimplicem expoſitionẽ, quæ nobis in teſtimonio iſto eſſe uidebatur, expreſſimus dicentes: Quantum ad ſimplicem intelligentiam pertinet, ſancta inter uirum & uxorem charitate præcepta nunc iubemur, ut nutriamus & foueamus coniuges: ut ſcilicet eis uictum & ueſtitum, & ea quæ ſunt neceſſaria præbeamus. Hæc noſtra ſententia eſt. Igitur omne quod ſequit deinceps, & opponi nobis poteſt, oſtendimus non ex noſtra, ſed ex contradicentium intelligi debere perſona. Quæ cum ſit breuis & abſoluta reſponſio, & iuxta id quod ſupra diximus, etiã allegoriæ umbris, de eo quod eſt, ad id quod non erat deprauata: tamen

accedam propius, & ſciſcitabor quid tibi in hac diſputatione diſpliceat. Nempe quia dixe/ c
rim,animas ut uiros fouere quaſi uxores corpora ſua,ut corruptiuũ hoc induat incorruptio/
nem, & alarum leuitate ſuſpenſum,in aerem facilius ſubleuetur. Quando dico,corruptiuum
hoc induat incorruptionem,non muto naturam corporum,ſed augeo gloriã. Necnon quod
ſequitur, alarum leuitate ſuſpenſum in aerem facilius ſubleuetur: qui alas aſſumit, id eſt im/
mortalitatem,ut leuius ad cœlum uolet,non perdit eſſe quod fuerat. Sed dices, mouent me
quæ ſequuntur:Foueamus igitur & uiri uxores & animæ noſtræ corpora, ut & uxores in ui/
ros,& corpora redigantur in animas, & nequaquam ſit ſexuum ulla diuerſitas: ſed quomo/
do apud angelos nõ eſt uir,neq; mulier:ita & nos qui ſimiles angelis futuri ſumus,iam nunc
incipiamus eſſe in terris, quod nobis in cœleſtibus repromiſſum eſt. Recte mouerent, niſi
poſt priora dixiſſem,iam nunc incipiamus eſſe, quod nobis in cœleſtibus repromiſſum eſt.
Quando dico,hic eſſe incipiamus in terris, naturam non tollo ſexuum, ſed libidinem & coi/
tum uiri & uxoris aufero, dicente Apoſtolo: Tempus breue eſt, reliquum eſt ut & qui ha/
bent uxores,ſic ſint quaſi nõ habeant.Et dominus interrogatus in euãgelio:cuius de ſeptem
fratribus in reſurrectione eſſe deberet uxor, ait: Erratis neſcientes ſcripturas, neq; uirtutem
dei:in reſurrectione enim neq; nubent,neq; nubentur,ſed erunt ſicut angeli dei in cœlo.Et re
uera ubi inter uirum & mulierẽ caſtitas eſt:nec uir incipit eſſe, nec fœmina: ſed adhuc in cor/
pore poſiti,mutantur in angelos:in quibus non eſt uir neq; mulier. Quod & in alio loco ab
eodem Apoſtolo dicitur: Quicunq; in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis: non eſt
Iudæus neq; Græcus,non eſt ſeruus neq; liber, nõ eſt maſculus neq; fœmina. Omnes enim
unum uos eſtis in Chriſto Ieſu. Sed quoniam de confragoſis & aſperis locis enauigauit
oratio, & hæreſeos crimen impactũ tota frontis libertate repulimus, ad alias eius accuſatio/
nis partes,quibus nos mordere nititur,tranſeamus.E quibus prima eſt, me hominem male/
dicum,omnium detractorem, in præceſſores meos genuinum ſemper infigere. Det unum,
cuius in opuſculis meis nomen taxauerim, uel quẽ iuxta artem illius, figurata laude perſtrin D
xerim.Sin autem contra inuidos loquor: & L. Lauinium uel Aſinium Pollionem de genere
Corneliorum,ſtili mei mucro conuulnerat:ſi hiſtricoſæ & liuidæ mentis hominem à me ſub 7
moueo,& ad unum ſtipitem,cũcta iacula dirigo: quid uulnera ſua partitur in multos? Quid
ex impatientia reſpondendi,oſtendit ſe eſſe qui petitur? Obijcit mihi mixtum periurium ſa/
crilegio, quod in libro quo ad inſtituendam Chriſti uirginem loquor: ante tribunal iudicis
dormiens pollicitus ſim, nunquam me literis ſecularibus daturum operam, & nihilominus
damnatæ eruditionis interdum meminerim. Nimirũ iſte eſt Saluſtianus Calphurnius: qui
nobis per Magnum oratorem,non magnam mouerat quęſtionem:cui libello breui ſatisfeci
mus. Nunc quod inſtat pro ſacrilegio atq; periurio ſomnij reſpondendum eſt. Dixi me ſecu
lares literas deinceps non lecturum:de futuro ſponſio eſt,non præteritæ memoriæ abolitio.
Et quomodo(inquies) tenes, quod tanto tempore non relegis? Rurſum ſi aliquid de ueteri/
bus libris reſpondero & dixero:adeo in teneris conſueſcere multum eſt: dum renuo,crimen
incurro:& pro me teſtimonium proferens,hoc ipſo arguor,quo defendor. Scilicet nunc lon
go ſermone texendum eſt, quod probant conſcientiæ ſingulorum. Quis noſtrum non me/
minit infantiæ ſuæ? Ego certe,ut tibi homini ſeueriſſimo riſum moueam: & imiteris aliquan/
do Craſſum,quem ſemel in uita dicit riſiſſe Lucilius: memini ne puerum curſitaſſe per cellu/
las ſeruulorum: diem feriatum duxiſſe luſibus: & ad Orbilium ſæuientem de auiæ ſinu tra/
ctum eſſe captiuum.Et quo magis ſtupeas,nunc cano & recaluo capite,ſæpe mihi uideor in
ſomnis comatulus:& ſumpta toga,ante rhetorem controuerſiolam declamare. Cumq; ex/
perrectus fuero,gratulor me dicendi periculo liberatum.Crede mihi multa ad purum recor/
datur infantia.Si literas didiciſſes,oleret teſta ingenioli tui, quo ſemel fuiſſet imbuta.Lana/
rum conchylia nullæ aquæ diluunt.Etiam aſini & bruta animalia, quamuis in longo itinere,
nouerunt ſecundo diuerticula. Miraris ſi ego literas latinas non ſum oblitus,cum tu Græcas
ſine magiſtro didiceris? Septem modos concluſionum, dialectica me elementa docuerunt:
quid

A quid significet ἀξίωμα, quod nos pronunciatum possumus dicere, quomodo absq; uerbo
8 & nomine nulla sententia fit. Soritarum gradus, pseudomeni argutias, sophismatũ fraudes.
Iurare possum me postquã egressus de schola sum, hæc nunquã omnino legisse. Bibendum
9 mihi erat igitur de Lethæo gurgite iuxta fabulas poetarum: ne arguar scire quod didici. En
tu qui in me paruam criminaris scientiam, & uideris tibi literatulus atq; rabbi: responde, cur
scribere aliqua ausus sis, & uirum disertissimum Gregorium pari eloquij splendore transfer-
re. Vnde tibi tanta uerborum copia, sententiarum lumen, translationũ uarietas, homini, qui
oratoriam uix primis labris in adolescentia degustasti? Aut ego fallor, aut tu Ciceronem oc-
culte lectitas. Et ideo tam disertus es, mihi ĉq; lectionis eius crimen intendis, ut solus inter ec-
clesiasticos tractatores eloquentiæ flumine glorieris: licet magis philosophos sequi uidearis,
spinas Cleantis, & contorta Chrysippi non ex arte quam nescis, sed de ingenij magnitudine.
Et quoniam Stoici logicam sibi uindicant, & tu huius scientiæ deliramenta cõtemnis, in hac
parte Epicuræus es. Nec quæris quomodo, sed quid loquaris. Quid enim ad te pertinet, si a-
lius non intelligat, quid uelis dicere: quia non ad omnes, sed ad tuos loqueris? Deniq; & ego
scripta tua relegens quanquam interdum non intelligam quid loquaris, & Heraclitum me le
gere putem: tamen non doleo, nec me pœnitet tarditatis. Id enim in legendo patior, quod tu
pateris in scribendo. Hæc dicerem, si quippiam uigilans promisissem. Nunc autem nouum
impudentiæ genus, obijcit mihi somnium meum. Vtinam celebritas loci & sanctorum de to
to orbe conuentus, sineret me diuinas scripturas legere. Intantum spacia non habeo externa
meditandi. Sed tamen qui somnium criminatur, audiat prophetarum uoces, somnijs nõ esse
credendum: quia nec adulterium somnij ducit me ad tartarũ, nec corona martyrij in cœlum
leuat. Quoties uidi me esse mortuum, & in sepulchro positum? Quoties uolare super terras,
& montes ac maria natatu aeris transfretare? Cogat ergo me non uiuere, uel pennas habe-
re per latera: quia uagis imaginibus mens sæpe delusa est. Quanti in somnis diuites, apertis
B oculis repente mendici sunt? Sitientes flumina bibunt: & experrecti, siccis faucibus æstuant.
Tu à me somnij exigis sponsionem: ego te uerius strictiusq; conueniam. Feci sti omnia quæ
in baptismate promisisti? Quicquid monachi uocabulum flagitat, nostrum uterq; comple-
uit? Caue quæso, ne per trabem tuam, festucam meam uideas. Inuitus loquor, & retrectan-
tem linguam, dolor in uerba compellit. Non tibi sufficiunt, quæ de uigilante confingis: nisi &
somnia crimineris. Tantam habes curiositatem meorum actuum: ut quid dormiẽs fecerim,
dixerim ue, discutias. Prætermitto, quæ contra me loquens, propositũ tuum deturpasti: quæ
in depompationem omnium Christianorum, & uerbis & opere feceris. Hoc unum denun-
cio, & repetens iterum iterumq; monebo, Cornutã bestiam petis. & nisi cauerem illud Apo-
stoli: maledici regnum dei non possidebunt: & mordentes inuicem, consumpti estis ab inui-
cem: iam nunc sentires de paruula subdolaq; concordia, magnam tibi in mundo ortam esse
discordiam. Quid tibi prodest, apud notos pariter & ignotos in nos maledicta congerere?
An quia Origenistæ non sumus, & in cœlo nos peccasse nescimus, in terris arguimur pecca-
tores? Et ideo in concordiam rediimus, ut mihi loqui cõtra hæreticos non liceret: ne si illos
descripsero, tu te appetitũ putes? Quamdiu non renuebam laudationem tuam, sequebaris
ut magistrum, fratrem & collegam uocabas, & catholicum in omnibus fatebaris. Postquam
non agnoui laudes tuas, & me indignum tanti uiri preconio iudicaui, ilico uertis stilum, & o-
mnia laudata prius uituperas: de eodem ore & dulce proferẽs & amarum. Sentis ne quid ta-
ceam? Quod æstuanti pectori uerba nõ commodem? & cum psalmista loquar: Pone domi-
ne custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labrijs meis? Non declines cor meum in uer-
ba maliciæ. Et alibi: Cum consisteret aduersum me peccator, obmutui, & humiliatus sum, &
silui à bonis. Et rursus: Factus sum quasi homo non audiens, nec habens in ore suo redargu-
tiones. Sed pro me ultor tibi dominus respondebit: qui dicit per prophetam, Mihi uindicta,
& ego retribuam dicit dominus. Et in alio loco: Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris,
& aduersus filiũ matris tuæ ponebas scandalũ. Hæc feci sti & tacui, existimasti inique, quod

ero tui similis: arguam te,& statuã contra faciem tuam:ut in te uideas condemnata, quæ fal- c
so in alijs criminaris.Audio præterea obijci mihi à Chrysogono sectatore eius:cur in bapti-
smate dixerim uniuersa peccata dimitti:& mortuo bimarito,nouum uirum in Christo resur-
gere: atq; istiusmodi sacerdotes in ecclesijs esse nonnullos. Cui breui sermone respondebo:
habent libellum,quem in crimen uocant:ille respondeat:hunc sua disputatione subuertat,&
scripta scriptis arguat.Quid austeritate frontis & contractis rugatisq; naribus, cõcaua uerba
trutinatur: & sanctitatem apud uulgus ignobile simulato rigore mentiẽ? Audiat nos iterum
proclamantes:ueterem Adam in lauacro totum mori,& nouum cum Christo in baptismate
suscitari:perire Choicum,& nasci supercœlestem.Hæc dicimus,nõ quod ipsi propicio Chri-
sto hac quæstione teneamur:sed interrogati à fratribus,quid nobis uideretur,respondimus:
nulli præiudicãtes sequi quod uelit: nec alterius decretũ,nostra sententia subuertentes. Neq;
enim ambimus sacerdotium,qui latemus in cellulis:nec humilitate damnata, episcopatũ au-
ro redimere festinamus: nec electum pontificem à deo, rebelli cupimus mente iugulare: nec
fauendo hæreticis,hæreticos nos docemus.Pecunias nec habemus,nec habere uolumus: ha
bentes uictum & uestitum his contenti sumus:illud de ascensore montis dominici iugiter de-
cantantes:Qui pecuniam suam non dedit ad usuram,& munera super innocentem non acce
pit. Qui facit hæc,non mouebitur in æternum.Ergo qui non facit,iam corruit in æternum.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

Αρμάκων θανάσιμον,) Id est, uenenum mortiferum. Prædicationis diasyrticæ strophis) Διασύρω Græce est distraho, siue dilacero.Stropha est oblique tortus sermo, id est, cum aliud agimus, quam oratio præ se ferat:ut si quid dissuadendo suadeamus, laudando uitu-
peremus. Figuratum itaq; morsum, diasyrticas strophas appellat. Male sarta.) Id est re-
conciliata:nequicquam coit, id est,frustra connectitur, & rescinditur. Translatum est à
sartura uestis.Est autem carmen ex epistolis Horatianis. Et nihili hominem.) Id est,nullius precij,& contemptissimum.Hoc admonui,quod hunc locum offenderim mire depraua-
tum,sed nõ uno modo. Et ἀρπώσεις Marcionis.) Nam id scriptum fuisse coniecto ex uestigijs quibusdam codicum, ἀρπώσις D
Græce instauratio est,Sentit enim illum renouasse Marcionis heresim ex suis libris. Et illius repente doctrinam.) Hæc Ironiam habent, cum ille nunquam fuerit doctus, & ipse pro docto sit habitus.

Sic pater ille deus.) Verba sunt Aeneæ optantis ut Mezentius secum congrediatur, ita ut minita-
batur. Locus est Aeneidos libro decimo, aliquot uerbulis commutatis. Hieronymus carmen ad suam
accommodauit sententiam. Quamuis librauerit.) In nonnullis erat,limauerit. Forte uibrauerit le-
gendum. Cerealiaq; arma.) Palàm irridet aduersarios. Cerealia arma dicuntur,quibus frumentum 2
molitur, pinsitur & coquitur:quæ omnia sordida sunt.Et addidit,fessi rerũ,hoc est, adacti inopia.Allu
sit autem, imò retulit uerba Maronis e primo Aeneidos. De mundis uel intermundis.) Sic enim ha
bebant quædam exemplaria. Sic autem dixit intermundum,ut nos interregnum. Sub autoritate te-
stis.) Nam martyr Græce testem significat. Et inclytus ἀσωμάτας.) Sic habebatur.Quidam codices
indicant scribendum esse συγγραφεὺς, id est scriptor.Mihi magis probatur σωτάκτης, id est,compo-
sitor.Nam illud tractator,ab interprete quopiam additum est. Et σώταγμα, librũ studio elaboratum
significat,& mox sequitur de syntagmate. Ita ut corruptũ.) κορυφαῖον legendum est,non corruptum,
hoc est,ducem & antesignanum. κορυφὴ Græce uertex & apex est. Vnde Coryphæum uocant sum-
mum & principem cæterorũ. Et in isto uolumine ψευδεπιγράφῳ.) Id est,falsæ inscriptionis siue falsi
tituli. Palinodiam.) Id est recantationem, quod uulgò uocant reuocationem. Stesichorus enim uitu
perata uersibus Helena oculis orbatus est,donec eadem laudata recepit. Τῆς ἀκλογίας.) Id est defen-
sionis. Sardanapalum.) Rex Assyriorum fuit Sardanapalus,uir quauis muliere corruptior. Sa- 3
pientiæ columen.) Ironia amarulentior.Columina uocamus principes & summos, quasi columnas.
Qui sui apud Latinos impar est.) Imparem dixit pro dissimilis. Notat enim Ruffinũ qui Gregorium
uerterat Latine,sed parũ feliciter.Proinde qui apud suos eloquentissimus erat,interpretis uitio dissimi-
lis erat apud Latinos. Ad certa perueniã.) Ex Latinis uestigijs codicũ conijcio subijciendã hoc loco
Græcam uocem ἀντίμαχον, id est aduersariũ,uel ἀντίζηλον, id est æmulum,uel ἀντίπαλον, id est aduer
sarium.Malim ὁμογρόντα aut ἀθλωογρόντα, si quid suffragarentur exemplaria, ut intelligas senẽ disci
pulũ.Hac uoce & aliàs in Ruffinũ utitur. Bonus trapezita.) Id est argentarius siue mensarius. Sus
Mineruã.) Minerua dea iuxta fabulas poetarũ præses est ingeniorũ & artiũ.Sus animal stupidissimũ
& indocile.Ita dicunt,sus Mineruã,subaudi docet,cum indoctus docet doctissimũ,stultus cõsilium dat
sapienti. In syluam ligna.) Qui docet eum qui abundat doctrina, ligna deportat in syluam,unde pe-
tuntur ligna. Alluſit ad Horatianum illud:In syluam non ligna feras insanius. Aristarchus nostri.) 4
De Ari-

A De Aristarcho censore scriptorum, aliâs diximus. Cernulus.) Legendum opinor cernuus, hoc est, pronus & intentus, quod Graeci dicunt ὠτακούστως. Vsus est hoc uerbo Prudentius in hymno ante cibum dicendo. Quod modo cernua fœmineis uipera proteritur pedibus. Hyperbata.) Cum multis interiectis uerbis, sermonis series perturbatur. Fit autem aliquãdo ut in huiusmodi scriptor parum attentus, non reddat id quod cœpit, oblitus sui. Hiulcam fugere.) Creber consonantiũ concursus asperiorem facit orationem: creber uocalium coitus, hiulcam, hoc est hiantem facit. Nam uocales oris hiatu pronunciantur. Eligat ipse quod uicio.) Significat nihil illic esse non uitiosum. Ne illud quidem Socrati.) Hoc loco uerbum, debuerat, additũ uidetur ab indocto quopiam. Satis erat, ne illud quidem Socraticum nosse: ut infinitum ponatur abrupte propter affectum admirationis. Nauem agere ignarus timet.) Versus sunt Horatij ex epistola ad Augustum. Abrotanum herba medica est, quæ minore
5 tamen periculo datur quam elleborum. Dissimulabat.) Seruit argumentationi Hieronymus. Nam in alia quadam epistola, palàm dicit, Paulum ignorasse Græcam grammaticam. Mussitare.) Est tacite timideq; loqui. Inter paruulos.) Græca desunt. Ex Latinis literarum uestigijs legendum conjicio ἀληγογέρων, quasi dicas, senex scholasticus. Nam Minerua studijs præsidet, quæ Grecis Athena dicitur. Croesos.) Venuste mutauit numerum, id est, quamuis elatus sit diuitijs. Plus olei.) Quia ad lucernulam lucubrabat. Vtà cane ϱω.) Demosthenes cum primũ accederet ad rhetoricam, primam rhetoricæ literam non poterat exprimere, nempe, r, quam literam caninam uocant: hanc enim ex primunt canes rixantes. Non tu in triuijs.) Ex Aeglogis Vergilianis. Cirratorum turba.) Cirratos pueros appellat ob capillos nondum attonsos, ita Persius: Ten Cirratorum centum dictata fuisse. Milesiorum.) Milesia uocat lasciuas fabulas, cuiusmodi sunt Apulei de asino aureo. De quo copiose politissimus ille Politianus in sua centuria. Testamentum suis.) Apparet simile fuisse argumentum de sue testamentum condente, quod bessos, hoc est, barbaros magnopere delectaret. De Bessis diximus in Epitaphio Nepotiani. Fictus Hariolus.) Qui fingit se posse diuinare. Nares uerberat,) Dum offert olfaciendum aliquid, ut ita risus causa nasum feriat: aut gustandum offert, ut os pungat. Scorpionem uocat uncum ferrum, aut simile quiddam. Similem sententiam habet hoc ipso tomo, secundo aduersus Iouinianum libro: In circulis platearum quotidie fictus ariolus, stultorum nares uerberat, & obtorto fuste dentes arrodentum quatit. Porrò quum illic fustem nominet pro scorpione, pro
6 babile est, hic scipionem fuisse scriptũ potius q; scorpionem. Origenis & nos.) Quidam addiderãt, hæc Origenis, omnem uno pronomine subuertentes sententiam. Nam hactenus Origenes recitauit
B Platonis uerba. Quæ sequuntur ipsius sunt. Ideo addidit Origenis, ut intelligas ab ipso subijci non ex Platone citari. καταφιλήσατε.) Id est, deosculamini. Nam hanc uocem reposui ex uestigijs Latinorum codicum, quam & alibi in huius scriptis deprehendimus: ueteres enim osculo adorabant. Alexandrum.) Aphrodiseum intelligit, cuius extant problemata. Ne per somnium quidem.) Prouerbialiter dictum est, οὐδὲ κατόναρ, pro eo quod est, ne leuiter quidem. Quia prius nouerat.) Indicat elegantiã uerbi. Agnoscimus enim proprie prius cognita. Cognoscimus quæ discimus. Quia ἀλληγορικῶς.) Allegorice, quidam codices μεταφορικῶς. Nihil autem interest, nisi quod allegoria perpetua metaphora est. Morbo regio.) Hic est quem Graeci uocant Ictericum. Phthisi.) Id est, tabe, Græce φθίσις. Quanquam magis arbitror legendum φθειράσει, id est, morbo pediculari, qui fœdus est, & intolerabilis, quemadmodum & cancer. Lauinium.) Lauinius inuidebat Terentio. Asinius Pol
7 lio infensus erat Ciceroni, & inuidebat gloriæ illius, ut testatur Seneca in controuersijs. Si histriculæ.) Quidam codices habebant histricolæ, legendum opinor, histricosæ. Histrix animal est ex genere erinaceorum, quod tergum habet spinis obsitum, quas cum uult eiaculatur. Vnde histricosę mentis uocat, qui spinas in animo habet, quibus alios petat. Salustianus Calphurnius.) Ita subinde uocat Ruffinum, ut indoctum & crassum. Quis autem is fuerit, quoniam huius historiæ interciderunt exceptis pauculis fragmentis, non facile est explicare. Adeo in teneris.) Hemistichium est Vergilianum, & ideo addit, dum renuo crimen incurro. Dum negat se legere poetas, citat carmen poetæ. Ad Orbilium sæuientem.) Orbilius ludi literarij magister fuit, quem Horatius plagosum uocat, cuiusmodi sunt ferme omnes. Hoc loco quidam portenta quædam induxerant, ad horribilium personas paruentem. Comatulus.) Id est, cirratus, ut ante dixi, hoc est somniabat se puerum adhuc. Con
8 chylia.) Id est purpuræ. Ἀξίωμα.) Quam nunc propositionem uocant, ueteres uarijs appellabant nominibus, ut testatur Gellius. Soritarum gradus.) Soriten Graeci, Latini uocant acerualem, insidiosum syllogismum. Vt, triginta annos natus, non est senex. Quid si accedat dies? Non, quid si alter? Et sic gradatim interrogando nunquam fiet senex. Vnus nummus non facit diuitem, quid si accedat unus? quid si unus? Pseudomeni argutias.) ψευδόμενο Græce mentiens. Est & hoc insidiosum syllogismi genus, seipsum destruentis. Cretentes mendaces. Si uerum est, non sunt mendaces, cum Epimenides qui hoc dixit fuerit Cretensis. Si falsum est, non dixit uerum Epimenides. Igitur men
9 daces Cretenses. Sophismatum fraudes.) Elenchos intelligit, qui uarijs modis decipiunt, Aequiuocatione, Amphibologia, Diuisione, & alijs huiusmodi rationibus, quas tradidit Aristoteles. De Letheo gurgite.) Videlicet ut posset obliuisci. Et Heraclitum.) Heraclitus data opera obscurus fuit

in libris. Vnde cognomen inditũ Scotini, id est tenebricosi. De hoc Socrates dixit, ad illius libros intel- C
ligendos opus esse Delio natatore. At ò deus bone, qũid si Hieronymus audisset quosdã huius ætatis theologos rhetoricantes, & abyssalem illã suam sapientiã prodigiosis schematis efferentes. Nõnullis in locis uidetur diuus Hieronymus secum pugnare. Siquidẽ in epistola, in qua narrat hoc somniũ, plane negat fuisse somnium, sed reperisse se scapulas plagis liuentes: hic ridet tanq; friuolũ somnium. Propositum tuum.) Cum & ipse monachus esset. In depompationem.) Id est, in traductionem & infamationem. Nam in pompis circumferebant quędã spectanda populo. Perire Choicum.) χοϊκὸς, id est terrenum, dictum apparet Græce quasi χνοϊνὸς, id est puluereus. Nam χνοὺς puluis.

APOLOGIAE HIERONYMI ADVERSVS RVFFINVM LIBER SECVNDVS.

HVcusque de criminibus, imò pro criminibus meis: quæ in me quondam subdolus laudator ingessit, & discipuli eius constantius arguunt: non ut debui, sed ut potui, moderato dolore respondi. Propositũ quippe mihi est, nõ tam alios accusare, quàm me defendere. Veniam ad apologiam eius, qua sancto Anastasio, Romanæ urbis episcopo satisfacere nititur: & in defensionem sui, mihi rursum calumniam struit, tantumq; me diligit, ut raptus turbine, & in profunda demersus, meum potissimum inua- I
dat pedem, ut mecum aut liberetur, aut pereat. Dicit se primum respondere rumoribus, quibus illius Romæ carpatur fides, hominis probatissimi tam in fide, quàm in charitate dei. Et nisi post triginta annos parentibus redditus, nollet eos deserere, quos tam tarde uiderat, ne inhumanus putaretur, aut durus: & tam longi itineris labore fragilior, ad iterandos labores esset infirmus: ipsum uenire uoluisse. Quod quia non fecerit, cõtra latratores suos misisse baculum literarum: quem ille teneret in dextera, & sæuientes contra se abigeret canes. Si probatus est cunctis, & maxime ipsi cui scribit episcopo in fide & charitate dei: quomodo Romæ mordetur & carpitur, & appetitæ æstimationis eius fama crebrescit? Deinde cuius est humilitatis, probatũ se dicere in fide & charitate dei, cum apostoli petant: Domine adauge nobis D
fidem, & audiant: Si habueritis fidem, ut granum sinapis. Et ad ipsum dicatur Petrum: Modicæ fidei, quare dubitasti? Quid loquar de charitate, quæ & fide & spe maior est: & quam Paulus optat potius q̃ præsumit: sine qua & martyrio sanguis effusus, corpusq; flammis traditum, coronam non habet præmiorum? Harum utranq; iste sic sibi uindicat: ut tamen contra se habeat latratores: qui nisi inuicti pontificis baculo repellãtur, latrare non cessant. Illud uero ridiculum, quod post triginta annos ad parentes se reuersum esse iactat, homo qui nec patrem habet, nec matrem, & quos uiuentes iuuenis dereliquit, mortuos senex desiderat: nisi fortè parentes militari uulgaricq; sermone, cognatos & affines nominat: quos quia nõ uult deserere, ne inhumanus putetur aut durus, idcirco patria derelicta, Aquileiæ habitat. Periclitatur Romę illa probatissima fides eius: & hic supinus & lassulus post triginta annos per mollissimum Flaminiæ iter, essedo uenire non potest: sicq; prætendit longi itineris lassitudinem, quasi triginta annis semper cucurrerit: aut biennio Aquileiæ sedens, præteriti itineris labore confectus sit. Carpamus reliqua, & ipsa epistolæ eius uerba ponamus. Quamuis igitur fides nostra persecutionis hæreticorum tempore, cum in sancta Alexandrina ecclesia degeremus in carceribus & exilijs, quæ pro fide inferebantur, probata sit. Miror quod non adiecerit, uinctus Iesu Christi, & liberatus sum de ore leonis: & Alexandriæ ad bestias pugnaui, & cursum consummaui, fidem seruaui, supereſt mihi corona iustitiæ. Quæ, malum, exilia, quos iste carceres nominat? Pudet me apertissimi mendacij: quasi carceres & exilia absq; iudicum sententijs irrogentur. Volo tamen ipsos scire carceres, & quarum prouinciarũ se dicat exilia sustinuisse. Et utiq; habet copiam de multis carceribus & infinitis exilijs unũ aliquod nominandi. Prodat nobis confessionis suæ acta, quæ hucusq; nescimus: ut inter alios Alexandriæ martyres huius quoq; gesta recitemus: & contra latratores suos possit dicere: De cętero nemo mihi molestus sit, ego enim stigmata domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto. Tamen & si quis nunc est, qui uel tentare fidem nostram cupit, uel audire, uel discere:

sciat

A ſciat quod de trinitate ita credimus: & reliqua. Supra contra canes tuos baculum epiſcopo porrigis, quo pro te munitus incedat: Nunc quaſi ambigens dicis: Si quis eſt qui tentare fidem noſtram cupit: denuo dubitas, cum multorum latratus ad te uſq; peruenerint. Non diſcutio parumper elocutiones tuas, quas & tu contemnis & deſpicis, tantum ſenſibus reſpondebo. Aliud à te quæritur, & pro alio ſatisfacis. Contra Arij dogmata, iam Alexandriæ in carceribus & exilijs dimicaueras, non uoce ſed ſanguine: Nunc ſuper Origenis hæreſi tibi calumnia commouetur. Nolo cures quæ ſana ſunt, uulnera medicare. Trinitatem dicis unius eſſe deitatis. Hoc toto credente iam mundo: puto quod & dæmones confiteantur filium dei natum de Maria uirgine, & carnem naturæ humanę atq; animam ſuſcepiſſe. Si arctius quid rogauero, contentioſum uocabis. Si dicis filium dei humanæ naturæ carnem atq; animam ſuſcepiſſe: oro te, ut abſq; ſtomacho reſpondeas: anima iſta quam ſuſcepit Ieſus, erat ne antequam naſceretur ex Maria? An in origine uirginali, quæ de ſpiritu ſancto naſcebatur, cum corpore ſimul creata eſt: uel iam in utero corpore figurato, ſtatim facta & miſſa eſt de cœlo? E tribus unum quid ſentias, ſcire deſidero. Si fuit antequã naſceretur ex Maria: necdum ergo erat anima Ieſu, & agebat aliquid: ac propter merita uirtutum poſtea facta eſt anima eius. Si cœpit ex traduce, humanarum igitur animarum, quas ęternas fatemur, & brutorum animantium, quæ cum corpore diſſoluuntur, una conditio eſt. Sin autem figurato corpore ſtatim creatur & mittitur: fatere ſimpliciter, & nos ſcrupulo libera. Nihil horum loqueris: ſed occupatus in alijs, ſimplicitate noſtra abuteris, & præſtigijs pompaq; uerborum hærere nos non ſinis quęſtioni. Quid, inquies, nónne quæſtio erat de reſurrectione carnis & pœnis diaboli? Fateor. Ergo breuiter pureq; reſpõde. Non quæro quod ſcribis eandem carnem reſurgere, in qua uiuimus, nullo membro amputato, nec aliqua parte corporis defecta: hæc enim tua uerba ſunt: ſed quæro, quod Origenes negat, utrum in eodem ſexu quo mortua ſunt corpora ſuſcitentur: & Maria Maria, Ioannes reſurgat Ioannes: An commixto ſexu atq; turba-
B to, nec uir, nec fœmina ſit, ſed utrunq; uel neutrum: Et an ipſa corpora incorrupta & immortalia: & ut argute præmones, iuxta Apoſtolum ſpiritualia permaneãt in æternum: & non ſolum corpora, ſed caro & ſanguis infuſus uenis & oſſibus irrigatus, quæ Thomas tetigit: An certe paulatim reſoluantur in nihilũ, & ad quatuor unde compacta ſunt elementa, retrahantur? Hæc aut dicere debueras, aut negare, & non ea loqui quæ ſubdole Origenes fatetur, quaſi fatuis & pueris illudens: nullo membro amputato, nec aliqua corporis parte defecta. Scilicet hoc timuimus, ne ſine naſo & auribus ſurgeremus, & amputatis ſectisq; genitalibus, eunuchorum in cœleſti Hieruſalem ciuitas conderetur. Porrò de diabolo ſic ſententiam temperat: Dicimus quoq; & iudiciũ futurum, in quo iudicio unuſquiſq; recipiet propria corporis, pro ut geſſit, ſiue bona ſiue mala. Quod ſi homines recepturi ſunt pro operibus ſuis, quãto magis & diabolus, qui omnibus extitit cauſa peccati? De quo illud ſentimus quod ſcriptũ eſt in Euangelio: quia & ipſe diabolus, & omnes angeli eius, cum his qui opera eius faciunt, id eſt, qui criminãtur fratres, cum ipſo pariter æterni ignis hæreditate potientur. Si quis ergo negat diabolum æternis ignibus mancipari, partem cum ipſo æterni ignis accipiat, ut ſentiat quid negauit. Repetamus ſingula. Dicimus, inquit, futurũ iudicium: in quo iudicio, & cætera. Super uerborum uitijs tacere decreueram, ſed quia diſcipuli eius mirantur eloquentiam præceptoris, pauca perſtringam. Dixerat iudicium futurum, ſed homo cautus timuit ſolum dicere, in quo, & poſuit, in quo iudicio: ne ſi non ſecũdo repetiſſet iudiciũ, nos obliti ſuperiorum, pro iudicio aſinum putaremus. Illud quoq; quod poſtea infert: qui criminantur fratres, cum ipſo pariter æterni ignis hæreditate potientur, eiuſdem eſt uenuſtatis. Quis enim unquã audiuit potiri ignibus, & fruſupplicijs? Sed homo Græcus uidetur mihi ſeipſum interpretari uoluiſſe, & pro eo quod apud eos dicitur κληρονομήσουσιν, & apud nos uno uerbo dici poteſt hæreditabũt, cõpoſitius & ornatius dixiſſe, hæreditate potiẽtur. Iſtiuſmodi nugis & acy-
2 rologijs, omnis eius ſcatet oratio. Sed reuertamur ad ſenſum. Grandi diabolus lancea percutitur, qui omnibus extitit cauſa peccati, ſi pro operibus ſuis quaſi homo redditurus eſt ratio-

nem

nem,& cum angelis ſuis ęterni ignis hæreditate potietur.Hoc enim deerat,ut hominibus tor c
mento ſubditis, ille potiretur ignibus æternis, quos tanto tempore deſiderauerat.Et uideris
mihi calumniam in hoc loco facere diabolo, & criminatorem omnium, falſis criminibus ac
cuſare.Dicis enim,qui omnibus extitit cauſa peccati,& dum in illum refers crimina,homines
culpa liberas,tollisq; arbitrij libertatem,ſaluatore dicente, quod de corde noſtro exeunt co
gitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta,falſa teſtimonia,blaſphemiæ.Et
rurſum de Iuda in Euāgelio legimus:Poſt buccellam intrauit in eum ſatanas, quia ante buc
cellam ſponte peccauerat:& nec humilitate,nec clementia ſaluatoris flexus eſt ad pœnitenti
am. Vnde Apoſtolus: Quos tradidi,inquit,ſatanæ,ut diſcant non blaſphemare.Et in alio lo
co: Tradidi huiuſmodi ſatanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſaluus fiat. Tradidit eos ſata
næ,quaſi tortori ad puniendum:qui antequam traderentur, uoluntate propria blaſphema
uerant.Et Dauid:Ab occultis,inquit,meis munda me domine, & ab alienis parce ſeruo tuo:
breuiter & ſuæ uoluntatis errorem & uitiorum incentiua ſignificans. In Eccleſiaſtico quoq;
legimus:Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper cor tuum, locum tuum ne dimiſe
ris. Ex quo liquido apparet, ſi dederimus aſcendenti locum, nos peccaſſe qui dederimus,&
aſcendentem muros hoſtem non præcipitem deturbauerimus. Quod autem imprecaris fra
tribus,hoc eſt,criminatoribus tuis,æternos ignes cum diabolo: non tam fratres mihi uideris
premere, quàm diabolum ſubleuare, cum ijſdem quibus homines Chriſtiani ignibus pu
niendus ſit.Ignes autem æternos,quos intelligere ſolet Origenes, puto quod te non fugiat,
conſcientiam uidelicet peccatorum,& pœnitudinem interna cordis urentem.De qua & Eſai
as loquitur: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Et ad Babylo
nem ſcriptum eſt: Habes carbones ignis, ſedebis ſuper eos: hi erunt tibi in adiutorio. Et in
pſalmo pœnitens audit: Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam? Sa
gittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatorijs: ut linguam doloſam, ſagittæ præcepto
rum dei (de quibus in alio loco propheta dicit: Verſatus ſum in miſeria,dum configitur mi d
hi ſpina) uulnerent atq; confodiant,& peccatorum in ea ſolitudinem faciant. Illud quoq; te
ſtimonium,in quo dominus loquitur:Ignem ueni mittere ſuper terram, & quàm uolo ut ar
deat:ſic interpretatur:Omnes cupio agere pœnitentiam, & excoquere ſpiritu ſancto uitia at
que peccata. Ipſe enim ſum de quo ſcribitur: Deus ignis conſumens eſt. Non ergo grande
eſt hoc de diabolo dicere, quod & hominibus præparatum eſt.Magis debueras, ut ſuſpicio
nem ſalutis diabolicæ declinares,dicere: perditio factus es,& non eris in æternum: & ex per
ſona domini loquentis ad Iob de diabolo:Ecce ſpes eius fruſtrabitur eum,& uidentibus cun
ctis pręcipitabitur.Nō quaſi crudelis ſuſcitabo eum.Quis enim reſiſtere poteſt uultui meo?
Quis autem dedit mihi ut reddam ei? Omnia quæ ſub cœlo ſunt,mea ſunt.Non parcam ei,
& uerbis potentibus,& ad deprecandum cōpoſitis. Verum hæc poſſunt quaſi ſimplicis ho
minis excuſari:& cum eruditos non ſubterfugiant, apud indoctos præferre innocentiæ ſimi
litudinem.Quod ſequitur de animarum ſtatu,excuſari omnino non poteſt.Dicit enim:Au
dio & de anima quæſtiones eſſe commotas: de qua re utrum recipi debeat querimonia an
abijci,uos probate. Si autem & de me quid ſentiam quæritur, fateor me de hac quæſtione
apud cq; plurimos tractatorū diuerſa legiſſe.Legi quoſdam dicentes, quod pariter cum cor
pore per humani corporis traducem etiam animæ diffundantur: & hæc quibus poterant aſ
ſertionibus confirmabant,quod puto inter Latinos Tertullianum ſenſiſſe, uel Lactantium,
fortaſſis & nōnullos alios.Alij aſſerunt,quod formatis in utero corporibus, deus quotidie fa
ciat animas & infundat.Alij quod factas iā olim,id eſt,tunc cū omnia creauit deus ex nihilo,
nunc eas iudicio ſuo naſci diſpenſet in corpore.Hoc ſentit & Origenes, & nonnulli alij Græ
corum. Ego uero cum hæc ſingula legerim, deo teſte dico quia uſq; ad præſens certi & defi
niti aliquid de hac quæſtione non teneo, ſed deo relinquo ſcire quid ſit in uero, & ſi cui ipſe
reuelare dignabitur.Ego tamen hæc ſingula & legiſſe me non nego, & adhuc ignorare con
fiteor: præter hoc quod manifeſte tradit eccleſia,deum eſſe & animarum & corporum con

ditorem

A ditorem. Antequam de sensibus disputem, Theophrasti uerba mirabor. Audio, inquit, de anima quæstiones commotas esse: de qua re utrum recipi debeat querimonia, aut abijci, uos probate. Si quæstiones de animæ statu in urbe commotæ sunt, quæ est ista querimonia uel querela: quæ utrum recipi debeat, episcoporum iudicio relinquitur? nisi fortè quęstionem & querimoniam idipsum significare putat, quia in Capri commentarijs huiuscemodi figuram reperit. Deinde ponit, legi quosdam dicentes, quod pariter cum corpore per humani seminis traducem etiam animæ diffundantur, & hæc quibus poterant assertionibus confirmabant. Rogo quæ est ista licentia figurarũ? quæ modorum & temporum perturbatio? Legi dicentes, quibus poterãt assertionibus cõfirmabant. Et in consequentibus: Alij asserunt, quod formatis in utero corporibus deus quotidie faciat nouas animas, & infundat. Alij, factas iam olim, id est, tunc cum omnia deus creauit ex nihilo, nũc eas iudicio suo nasci dispenset in corpore. Et hic ordo pulcherrimus. Alij, inquit, asserunt hoc uel illud: alij factas iam olim, id est, tunc cum omnia deus creauit ex nihilo, nunc eas iudicio suo nasci dispenset in corpore. Tam putide & confuse loquitur, ut plus ego in reprehendendo laborem, quàm ille in scribendo. Ad extremum posuit: ego uero cum hæc singula legerim, & adhuc pendente sententia quasi nouum aliquid protulisset, adiecit: Ego tamen hæc singula & legisse me non nego, & adhuc ignorare confiteor. O infelices animas, quæ tantis uitiorum lanceis uulnerantur, non eas puto iuxta Origenis errorem tantum laborasse, cum de cœlo in terras ruerent, & crassis corpo-
3 ribus uestirentur: ut nunc & uerbis & sententijs hincinde collisas, ut prætermittam κακέμφατον, quo de humani seminis traduce diffundi animæ dicuntur. Scio inter Christianos uerborum uitia non solere reprehendi, sed ex paucis ostendere uolui, cuius temeritatis sit docere quod nescias, scribere quod ignores, ut similem prudentiam & in sensibus requiramus. Mittit epistolã, id est, robustissimũ baculũ, quo Romanæ urbis armetur episcopus: & in ipsa quęstione pro qua canes latrant, dicit se nescire quod quęritur. Si ignorat, pro quo sibi calumnia
B cõmouetur: quid necesse est apologiam mittere, quæ non habet defensionem sui, sed ignorantiæ confessionem? Hoc est suspiciones hominũ non sopire, sed serere. Tres super animarum statu ponit sententias, & in fine concludens: singula, inquit, me legisse non nego, & adhuc ignorare confiteor. Arcesilaum, aut Carneadem putes, qui omnia incerta pronunciant, licet & illos superet cautione. Illi enim omniũ philosophorum inuidiam non ferentes, quod *uitam è uita tollerent, uerisimilia repererunt, ut ignorantiã rerum probabili assertione temperarent: iste se dicit incertum, & è tribus omnino nescire quid uerum sit. Si hoc erat responsurus, quæ eum ratio impulit, ut tantum pontificem inscitiæ suæ testem faceret? Nimirũ hæc illa est lassitudo, quod triginta annorũ itinere confectus, Romam uenire non potuit. Quanta & alia nescimus, & tamen imperitiæ nostræ testes non quærimus? De patre, filio, & spiritu sancto, de natiuitate domini saluatoris, super qua Esaias clamitat: Generationem eius quis enarrabit? audacter loquitur, & mysterium omnibus retro seculis ignoratum, scientiæ suæ uindicat: & hoc solum ignorat, quod ignoratum cunctis scandalum facit. Scit quomodo deum uirgo generarit, & nescit quomodo ipse sit natus. Animarum & corporũ conditorem fatetur dominum, siue animæ ante corpora fuerint, siue cum corporum nascantur exordijs, siue iam formatis in utero figuratisq; corporibus immittantur. In omnibus nouimus autorem dominũ. Nec de hoc nunc quæstio est, utrum deus an alius eas fecerit: sed è tribus, quas posuit, quæ sit illarum sententia uera, nescire se dicit. Vide ne statim tibi obijciatur, idcirco te trium ignorantiam cõfiteri, ne unum damnare cogaris: & Tertulliano & Lactantio ideo parcere, ne Origenem cum illis iugules. Quantum memoria suggerit, nisi tamen fallor, nescio me legisse Lactantium συστρεφομένην animam dicere. Cæterum qui legisse te scribis, dic in quo libro legeris, ne ut me dormientẽ, sic illum mortuũ calumniatus esse uidearis. Sed & in hoc contabundus incedis & cautus. Dicis enim: Puto inter Latinos Tertullianũ sensisse, uel Lactantium, fortassis & alios nonnullos. Non solum de animarum statu dubitas, sed de autorũ sentẽtijs putas, & tamen aliquid interest. De animabus aũt apertè nescis, & inscitiam

confiteris

* Vide nũ legendum, ueritatem è uita

confiteris: de autoribus sic nosse te dicis, ut putes potius quàm præsùmas. In solo Origene
nō ambigis. Dicis quippe,hoc sentit Origenes. Interrogabo te,bene sentit,an male? Nescio
inquis. Quid me igitur missis tabellarijs & creberrimis nuncijs docere conaris,ut sciam quod
nescias? Et ne forte non credam imperitiæ tuæ,& arbitrer te callide reticere quod nosti:iuras
deo teste,quod usq; ad præsens certi & definiti aliquid de hac quæstione non teneas:& deo
relinquas scire quid sit in uero,& si cui ipse reuelare dignabitur. Per tanta secula tibi nullus ui
detur dignus fuisse,cui de hac quæstione dominus reuelarit? Non patriarcha,nō propheta,
non apostolus, non martyr? Ne tibi quidem quando in carceribus & exilijs morabaris, hu
iuscemodi sacramenta patuerunt? Dominus in Euangelio: Pater,inquit,reuelaui nomen tu
um hominibus. Qui patrem reuelauit, de animarum statu tacuit: & miraris si contra te fra
trum scandala concitentur,cum id nescire te iures, quod Christi ecclesiæ se nosse fateantur?
Exposita fide sua, imò inscitiæ confessione transit ad aliud: & excusare se nititur, cur libros
περὶ ἀρχῶν in Latinum uerterit.Et hæc scribit ad uerbum. Sanè quia audio etiam inde esse
disputatum,quod quædam Origenis rogatus à fratribus de Græco in Latinū transtuli: pu
to quod omnes intelligant,hæc pro solo liuore culpari.Si enim aliquid est quod displiceat in
autore,quare id ad interpretem detorquetur? Sicut in Græcis habetur, rogatus sum ut Lati
nis ostenderem.Græcis sensibus uerba dedi Latina tantummodo.Siue ergo in illis sensibus
laus inest aliqua, non est mea:siue culpa,similiter non est mea.Audio,inquit,etiam inde esse
disputatum. Quàm prudenter accusationem suam, disputationem uocat. Quod quædam
Origenis rogatus à fratribus de Græco in Latinū transtuli.Quæ sunt illa quædam? Nomen
non habent? Taces? Libelli accusatorum loquuntur. Puto,ait, quod omnes intelligant hæc
pro solo liuore culpari. Pro quo liuore? Num inuidēt eloquentiæ tuæ? Aut feci sti quod nul
lus hominum unquam facere potuit? Ecce & ego Origenis multa transtuli: & præter te ne
mo nec inuidet,nec calumniatur.Si enim,inquit, aliquid est quod displiceat in autore, quare
id ad interpretem detorquetur? sicut in Græcis habetur,rogatus sum ut Latinis ostenderem,
Græcis sensibus uerba dedi Latina tantūmodo. Siue ergo in illis sensibus laus inest aliqua,
non est mea:siue culpa,similiter non est mea. Et miraris si de te homines male sentiant,cum
de apertis blasphemijs dicas, si est aliquid quod displiceat in autore. Omnibus quæ in illis
libris dicta sunt,displicent:& tu solus dubitas, & quereris cur ad interpretem detorqueatur,
quod in translationis tuæ præfatione laudasti.Rogatus eras,ut quomodo habebat in Græ
co,in Latinum uerteres. Vtinam feci sses quod rogatū te esse simulas, nulli nunc inuidiæ sub
iaceres. Si tu translationis seruasses fidem, mihi necessitas non fuisset interpretationem fal
sam uera interpretatione subuertere.Nouit conscientia tua,quæ addideris, quæ subtraxeris,
quæ in utranq; partem,ut tibi uisum fuerit,immutaris:& post hæc audes dicere, quod & bo
na & mala non tibi,sed autori debeant imputari. Et oppressus inuidia adhuc uerba modera
ris,& quasi super aristas pendenti incedens gradu loqueris:Siue in illis sensibus laus est,siue
culpa.Defendere non audes,& tamen damnare non uis.Elige è duobus quod uis,optio tibi
datur:si bona est interpretatio tua,lauda:si mala condemna. Verum excusat se, & subnectit
aliam stropham.Dicit enim:Quinimò etiam aliud adieci,sicut in præfatiūcula mea designa
ui: ut inquantum possem aliquanta deciderem: illa tamen quæ mihi ad suspicionem ueniē
bant, quod non ab ipso Origene ita dicta, sed ab alijs uiderentur esse inserta, propter hoc
quod de eisdem rebus in alijs autoris eiusdem locis catholice dictū legeram. Mira eloquen
tia,& Attico flore uariata,quinimò etiam,& quæ mihi ad suspicionem ueniebant. Ausum il
lum esse hæc Romam uerborum portenta transmittere? Compeditam putes linguam eius,
& inextricabilibus nodis ligatam, uix in humanum sonum erumpere. Sed ad causam rede
am. Quis tibi dedit hanc licentiam, ut multa de interpretatione decideres? Rogatus eras,ut
Græca in Latinum uerteres,non ut emendares:ut alterius dicta proferres,non ut tua conde
res. Non feci sse te quod rogatus es, recidendo plurima confiteris. Atq; utinam præcidisses
mala,& non in assertionem malorum, tua multa posuisses. E quibus unum proferam, ut ex
hoc

A hoc cognoscantur & cætera. In primo libro περὶ ἀρχῶν, ubi Origenes lingua sacrilega blasphemauit, quod filius patrem non uideat: tu etiam causas reddis, quasi ex persona eius qui scripsit: & Didymi interpretaris ἐξόδιον, in quo ille casso labore conatur alienum errorem
4 defendere, quod Origenes quidem bene dixerit, sed nos simplices homines & cicures Ennia ni, nec illius sapientiã, nec tuam qui interpretatus es, intelligere possumus. Prefatio tua quam nominas, & in qua me miris ornas laudibus, te reum pessimæ translationis facit. Dicis enim quod de Græco multa decideris, licet taceas quod addideris. Quæ decidisti, mala erant, an bona? Vtiq; mala. Quæ reseruasti, bona an mala? Vtiq; bona. Neq; enim mala transferre poteras. Ergo mala amputasti, & reliquisti bona? nulli dubium est. Probantur autem quæ translata sunt, penè omnia mala. Quicquid igitur in translatione monstrauero, tibi imputabitur, qui illud pro bono transtulisti. Aliud est, si iniquus censor eiusdem criminis reus, alios de senatu pellis, alios in curia retines. Sed dicis, omnia mutare non poteram, sed ea tantum, quæ addita ab hæreticis arbitrabar mihi amputanda credidi. Pulchre. Si amputasti quæ addita ab hæreticis existimabas: ergo quæ reliquisti, eius sunt quem interpretabaris. Si eius sunt quem interpretatus es, responde, utrum bona an mala sint? Mala transferre non poteras. Semel enim quæ ab hæreticis addita fuerãt amputasti. Nisi forte hæreticorum mala amputare debueris, & Origenis errores in Latinum integros uertere. Dic ergo quare Origenis mala in Latinum uerteris, ut autorem mali proderes, an ut laudares? Si prodis, in præfatione cur laudas? Si laudas, hæreticus approbaris. Restat, ut quasi bona protuleris. Si hæc omnia probantur mala, igitur unius & autor & interpres rei criminis erunt, & implebitur illa sententia: Videbas furẽ, & currebas cũ eo: & cum adulteris portionẽ tuam ponebas. Non est necesse rem planam, argumentatione dubiam facere. Quod sequitur respõdeat: unde illi sit orta suspicio, hæc ab hæreticis addita. Quia, inquit, de eisdem rebus in alijs locis eiusdem autoris catholice dictum legeram. Videamus quod primum est, ut ordine uenerit ad secundum. Probo ego inter multa Origenis mala, hæc maxime hæretica: Dei filium creaturam, spiri-
B tum sanctum ministrũ, mũdos innumerabiles, æternis sibi seculis succedentes: angelos uersos in animas hominum: animam saluatoris fuisse antequam nasceretur ex Maria: & hanc esse, quæ cum in forma dei esset non est rapinam arbitrata æqualem se esse deo: sed se exinaniuit, formam serui accipiens: resurrectionem nostrorum corporum sic futuram, ut eadem membra non habeant: quia cessantibus membrorum officijs, superfluo membra reddantur: ipsaq; corpora tenuia & spiritualia paulatim euanescere, & in auram tenuem atque in nihilum dissipari: in restitutione omnium, quando indulgentia principalis uenerit, cherubim & seraphim, thronos, principatus, dominationes, uirtutes, potestates, archangelos, angelos, diabolum, dæmones, animas omnium hominum, tam Christianorum quàm Iudæorum & gentilium, unius conditionis & mensuræ fore. Cumque ad formam & libram æquitatis peruenerint, & rationabiles creaturas omni corporum fece deposita, nouus de mundi exilio populi reuertentis monstrauerit exercitus, tunc rursus ex alio principio fieri mundum alium, & alia corpora, quibus labentes de cœlo animæ uestiantur: ut uerendũ nobis sit, ne qui nunc uiri sumus, postea nascamur in fœminas: & quæ hodie uirgo, tunc prostibulum sit. Hæc in Origenis libris ego hæretica doceo: tu ostende, in quo eius opere his contraria legeris. Nolo dicas, quæ de eisdem rebus in alijs locis eiusdem autoris catholice dicta legeram, ne me mittas ad sex milia librorum eius, quos legisse beatum papam Epiphanium criminaris, sed ipsa loca nomina: nec hoc mihi sufficiet, nisi eadem dicta ad uerbum protuleris. Non est fatuus Origenes, & ego noui, contraria sibi loqui non potest. Igitur ex hac subputatione illa summa nascitur, non hæreticorum esse quæ amputasti, sed Origenis: cuius ideo mala interpretatus es, quia putasti bona: & tibi tam bona quàm mala illius imputanda: cuius scripta in prologo comprobasti. Sequitur in eadem apologia: Origenis ego neque defensor sum, nec assertor, nec primus interpres. Alij ante me hoc idem opus fecerunt, feci & ego postremus rogatus à fratribus. Si iubetur ne fiat, iussio obseruari solet in posterum. Si culpan-

tur qui ante iussionem fecerunt, culpa à primis incipiat. Tandem euomuit quod uolebat,& omnis animi tumor in nostræ accusationis erupit inuidiam. Vbi interpretatur libros πρὶ ἀρχῶν, me sequi se dicit:ubi accusatur cur hoc fecerit,meum ponit exemplum:& securùs periclitãs sine me uiuere nõ potest. Audiat igitur quod nescire se simulat. Nemo tibi obiicit,quare Origenem interpretatus es, alioqui Hilarius & Ambrosius hoc crimine tenebuntur: sed quia interpretatus hæretica,præfationis tuæ laude firmasti.Ego ipse,quem in crimen uocas, sic septuaginta homilias eius transtuli, & nonnulla de tomis, ut & mala in bonorum interpretatione subtraherem:& aperte in libris πρὶ ἀρχῶν ad coarguendã translationem tuam, quid lector uitaret ostenderem. Vis Origenem in Latinum uertere? Habes multas homilias eius & tomos, in quibus moralis tractatur locus, scripturarum panduntur obscura.Hęc interpretare: hæc rogãtibus tribue. Quid primus labor tuus incipit ab infamia? Cur transfaturus hæretica, in defensionem eorum præmittis quasi martyris librum,& id Romanis auribus ingeris, quod translatum totus orbis expauit? Aut certe si ideo interpretaris, ut eum hæreticum arguas,nihil de Græco mutes,& hoc ipsum præfatione testare:quod prudentissime papa Anastasius in epistola, quam contra te scribit ad episcopum Ioannem,suo sermone complexus est: me liberans qui id feci, & te arguens qui facere noluisti. Ac ne forsitan hoc quoque neges, subieci exemplum eius: ut si non uis audire fratrem monentem, audias episcopum condemnantem. Dicis te non esse defensorem neque assertorem Origenis: iam nunc tibi proferam librum tuum,de quo in famosa illa præfatiuncula præclari operis tui his uerbis loqueris. Cuius diuersitatis causam plenius tibi in apologetico, quem Pamphilus in libris suis scripsit ædidimus,breuissimo libello superaddito: in quo euidentibus (ut arbitror) probamentis deprauatos esse in quàm plurimis ab hæreticis & maleuolis libros eius ostendimus: & præcipue istos,quos nunc exigis ut interpreter,id est, πρὶ ἀρχῶν. Non tibi sufficerat Eusebij,uel certe (ut tu uis) Pamphili pro Origene defensio,nisi quod ab illis minùs dictum putabas, tu quasi sapientior & doctior adderes? Longum est,si uelim totum librum tuum huic operi inserere:& propositis capitulis ad singula respondere, quid in his uitiorum sermo habeat,quid mendaciorum assertio,quid inconsequens textus ipse uerborum. Vnde lacinioſæ disputationis fastidia fugiens, & in arctum uerba compingens, tantum uersibus respondebo. Statim de portu egrediens,nauem impegit. Referens enim de apologia Pamphili martyris, quam nos Eusebij Arianorum principis probauimus: de qua dixerat,prout potuimus uel res poposcit,Latino sermone digessimus,intulit: Illud est quod desideriorũm uir Macari te admonitum uolo, ut scias hanc quidem fidei regulam, quam de libris eius supra exposuimus, esse talem quæ & amplectenda & tenẽda sit. In omnibus enim his catholicum inesse sensum euidenter probatur. Quamuis de Eusebij libro multa subtraxerit, & in bonam partem de filio & spiritu sancto nisus sit commutare: tamen multa in illo scandala reperiuntur, & apertissimæ blasphemiæ,quæ iste sua negare non poterit,catholica esse pronuncians. Dicit Eusebius, imò (ut tu uis) Pamphilus in isto uoluminc, filij & patris ministrum spiritum sanctum, non de eadem patris filijq; substantia: animas hominum lapsas esse de cœlo: & in hoc quod sumus,de angelis commutari:in restitutione omnium æquales & angelos & dæmones & homines fore: & multa alia tam impia & nefaria, quæ etiam replicare sit criminis. Quid faciet assertor Origenis & interpres Pamphili? Si in his quæ emendauit tanta blasphemia est, in illis quæ ab hæreticis falsata confingit, quanta sacrilegia continentur? Cuius opinionis causam hanc suspicatur,quod uir neq; stultus,neque insanus dicere sibi repugnantia non potuerit. Et ne forsitan putaremus diuersis eum uaria scripsisse temporibus, & pro ætatibus ædidisse contraria, addidit: Quid facimus quod interdum in eisdem locis atque (ut ita dixerim)in consequenti penè capite sentẽtia contrarij sensus inueniatur inserta? Nunquid in eodem opere eiusdem libri & interdum, ut diximus, statim in consequenti capitulo oblitus sui esse potuit? Verbi gratia:ut qui superius dixerat,nusquam inueniri in omni scriptura,ubi spiritus sanctus factus uel creatus esse diceretur, continuo subiiceret,inter

A ret, inter cæteras creaturas factum esse spiritum sanctum? Aut iterum, qui patrem & filium unius substantiæ, quod Græce ὁμόσιον dicitur, designauit: in consequentibus statim capitulis alterius esse substantiæ, & creatum poterat dicere eum, quẽ pauloante de ipsa natura dei patris pronunciauerat natum? Hæc ipsius uerba sunt, negare non potest. Nolo dicas, uerbi causa, ut qui superius dixerat: sed ipsum librum nomina, ubi prius bene dixerit, & postea male: ubi spiritum sanctum & filium de dei patris scribens esse substantia, statim in consequentibus asseruerit creaturas. Nescis ne me Origenis habere omnia? legisse quàm plurima? Ad populum phaleras, ego te intus & in cute noui. Vir doctissimus Eusebius (doctissimum dixi, non catholicum, ne more solito mihi & in hoc calumniam struas) per sex uolumina nihil aliud agit, nisi ut Origenem suæ ostendat fidei, id est Arianæ perfidiæ. Et multa ponit exẽpla, & hoc constanter probat. Tibi ergo in quo somnio Alexandrini carceris reuelatum est: ut quæ ille uera profitetur, falsata confingas? Sed forsitan hic, ut Arianus, ab hæreticis addita, in occasionem sui traxit erroris, ne solus male sensisse contra ecclesiam putaretur. Quid respondebis pro Didymo, qui certe in trinitate catholicus est? Cuius etiam nos de spiritu sancto librum in Latinã linguam uertimus. Certe hic in his, quæ ab hæreticis in Origenis operibus addita sunt, consentire nõ potuit, & in ipsis περὶ ἀρχῶν, quos tu interpretatus es, libris breues dictauit cõmentariolos: quibus non negaret ab Origene scripta quæ scripta sunt, sed nos simplices homines non posse intelligere quæ dicuntur, & quo sensu in bonam partem accipi debeant, persuadere conatur. Hoc duntaxat de filio & spiritu sancto. Cæterum in alijs dogmatibus & Eusebius & Didymus apertissime in Origenis scita concedunt: & quod omnes ecclesiæ reprobant, catholice & pie dictum esse defendunt. Videamus tamen quibus argumentis probare nitatur, Origenis ab hæreticis scripta uitiata. Clemens, inquit, apostolorum discipulus, qui Romanę ecclesiæ post apostolos episcopus & martyr fuit, libros ædidit, qui appellantur ἀναβεωσισμὸς, id est recognitio: in quibus cum ex persona Petri apostoli, doctrina quasi uere apostolica in quàm plurimis exponatur: in aliquibus ita Eunomij dogma
B inseritur, ut nihil aliud quàm ipse Eunomius disputare credatur, filium dei creatum de nullis extantibus asseuerans. Et post alia, quæ prolixũ est scribere: Quid quæso, ait, de his sentiendum est, quod apostolicus uir hæretica scripserit? An id potius credendum, quod peruersi homines ad assertionem dogmatum suorum sub uirorum sanctorum nomine tãquam facilius credenda interseruerint, ea quæ illi nec sensisse nec scripsisse credendi sunt? Clementem quoque Alexandrinæ ecclesiæ presbyterum, uirum catholicũ, scribit in libris suis interdum dei filium dicere creaturam: & Dionysium Alexandrinæ urbis episcopum uirum eruditissimum, contra Sabellium quatuor uoluminibus disputantem, in Arianum dogma delabi. Et sub his exemplis illud agit, ut non ecclesiasticos & catholicos uiros male sensisse, sed ab hæreticis eorum scripta corrupta esse testetur: & concludat ad extremum, dicens: De Origene quoq; in quo similiter ut in his quos supra diximus, quædã diuersitas inuenitur, istud non sufficiat sentire, quod de præiudicatis iam catholicis sentitur uel intelligitur uiris, ne similis causæ, similis sufficiat excusatio. Si conceditur, ut quicquid in libris omniũ reperitur, ab alijs corruptum sit: nihil eorum erit quorum fertur nominibus, sed his deputabitur, à quibus dicitur esse uitiatum. Quanquam & illorum non erit, quorum incerta sunt nomina: atq; ita fiet ut dum omniũ omnia sunt, nihil alicuius sit. Hac defensionis perturbatione nec Marcion, nec Manichæus, nec Arius, nec Eunomius accusari poterunt: quia quicqud nos ab his impie dictum obiecerimus, discipuli respondebunt, non à magistris suis ita æditum, sed ab inimicis esse uiolatum. Hoc genere & iste ipse tuus liber, tuus non erit, sed forsitan meus. Et meus liber, quo tibi accusatus respondeo: si in illo aliquid reprehenderis, non erit meus, sed tuus à quo reprehenditur. Et dum omnia ad hæreticos refers, quid ecclesiasticis tribues, quibus proprium nihil relinquis? Et quomodo, inquies, in libris eorum uitiosa nonnulla sunt? Si me causas uitiorum nescire respondero, non statim illos hæreticos iudicabo. Fieri enim potest ut uel simpliciter errauerint, uel alio sensu scripserint, uel à librarijs imperitis eorũ paulatim

ſcripta corrupta ſint. Vel certe antequàm in Alexandria quaſi dæmonium meridianum Arius naſceretur, innocenter quædam & minus caute loquuti ſunt, & quæ non poſſint peruerſorum hominum calumniam declinare. Obijciuntur Origeni crimina, & tu nõ illum defendis, ſed alios accuſas: nec crimen renuis, ſed criminoſorum turbam requiris. Si tibi diceretur, quos habet Origenes in hæreſi ſocios, recte iſta proferres. Nunc à te quæritur, hæc quæ in Origenis libris ſcripta reperiuntur, bona ſint an mala. Taces, & pro his alia loqueris: Clemẽs hoc ait, Dionyſius in iſto errore deprehenditur, Anaſtaſius epiſcopus ſic Dionyſij defendit errorem, Apoſtolorum ſcripta ſimiliter deprauata ſunt: quomodo & nunc ab alijs tibi hæreſeos crimen impingitur, & tu pro te taces, & pro me confiteris. Ego neminem accuſo, pro me tantum reſpondiſſe contentus. Non ſum quod arguis, ſi tu es quod accuſaris, ipſe uideris. Nec abſolutio mea me, nec reatus te, aut innocentem, aut obnoxiũ crimini probabunt. Præmiſſa falſatione ab hæreticis apoſtolorum, & utriuſque Clementis atque Dionyſij uenit ad Origenem, & his uerbis loquitur: Ipſius hoc conquerentis & deplorantis ſcriptis ac uocibus probauimus. Quid enim ipſe cum adhuc in carne uiuens, ſentiens uidensq; perpeſſus ſit de librorum ſuorum uel ſermonum corruptionibus, uel adulterinis æditionibus: ex ipſius epiſtola, quam ſcribit ad quoſdam charos ſuos Alexandriam, euidenter docetur: ſtatimq; exẽplum ſubiungit epiſtolæ. Et qui falſitatem ſcriptorum Origenis hæreticis imputat, ipſe incipit à falſitate: non ita interpretans ut habetur in Græco: nec id Latinis inſinuans, quod ipſe in ſuis literis profitetur. Cunq; illa epiſtola tota Demetrium Alexandrinę urbis pontificem laceret, & in totius orbis epiſcopos & clericos inuehatur: & fruſtra ab eccleſijs excommunicatum eſſe ſe dicat, nec uelle in maledictis referre uicem, ne ſcilicet maledicus uideatur eſſe, homo qui intantum cautus ſit ad maledicendum, ut ne diabolo quidem audeat maledicere: unde & Candido Valentiniani dogmatis ſectatori, calumniandi ſe occaſionem dederit, quod diabolum ſaluandę dixerit eſſe naturæ: hic diſſimulato argumento epiſtolæ fingit pro Origene, quod ille non loquitur. Vnde epiſtolæ ipſius partem paululum ex ſuperioribus tranſtuli: & his iunxi, quæ ab ipſo commatice doloſeq; translata ſunt: ut quo conſilio ſuperiora tacuerit, ipſe lector agnoſcat. Contra ſacerdotes ergo eccleſiæ generaliter diſputans, à quibus indignus communione eius fuerat iudicatus, hæc intulit: Quid neceſſe eſt de prophetarum ſermonibus dicere, quibus ſæpiſſime paſtoribus & maioribus natu, & ſacerdotibus, ac principibus populi cõminantur, & arguunt eos? Quæ abſq; nobis de ſanctis ſcripturis elicere poteſtis, & liquido peruidere quod forſitan hoc tempus ſit, de quo dicitur: Nolite credere amicis, nec ſperetis in principibus, Et nunc impleatur uaticiniũ: Duces populi mei me neſcierunt, filij ſtulti ſunt, & non ſunt ſapientes. Sapientes ſunt, ut faciant mala, bene aũt facere neſciũt: quorum magis miſereri, quàm eos odiſſe debemus: & orare pro illis, quàm eis maledicere. Ad benedicendum enim & non ad maledicendum creati ſumus. Vnde & Michael cum aduerſus diabolum diſputaret de Moyſi corpore, ne tanto quidem malo auſus eſt iudicium inferre blaſphemię, ſed dixit: Increpet tibi dominus. Cui quid ſimile etiã in Zacharia legimus: Increpet tibi dominus diabole: & increpet dominus in te, qui elegit Hieruſalem. Itaq; & nos cupimus increpari à domino eos, qui nolunt à proximis increpari. Dicente autẽ Michaele: Increpet tibi dominus diabole: & Zacharia ſimiliter: utrum increpet, an non increpet deus diabolũ, ipſe uiderit. Et ſi increpat, quomodo increpet, ipſe agnoſcat. Et poſt multa, quæ prolixum eſt ſcribere, addit: Nos hoc ſentimus, quod eijcientur de regno cœlorum, non ſolum qui grandia peccauerunt: uerbi gratia, fornicatores & adulteri, & maſculorũ concubitores & fures: ſed & qui minora deliquerunt, ex eo quod ſcriptum eſt: Neq; ebrioſi, neq; maledici regnum dei poſſidebunt: & tam in bonitate quàm in ſeueritate dei eſſe menſuram. Vnde cuncta nitimur agere cõſilio: in uini quoq; potu, & in moderatione ſermonis, ut nulli audeamus maledicere. Ergo cum propter dei timorem caueamus in quempiam maledicta conferre, recordãtes illius dicti, nõ fuit auſus iudiciũ inferre blaſphemiæ, quod dicitur de Michaele contra diabolum: & in alio loco: Dominationes quidẽ reprobant, glorias aũt blaſphemant. Quidam eo-

A dam eorũ qui libenter contentiones reperiunt, aſſcribunt nobis & noſtræ doctrinæ blaſphemiam,ſuper qua ipſi uiderint,quomodo illud audiant: Neq; ebrioſi, neq; maledici regnum dei poſſidebunt:licet patrem maliciæ & perditionis eorum qui de regno dei eijcientur, dicãt poſſe ſaluari, quod ne mente quidem quis captus dicere poteſt. Cætera quidem ex eadem epiſtola trãſtulit:pro hoc,quod in fine uerborũ Origenis interpretati ſumus,Ergo cum propter timorem dei caueamus in quempiam maledicta conferre, & reliqua: iſte fraudulenter amputatis ſuperioribus,ex quibus inferiora dependẽt, ſic cœpit transferre epiſtolam, quaſi hoc ſenſu ſuperius eſſet exordium,& ait:Quidam eorum qui libenter habent criminari proximos ſuos,aſſcribũt nobis & doctrinæ noſtræ crimen blaſphemiæ,quod à nobis nuſquam audierunt,de quo ipſi uiderint,nolentes obſeruare mandatum illud quod dicit: Quia maledici regnum dei non poſſidebunt: dicentes aſſerere me patrem maliciæ & perditionis eorum qui de regno dei eijciuntur, id eſt, diabolum eſſe ſaluandum: quod ne aliquis quidem mente motus,& manifeſte inſaniens dicere poteſt. Conferte Origenis uerba,quæ ſupra ad uerbum tranſtuli,his quæ ab iſto non uerſa ſunt,ſed euerſa: & quantam inter ſe, non ſolum uerborum,ſed & ſenſuum habeant diſſonantiam,perſpicietis. Obſecro ne moleſta ſit uobis prolixior interpretatio.Idcirco enim omnia uertimus,ut quo conſilio ſuperiora tacuerit,probaremus.Habetur dialogus apud Græcos Origenis,& Candidi Valentinianę hæreſeos defenſoris, in quo duos Andabatas digladiantes inter ſe ſpectaſſe me fateor. Dicit Candidus filium de patris eſſe ſubſtantia,errans in eo quod προβολὴν aſſerit. E regione Origenes iuxta Arium & Eunomium repugnat,eum uel prolatum eſſe uel natum, ne deus pater diuidatur in partes: ſed dicit ſublimem & excellentiſſimam creaturam uoluntate extitiſſe patris, ſicut & cæteras creaturas.Rurſus ad ſecundam ueniunt quæſtionem.Aſſerit Candidus diabolum peſſimæ eſſe naturæ,& quæ ſaluari nunquã poſſit.Contra hoc recte Origenes reſpondit, non eum perituræ eſſe ſubſtantiæ, ſed uoluntate propria corruiſſe & poſſe ſaluari. Hoc
B Candidus uertit in calumniam, quaſi Origenes dixerit, diaboli naturam eſſe ſaluandam: quod ille falſo obiecerat,hic refutat. Et intelligimus in hoc tãtum dialogo ab Origene argui hęreticam falſitatem,& non in cæteris libris,de quibus nunquam quæſtio fuit.Alioqui ſi omnia quæ hęretica ſunt,nõ erunt Origenis,ſed hæreticorũ:omnes autem propemodũ illius tomi his erroribus pleni ſunt:nihil Origenis erit,ſed eorũ quorũ ignoramus uocabula.Non ei ſufficit Græcos & antiquos calumniari, de quibus pro uetuſtate temporum & longinquitate regionum habet licentiã quicquid uoluerit mentiendi, Venit ad Latinos,et primum ponit Hilariũ confeſſorem,quod poſt Ariminenſem ſynodum liber illius falſatus ab hæreticis ſit. Et ob hanc cauſam cum in concilio epiſcoporũ ei quæſtio moueretur, proferri librum de domo ſua iuſſerit:qui neſciente ſe, in ſcrinijs ſuis hæreticus tenebatur. Cumq; prolatus fuiſſet,& ab omnibus hæreticus iudicatus,autor libri excõmunicatus,de concilij conuentione,diſceſſerit. Et tantæ autoritatis ſe putat, ut cum hoc familiaribus ſuis narrat ſomnium,nemo ei contra confeſſorem iſta ſimulanti audeat contradicere. Reſponde quæſo: Synodus,à qua excommunicatus eſt, in qua urbe fuit? Dic epiſcoporum uocabula: profer ſententias ſubſcriptionum uel diuerſitatem uel conſonantiam. Doce qui eo anno conſules fuerint,quis imperator hanc ſynodum iuſſerit congregari,Galliæ ne tantum epiſcopi fuerint,an & Italię & Hiſpaniæ,certe quam ob cauſam ſynodus congregata ſit.Nihil horum nominas,ſed uirum eloquentiſſimũ & contra Arianos Latini ſermonis tubam, ut Origenẽ defendas,excommunicatum à ſynodo criminaris.Sed confeſſoris calumnia utcunq; toleranda eſt. Tranſit ad inclytum martyrem Cyprianũ,& dicit Tertulliani librum, cui titulus eſt de trinitate,ſub nomine eius Conſtantinopoli à Macedonianæ partis hæreticis lectitari. In quo crimine mentitur duo.Nam nec Tertulliani liber eſt,nec Cypriani dicitur,ſed Nouatiani,cuius & inſcribitur titulo:& autoris eloquium, ſtili proprietas demonſtrat. Et ſuperfluum puto apertas ineptias confutare,cum mihi mea ingeratur fabella,à ſynodo uidelicet,& ſub nomine eiuſdem amici Damaſi Romanæ urbis epiſcopi ego petar, cui ille eccleſiaſticas epiſtolas dictandas tradi-

dit,& Apollinariorũ uerſutiæ deſcribãtur:quod Athanaſij librum ubi dominicus homo ſcri c
ptus eſt, ad legendum acceptum,ita corruperit, ut in litura id quod raſerint rurſus ſcriberet:
ut ſcilicet non ab illis falſatum,ſed à me additum putaretur. Quæſo te amice chariſſime ut in
eccleſiaſticis tractatibus,ubi de ueritate dogmatum quæritur, & de ſalute animarum noſtra
rum maiorum flagitatur autoritas,huiuſcemodi deliramenta dimittas,& prandiorum cœna
rumq; fabulas pro argumento nõ teneas ueritatis. Fieri enim poteſt,ut etiam ſi à me uerum
audiſti,alius qui huius rei ignarus eſt,dicat à te eſſe compoſitum: & quaſi mimum Philiſtio/
nis uel Lentuli ac Marilli ſtropham eleganti ſermone confictam. Quò non perueniat ſemel
effrenata temeritas? Poſt excommunicationem Hilarij,poſt Cypriani ψευδεπίγραφον hæ/
reſeos librum,poſt Athanaſij me dormitante lituram,ſimul & inſcriptionem,erupit aliquan
do contra papam Epiphaniũ:& dolorem pectoris ſui, quod eum in epiſtola quam ad Ioan/
nem epiſcopum ſcripſerat,hæreticũ arguit,in apologia pro Origene digerit, & his ſe ſermo/
nibus conſolatur. Quin potius aperienda eſt hoc in loco ueritas latens. Non enim poſſibile
eſt, tam iniquo iudicio uti quenquam hominum, ut de cauſa æquali non æqualiter ſentiat.
Sed quod autores obtrectatorum eius hi ſunt , qui uel in eccleſia diſputare latius ſolent, uel
etiam libros ſcribere,qui totum de Origene uel loquuntur,uel ſcribunt. Ne ergo plures ipſo
rum furta cognoſcant,quæ utique ſi ingrati in magiſtrum non eſſent, nequaquam crimino/
ſa uiderentur , ſimpliciores quoſque ab eius lectione deterrent. Denique quidam ex ipſis,
qui ſe uelut euangelizandi neceſſitatem per omnes gentes & per omnes linguas habere pu/
tat,de Origene male loquendi, ſex milia librorum eius ſe legiſſe, quàm plurima fratrũ mul/
titudine audiente confeſſus eſt.Qui ſi utique (ut ipſe dicere ſolet) pro cognoſcendis eius ma
lis legebat, ſufficere poterant decem libri ad cognoſcendum, aut uiginti certe, aut ut pluri/
mum triginta.Sex milia autem librorum legere, non iam eſt errores ac mala uelle cognoſce
re,ſed totam penè uitã diſciplinis eius ac ſtudijs dedere. Quomodo ergo iſte merito audien/
dus eſt, cum eos culpat, qui inſtructionis ſuæ cauſa perpauca eius (ſalua fidei regula atque
integra pietate) legerunt? Qui ſunt iſti,qui in eccleſia diſputare latius ſolent? Qui libros ſcri/ d
bere? Qui totum de Origene loquuntur & ſcribunt? Qui dum ſua nolunt furta cognoſci,
& ingrati ſunt in magiſtrum , idcirco ſimplices ab illius lectione deterrent? Nominatim de/
bes dicere,& ipſos homines denotare.Ergo beati epiſcopi Anaſtaſius & Theophilus,& Ve
nerius & Chromatius,& omnis tam Orientis quàm Occidentis catholicorum ſynodus,qui
pari ſententia,quia pari & ſpiritu,illum hæreticum denunciant populis,fures librorum illius
iudicandi ſunt: & quando in eccleſijs prædicant , non ſcripturarum myſteria , ſed Origenis
furta commemorant? Non tibi ſufficit paſſim contra omnes detractio, niſi ſpecialiter con/
tra beatum & inſignem eccleſiæ ſacerdotem ſtili tui lanceã dirigas? Quis eſt ille, qui uelut
neceſſitatem euangelizandi per omnes gentes, & per omnes linguas habere ſe putat,de O/
rigene male loquendi: qui ſex milia librorum eius ſe legiſſe , quàm plurima fratrum multi/
tudine audiente , confeſſus eſt? In qua multitudine & caterua fratrum tu quoque medius
eras, quando ille in ſua epiſtola queritur, pro Origenis hæreſi nefaria à te dogmata eſſe
prolata? Crimini ei dandum eſt quare Græcam, Syram, & Hebræam & Aegyptiaçam
linguam, ex parte & Latinam nouerit? Ergo & Apoſtolus & apoſtolici uiri, qui linguis lo/
quebantur, in crimine ſunt: & me trilinguem bilinguis ipſe ridebis? De ſex milibus autem 7
librorum,quos ab eo lectos eſſe confingis, quis credet aut te uerum dicere,aut illum potuiſ/
ſe mentiri? Si enim Origenes ſex milia ſcripſiſſet librorum , potuerat fieri ut uir eruditus,
& ab infantia ſacris literis inſtitutus , pro curioſitate & ſcientia legiſſet aliena. Quod uero
ille non ſcripſit, quomodo iſte legere potuit? Numera indices librorum eius , qui in tertio
uolumine Euſebij, in quo ſcripſit uitam Pamphili, continentur : & non dico ſex milia, ſed
tertiam partem non reperies. Habemus epiſtolam ſupradicti pontificis, in qua huic calu/
mniæ tuę dum adhuc eſſes in Oriente,reſpondet,& apertiſſimum mendacium libera uerita
tis fronte confutat. Poſt hæc & tanta audes in apologia tua dicere, te non eſſe defenſorem

Origenis

A Origenis,neq; aſſertorem illius,pro cuius defenſione Pamphilus & Euſebius tibi parum di/
xiſſe ſunt uiſi. Aduerſum quæ uolumina(ſi dominus uitæ huius dederit ſpaciũ)aliâs reſpon/
dere conabor. Nunc tantum tuis aſſertionibus obuiaſſe ſufficiat, & hoc breuiter prudentem
inſtruxiſſe lectorem, me iſtum librum qui ſub nomine Pamphili ferebatur,uidiſſe primum
ſcriptum in codice tuo:& quia non erat mihi curæ quid pro hæretico diceretur,ſic ſemper ha
buiſſe,quaſi diuerſum eſſet opus Pamphili & Euſebij:poſtea uero quæſtione mota, ſcriptis
eorum reſpondere uoluiſſe: & ob hanc cauſam legiſſe, quid pro Origene unuſquiſq; ſenti/
ret: perſpicuéque deprehendiſſe, quod primus liber ſex uoluminum Euſebij ipſe eſſet, qui
unus ſub nomine Pamphili à te æditus eſt, tam Græce quàm Latine, immutatis duntaxat
ſenſibus de filio & ſpiritu ſancto,qui apertam blaſphemiam præferebant. Vnde etiam an/
te annos fermè decem cum Dexter amicus meus, qui præfecturam adminiſtrauit prætorij,
me rogaſſet, ut autorum noſtræ religionis ei indicem texerem: inter cæteros tractatores po/
ſui & hunc librum à Pamphilo æditum, ita putans eſſe,ut à te & tuis diſcipulis fuerat diuul/
gatum. Sed cum ipſe dicat Euſebius Pamphilum nihil ſcripſiſſe, exceptis breuibus epiſtolis
ad amicos:& primus liber ſex uoluminum illius, eadem & eiſdem uerbis contineat,quæ ſub
nomine Pamphili à te ficta ſunt:perſpicuum eſt te idcirco librum hunc diſſeminare uoluiſſe,
ut ſub perſona martyris hæreſim introduceres. Cumq; de ipſo libro quem Pamphili ſimu/
las multa peruerteris,& aliter in Græco,aliter in Latino ſit,fraudem tuam errori meo impu/
tare non debes. Credidi enim eius eſſe librum,quem titulus præferebat,ſicut περὶ ἀρχῶν, &
multa alia Origenis opera, plurimorumq; Græciæ tractatorum, quæ aut ante non legi,aut
nunc compellor legere quæſtione hæreſeos ſuſcitata: ut ſciam quæ uitare debeam,quæ pro/
bare. Vnde & in adoleſcentia homilias tantum eius quas loquebatur ad populum, & in qui
bus non tanta ſcandala tenebãtur,ſimpliciter rogantibus tranſtuli,nullis præiudicans ex his
quæ probantur,illa ſuſcipere quæ manifeſte hæretica ſunt. Certe(ut compendium longi ſer
B monis faciam) ſicut ego oſtendo me ab his accepiſſe librum, qui de tuo codice tranſcripſe/
runt:ſic tu doce à quo exemplar acceperis, ut qui autorem libri dare alium non potuerit,ipſe
falſitatis reus teneatur. Bonus homo de bono cordis theſauro profert illa quæ bona ſunt:at
que ex pomorum dulcedine generoſi ſeminis arbor agnoſcitur. Scribit frater Euſebius ſe
apud Afros epiſcopos, qui propter eccleſiaſticas cauſas ad comitatum uenerant, epiſtolam
quaſi meo ſcriptam nomine reperiſſe:in qua agerem pœnitentiam,& me ab Hebræis in ado
leſcentia inductum eſſe teſtarer,ut Hebræa uolumina in Latinum uerterem,in quibus nulla
ſit ueritas. Quod audiens obſtupui. Et quia in ore duorum uel trium ſtat omne uerbum:
unicq; teſti, nec Catoni creditum eſt: idipſum multorum me ex urbe fratrum ſcripta docue/
runt,ſciſcitantium an ita ſe haberet,& à quo ipſa epiſtola diſſeminata eſſet in uulgus lachry/
mabiliter indicantium. Qui hoc auſus eſt facere,quid aliud non audeat? Bene,quod malicia
non habet tantas uires,quantos conatus. Perierat innocentia,ſi ſemper nequitiæ iuncta eſſet
potentia:& totum quicquid cupit calumnia,præualeret. Stilum meum qualiſcũq; eſt & for/
mam eloquij uir diſertiſſimus exprimere nõ potuit:ſed inter ipſas præſtigias,& alterius per/
ſonam,qua ſe fraudulenter induerat,quis eſſet oſtendit. Ergo ille qui epiſtolam ſub nomine
meo pœnitentię finxerat, quod male Hebræa uolumina tranſtuliſſem, obijcere dicitur me
in Septuaginta condemnationem ſcripturas ſanctas interpretatum:ut ſiue falſa ſunt,ſiue ue
ra quæ tranſtuli, in crimine maneam: dum aut in nouo opere fateor me erraſſe, aut recens
æditio ueteris condemnatio fit. Miror quomodo in eadem epiſtola homicidam, & adulte/
rum,& ſacrilegum, & parricidam me eſſe non dixerit: & quicquid poteſt tacita mentis cogi/
tatio intra ſe turpitudinis uoluere. Gratias ei debeo agere, quod cum tanta ſylua ſit crimi/
num,unum mihi erroris uel falſitatis crimen obiecerit. Ego ne contra Septuaginta interpre/
tes aliquid ſum loquutus, quos ante annos plurimos diligentiſſime emendatos, meæ lin/
guæ ſtudioſis dedi, quos quotidie in conuentu fratrum ediſſero: quorum pſalmos iugi me/
ditatione decanto? Tam ſtultus eram, ut quod in puericia didici, ſenex obliuiſci uellem?

Vniuerſi tractatus mei horum teſtimonijs texti ſunt. Commentarij in duodecim prophe- c
tas, & meam & Septuaginta æditionem ediſſerunt. O labores hominum, ſemper incerti: ò
mortalium ſtudia, contrarios interdum fines habentia. Vnde me putabam bene mereri de
Latinis meis, & noſtrorum ad diſcendum animos concitare, quod etiam Græci uerſum de
Latino poſt tantos interpretes non faſtidiunt, inde in culpam uocor, & nauſeanti ſtomacho
cibos ingero. Et quid in homine tutum ſit, ſi innocentia criminoſa eſt? Dormiente patrefami
liâs inimicus homo zizania ſuperſeminauit. Exterminauit uineam aper de ſylua, & ſingula-
ris ferus depaſtus eſt eam. Ego taceo, & literæ non meæ loquuntur contra me. Ignoro cri-
men, & crimen in toto orbe confiteor. Heu mihi mater mea, ut quid me genuiſti, uirum qui
iudicet & diſcernat omni terræ? Omnes præfatiunculæ ueteris inſtrumenti, quarum ex par-
te exempla ſubieci, huic rei teſtes ſunt. Et ſuperfluum eſt, quod in illis dictũ eſt, aliter quàm
ibi dictum eſt ſcribere. Incipiam igitur à Geneſi, cuius prologus talis eſt: Deſiderij mei deſi-
deratas accepi epiſtolas, qui quodam pręſagio futurorum, cum Daniele ſortitus eſt nomen,
obſecrantis ut translatum in linguam Latinam de Hebræo ſermone Pentateuchum noſtro-
rum auribus traderem. Periculoſum opus certe, & obtrectatorum latratibus patens, qui me
aſſerunt in Septuaginta interpretum ſuggillationem, noua pro ueteribus cudere, ita ingeni-
um quaſi uinum probantes: cum ego ſæpiſſime teſtatus ſim, me pro uirili portione in taber-
naculo dei offerre quæ poſſim: nec opes alterius, aliorum paupertate fœdari. Quod ut aude
rem, Origenis me ſtudium prouocauit, qui æditioni antiquæ translationem Theodotionis
miſcuit, aſteriſco & obeliſco, id eſt ſtella & ueru, opus omne diſtinguens: dum aut illuſtria
facit, quæ minus ante fuerant: aut ſuperflua quæq; iugulat & confodit, maximeq; quæ euan
geliſtarum & apoſtolorum autoritas promulgauit. In quibus multa de ueteri teſtamento le
gimus, quæ in noſtris codicibus non habentur, ut eſt illud: Ex Aegypto uocaui filium me-
um. Et: Quoniam Nazaræus uocabitur. Et: Videbunt in quem compunxerunt. Et: Flumina
de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Et: Quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor homi- d
nis aſcendit, quæ præparauit deus diligentibus ſe: & multa alia, quæ proprium σωϋπαγμα
deſiderant. Interrogemus ergo eos, ubi hæc ſcripta ſint: & cum dicere non potuerint, de li-
bris Hebræis proferamus. Primum teſtimonium eſt in Oſee. Secundum in Eſaia. Tertium
in Zacharia. Quartum in prouerbijs. Quintum æque in Eſaia. Quod multi ignorantes, apo
cryphorum deliramenta ſectantur, & Hiberas nænias libris authenticis præferunt. Cauſas
erroris non eſt meum exponere. Iudæi prudenti factum dicunt eſſe conſilio, ne Ptolemæus
unius dei cultor, apud Hebræos etiam duplicem diuinitatem deprehenderet: quod maxi-
me idcirco faciebant, quia in Platonis dogma cadere uidebatur. Deniq; ubicunq; ſacratum
aliquid ſcriptura teſtatur de patre & filio & ſpiritu ſancto, aut aliter interpretati ſunt, aut om
nino tacuerunt: ut & regi ſatisfacerent, & arcanum fidei non diuulgarent. Et neſcio quis pri-
mus autor, ſeptuaginta cellulas Alexandriæ mendacio ſuo extruxerit, quibus diuiſi eadem
ſcriptitarint, cum Ariſteas eiuſdem Ptolemæi ψευδεπιγραφος, & multo poſt tempore Ioſe- e
phus nihil tale retulerint, ſed in una baſilica congregatos contuliſſe ſcribant, non prophetaſ-
ſe. Aliud eſt enim uatem, aliud interpretem eſſe. Ibi ſpiritus uentura prædicit, hic eruditio &
uerborum copia, ea quæ intelligit transfert. Niſi forte putandus eſt Tullius œconomicũ Xe
nophontis & Platonis Protagoram, & Demoſthenis pro Cteſiphonte orationem afflatus
rhetorico ſpiritu tranſtuliſſe: ut aliter de eiſdem libris per Septuaginta interpretes, aliter per
apoſtolos ſpiritus ſanctus teſtimonia texuerit: ut quod illi tacuerint, hi ſcriptum eſſe mentiti
ſint. Quid igitur? damnamus ueteres? Minime. Sed poſt priorum ſtudia, in domo domini
quod poſſumus, laboramus. Illi interpretati ſunt ante aduentum Chriſti: & quod neſciebãt,
dubijs protulere ſententijs. Nos poſt paſſionem & reſurrectionem eius, non tam propheti-
am q; hiſtoriam ſcribimus. Aliter enim audita, aliter uiſa narrantur. Quod melius intelligi
mus, melius & proferimus. Audi igitur æmule, obtrectator auſculta. Non damno nó repre-
hendo Septuaginta, ſed confidenter cunctis illis apoſtolos præfero. Per iſtorum os mihi
Chriſtus

A Christus ſonat,quos ante prophetas inter ſpiritualia chariſmata poſitos lego: in quibus ulti
mum penè gradum interpretes tenent. Quid liuore torqueris? Quid imperitorum animos
cõtra me concitas? Sicubi tibi in translatione errare uideor,interroga Hebræos, diuerſarum
urbium magiſtros conſule: quod illi habent de Chriſto, tui codices non habent. Aliud eſt,
ſi contra ſe poſtea ab apoſtolis uſurpata teſtimonia probauerunt: & emẽdatiora ſunt exem
plaria Latina,quàm Græca, Græca quàm Hebræa. In libris quoque Samuel & Malachim,
quos nos regnorum quatuor nominamus,poſt catalogũ diuinæ ſcripturæ hæc intuli. Quæ
cum ita ſe habeant,obſecro te lector, ne laborem meum reprehenſionẽ exiſtimes antiquo
rum. In tabernaculo dei offert unuſquiſq; quod poteſt. Alij aurum & argentum & lapides
precioſos: alij byſſum & purpuram & coccum offerunt & hiacynthum. Nobiſcum bene agi
tur,ſi obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et tamen apoſtolus contemptibiliora noſtri ma
gis neceſſaria iudicat. Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per ſingulas ſpecies eccle
ſiæ præſentis futuræq; diſtinctio, pellibus tegitur & cilicijs, ardoremq; ſolis & iniuriam im
brium,ea quæ uiliora ſunt prohibẽt. Vide quanto contra Septuaginta interpretes tumeam
ſupercilio, ut illos aurum & precioſos lapides & purpuram, me pelles & pilos caprarum in
tabernaculo dei obtuliſſe profitear. Ponam & aliud teſtimonium,ne nunc me rerum neceſſi
tate compulſum dicas mutaſſe ſententiam. In libro temporum, id eſt, Paralipomenon: qui
Hebraice dicitur דִּבְרֵי הַיָּמִים Dibre haiamim, ad ſanctum Chromatium præfatiuncula
uſus ſum. Si ſeptuaginta interpretum pura, & ut ab eis in Græcum uerſa eſt æditio perma
neret,ſuperflue me mi Chromati epiſcoporum ſanctiſſime atq; doctiſſime impelleres, ut ti
bi Hebræa uolumina Latino ſermone transferrem. Quod enim ſemel aures hominum occu
pauerat,& naſcentis eccleſiæ roborauerat fidem, iuſtum erat etiam noſtro ſilentio compro
bari. Nunc uero cum pro uarietate regionum diuerſa ferantur exemplaria, & germana illa
antiquaq; translatio corrupta ſit atq; uiolata, noſtri arbitrij putas: aut ex pluribus iudicare
B quid uerum ſit,aut nouum opus in ueteri opere cudere,illudẽtibusq; Iudæis cornicum, ut di
citur,oculos configere. Alexandria & Aegyptus in Septuaginta ſuis Heſychium laudat au
torem. Conſtantinopolis uſq; ad Antiochiam,Luciani martyris exemplaria probat. Mediæ
inter has prouinciæ,Palæſtinos codices legũt,quos ab Origene elaboratos Euſebius & Pam
philus uulgauerunt, totusq; orbis hac inter ſe trifaria uarietate compugnat. Et certe Orige
nes non ſolum exempla compoſuit quatuor æditionum, è regione ſingula uerba deſcri
bens: ut unus diſſentiens, ſtatim cæteris inter ſe conſentientibus arguatur: ſed quod maio
ris audaciæ eſt,in æditione ſeptuaginta, Theodotionis æditionem miſcuit: aſteriſcis uideli
cet deſignans quæ minus fuerant: & uirgulis quæ ex ſuperfluo uidebantur appoſita. Si igi
tur alijs licuit non tenere,quod ſemel ſuſceperant: & poſt ſeptuaginta cellulas, quæ uulgo ſi
ne autore iactantur,ſingulas cellas aperuere: hocq; in eccleſijs legitur,quod Septuaginta ne
ſcierunt: cur me non ſuſcipiant Latini mei, qui inuiolata æditione ueteri, ita nouam condidi,
ut laborem meum,Hebræis & (quod his maius eſt) apoſtolis autoribus probem? Scripſi nu
per librum de optimo genere interpretandi, oſtendens illa de Euangelio: Ex Aegypto uo
caui filium meum. Et: Quoniam Nazaræus uocabitur. Et: Videbunt in quem compunxe
runt. Et illud Apoſtoli: Quæ oculus non uidit,nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcende
runt,quæ præparauit dominus diligentibus ſe: cæteraq; his ſimilia, in Hebræorum libris in
ueniri. Certe Apoſtolus & euangeliſtæ, Septuaginta interpretes nouerant. Et unde eis hoc
dicere,quod in Septuaginta non habetur? Et Chriſtus dominus noſter,utriuſq; teſtamenti
conditor,in euangelio ſecundum Ioannem: Qui credit,inquit,in me, ſicut dicit ſcriptura,flu
mina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Vtiq; ſcriptum eſt quod ſaluator ſcriptum eſſe teſta
tur. Vbi ſcriptum eſt? Septuaginta non habent, apocrypha neſcit eccleſia. Ad Hebræos
igitur reuertendum: unde & dominus loquitur, & diſcipuli exempla præſumunt. Hæc
pace ueterum loquor, & obtrectatoribus meis tantum reſpondeo, qui canino dente me ro
dunt,in publico detrahentes,legentes in angulis, ijdem & accuſatores & defenſores, cum in

alijs

alijs probent,quod in me reprobant: quasi uirtus & uitium non in rebus sit, sed cum autore c
mutetur. Cæterum memini æditionem Septuaginta translatorum olim de Græco emenda
tam tribuisse me nostris: nec inimicum debere existimari eorum, quos in conuentu fratrum
semper edissero. Et quod nunc דִּבְרֵי הַיָּמִים dibre haiamim,id est,uerba dierum interpreta/
tus sum, idcirco feci:ut inextricabiles moras, & syluam nominum quæ scriptorum confusa
sunt uitio, sensuumq; labirynthos apertius & per uersuum cola, digererem, mihimetipsi &
meis iuxta Hismeniam canens,si aures surdæ sunt cæterorum. In Esdrę quoq; uolumine,
similia præfatus sum:& post multa hæc addidi. Quod illaturus sum,æquissimum est. Aedi/
di aliquid,quod non habetur in Græco:uel aliter habetur,quàm à me uersum est. Quid in/
terpretem laniant? Interrogent Hebræos, & ipsis autoribus translationi meæ uel arrogent
uel derogent fidem. Porro aliud est,si clausis,quod dicitur,oculis mihi uolunt maledicere: &
non imitantur Græcorum studiũ & beneuolentiam: qui post Septuaginta translatores iam
Christi euangelio coruscante,Iudæos & Hebionitas legis ueteris interpretes,Aquilã uideli/
cet,Symmachũ & Theodotionem,curiose legunt,& per Origenis laborem ecclesijs dedica/
runt:quãto magis Latini mei grati esse deberent, quod exultantẽ Græciam cernerẽt aliquid
à se mutuari. Primum enim magnorũ sumptuum est, & infinitæ difficultatis,exẽpla habere
omnia. Deniq; & qui habuerint,& Hebręi sermonis ignari sunt,magis errabunt,ignorantes
quis è multis uerius dixerit. Quod etiam sapientissimo cuidam, nuper apud Græcos accidit:
ut interdum scripturæ sensum relinquens,uniuscuiuslibet interpretis sequeretur errorẽ. Nos
autem qui Hebrææ linguæ saltem paruam habemus scientiam,& latinus nobis utcunq; ser/
mo non deest: & de alijs magis possumus iudicare, & ea quæ ipsi intelligimus,in nostra lin/
gua exprimere. Transibo ad librum Iob,quem post Septuaginta interpretũ æditionem,
quam Origenes obelis asteriscisq; distinxit, ante annos plurimos latino sermoni datum:
cum rursum iuxta ipsum Hebraicum uerterem:sic locutus sum. Cogor per singulos scriptu/
ræ diuinæ libros,aduersariorum respondere maledictis,qui interpretationem meam,repre/
hensionem Septuaginta interpretum criminantur:quasi non & apud Græcos,Aquila,Sym D
machus & Theodotion uel uerbum è uerbo, uel sensum è sensu, uel ex utroq; commixtum
& mediæ temperatum genus translationis expresserint: & omnia ueteris instrumenti uolu/
mina Origenes obelis asteriscisq; distinxerit:quos uel additos uel de Theodotiõe sumptos
translationi antiquæ inseruit,probans defuisse quod additum est. Discant igitur obtrecta/
tores mei recipere in toto, quod in partibus susceperunt, aut interpretationem meam cum
asteriscis suis radere. Neq; enim fieri potest,ut quos plura intermisisse perspexerint,non eos/
dem etiam in quibusdam errasse fateantur:præcipue in Iob,cui si ea quæ sub asteriscis addi/
ta sunt subtraxeris, pars maxima detruncabitur. Et hoc duntaxat apud Græcos. Cæterum
apud latinos,ante eam translationem quam sub asteriscis & obelis nuper ædidimus, septin/
genti ferme aut octingenti uersus desunt: ut decurtatus & laceratus corrosusq; liber, fœdita/
tem sui publice legentibus præbeat. Et post multa quæ studio breuitatis prætereo,hæc in fi/
ne subiunxi. Audiant quapropter canes mei,idcirco me in hoc uolumine laborasse:non ut in
terpretationem antiquam reprehenderem:sed ut ea quæ in illa,aut obscura sunt,aut omissa,
aut certe uitio scriptorum deprauata,manifestiora nostra interpretatione fierent:qui & He/
bræum sermonem ex parte didicimus, & in Latino penè ab ipsis incunabulis inter gramma
ticos & rhetores & philosophos detriti sumus. Quod si apud Græcos post septuaginta ædi
tionem,iam Christi euangelio coruscante,Iudæus Aquila, & Symmachus ac Theodotion
Iudaizantes hæretici sunt recepti:qui multa mysteria saluatoris,subdola interpretatione cæ/
larunt, & tamen in exaplis habentur apud ecclesias, & explanantur ab ecclesiasticis uiris:
quanto magis ego Christianus, de parentibus Christianis natus, & uexillum crucis in mea
fronte portans:cuius studium fuit omissa repetere, deprauata corrigere,& sacramenta eccle/
siæ, puro & fideli aperire sermone: uel à fastidiosis, uel à malignis lectoribus non debeo re/
probari? Psalterium quoq; quod certe emendatissimum iuxta Septuaginta interpretes no/
stro

A ſtro labore dudum Roma ſuſcepit, rurſum iuxta Hebraicum uertens præfatione muniui: & ſic parte prologi ſum locutus. Quia igitur nuper cum Hebræo diſputans, quædam pro domino ſaluatore de pſalmis teſtimonia protuliſti: uolensq; ille te illudere, per ſermones pene ſingulos aſſerebat, non ita haberi in Hebræo, ut tu de Septuaginta interpretibus oppones: ſtudioſiſſime poſtulaſti, ut poſt Aquilam, Symmachum & Theodotionem, nouam æditionem latino ſermone transferrem. Aiebas enim te magis interpretũ uarietate turbari: & pro amore quo laberis, uel translatione, uel iudicio meo eſſe contentum. Vnde impulſus à te: cui & quæ non poſſum, negare non debeo: rurſum me obtrectatorum latratibus tradidi, maluiq; te uires potius meas quàm uoluntatem in amicitia quærere. Certe confidenter dicam, & multos huius operis teſtes citabo: me nihil, duntaxat ſcientem, de Hebraica ueritate mutaſſe. Sicubi ergo æditio mea à ueteribus diſcrepat: interroga quemlibet Hebræorum, & liquido peruidebis, me ab æmulis fruſtra lacerari: qui malunt contemnere uideri præclara, quàm diſcere, peruerſiſſimi homines. Nam cum nouas ſemper expetant uoluptates, & gulæ eorum uicina maria nõ ſufficiant: cur in ſolo ſtudio ſcripturarum ueteri ſapore cõtenti ſunt? Nec hoc dico, quod præceſſores meos mordeã, aut quicquam de his arbitrer detrahendum: quorum translationem diligentiſſime emendatam, olim meæ linguæ hominibus dedi: ſed quod aliud ſit in eccleſijs Chriſti credentium pſalmos legere, aliud Iudæis ſingula uerba calumniantibus reſpondere. Solomonis etiam libros, quos olim iuxta ſeptuaginta additis obelis & aſteriſcis in latinum uerteram, ex Hebraico transferens: & dedicans ſanctis epiſcopis Chromatio & Heliodoro, hæc in præfatiunculæ meæ fine ſubieci. Si cui Septuaginta interpretum magis æditio placet, habet eam à nobis olim emendatam. Neq; enim ſic noua cudimus, ut uetera deſtruamus. Veniam & ad Eſaiam: & partem prologi eius ſuper ſeptuaginta interpretatione ſubiungam. Quem cum magis euangeliſtam quam prophetam dicerem: eo quod uniuerſa Chriſti eccleſiæ myſteria ſic ad liquidum perſecutus eſſet, ut non
B de futuro uaticinari, ſed de præteritis hiſtoriam texere crederetur: etiam hoc addidi. Vnde conijcio noluiſſe tunc tẽporis Septuaginta interpretes, fidei ſuæ ſacramenta perſpicue ethnicis prodere: ne ſanctum canibus, & margaritas porcis darent. Qui cum hanc æditionem legeritis: ab illis animaduertetis abſcondita. Nec ignoro quanti laboris ſit, prophetas intellegere: nec facile quempiam poſſe iudicare de interpretatione, niſi intellexerit ante quæ legerit. Nos quoque patere morſibus plurimorum, qui ſtimulante inuidia, quod conſequi non ualent, deſpiciunt. Sciens ergo & prudens in flammam mitto manum. Et nihilominus à faſtidioſis lectoribus hoc precor: ut quomodo Græci poſt Septuaginta translatores Aquilam & Symmachum & Theodotionem legunt, uel ob ſtudium doctrinæ ſuæ, uel ut Septuaginta magis ex collatione eorum intelligant: ſic & iſti ſaltem unum poſt priores habere dignentur interpretem. Legant prius, & poſtea deſpiciant: ne uideantur non ex iudicio, ſed ex odij præſumptione, ignorata damnare. De Daniele autem breuiter reſpondebo, me non negaſſe eum prophetam, quem ſtatim in fronte prologi prophetam eſſe confeſſus ſum: ſed quid Hebræi dicerent, & quibus argumentis ſuam niterentur probare ſententiam, uoluiſſe monſtrare: & docuiſſe lectorem, eccleſias Chriſti hunc prophetam iuxta Theodotionem legere, & nõ iuxta Septuaginta translatores. Quorum ſi in iſto libro æditionem dixi multum à ueritate diſtare, & recto eccleſiarum Chriſti iudicio reprobatam: non eſt meæ culpæ qui dixi, ſed eorum qui legunt. In promptu ſunt quatuor æditiones, Aquilæ, Symmachi, Septuaginta, & Theodotionis. Eccleſiæ iuxta Theodotionem legunt Danielem. Ego quid peccaui, ſi eccleſiarum iudicium ſecutus ſum? Quod autem refero, quid aduerſum Suſannæ hiſtoriam & hymnum trium puerorum & Belis draconis fabulas, quæ in uolumine Hebraico non habentur, Hebræi ſoleant dicere: qui me criminatur ſtultum, ſe ſycophantam probat. Non enim quid ipſe ſentirem: ſed quid illi contra nos dicere ſoleant, explicaui. Quorum opinioni ſi non reſpondi in prologo breuitati ſtudens, ne non præfationem, ſed librum uiderer ſcribere, puto quod ſtatim ſubiecerim. Dixi enim, de quo nõ eſt huius tẽporis differere. Alioquin

&

& ex eo,quod asserui Porphyrium cõtra hunc prophetam multa dixisse,uocauiq; huius rei c
testes Methodium, Eusebium & Apollinarium, qui multis uersuum milibus, illius uesaniæ
responderunt:me accusare poterit,quare non in præfatiuncula contra libros Porphyrij scri-
pserim. Qui istiusmodi nænias consectatur, & scripturæ Hebraicæ ueritatem non uult reci-
pere,audiat libere proclamantem. Nemo enim cogitur legere, quod non uult. Ego petenti-
bus scripsi,non fastidiosis:gratis,non inuidis:studiosis,non oscitantibus. Et tamẽ miror quo
modo Theodotionem hæreticum & Iudaizantem legit,& qualiscunq; peccatoris Christia-
ni, translationem fastidit. Quæso te amice dulcissime, qui tam curiosus es, ut etiam somnia
mea noueris: omniaq; quæ per tot annos absq; metu futuræ scripsi calumniæ, in accusatio-
nem uocas:ut respõdeas quomodo eorum præfationes librorum nescias, quos accusas:quæ
quodam uaticinio,futuræ calumniæ responderũt,implentes prouerbium: Prius antidotum
quàm uenenum. Quid nocet ecclesijs nostra translatio? Magnis,ut scio, sumptibus redemi-
sti,Aquilæ & Symmachi & Theodotionis,quintęq; & sextæ æditionis Iudaicos translato-
res. Origenes tuus, & (ne forte queraris figurata te laude percussum) Origenes noster (no-
strum uoco ob eruditionem ingenij, non ob dogmatum ueritatem) in omnibus libris suis
post Septuaginta interpretes,Iudęorum translationes explanat & edisserit.Eusebius quoq;
& Didymus idem faciunt.Prætermitto Apollinarium,qui bono quidem studio, sed non se-
cundum scientiam de omnium translationibus in unum uestimentum pannos assuere cona
tus est:& consequentiam scripturæ,non ex regula ueritatis,sed ex suo iudicio texere.Aposto
lici uiri scripturis utuntur Hebraicis: ipsos apostolos & euangelistas hoc fecisse perspicuum
est. Dominus atq; saluator ubicunq; ueteris scripturæ meminit, de Hebraicis uoluminibus
ponit exempla:ut est illud: Qui credit in me, sicut scriptura dicit, flumina de uentre eius flu-
ent aquæ uiuæ.Et in ipsa cruce אֵלִי אֵלִי לָמָה עֲזַבְתָּנִי Eli Eli lamma asabthani:quod interpre-
tatur:Deus meus deus meus,quare me dereliquisti:non ut à Septuaginta positum est:Deus D
deus meus, respice in me,quare me deliquisti: & multa his similia. Nec hoc dicimus, quod
Septuaginta interpretes suggillemus, sed quod apostolorum & Christi maior sit autoritas:
& ubicunq; septuaginta ab Hebræo non discordãt,ibi apostolos de interpretatione eorum
exempla sumpsisse:ubi uero discrepant, id posuisse in Græco, quod apud Hebræos didice-
rant. Sicut ergo ego ostendo multa in nouo testamento posita de ueteribus libris, quæ in
Septuaginta non habentur,& hæc scripta in Hebraico doceo: sic accusator ostendat aliquid
scriptum esse in nouo testamento de Septuaginta interpretibus, quod in Hebraico non ha
beatur,& finita contentio est. Ex quibus omnibus approbatur,& Septuaginta interpretum
æditionem quæ legentium uetustate firmata est, utilem esse ecclesijs, dum ante gentes audi-
unt Christum uenturum esse quàm ueniat: & cæteros interpretes non reprobandos, quia
non sua, sed diuina uolumina transtulerunt: & familiarem meum id à Christiano & amico
debere suscipere, quod magno sumptu sibi à Iudæis describere festinauit. Excessi epistolæ
modum, & qui contra nefariam hæresim iam stilum fixeram, pro me respondere compul-
sus sum, expectans tria amici uolumina: & ad congeriem criminum eius tota mente suspen-
sus: nisi quod leuius est, professum inimicum cauere, quàm hostem latentem sub amici no-
mine sustinere.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA

MEum potissimum inuadat.) Hunc aiunt esse morem periclitantium in aquis, ut quicquid manibus nacti fuerint,id pertinacissime teneant,etiam suo malo. Nisi inuicti.) Quidam codices habent inclyti.Ex uarietate conijcitur locus depraua&us. Forte legendum est, infli-
cto pontificis baculo. Militari uulgariq;)Et hodie Galli quocunq; modo cognatum,pa-
rentem uocant sua lingua. Resupinus.)A gestu significauit desidiam. Recumbunt enim qui lassi
sunt,& qui essedo uehũtur,quod ipsum genus est delicati uehiculi. Lassulus)Diminutio cõmode ex
primit Ironiam. Flaminiæ iter.)Est una uia Romana quæ Flaminia,sicut Appia,Sacra,cæteræq;.
Mollissimum appellat,quod ea pars minime montuosa sit. Quæ malum)Malum,hic interiectionis
uice ponitur,qua solemus tædiũ aut iram exprimere. Potiri ignibus & frui)Improprietatẽ notauit.
Nam

A Nam potimur rebus, pro quibus certauimus: & fruimur rebus, pro quibus laborauimus. Apud eos dicitur κληρονομήσουσιν Id est, hæreditate capient. Acyrologijs.) Id est, impropriis locutionibus. Id
2 enim Græce sonat ἀκυρολογίαν. Et à grammaticis commemoratur inter uitia sermonis, ut si quis dicere sperare pro timere. Ille non potiretur) Negatio expungenda est, ut legas, ille potiretur. Nam irridet usurpationem uerbi impropriam: potimur enim his rebus quas desiderauimus. Et quem uolo ut ardeat.) Græci codices sic habent, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη; id est, & quid uolo si iam accensus est?

Theophrasti uerba) Per Ironiam appellat Theophrastum Ruffinum, propter balbutiem & infantiam. Theophrastus enim philosophus admirabili quadã fuit eloquentia: unde & nomen uidetur indi tum, quod diuine loqueretur. Modorum ac temporum legi dicentes.) Commiscuit præsens cum præterito: rectius erat, legi qui dicerent. Item legi, male respondet ad confirmabant. Præterea, & copula parum concinne connectit legi, & confirmabant. Postremo quis legit dicentes, ac non potius audit?
3 Vide quantum interfit inter locutuleium, & hominem uere eloquentem. Vt prætermittam καὶ κίμφαρον.) Cacemphaton Donatus refert inter decem orationis uitia. Id fit, cum quis utitur dictione quæ habet obscœnæ rei significationem. Veluti, Arrige aures Pamphile. Nam arrigo per se obscœnum uerbum est. Hic Hieronymus putat obscœnitatem subesse, in traduce humani seminis. Arcesilaum.) Hic mediæ Academiæ fuit autor & singulis de rebus ambigue disputabat, illud addens φημὶ μηδέν, id est, sic mihi uidetur. Carneadem.) Hic nouæ Academiæ princeps fuit. Erat autem id omnibus Academicis commune, nihil affirmare, sed probabilia sequi. Cautione.) Nam illi uerum nescire se dicebant, tamen quid esset ueri simile, se scire profitebantur. Ruffinus ne hoc quidem audet pronunciare, sed omnino nescire se fatetur. Inuidiam.) Pro odio & molestia posuit. Vitam è uita.) Nam sublato delectu rerum, ratio uiuendi tollitur è uita. Ad hanc inuidiam uitandam, confugerunt ad uerisimilia. Vide num pro uitam legendum sit ueritatem. Lactantium ex traduce factam) Pro his uerbis, extraduce factam, quidam codices habent συναφρομένην, id est, conseminatam, hoc est, pariter cum se
4 mine immissam. Interpretaris ἐξόδιον.) Ἔξοδος cantum significat: quanquam hic accipi uidetur pro commentario in librum Exodi. Sed puto scribendum ἐξόδειον. Et cicures.) Quidam codices habent, cicures Enniani. Quidam cicures Senniani. Quadrupedes quæ feræ non sunt, cicures dicuntur. Fortassis Ennius alicubi simplices, & qui facile quouis adducantur, cicures appellauit. Quid inconsequens) Quod Græci uocant ἀνακόλουθον: cum sequentia non respondent superioribus. Laciniosæ.) Id est, superfluentis. Nam laciniæ sunt uestium appendices, quibus olim utebantur, & adhuc
B utuntur nonnulli. Tantum uersibus.) Non singulis uerbis, sed uersibus. Versus est, quod uulgò lineam uocant. Quod si Hieronymus tantopere offenditur huiusmodi uitijs sermonis, quæ probe defendi possent: quid faceret nostrates legens Theologos, quorum tota oratio usq; ad prodigium spurca est? Et si clamat, se plus laborasse in intelligendo Ruffini sermonem, qui multis etiam eloquens uidetur, quam in respondendo: quid si rem haberet cum Ocanistis, aut Scotistis, aut similibus? Et si huius reliquis in rebus prudentiam, ex sermonis ineptia uult æstimari, quantum tribueret his quorum sermone nihil insulsius? Verum hi longe dissentiunt ab Hieronymo, qui nihil existimant, neq; sanctum, neq; do
5 ctum, quod idem non sit egregie barbarum. Nauem impetit.) Impegit legendum est, id est, illisit in scopulum. Prouerbium est, ubi quis statim in aggressu operis offendit. Ad populum phaleras.) Hoc Persiano uersu nimis uidetur Hieronymus delectatus: hoc est, apud uulgus te iacta, mihi penitus notus es. In Origenis scita) Scita uocat quæ Græci δόγματα, nos decreta, siue placita. Ἀναθεωρεῖσθαι.) θεωρεῖσθαι, considerare est, siue contemplari, ἀναθεωρεῖσθαι, id est, reconsiderare. Inde ἀναθεώρησις, recognitio. Commatice.) Id est, concisim, nam κόπτω incido, κόμμα incisio. Vnde & Michael) Hic locus est in epistola Iudæ apostoli ex apocryphis, ut apparet, Hebræorum sumptus.

Increpet tibi) Ἐπιτιμήσαι σοὶ ὁ κύριος, id est, increpet te dominus. Quanquam Græce dandi casus est. Nostri codices pro increpet habent, imperet, sed mendose. Duos Andabatas.) Andabatæ
6 clausis oculis congrediuntur. De hoc uide prouerbium à nobis explicatum in Chiliadibus. Subscriptionum) Subscribebant enim, qui sententiam alicuius cõprobabant. Quis imperator) Nota lector, olim synodos, imperatorum iussu congregari solitas. Cum mihi mea ingeratur fabella) Quidam codices habent tabella. Vtrunq; tolerari potest. Fabella, id est, sermo leuiter inter conuiuia dictus: uel tabella, id est, mensula, hoc est, quod in mensa dictum est. A synodo uidelicet.) Nonnulli codices habebant, asino uidelicet lyra. Verum mihi probatur, a synodo, id est, à synodis alieno, ἀσυνόδου, ut intelligas, nihil opus esse ingerere sermones prandiorum ei, qui omnia synodorum acta nouerit.

Quasi mimum Philistionis.) Philistion Sardianus, quanquam de patria ambigunt autores, ad risum scripsit comœdiolas quasdam: unde & præ nimio risu mortuus est. Mimum.) Hic uocat carmen ipsum ludicrum. Marulli.) Et hic mimographus fuit, cuius meminit Spartianus in uita Antonij. Huius generis fuit & Lentulus, quanquam de eo nihil nominatim comperi, nisi quod hunc memorat alibi Hieronymus. Stropham) Vocat obliquum sermonem: cum aliud agimus, quàm præ nobis ferimus. Sic enim mimi sub alterius nomine, alium taxant apud populum. Cypriani ψευδεπιγράφου.)
7 Id est, falsæ inscriptionis: ψεῦδος mendacium, & ἐπιγράφω inscribo. Ipse bilinguis.) Id

eſt,Græce peritus & latine,quanquam interim ſcomma eſt,ex alluſione bilinguis. Numera indices) C
Indicem uulgò tabulam uocant,Græci ἔλεγχον. Cum Daniele)Nam huic dictum eſt: Vir deſideriorum es tu,ut habetur apud ipſum capite nono,quod eſſet diſcendi cupidus. Aut illuſtria) Nam præ notatis ſtellulis illuſtrabat, & ueru iugulabat & confodiebat. Eſt enim obeliſcus gladij, ſiue teli genus. Aſteriſcus ſtellula. Proprium σώπαγμα.) Σωπάω, id eſt,compono.Inde σώπαγμα, opus compoſitum. Hiberas nænias.)Nænias hoc loco nugas uocat aniles.Hiberas autem dixit,quod in Hiberia multa naſcantur uenena,maleficijs apta,ſicut in Odis teſtatur Horatius. Vnde propter prodigioſa maleficiorum abulamenta,fabulæ aniles ,Hibericę næniæ dictæ ſunt.Eſt enim Hiberia finitima Colchidi,quæ ſimilibus fabulis infamis eſt. Mendacio ſuo extruxerit)Feſtiuiter dicit eas celluſas non ſaxis,ſed mendacio conſtructas fuiſſe. Ridet hoc figmẽtum ſcribens ad Auguſtinum,qui ſerio credidit. Neq; deſunt hodie qui credant,cum diuus Hieronymus planè mendacium eſſe pronunciet. Hyperaſpiſtes.) Ἀσπὶς Græce clypeus eſt: ὑπερασπιστὴς, qui clypeo ſuo protegit aliquem. Vnde non inepte 8
addidit quiſquis is fuit, id eſt, ſatelles & armiger:maxime cum de rege loquatur . Nam regij corporis cuſtodes ſatellites appellantur. Non ſolum exempla compoſuit quatuor æditionum.) Suſpicor ab Hieronymo ſcriptum fuiſſe, exapla compoſuit quatuor æditionum. Contexuerat Origenes opus ſex columnis diſtinctum,quemadmodũ fit in canonibus:Prima habebat Hebraica uerba figuris Hebraicis deſcripta . Secunda è regione demonſtrabat Hebraica uerba Græcis literis deſcripta , propter eos, qui literas Hebræorum non didiciſſent. Tertia deinceps annectebat æditionem Aquilæ,quarta Symmachi,quinta Septuaginta interpretum,ſexta Theodotionis.Hoc opus appellauit ἑξαπλᾶ, quod omnia ex ſimplici ordine eſſent digeſta.Sic enim interpretatur Ruffinus.Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. ſexto: quanquam illic quoq; ſcribæ pro exapla poſuerant exemplaria. Apud Suidam quidam idem opus appellat πεξαπλᾶ, quaſi ἑξαπλᾶ, dicerentur à numero ſex columnarum,quanquam apud Græcos ſemper inuenio uocem hanc prima uocali exili. Et in pſalmos quintam etiam ac ſextam ſeptimamq; citat æditionem,certe Græcis ἐξαπλόω ſignificat explano. Quæ oculus non uidit.) Vel ex hoc loco licebit emendare uulgatam æditionem noſtram, quæ perperam habet,quod pro quæ, & deſcendit pro deſcenderunt,tametſi Græcis uerbum ὠνέβη ſingularis eſt numeri,tamen uſurpatur pro plurali,propter nominatiuum pluralem neutri generis,ad quẽ refertur,nempe ἃ, id eſt quæ. Moras.) Salebras & impedimenta uocat, quæ lectorem offendunt ac remorantur. Syluam nominum.) Confuſam & indigeſtam congeriem,ſyluam appellat. Senſuumq; labores.)Hoc loco labores uerto in labyrinthos, ut intelligas difficultates inexplicabiles ſententiarum . Nam locum fuiſſe corruptum, uel ipſa le- D
ctionis arguit uarietas. Per uerſuum cola.) Κῶλον, id eſt, membrum , cum abſoluta eſt ſententia: 9
hinc apparet olim ſingulos uerſus ſingula cola complecti ſolere: commata quoque ſua habuiſſe interualla. Mirum eſt horum nihil obſeruatum fuiſſe à noſtris,neq; de commatis & colis, neq; de obelis & aſteriſcis,neq; canonibus,cum uehementer ad rem pertineant. Iuxta Iſmenium.) Iſmeniam legendum eſt.Hic fuit diſcipulus Antigenidis Thebani cantoris,qui cum populo non probaretur , Antigenidas præceptor illius, Mihi, inquit, cane & Muſis. Memínit Valerius Maximus libro tertio capite de fiducia ſui. Clauſis quod dicitur oculis.) Alluſit ad Andabatas,qui clauſis oculis ſeſe petebant. Clauſis oculis,id eſt,nullo iudicio. Sycophantam.) Id eſt,calumniatorem de re nihili,id enim ſignificat ſycophanta. Sed quid contra.) Hic Hieronymus uafre reſpondet. Siquidem ex ipſa præfatione planè apparet eum ita ſenſiſſe.Ad eundem modum reſpondet de ſomnio. Figurata laude.)Id eſt, non ſimplici,ſed quæ ſtropham habeat.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Miſerat, ut apparet , Ruffinus epiſtolam contumelijs ac minis plenam ad Hieronymum,ac præterea libros,quos in illum ſcripſerat,ad publicum certamen inimicitiæ prouocans. Ad quæ magna libertate reſpondet,in quo non oportebit offendi lectorem . Sua cuiq; dolent:in alienis facile temperati ſumus.Erat Hieronymus natura ingenio uehementi. Deinde bene ſibi conſciæ mentis fiducia , dicendi libertatem addebat,ad hæc laceſſitor improbus, & iuxta publianam ſentẽtiã,furor fit,læſa ſæpius patientia. Poſtremo contumelia erat intolerabilis,quippe quæ notam hæreſeos impingebat.Super omnia memineris & Hieronymum licet eruditiſſimum,licet ſanctum, hominem tamen fuiſſe.

APOLOGIA HIERONYMI ADVERSVS RVFFINVM

LEctis literis prudentiæ tuæ,quibus in me inueheris:& laudatũ quondam tuum quem uerum collegam loquebaris & fratrem, nũc libris ad reſpondendum prouocas , terres q; criminibus : intellexi illud Solomonis in te eſſe completum : In ore ſtulti baculus contumeliæ . Et non recipit fatuus uerba prudentię:niſi ea dixeris,quæ uerſantur in corde eius. Et Eſaias:Fatuus,inquit,fatua loquetur,& cor eius uana intelliget:ut compleat iniquitates

A tates, & loquatur contra deum mendacium. Quid enim neceſſe fuit accuſationis uolumina mittere, & maledicta proferre in medium: ſi tu in ultima parte epiſtolæ, denunciata morte me deterres, ne audeam reſpondere criminibus, imo laudibus tuis? Eadem quippe & prædicas & accuſas, & de uno fonte dulce amarumq; procedit. Vnde obſecro te, ut uerecundiam & pudorem quem à me exigis, prior exhibeas: & qui mendacij alterum criminaris, deſinas ipſe mentiri. Ego nulli ſcandalum facio, nec accuſator interim tui ſum. Non etenim conſidero, quid tu merearis, ſed quid me deceat: & ſaluatoris eloquium pertimeſco dicentis: Qui ſcandalizauerit unum de puſillis iſtis, qui in me credunt: expedit ei, ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Et, uæ mundo ab ſcandalis. Neceſſe eſt enim ut ueniant ſcandala: ſed uæ homini per quem ſcandalum uenit. Poteram & ego in te falſa congerere: & dicere me uel audiſſe, uel uidiſſe, quæ nullus norat: ut apud ignorantes impudentia ueritas, & furor conſtantia putaretur. Sed abſit ut imitator tui ſim: & quod in te reprehendo, ipſe faciam. Ille loquatur ſpurcitias, qui poteſt ſpurca committere. Malus homo de malo cordis theſauro profert ea quæ mala ſunt. Ex abundantia cordis os loquitur. Habeto interim lucrum, quod amicus quondam tuus nunc accuſatus, turpia tibi non uult obijcere. Et hoc dico: non quod accuſationis tuæ gladios pertimeſcam: ſed quod magis accuſari uelim, quàm accuſare: & pati iniuriam, quàm facere: ſciens præceptum ab Apoſtolo.
1 Non uoſmetipſos ulciſcentes chariſſimi, ſed date locum iræ: ſcriptum eſt enim: Mihi uindicta, & ego retribuam dicit dominus. Sed ſi eſurierit inimicus tuus: ciba illum. Si ſitierit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius. Qui enim ſeipſum uindicat, ultionem domini non meretur. Et tamen antequam reſpondeam epiſtolæ tuæ, expoſtulare tecum libet: uenuſtiſſime monachorum, bone presbyter, imitator Chriſti, fratrem tuum potes occidere: quem ſi tantum oderis, homicida es? Hoc à ſaluatore didiciſti, ut uerberanti maxillam præberes alteram? Sic ipſe reſpondit percuſſori ſuo? Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: Si bene, quid me cædis?
B Mortem minaris, quam & ſerpentes inferre poſſunt. Mors omnium eſt, homicidium peſſimorum. Quid enim, niſi tu me occideris, ego immortalis ero? Quin potius habeo gratiam, quod facis de neceſſitate uirtutem. Nonne & apoſtoli ſaluis inter ſe amicitijs diſſenſerunt, quum Paulus & Barnabas propter Ioannem cognomento Marcum ſtomachati ſunt: & ſeparauit eos nauigatio, quos Chriſti euangelium copulabat? Nónne idem Paulus in faciem Cephæ reſtitit, quod non recto pede incederet in euangelio? Et tamen præceſſorem ſuum & columnam eccleſiæ uocat: & exponit prædicationem, ne in uacuum curreret, aut cucurriſſet. Nónne in religione etiam liberi à parentibus, & coniuges à maritis ſalua pietate diſſentiunt? Vos ſi ita habetis, ut habemus, cur nos odiſtis? Si aliter creditis, quid uultis occidere? An qui à uobis diſſenſerit, occidendus eſt? Teſtem inuoco Ieſum conſcientiæ meæ, qui & has literas & tuam epiſtolam iudicaturus eſt, me ad commonitionem ſancti papæ Chromatij uoluiſſe reticere, & finem facere ſimultatum, & uincere in bono malum: ſed quia minaris interitum niſi tacuero, reſpondere compellor, ne uidear tacendo crimen agnoſcere: & lenitatem meam, malæ conſcientiæ ſignum interpreteris. Hoc eſt uerum dilemma tuum: non ex dialectica arte quam neſcis, ſed ex carnificum officina & meditatione prolatum. Si tacuero, criminoſus ero: ſi reſpondero, maledicus. Tu me ergo & prohibes & cogis, ad reſpondendum. In quo utrunq; moderabor: ut & obiecta diluam, & ab iniuria temperem. Quis enim eum non timeat, qui eſt paratus occidere? Sequarq; ueſtigia propoſitionis tuæ, ſeruans cætera illis eruditiſſimis libris, quos antequam legerem, confutaui. Dicis te accuſationem meam ad eos tantum miſiſſe, qui meis uerbis læſi fuerant, & non ad plures: quia non ad oſtentationem, ſed ad ædificationem Chriſtianis loquendum eſt. Et unde oro te librorum tuorum ad me fama peruenit? Quis eos Romæ? quis in Italia, quis in Dalmatia diſſeminauit? Si in ſcrinijs tuis & amicorum tuorum latebant, ad me quomodo mea crimina peruenerunt? Et audes dicere te non ad oſtentationem, ſed ad ædificationem quaſi Chriſtianum loqui: qui de ſene ſenex

tanta confingis, quanta non diceret de latrone homicida, de ſcorto meretrix, ſcurra de mi- C
mo? Qui parturis mihi montes criminum, & gladios quos defigas in iugulum meum, tan-
to ante tempore exacuis? Idcirco ne cereales & anabaſij tui per diuerſas prouincias cucurre-
runt, ut laudes meas legerent? Vt panegyricum tuum per angulos & plateas, ac mulierecula-
rum textrinas recitarent? Hæc eſt tua illa ſancta uerecundia: hæc ædificatio Chriſtiana, ſic
modeſtus es, ſic pudens: ut cateruatim de occidente uenientes mihi tua maledicta narraue-
rint: ita memoriter & conſentanee: ut ego cogerer non ſcriptis tuis, quæ necdum legeram, ſed
ſcriptorum reſpondere opinionibus, & uolantia toto orbe iacula falſitatis, clypeo ueritatis
excipere. Sequitur in epiſtola tua. Noli multo auro redimere notarium meum: ſicut amici
tui de meis πόδ' ἀρχῶν ſchedulis, nondum emendatis, nondum ad purum digeſtis, fece-
runt: ut facilius falſare poſſent, quod aut nullus haberet, aut admodum pauci. Gratis à me
miſſum ſuſcipe codicem, quem cenſu magno cuperes comparatum. Non te pudet proœ-
mij? Ego auro redimerem notarium tuum? Et quis talis ac tantus eſt, ut audeat cum Crœſo
& Dario pugnare diuitijs? Vt ſubitum Demaratum, & Craſſum non pertimeſcat? Vſque 2
adeo ne obdurasti frontem, ut mendacium ponas ſpem tuam: & exiſtimes te protegi poſſe
mendacio: & quicquid finxeris tibi credendum putes? Quis Bethlehem de cubiculo fratris
Euſebij furatus eſt epiſtolam laudatricem tuam? Cuius artificio & à cuius miniſtris in ſan-
ctæ Fabiolæ hoſpitio & uiri Chriſtiani & prudentis Oceani inuentus eſt codex, quem illi
nunquam uiderant? An idcirco te exiſtimas innocentem, ſi quicquid tuum eſt in alios con-
feras? Quicunq; te offenderit, quamuis ſimplex, quamuis innoxius ſit, ilico criminoſus fiet?
Habes enim, per quod Danaes eſt uicta pudicitia, quod Giezi magiſtri prætulit ſanctitati,
propter quod Iudas tradidit dominum ſuum. Videamus tamen quid meus neceſſarius de
ſchedulis tuis, necdum emendatis & nondum ad purum digeſtis, falſauerit: & ob id facilius
ei falſatæ fuerint, quod aut nullus eas haberet, aut admodum pauci. Et ante ſcripſi, & nunc
eadem deo audiente proteſtor, me non approbaſſe accuſationem eius: nec cuiuſquam Chri-
ſtiani in Chriſtianum. Quid enim neceſſe eſt, in multorum ſcandala ruinamq; proferri, quæ D
ſecreto aut corripere ualeas, aut emendare? Sed quia unuſquiſq; uiuit ſtomacho ſuo: & ami-
cus non ſtatim dominus eſt alterius uoluntatis: ſicut accuſationem etiam ueram reprehen-
do, ſic falſitatem ſchedularum in ſancto uiro non ſuſcipio. Quid enim homo latinus de in-
terpretatione Græca potuit immutare? Aut quid ſubtraheret uel adderet in libris πόδ' ἀρ-
χῶν, ubi ſic contexta ſunt omnia, & alterum pendet ex altero: ut quicquid tollere uolueris
uel addere, quaſi pannus in ueſtimento ſtatim appareat? Quod ergo me mones, ipſe faci-
to: paululum ſaltem humani, ſi non Chriſtiani pudoris aſſume: ne deſpecta & calcata con-
ſcientia tua, uerbis te purgatum putes, qui rebus urgeris. Si Euſebius auro redemit inemen-
datas ſchedulas, quas falſaret: tu profer tuas, quæ falſatæ non ſint: & ſi probaueris nihil in
eis hæreticum, tunc ille crimine tenebitur falſitatis. Quamuis mutes, quamuis corrigas, ca-
tholica non probabis. Si enim error eſt in uerbis aut in paucis ſenſibus, poſſunt detruncari
mala, & bona pro his reponi. Vbi autem tota diſputatio æqualis eſt, ut uniuerſæ rationabi-
les creaturæ, quæ propria uoluntate corruerant, in unum poſtea reuertantur ſtatum, ut rur-
ſum ex eodem principio aliæ ſint ruinę: quid habes emendare, niſi cuncta mutaueris? Quod
ſi facere uolueris, iam non libros alienos interpretaberis, ſed condes tuos. Hoc autem cuiuſ-
modi argumentum ſit, non intelligo. Quia, inquit, inemendatæ, & nondum ad purum dige-
ſtæ erant ſchedulæ, idcirco facilius ab Euſebio falſatæ ſunt. Aut ego tardior ſum, aut mihi ſa
tis fatuum & obtuſum uidetur. Si nondum emendatæ, nec ad purum digeſtæ erant ſchedu-
læ: error earum non Euſebio imputabitur, ſed moræ & tarditati tuæ, qui emendare ceſſaſti.
Et in eo ſolo erit ille culpabilis: quia ſcripta tua cito diſſeminauit in uulgus, quæ tu paulatim
emendare decreueras. Sin autem, ut tu uis, eas falſauit Euſebius: quid cauſaris atq; præten-
dis inemendatas, & necdum ad purum digeſtas in publicum prorupiſſe? Et emendatæ
enim & non emendatæ ſimilem recipiunt falſitatem. Nullus, inquit, eos habebat libros, aut
admodum

A admodum pauci. In uno sermone quanta diuersitas? Si nullus eos habebat, quomodo a/
pud paucos erant? Si pauci habebant, cur nullum habuisse mētiris? Cum autem dicas apud
paucos fuisse: & te ipso confitente subuersum sit, quod nullus habuerit: ubi est illud, quod
quereris auro redemptum notarium tuum? Dic nomen notarij, quantum auri datum sit,
ubi, per quem, aut cui datum. Vtiq; proditorem tuum abiecisti à te, & tanti facinoris reum à
tuo consortio separasti. Vide ne magis illud uerum sit, à paucis illis amicis tuis, & Eusebio &
cæteris data exemplaria: quæ ita inter se congruunt, atq; consentiunt, ut ne puncto quidem
alterum ab altero differat. Deinde cuius prudentiæ est, dare exemplar alijs, quod nondum
emendaueras? Scriptæ ad purum non erant schedulæ, & emendandos errores tuos iam alij
possidebant. Sentis ne non hærere inter se mendaciū? Et quid tibi in articulo temporis pro/
fuit, ut episcoporum sententias subterfugeres, patere discussum, & tuis te uerbis redargui? Ex
quo apparet iuxta inclyti oratoris elogium, te uoluntatem habere mentiendi, artem fingen/
di non habere. Sequar ordinem epistolæ, & ipsa ut locutus es uerba subnectam. Eloqueńti/
am, ut dicis, tuam & in præfatione mea laudasse me fateor: etiam nunc laudarem nisi tu eam
contra Tullij tui sententiam, multa iactantia faceres odiosam. Vbi iactaui eloquentiam me/
am, qui etiam à te laudatam non libenter accepi? An hoc dicis, quia non uis subdola prædi/
catione palpari? Aperte accusaberis: ut qui laudantem respuis, sentias criminantem. Imperiti/
am autem tuam, non tam stultus eram, ut reprehenderem: quam nemo potest fortius accu/
sare, quàm tuipse, dum scribis. Sed uolui ostendere condiscipulis tuis qui tecum non didice/
runt literas: quid per triginta annos in oriente profeceris: qui συγγραφεὺς ἀγράμματος
procacitatem disertitudinem, & maledicere omnibus, bonæ conscientiæ signum arbitraris.
Nec tibi ut dicis ferulas adhibeo, neq; athenogeronta meum scutica & plagis literas docere
contendo: sed quia fulmen eloquentiæ tuæ atq; doctrinæ omnes tractatores ferre non pos/
B sumus, & ingenij acumine præstringis oculos nostros, intantum, ut omnes tuos inuidos pu/
tes: certatim opprimere te cupimus: ne si semel in scribendo obtinueris principatum, & in elo
quētiæ arce steteris, cunctis nobis qui aliquid scire uolumus, mutire non liceat. Ego philoso/
phus, rhetor, grammaticus, Dialecticus, Hebræus, Græcus, Latinus, trilinguis. Hoc modo &
tu bilinguis eris: qui tantam habes Græci Latiniq; sermonis scientiam, ut & Græci te latinum,
& Latini te Græcum putent: & papa Epiphanius πολύγλωττος, quia quinq; linguis con
tra te & amasium tuum loquitur. Simulq; admiror qua temeritate contra tantarum arti/
um uirum audeas dicere: tu qui tot disciplinarum oculis uigilas, quomodo uenia donandus
es, si erraueris, & non perpetuo pudoris silentio contegēdus? Quod cum legissem, & me pu/
tarem alicubi in sermone lapsum (qui enim in uerbo non peccat, iste perfectus est) & suspica
rer eum aliquid meorum prolaturum esse uitiorum, subito intulit: Ante biduum mihi quàm
proficiscereturharum baiulus, in manus uenerunt, quę in me declamasti. Vbi est ergo quod
minaris & dicis: quomodo donandus es uenia, si erraueris, & non perpetuo pudoris silentio
contegēdus? Nisi forte præ angustia temporis non potuisti ea in ordinem digerere: Aut ali/
quem de eruditis conducturus eras, qui in opusculis meis gemmarum eloquentiæ tuæ orna/
menta perquireret. Supra scripsisti: gratis à me missum codicem susćipe, quem censu ma/
gno cuperes comparatum: & nunc humilitatis præstigijs loqueris, imitari te uolui, sed refe/
stinante eo qui ad te remeabat, malui paucis ad te, quàm ad alios pro tuis maledictis latius,
scribere. Et interim audacter frueris imperitia tua. Semel enim confessus es, dicens: superflua
tibi reprehensio fuit in paucis, quæ professa nobis habetur in omnibus. Nec reprehendam,
quod comparatum codicem pro empto posueris: cum comparatio æqualium sit, emptio
precij annumeratio: & refestinante eo, qui ad te remeabat, sordidissimæ elocutionis πολυσο/
λογία: tantum sensibus respondebo: & te nequaquam solœcistam ac barbarum, sed mēda/
cem, subdolum, impudentem conuincam. Si ad me tantum epistolam scribis, ut me commo
neas & emendatum uelis: ne cæteris scandalum facias, & alijs furentibus iugulentur alij: cur li

bros contra me ſcribis ad alios: & legendos per ſatellites tuos toto orbe diſpergis? Vbi eſt c
ſyllogiſmus tuus, quo me irretire conaris & loqueris: Quem in hoc magiſter optime emen-
dare cupiebas? Si illos ad quos ſcribis, nihil deliquerant. Si me quē arguis, non ad me ſcripſe-
ras. Et ego tuis reſpondebo tibi ſermonibus. Quem emendare cupiebas magiſter indocte?
Eos ne qui non peccauerant? An me, ad quem non ſcripſeras? Brutos putas eſſe lectores, &
omnes non intelligere prudentiam tuam: imo maliciam, qua & ſerpens prudentior fuit cun-
ctis beſtijs in paradiſo: ut à me ſecretam admonitionem flagites, quem publica accuſatione
perſequeris, & non te pudet accuſationem tuam Apologiam uocare? Quereriſq; cur oppo-
nam clypeum pugioni tuo, & tibi quaſi religioſulus & ſanctulus perſonā humilitatis impo-
nis, & dicis: Si erraueram, quare ſcribis alijs, & non meipſum redarguis? Hoc ipſum in te re-
torquebo. Quicquid enim me non feciſſe cauſaris, quare nō ipſe feciſti? Velut ſi quis pugnis
aliquē calcibusq; collidens, ſi reſiſtere uoluerit, dicat ei: Nonne tibi præceptum eſt, qui te per
cuſſerit in maxillam, prębe illi & alteram? Quid enim bone uir, tibi præceptum eſt ut me uer
beres? Oculum mihi effodias: & ſi paululum me commouero: euangelij mihi præcepta can
tabis? Vis ſcire tortas argutiarum tuarum ſtrophas, & uulpecularum inſidias, quæ habitant
in parietinis, de quibus Ezechiel loquitur: Quaſi uulpes in deſerto prophetæ tui Iſrael? Au-
ſculta quid feceris. Ita me in tua præfatione laudaſti, ut objicerentur mihi laudes tuæ, & niſi
me alienum à tanto laudatore dixiſſem, hęreticus iudicarer. Poſtquam repuli crimina, id eſt,
laudes tuas: & abſq; inuidia tui nominis, reſpondi criminibus non criminatori: atq; ut me ca
tholicum à te infamatus probarem, inuectus ſum in hæreticos: iraſceris, furis, & luculentiſſi-
mos libros contra me cudis: quos cum legendos & cantandos omnibus tradidiſſes, certatim
ad me de Italia & urbe Roma atq; Dalmatia ſcripta uenerunt, quibus me laudator priſtinus
ornaſſes præconijs. Fateor ilico ad obiecta reſpondi, & me non eſſe hæreticum, totis uiribus
probare conatus ſum. Miſiq; hos ipſos Apologiæ meæ libros, ad eos quos tu uulneraueras, D
ut uenena tua, noſtra ſequeretur antidotus. Ob hanc culpam mittis mihi & priores libros, &
recentem epiſtolam, plenam iniuriarum & criminum. Quid me uis facere bone amice? Tace
am? Videbor crimen agnoſcere. Loquar? Terres me gladijs tuis, & accuſationem non iam
eccleſiaſticam, ſed tribunalium comminaris. Quid feci? Quid cōmerui? In quo te læſi? Quia
me negaui hæreticum? quia me tuis laudibus duxi indignum? quia hæreticorum fraudulen-
tias & periuria aperto ſermone deſcripſi? Quid ad te, qui & catholicum & ueracem te eſſe ia
ctas, qui libentius me accuſas, quàm te defendis? Num mea defenſio, accuſatio tua eſt? Aut
aliter orthodoxus eſſe non poteris, niſi me hæreticū comprobaueris? Quid tibi prodeſt ſo-
cietas mea? Aut quæ eſt iſta prudentia? Accuſatus ab alijs, accuſas alium. Ab alio appeteris,
& illi tergum obuertens, quieſcentem contra te prouocas. Teſtor mediatorem Ieſum, inui-
tum me & repugnantem ad hæc uerba deſcendete: & niſi tu prouocares, ſemper taciturum
fuiſſe. Deniq; noli accuſare, & ego ceſſabo defendere. Quæ enim eſt audientium ædificatio,
duos ſenes inter ſe propter hæreticos digladiari: præſertim cum ambo catholicos ſe uideri
uelint? Omittamus hæreticorum patrocinium, & nulla erit inter nos contentio. Eodem feruo
re quo Origenem ante laudauimus, nunc damnatum toto orbe, damnemus. Iungamus dex
tras, animos copulemus, & duos orientis atq; occidentis προσωποφόρους, alacri ſequamur in- 5
ceſſu. Errauimus iuuenes, emēdemur ſenes. Si frater es, me gaude correctum. Si amicus ſum,
de conuerſione tua debeo gratulari. Quàmdiu inter nos iurgium fuerit, uidebimur rectam
fidem neceſſitate ducere, non uoluntate. Inimicitiæ noſtræ, inuicem nobis tollunt teſtimoni-
um ueræ pœnitentiæ. Si unum credimus, ſi idem & uolumus & nolumus, ex quo firmas na-
ſci amicitias etiam Catilina teſtatur: ſi hæreticos pariter odimus, & ueterem æque damna-
mus errorē: quid contra nos tendimus, cum eadem oppugnemus, eadē defendamus? Igno-
ſce mihi, quod Origenis eruditionem & ſtudium ſcripturarum, antequam eius hæreſim ple-
nius noſſem, in iuuenili ætate laudaui: & ego tibi dabo ueniam, quod Apologiam librorum

eius

A eius cano ſcripſeris capite. Ante biduũ, quàm ad nos epiſtolã ſcriberes, libellos meos in manus tuas ueniſſe teſtaris,& idcirco non habuiſſe ſpacium ex ocio reſpondendi,alioqui ſi meditatus in nos paratusq; dixiſſes,fulmina iacere,non crimina uidereris. Et quis tibi credet homini ueraciſſimo,ut negociator orientalium mercium:qui & hinc deportata uendere neceſſe habebat,& ibi emere,quæ huc rurſus adueheret: biduum tantum Aquileiæ fuerit,ut raptim & ex tempore contra nos dictare epiſtolam cogereris? Libri enim tui, quos limaſti per trienium,diſertiores ſunt? Niſi forte non fuit impræſentiarum qui tuas emendaret nænias: Et idcirco omne iter dictionis tuæ,abſq; Palladis arte, ſalebris & uoraginibus uitiorum inciditur. Tam apertum temporis mendacium eſt,ut non dicam reſpõdere,ſed legere biduo,mea ſcripta non potueris. Ex quo apparet,te illam epiſtolã aut pluribus diebus ſcripſiſſe,ut ſtili ipſius elegantia probat:aut ſi tumultuaria dictio eſt,nimiũ te eſſe negligentẽ, qui cum extemporalis talis ſis,meditatus deterior fueris. Illud autem quod tergiuerſaris, & dicis te ea tranſtuliſſe de Græco,quæ ego prius Latino ſermone tranſtulerim,non ſatis intelligo quid uelis dicere:niſi forte adhuc cõmẽtarios ad Epheſios criminaris,& quaſi nihil tibi ſuper hoc reſponſum ſit,obduras frontis impudentiam,nec auribus obturatis uoces recipis incãtantis. Nos in commentarijs, & illis & alijs, & noſtram & aliorum ſententiam explicauimus, aperte confitentes quæ ſunt hæretica, quæ catholica. Hic eſt enim commentariorum mos, & explanantium regula,ut opiniones in expoſitione uarias perſequantur, & quod uel ſibi uel alijs uideatur,ediſſerant. Et hoc non ſolum ſanctarum interpretes ſcripturarum, ſed ſecularium quoq; literarum explanatores faciunt, tam Latinæ linguæ, quàm Græcæ. Tu in libris περὶ ἀρχῶν idipſum obtendere non potes. Arguet enim te præfatiuncula tua, in qua polliceris, detruncatis malis, & quæ ab hæreticis addita fuerant, optima remanſiſſe: ut quicquid ibi uel bonum uel malum dixeris, iam non ei imputetur quem transfers, ſed tibi qui interpretatus es: niſi forte hæreticorum errores emendare debueras, & Origenis mala proferre in medium.

B Sed de hoc,quia nos remittis ad codicẽ,ante tibi reſpondimus,quàm tua ſcripta legeremus. De Pamphili libro,nõ ridiculoſa,ut tu ſcribis,ſed ridicula mihi forte res accidit,ut poſtquam Euſebij aſſeruerim eſſe nõ Pamphili, ad extremum dixerim, etiam me annos plurimos hoc putaſſe quod Pamphili fuerit, & à te exemplar huius uoluminis mutuatum. Vide quantum timeam cachinnos tuos, ut etiam nunc eadem ingeram. De tuo codice quaſi Pamphili exemplar accepimus. Credidi Chriſtiano & credidi monacho,non putaui tantum ſceleris à te poſſe confingi. Poſtea uero per interpretationem tuam quæſtione contra Origenem toto orbe commota, in quærendis exemplaribus diligentior fui, & in Cæſarienſi bibliotheca, Euſebij ſex uolumina reperi ἀπολογίας ὠριγένους. Quæ cum legiſſem, primum eum librum deprehẽdi,quem tu ſolus ſub nomine martyris ædidiſti, de filio & ſpiritu ſancto, in bonam partem pleriſque blaſphemijs commutatis. Et hoc uel Didymum uel te,uel alium feciſſe neſcio quem, quod tu apertiſſime in libris περὶ ἀρχῶν feciſſe conuinceris: maxime cum idem Euſebius (ut iam duobus libris docui) ſcribat Pamphilum,nihil proprij operis ædidiſſe. Dic ergo & tu,à quo exemplar acceperis: nec mihi ad ſubterfugiẽdum crimen mortuos aliquos nomines:ut cum autorem oſtendere non potueris, illum proferas qui non poſſit reſponderе. Sin autem riuulus ille in tuis ſcrinijs fontem habet,quid ſequatur,etiam me tacente nõ dubitas. Verum fac ab alio quolibet amatore Origenis, libri huius titulum, & autoris uocabulum cõmutatum,cur hoc in Latinam linguam uertis? Videlicet ut teſtimonio martyris,omnes Origenis ſcriptis crederent,prẽmiſſa munitione tanti autoris & teſtis. Nec tibi ſufficit doctiſſimi uiri Apologia,niſi ſcribas & propriũ uolumen pro defenſione eius:quibus per multos diſſeminatis,tuto iam libros περὶ ἀρχῶν uertis è Græco,& hos ipſos prefatione cõmendas, dicens nõnulla in his ab hæreticis deprauata, quæ tu de aliorum librorum Origenis lectione correxeris. Me quoq; laudas,ne tibi amicorum meorum quiſpiam contradicat. Origenis κήρυκα prædicas, eloquentiam meam fers in cœlum, ut fidem in cœnum deprimas:

fratrem & collegam uocas, & imitatorem te mei operis confiteris: Cumq; à me translatas e
Origenis septuaginta Homilias, & nonnullos Tomos in apostolum iactes, in quibus sic cun
cta limauerim, ut nihil in illis, quod à fide catholica discrepet, Latinus lector inueniat: nunc
eosdem libros hæreticos criminaris: & uerso stilo quem prædicaueras, quia consortem pu
tabas: accusas, quoniam perfidiæ tuæ cernis inimicum. Quis è duobus calumniator est mar
tyris? Ego qui illum dico hæreticum non fuisse, nec scripsisse librum, qui ab omnibus repre
henditur: an tu qui uolumen hominis Ariani, titulo commutato sub nomine martyris ædi
disti? Non tibi sufficit scandalum Græciæ, nisi illum & Latinorum auribus ingeras, & incly
tum martyrem, tua quantum in te est translatione deformes. Tu quidem alia mente feci
sti, non ut martyrem argueres, nō ut me accusares, sed ut Origenis per nos scripta defenderes.
Attamen scito Romanā fidem, apostolica uoce laudatam, istiusmodi præstigias nō recipere:
etiam si angelus aliter annunciet, quàm semel prædicatū est, Pauli autoritate munitam non
posse mutari. Ergo frater, siue à te falsatus est liber, ut multi pūtant: siue ab altero, ut forsi
tan persuadere conaberis: & temere credidisti, hæretici hominis σωώπαγμα esse martyris:
muta titulum, & Romanam simplicitatem tanto periculo libera. Non tibi expedit, ut per te
clarissimus martyr hæreticus iudicetur, ut qui effudit pro Christo sanguinem, contrarius fi
dei Christi approbetur. Dic potius inueni librum, putaui illum martyris, ne timeas pœni
tentiam. Iam te non urgebo, non quæram à quo acceperis: uel mortuorum aliquem nomi
nato, uel in platea ab ignoto homine te emisse dicito. Non enim damnationem tuam quæ
rimus, sed conuersionem. Melius est, ut tu erraueris, quàm ut martyr hæreticus fuerit. Inte
rim de præsenti compede, utcunque erue pedem. In futuro iudicio tu uideris, quid ad mar
tyris contra te respondeas querimonias. Proponis etiam tibi, quod nemo obiicit, & diluis
quod nullus accusat. Ais enim quod in meis literis legeris: Dic quis tibi permisit, ut interpre
tans quædam auferres, quædam mutares, quædam adderes? Statimq; tibi ipsi respondes,
& contra me loqueris: En tibi dico: Quæso quis permiserit, ut in commentarijs tuis, quæ D
dam de Origene, quædam de Apollinario, quædam de te ipso scriberes, & non de Orige
ne totum, aut ex te, aut ex alio? Interim in te dum aliud agis, crimen fortissimum prodidi
sti: & oblitus es ueteris prouerbij, mendaces memores esse debere. Dicis enim me in com
mentarijs meis, quædam de Origene, quædam de Apollinario, quædam ex meipso po
suisse. Si ergo Apollinarij sunt & Origenis quæ sub aliorum nomine posui, quomodo in li
bris tuis mihi crimen impingis: quod quando scribo, alius hoc dicit: quidam sic suspicatur:
alius ille, & quidam, ego sim. Inter Apollinarium & Didymum explanationis, stili & dog
matum magna diuersitas est. Quum in uno capitulo diuersas pono sententias, num contra
rios sensus sequi credendus sum? Sed hæc aliàs. Nunc quæro à te, quis tibi obiecerit, quare
de Origene uel abstuleris quædam, uel addideris, uel mutaueris: & te quasi in eculeo appen
sum interrogauerit: bona sunt, an mala quæ transtulisti? Frustra simulas innocentiam, ut
interrogatione stulta, ueram percontationem extenues. Ego non accusaui quare Origenem
pro uoluntate transtuleris: hoc enim & ipse feci, & ante me Victorinus, Hilarius, Ambro
siusq; fecerunt: sed quare translationem hæreticam, præfationis tuæ testimonio roborasti?
Cogis me eadem rursus iterare, & per meas lineas incedere. Dicis enim in eodem prologo,
te ea quæ ab hæreticis addita fuerant, amputasse, & pro his reposuisse bona. Si hæretico
rum mala abstulisti, ergo quæ dimisisti uel addidisti, aut Origenis erunt aut tua, quæ uti
que quasi bona posuisti. Sed multa in his mala negare nō poteris. Quid, inquies, ad me? Ori
geni imputa. Ego enim ea tantum quæ ab hæreticis addita fuerant, commutaui. Expone
causas, quare hæreticorum mala tuleris, & Origenis integra dereliqueris? Nónne perspi
cuum est, quod mala Origenis ex parte sub hæreticorum nuncupatione damnaueris, & ex
parte susceperis: quia non mala, sed bona, & tuæ esse fidei iudicabas? Hæc sunt de quibus
quæsiui, utrum bona essent, an mala: quæ in præfatione laudasti, quæ amputatis pessimis,

quasi

A quasi optima remansisse confessus es:& te in ueræ argumentationis appendi eculeo:ut si bona dixeris,hæreticus comproberis: si mala,statim audias: cur ergo quæ mala sunt in præfatione laudasti? Et non illud adiunxi, quod tu callide simulas: cur quæ mala erant ad Latinorum noticiam transtulisti? Mala enim ostendere interdum non docentis est, sed uitantis:ut caueat lector, non ut sequatur errores: ut nota contemnat,quæ nonnunquam ignota miraculo sunt. Et audes post hæc dicere, quod ego autor talium scriptorum sim: tu autem ut interpres, in quibus emendare aliquid potueris, plus egeris quàm interpres: in quibus non potueris, solum interpres fueris. Recte ista diceres, si libri tui πρὸ ἀρχῶν, præfatiunculam non haberent. Quod & Hilarius in transferendis eius Homilijs fecit, ut & bona & mala non interpreti,sed suo imputarentur autori. Si nō dixisses, amputasse te pessima & optima reliquisse, utcunque de luto euaderes. Hoc est quod destruit strophas ingenioli tui, & te hincinde constrictum euadere non sinit. Nec intantum abutare simplicitate lectoris,& sic omnes qui tuam scripturam lecturi sunt brutos putes,ut cum uulnera putrescere sinas,sano corpori te imponere emplastra non rideant. De carnis resurrectione quid sentias, iam in Apologia tua didicimus, nullo membro amputato, nec aliqua parte corporis defecta. Hæc est tuæ simplicitatis pura & aperta cōfessio,quā ab omnibus Italiæ episcopis asseris esse susceptam. Crederem dicēti, nisi me dubitare de te iste liber nō Pamphili faceret. Et tamen miror quomodo probauerit Italia, quod Roma contempsit: Episcopi susceperint, quod fides apostolica condemnauit. Scribis quoque me literis indicasse, quod papa Theophilus expositionem fidei nuper ædiderit, quæ ad uos necdum peruenit, & polliceris quod quicquid ille scripserit, tu sequaris. Ego me hoc scripsisse non noui, nec istiusmodi unquam literas direxisse. Sed tu idcirco ad incerta consentis, & his quæ qualia futura sint nescis, ut certa declines, & ad eorum non tenearis assensum. Duas, synodicam & paschalem eius epistolas contra Origenem illius que discipulos,& alias aduersum Apollinarium & eundem
B Origenem per hoc fermè biennium interpretatus sum, & in ædificationem ecclesiæ, legendas nostræ linguæ hominibus dedi. Aliud operum eius nescio me transtulisse. Et tamen tu qui papæ Theophili dicis te in omnibus sententiam sequi: caue ne hoc magistri & condiscipuli tui audiant, & offendas quàm plurimos, qui me latronem, te martyrem uocant: ne irascatur is tibi qui contra papam Epiphanium ad te epistolas dirigens, hortabatur ut permaneres in fidei ueritate,& non mutares ullo terrore sententiam. Quæ epistola hographa tenetur ab his,ad quos perlata est. Et post hæc more tuo loqueris, ut de quo supra dixeras, ego tibi etiam furenti satisfaciam. Nunc dicis quid tibi uidetur: habes ne ultra aliquid, quo neruos tuæ loquacitatis intendas? Et indignaris, si putide te loqui arguam, cum comœdiarum turpitudines,& scortorū amatorumq; ludicra,ecclesiasticus scriptor assumas. Porrò quod interrogas,quando papę Theophili sententiam sequi cœperim,eiq; fidei communione sociatus sim, & ipse tibi respondes: tunc credo, quando Paulum quem ille damnauerat, summo nisu & omnibus studijs defendebas: quando eum per imperiale scriptum recipere sacerdotium quod episcopali iudicio amiserat, instigabas: Non prius pro me respondebo,quàm de aliorum iniurijs loquar. Cuius est humanitatis, cuius ue clementiæ:insultare aliorum miserijs, & uulnera cunctis aliena monstrare? Siccine te docuit ille Samarites, femineccm ad stabulum reportare? oleum plagis infundere? mercedem stabulario polliceri? Sic reuectam ouem, repertam drachmam, prodigum filium legis esse susceptum? Esto,ego te læseram, & quibusdam, ut dicis, stimulis ad maledictorum insaniam prouocaram: quid meruit homo latens, ut nudares cicatricem eius, & obductam cutem insperato dolore rescinderes? Nónne etiam si ille dignus esset contumelijs, tu facere non deberes? Aut ego fallor, aut illud est uerum quod plurimi iactitant, te Origenistarum hostes in illo persequi, & sub occasione unius in utrunque sæuire. Si Papæ Theophili sententijs delectaris,& nefas putas pōtificum decreta cōuelli:quid de cæteris dicis,quos ipse damnauit? Quid de Papa Anastasio,de quo nulli,ut ais,uerum uidetur,ut tantæ urbis sacerdos,uel innocenti tibi in/

tibi iniuriam facere potuerit,uel abſenti? Nec hoc dico,quod de epiſcoporum ſententijs iudi/ c
cem,aut eorum cupiã ſtatuta reſcindi: ſed quod unuſquiſq; ſuo periculo faciat,quod ſibi ui/
detur: & ipſe nouerit,quomodo de ſuo iudicio iudicandum ſit. Nobis in monaſterio hoſpi/
talitas cordi eſt, omnesq; ad nos uenientes, læta humanitatis fronte ſuſcipimus. Veremur
enim ne Maria cum Ioſeph locum non inueniat in diuerſorio, ne nobis Ieſus dicat excluſus:
Hoſpes eram,& non ſuſcepiſtis me. Solos hęreticos non recipimus,quos uos ſolos recipitis.
Propoſitum quippe nobis eſt pedes lauare uenientium,non merita diſcutere. Recordare fra
ter confeſſionis eius & pectoris,quod flagella ſecuerunt. Memento carceris,tenebrarum,exi
lij,metallorum: & non indignaberis hoſpitio trãſeuntem eſſe ſuſceptum. An ideo tibi rebel/
les uidemur, quia calicem aquæ frigidæ in nomine Chriſti ſitientibus porrigimus? Vis ſci/
re unde illum & nos plus amare,& tu odiſſe plus debeas? Hęreticorum factio nuper fugata
de Aegypto & Alexandria, ſe Hieroſolymam contulit, & huic uoluit copulari: ut quorum
unus eſſet dolor,una fieret & accuſatio. Quos ille reppulit,ſpreuit,abiecit,dicens ſe non eſſe
inimicum fidei,nec cõtra eccleſiam bella ſuſcipere: quod prius tentauit,doloris fuiſſe,nõ per/
fidiæ: nec alterius appetiſſe innocentiam,ſed ſuam probare uoluiſſe. Impium putas,poſt ſen
tentias ſacerdotum,imperiale reſcriptum: quod quale ſit,nouerit ille qui meruit. Quid tibi ui
detur de his qui damnati,palatia obſident: & facto cuneo,fidem Chriſti in uno homine per
ſequuntur. Meæ autem cõmunionis, & Papæ Theophili,nullum alium teſtem uocabo,niſi
ipſum quem à me læſum ſimulas: cuius epiſtolas ad me ſemper datas,etiam eo tempore nõ
ignoras,quo mihi eas reddi prohibebas, & quotidie miſſis tabellarijs,inimicũ eius,amicum
noſtrum & familiariſſimũ iactitabas,& ea quæ nunc impudenter ſcribis,mẽtiebaris,ut illius
contra nos odia concitares,& iniuriæ dolor,fidei fieret oppreſſio. Sed uir prudens & apoſto
licæ ſapientiæ,tempore ac rebus probauit,& noſtrum in ſe animũ,& ueſtras contra nos inſi
dias. Si diſcipuli mei,ut ſcribis,tibi Romæ inſidias concitarunt, & inemendatas ſchedulas,te
dormiente furati ſunt: quis Papam Theophilum aduerſus perdueles in Aegypto ſuſcitauit?
Quis regum ſcita? Quis orbis in hac parte conſenſum? Et gloriaris te ab adoleſcentia Theo D
phili fuiſſe auditorẽ & diſcipulum: cum & ille antequam epiſcopus fieret, pro humilitate ſi/
bi inſita nunquam docuerit: & tu poſtquam hic epiſcopus factus eſt, Alexandriæ nõ fueris.
Et audes dicere in ſuggillationẽ mei,magiſtros meos,nec accuſo, nec muto. Quod ſi uerum
eſt,ſuſpectam mihi facis conuerſationem tuam. Nec enim damno,ut criminaris,inſtitutores
meos,ſed metuo illud Eſaiæ: Væ qui dicunt malum bonum,& bonũ malum: qui ponunt te/
nebras lucem, & lucem tenebras: qui dicunt amarum dulce, & dulce amarum. Tu autẽ dum
inter mulſum magiſtrorũ & uenena pariter bibis, à magiſtro Apoſtolo receſſiſti: qui docet
etiam angelum & ſe,ſi in fide errauerint,nõ ſequendos. In Vigilantij nomine quid ſomnies,
neſcio. Vbi enim eum ſcripſi hæretica apud Alexandriam communione maculatum? Da li/
brum,profer epiſtolam, nuſquam omnino reperies: & eadem licentia,imò impudentia men
tiendi,qua putas omnes tuis ſermonibus credituros,addis: quando teſtimoniũ de ſcripturis
in eum tam iniurioſe poſuiſti,ut ego id repetere meo ore nõ audeã. Non audes repetere,qui
tacendo amplius criminaris? Et quia non habes quod obijcias,ſimulas uerecundiã: ut lector
te putet mihi parcere,qui mentiens nec tuæ animæ pepercisti. Quod eſt illud teſtimoniũ de
ſcripturis,quod de tuo illo pudentiſſimo ore non exeat? Aut quid in ſanctis libris poteſt tur/
pe memorari? Si erubeſcis loqui,ſcribe ſaltem,ut nos procacitatis proprius ſermo conuincat.
Vt cætera ſileam,ex hoc uno capitulo comprobabo, ferream te frontem poſſidere fallaciæ.
Vide quantũ timeam criminationem tuam. Si protuleris quod minaris, mea erunt uniuerſa
quæ tua ſunt. Ego in Vigilantio tibi reſpondi, Eadẽ enim accuſabat, quę tu poſtea & amicus
laudas,& inimicus accuſas. Scio à quo illius cõtra me rabies cõcitata ſit, noui cuniculos tuos.
Simplicitatẽ quam omnes prædicãt,non ignoro. Per illius ſtulticiã tua in me malicia debac/ 4
chata eſt,quã ego ſi epiſtola mea reppuli,ne ſolus habere uidearis baculũ literarũ: nõ debes
turpitudinẽ ſimulare uerborũ,quam nuſq; omnino legiſti,ſed intelligere et cõfiteri per illius

uecordiam

A uecordiam,tuis calumnijs fuisse responsum. In epistola sancti Papæ Anastasij lubricus extitisti,& turbatus in quo figas gradum non reperis. Modo enim dicis à me esse compositam: nunc ab eo ad te debuisse transmitti,cui missa est. Rursum iniusticiã scribentis arguis, etiam si scripta sit ab illo,siue non scripta, ad te nihil pertinere testaris: qui præcessoris eius habeas testimonium,& rogantem Romam,ut eam illustrares præsentia tua,oppiduli tui amore contempseris. Si à me fictam epistolam suspicaris, cur eam in Romanæ ecclesiæ chartario non requiris? ut cum deprehenderis ab episcopo non datam,manifestissime criminis reum teneas:& nequaquam aranearum mihi opponas cassiculos, sed fortissimo me & solidissimo constringas reti. Si autem Romani episcopi est, stulte facis ab eo exemplar epistolæ petere, cui missa non est:& nõ ab illo qui miserit de Oriente expectare testimonium, cuius autorem & testẽ habeas in uicino. Vade potius Romam,& præsens apud eum expostula,cur tibi & absenti & innocenti fecerit cõtumeliam. Primũ,ut non reciperet expositionem fidei tuæ,quam omnis,ut scribis,Italia cõprobauit,& baculo tuarũ uti noluerit literarũ cõtra canes tuos. Deinde,ut epistolas contra te ad Orientem mitteret,& cauteriũ tibi hæreseos,dum nescis,inure ret:diceretq; libros Origenis πρὶ ἀρχῶν à te translatos,& simplici Romanæ ecclesiæ plebi traditos,ut fidei ueritatem quam ab Apostolo didicerant,per te perderent:& quod tibi maiorem faceret inuidiam,ausus sit criminari hos ipsos,præfationis tuæ testimonio roboratos. Non est leue quod tibi impingit tantæ urbis pontifex,uel ab alio obiectum temere suscepit. Vociferare & clamita per compita, per plateas, non est meus liber: & si meus est, schedulas inemendatas Eusebius furto abstulit. Aliter ego ædidi,imò nec ædidi. Nulli eas dedi,aut certe paucis:& tam sceleratus inimicus, tam negligentes amici fuerũt, ut omnium codices ab eo pariter falsarentur. Hæc frater charissime facere debueras, & non illi tergum obuertens, in me transmarinas maledictorum tuorum sagittas dirigere. Quid enim uulneribus tuis prodest, si ego fuero uulneratus? An solatium percussi est, amicum secum uidere morientem?
B Syrijq; iam in domino dormientis profers epistolam, & uiuentis Anastasij dicta contemnis. Quid enim tibi, ut ais, officere potest, quod te ignorante, aut scripsit, aut fortè non scripsit? Et si scripsit, sufficit tibi totius orbis testimonium: quod nulli uerum uidetur, ut tantæ urbis sacerdos, uel innocenti iniuriam facere potuerit, uel absenti. Innocentem te uocas, ad cuius interpretationem Roma contremuit. Absentem, qui accusatus respondere non audes. Et tantum Romanæ urbis iudicium fugis, ut magis obsidionem barbaricam, quàm pacatæ urbis uelis sententiam sustinere. Esto, præteriti anni ego epistolam finxerim. Recentia ad Orientem scripta quis misit? In quibus Papa Anastasius tantis te ornat floribus,ut cum ea legeris, magis te uelle defendere incipias, quàm nos accusare. Simulq; considera illam inimitabilem prudentiam tuam, & sales atticos,& sancti eloquij uenustatem. Ab alijs appeteris, aliorum criminatione cõfoderis,& contra me furibundus iactaris,& loqueris. Nunquid & ego nõ possum enarrare,tu quomodo de urbe discesseris? Quid de te in præsenti iudicatũ sit? quid postea scriptum? quid iuraueris? ubi nauim conscenderis,quàm sancte periurium uitaueris? Poteram ponere, sed plura seruare statui quàm referre. Hæc sunt tuorum ornamenta uerborum. Et post ista si quid in te asperum dixero, statim mihi proscriptionem & gladios comminaris. Et interim homo eloquẽtissimus arte ludis rhetorica,& simulas te præterire quæ dicis, ut qui obiecta probare non poteras, quasi prætermissa facias criminosa. Hæc est tua simplicitas:sic amico parcis,& reseruas te ad tribunalia iudicum, ut aceruum criminum mihi dum parcis,obieceris. Vis nosse profectionis meæ de urbe ordinem? Narrabo breuiter. Mense Augusto flantibus etesijs,cum sancto Vincentio presbytero & adolescente fratre,& alijs monachis,qui nunc Hierosolymæ commorantur, nauim in Romano portu securus ascendi,maxima me sanctorũ frequentia prosequente. Veni Rhegium,in Scyllæo littore paululum stetiubi ueteres didici fabulas,& præcipitẽ fallacis Vlyxis cursum & Sirenarum cãtica, & insatiabilẽ charybdis uoraginẽ. Cumq; mihi accolæ illius loci multa narrarẽt, darentq; consilium,ut non ad Protei columnas,sed ad Ionæ portum nauigarem:hunc enim fugientium

fugientium & turbatorum, illum ſecuri hominis eſſe curſum: malui per Malæas & Cycla- c
das Cyprum pergere. Vbi ſuſceptus à uenerabili epiſcopo Epiphanio, cuius tu teſtimonio
gloriaris: ueni Antiochiam, ubi fruitus ſum communione pontificis confeſſoriſq; Paulini:
& deductus ab eo media hyeme & frigore grauiſſimo, intraui Hieroſolymam. Vidi multa
miracula,& quæ prius ad me fama pertulerat, oculorum indicio comprobaui. Inde conten-
di Aegyptum, luſtraui monaſteria Nitriæ, & inter ſanctorum choros aſpides latere perſpe
xi. Protinus concito gradu Bethlehem meam reuerſus ſum, ubi adoraui præſepe & incuna
bula ſaluatoris. Vidi quoque famoſiſſimum lacum, nec me inerti tradidi ocio, ſed multa di-
dici,quæ ante neſciebam. Quid autem de me Romæ iudicatum ſit,& quid poſtea ſcriptum,
nolo taceas,præſertim cum habeas teſtimoniũ ſcripturarum,& ego nõ uerbis tuis quæ ſimu
lare potes,& impunito iactare mendacio,ſed ſcriptis eccleſiaſticis arguẽdus ſum. Vide quan
tum te timeam: Si uel paruam ſchedulam contra me Romani epiſcopi, aut alterius eccleſiæ
protuleris,omnia quę in te ſcripta ſunt,mea crimina confitebor. Nunquid & ego nõ poſſem
profectionem tuam diſcutere? Cuius ætatis fueris,unde,quo tempore nauigaris? Vbi uixe-
ris? Quibus interfueris? Sed abſit,ut quod in te reprehendo,faciam:& in eccleſiaſtica diſpu-
tatione,anilium iurgiorum deliramenta compingam. Hoc ſolum prudentię tuæ dixiſſe ſuffi
ciat,ut caueas in alterũ dicere,quicquid in te ſtatim retorqueri poteſt. In ſancti Epiphanij no
mine mira tua tergiuerſatio, ut poſt oſculum,poſt orationem, neges eum contra te potuiſſe
ſcribere: quomodo ſi contendas nõ potuiſſe eum mori,qui paulò ante uixerat: aut certior ſit
tui reprehenſio,quàm poſt pacem excõmunicatio. Ex nobis,inquit,exierunt,ſed nõ fuerunt
ex nobis. Si enim fuiſſent ex nobis,manſiſſent utiq; nobiſcũ. Hæreticum,poſt unam & alte-
ram cõmonitionem uitandũ Apoſtolus præcipit: qui utiq; anteq; uitetur atq; damnetur, ec-
cleſiaſtici gregis portio fuit. Simulq; riſum tenere nõ poſſum,quod à quodã prudente com-
monitus,in laudes Epiphanij pſonas: Hic eſt ille delirus ſenex: hic eſt anthropomorphites: ς
hic qui ſex milia Origenis libros,te preſente cantauit: qui omniũ gentium linguis prędicatio D
nem ſibi contra Origenem iniunctam putat: qui ideo eum legi prohibet,ne alij eius furta co
gnoſcant. Lege ſcripta tua & epiſtolam eius,imò epiſtolas: è quibus unũ proferam tuæ fidei
teſtimoniũ,ut non immerito nunc à te laudatus eſſe uideatur. Te autem frater liberet deus,
& ſanctum populum Chriſti,qui tibi creditus eſt: & omnes fratres qui tecum ſunt, & maxi-
me Ruffinũ presbyterum,ab hæreſi Origenis & alijs hæreſibus,& perditione earũ. Si enim
propter unũ uerbum,aut duo,quæ contraria fidei ſunt,multæ hæreſes abiectæ ſunt ab eccle
ſia: quãto magis hic inter hæreticos habebitur,qui tantas peruerſitates, & tam mala dogma
ta cõtra fidem adinuenit,dei eccleſiæ hoſtis extitit? Hæc eſt uiri ſancti de te teſtificatio: ſic ab
eo ornatus,ſic laudatus incedis. Iſta eſt epiſtola, quam de cubiculo fratris Euſebij nummis
aureis produxiſti: ut calumniareris interpretẽ,ut me apertiſſimi teneres criminis reum: quare
pro honorabili chariſſimũ tranſtuliſſem. Sed quid ad te,qui prudenti conſilio cuncta mode
raris:& ſic medius incedis, ut ſi inueneris qui tibi credant, nec Anaſtaſius contra te, nec Epi-
phanius ſcripſerint: niſi ipſæ epiſtolæ reclamauerint,& fregerint tuæ frõtis audaciam: ſtatim
iudicium utriuſq; contemnas,& non ad te pertineat,ſiue ſcripſerint, ſiue non ſcripſerint: quia
de innocente & abſente ſcribere nõ potuerint. Nec in ſanctum uirum hæc mala conferenda
ſunt,ut oſtendatur ore quidem & oſculo pacem dediſſe: mala autẽ & dolum in ſuo corde ſer
uaſſe. Sic enim argumentaris,& hæc ſunt uerba defenſionis tuæ. Ipſius eſſe aduerſum te epi-
ſtolã,& orbis agnoſcit,& authenticã in manus tuas ueniſſe conuincimus:& miror quo pudo
re,imò qua impudẽtia neges,quod uerũ eſſe non ambigis? Ergo pollutus erit Epiphanius,
qui tibi pacem dedit,& in ſuo corde dolũ ſeruauit. Cur non illud uerius ſit,quod te primum
monuerit? Quod uoluerit emendare,& ad rectũ iter reducere,ut Iudæ oſculũ non refutaret,
ut proditorem frangeret patiẽtia:& poſtq; ſe intellexit caſſo ſudare labore,nec pardum mu
tare uarietates,nec Aethiopem pellem ſuam,quod mente conceperat,literis indicaſſe? Tale
quid & cõtra Papam Anaſtaſiũ diſputas, ut quia Siritij epiſcopi habes epiſtolam, iſte con-
tra te

A tra te ſcribere nō potuerit. Vereor ne tibi factam iniuriam ſuſpiceris. Neſcio quomodo homo acutus & prudens ad has ineptias deuoluaris: ut dum ſtultos lectores putas, te ſtultum eſſe demonſtres. Poſt egregiā argumentationem ponis in clauſula: Abſit hoc à uiris ſanctis. De ueſtra ſchola ſolent iſta procedere. Vos nobis pacem proficiſcētibus dediſtis, & à tergo iacula uenenis armata ieciſtis: & in hac eadem prudentia, imò declamatione diſertus eſſe uoluiſti. Pacem dedimus, non hæreſim ſuſcepimus. Iunximus dexteras: abeuntes proſecuti ſumus, ut uos eſſetis catholici, nō ut nos eſſemus hęretici. Volo tamen ſcire, quę ſunt iſta iacula uenenata, quæ poſt tergum ueſtrum nos ieciſſe conquereris. Vincentius, Paulinianus, Euſebius, Ruffinus presbyteri: quorum Vincentius multo tempore ante uos Romā uenit: Paulinianus & Euſebius poſt annum ueſtræ nauigationis profecti ſunt: Ruffinus in cauſa Claudij poſt bienniū miſſus, omnes uel pro re familiari, uel pro periculo capitis alieni. Nunquid noſſe potuimus, quod ingrediente te Romam, uir nobilis ſomniaret nauim plenā mercium, inflatis intrare uelis? Quod omnes aduerſariorū quęſtiones, nō fatua ſolueret interpretatio? Quod librum Euſebij pro Pamphili uerteres, quod tuum quaſi operculum uenenatæ patellæ imponeres? quod famoſiſſimū opus περὶ ἀρχῶν eloquij tui maieſtate transferres? Nouum calumniæ genus: ante accuſatores miſimus, quàm tu accuſanda committeres. Non fuit, non fuit, inquam, noſtri conſilij, ſed dei prouidentiæ: ut miſſi ad aliud, contra naſcentem hæreſim dimicarent: & in morem Ioſeph famem futurā, fidei ardore ſubleuarēt. Quo non erumpat ſemel effrenata audacia? Alienū crimen ſibi obiecit, ut nos finxiſſe uideamur. Quod abſque nomine dictū eſt, in ſe refert: & purgans externa peccata, tantum de ſua ſecurus eſt innocentia. Iurat enim ſe epiſtolam non ſcripſiſſe ad Aphros ſub nomine meo, in qua confitear inductū me à Iudæis, mendacia tranſtuliſſe: & mittit libros eadem omnia continentes, quæ neſciſſe ſe iurat. Et miror quomodo prudentia eius, cum alterius nequitia cōuenerit: ut quod alius in Aphrica mentitus eſt, hic concorditer uerum diceret: ſtiliq; eius elegantiam, neſcio
B quis imperitus poſſet imitari. Tibi ſoli licet hæreticorum uenena transferre: & de calice Babylonis, cunctis gentibus propinare. Tu Latinas ſcripturas de Græco emendabis, & aliud eccleſijs trades legendum, quàm quod ſemel ab apoſtolis ſuſceperunt: mihi non licebit poſt Septuaginta æditionem, quam diligentiſſime emendatam, ante annos plurimos meæ linguæ hominibus dedi: ad cōfutandos Iudæos, etiam ipſa exemplaria uertere, quæ ipſi ueriſſima confitentur: ut ſi quando aduerſum eos Chriſtianis diſputatio eſt, non habeant ſubterfugiendi diuerticula, ſed ſuomet potiſſimū nucrone feriātur? Plenius ſuper hoc & in multis alijs locis, & in fine ſecūdi libri, ubi accuſationi tuæ reſpondi, ſcripſiſſe me memini: & popularitatem tuam, qua mihi inuidiam apud ſimplices & imperitos niteris cōcitare, perſpicua ratione compeſcui, illucq; lectorem tranſmittendum puto. Hoc intactum prætereri non patiar, ne doleas falſatorem ſchedularum tuarum, cōfeſſoris apud me gloriam poſſidere: cum tu eiuſdem criminis reus, poſt Alexandrinū exilium & tenebroſos carceres, à cūctis Origenis ſectatoribus martyr & apoſtolus nomineris. Super excuſatione imperitię tuæ, iam tibi reſpondi. Sed quia eadem repetis, & quaſi ſuperioris tuæ defenſionis oblitus, rurſum admones: ut ſciamus te per triginta annos Græcis uoluminibus deuoratis Latina neſcire, pauliſper attende, me nō pauca in te uerba reprehendere: alioquin omnis tibi ſcriptura delēda eſt: ſed uoluiſſe oſtēdere diſcipulis tuis, quos magno ſtudio nihil ſcire docuiſti: ut intelligerēt cuius uerecūdię ſit, docere quod neſcias, ſcribere quod ignores: & eandē magiſtri ſapientiam, etiā in ſenſibus quęrerent. Quodq; addis, peccata putere nō uerba, mendaciū, calumniā, detractionē, falſum teſtimoniū, & uniuerſa cōuicia: & os quod mentitur occidit animā: monesq; ne ille fœtor nares meas penetret: crederem dicenti, niſi facta contraria deprehenderem, quaſi ſi fullo & coriarius moneant pigmētarium: ut naribus obturatis, tabernas ſuas prætereat. Faciam ergo quod præcipis: claudā nares meas: ne ueritatis & benedictionū tuarum ſuauiſſimo odore crucientur. In laude & detractione mea, quia uarius extitiſti, miro acumine argumentatus es: ſic tibi licere de me, & bene & male dicere, quomodo & mihi licuerit Origenē & Didymum

reprehendere,quos ante laudauerim.Audi ergo uir ſapientiſſime, & Romanæ dialecticæ ca
put,non eſſe uitij hominem unum laudare in alijs, & in alijs accuſare,ſed eandem rem pro
bare & improbare.Ponam exemplũ,ut quod non intelligis, prudens mecũ lector intelligat.
In Tertulliano laudamus ingeniũ,ſed damnamus hæreſim. In Origene miramur ſcientiam
ſcripturarum,& tamen dogmatũ non recipimus falſitatem. In Didymo uero & memoriam
prædicamus,& ſuper trinitate fidei puritatem:ſed in cæteris quæ Origeni male credidit, nos
ab eo retrahimus. Magiſtrorũ enim non uitia imitanda ſunt,ſed uirtutes. Grammaticũ qui
dam Aphrum habuit Romæ uirum eruditiſſimũ:& in eo ſe æmulum præceptoris putabat,ſi
ſtridorem linguæ eius,& uitia tantũ oris exprimeret.In præfatiuncula πόῤῥω ἀφ χῶρ fratrem
me nominas & collegam:dicis,eloquentiſſimũ,fidei meæ prædicas ueritatem. His tribus de
trahere non poteris, cętera carpe ut libet,ne uidearis tuo de me teſtimonio repugnare.Cum
fratrem & collegam dicis, amicitia tua dignũ fateris. Cum eloquentem prædicas,imperitiæ
ultra non arguis:Cum catholicũ in omnibus profiteris, hæreſeos nõ poteris mihi crimen im
pingere.Extra hæc tria ſi quid in me reprehenderis,non tibi uideberis eſſe cõtrarius.Ex qua
ſupputatione illa ſumma naſcitur:& te errare ea in me reprehendentem, quæ prius laudaue
ras: & me non eſſe in uitio, ſi in eiſdem hominibus & laudanda prædicem, & uituperanda
reprehendam.Tranſis ad animarũ ſtatum,& prolixius fumos meos increpas: atq; ut tibi li
ceat ignorare,quod conſulto te ſcire diſſimulas:Quæris à me primũ,de cœleſtibus, quomo
do angeli,quomodo archangeli ſint:quæ eis uel qualis habitatio:quæúe inter ipſos differen
tia,aut ſi nulla omnino:quæ ſolis ſit ratio:unde augmentũ lunæ,unde defectus:quis uel qua
lis ſit ſyderũ curſus.Miror quomodo oblitus ſis illos uerſiculos ponere: Vnde tremor ter
ris,qua ui maria alta tumeſcant Obicibus ruptis:rurſuſq; in ſeipſa reſidãt. Defectus ſo
lis uarios, lunęq; labores, Vnde hominum genus & pecudum:unde imber & ignes: Ar
cturum pluuiasq; hyadas,geminosq; triones. Quid tantum,oceano properent ſe tingere
ſoles Hiberni,uel quæ tardis mora noctibus obſtet. Deinde cœleſtia deſerens, & ad ter
rena deſcendens,in minoribus philoſopharis.Interrogas enim me. Dic nobis quæ fontium
ratio? Quę uentorum? Quid grando? quid pluuiæ? quid mare ſalſum? quid flumina dulcia?
quid nubes,aut imbres,fulgura,aut tonitrua, aut fulmina? Vt poſtquam me hæc neſcire re
ſpondero,tuto tibi liceat de animabus ignorare:& unius rei ſcientiam, tantarum rerum igno
ratione compenſes. Tu qui per ſingulas paginas,fumos meos uentilas: non intelligis uidere
nos caligines tuas & turbines? Nam ut tibi ſciolus eſſe uidearis, & apud Calphurnianos diſ
cipulos doctrinæ gloriã teneas: totam mihi phyſicam opponis, ut fruſtra Socrates ad ethi- 6
cam tranſiens dixerit: quæ ſupra nos, nihil ad nos.Ergo niſi tibi rationem reddidero, quare
formica paruũ animal,& punctũ,ut ita dicam, corporis, ſex pedes habeat:cum elephantus,
tanta moles quatuor pedibus incedat: Cur ſerpentes & colubri uentre labantur & pectore.
Cur uermiculus quẽ uulgus millepedam uocat,tanto pedũ agmine ſcateat: de animarũ ſta
tu ſcire nó potero? Quęris à me quid ipſe de animabus ſentiam:ut cũ profeſſus fuero,ſtatim
inuadas.Et ſi dixero illud eccleſiaſticum:quotidie deus operat animas,& in corpore eas mit
tit naſcentiũ:ilico magiſtri tendiculas proferas:& ubi eſt iuſticia dei, ut de adulterio inceſtuq;
naſcentibus animas largiatur? Ergo cooperator eſt malorũ hominum:& adulteris ſeminan
tibus corpora,ipſe fabricatur animas? quaſi uitiũ ſementis in tritico ſit,quod furto dicitur eſſe
ſublatum:& non in eo qui frumenta furatus eſt.Idcircoq; terra non debeat gremio ſuo ſemi
na confouere:quia ſator immunda ea proiecerit manu. Hinc eſt & illa tua arcana interroga
tio:quare moriantur infantes:cum propter peccata,corpora acceperint. Extat liber Didymi
ad te:quo ſciſcitanti tibi reſpondit: non eos multa peccaſſe, & ideo corporũ carceres tantum
eis tetigiſſe ſufficere.Magiſter meus & tuus eo tempore,quo tu ab eo iſta quęrebas:treis ex
planationũ in Oſee prophetã libros ad me,me rogante,dictauit: Ex quo apparet quid me,
quid te docuerit. Vrges ut reſpondeam de natura rerũ.Si eſſet locus:poſſem tibi uel Lucretij
opiniones iuxta Epicurum:uel Ariſtotelis iuxta Peripateticos,uel Platonis atq; Zenonis ſe
cundum

A cundum Academicos & Stoicos dicere.Et ut ad ecclesiam transeam,ubi norma est ueritatis: multa & Genesis & prophetarũ libri ac Ecclesiastes nobis de huiusce modi quęstionibus sug gerunt.Aut si hæc ignoramus,quomodo de animarũ statu, debueras in Apologia tua om nium rerum ignorantiam confiteri: & à calumniatoribus quærere, cur à te unũ impudenter expeterent,cum ipsi tanta nescirent?O triremem locupletissimã, quæ orientalibus & Ægy ptijs mercibus,Romanę urbis ditare uenerat paupertatem.Tu Maximus ille es,unus qui no bis scribendo restituis rem. Ergo nisi de oriente uenisses eruditissimus uir: hæreret adhuc in ter Mathematicos:& homines Christiani quid cõtra fatum dissererent,ignorarent. Merito à me quæris de Astrologia,& cœli ac syderũ cursu: qui tantarũ mercium plenam nauem de tulisti.Fateor paupertatem, non sum ita ut tu in oriente ditatus. Te multo tempore Pharus docuit,quod Roma nesciret.Instruxit Aegyptus, quod Italia hucusque non habuit. Scribis apud ecclesiasticos tractatores,treis de animabus esse sentẽtias. Vnã,quam sequitur Orige nes.Alterã,quam Tertullianus & Lactantius:licet de Lactantio apertissime mentiaris. Ter tiam,quã nos simplices & fatui homines non intelligimus:quod si ita sit, iniustus à nobis ar guatur deus. Et post hæc iuras te nescire quid sit uerũ. Dic oro te:putásne extra hæc tria esse aliquid in quo ueritas sit, & in tribus istis mendaciũ?An de tribus unũ esse quod uerum sit? Si est aliquid,cur disputantiũ libertatem angusto fine cõcludis, & cum mendacia protuleris, de ueritate taces?Sin aũt è tribus unum uerũ est,& reliqua duo falsa sunt: cur simili ignoran tia ignoras falsa cum ueris? An idcirco uerũ dissimulas, ut tibi tutũ sit cum uolueris falsa de fendere?Hi sunt fumi,hę caligines,quibus ex oculis hominũ conaris lumen auferre.Aristip pus nostri temporis, qui plenam cunctarũ mercium nauem Romano inuehis portu: & sella publice posita, Hermagoram nobis & Gorgiã exhibes Leontinũ: dum nauigare festinas, unius quæstiunculæ mercimoniũ in oriente oblitus es.Et iterũ clamitas:& Aquileiæ atq; Ale xandriæ te didicisse iactas:quod sit deus & animarũ & corporũ creator. De hoc scilicet quæ
B stio uentilatur:utrũ deus an diabolus animas fecerit: & non utrum animæ ante corpora fue rint,quod uult Origenes:& egerint aliquid propter quod sint crassis corporibus alligatæ:an in morem glirium torpentes cõsopitæq; dormierint. Hæc taces, quæ omnes flagitant:& ad illa respondes,quæ nullus inquirit.Fumos quoq; meos frequenter irrides,eo quod simulem me scire quod nesciam:& enumeratione doctorũ, rude uulgus inducam. Tu uidelicet flam meus,imò fulmineus:qui in loquendo fulminas, & flammas ore conceptas, tenere non po tes:atq; ut ille Barchochabas autor seditionis Iudaicę,stipulã in ore succensam anhelitu uen tilabat,ut flammas euomere putaretur, ita & tu nobis alter Salmoneus omnia per quæ ince dis illustras:& nos fumosos arguis,de quibus fortè dicatur: Qui tangis montes & fumigant: nec intelligis quid fumus in propheta significet locustarũ: & quod pulchritudo oculorũ tuo rum,amaritudinem fumi nostri ferre nõ potest.De crimine aũt periurij, quia me remittis ad codicem tuũ:& ex magna parte in alijs libris, tibi Calphurnioq; respondi:nunc breuiter di xisse sufficiat, te exigere à dormiente quod nunq; uigilans præstitisti. Magni criminis reus sum,si puellis & uirginibus Christi,dixi seculares libros non legendos:& me in somnis com monitum promisisse ne legerem. Tua nauis Romanę urbis releuatione promissa,aliud pol licetur,& aliud efficit.Mathematicorũ uenerat soluere quęstionẽ:& soluit fidem Christiano rum.Quæ per Ionium & Ægæũ, Adriaticũ atq; Tyrrhenũ,plenis cucurrerat uelis,in Roma no portu naufragiũ fecit.Nónne te pudet istiusmodi deliramenta cõquirere, & mihi similia obijciendi imponere necessitatem?Esto alius de te somnium uiderat glorioſum: uerecundiæ tuæ fuerat & prudentię,dissimulare quod audieras:& non quasi magno testimonio,alterius somnio gloriari.Vide quid inter tuũ & meum sit somniũ.Ego me humiliter reprehensum re fero:tu iactanter laudatũ te esse congeminas.Nec dicere potes:nihil mea refert quid alius ui derit:cum in luculentissimis libris tuis,hac te ad interpretandũ dicas ratione cõmotum:ne uir illustris de te somniũ perderet.Hic est omnis conatus tuus: si me periurum docueris, tu hæ reticus non eris.Venio ad grauissimum crimen,in quo post reconciliatas amicitias,me infide

litatis accusas. Fateor inter cuncta maledicta: quæ uel obijcis, uel minaris: nihil à me ita repel- c
lendum est, q̄ fraus, dolus, infidelitas. Peccare enim hominis est: insidias tendere diaboli est. Ergo ideo in Anastasi immolato agno dexteras iunximus: ut tuas Romæ schedulas fu-
raremur? Vt immissi canes, inemendatas chartulas, te dormiente corroderent? Et hoc credi-
bile est: ante nos accusatores parasse, q̄ tu crimen admitteres? Scilicet nouerámus quid in animo uolueres? quid alius de te somniaturus esset? Vt impleretur in te Græcum prouerbi-
um: Et sus doceret Mineruā. Si Eusebium ego ad latrandum miseram: quis Aterbij cōtra te & cæterorum rabiem cōcitauit? Nónne ille, qui & me hæreticum ex tuis amicitijs iudicabat? Cui cum satisfeciſſem, damnatione dogmatū Origenis, tu clausus domi, nunq̄ eum uidere ausus es: ne aut damnares quod nolebas: aut aperte resistens, hæreseos inuidiam sustineres. An idcirco testis contra te esse non poterit, quia accusator tui est? Anteq̄ sanctus Epiphani-
us uenisset Hierosolymā: & ore quidem & osculo tibi pacem daret, mala autem & dolos in suo corde seruaret: anteq̄ nos ei in suggillationem tui epistolas dictaremus, ut hæreticū scri-
beret, quem osculis orthodoxum cōprobauit, Aterbius cōtra te latrabat Hierosolymis: & ni-
si cito abisset, sensisset baculum non literariū, sed dexteræ tuæ, quo tu canes abigere consue-
uisti. Cur, inquit, falsatas meas schedulas suscepisti? Quare post interpretationem meam, au sus es in libris πρὸς ἀρχῶν stilum figere? Aut si erraueram ut homo, debuisti me priuatis li-
teris cōuenire: & sic mihi blandiri, quomodo & ego tibi nunc in epistolis meis blandior. Hæc tota mea culpa est: quare subdolis laudibus accusatus, purgare me uolui: & hoc sine inuidia nominis tui: ut quod tu solus accusaueras, ad multos referrem: nō tibi hæresim obijciens, sed à me repellens. Nunquid sciui quod irascereris, si contra hæreticos scriberem? Dixeras te de Origenis libris hæretica sustulisse: fautorem te hæreticorum, iam non esse credebam, & ideo non in te, sed in hæreticos inuectus sum: in quo si uehemētior fui, ignosce mihi. Putaui, quod & tibi placerem. Furto & insidijs ministrorum meorum dicis schedulas tuas in publicum pro
latas fuisse: quæ latebant in cubiculo tuo, uel apud eum solum erant qui rem sibi geri iniun- d
xerat. Et quomodo supra cōfiteris, quod aut nullus eas habuerit, aut admodū pauci? Si in cubiculo tuo latebant, qua ratione apud eum erant qui sibi rem geri iniunxerat? Sin autem unus cui scriptæ fuerant occultandas susceperat, ergo non latebant tantum in cubiculo tuo: nec habuerunt eas pauci, quos habuisse testatus es. Furto sublatas arguis: & rursum emptas magna pecunia, & infinitis mercibus criminaris. In una re, & in parua epistola quanta uarie-
tas & dissonantia mentiendi. Tibi licet accusare, mihi defendere non licebit? Quando crimi-
naris, amicum non cogitas. Quando respondeo: tunc tibi ius amicitiæ in mentem uenit. Dic oro te, cælandas schedulas scripseras, an prodendas? Si ut cælares, cur scripsisti? Si ut prode-
res, cur cælabas? Sed in eo reprehendendus sum: quare accusatores tuos amicos meos non coercuerim. Vis tibi proferam literas eorū, in quibus me hypocriseos arguūt, quod te sciens hæreticum tacuerim? quod dum pacem incautus præbeo, intestina ecclesiæ bella susceperim? Tu discipulos uocas: qui me tuum condiscipulū suspicantur. Et quia parcior fui in refellendis laudibus tuis, putant me tuū esse symmysten. Hoc mihi præstitit prologus tuus, ut plus me amicus læderes, q̄ inimicus. Semel sibi persuaserant, recte an perperam ipsi uiderint, te esse hæreticum. Si defendere uoluero, hoc solū proficiam, ut me tecum pariter accusent. Deniq̄ mihi obijciunt laudationem tuā, & te non putāt insidiose scripsisse, sed uere: & quod tu in me semper ante laudabas, uehementer insimulāt. Quid me uis facere? ut discipulos accusatores pro te habeam: ut cōtorta in amicum iacula, meo suscipiam pectore? De libris autem πρὸς ἀρ-
χῶν, debes mihi & gratias agere. Tu enim, ut dicis, noxia quæq; detruncans, meliora po-
suisti. Ego ita ut habebantur in Græco expressi. Ex quo & tua apparet fides: & eius quem in-
terpretatus es, hæresis. Scribebatur mihi de urbe à uiris in Christo præcipuis: respōde crimi-
nanti: ne si tacueris, cōsensisse uidearis. Consona omnes uoce poscebāt: ut Origenis uersutias proderem, ut uenena hæreticorū Romanis auribus cauenda monstrarem. Quid hoc ad in-
iuriam tuā pertinet? Num solus interpretatus es istos libros? & alios huius operis nō habes

participes

A participes? Nũquid & tu de Septuaginta interpretibus es: ut post æditionem tuã alijs transferre non liceat? Ecce & ego multos, ut dicis, libellos de Græco in Latinũ transtuli: habes potestatem & tu rursum eos uertendi, ut uolueris: & bona enim & mala suo imputantur autori. Quod & in te fieret, nisi dixisses te amputasse hæretica, & optima transtulisse. Hic est enim nodus tuus, qui solui non potest. At si errasti ut homo, priorem damna sententiã. Sed quid facies de Apologetico tuo, quem pro Origenis scripsisti operibus? Quid de uolumine Eusebij, in quo cum multa mutaueris: & sub nomine martyris, hæretici hominis scripta transtuleris: tamen plura posuisti, quæ ecclesiasticæ fidei non cõueniunt. Tu etiam Latinos libros in Gręcum uertis, nobis dare nostris externa prohibebis? Si in alio opere respondissem, in quo me non læseras, uideri poteram in iniuriã tuam trãsferre quod uerteras: ut te uel imperitum, uel subdolum demonstrarem. Nunc uero nouũ querimoniæ genus: doles tibi in eo esse responsum, in quo à te accusatus sum. Dicebatur ad interpretationem tuã Roma subuersa: postulabant omnes à me huius rei remediũ. Non quo ego alicuius momenti essem, sed qui petebant, me esse aliquid arbitrabantur. Tu amicus eras, qui illa transtuleras, quid me uis facere. Obedire deo magis oportet, an hominibus? Domini custodire substantiã, an furtum cælare cõserui? Aliter te non placabo, nisi & ego tecum accusanda cõmisero? Si nullam fecisses mei nominis mentionem: si me nõ ornasses egregijs laudibus, poteram aliquod habere suffugium: & diuersa obtendere, ne rursus interpretata transferrem. Tu me amice cõpulisti, ut aliquot dies in hoc opere perderem, ut proferrem in mediũ quod Charybdis debuit deuorare: & tamen læsus, amicitiæ in te iura seruaui: & quantũ in me fuit, sic me defendi, ut te non accusarem. Tu nimiũ suspiciosus & querulus, qui dicta in hæreticos ad tuam refers contumeliam. Quod si aliter amicus tuus esse non possum, nisi & hęreticorũ amicus fuero: leuius tuas inimicitias, q̃ꝫ illorum amicitias sustinebo. Nouũ quoq; me putas finxisse mendaciũ: ut epistolã ad te meo nomine cõponerem, quasi olim scriptã, quo bonus esse uidear & modestus,
B quã tu nunq̃ꝫ omnino susceperis. Hæc res perfacile probari potest. Multi Romæ eius exemplaria habent, ante hoc circiter trienniũ, qui tibi eam mittere noluerunt: scientes quæ de meo nomine iactitares, & q̃ꝫ indigna proposito Christiano ac nefanda cõfingeres. Ego scripsi nesciens quasi ad amicum. Illi non reddiderunt ei, quem inimicum nouerant: parcentes & meo errori, & tuæ conscientiæ. Et simul argumentaris, quod si talem tibi epistolã scripseram, non debueram contra te in alio libello multa mala scribere. Hic est totus error tuus, & hæc iusta querimonia: quod quæ nos in hæreticos dicimus, tu in te dicta confingis: & nisi illis peperce
7 rimus, te putas esse uiolatum. An ideo panem tibi non damus, quia hæreticorũ cerebro lapidem illidimus? Et ut nostram epistolam non probes, Papæ quoq; Anastasij simili dicis fraude subnixam, de qua tibi ante respondi: quam si suspicaris ipsius non esse, habes ubi apud eum nos arguas falsitatis. Sin autem eius est, ut huius quoq; anni contra te epistolæ probãt, frustra & falsò falsam arguere niteris, cum ex illius uera epistola, nostram ueram esse doceamus. In excusando mendacium tuũ quàm elegans esse uoluisti: & ne sex milia Origenis libros proferas, Pythagoræ à me exigis monumenta. Vbi est illa fiducia, qua inflatis buccis creberrime personabas: te quę in alijs libris Origenis legeras, emẽdasse in libris περὶ ἀρχῶν, & non aliena, sed sua reddidisse suis? De tanta librorũ sylua unum fruticem ac surculum proferre non potes. Hi sunt ueri fumi, hæ nebulę: quas dum in me criminaris, in te extinctas dissipatasq́ꝫ per me cognoscis: nec fractam ceruicem deijcis, sed maiori impudentia q̃ꝫ imperitia, dicis me negare quæ in promptu sunt: ut cum montes aureos pollicitus fueris, ne scorteum quidem nummũ de thesauris tuis proferas. Iusta contra me odia recognosco, & uera in nos debaccharis insania. Nisi enim ego quod non est, audacter exigerem, tu uidebaris habere quod non habes. Pythagoræ à me libros flagitas. Quis enim tibi dixit illius extare uolumina? Nónne in epistola mea quam criminaris hæc uerba sunt? Sed fac me errasse in adolescentia, & philosophorũ, id est, gentilium studijs eruditũ, in principio fidei ignorasse dogmata Christiana: & hoc putasse in apostolis, quod in Pythagora & Platone & Empedocle le-

geram. De dogmatibus eorum, non de libris locutus sum, quæ potui in Cicerone, Bruto ac C
Seneca discere. Lege pro Vatinio oratiunculam, & alias ubi sodalitiorũ mentio fit. Reuolue dialogos Tullij. Respice omnem oram Italiæ, quæ quondã magna Græcia dicebatur: & Pythagoricorũ dogmatũ incisa publicis literis ęra cognosces. Cuius enim sunt illa χρυσᾶ πυθαγγέλματα? nõne Pythagorę? In quibus omnia eius breuiter dogmata cõtinent, & in quæ latissimo opere philosophus commentatus est Iamblichus, imitatus ex parte Moderatum uirum eloquentissimũ, & Archippum ac Lysidem Pythagoræ auditores. Quorũ Archippus ac Lysides in Gręcia, id est, Thebis scholas habuere: qui memoriter tenẽtes præcepta doctoris, ingenio pro libris utebantur, à quibus illud est: Φευκτέον παντάπασι καὶ ἐκκοπτέον, ἀσθενείαν μὲν τοῦ σώματος, ἀπαιδευσίαν δὲ τῆς ψυχῆς, ἀκολασίαν δὲ τοῦ γαστρὸς, στάσιν δὲ τῆς πόλεως, τὴν δὲ διαφωνίαν ἀπὸ τῆς οἰκίας, καὶ κοινῇ ἀπὸ πάντων τὸ ἀκρατὲς, quod in latinũ ita possumus uertere: Fuganda sunt omnibus modis & abscindenda, languor à corpore, imperitia ab animo, luxuria à uentre, à ciuitate seditio, à domo discordia, & in cõmune à cunctis rebus intemperantia. Pythagorica & illa præcepta sunt: Amicorũ omnia esse cõmunia. Et amicum seipsum esse alterum, duorumq́ temporũ maxime habendã curam, mane & uesperi, id est, eorũ quæ acturi sumus, & eorũ quæ gesserimus. Post deum ueritatem colendã, quæ sola homines deo proximos faciat. Illaq́ ænigmata, quæ diligẽtissime Aristoteles in suis libris prosequitur. Stateram ne transilias, id est, ne prætergrediare iusticiam. Ignem gladio ne fodias. Iratum uidelicet & tumidum animum uerbis maledicis ne lacessas. Coronã minime carpendam, id est, leges urbium conseruandas. Cor non comedendum, id est, mœrorem de animo proijciendũ. Cum profectus fueris, inquit, ne redeas, id est, post morrem uitam istam ne desideres. Per uiam publicam ne ambules, id est, ne multorũ sequaris errores. Hirundinem in domũ non suscipiendam, id est, garrulos & uerbosos homines sub eodem tecto non habendos. Oneratis superponendum onus, deponentibus non communicandum, id est, ad uirtutem incedentibus, augmentanda præcepta: tradentes se ocio, relinquendos. Et quia Pytha- D
gorica dogmata legisse me dixeram: audi quid apud Gręcos Pythagoras primus inuenerit. Immortales esse animas: & de alijs corporibus transire in alia. Quod quidem & Vergilius in sexto Aeneidos uolumine sequens, loquitur: Has omnes ubi mille rotam uoluere per annos, Lethæũ ad fluuiũ deus euocat agmine magno, Scilicet immemores supera ut conuexa reuisant, Rursus & incipiant in corpora uelle reuerti. Se primũ fuisse Euphorbum, secundo Callidem, tertio Hermotimum, quarto Pyrrhum, ad extremum Pythagoram: & post certos temporum circulos, ea quæ fuerant, rursum fieri: nihilq́ in mũdo uideri nouum. philosophiã meditationem esse mortis, quotidie de corporis carcere nitentem animę educere libertatem: μαθήσεις ἀναμνήσεις εἶναι, & multa alia, quæ Plato in libris suis, & maxime in Phædone Timæoq́, prosequitur. Nam post Academiam & innumerabiles discipulos, sentiens multũ suæ deesse doctrinæ, uenit ad magnã Græciam, ibiq́ ab Archyta Tarentino & Timæo Locrensi, Pythagoræ doctrina eruditus, elegantiã & lepôrem Socratis, cum huius miscuit disciplinis: quæ omnia nomine cõmutato, Origenes in libros suos περὶ ἀρχῶν transtulisse cõuincitur. In quo igitur erraui, si adolescens dixi me ea putasse in apostolis, quæ in Pythagora & Platone & Empedocle legeram? Non ut tu calumniaris & fingis, in Pythagoræ & Platonis & Empedoclis libris, sed quæ in illis fuisse legeram. & aliorũ me scripta eos habuisse docuerũt. & hoc genus elocutionis frequentissimũ est: ut si dicam, quæ in Socrate legi dogmata, putaui uera. Nõ quod Socrates libros ullos scripserit, sed quę legi apud Platonem & alios Socraticos illũ habuisse. Et rursum, imitari uolui gesta, quę in Alexãdro & Scipione legerã. Nõ quod ipsi sua gesta descripserint, sed quod apud alios legerim, quæ illos gessisse mirabar. Igit̃ etiã si docere nõ possem ipsius Pythagorę extare monumẽta, nec à filio eius ac filia, alijsq́ discipulis probata cõuincerem: me nõ teneres mẽdacij, quia nõ libros, sed dogmata legisse me dixi: & te frustra errare, me tuũ protegere mendaciũ uoluisse: ut nisi ego unũ librũ Pythagoræ protulero, tu sex milia Origenis libros perdideris. Veniã ad epilogos, id est,

maledicta

maledicta tua,in quibus me ad pœnitentiam cohortaris:& nisi conuersus fuero,id est,nisi te accusante siluero, mihi minaris interitum. Et hoc scandalum redundaturum in caput meum denuncias,qui te hominem lenissimum & Mosaicæ mansuetudinis,responsione mea ad scriptionis insaniã prouocauerim.Scire enim te iactas crimina,quæ tibi soli amicissimo sim confessus,& hæc in mediũ prolaturũ:meisq; me coloribus esse pingendũ, & debere meminisse, quod iacuerim ad pedes tuos,ne gladio oris tui amputares caput meũ. Et post multa,in quibus furibũdus exultas,reuocas te,& dicis optare pacem cum denunciatione duntaxat, ut desinceps taceã:id est,ut non scribã contra hæreticos,nec audeam respondere accusationi tuę.Si hoc fecero,frater ero & collega,& uir eloquẽtissimus & amicus ac sodalis:&, quod his maius est,omnia quæ de Origene transtuli, catholica iudicabis. Sin aũt mutiero, & me cõmouero, ilico impurus ero & hæreticus,& tua indignus necessitudine.Hæc sunt præconia mea,sic me hortaris ad pacem,& ne gemitum quidem ac lachrymas dolori liberas esse cõcedis. Possem & ego tuis te coloribus pingere,& insanire contra insanientem,& dicere quicquid uel scio uel nescio:& eadem licentia,imò furore & amentia,uel falsa,uel uera cõgerere:ut & me loqui, & te puderet audire:& obijcere tibi,quæ aut accusantem damnarent,aut accusatum: ut ex frontis duritia,fidem lectori facerem:ut quod impudenter scriberem,uere scribere iudicarer. Sed procul sit à moribus Christianis, ut dum aliorum petunt sanguinem, suum offerant:& sine gladio,uoluntate homicidæ sint. Tuæ hoc bonitati, tuæq; mansuetudini & simplicitati conuenit,qui de uno pectoris sterquilinio,& odorem rosarum, & fœtorem profers cadauerum: & contra sententiã prophetalem,amarũ dicis esse,quod quasi dulce laudaueras. Nec necesse est,ut in ecclesiasticis tractatibus rem tribunalem uentilemus. Nihilq; super hoc amplius audies,nisi illud è triuio:cum dixeris quod uis,audies quod nõ uis.Aut si tibi uile uidetur uulgare prouerbium, & homo sapientissimus magis philosophorum ac poetarum sententijs delectaris,lege illud Homericum: ὀπποῖον κ' εἰπηθς ἔπος φύγ κ' ἐπακούσεις. Hoc solum requiro ab eximia sanctitate & censura tua(cuius tanta est puritas,ut ad sudaria & semicinctia tua dæmones rugiant) cuius exemplum in scribendo sequaris? Quis unquam catholicorum in disputatione sectarũ,turpitudinem ei,aduersum quẽ disputat,obiecit? Sic te docuerũt magistri tui? Talibus institutus es disciplinis,ut cui respondere non potueris,caput auferas, & linguam quæ tacere non potest,seces? Nec magnopere glorieris,si facias quod scorpiones possunt facere & cantharides.Fecerunt hęc & Fuluia in Ciceronẽ,& Herodias in Ioannem:quia ueritatem non poterant audire:& linguam ueriloquam, discriminali acu cõfoderunt. Canes latrant pro dominis suis, & tu non uis me latrare pro Christo? Scripserunt multi contra Marcionem, Valentinum, Arium, & Eunomium. A quo eis obiecta est turpitudo? Nónne toti in conuincenda hæresi incubuerunt.Istæ machinæ hæreticorum,id est, magistrorũ tuorum sunt:ut conuicti de perfidia,ad maledicta se conferant.Sic Eustathius Antiochenus episcopus,filios dum nescit,inuenit.Sic Athanasius Alexandrinæ urbis pontifex, tertiam Arsenij amputauit manũ.Duas enim qui mortuus prius fingebatur,uiuens postea habere monstratus est.Talia & cõdiscipuli tui & magistri nunc de eiusdẽ ecclesiæ sacerdote cõfingunt: & auro,id est,tuis tuorumq; uiribus oppugnant fidei ueritatem.Quid loquar de hæreticis,qui licet foris sint,tamen se nominãt Christianos? Aduersum impijssimos Celsum atq; Porphyrium,quanti scripsere nostrorum? Quis omissa causa, in superflua criminũ obiectione uersatus est? quæ non chartæ ecclesiasticæ,sed libelli debent iudicum continere. Aut quid refert,si causa cadas,& crimine superes? Non necesse est,ut cum periculo tui capitis accuses. Vno percussore conducto,satis potes facere desiderio tuo.Et scandalũ timere te simulas: qui dudum fratrem,nunc accusatũ,semper inimicũ,es paratus occidere.Et tamẽ miror, quomodo homo prudens,furore præuentus,uelis mihi beneficiũ tribuere: ut educas de carcere animã meam, & non patiaris tecũ in tenebris huius seculi commorari. Vis ergo me tacere? Ne accuses. Depone gladiũ,& ego scutum abijciam. In unò tibi consentire non potero,ut parcam hæreticis, ut me catholicum non probem.Si ista est causa discordiæ,mori possum,tacere non possum.

Debueram quidem de omni ſcriptura tuæ inſaniæ reſpondere,& diuinis uocibus in modum c
Dauid citharizantis lenire furorem pectoris tui: ſed contentus ero unius libri paucis teſtimo
niis,& opponã ſapientiam ſtulticiæ:ut ſi humana contemnis,ſaltem diuina nõ negligas. Au
di igitur quid de te,& de omnibus inuidis ac maledicis & contumelioſis loquatur ſapiens So
lomon:Inſipientes dum iniuriis cupidi ſunt,impĳ facti oderunt ſenſum,Ne fabriceris in ami
cum tuum mala:& ne inimiceris aduerſum hominem ſine cauſa.Impĳ exaltant cõtumeliam.
Circuncide à te os prauum,& iniqua labia longe repelle abs te: oculos cõtumelioſi,linguam
iniqui,manus effundentes ſanguinem iuſti, cor fabricans cogitationes malas, & pedes feſti
nantes ad malefaciendũ.Qui nititur mendacio,paſcit uentos,& ſequitur aues uolãtes.Dere
linquit enim uias uineæ ſuę,& axes culturę fecit errare.Perambulat aridum ac deſertũ,& col
ligit manibus ſuis ſterilitatẽ.Os procacis appropiat cõtritioni:& qui profert maledicta, ſtul
tiſſimus eſt.Anima benedicta,omnis ſimplex uir.Animoſus inhoneſtus eſt. Per delicta la
biorum incidit in laqueum peccator.Itinera ſtultorum recta in cõſpectu ſuo. Stultus eadem
die oſtendit iram ſuam.Abominatio eſt domino,labia mendacia. Qui cuſtodit os ſuum,ſer
uat animam.Et qui temerarius eſt labriis,terrebit ſeipſum. Malus cum contumelia agit mala,
& inſipiens expandit maliciam ſuam. Quæres apud malos ſapientiã, & non inuenies. Suis
itineribus ſaturabitur temerarius.Sapiens timendo declinat malum:Stultus confidens miſce
tur ei.Longanimus uir multus in prudentia eſt:puſillanimus ualde imprudens eſt.Qui calu
mniatur pauperem,laceſſit factorem eius.Lingua ſapientum bona nouit,& os ſtultorũ pro
nunciat malum. Vir animoſus parat rixas: & immundus eſt apud deum omnis qui exaltat
cor ſuum.Manus inferens iniuſte,non erit impunitus.Qui diligit uitam, parcit ori ſuo. Ante
contritionem præcedit cõtumelia,& ante ruinam mala cogitatio. Qui obfirmat oculos ſuos,
cogitat peruerſa,& prouocat labriis ſuis omnia mala.Labia ſtulti ducũt eum in mala, & os au
dax mortem inuocat.Malignus uir multa detrimenta patietur.Melior eſt pauper iuſtus, cẽ
mendax diues.Gloria eſt uiro,qui auertit ſe à maledictis:qui autem ſtultus eſt,talibus ſe ob D
ligat.Noli amare detrahere,ne eradiceris,Suauis eſt homini panis mendacĳ:poſtea implebi
tur os eius calculo, qui operatur theſauros. Lingua mendacis uana ſectatur, & ueniet in la
queos mortis. In aure ſtulti noli quicquam dicere, ne forte irrideãt ſapientes ſermones tuos.
Claua & gladius & ſagitta pernicioſa ſunt:ſic & uir,qui contra amicum ſuum falſum dicit te
ſtimonium.Sicut aues auolant & paſſeres, ita maledictum uanum non ſuperueniet illi.Noli
reſpondere imprudenti ad imprudentiam eius,ne ſimilis ei fias. Sed reſpõde ſtulto ad ſtul
ticiam eius, ne ſibi ſapiens eſſe uideatur. Qui inſidiatur amicis ſuis, cum uiſus fuerit, dicit:lu
dens feci.Craticula carbonibus,& ligna igni, & uir maledicus ad tumultum rixæ. Si te roga
uerit inimicus tuus,parcens uoce magna, ne conſentias ei: ſeptem enim nequitiæ ſunt in ani
ma eius.Grauis eſt lapis,& uix portabilis arena:ſed ira ſtulti grauior utroq;. Crudelis eſt in
dignatio,& acuta ira & zelus impatiens eſt.Impius calumniatur pauperes: & qui confidit in
cordis auaricia,ſtultiſſimus eſt.Totam iram ſuam profert inſipiens,ſapiens diſpenſat in par
tes.Filius malus gladios dentes habet,& cultros molas:ut conſumat infirmos de terra,& pau
peres ex hominibus.His ergo doctus exemplis,nolui mordere mordentem,nec uicem talio
nis implodere: maluiq; inſaniam excantare furibundi,& unius libri antidotum uenenato pe
ctori infundere.Sed uereor ne nihil proficiens,illud Dauidicum cantare cõpellar, & his me
ſermonibus conſolari:Alienati ſunt peccatores à uulua,errauerũt ab utero. Locuti ſunt falſa:
furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis:ſicut aſpidis ſurdæ,& obturãtis aures ſuas,quæ
non audiat uocem incantantium & uenefici incantantis ſapienter. Deus conteret dentes eo
rum:in ore ipſorum molas leonum confringet deus.Ad nihilum deueni, tanq; aqua decur
rens.Intendit arcũ ſuũ,donec infirmentur.Sicut cera quæ fluit, auferentur:ſupercecidit ignis,
& non uiderunt ſolem.Et iterum: Lætabitur iuſtus cum uiderit uindictã impiorum, manus
ſuas lauabit in ſanguine peccatoris.Et dicet homo:ſi utiq; eſt fructus iuſto, utiq; eſt deus iu
dicãs eos in terra.In extrema epiſtola ſcribis manu tua:Opto te pacẽ diligere. Ad quod bre

uiter

A uiter respondebo: Si pacem desideras, arma depone. Blandienti possum acquiescere, non timeo comminantem. Sit inter nos una fides, & ilico pax sequetur.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA

1 Mihi uindicta, & ego.) Vulgò uindictam legunt, cum hic uindicta sit: ut est & in Grecis codicibus, ἐμοὶ ἐκδίκησις, hoc est, meum est uindicare, non tuum. Hoc est uerum dilemma tuum.) Dilemma cornutus est syllogismus, cum duo sic proponuntur, ut necesse sit in alterum incurrere. Dicitur enim δίλημμα, quod duplex habeat cornu, siue argumentum. Cereales & Anabasij.) Cereales appellat nuncios missos, qui quaquauersum per orbem rumorem spargant. Sicuti Ceres Triptolemum misit, qui ex alto triticum spargeret in uniuersum mũdum. Nam huc Hieronymus eam uocem deflexit, cum antiquitus cereales dicti sint ædiles rei frumentariæ præfecti. Quidam pro cereales deprauauerant cursales. Et Anabasij.) Sic appellat, quod conscensis curribus aut equis, celerius perferunt. Anabasis enim Græce ascensus est: & rursus alludit ad Triptolemum, qui conscenso curru, è sublimi spargebat semina. Vt panegyricum.) Id est, orationem in laudem mei scriptam. Atq; hæc cum ironia dicuntur. Non te pudet procemij.) Ad hunc modum scriptum erat in plerisq; codicibus: in nonnullis loco procemij erat præmij. Neutra uox uel tantulum ad sensum facit. Vnde suspicor scriptum fuisse: Non te pudet parœmij, aut certe parœniæ. Nam προινεῖν est temulentorum in morem temere debacchari in quempiam, nullo delectu, nulloq; iudicio: inde προινία, & ut à λοιδορεῖν, λοιδορία & λοιδόριον, sic à προινέω, προινία & πρόινιον, pro conuicio stulte ac temere dicto, uelut
2 inter pocula. Neq; quicquam addubitem ita scriptum ab Hieronymo fuisse. Dario.) Darius Persarum rex opulentissimus. Crœsus rex Lydorum, nobilitatus diuitijs suis quemadmodum & Mida.

Demaratum & Crassum.) Hos duos pro ditissimis posuit. Notat Demaratum Corinthium, Tarquinij Prisci Romanorum regis patrem, qui negotiatione ditissimus euasit: de quo uide Dionysium Halicarnassæum lib. Ro. Antiquitatis tertio, & Liuij ab urb. cond. librum primum. Plinium lib. xxxiij. M. Tullium Tusculanarum quæst. lib. v. De Crasso meminere multi, cui cognomen etiam à diuitijs additum. Addit, subitum, ad maiorem inuidiam, quod non ex patrimonio, sed malis artibus repente factus sit dites. Per quod Danaes est.) Pro Danaes plerisq; codices habebãt Dianæ. Danae fuit Acrysij filia, quam Iupiter uersus in aurum uitiauit, cum à patre esset inclusa turri æreæ. Horatius sic interpretatur fabulam, ut ostendat, nihil esse tam repositum, neq; tam custoditum, ad quod non penetretur au-
B ro. Συγγραφεὺς ἀγράμματος.) Id est, conscriptor absq; literis. Athenogeronta.) Si syncera scriptura est, significat senem uersantẽ in ludo literario. Græcis enim Athena dicitur, quæ nobis Minerua. Ea præfecta est studijs, & Athenæũ scholã appellãt, de quo superius quoq; meminimus. Πολύγλωττος.) Id est, quinq; linguas habens. Elocutionis περισσολογία.) Perissologia uitium est sermonis, cum oratio superfluis uerbis redundat. Solœcistam.) Solœcista qui uitiose loquitur, quod uulgò uocãt incon-
3 gruum, à uerbo σολοικίζειν. Atq; occidentis τροπαιοφόρους.) Id est, trophæum ferentes, quasi dicat, antesignanos & uexilliferos. Sic enim ex uarijs exemplarium uestigijs restituimus. Absq; Palladis arte.) Oblique notauit Palladium Galatam, quem subornauerat Ruffinus in Hieronymum, ut interpretationem illius calumniaretur, quemadmodum alibi testatur ipse. Erat autem & hic factionis Origenicæ, unde & cauendum admonet Epiphanius in epistola sua. Porrò quod ait, arte, alluſit ad Palladem artium præsidem. Salebris & uoraginibus.) Duo sunt impedimẽta uiarum, Salebræ aspera quædam obstacula: & uoragines, cum uia est profundior. Ἀπολογίας ὠφελίμους.) id est, defensionis Origenis.

Origenis κήρυκα.) id est, præconem: id enim Græcis ceryx. Mendacem memorem.) Citatur ab Apuleio & Quintiliano. Mendacia potissimum confutari solent inconstãtia sermonis, unde illis memo-
4 ria est opus. Holographa.) id est, integra, ut erat scripta, & non mutilata, ab ὅλος & γράφω. Cuniculos tuos.) Machinamẽta clanculariа: à cuniculis, quibus hostes urbes suffodiunt. Flantibus Etesijs.) Etesiæ uenti sunt certis anni temporibus spirantes, hoc est, post caniculæ exortum, uelut in hoc à natura dati, ut pomeridianũ æstum temperent, alioquin intolerabilem. Ad Protei columnas.) Huic columnæ & statuæ fuerunt apud Aegyptios, quemadmodum Baccho apud Indos, Herculi apud Hispanos. Protei columnarum meminit Vergilius Aeneidos xi. Atrides Protei Menelaus aduſq; columnas Exulat. quem locũ sic explanat Seruius, aduſq; columnas Protei, usq; ad fines Aegypti, hoc est, usq; ad Pharon ante insulam, nunc partem Alexandriæ: de quo Lucanus, Nunc claustrum pelagi septi
Pharus insula, quondã In medio stetit illa mari, sed tempore uatis Proteos, at nunc est pellæis proxima
1 muris. Sed Ionæ ad portum.) Quidam codices habebant, Dionis portum. Si Ionæ portum legis, intellige Tharsis oppidum Ciliciæ, quo Ionas propheta destinabat ire: de quo superius dictum est.

Per Maleas & Cycladas.) Malea promontorium est contra Peloponnesum, periculosissimũ prætereuntibus. Cyclades insulæ sunt in medio mari, quod in orbem iaceãt sic dictæ. Famosissimum
facum.) Asphaltiten intelligit, qui nihil gignit præter bitumen. Nullum corpus animantium recipit,
5 tauri cameliq; fluitant. Hæc & alia multa Plinius libro quinto. Hic est ἀνθρωπομορφίτης.) Anthropomorphitæ inter hæreticos recẽsentur in Decretis, qui deo tribuebãt corpus, quale nos habemus: unde

& nomen

& nomen habent. Hic error ortum duxit à ſimplicibus quibuſdã & imperitis monachis Aegypti, qui c quum in ſcripturis legerent, faciẽ, oculos, aures, os, brachia, manus & pedes dei, putabãt hæc iuxta corpus intelligenda: lege Tripartitæ hiſtoriæ librũ decimũ. Oſtendit ſuperius, quoſdã notatos ab Epiphanio, quod imagines haberent in tẽplo. Quod tuũ quaſi operculũ uenenatæ.) Prouerbialiter dictũ eſt, quod alibi ſic extulit: Dignũ patella cooperculũ: cum rei malę additur id quod cõgruit. Et eandẽ magiſtri ſapientiã etiam in ſenſibus quærerent.) Vide ut diuus Hieronymus ſententias æſtimari uult ex uerborũ diligentia. Calphurnianos diſcipulos.) Ruffinũ ſæpius Calphurniũ Saluſtianũ uocat: huius igitur diſcipulos Calphurnianos appellat: de quo meminimus & antea. Ad ethicã tranſiens.) Socra- 6 tes apud Platonem, ſiue uere ſiue iocans: narrat ſe ob tarditatem ingenij à naturaliũ rerum cognitione ad moralem philoſophiã traduxiſſe ſtudium. Lucretij opiniones.) Lucretius Epicuri ſectator, de naturis rerum carmine ſcripſit. Maximus ille.) Alluſit ad Fabium Maximũ, de quo uerſus ille Enniani celebratur: Vnus qui nobis cunctãdo reſtituit rẽ. Ariſtippus noſtri.) Is Socraticus philoſophus, primus Socraticorũ mercede docuit. Hic Syracuſas nauigauit ad Dionyſiũ. Hermagoram nobis & Gorgiam.) Hi rhetores erant, qui, ſella poſita, profitebantur ſe omnibus omni de re ex tempore reſponſuros. In morẽ glirium.) Glires hyeme cõduntur, ac ſomno ſeu quiete nõ pingueſcunt ſolũ, ſed etiam reiuueneſcunt: autore Plinio. Barchochabas.) Hiſtoria eſt apud Ioſephũ. Huius meminit Euſebius lib. iiij. hiſtoriarũ. Chochebæ ſeditioſi Iudæi meminit Hieronymus in Agrippa. Alter Salmoneus.) De Salmoneo eſt in fabulis, qui curru æreo, & tedis ardẽtibus imitatus eſt tonitru ac fulmen Iouis. Hy- 7 pocriſeos.) id eſt, ſimulationis. Symmyſten.) id eſt, ſociũ myſteriorũ, & eiſdem myſterijs initiatũ.

An ideo tibi panem non damus.) Alludit ad illud Plautinum: Altera manu fert lapidem, panẽ oſtentat altera. Montes aureos.) Prouerbiale eſt, de promiſſis immenſis. Modo non montes auri pollicens.

Scorteum nummũ.) id eſt, coriaceũ. Nam olim in corio ſignabãt. Vnde pro uiliſſimo nummo ſcorteum poſuit, qui ne plumbeus quidẽ ſit aut æreus. Oram Italiæ.) In hac Pythagoras docuit. Cuius enim ſunt illa χρυσᾶ πυθαγόρεια ἐπη.) id eſt, aurea præcepta. Illaq; ænigmata.) id eſt, obſcure dicta. De his nos in principio Prouerbiorũ nonnulla tradidimus ex diuerſis autoribus. Μαθήσεις ἀναμνήσεις ἐστίν.) id eſt, diſcere eſſe reminiſci, ut ſenſum magis reddamus q̃ uerba. Tuis te coloribus pingere.) id eſt, deſcribere qualis es. Eſt aũt figura prouerbialis, ſimilis illi: Ornatus ex tuis uirtutibus. Illud Homericũ.) Eſt in Iliados υ. οἷος κ' ἐπιῤῥᾴδῃσι ἔπος, τοῖον κ' ἐπακούσεις. id eſt, Qualecunq; dixeris uerbum, tale audies.

Cantharides.) Cantharis inſectum eſt, letale habens uenenum. Fuluia in Ciceronem.) Fuluia uxor Antonij, cuius inſtinctu Ciceronem occidit, quæ & acu dicitur linguam extincti confodiſſe. D

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

PElagius Brito monachus poſt Ariũ ſucceſſit, noui erroris autor: Celeſtinoq; ac Iuliano fautoribus & adiutoribus, multos in ſuam pertraxit factionem. Is tantũ tribuit libero arbitrio, ut diceret, abſq; gratia Chriſti, ſolis meritis hominẽ poſſe ſalutẽ conſequi. Atq; ſuper hac re primum increpatus à fratribus, eatenus ceſſit admonitioni, ut nõ excluderet gratiã, ſed diceret, hac accedente facilius poſſe peruenirí ad ſalutẽ, quaſi & abſq; hac peruenirí poſſet, licet difficilius. Orationes quæ fierent in eccleſia, uel pro fidelibus, uel pro infidelibus, ut ſuperuacuas damnabat: quod diceret id quod peteretur, ſibi quemq; ſua induſtria præſtare poſſe. Verũ hoc in cõcilio Antiocheno cũ mutueret ne damnaretur, recantauit: etiã ſi non deſijt deinceps in ſcriptis ſuis eadẽ docere. Addebat, Adæ peccatũ nulli nocuiſſe, niſi ipſi qui cõmiſerat. Omnes infantes tam inſontes naſci, q̃ ipſe Adam fuiſſet conditus à deo. Baptizandos aũt, non ut à peccato exuerentur, quo carerent, ſed ut ſacramẽto adoptionis honorarentur. Scripſit tres de fide trinitatis libros, & eclogas, hoc eſt, excerptiones ex libris diuinis, in morẽ indicis per capita digeſtas. Publicatus hęreticus ſcripſit in defenſionẽ ſui dogmatis. Damnatus eſt à pontifice Zoſimo inſectantibus Afris, & potiſſimum Auguſtino reliquias factionis perſequente: idq; concilio apud Carthaginem habito ducentorum & quatuordecim epiſcoporum. Nam ipſe Pelagius, antequam de hoc pronunciaſſet Zoſimus, iam ab Innocentio damnatus fuerat. Hæc partim ex Proſpero, partim ex Auguſtino & Gennadio ac Platina. Hunc Auguſtinus tradit ſua tempeſtate recentiſſimum hæreſiarcharum extitiſſe, hominem eloquentia, ut apparet, munitum. Huius dogma rogatu Cteſiphontis refellit Hieronymus, oſtendẽs è quorum fontibus hic error fuerit natus. Atq; hac quidem epiſtola ceu uelitatus eſt in Pelagianos: pollicetur autem, ſe per ocium iuſto uolumine reſponſurum.

HIERONYMVS ADVERSVS PELAGIVM AD CTESIPHONTEM

NOn audacter (ut falſo putas) ſed amanter ſtudioſeq; feciſti, ut nouam mihi exutere mitteres quæſtionẽ, quæ ante literas tuas pleroſq; in Oriente decepit: ut per ſimulatam humilitatem, ſuperbiam diſcerent: & dicerẽt cum diabolo: In cœlum aſcendam, ſuper ſydera cœli ponam thronum meũ, & ero ſimilis altiſſimo. Quæ enim poteſt alia maior eſſe temeritas, q̃ dei ſibi nõ dicam ſimilitudinem, ſed æqualitatẽ uendicare: & breui ſententia, omniũ hæreticorum uenena complecti, quæ de philoſophorum &

maxime

A maxime Pythagoræ & Zenonis principis Stoicorum fonte manarunt? Illi enim quæ Græci appellant πάθη, nos perturbationes possumus dicere, ęgritudinem uidelicet & gaudium, spem & metum: quorum duo præsentia, duo futura sunt, asserunt extirpari posse de mentibus, & nullam fibram radicemq; uitiorum in homine omnino residere, meditatione & assidua exercitatione uirtutum. Aduersum quos & Peripatetici, qui de Aristotelis fonte descendunt, fortissime disputant: & Academici noui, quos Tullius sequitur: & eorum non dico res
2 quæ nullæ sunt, sed umbras & uota subuertunt. Hoc est enim hominem ex homine tollere, & in corpore constitutum esse sine corpore: & optare potius quàm docere, dicente Apostolo: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et quia epistolaris breuitas non potest omnia comprehendere, strictim tibi uitanda describam. Vnde & illud Vergilianum est: Hinc metuunt, cupiuntq;, dolent, gaudentq;, nec auras Respiciunt, clausæ tenebris & carcere cæco. Quis enim potest aut non gestire gaudio, aut mœrore contrahi, aut spe ex-
3 tolli, aut timore terreri? Quamobrem & grauissimus poeta Flaccus scripsit in Satyra: Nam uitijs nemo sine nascitur: optimus ille est Qui minimis urgetur. Pulchre quidam nostrorum ait: Philosophi patriarchæ hæreticorũ, ecclesiæ puritatem peruersa maculauere doctrina: ut nesciant illud dictum de humana fragilitate: Quid gloriatur terra & cinis? præsertim cum de ijsdem Apostolus dicat: Video aliam legem in membris meis, repugnantẽ legi mentis meæ, & ducentem me in captiuitatem. Et iterum: Nõ enim quod uolo, hoc ago: sed quod nolo, id operor. Si quod nõ uult operatur, quomodo stare potest hoc quod dicitur posse hominem sine peccato esse, si uelit? Qua ratione potest esse quod uelit, cum Apostolus asserat se quod
4 cupiat, implere nõ posse? Cumq; ab eis quærimus, qui sint illi quos absq; peccato putent, nouas strophas eludere cupiũt ueritatem: se nõ eos dicere, qui sint uel fuerint, sed qui esse possint. Egregij doctores, dicunt esse posse quod nunq; fuisse demonstrãt, dicente scriptura: Omne quod futurum est, iam factum est in priori tempore. Neq; nunc mihi necesse est ire per sin-
B gulos sanctorũ, & quasi in corpore pulcherrimo neuos quosdam & maculas demonstrare: quod plerisq; nostrorum simpliciter faciunt, cum paucis sententiolis scripturarum possint hæreticorum, & per eos philosophorum, argumenta conuinci. Quid enim dicit uas electionis? Conclusit deus omnia sub peccato, ut omniũ misereatur. Et in alio loco: Omnes enim peccauerunt, & indigent gloria dei. Ecclesiastes quoq;, per quem se cecinit ipsa sapiẽtia, libere protestatur, & dicit: Non est enim homo iustus super terram, qui faciat bonum & non peccet. Et iterum: Si peccauerit populus tuus, non est enim homo qui nõ peccet. Et quis gloriabitur castum se habere cor? & non est mundus à sorde, nec si unius diei fuerit super terram uita eius. Vnde & Dauid dicit: Ecce enim in iniquitatibus cõceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Et in alio psalmo: Nõ iustificabitur in cõspectu tuo omnis uiuens. Quod testimonium sub nomine pietatis noua argumentatione deludunt. Aiunt enim ad comparationẽ dei nullum esse perfectum, quasi scriptura hoc dixerit. Neq; enim ait: Non iustificabitur omnis uiuens, sed, non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Quando enim dicit, in cõspectu tuo, hoc intelligi uult, quod etiam qui hominibus sancti uidẽtur, dei scientiæ atq; noticiæ nequaquam sancti sint. Homo enim uidet in facie, deus autem in corde. Si autem inspiciente deo & omnia contemplante, quem cordis arcana non fallunt, nullus est iustus: perspicue ostenditur, hæreticos non hominem in excelsa sustollere, sed dei potentiæ derogare: multaq; alia, quæ si de scripturis sanctis uoluero congregare, non dicã epistolæ, sed uoluminis quoq; excedam modum. Nihil noui asserunt, qui in huiuscemodi applaudente sibi perfidia, simplices quidem & indoctos decipiunt: sed ecclesiasticos uiros, qui in lege dei die ac nocte meditantur, decipere non ualent. Pudeat ergo eos principum & sociorum suorum, qui aiunt, posse hominẽ sine peccato esse si uelit, quod Græci dicũt ἀναμαρτησίαν. Et quia hoc ecclesiarum per Orientem aures ferre non possunt: simulãt se sine peccato quidem dicere, sed ἀναμαρτησίαν dicere non audere: quasi aliud sit sine peccato, aliud ἀναμαρτησίαν, & non Græcũ sermonem, qui apud illos cõpositus est, duobus uerbis sermo Latinus expresserit. Si absq; peccato

dicis, &

dicis, & ἀναμαρτησίαν dicere te diffiteris: damna eos ergo qui ἀναμαρτησίαν prædicant. Sed c
non facis. Nosti enim quid intrinsecus discipulos tuos doceas, aliud ore commemorans, & 5
aliud cælans conscientia: nobisq; alienis & indoctis loqueris per parabolas, tuis autem my-
steria confiteris: & hoc iuxta scripturam te facere iactas: quia dictum est: turbis Iesus in para
bolis loquebatur: & ad discipulos in domo dicit: Vobis datum est scire mysteria regni cœlo-
rum, illis autem non est datum. Sed ut dicere cœperam, exponam breuiter principum & so-
ciorum tuorum nomina: ut animaduertas, qualium consortio gloriaris. Manichæus electos
suos, quos inter animas Platonis in cœlestibus collocat, dicit omni carere peccato, nec si ue-
lint, posse peccare. Ad tanta enim eos uirtutum culmina transcendisse, ut carnis operibus illu-
dant. Priscillianus in Hispania pars Manichæi, de turpitudine cuius te discipuli diligunt plu
rimum, uerbum perfectionis & scientiæ sibi temere uendicantes, soli cũ solis clauduntur mu-
lierculis, & illud eis inter coitum amplexusq; decantant: Tum pater omnipotens fœcundis 6
imbribus æther Coniugis in gremium lætæ descendit: & omneis Magnus alit, magno com-
mixtus corpore, fœtus. Qui quidem partem habent Gnosticæ hæreseos, de Basilidis im-
pietate uenientem. Vnde & uos asseritis eos, qui absq; legis scientia sunt, peccata uitare non
posse. Quid loquar de Priscilliano, qui & seculi gladio, & totius orbis autoritate damnatus
est? Euagrius Ponticus Hyperborita, qui scribit ad uirgines, scribit ad monachos, scribit ad 7
eam cuius nomẽ nigredinis testatur perfidiæ tenebras, ædidit librum & sententias περὶ ἀπα-
θείας, quam nos impassibilitatem uel imperturbationẽ possumus dicere, quando nunquam
animus ullo perturbationis uitio cõmouetur: & ut simpliciter dicam, uel saxum uel deus est.
Huius libros per Orientem Græcos, & interpretante discipulo eius Ruffino, Latinos pleriq;
in Occidente lectitant: qui librum quoq; scripsit, quasi de monachis: multosq; in eo enu-
merat, qui nunquam fuerunt: & quos fuisse Origenistas, & ab episcopis damnatos esse
non dubium est, Ammonium uidelicet & Eusebium & Euthymium, & ipsum Euagrium,
Or quoq; & Isidorum, & multos alios, quos enumerare tædium est. & iuxta illud Lucretij: D
Ac ueluti pueris absinthia tetra medentes Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt dulci mellis flauoq; liquore: ita ille unum Ioannem in ipsius libri posuit princi-
pio, quem & catholicum & sanctum fuisse non dubium est, ut per illius occasionem cæteros
quos posuerat hęreticos, ecclesiæ introduceret. Illam autem temeritatem, imò insaniam eius,
quis digno possit explicare sermone, quod librum Xysti Pythagorei, hominis absq; Chri-
sto atq; ethnici, immutato nomine, Sixti martyris, & Romanæ ecclesiæ episcopi prænotauit:
in quo iuxta dogma Pythagoricorum, qui hominem exæquant deo, & de eius dicunt esse
substantia, multa de perfectione dicuntur: ut qui uolumen philosophi nesciunt, sub martyris
nomine bibãt de aureo calice Babylonis. Deniq; in ipso uolumine nulla prophetarum, nul-
la patriarcharum, nulla apostolorũ, nulla Christi fit mentio ut episcopum & martyrem sine
Christi fide fuisse contendat. Vnde & uos plurima contra ecclesiam usurpatis testimonia. Fe
cerat hoc & in sancti Pamphili martyris nomine, ut librum primum sex librorum defensio-
nis Origenis, Eusebij Cæsarienſis quem fuisse Arianum nemo est qui nesciat, nomine Pam-
phili martyris prænotaret, quo scilicet egregia illa quatuor Origenis περὶ ἀρχῶν uolumina
Latinis infunderet auribus. Vis adhuc & aliũ nosse tui erroris principem? Doctrina tua Ori-
genis ramusculus est. In eo enim psalmo, ubi scriptum est (ut de cæteris taceam) Insuper & 8
usq; ad noctem erudierunt me renes mei: asserit uirum sanctum, de quorum uidelicet & tu
numero es, cum ad uirtutum uenerit summitatem: ne in nocte quidem ea pati, quæ homi-
num sunt, nec cogitatione uitiorũ aliqua titillari. Nec erubescas de societate talium, renuens
eorum nomina, quorum blasphemijs iungeris. Iouiniani secunda quæstio, tui ingenij disci-
plina est. Quicquid illi responsum est, tibi responsum credito. Nec fieri potest, ut diuersus
sit eorum exitus, quorum est una sententia. Cum hæc ita se habeãt, quid uolunt miseræ mu-
lierculæ oneratæ peccatis, quæ circunferuntur omni uento doctrinæ, semper discentes & nun
quam ad scientiam ueritatis peruenientes: & cæteri mulierculorum socij, prurientes auribus,
& igno

A & ignorantes quid audiant,quid loquantur,qui uetuſtiſſimum cœnum, quaſi nouam ſuſci-
9 piunt temperaturam:qui(iuxta Ezechielem)liniunt parietem abſq; temperamento,& ſuper-
ueniente ueritatis pluuia, diſſipantur? Simon magus hæreſim condidit, Helenæ meretricis
adiutus auxilio.Nicolaus Antiochenus omnium immundiciarum repertor,choros duxit fœ
mineos.Marcion Romam pręmiſit mulierem,quæ decipiendos ſibi animos præpararet. A-
pelles Philomenen ſuarum comitem habuit doctrinarum.Montanus immūdi ſpiritus præ-
dicator,multas eccleſias per Priſcam & Maximillam,nobiles & opulētas fœminas, primum
auro corrupit,deinde hæreſi polluit.Dimittam uetera,ad uiciniora tranſcendā. Arius, ut or-
bem deciperet, ſororem principis ante decepit. Donatus per Aphricam ut infelices quoſq;
fœtentibus pollueret aquis, Lucillæ opibus adiutus eſt.In Hiſpania Agape Elpidium, mu-
lier uirum,cæcum cæca duxit in foueam, ſucceſſoremq; ſui Priſcillianum habuit Zoroaſtris
magi ſtudioſiſſimum, & ex mago epiſcopum: cui iuncta Galla non gente, ſed nomine,ger-
10 manam huc illucq; currentem,alterius & uicinæ hæreſeos reliquit hæredem. Nunc quoque
myſterium iniquitatis operatur. Duplex ſexus utrunq; ſupplantat,ut illud propheticum co
gamur aſſumere:Clamauit perdix,congregauit quæ non peperit, faciens diuitias ſuas, non
cum iudicio. In dimidio dierum derelinquet eas, & nouiſſimum eius erit inſipiens. Illud ne-
ro quod ad decipiendos homines quoſq; poſtea huic ſententiæ coaptarunt (non abſq; dei
gratia)cum prima legentes fronte decipiat,introſpectum & diligentiſſime uentilatum, deci-
pere non poteſt. Ita enim dei gratiā ponunt, ut non per ſingula opera eius nitamur & rega-
mur auxilio:ſed ad liberum referunt arbitrium,& ad pręcepta legis,ponentes illud Eſaiæ:Le
gem enim deus in adiutorium poſuit:ut in eo deo referendæ ſint gratiæ,quod tales nos con-
diderit, qui noſtro arbitrio poſſimus & eligere bona, & uitare mala: & non intelligunt iſta
dicentes,quod per os eorum intolerabilem blaſphemiam diabolus ſibilet.Si enim in eo tan-
tum dei eſt gratia, quod propriæ nos condidit uoluntatis, & libero arbitrio contenti ſumus:
B nec ultra eius indigemus auxilio, ne ſi indiguerimus liberum frangatur arbitriū:ergo nequa-
quam ultra orare debemus:nec illius clementiam precibus flectere, ut accipiamus quotidie,
quod ſemel acceptū in noſtra eſt poteſtate.Iſtiuſmodi homines tollunt orationem: & per li-
berum arbitriū,non homines propriæ uoluntatis,ſed dei potentiæ factos ſe eſſe iactant, qui
nullius ope indigent.Tollantur & ieiunia omniſq; continentia. Quid enim mihi neceſſe eſt
laborare, ut accipiam per induſtriam, quod ſemel meæ factum eſt poteſtatis? Hoc quod di
co,non meum eſt argumentum: Vnus diſcipulorum eius,imò iam magiſter & totius ductor
exercitus,& contra Apoſtolum uas perditionis,per ſolœciſmorum, & non (ut ſui iactitant)
ſyllogiſmorum ſpineta decurrens, ſic philoſophatur & diſputat: Si nihil ago abſq; dei auxi-
lio:& per ſingula opera,eius eſt omne quod geſſero: ergo non ego qui laboro,ſed dei in me
coronabitur auxiliū, fruſtraq; dedit arbitrij poteſtatem,quam implere non poſſum,niſi ipſe
me ſemper adiuuerit. Deſtruitur enim uoluntas,quę alterius ope indiget.Sed liberum dedit
arbitrium deus,quod aliter liberum non erit, niſi fecero quod uoluero. Ac per hoc ait: Aut
utor ſemel poteſtate quæ mihi data eſt,ut liberum ſeruetur arbitrium:aut ſi alterius ope indi
geo,libertas arbitrij in me deſtruetur. Qui hæc dicit, quam non excedit blaſphemiam? quæ
hæreticorum uenena non ſuperat? Aſſerunt ſe per arbitrij libertatem nequaquam ultra ne-
ceſſarium habere deum,& ignorant ſcriptum:Quid habes quod non acceperiſti? ſi autem ac-
cepiſti,quid gloriaris,quaſi non acceperis? Magnas agit deo gratias,qui per libertatem arbi-
trij rebellis in deum eſt:quam nos libēter amplectimur,ita duntaxat, ut agamus ſemper gra
tias largitori:ſciamusq; nos nihil eſſe,niſi quod donauit,in nobis ipſe ſeruauerit, dicente A-
poſtolo: Non eſt uolentis neq; currentis, ſed miſerentis dei. Velle & currere meum eſt: ſed
ipſum meum,ſine dei ſemper auxilio non erit meum.Dicit enim idem Apoſtolus: Deus eſt
qui operatur in nobis & uelle & perficere. Et ſaluator in Euangelio: Pater meus uſq; modo
operatur,& ego operor.Semper largitor,ſemperq; donator eſt.Non mihi ſufficit, quod ſe-
mel donauit,niſi ſemper donauerit. Peto,ut accipiam: & cum accepero,rurſus peto. Auarus

ſum ad accipienda beneficia dei,nec ille deficit in dando,nec ego ſatior in accipiendo.Quan/ c
to plus bibero, tanto plus ſitio. Legi enim à pſalmiſta cantari: Guſtate & uidete, quoniam
ſuauis eſt dominus.Omne quod habemus bonum, guſtus eſt domini. Cum me putauero
ad calcem peruenisſe uirtutum, tunc habebo principium. Principium enim ſapientiæ timor
domini: qui expellitur atq; deſtruitur charitate. Hæc hominibus ſola perfectio, ſi imperfe/
ctos eſſe ſe nouerint.Et uos,inquit,cum omnia feceritis,dicite: Serui inutiles ſumus:quod de
buimus facere, fecimus. Si inutilis eſt qui fecit omnia,quid de illo dicendum eſt, qui explere
non potuit? Vnde & Apoſtolus, ex parte accepiſſe, & ex parte comprehendiſſe ſe dicit, &
necdum eſſe perfectum: præteritorumq; obliuiſci, & in futurum ſe extendere. Qui ſemper
præteritorum obliuiſcitur, & futura deſiderat, oſtendit ſe præſentibus non eſſe contentum.
Quod autem ſurſum deorſum iactitant, liberum à nobis arbitrium deſtrui, audiant econ/
trario eos arbitrij deſtruere libertatem,qui male eo abutuntur aduerſum beneficium largito
ris.Quis deſtruit arbitrium? Ille,qui ſemper deo agit gratias: & quodcũq; in ſuo riuulo fluit,
ad fontem refert? an qui dicit: Recede à me, quia mundus ſum, non habeo te neceſſarium?
Dediſti enim mihi ſemel arbitrij libertatem,ut faciam quod uoluero:quid rurſum te ingeris,
ut nihil poſſim facere, niſi tu in me tua dona compleueris? Fraudulenter prætendis, ut dei
gratiam ad conditionem hominis referas,& non in ſingulis operibus auxilium dei requiras,
ne ſcilicet liberum arbitrium uidearis amittere: & cum dei contemnas adminiculum, homi/
num quæras auxilia. Audite quæſo, audite ſacrilegum. Si,inquit, uoluero curuare digitum,
mouere manum,ſedere,ſtare,ambulare,diſcurrere, ſputa iacere, duobus digitulis nariũ pur/
gamenta decutere, releuare aluum, urinam digerere, ſemper mihi auxilium dei neceſſarium
erit? Audi ingrate,imò ſacrilege,Apoſtolum prædicantem:Siue manducatis, ſiue bibitis, ſi/
ue aliud quid agitis, omnia in nomine domini agite.Et illud Iacobi:Ecce nunc qui dicitis, ho
die aut cras proficiſcemur in illam ciuitatem,& faciemus illic annum, ut negociemur & lucre/
mur,qui neſcitis de craſtino. Quæ enim eſt uita ueſtra? Āura eſt enim ſiue uapor paululum d
apparens,deinde diſſipatur:pro eo quod debeatis dicere:ſi dominus uoluerit, & uixerimus,
faciemus aut hoc aut illud. Nũc autem exultatis in ſuperbijs ueſtris,omnis iſtiuſmodi gloria
tio peſſima eſt. Iniuriam tibi fieri putas & deſtrui arbitrij libertatem, ſi ad deum ſemper au/
torem recurras,ſi ex illius pendeas uoluntate,& dicas: Oculi mei ſemper ad dominum,quo/
niam ipſe euellet de laqueo pedes meos? Vnde & audes lingua proferre temeraria, unum/
quemq; arbitrio ſuo regi? Si ſuo arbitrio regitur,ubi eſt auxiliũ dei? Si Chriſto rectore non
indiget,quomodo ſcribit Hieremias:Non eſt in homine uia eius,& à domino greſſus homi
nis diriguntur? Facilia dicis dei eſſe mandata, & tamen nullum proferre potes, qui uniuerſa
compleuerit.Reſponde mihi,facilia ſunt an difficilia? Si facilia,profer quis ea impleuerit, &
cur Dauid in pſalmo canat:Qui fingis laborem in præcepto. Et iterum:Propter uerba labio/
rum tuorum ego cuſtodiui uias duras. Et dominus in euangelio: Intrate per anguſtam por/
tam.Et: Diligite inimicos ueſtros. Et: Orate pro his qui perſequuntur uos? Sin autem diffi/
cilia,cur auſus es dicere, facilia eſſe dei mandata, quæ nullus impleuerit? Non intelligis tuas
inter ſe repugnare ſententias? Aut enim facilia ſunt, & infinita eſt multitudo hominum qui
ea impleuerint:aut difficilia,& temere dixiſti eſſe facile, quod difficile eſt.Soletis & hoc dice/
re:aut poſſibilia eſſe mandata,& recte à deo data:aut impoſſibilia,& non in his eſſe culpam
qui accepere mãdata,ſed in eo qui dedit impoſſibilia.Nunquid præcepit mihi deus,ut eſſem
quod deus eſt,ut nihil inter me eſſet & dominum creatorem: ut maior eſſem angelorum fa/
ſtigio,ut haberem quod angeli non habent? De illo ſcriptum eſt quaſi proprium:Qui pecca
tum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius. Si hoc & mihi cum Chriſto commune eſt,
quid ille habuit proprium? alioqui per ſe tua ſententia deſtruetur. Aſſeris poſſe hominem
eſſe ſine peccato,ſi uelit: & poſt grauiſſimum ſomnum ad decipiendas rudes animas fruſtra
conaris adiungere,non abſq; dei gratia. Si enim ſemel homo per ſe poteſt eſſe ſine peccato,
quid neceſſaria eſt dei gratia? Sin autem ſine illius gratia nihil poteſt facere, quid neceſſe

fuit

A fuit dicere,posse quod non potest? Potest,inquit,esse sine peccato,potest esse perfectus si uo luerit. Quis enim Christianorum non uult esse sine peccato: aut quis perfectionem recusat, si sufficit ei uelle: & statim sequitur posse, si uelle præcesserit? Nullusq; Christianorum est, qui nolit esse sine peccato:omnes ergo sine peccato erunt,quia utiq; omnes cupiunt esse sine peccato.Et in hoc ingratis teneberis,ut quia nullum,aut rarum quenquam sine peccato proferre potes,omnes sine peccato esse posse fatearis.Possibilia,inquit, mandata dedit deus. Et quis hoc negat? Sed quomodo hæc intelligenda sit sententia,uas electionis apertissime docet:ait enim: Quod erat impossibile legis,in quo infirmabatur per carnem:deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati,& de peccato condemnauit peccatum in carne.Et iterum:Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.Quod ne de lege Moysi tantũ dictum putes, & non de omnibus mandatis, quæ uno legis nomine continentur, idem Apostolus scribit,dicens: Consentio enim legi dei iuxta interiorem hominem: uideo autẽ aliam legem in membris meis,repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati,quæ est in membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.Cur autem hoc dixerit,alio sermone demonstrat. Scimus enim quod lex spiritualis est,ego autẽ carnalis sum,uenundatus sub peccato. Quod enim operor, non cognosco. Non enim quod uolo, illud operor: sed quod odi, illud facio. Sin autem quod nolo, hoc facio,consentio legi,quoniam bona est. Nunc autẽ nequaquam operor illud,sed quod in me habitat,peccatum.Scio enim quod non habitat in me, hoc est, in carne mea,bonum. Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Non enim quod uolo bonum,hoc facio: sed quod nolo, malum, hoc ago. Si autem quod nolo, hoc facio,nequaquam ego operor illud,sed quod habitat in me,peccatum.Reclamabis & dices:Manichæorum dogma nos sequi,& eorum qui de diuersis naturis ecclesiæ bella concinnant,asserentium malam esse naturam quæ immutari nullo modo possit. Et hoc non mihi,
B sed Apostolo imputa, qui nouit aliud esse deum,aliud esse hominem:aliam carnis fragilitatem,aliam spiritus fortitudinem.Caro enim desiderat contra spiritum,& spiritus contra carnem:& hæc inuicem sibi aduersantur,ut non quæ uolumus, ipsa faciamus. A me nunquam audies malam esse naturam. Sed quomodo sit carnis fragilitas differenda, ipso qui scripsit docente,discamus.Interroga eum quare dixerit:non enim quod uolo,hoc operor: sed quod odi,malum,illud facio.Quæ necessitas illius impediat uoluntatem,quæ tanta uis,odio digna imperet facere: ut non quod uult, sed quod odit & non uult, facere compellatur? Respondebit tibi:ò homo,tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentum figulo:quare me feciſti sic? An non habet potestatem figulus luti, de eadem massa aliud quidem uas facere in honorem,aliud autem in contumeliam? Obijce deo fortiorem calumniam, quare adhuc cum in utero essent Esau & Iacob,dixerit:Iacob dilexi,Esau autem odio habui. Accusa eum iniquitatis,cur Achar filius Charim, de Hierichuntina præda aliqua furatus sit,& tanta milia hominum illius uitio trucidata sint. Quamobrem filij Eli peccauerint, & omnis penè populus extinctus,arcaq; sit capta.Dauid peccauit ut enumeraret populum,& cur in toto Israele tanta hominum cæsa sint milia.Et ad extremum (quod solet nobis obijcere contubernalis uester Porphyrius) qua ratione clemens & misericors deus ab Adam usq; ad Moysen, & à Moyse usq; ad aduentum Christi passus sit uniuersas gentes perire ignorantia legis & man
II datorum dei.Neq; enim Britannia fertilis prouincia tyrannorũ,& Scoticæ gentes, omnesq; usq; ad Oceanum per circuitum barbaræ nationes,Moysen prophetasq; cognouerãt.Quid necesse fuit eum in ultimo uenire tempore, & non priusquam innumerabilis periret hominum multitudo? Quam quæstionem beatus Apostolus ad Romanos scribens, prudentissime uentilat,ignorans hæc, & dei concedens scientiæ. Dignare & tu ista nescire, quæ quæris. Concede deo potentiam sui, nequaquam te indiget defensore. Ego miserabilis,qui tuas expecto contumelias,qui illud semper lego: Gratia salui facti estis, Et: Beati quorum remissæ sunt iniquitates,& quorum tecta sunt peccata: ut de mea fragilitate loquar, noui me multa

uelle,quæ facienda ſunt,& tamen implere nō poſſe. Spiritus enim fortitudo ducit ad uitam, c
ſed carnis fragilitas ducit ad mortem.Et audio dominum commonentem: Vigilate & orate,
ne intretis in tentationem.Spiritus promptus eſt, caro autem infirma. Fruſtra blaſphemas
& ignorantium auribus ingeris, nos liberum arbitrium condemnare. Damnetur ille qui da/
mnat. Cæterum non ex eo differimus à brutis animalibus, quod liberi arbitrij conditi ſu/
mus: ſed ipſum liberum (ut diximus) arbitrium dei nititur auxilio, illiuſq; per ſingula ope
indiget: quod uos non uultis.Sed id uultis,ut qui ſemel habet liberum arbitrium, deo adiu/
tore non egeat.Liberum arbitrium dat liberam uoluntatem,& non ſtatim ex libero arbitrio
homo facit, ſed domini auxilio, qui nullius ope indiget. Tu ipſe qui perfectam & deo æqua
lem in hominibus iuſticiam iactitas, & peccatorem te eſſe confiteris: reſponde mihi, uelis an
nolis carere peccato? Si uis,quare iuxta ſententiam tuam non imples quod deſideras? Sin au
tem non uis,contemptorem te præceptorum dei eſſe demonſtras. Si contemptor es,utiq; &
peccator.Si peccator,audi tibi ſcripturam loquentem:Peccatori dixit deus:Quare tu enarras
iuſticias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Tu uero odiſti diſciplinam, &
proieciſti uerba mea retrorſum. Verba dei dum non uis facere, poſt tergum tuum proijcis.
Et nouus Apoſtolus,orbi terrarum facienda & non facienda decernis.Sed non eſt ita, ut lo/
queris:aliud in tua mente uerſatur.Quando enim te dicis peccatorem, & poſſe hominem ſi/
ne peccato eſſe,ſi uelit: illud uis intelligi,te quidem ſanctum eſſe, & omni carere peccato: ſed
per humilitatem,peccati nomē aſſumere:ut alios potius laudes,& tibi detrahas. Illud quoq;
argumentum ueſtrum ferre quis poſſit? Dicitis his uerbis: Aliud eſt eſſe,aliud eſſe poſſe.Eſſe
non eſt in noſtra poſitum poteſtate, eſſe autem poſſe generaliter dici. Quod licet alius non
fuerit,tamen poſſit eſſe qui eſſe uoluerit. Rogo quæ eſt iſta argumentatio, poſſe eſſe, quod
nunquam fuerit? poſſe fieri, quod nullum feciſſe teſteris? id cuilibet tribuere, qui an futurus
ſit ignores:& dare neſcio cui, quod in patriarchis & prophetis & apoſtolis fuiſſe nequeas ap
probare? Audi eccleſiaſticam ſimplicitatem,ſiue ruſticitatem, aut imperitiam, ut uobis uide/ D
tur.Loquere,quod credis:publice prædica, quod ſecreto diſcipulis loqueris. Qui dicis te ha/
bere arbitrij libertatem, quare non libere quod ſentis loqueris? Aliud audiunt cubiculorum
tuorum ſecreta, aliud roſtrorum populi. Etenim uulgus indoctum non poteſt arcanorum
tuorum onera ſuſtentare,nec capere ſolidum cibum,quod infantiæ lacte cōtentum eſt. Nec/
dum ſcripſi,& comminaris mihi reſcriptorum tuorum fulmina: ut ſcilicet hoc timore perter/
ritus,non audeam ora reſerare:& non animaduertis idcirco nos ſcribere, ut uos reſpondere
cogamini: & aperte aliquando dicere, quod pro tempore perſonis & locis uel loquimini uel
tacetis.Nolo uobis liberum eſſe, negare quod ſemel ſcripſeritis. Eccleſiæ uictoria eſt, uos a/
perte dicere quod ſentitis. Aut enim idem reſponſuri eſtis, quod & nos loquimur:& nequa/
quam eritis aduerſarij, ſed amici.Aut ſi contraria noſtro dogmati dixeritis, in eo uincemus,
quod omnes cognoſcent eccleſiæ,quid ſentiatis.Sententias ueſtras prodidiſſe,ſuperaſſe eſt.
Patet prima fronte blaſphemia. Non neceſſe habet conuinci, quod ſua ſtatim profeſſione
blaſphemum eſt. Minamini nobis reſponſionem,quam uitare nullus poteſt,niſi qui omni/
no non ſcribit. Vnde noſtis quid dicturi ſimus, ut reſponſionem paretis? Forſitan ueſtra di
cemus, & idcirco ingenij ueſtri acuetis ſtilum. Eunomiani, Ariani, Macedoniani, nomini/
bus ſeparati,impietate cōcordes,nullum nobis laborem faciunt. Loquuntur enim quod ſen
tiunt.Sola hæc hæreſis eſt,quæ publice erubeſcit loqui,quod ſecreto docere non metuit.Ma
giſtrorum ſilentia profert rabies diſcipulorum. Quod audierunt in cubiculis, in tectis prædi
cant: ut ſi placuerit auditoribus quod dixerint,referatur ad gloriam magiſtrorum: ſi diſpli/
cuerit,culpa ſit diſcipuli, non magiſtri. Ideo creuit ueſtra hæreſis,& decepiſtis plurimos:ma
ximeq; eos,qui adhærent mulieribus,& ſciunt ſe peccare nō poſſe:quia ſemper docetis, ſem/
per negatis:& audire meremini illud propheticum: Gloriam in partubus & parturitionibus
da illis domine. Quid dabis illis? Vuluam ſterilem & ubera arentia. Feruet animus,nec poſ/
ſum uerba cohibere. Epiſtolaris anguſtia non patitur longi operis magnitudinem. Nullius

in hoc

A in hoc opuſculo nomen proprie tangitur. Aduerſus magiſtrum peruerſi dogmatis loquuti ſumus. Qui ſi iratus fuerit atq; reſcripſerit, ſuo quaſi mus prodetur indicio, ampliora in uero certamine uulnera ſuſcepturus. Multi anni ſunt, quod ab adoleſcentia uſq; ad hanc ætatem, diuerſa ſcripſi opuſcula, ſemperq; habui ſtudio audientibus loqui, quod publice in eccleſia didiceram: nec philoſophorum argumẽta ſectari, ſed apoſtolorum ſimplicitati acquieſcere, ſciens illud ſcriptum: Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reproba/bo. Et: Fatuum dei ſapientius eſt hominibus. Cum hæc ſe ita habeant, prouoco aduerſarios, ut omnes retro chartulas ex integro diſcutiant: & ſi quid in meo ingeniolo uitij repererint, proferant in medium. Aut enim bona erunt, & contradicam eorum calumniæ: aut reprehen/ſibilia, & confitebor errorem, malens emendare quàm perſeuerare in prauitate ſententiæ. Et tu ergo doctor egregie, aut defende quod loquutus es: & ſententiarũ tuarũ acumina aſtrue eloquio ſubſequenti: ne quãdo tibi placuerit, neges quod loquutus es: aut ſi certe erraſti, qua/ſi homo, libere confitere: & diſcordantium inter ſe redde concordiam. In mentem tibi ueniat, tunicã ſaluatoris nec à militibus fuiſſe conſciſſam. Fratrum inter ſe cernis iurgia, & rides atq; lætaris, quod alij tuo nomine, alij Chriſti appellentur. Imitare Ionam, & dicito: Si propter me eſt iſta tempeſtas, tollite me, & mittite in mare. Ille humilitate deiectus eſt in profundũ, ut in typum domini glorioſus reſurgeret. Tu per ſuperbiam ad aſtra ſuſtolleris, ut de te lo/quatur Ieſus: Videbam ſatanam ſicut fulgur cadentem de cœlo. Quod autem in ſcripturis ſanctis multi iuſti appellentur, ut Zacharias & Heliſabet, Iob, Ioſaphat, & Ioſias, & multi quorum nominibus ſacra ſcriptura cõtexta eſt, quanquam in promiſſo opere plenius (ſi gra/tiã dominus dederit) dicturus ſum: tamẽ in præſenti epiſtola hoc breuiter perſtrinxiſſe ſuffi/ciat, quod iuſti appellentur, non quod omni uitio careant, ſed quod maiori parte uirtutum commendentur. Deniq; & Zacharias ſilentio condemnatur, & Iob ſuo ſermone reprehendi tur, & Ioſaphat & Ioſias, qui iuſti abſq; dubio dicti ſunt, feciſſe narrantur, quæ domino di/
B ſplicerent. Quorum alter impio auxilium tulit, & correptus eſt à propheta: alter contra præ/ceptum domini ore Hieremiæ, occurrit Nechao regi Aegyptio, & interfectus eſt: & tamen uterque iuſtus appellatur. De cæteris nõ eſt huius temporis ſcribere: neq; enim à me librum, ſed epiſtolam flagitaſti: qui dictandus eſt ex ocio, & omnes oblatrationes eorum, Chriſti auxilio deſtruendæ, quod nobis ſanctarum ſcripturarum teſtimonijs aſſerendum eſt, in qui bus quotidie credentibus loquitur deus. Illudq; te per ſanctæ & illuſtris domus conciliabu/lum precor, atq; commoneo, ne per unum aut ut multum, tres homunculos ſuſcipiant tanta/rum feces hæreſeon, aut (ut parum dicam) infamiam: ut ubi primum uirtus & ſanctitas lau/dabatur, ibi præſumptionis diabolicæ & ſordidiſſimæ ſocietatis turpitudo uerſetur. Sciantq; qui huiuſcemodi hominibus opes ſuggerunt, hæreticorum multitudinem congregare: & Chriſti hoſtes facere & enutrire aduerſarios eius, fruſtraq; aliud lingua prætẽdere, cum ma nu ſentire aliud comprobentur.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA

1 SEd æqualitatem.) Vt per nos ipſos & noſtrapte uirtute boni ſimus & nullis affectibus ob/noxij. Pythagoræ & Zenonis.) Nam Pythagoras diuinitatem affectabat, hominem di/cebat eſſe dei ſubſtantiam, ut paulo inferius explicat: & Zenon inducebat ἀπάθειαν, hoc eſt, uacuitatem affectuum, quam Ariſtoteles improbat, & poſteriores etiam Stoici. Græ/ci appellant πάθη.) Quos aliquando uertunt affectus, aliquando perturbationes animi, aliquando mo tus & impetus, aliquando morbos. Nam paſſiones ut recentiores loquuntur, non probant antiqui.

Aegritudinem.) Sunt quatuor affectus præcipui: Dolor, uoluptas, ſpes & metus: quos & Vergilius complexus eſt in ſexto Aeneidos. Hinc metuunt cupiuntq;, dolent gaudentq;. Quanquam Ariſtote/les in genere definit affectus, quos uel dolor uel uoluptas comitatur, cuiuſmodi ſunt cupiditas, ira, me/tus, fiducia, inuidia, gaudium, amicitia, odium, deſiderium, æmulatio, miſericordia. Peripatetici.) Hi uolunt affectus eſſe ſtimulos quoſdam ad uirtutes. At hæc pulchre refellit Seneca. Sed umbras & uo
2 ta.) Vmbras, quod imaginentur ſapientem qui nuſquam ſit. Vota, quod optent magis, quàm præ/ſtent. Hoc eſt enim hominem ex homine.) Demiror cur Hieronymus tam iniquus ſit huic Stoico/rum paradoxo, quo nihil eſſe poſſit Chriſtianius, ſi quis recte interpretetur. Etenim ſi non aſſequaris,

est tamen aliquid, ad id quod est optimum niti. Deinde Christianum est, ex homine in deum transfigu c
rari quoad licet: nec hoc est superbiæ, sed pietatis. Deus autem nullis mouetur affectibus. Porrò ob mi
sericordiam Augustinus est infensus Stoicis, quasi non possim subuenire proximo, nisi dolore stimula
tus. Beneficium eleemosyna est, non animi dolor. Porrò quod Paulus ait: Miser ego homo, alienam
personam in se transtulit. Nam hoc ipsum quod scripsit de angelo Satanæ, Hieronymus alicubi de ue
hementi capitis dolore interpretatur. Hinc metuunt, cupiunt.) Hoc ex opinione Platonis dixit Ver
gilius, qui putauit animas e cœlo delapsas, & crassis immersas corporibus, huiusmodi affectibus ob
noxias reddi. Quidam nostrorum.) Dictum est alicuius Christiani, fortasse Cypriani aut Tertul 5
liani. Nostrorum enim addit, ne putares ethnicum. Patriarchæ hæreticorum.) Significat omneis
hæreses è philosophorum literis esse natas: & puritatem Christianæ sapientiæ doctrina illorum non
adiuuari, sed conspurcari. At cur non in ius uocant Hieronymum isti quidam theologi, qui nihil pu
tant intelligi in diuinis literis, nisi bonam uitæ partem in Aristotele contriueris: impudentissimum esse
concionari apud populum de Christo, nisi Aristotelis Physicam & Metaphysicam ad amussim cal
leas. Indocta putant omnia, nisi centies inculcaris philosophum. Actum putant de Christiana religio
ne, si quis Aristotelis decreta reiecerit. Et unde Hieronymus omnes hæreses exortas putat, sine his non
existimant hæreticos posse refelli. Neq; enim sic poterunt elabi, ut dicant, hoc ab alio dictum, non ab
Hieronymo. Certe cum probat alienam sententiam, suam facit. Neq; uero hæc dixerim, quod Aristo
telicæ philosophiæ studium improbem, aut ullum omnino studium, modo bonarum literarũ: sed quod
nolim in prophana ethnicorum doctrina, sacræ Christi doctrinæ præsidium constitui. Video aliam
legem.) Et hæc, mea sententia, Paulus in suam personam transtulit, quo minus molesta esset disputa
tio: non quod ipse iam huiusmodi uexaretur affectibus, utpote perfectus. Noua stropha.) Stropha 4
est obliqua sermonis figura, cum aliud agimus, aliud præ nobis ferimus, hoc est, cum laudando mor
demus, obiurgando adulamur, à στρέφω, torqueo. Hoc admonui, ne quis è stropha faceret scropham,
ut non raro solet accidere. Sed qui esse possint.) Itidem respondent Stoici de suo sapiente. Itidem
Tullius & Quintilianus de suo Oratore: & recte, mea quidem sententia. oportet enim exemplar ab
solutissimum esse. Omne quod fut.) Est in Ecclesiaste: Nihil nouum sub sole. &c. In corpore pul
cherrimo.) Alluſit ad illud Horatianum: Velut si egregio inspersos reprehendas corpore neuos.

Concluſit deus.) Obsecro, quid hæc aduersus Stoicos? Neq; enim consequitur ex his, omnes sem
per peccaturos, si semel peccatores deprehensi sunt. Qui apud illos compositus est.) α particula est
priuatiua, & ἁμαρτάνω, pecco siue erro. Vnde composita uox ἀναμάρτητος, interiecta litera μ pro D
pter hiatum uocalium. Hieronymus putat nihil interesse inter Græcum sermonem & Latinum: tamen
Græca uox magis sonat habitum quàm actum, quasi dicas impeccabilem, aut qui possit non peccare:
non qui careat peccato. Quanquã hinc quoq; consequitur quod infert Hieronymus. Nosti enim.) 5
Quod hic torquet Hieronymus in Pelagium, id in superioribus epistolis pro se torquet: adeo nouit
ijsdem locis in utranq; partem uti. Manichæus.) Nam is aiebat animas auditorum suorum in ele
ctos reuolui, aut maiore compendio in escas electorum: ut inde purgatæ, in nulla iam corpora reuolue
rentur. Cæterorum enim animas in pecudum corpora retrudi: autor Augustinus. Addidit autem ani
mas Platonis, quod hic error Platonicum quiddam sapit, qui scripsit, animas olim in cœlo apud Iouem
uixisse: inde quasdam fractis alis delapsas, in humana corpora demersas, in quibus si degenerassent,
rursus in asinorum, piscium & cæterorum animantium corpora demigrare, donec purgatæ resipiscant.

Pars Manichæi.) Nam cum illo in plerisq; consentit, in alijs sentit cum Pelagio, nonnulla ex se re
perit. Quod autem ait de turpitudine, significat illos secretis congressibus turpitudines exercere soli
tos, quas ut tegerent, hoc uersu solent suos admonere: Iura, periura, secretum prodere noli. Tum pa 6
ter omnipotens.) His uersibus Vergilius describit coitũ Iouis cũ sua Iunone: quos Hieronymus riden
di causa torquet ad turpitudines Priscillianistarũ. Gnosticæ hæreseos.) Gnostici dicti sunt Græco
uocabulo ob insignem eruditionem, quam sibi uindicabant, cum nihil istis nec indoctius, nec stultius.
Turpissimas libidines in sacris suis exercebant, unde & Βορβορίται dicti sunt, à cœno. Hi animam ho
minis dicunt esse particulam diuinæ naturæ. Hos Hieronymus in chronicis exortos putat à Basilide,
Augustinus à Nicolaitis. Qui & seculi gladio.) Nam is in concilio Burdegalensi se damnandũ in
telligens, ad imperatorem Maximum prouocauit, auditusq; Treueris ab Euodio præfecto prætorio; à
Maximo gladio addictus est cum Eucratia Delphidij rhetoris coniuge, & Latroniano, alijsq; erroris
consortibus. Ibidem alia quædam Priscilliani discipula, nomine Vrbica, ob impietatis pertinaciam,
per seditionem uulgi, lapidibus extincta est. Atq; ita cœpere tum reuinci hæretici, non syllogismis, sed
saxis ac ferro. Ita Prosper in Chronicon appẽdice. Attestatur & Hieronymus in Catalogo scriptorum
illustrium. Euagrius.) Meminit Hieronymus in Catalogo scriptorum Euagrij cuiusdam, cui tribuit 7
ardens ingenium, cum quo consuetudinem habuerit, sed opinor diuersum ab hoc. Nam complures fue
runt huius nominis. Opinor esse eum, quem Gennadius commemorat Macarij discipulum. Nam ope
rum tituli satis conueniunt cum his, quos recenset Hieronymus. Cuius nomen.) Apparet Mela
niam uocatam, quandoquidem scripsit Græce. Fuit alia, opinor, Melania laudatissima fœmina, cuius

alias

A aliàs meminit Hieronymus. περὶ ἀπαθείας.) ἀπάθεια, uacuitas affectuum. Sic autem Stoici uocant habitum illum constantem animi imperturbati. Discipulo eius Ruffino.) Hæc non sine stomacho dicuntur, & apparet iam tum inter eos occultam fuisse simultatem. Or quoq;.) Nomen Aegyptium est, pro quo quidam mutarant Origenem. At ueluti pueris.) Versus sunt Lucretij, quos citat & Quintilianus. Sensus est, paululum mellis prælini, quo deceptus haurias deinde rem amarissimam absinthium. Hieronymus hic digito designare uidetur opus quod inscribitur, Vitæ patrum. Nam is liber exorditur à Ioanne, quem mox sequitur Or. Huius operis uersionem quum Hieronymus aperte tribuat Ruffino, tamen nunc fertur titulo Hieronymi, etiam cum præfatione, si superis placet. Xysti Pythagorei.) Extant huius sententiæ aliquot. Huius nomen mutauit in Sextum Romanum pontificem. Vnde & uos.) Manet adhuc in apostropha, quã instituerat. Nam id hæreticis dicit, non Cte-
8 siphonti. Ne in nocte quidem.) Sentit imaginationem Veneris in somno. Mirus uero error Origenis, & non tolerandus, si scripserit huc proficere posse Christianum, adiutum gratia Christi, ut non sentiat obscœna somnia: quod Plinius herba quadam effici posse credidit, aut uti careat fœdis cogitationibus, quasi uero nõ tribuamus hanc integritatem multis sanctis. An non ipse Hieronymus in laudibus uirginitatis prædicat eos, qui angelorum exemplo in carne uiuunt sine carne? Cur nunc usq; adeo displicet, nihil turpe somniare, & nihil obscœni cogitare? Iam ut Stoicorum paradoxon nõ defendamus, certe fauere conueniebat, ut quod nobis spem faciat ad summa proficiendi. Qui ad summum nititur, aliquoties in medio subsistit. At qui medium destinauit, in imo sæpenumero residet. Quid est hic, cur tragœdias excitemus, cur hæreseos inculcemus uocabulum? Atq; hęc quidem obiter cum Hieronymi pace dixerim, quem ita summum uirum fuisse confiteor, ut hominem tamen in nonnullis fuisse sentiam. Iouiniani secunda quæstio.) Qua dixit, semel in Christo uere baptizatos, relabi in peccatum
9 non posse. Nouam suscipiant temperaturam.) Temperaturam uocant argillam ad maceriæ structuram temperatam, paleis aut culmis, pilis aut similibus, quo tenacius adhæreat. Locus est apud Ezechielem cap. xiij. Helenæ meretricis.) Simon se dicebat Iouem, Helenam, siue, ut Augustinus legit, Selenen meretricem suam, Mineruam: & utriusq; statuas proponebat discipulis suis adorandas, quas & Romæ ueluti deorum simulacra publica autoritate statuit. Hic fuit primus omnium Christianorum hæreticus. Nicolaus.) Vnus è septem diaconis, uxores fecit communes, exorsus à sua, quam habuit formosissimam, homo candidus. Marcion.) Hic Cerdonis dogma sequutus est. Apelles.) Vnde Apellitæ. Montanus immundi.) Nam hic dicebat spiritum à Christo promissum in se des-
B cendisse, & duas fœminas Priscam & Maximillam: quem Hieronymus nõ sanctum, sed immundum uocat. Sororem principis.) Id est, imperatoris Constantij, quem in suã traxit factionem, usus opera sororis. Donatus per Aphricam.) Cum hac factione perpetuum bellum fuit Augustino, orta à Donato quodam Numida. Porrò quod ait, fœtentibus aquis polluere t, intelligit illorũ baptisma, quod contra consuetudinem ecclesiæ, quæ nec ab hęreticis baptizatos rebaptizaret, ipsi catholicos etiam rebaptizarent: ut testatur Augustinus. Mysterium iniquitatis.) Alluśit ad uerba Pauli quę legis ij. ad
10 Thessalonicenses epistola, cap. ij. Illud propheticum.) Est apud Hieremiam cap. xvij. Non absq; gratia dei.) Id enim addiderunt libero arbitrio, ne caperentur, quod hac adiuuante facilius assequeremur salutem, quam tamen per liberum arbitrium & nostra merita poteramus assequi. Orare debemus.) Nam Pelagiani damnabant deprecationes ecclesiæ, quas faceret uel pro infidelibus, ut conuerterentur: uel pro fidelibus, ut illorum augeretur fides, quod dicerent hæc à se cuique esse præstanda.

Vnus discipulorum.) Significat, opinor, Iulianum, eius sectæ acerrimum defensorem, cuius putatur illa epistola ad Demetriadem. Vas perditionis.) Dum ille dictus sit uas electionis. Per solœcismorum.) Iucunditas schematis est in allusione uocum solœcismi & syllogismi. Solœcismus uitium est orationis. Spineta uocat ob acumen & insuauitatem disputationis. Britannia fertilis.) Olim Britannia in plures reges erat distributa: unde fertilem tyrannorum appellat. Nunc Anglia uni paret regi,
11 & satis est culta commercio gentium exterarum. Scotticæ gentes.) Eadem insula duo regna complectitur, Angliam & Scottiam. Quidam codices pro Scotticæ habebãt Scythicæ. Gloriam illis in partubus.) Est Osee cap. ix. Quasi mus suo prodet̃ indicio.) Ita Terẽtianus Parmeno: Egomet meo indicio, quasi sorex, hodie perij. Nam soricum est arrodere friuola, eoq; strepitu produnt sese, ut per tenebras etiam confodiantur. Nec philosophorũ argumenta.) Vt ubiq; detestatur Hieronymus in theologo argumenta philosophorum. Et hæc aut non legunt nostri theologi, aut plus suo tribuunt iudicio quàm Hieronymi. At si quid alicubi scripsit in poetas, memoriter dicunt. De his nulla mentio.

Cum manu.) Id est, liberalitate & largitione. Nam hoc ipsum arguit, illos fauere factioni.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Quoniam uita Pelagij predicabatur à multis, & uir erat eruditionis haud quaquam aspernandę, diuus Hieronymus rem agit fictis nominibus, quo pariter & minus læderet aduersarium, & ansam daret resipiscendi. Id quod primum se quoq; fecisse scribit Augustinus, ut nomini parceret.

IN DIALOGOS ADVERSVS PELAGIANOS PROOEMIVM.

SCripta iam ad Cteſiphontem epiſtola,in qua ad interrogata reſpõdi,crebra fratrum expoſtulatio fuit, cur promiſſum opus ultra differrem, in quo pollicitus ſum,me ad cunctas eorũ qui ἀπάθειαν prædicant, quæſtiunculas reſponſurum. Nulli enim eſt dubium,quin Stoicorum & Peripateticorũ, hoc eſt, ueteris Academiæ,iſta contentio ſit: quod alij eorũ aſſerant πάθη, quas nos perturbationes poſſumus dicere,ęgritudinem,gaudium,ſpem,timorem eradicari & extirpari poſſe de mentibus hominum:alij frangi eas,regi atq; moderari, & quaſi infrenes equos quibuſdam lupatis coherceri. Quorum ſentẽtias & Tullius in Tuſculanis diſputationibus explicat:& Origenes eccleſiaſticæ ueritati in Stromatibus ſuis miſcere conatur:ut prẽteream Manichæum,Priſcillianum, Euagrium Hyperboritam, Iouinianum,& totius penè Syriæ hæreticos,quos ſermone gentili Abin & Paanin,id eſt,peruerſos & Maſſilianos,Græce ἐυχίτας uocant:quorum omnium iſta ſententia eſt,poſſe ad perfectionem, & non dicam ad ſimilitudinem, ſed æqualitatem dei,humanam uirtutem & ſcientiam peruenire: ita ut aſſerant ſe ne cogitatione quidem & ignorantia,cum ad conſummationis culmen aſcenderint poſſe peccare. Et quanquam ſuperiori epiſtola quam ad Cteſiphontem ſcripſi contra errores eorum pro anguſtia temporis pauca perſtrinxerim:hic liber quem nunc cudere nitimur,Socraticorũ conſuetudinem ſeruabit,ut ex utraq; parte quid dici poſſit exponat,& magis perſpicua ueritas fiat, cum propoſuerit unuſquiſq; quod ſenſerit. Illud autẽ Origenis propriũ eſt, impoſſibile eſſe humanam à principio uſq; ad mortem non peccare naturam. Et rurſum eſſe poſſibile,cum ſe aliquis ad meliora cõuerterit,ad tantã fortitudinem peruenire,ut ultra peccare nõ poſſit. Aduerſum eos autem, qui me dicunt hoc opus inflammatũ inuidiæ facibus ſcribere: breuiter reſpondebo, nunc̃q; me hæreticis pepercíſſe,& omni egiſſe ſtudio ut hoſtes eccleſiæ,mei quoq; hoſtes fierent. Heluidius ſcripſit cõtra ſanctę Mariæ uirginitatem perpetuã. Nunquid ut ei reſponderem,ductus inuidia ſum,quem omnino in carne nõ uidi? Iouinianus,cuius ò Pelagi à te nunc hæreſis ſuſcitatur, Romanam fidem,me abſente,turbauit,tam elinguis & ſermonis putidi,ut magis miſericordia dignus fuerit,quàm inuidia. Illi quoq; reſpondi ut potui. Ruffinus non uni urbi,ſed orbi blaſphemias Origenis & περὶ ἀρχῶν libros,quantum in ſe fuit,intulit:ita ut Euſebij quoq; primum librum defenſionis Origenis ſub nomine Pamphili martyris ederet:& quaſi ille parum dixiſſet,nouum pro eo uolumen euomeret. Num inuidemus ei,quia reſpondimus: & tanta in eo eloquentiæ fuere fulmina, ut me à ſcribendi atq; dictandi ſtudio deterrerent? Palladius ſeruilis nequitiæ,eandem hæreſim inſtaurare conatus eſt, & nouam translationis Hebraicæ mihi calumniam ſtruere. Num & illius ingenio nobilitatiq; inuidemus? Nunc quoque myſterium iniquitatis operatur, & garrit unuſquiſq; quod ſentit: ego ſolus ſum, qui cunctorum gloria mordear: & tam miſer, ut his quoque inuideam, qui non merentur inuidiam. Vnde ut omnibus probarem me non odiſſe homines,ſed errores, nec aliquorum infamiam quærere: magiſq; dolere uicem eorum, qui falſi nominis ſcientia ſupplantantur: Attici & Critobuli nomina poſui, per quos & noſtra pars & aduerſariorum quid ſentiret, expromerem. Quin potius omnes qui catholicã ſectamur fidem, optamus & cupimus damnare hæreſim,homines emendari. Aut certe ſi in errore uoluerint permanere: non noſtrã culpam eſſe qui ſcripſimus,ſed eorũ,qui mendacium prætulerunt ueritati. Breuiterq; calumniatoribus reſpondemus, qui ſua in nos maledicta cõferunt, Manichæorũ eſſe, hominum damnare naturã:& liberũ auferre arbitrium,& adiutorium dei tollere. Rurſumq; apertiſſimæ inſaniæ,hoc homĩnẽ dicere quod deus eſt. Et ſic ingrediendum uia regia, ut nec ad ſiniſtram nec ad dextram declinemus. Appetitumq; propriæ uoluntatis, dei ſemper credamus auxilio gubernari. Si quis autẽ falſò ſe infamari clamitat, & gloriatur noſtra ſentire, tunc ueræ fidei probabit aſſenſum, cum aperte & abſq; dolo aduerſa damnauerit: ne audiat illud propheticum:Et in omnibus his non eſt conuerſa ad me præuaricatrix ſoror eius Iuda ex toto corde ſuo, ſed in mendacio. Minoriſq; peccati eſt, ſequi malum quod bonum

putaueris

A putaueris,quàm non audere defendere,quod bonum pro certo noueris. Quí minas, iniuri/ am,paupertatem ferre nō poſſumus,quomodo flammas Babylonis uincemus? Quod bel/ lum ſeruauit,pax ficta non auferat. Nolo timore perfidiam diſcere,cum ueram fidem meæ Chriſtus reliquerit uoluntati.

DIALOGORVM HIERONYMI ADVERSVS PELAGIVM LIBER PRIMVS.

DIc mihi Critobule: Verúm ne eſt quod à te ſcríptum audio: poſſe homí/ nem ſine peccato eſſe ſi uelit, & facilia dei eſſe præcepta? CRITOBVLVS. Verum Attice, ſed non eodem ſenſu ab æmulis accipitur, quo à me di/ ctum eſt. ATTICVS. Quid enim ambiguitatis in dicto eſt,ut diuerſæ in/ telligentiæ tribuatur occaſio? Nec quæro ut de utroq; pariter reſponde/ as. Duo enim à te propoſita ſunt. Vnum, poſſe hominem ſine peccato eſſe,ſi uelit. Alterum, facilia dei eſſe præcepta. Licet ergo ſimul dicta ſint, tamen per partes ſingulas diſſerantur: ut quorum una uidetur fides, nulla ſit in ſententiarum diuerſitate con/ tentio. CRIT. Ego Attice dixi,hominem abſq; peccato poſſe eſſe,ſi uelit,non ut quidā ma/ ledici calumniantur,abſq; dei gratia:quod etiam cogitare ſacrilegium eſt:ſed ſimpliciter poſ/ ſe ſi uelit,ut ſubaudiatur cum dei gratia. ATT. Ergo & malorum in te operum autor eſt de/ us? CRIT. Nequaquā ita ut autumas.Sed ſi quid in me boni habeo, illo ſuggerente & ad/ iuuante cōpletur. ATT. Non de natura quæro, ſed de actu. Quis enim dubitat deum om/ nium creatorem? Hoc mihi reſpondeas uelim, quod agis bonum, tuum eſt an dei? CRIT. Meum eſt & dei, ut ego operer, & ille adiuuet. ATT. Et quomodo hæc omnium opinio eſt,quod dei auferas gratiam,& quicquid homines agímus, propriæ tantum aſſeras uolun/ tatis? CRIT. Miror Attice,cur erroris alieni à me cauſam rationemq; flagites: & id quæras
B quod ſcriptum non eſt, cum perſpicuū ſit quod ſcripſerim. Dixi hominem ſine peccato eſſe poſſe ſi uelit.Nunquid addidi, abſque dei gratia? ATT. Sed ex eo quod non addidiſti,ui/ deris negare. CRIT. Imò ex eo quod non negaui,dixiſſe exiſtimandus ſum. Neque enim quicquid non dicimus,negare arbitrandi ſumus. ATT. Confiteris ergo,poſſe hominem ſi/ ne peccato eſſe,ſi uelit, cum dei gratia? CRIT. Non ſolum fateor, ſed & libere proclamo. ATT. Errat ergo,qui dei gratiam tollit? CRIT. Errat. Quin potius arbitrandus eſt impius, cum dei nutu omnia gubernentur: & hoc quod ſumus & habemus appetitum propriæ uo/ luntatis,dei conditoris ſit beneficium. Vt enim liberum poſſideamus arbitrium,& uel ad bo nam uel ad malam partem declinemus propria uoluntate,eius eſt gratiæ,qui nos ad imagi/ nem & ad ſimilitudinem ſui tales condidit. ATT. Nulli ò Critobule dubium eſt, ex eius cuncta pendere iudicio,qui creator eſt omnium:& quicquid habemus,illius beneficio depu/ tandum.Sed quæro,hoc ipſum quod dei aſſeris gratiæ, utrum ad conditionis referas bene/ ficium: an in ſingulis rebus putes eſſe quas gerimus, ut ſcilicet illius in omnibus utamur au/ xilio: an ſemel ab eo liberi arbitrij conditi, noſtra uoluntate uel uiribus agamus quod uolu/ mus? Noui enim pleroſq; ueſtrum ita ad dei cuncta referre gratiam, ut non in partibus,ſed in genere, hoc eſt, nequaquam in ſingulis rebus, ſed in conditione arbitrij intelligant pote/ ſtatem. CRIT. Non eſt ita ut autumas, ſed à me utrunq; dicitur: ut & dei gratiæ ſit,quod tales conditi ſumus: & per ſingula opera, illius adminiculo fulciamur. ATT. Conſtat ergo inter nos,in bonis operibus poſt propriam uolūtatem,dei nos niti auxilio, in malis diaboli. CRIT. Conſtat, & ſuper hoc nulla contentio eſt. ATT. Male ergo ſentiunt, qui per ſin/ gulas res quas agimus, dei auferunt adiutorium: & illud quod pſalmiſta canit: Niſi domi/ nus ædificauerit domum, in uanum laborant qui ædificant eam: Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra uigilat qui cuſtodit eam: & cætera huiuſcemodi, peruerſis interpretationi/ bus, imò riſu dignis, ad alios ſenſus detorquere nituntur? CRIT. Quid mihi neceſſe eſt contra alios dicere, cum meum reſponſum habeas? ATT. Tuum reſponſum cuiuſmodi?

Eos bene ſentire,an male? CRIT. Et quæ me cogit neceſſitas, ut contra alios promam ſen/ c
tentiam? ATT. Diſputationis ordo & ratio ueritatis. An ignoras omne quod dicitur, aut eſſe,aut non eſſe:& aut inter bona,aut mala debere numerari? Hoc ergo de q̃ interrogo,aut bene dici aut male,ingratis tibi fatendũ eſt. CRIT. Si in ſingulis rebus quas gerimus,dei u/ tendum eſt adiutorio : ergo & calamũ temperare ad ſcribendũ, & temperatũ pumice terere, manumq̃ aptare literis,tacere,loqui,ſedere,ſtare,ambulare,currere, comedere, ieiunare,fle/ re,ridere:& cætera huiuſcemodi, niſi deus iuuerit, non poterimus? ATT. Iuxta meum ſen/ ſum non poſſe perſpicuum eſt. CRIT. In quo igitur liberum habemus arbitrium,& dei in nos gratia cuſtoditur,ſi ne hoc quidem abſq; deo poſſumus facere? ATT. Non ſic donata eſt liberi arbitrij gratia,ut dei per ſingula tollatur adminiculum. CRIT. Non tollitur dei ad iutorium, cum creaturæ ex ſemel dati liberi arbitrij gratia cõſeruentur. Si enim abſq; deo,& niſi per ſingula ille me iuuerit nihil poſſum agere, nec pro bonis me iuſte operibus corona/ bit,nec affliget pro malis:ſed in utroq; ſuum uel recipiet,uel damnabit auxilium. ATT. Dic ergo ſimpliciter, cur dei auferas gratiam. Quicquid enim tollis in partibus,neceſſe eſt ut & in genere neges. CRIT. Non nego gratiam,cum ita me à deo aſſeram conditum, ut per dei gratiam meæ datum ſit uoluntati,uel facere quid,uel non facere. ATT. Dormitat ergo de/ us in operibus noſtris,ſemel data liberi arbitrij poteſtate: nec orandus eſt,ut in ſingulis ope/ ribus nos iuuet,cum uoluntatis noſtrę ſit & proprij arbitrij,uel facere ſi uolumus, uel non fa cere ſi nolumus. CRIT. Quomodo in cæteris creaturis conditionis ordo ſeruatur: ſic conceſ/ ſa ſemel liberi arbitrij poteſtate, noſtræ uoluntati omnia derelicta ſunt. ATT. Ergo (ut di/ xi)non debeo à deo per ſingula auxiliũ deprecari,quod ſemel meo datũ eſt iudicio? CRIT. Si in omnibus ille cooperatur,non eſt meum, ſed eius qui adiuuat, imò qui in me coopera/ tur,præſertim cum abſq; eo facere nihil poſſim. ATT. Oro te non legiſti:Non enim uolen/ tis neq; currentis, ſed miſerentis eſt dei? Ex quibus intelligimus noſtrum quidem eſſe uelle & currere, ſed ut uoluntas noſtra compleatur & curſus, ad dei miſericordiam pertinere:atq; d
ita fieri,ut & in uoluntate noſtra & in curſu,liberum ſeruetur arbitrium, & in cõſummatione uoluntatis & curſus,dei cuncta potentiæ relinquantur.Scilicet nunc mihi ſcripturarum teſti/ monia replicãda ſunt,quomodo per ſingula, dei à ſanctis flagitetur auxilium: & in ſingulis operibus ſuis,illo adiutore & protectore uti deſiderent. Lege totum pſalterium,omnes ſan/ ctorum uoces,nihil erit,niſi ad deũ in cunctis operibus deprecatio. Ex quo perſpicue oſten/ ditur:te aut dei negare gratiam,quam tollis in partibus: aut ſi in partibus dederis, quod ne/ quaquam te uelle manifeſtum eſt,in noſtram ſententiam tranſire:qui ſic liberum homini ſer uamus arbitrium,ut dei per ſingula adiutoriũ non negemus. CRIT. Captioſa iſta eſt con/ cluſio,& de dialecticorum arte deſcendens. Mihi autem nullus auferre poterit liberi arbitrij poteſtatem,ne ſi in operibus meis deus adiutor extiterit,nõ mihi debeatur merces,ſed ei qui in me operatus eſt. ATT. Fruere liberi arbitrij poteſtate, ut cõtra deum armes linguam tu/ am,& in eo te liberum probes,ſi tibi liceat blaſphemare. Verum ſuper hoc quid ſentias,nul/ li dubium eſt:& preſtigia confeſſionis tuæ,apertiſſima luce claruerunt.Nunc reuertamur ad id unde diſſerere cœpimus.Dic mihi,ſi tibi uidetur hoc quod cũ dei adiutorio pauloante di/ cebas, poſſe hominem non peccare ſi uelit: in perpetuum dicas, an ad tempus & breue? CRIT. Superflua interrogatio eſt.Si enim ad tempus & breue dixero : nihilominus refere/ tur ad perpetuum.Quicquid enim ad breue dederis, hoc concedes & in perpetuum. ATT. Quid dicas non ſatis intelligo. CRIT. Itá ne durus es,ut manifeſta non ſentias? ATT. Non me pudet neſcire quod neſcio.Et de quo futura eſt diſputatio, debet inter utrunq; conuenire quem ſenſum habeat. CRIT. Ego hoc aſſero, qui poteſt uno die ſe abſtinere à peccato, poſſe & altero:qui duobus,poſſe & tribus:qui tribus,poſſe & triginta,atque hoc ordine poſ/ ſe & trecentis & tribus milibus,& quamdiucunq; ſe uoluerit abſtinere. ATT. Dic ergo ſim/ pliciter poſſe hominem in perpetuum eſſe ſine peccato ſi uelit.Poſſumús ne omne quod uo lumus? CRIT. Nequaquam. Neque enim poſſum quicquid uoluero: ſed hoc ſolum dico,

hominem

A hominem ſine peccato poſſe eſſe,ſi uelit. ATT. Quæſo ut mihi reſpondeas.Hominem me putas,an beluam? CRIT. Si de te ambigo,utrum homo,an belua ſis, ipſe me beluam con fitebor. ATT. Si ergo(ut dicis)homo ſum,quomodo cum uelim & ſatis cupiam non pecca re,delinquo? CRIT. Quia uoluntas imperfecta eſt.Si enim uere uelles, uere utiq; non pec/ cares. ATT. Ergo tu qui me arguis nō uere cupere,ſine peccato es,quia uere cupis? CRIT. Quaſi ego de me dicam,quem peccatorem eſſe confiteor:& non de paucis & raris,ſi qui uo/ luerint non peccare. ATT. Interim ex meo tuoq; iudicio,& ego qui interrogo,& tu qui re/ ſpondes peccatores ſumus. CRIT. Sed poſſumus nō eſſe ſi uelimus. ATT. Dixi me uelle non peccare,te quoq; hoc ſentire non dubium eſt. Quomodo ergo quod uterq; uolumus, uterq; non poſſumus? CRIT. Quia plene non uolumus. ATT. Da ergo qui maiorū no/ ſtrorum plene uoluerint & potuerint. CRIT. Hoc quidem non facile eſt oſtendere. Neq; enim quādo dico hominem poſſe eſſe ſine peccato ſi uelit, aliquos fuiſſe contendo: ſed ſim/ pliciter poſſe eſſe ſi uelit. Aliud nanq; eſt eſſe poſſe quod Græce dicitur δύναμις, aliud eſt
2 eſſe quod ipſi appellāt ἐνέργειαν. Poſſum eſſe medicus:ſed interim non ſum. Poſſum eſſe fa ber,ſed necdum didici. Quicquid igitur poſſum,licet necdū ſim,tamen ero ſi uoluero. ATT. Aliud ſunt artes,aliud id quod per artes eſt.Medicina & fabrica,& artes cæteræ inueniuntur in plurimis:ſine peccato autem eſſe perpetuo,diuinæ ſolius eſt poteſtatis.Itaq; aut da exem/ plum qui abſq; peccato fuerint in perpetuum:aut ſi dare non potes,confitere imbecillitatem tuam: & noli ponere in cœlum os tuum, ut per eſſe & eſſe poſſe, ſtultorum illudas auribus. Quis enim tibi concedet,poſſe hominem facere, quod nullus unquam hominum potuerit? Né tu dialecticis imbutus quidem es? Si enim poteſt homo,nō poſſe tollitur.Si autem non poteſt,poſſe ſubuertitur.Aut concede mihi aliquem potuiſſe, quod fieri potuiſſe contendis: aut ſi nullus hoc potuit,inuitus teneberis,nullū poſſe,quod poſſibile iactitas. Inter Diodo/ rum & Chryſippum ualentiſſimos dialecticos περὶ δυνάτων iſta contentio eſt.Diodorus id
B ſolum potuiſſe fieri dicit, quod aut ſit uerum, aut uerum futurū ſit. Et quicquid futurum ſit, id fieri neceſſe eſt. Quicquid autem non ſit futurum, id fieri non poſſe. Chryſippus uero & quæ non ſunt futura,poſſe fieri dicit:ut frangi hoc margaritum, etiam ſi id nunquā futurum ſit.Qui ergo aiunt hominem poſſe eſſe abſq; peccato ſi uelit, non poterunt hoc uerum pro/ bare,niſi futurum docuerint.Cum autem futura incerta ſint omnia,& maxime ea quæ nun/ quam facta ſunt:perſpicuum eſt eos id futurum dicere,quod non ſit futurū:Eccleſiaſte hanc confirmante ſententiam: Omne quod futurum eſt, iam factum eſt in priori ſeculo. CRIT. Oro te ut hoc mihi reſpondeas:poſſibilia deus mandata dedit,an impoſſibilia? ATT. Cer no quò tua tendat aſſertio.Sed de hoc in poſterioribus differendum eſt, ne dum miſcemus quæſtionibus quæſtiones, obſcurā audientibus intelligentiā relinquamus. Reſeruato igitur hoc quod fatemur: poſſibilia deum dediſſe mandata, ne ipſe autor iniuſticiæ ſit,ſi id exigat fieri quod fieri non poteſt:nunc illud imple quod propoſueras, poſſe hominem ſine pecca/ to eſſe ſi uelit.Aut enim dabis eos qui potuerunt:aut ſi nullus potuit, liquido cōfiteberis ho/ minem in perpetuum uitare peccata non poſſe. CRIT. Quoniam urges me ut dem quod dare non debeo:illud quæſo cōſidera,quod dominus dixerit, facilius camelum per foramen acus intrare poſſe, cꝫ diuitem in regnum cœlorū.Et tamen dixit fieri poſſe, quod nunquam factum eſt.Neq; enim camelus unquam per foramen acus ingreſſus eſt. ATT. Miror ho/ minem prudentem propoſuiſſe teſtimonium,quod contra ſe faciat. In hoc enim non quod fieri poſſit, dictum eſt: ſed impoſſibile impoſſibili comparatum. Quomodo enim camelus non poteſt intrare per foſamen acus: ita & diues non ingredietur in regna cœlorum. Aut ſi potueris oſtendere, quod diues ingrediatur regna cœlorū: ſequitur ut & camelus intret per foramen acus. Nec mihi Abraham & cæteros quos in ueteri teſtamento diuites legimus, exemplo proponas,qui diuites ingreſſi ſunt regna cœlorum,cum ipſis diuitijs ad bona uten tes opera, diuites eſſe deſierint: imò cum non ſibi, ſed alijs diuites fuerint: & diſpenſatores magis dei, quàm diuites appellandi ſint, Sed nobis Euangelica perfectio requirenda eſt:

in qua

in qua præcipitur: Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, c
& ueni sequere me. CRITO. Dũ nescis, proprio captus es laqueo. ATT. Quo nã modo?
CRIT. Ex sententia domini asseris posse hominẽ esse perfectũ. Quãdo enim dicit: Si uis perfectus esse, uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ueni sequere me: Ostendit hominem si uoluerit & fecerit quæ præcepta sunt, posse esse perfectum. ATT. Validissimo quidem pugno me percussisti, ita ut caligo mihi ante oculos obuersari cœperit: sed tamen hoc ipsum quod dicit: Si uis perfectus esse, ei dicitur, qui non potuit imò noluit: & idcirco non potuit. Tu autẽ ostende mihi, qui & uoluerit & potuerit. quod nũc pollicitus es. CRITO. Quæ enim me cogit necessitas ostendere qui perfecti fuerint: cum perspicuum sit posse esse perfectos, ex eo, quod uni à saluatore sit dictũ, & per unum omnibus, si uis esse perfectus. ATT. Tergiuersaris: in eodem luto hæsitas. Aut enim quod potest fieri, aliquando factum est: aut si nunquã factum est, fieri non posse concede. CRITO. Quid ultra differo? Scripturarum autoritate uincendus es. Vt cætera intermittam: nónne his duobus testimonijs tibi imponetur silentium: in quibus Iob & Zacharias Helizabetq; laudãtur? Nisi enim fallor in Iob ita scriptum est: Homo quidã erat in regione Hus nomine Iob: & erat homo ille uerax & sine crimine, uerus dei cultor, abstinens se ab omni re mala. Et iterum: Quis est qui arguit iustum meum sine peccato: & loquitur uerbis suis per ignorantiam? In Euangelio quoq; secundum Lucam: Fuit in diebus Herodis regis Iudę sacerdos quidã, nomine Zacharias, de uice Abia, & uxor illi de filiabus Aaron, & nomen illius Helizabet. Erant autẽ ambo iusti ante deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini, sine querela. Si uerus dei cultor est, & immaculatus, ac sine crimine: & qui ambulabãt in cunctis iustificationibus domini, iusti sunt in conspectu eius: puto quod peccato careant, & nulla re indigeant, quæ ad iusticiam pertinet. ATT. Proposuisti testimonia quæ non de alterius scripturæ loco, sed de propris libris absoluta sunt. Nam & Iob postquam percussus est plaga multa, aduersus dei sententiam, prouocans eum ad iudicium, dixisse conuincitur: Atq; utinam sic iudicaretur uir cum deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo. Et iterum: Quis mihi tribuat auditorem: ut desiderium meum omnipotens audiat, & librum scribat ipse qui iudicat? Et rursum: Si enim fuero iustus, os meum impia loquetur: & si absq; crimine, prauus inueniar: & si purificatus niue & lotus manibus, satis me sorde tinxisti: execratum est in me uestimentũ meum. Et de Zacharia scriptum est: quod angelo natiuitatem filij pollicente dixerit: Vnde hoc sciam? Ego enim sum senex & uxor mea processit in diebus suis: ob quæ statim silentio condemnatur: Eris tacens & loqui non poteris usq; ad diem quo fient hæc, quia non credidisti uerbis meis quæ implebuntur in tempore suo. Ex quo perspicuum est, iustos quidem & immaculatos dici: sed si negligentia subrepserit posse concidere: & semper hominem in meditullio positum, ut & de uirtutũ culmine ad uitia delabatur, & de uitijs ascendat ad sublimia: & nunquam eum esse securum, sed semper metuere in tranquillitate naufragium: ac per hoc hominem sine peccato esse non posse, dicente Solomone: Non est homo iustus super terram, qui faciat bonũ, & non peccet. Et eodem in regum libro: Neq; enim est homo qui non peccet: ac beato Dauid: Delicta quis intelligit, ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo. Et iterum: Ne intres in iudiciũ cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Et multa alia quibus scripturæ sanctæ plenæ sunt. CRITO. Quid ergo respondebis ad illud exemplum quod ponit euangelista Ioannes: Scimus quod omnis qui natus est ex deo nõ peccat: sed generatio dei conseruat eum, & malignus nõ tangit eum? Scimus quoniam ex deo sumus, & mundus totus in maligno positus est. ATT. Par pari referam, & paruam euangelistæ epistolam, secundũ sensum tuum docebo sibi esse contrariam. Si enim omnis qui natus est ex deo, peccatum non facit, quoniam semen eius manet in eo: & non potest peccare, quia ex deo natus est: qua cõsequentia idem in eodem loco loquitur: Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est? Ignoras rationem, hæsitas atque turbaris. Audi eundem euangelistam: Si confiteamur

peccata

A peccata noſtra,fidelis & iuſtus eſt,ut dimittat nobis peccata noſtra,& mundet nos ab omni iniquitate. Tunc ergo iuſti ſumus, quando nos peccatores fatemur:& iuſticia noſtra non ex proprio merito,ſed ex dei conſiſtit miſericordia,dicente ſancta ſcriptura:Iuſtus accuſator ſui eſt in principio ſermonis.Et in alio loco:Dic tu peccata tua,ut iuſtificeris.Cõcluſit enim deus omnia ſub peccato,ut omnibus miſereatur.Et hæc hominis ſumma eſt iuſticia,quicquid potuerit habere uirtutis,nõ ſuum putare eſſe,ſed domini qui largitus eſt.Qui ergo natus eſt ex deo,non peccat,quãdiu ſemen dei manet in eo:& non poteſt peccare, quia ex deo natus eſt. Sed quia in agro dominico dormiente patrefamilias inimicus homo zizania ſuperſeminat, & frumento bono,dum neſcimus,loliũ auenasq; ſteriles ſator nocturnus interſerit,ideo parabola iſta euangelici patrisfamilias formidanda eſt:qui purgat aream,& frumento horreis condito,paleas uentorum flatibus diſpergendas & urendas ignibus derelinquit. Vnde & in Hieremia ſcriptũ legimus:Quid paleis ad frumentũ dicit dominus? Paleæ autem à frumento in cõſummatione ſeculi ſeparantur.Ex quo approbatur dum ſumus in corpore iſto mortali,mixtos eſſe cum tritico. Quod ſi oppoſueris quare dixerit:Et nõ poteſt peccare,quia ex deo natus eſt:audies,& ubi erit præmium uoluntatis? Si enim ideo non peccat,quia peccare non poteſt,liberum tolletur arbitrium,& nequaquam noſtrum fiet,ſed naturæ bonum quæ peccata non capiet. CRIT. Dudum faciliora propoſui,ut te ad maiora exercerem, quid ad illud dicere potes, quod quamuis ſis ingenioſus,nulla ualebis arte ſubuertere? Primum pono nam de ueteri teſtamento,deinde de nouo:Veteris teſtamẽti princeps Moyſes eſt:noui, dominus atq; ſaluator.Moyſes loquitur ad populum: Perfecti eſtote in conſpectu domini dei ueſtri.Et ſaluator ad apoſtolos:Eſtote perfecti ſicut pater ueſter cœleſtis perfectus eſt. Aut enim poſſibile eſt audientibus facere quod Moyſes & dominus præceperunt: aut ſi impoſſibile eſt,non eſt culpa eorum qui obedire non poſſunt,ſed eius qui impoſſibilia præcepit.

ATT. Hic locus apud imperitos, & ſcripturarum ſanctarum meditationẽ uſumq; & ſcientiam non habentes, uidetur opinioni tuæ prima fronte blandiri. Cæterũ diſcuſſus facile ſol-
B uitur.Et cum teſtimonia ſcripturarũ aliis comparaueris teſtimoniis, ne ſibi ſpiritus ſanctus pro qualitate locorum & temporum uideatur eſſe contrarius, ſecũdum illud quod ſcriptum eſt:Abyſſus abyſſum inuocat in uoce cataractarum tuarum:tunc ueritas apparebit,hoc eſt, Chriſtum poſſibilia præcepiſſe dicẽtem: Eſtote perfecti ſicut pater ueſter cœleſtis pefectus eſt, & tamen apoſtolos non fuiſſe perfectos. CRIT. Non dico quid apoſtoli fecerint, ſed quid Chriſtus præceperit. Neq; enim culpa imperantis eſt, ſed eorum qui audierunt imperium,quod utiq; potuiſſe fieri ex iuſticia eius qui imperabat agnoſcitur. ATT. Pulchre.No lo ergo mihi dicas poſſe hominem ſine peccato eſſe ſi uelit,ſed poſſe hominem id eſſe quod apoſtoli non fuerunt. CRIT. Tam ſtultũ me putas,ut audeam hoc loqui? ATT. Licet non loquaris, tamen ex propoſitione tua, ipſa cõſequentia & rerum ordine inuitus hoc loqueris. Si enim poteſt eſſe homo ſine peccato,quod apoſtolos non fuiſſe perſpicuũ eſt: poteſt eſſe ſuper apoſtolos homo,ut taceam de patriarchis & prophetis, quorum in lege non fuit perfecta iuſticia,ſecundum illud Apoſtoli: Omnes enim peccauerunt,& indigent gloria dei,iuſtificati gratis per dei gratiam, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit deus propiciatorem. CRIT. Hæc argumẽtatio tortuoſa eſt, eccleſiaſticam ſimplicitatem inter philoſophorum ſpineta concludens. Quid Ariſtoteli & Paulo? Quid Platoni & Petro? Vt ille enim princeps philoſophorum, ita hic apoſtolorum fuit, ſuper quem eccleſia domini ſtabili mole fundata eſt: quæ nec impetu fluminis, nec ulla tempeſtate concutitur. ATT.
3 Rhetoricaris,& dum mihi obijcis philoſophiam,ad oratorum caſtra tranſcendis.Verum audi quid idem dicat orator tuus: Deſine cõmunibus locis, domi nobis iſta naſcuntur. CRIT. Nulla hic eloquentia eſt,nullus oratorum tumor,quorum definitio eſt,dicere ad perſuadendum accõmodate,ſed puram puro ſermone quærimus ueritatem:aut dominũ non impoſſibilia præcepiſſe,ut ſint in culpa qui poſſibilia nõ fecerint: aut ſi nõ poſſunt fieri,non eos qui impoſſibilia non faciunt,ſed eum qui impoſſibilia præcepit, quod nefas dictu ſit,cõuinci iu-

iuſticiæ. ATT. Video te contra mores tuos uehementer eſſe commotum,& propterea argu c
mentari deſinã.Sed parumper te interrogabo, quid de illo Apoſtoli loco ſentias,quem ſcri/
bit ad Philippenſes:Non quia accepi,aut iam perfectus ſum.Perſequor autem ſi cõprehen/
dam,in quo apprehenſus ſum à Chriſto.Fratres,ego me necdum arbitror comprehendiſſe.
Vnum autem poſteriorum obliuiſcens,ad ea quæ priora ſunt me extendens,iuxta propoſi/
tum ſequor ad brauium ſupernæ uocationis dei in Chriſto Ieſu. Quotquot ergo perfecti,
hoc ſapiamus: & ſi quid aliter ſapitis, hoc quoq; deus uobis reuelabit:& cætera quæ te ſcire
non dubito, & nos breuitatis ſtudio prætermus.Dicit ſe necdum comprehendiſſe,& nequa
quam eſſe perfectum, ſed inſtar ſagittarij ad propoſitũ & ad ſignum iacula dirigere, quem
ſignificãtius Græci σκόπον nominant,ne ſagitta ad partem declinans alterã,imperitũ oſten
dat ſagittarium.Et aſſerit præteritorum ſe ſemper obliuiſci,& ad priora ſemper extendi: per
quæ docet præterita negligenda & futura cupienda:ut quod hodie perfectum putauit,dum
ad meliora & priora extenditur,cras imperfectum fuiſſe cõuincat.Atq; ita per ſingulos gra/
dus,dum nunquam in ſtatione,ſed ſemper in curſu eſt,imperfectum doceat,quod homines
putabamus eſſe perfectum,ſolamq; perfectionem & ueram iuſticiam,dei tãtum uirtutibus
coaptandam.Secundum propoſitum,inquit,perſequor ad brauium ſupernę uocationis dei
in Chriſto Ieſu.O apoſtole Paule,ignoſce mihi quaſi homunculo mea uitia confitenti,ſi au
dacter interrogem.Dicis te necdum accepiſſe,& necdum comprehendiſſe,& necdũ eſſe per/
fectum:& præteritorum ſemper obliuiſci,& ad priora te extendi, ſi quo modo poſſis occur/
rere in reſurrectione mortuorum,& conſequi brauium ſupernę uocationis.Et quomodo ſta
tim infers: Quotquot ergo perfecti,hoc ſapimus,ſiue ſapiamus.diuerſa enim ſunt exempla
ria. & quid ſapimus ſiue ſapiamus?nos eſſe perfectos? comprehendiſſe quod non compre/
hendimus,accepiſſe quod nõ accepimus,eſſe perfectos qui nondũ perfecti ſumus? Quid er
go ſapimus,imò quid ſapere debemus, qui perfecti non ſumus? Imperfectos nos eſſe confi
teri,& necdum comprehendiſſe,necdum accepiſſe.Hæc eſt hominis uera ſapientia, imperfe D
ctum eſſe ſe noſſe:atq;,ut ita loquar, cũctorum in carne iuſtorum imperfecta perfectio eſt.
Vnde & in Prouerbijs legimus: Ad intelligendam iuſticiam ueram. Niſi enim eſſet & falſa
iuſticia,nunquam dei uera iuſticia diceretur. Et in eodem Apoſtoli loco ſequitur: Et ſi quid
aliter ſentitis, & hoc uobis deus reuelabit. Rem nouam audio. Qui pauloante dixerat, non
quia iam accepi,aut iam perfectus ſum:& uas electionis qui pro confidentia habitantis in ſe
Chriſti audebat loqui:An experimentũ quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus,& tamen
ſimpliciter fatebatur ſe non eſſe perfectũ:nunc quod ſibi proprie denegabat mittit in turbã,
iungitq; ſe cum cæteris,& ait: Quotquot ergo perfecti,hoc ſapiamus. Sed qua ratione hoc
dixerit,exponit in ſequentibus.Hoc,inquit,ſapiamus,qui uolumus ſecundum humanæ fra/
gilitatis modulum eſſe perfecti,necdum nos accepiſſe,necdum comprehẽdiſſe,necdum eſſe
perfectos.Et quia necdũ perfecti ſumus,& forſitã aliter ſapimus, quàm poſcit uera & perfe
cta perfectio:ſi quid aliter ſapimus,& aliter intelligimus quàm dei habet ſcientia,& hoc no/
bis deus reuelabit:ut precemur cum Dauid atq; dicamus:Reuela oculos meos,& conſidera/
bo mirabilia de lege tua. Ex quo perſpicuum eſt,duas in ſcripturis ſanctis eſſe perfectiones,
duasq; iuſticias,& duos timores. Primam perfectionẽ & incomparabilem ueritatem perfe/
ctamq; iuſticiam dei uirtutibus coaptãdam. Secundam autem,quæ competit noſtræ fragi/
litati,iuxta illud quod in pſalmis dicitur, Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens,
ad eam iuſticiam quæ non comparatione, ſed dei ſcientia dicitur eſſe perfecta.Iob quoq; &
Zacharias & Helizabet iuſti dicti ſunt, ſecundum eam iuſticiam, quæ poſſit in iniuſticiã ali
quando mutari:& nõ ſecũdum illam quæ nunq; mutari poteſt, de qua dicitur: Ego deus &
non mutor.Et hoc eſt quod Apoſtolus alio loco ſcribit: Etenim non eſt glorificatum quod
glorificatum eſt,propter excellentẽ gloriam:quod uidelicet legis iuſticia ad comparationem
euangelicæ gratiæ,nõ uideatur eſſe iuſticia. Si enim,ait, quod deſtruitur glorioſum eſt,mul/
to magis quod permanet,erit in gloria.Et iterũ: Ex parte ſcimus, & ex parte prophetamus.

Cum au/

A Cum autem uenerit quod perfectũ eſt, deſtruentur illa quæ ex parte ſunt. Et uidemus nunc per ſpeculum & in ænigmate, tunc aũt facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte, tunc cognoſcam ſicut & cognitus ſum. Et in pſalmis: Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, cõfortata eſt & non potero ad eam. Et iterum: Exiſtimabam cognoſcere, hoc labor eſt in conſpectu meo, donec introeam in ſanctuariũ dei, & intelligam in nouiſſimis eorum. Et in eodem loco: Vt iumentum factus ſum apud te, & egó ſemper tecũ. Et Hieremias: Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia. Et idem Paulus apoſtolus: Fatuũ, inquit, dei ſapientius eſt hominibus. Et multa alia, quæ ſtudio breuitatis omitto. CRIT. Argute quidem mi Attice, memoriterq; dixiſti. Sed labor tuus & multiplex teſtimoniorum replicatio, meę parti proficit. Neq; enim ego hominem deo comparo, ſed alijs hominibus, quorum collatione qui ſtudiũ dederit, poteſt eſſe perfectus. Ac per hoc quãdo dicitur, homo poteſt eſſe ſine peccato ſi uoluerit: iuxta mẽſuram hominis, non iuxta dei dicitur maieſtatẽ, cuius cõparatione nulla creatura poteſt eſſe perfecta. ATT. O Critobule hæc memorans mecũ facis. Et ego enim hoc ſentio, nullã creaturam ſecundũ ueram conſummatamq; iuſticiam, poſſe eſſe perfectã. Cęterum aliũ differre ab alio, & diuerſas eſſe in hominibus iuſticias, nulli dubiũ eſt: & uel maiorem eſſe alium uel minorem: & tamen ſecundum ſtatum & menſurã ſuam poſſe iuſtos nominari, qui aliorum comparatione iuſti non ſunt. Verbi gratia, Paulus apoſtolus, uas electionis, qui plus omnibus apoſtolis laborauit: utiq; iuſtus erat, ſcribens ad Timotheum: Certamen bonũ certaui, curſum cõſummaui, fidem ſeruaui, de cætero repoſita eſt mihi corona iuſticiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex: non ſolum aũt mihi, ſed omnibus qui diligunt aduentum eius. Iuſtus erat & Timotheus diſcipulus eius & imitator, quẽ docet quid agere debeat, & quem modum tenere uirtutum. Putamus ne unam & eandem in utroq; fuiſſe iuſticiã, & non plus habere meritorum eum qui plus omnibus laborauit? Multæ mãſiones ſunt apud patrẽ, quia & merita diuerſa. Stella à ſtella differt in claritate, & in uno eccleſię corpore, membra diuerſa ſunt. Habet ſol fulgorem ſuum, luna quoq; noctis tenebras temperat, & quinq; ſydera alia quæ uocantur errantia, diuerſis & curſibus & luminibus cœlum peragrant. Innumerabiles ſunt aliæ ſtellę, quas micare in firmamento cernimus. In ſingulis diuerſa ſunt lumina, & tamen in ſuo unaquæq; perfecta eſt, ita duntaxat, ut comparatione maioris perfectionе careat. In corpore quoq; cuius membra diuerſa ſunt, aliud oculus, aliud manus, aliud pes agunt. Vnde & Apoſtolus dicit: Non poteſt oculus dicere manui, non es mihi neceſſaria: aut iterum caput pedibus, non deſidero operam ueſtram. Nunquid omnes apoſtoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes magiſtri? nunquid omnes cunctas habent uirtutes? nunquid omnes donationes habent ſanitatũ? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? Aemulamini dona maiora. Omnia aũt hæc operatur unus atq; idem ſpiritus, diuidens propria unicuiq; prout uult. In quo diligenter attende, quod nõ dixerit, ſecundum quod unumquodq; membrum cupit, ſed ſecũdum quod ipſe uult ſpiritus. Neq; enim dicere poteſt uas figulo ſuo, quare ita uel ita me feciſti? An nõ habet figulus poteſtatem de eodem luto, aliud uas facere in honorem, aliud in contumeliam? Vnde conſequenter adiecit, æmulamini dona maiora: ut in fide & induſtria plus cæteris chariſmatibus habere mereamur, melioresq; ſimus his qui comparatione noſtri in ſecundo uel tertio gradu poſiti ſunt. In magna domo uaſa diuerſa ſunt, alia aurea, alia argentea, ænea, ferrea ligneaq;. Et tamen ſecundum modulum ſuum, cum æneum uas perfectum ſit, comparatione argentei uaſis imperfectum dicitur: rurſumq; argenteum aurei collatione deterius eſt. Atq; hoc modo, dum ſibi inuicem comparãtur, imperfecta & perfecta ſunt omnia. In agro terræ bonæ, ex una ſemente tricenarius & ſexagenarius & cẽtenarius fructus exoritur: ipſis numeris indicatur impar eſſe quod naſcitur, & tamẽ in ſuo genere perfecta ſunt ſingula. Helizabet & Zacharias quo teſtimonio quaſi impenetrabili uteris clypeo, nos docere poſſunt, quãto inferiores ſunt beatæ Mariæ matris domini ſanctitate, quæ cõſcientia in ſe habitantis dei libere proclamat: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potẽs

B

eſt,& ſanctum nomen eius.Et miſericordia eius à progenie in progenies timentibus eum.Fe c
cit potentiam in brachio ſuo. In quo animaduerte, quod beatam ſe eſſe dicat, non proprio merito atque uirtute,ſed dei in ſe habitãtis clementia. Ipſe quoque Ioannes,quo maior non fuit inter natos mulierum,parentibus ſuis melior eſt.Non enim ſolum hominibus,ſed & angelis teſtimonio domini comparatur. Et tamen qui cunctis hominibus erat maior in terra, minimo in regno cœlorum minor fuiſſe perhibetur. Quid mirum in collatione ſanctorum, alios eſſe meliores,& alios inferiores, cum econtrario in collatione peccatorum hoc intelligi poſſit? Ad Hieruſalem dicitur, quæ multis peccatorum erat confoſſa uulneribus: Iuſtificata eſt Sodoma ex te:non quod Sodoma per ſe iuſta ſit, quæ in æternos collapſa cineres,audit per Ezechielem: Sodoma reſtituetur in antiquum:ſed quod comparatione ſceleratioris Hieruſalem,hæc iuſta uideatur. Illa enim dei filium trucidauit, hæc propter abundantiam panis & per luxuriæ magnitudinem exceſſit modum libidinis. Publicanus in euangelio,qui percutiebat pectus, quaſi theſaurum cogitationum peſſimarum, & conſcientia delictorum oculos non audebat attollere,ſuperbientis phariſæi collatione fit iuſtior.Et Thamar ſub ſpecie meretricis fallit Iudam,& ipſius ſententia qui deceptus eſt,meretur audire: Iuſtificata eſt Thamar magis quàm ego.Ex quibus omnibus approbatur,non ſolum ad comparationem diuinæ maieſtatis homines nequaquam eſſe perfectos, ſed ne angelorum quidem & cæterorum hominum,qui uirtutum culmina cõſcenderunt:quum & tu qui melior es alterius collatione, quem imperfectum eſſe monſtraueris, rurſum ab alio te præeunte uincaris, ac per hoc non habeas ueram perfectionem: quæ ſi perfecta ſit, nulla re indiget. CRIT. Et quomodo Attice ad perfectionem diuinus ſermo prouocat? ATT. Hac ratione qua dixi,ut ſecundum uires noſtras unuſquiſque noſtrorum quantum ualuerit extendatur: ſi quo modo poſſit peruenire,& comprehendere brauium ſupernę uocationis.Deniq; omnipotens deus: cui docet Apoſtolus iuxta diſpenſationem carnis aſſumptæ ſubĳciendum filium, ut ſit deus omnia in omnibus:perſpicue demonſtrat ſibi cuncta eſſe ſubiecta.Vnde & propheta ſubie D
ctionem ſui in finẽ præſumit,dicens:Nónne deo ſoli ſubiecta erit anima mea? ab ipſo enim eſt ſalutare meum. Et quia in corpore eccleſiæ caput Chriſtus eſt: quibuſdam adhuc repugnantibus membris,uidetur corpus quoq; capiti nõ eſſe ſubiectum. Nanq; ſi patitur unum membrum,compatiuntur omnia:& totum corpus,dolore unius membri cruciatur.Quod dico ita manifeſtius fiet.Quamdiu habemus theſaurum iſtum in uaſis fictilibus,& fragili carne circũdamur,imò mortali & corruptibili,beatos eſſe nos credimus, ſi in ſingulis uirtutibus partibuſq; uirtutum deo ſubiecti ſumus.Cum autem mortale hoc indutum fuerit immortalitate,& corruptiuũ hoc incorruptione ueſtitum, & abſorpta mors fuerit in Chriſti uictoria: tunc deus erit omnia in omnibus,ut non ſit tantum in Solomone ſapientia, in Dauid animi manſuetudo,in Elia & Phinees zelus,in Abraham fides, in Petro cui dictum eſt:Simon Ioannis amas me, perfecta dilectio,in electionis uaſe ſtudium prædicandi:& in cæteris uel bina uel trina:ſed totus in cunctis ſit, & omni uirtutum choro, ſanctorum numerus glorietur, & ſit deus omnia in omnibus. CRITOBVLVS. Nullus ergo ſanctorũ,quãdiu in iſto corpuſculo eſt,cũctas poteſt habere uirtutes? ATT. Nullus,quia nunc ex parte prophetamus, & ex parte cognoſcimus. Nec enim poſſunt omnia eſſe in omnibus hominibus, quia nõ eſt immortalis filius hominis. CRIT. Et quomodo legimus:Qui unam habuerit,omnes uidetur habere uirtutes? ATT. Participatione nõ proprietate.Neceſſe eſt enim ut ſinguli excellant in quibuſdam,& tamen hoc quod legiſſe te dicis, ubi ſcriptũ ſit neſcio. CRIT. Ignoras hanc philoſophorũ eſſe ſententiã. ATT. Sed non apoſtolorum.Neq; enim mihi curæ eſt quid Ariſtoteles,ſed quid Paulus doceat. CRIT. Obſecro te, nõne Iacobus apoſtolus ſcribit:qui in uno offenderit eum eſſe omnium reum? ATT. Ipſe locus ſe interpretatur.Non enim dixit unde cœperat diſputatio,qui diuitem pauperi in honore prętulerit,reus eſt adulterĳ uel homicidĳ.In hoc enim delirant Stoici,paria contendentes eſſe peccata.Sed ita:qui dixit, non mœchaberis, dixit & non occides: quod & ſi non occidis, mœcharis autem, factus

es tranſ

A es transgressor legis. Leuia cum leuibus, & grauia cum grauibus comparantur. Nec ferula dignum uitiũ gladio uindicandũ est: nec gladio dignum scelus, ferula coercendũ. CRIT. Esto, ut nullus sanctorum omnes uirtutes habeat: hoc certe dabis, in eo quod potest facere si fecerit, esse perfectũ. ATT. Nõ tenes quid supra dixerim? CRIT. Quid nam illud est? ATT. Perfectũ esse in eo quod fecit: & imperfectũ in eo quod facere nõ potuit. CRIT. Sed sicut perfectus est in eo quod fecit, quia facere uoluit: ita & in eo per quod imperfectus est, quia non fecit: perfectum esse potuisse, si facere uoluisset. ATT. Quis enim non uult facere quod perfectum est? Aut quis non cunctis cupiat florere uirtutibus? Si totum requiris ab omnibus, tollis rerum diuersitatem & gratiarum distantiam, & creatoris artificis uarietatem, cuius sacro propheta sonat carmine: Omnia in sapientia fecisti. Indignetur lucifer, quare fulgorem lunæ non habeat. Luna super suis defectibus & labore causetur, cur annuum solis circulũ, singulis mẽsibus expleat. Sol queratur quid offenderit, ut lunæ cursu tardior sit. Clamemus & nos homunculi quid causæ extiterit, ut homines & non angeli facti simus: quanq; magister uester ὁ ἀρχαῖος, de cuius hæc fonte procedunt, omnes rationales creaturas æquo asserat iure conditas, ut instar quadrigarum & curruum de carceribus exeuntes, in medio spatio, uel corruant, uel præteruolent, & ad optata perueniant. Elephanti tantę molis, & gryphes in sua grauitate causentur, cur quaternis pedibus incedant, cum muscæ culicesq;, & cætera huiusce modi animantia sub pennulis senos pedes habeant: & aliqui uermiculi sint, qui tãtis pedibus scateant, ut innumerabiles simul motus, nulla acies cõprehendat. Dicat hæc Marcion & omnes hæretici, qui creatoris operibus illudunt. Vestrũ decretũ huc usq; perueniet, ut dum singula calumniantur, manũ inijciant deo, cur solus deus sit, cur inuiderit creaturis, ut nõ omnes eadem polleant maiestate. Quod licet non dicatis (neq; enim tam insani estis, ut aperte pugnetis deo) tamen alijs uerbis loquimini, rem dei, homini copulantes, ut sit absque peccato, quod & deus est. Vnde Apostolus super diuersis intonans gratijs loquitur: Diuisiones donationum sunt, idem autem spiritus, & diuisiones ministeriorum sunt, sed idem dominus, &
B diuisiones operationũ sunt, unus autem deus, qui operatur omnia in omnibus. CRIT. Nimius es in una atque eadem quæstione, ut persuadere coneris hominem uniuersa simul habere non posse, quasi aut inuiderit, aut nõ potuerit deus prestare imagini & similitudini sue, ut in omnibus respondeat suo creatori. ATT. Egó ne nimius an tu? qui soluta proponis, & nõ intelligis aliud esse similitudinem, aliud æqualitatem, illud picturam, hoc esse ueritatem. Verus equus camporum spatia transuolat, pictus parieti hæret in curru. Ariani dei filio non concedunt, quod tu omni homini tribuis. Alij non audent perfectum in Christo hominem confiteri: ne suscipere in eo hominis peccata cogantur: quasi potentior sit creatio creatore, & idipsum tantum filius hominis, quod dei filius. Aut igitur propone alia quibus respõdeam: aut desine superbire, & da gloriam deo. CRIT. Immemor es responsionis tuæ, & dum argumenta argumentis connectis, ac per scripturarum latissimos campos, infrenis equi libertate baccharis: super fortissima quæstione, cui pollicitus es te in consequentibus responsurum omnino tacuisti, obliuionem simulans, ut necessitatem responsionis euaderes. Sed ego stultus ad horam tribui quod petebas, existimans oblaturum sponte quod acceperas, & non ad monitum reddere quod debebas. ATT. Nisi fallor, de possibilibus mandatis dilata est responsio. Pone igitur ut uolueris. CRIT. Aut possibilia deus mandata dedit, aut impossibilia. Si possibilia, in nostra potestate est ea facere si uelimus. Si impossibilia, nec in hoc rei sumus si non facimus, quod implere non possumus. Ac per hoc siue possibilia dedit deus mandata, siue impossibilia: potest homo sine peccato esse si uelit. ATT. Quæso ut patienter audias, non enim de aduersaria uictoriam, sed contra mendacium quærimus ueritatem. Deus possibiles dedit humano generi omnes artes, quippe quas plurimi didicerunt, ut taceam de his quas Græci βαναύσους uocant, nos ad opera manuum pertinentes possumus dicere: uerbi gratia, Grammaticam, Rhetoricam, philosophiæ tria genera, Physicam, Ethicam, Logicam: Geometriam quoque & Astronomiam, Astrologiam, Arithmeticam, quæ & ipsæ

partes philoſophiæ ſunt. Medicinã etiam quæ in tria diuiditur, δόγμα, μέθοδον, ἐμπειρίαν. c
Iuris quoque & legum ſcientiam. Quis noſtrũ, quamuis ſit ingenioſus, poterit omnia com- 4.
prehendere: quum eloquẽtiſſimus orator de rhetorica & iuris ſcientia diſputans, dixerit: Pau
ci unum poſſunt, utrunq; nemo. Vides ergo quod deus poſſibile iuſſerit: & tamen id quod
poſſibile eſt, per naturam nullum poſſe complere. Dedit itaque præcepta diuerſa, uirtutesq;
uarias quas omnes ſimul habere non poſſumus. Atque ita fit, ut quod in alio, aut primum,
aut totum eſt, in alio ex parte uerſetur: & tamen non ſit in crimine qui non habet omnia:
nec condemnetur ex eo quod non habet, ſed iuſtificetur ex eo quod poſſidet. Definit Apo-
ſtolus qualis epiſcopus eſſe debeat, ſcribens ad Timotheum: Oportet epiſcopum eſſe irre-
prehenſibilem, unius uxoris uirum, ſobrium, pudicum, ornatum, hoſpitalem, docilem: non
uinolentum, non percuſſorem, ſed manſuetum, non litigioſum, ſine auaricia, domum ſuam
bene regentem, filios habentem ſubditos cum omni pudicitia. Et iterum: Nõ neophytum,
ne inflatus in iudicium incidat diaboli. Oportet autem eum etiam teſtimonium de foris ha-
bere bonum, ne in opprobrium incidat & laqueum diaboli. Tito quoque ſcribens diſcipu-
lo, quales epiſcopos debeat ordinare, breui ſermone demonſtrat. Ideo reliqui te Cretæ, ut
quæ reliqua ſunt, corrigas: & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut ego præcepi tibi: Si
quis eſt ſine crimine, unius uxoris uir, filios habens fideles, nec in accuſatione luxuriæ, aut
non ſubiectos. Oportet autem epiſcopum eſſe ſine crimine, ſiue ſine accuſatione (hoc enim
magis ἀνέγκλητον ſonat) ſicut diſpenſatorem dei, non proteruum, non iracundum, non ui-
nolentum, non percuſſorem, non turpis lucri appetitorem: ſed hoſpitalem, benignum, pu-
dicum, iuſtum, ſanctum, continentem, obtinentem doctrinæ fidelem ſermonẽ: ut poſſit ex-
hortari in doctrina ſana, & contradicentes coarguere. Vt diuerſarum perſonarũ uaria præ-
cepta nunc ſileam, circa mãdata epiſcopi me tenebo. Vult certe deus tales eſſe epiſcopos ſiue
presbyteros, quales uas electionis docet. Primum quod dixit, irreprehenſibilis, aut nullus,
aut rarus. Quis eſt enim qui non quaſi in pulchro corpore, aut neuum, aut uerrucam habe-
at? Si enim ipſe Apoſtolus dicit de Petro, quod non recto pede inceſſerit in euangelij ueri- D
tate, & intantũ reprehenſibilis fuerit, ut & Barnabas adductus ſit in eandem ſimulationem:
quis indignabitur id ſibi denegari, quod princeps apoſtolorum non habuit? Deinde unius
uxoris uirum, ſobrium, pudicum, ornatum, hoſpitalem, ut reperias: illud certe quod ſequitur
διδακτικὸν qui poſſit docere, non ut interpretatur latina ſimplicitas, docilem, cum cæteris
uirtutibus difficulter inuenies. Vinolentum quoque & percuſſorem, & turpis lucri cupidum,
repudiat Apoſtolus: & pro his cupit manſuetum, abſque iurgio, ſine auaricia: & ut domum
ſuam optime regat, quodq; difficillimum eſt, ut filios habeat ſubiectos, cum omni pudici-
tia, uel filios carnis, uel filios dei. Cum omni inquit pudicitia. Non enim ſufficit propriam
habere pudicitiam, niſi ea filiorum & comitum ac miniſtrorum pudore decoretur, dicente
Dauid: Ambulans in uia immaculata, hic mihi miniſtrabit. Conſideremus quoque ἐπὶ-
πασιν pudicitiæ, filios habentem ſubditos in omni pudicitia, ut non ſolum opere, ſed ſermo
ne quoque & nutibus ſe abſtineant ab impudicitijs: ne forte illud incidat Heli, qui certe in-
crepauit filios ſuos dicens: Nolite filij mei, nolite: non bonam famam audio ego de uobis.
Corripuit & punitus eſt, quia non corripere debuit, ſed abijcere. Quid faciet qui gaudet ad
uitia: qui emendare non audet? qui conſcientiam ſuam metuit: & quod cunctus populus
clamitat, neſcire ſe ſimulat? Quodq; ſequitur μὴ νεόφυτον, ut etiam à nullo accuſetur: ut bo 5
nam opinionem ab his qui foris ſunt, habeat: ut etiam maledictis aduerſariorum careat: &
quibus doctrina diſplicet, placeat conuerſatio, puto quod non facile ſit reperire, maximeq;
illud, ut potens ſit aduerſarijs reſiſtere, & peruerſas opprimere & ſuperare doctrinas. Vult
ut non neophytus epiſcopus ordinetur: quod uidemus noſtris temporibus pro ſumma eli-
gi iuſticia. Si baptiſmum ſtatim iuſtum faceret & omni plenum iuſticia, nequaquam utique
Apoſtolus neophytum refutaret: ſed baptiſmus uetera peccata conſcindit, nouas uirtutes
nõ tribuit: dimittit è carcere, & dimiſſo ſi laborauerit præmia pollicetur. Aut nullus inquam,
aut ra-

A aut rarus est,qui omnia habeat,quæ habere debet episcopus. Et tamen si unum uel duo de catalogo uirtutum episcopo cuiquam defuerint,non tamen iusti carebit uocabulo: nec ex eo damnabitur,quod non habet, sed ex eo coronabitur, quod possidet. Omnia enim habere, & nullo indigere, uirtutis eius est, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius: qui cum malediceretur non maledixit,qui confidenter uirtutum cõscientia loquebatur: Ecce uenit princeps mundi huius, & in me inuenit nihil. Qui cum esset in forma dei nequaquam rapinam arbitratus est,æqualem se esse deo:sed se exinaniuit, formam serui accipiens, & factus est obediens usq; ad mortem,mortem autem crucis.Propterea donauit ei deus nomen quod est supra omne nomen, ut in nomine Iesu flectãt genu, cœlestia, terrestria & inferna. Si ergo in una episcopi persona pauca præcepta, aut nequaquam, aut difficulter inuenies: quid facies de omni homine,qui cuncta debet implere mandata? Ex corporalibus consideremus spiritualia.Alius uelox est pedibus,sed non fortis manu. Ille tardus incessu,sed stabilis in prælio est.Hic pulchram habet faciem,sed raucæ uocis est. Alius tetram, sed dulci modulatione cantat.Illum ingeniosum,sed obliuiosum: hunc memorem, sed tardi uidemus ingenij. In ipsis controuersijs, in quibus quondam pueri lusimus, non omnes similiter uel in procœmijs,uel in narrationibus,uel in excessibus,uel in argumentis, aut exemplorum copia, & epilogorum dulcedine se agunt: sed eloquentiæ suæ, alia atq; alia in parte dissimiles sunt. De uiris magis ecclesiasticis loquar: Multi sup euangelia bene disserunt:sed in explanatione Apostoli,impares sui sunt.Alij cum in instrumento nouo optime senserint,in psalmis & ueteri testamento muti sunt.Hoc totum dico, quod non omnia possumus omnes: rarusq; aut nullus est diuitum, qui in omni substantia sua paria uniuersa possideat. Possibilia præcepit deus,& ego fateor. Sed hæc possibilia cuncta, singuli habere non possumus:non imbecillitate naturæ,ne calumniam facias deo: sed animi lassitudine, qui cũctas simul & semper non
B potest habere uirtutes. Quod & si in eo arguis creatorem,quare te talem condiderit,qui deficias atq; lassescas:dicam iterum,maior erit reprehẽsio,si eum uolueris accusare,quare te deum non fecerit.Sed dices:Si nõ possum,ergo peccatum non habeo.Habes peccatum quare non feceris,quod alius potuit facere.Rursumq; ille,cuius tu comparatione deterior es,uel tui in alia uirtute,uel alterius erit collatione peccator:atq; ita fit,ut quemcunq; primum putaueris,minor sit eo, qui se in alia parte maior est. CRIT. Si non potest homo esse sine peccato, quomodo Iudas scribit Apostolus:Ei aũt qui potens est uos conseruare sine peccato,& cõstituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos? Quo testimonio cõprobatur posse hominem esse sine peccato,& maculam non habere. ATT. Non intelligis quæ proposueris. Neq; enim homo potest esse sine peccato,quod tua habet sententia: sed potest si uoluerit deus hominẽ seruare sine peccato,& immaculatũ sua misericordia custodire. Hoc & ego dico,quod deo cuncta possibilia sunt.Homini autem non quicquid uoluerit possibile est,& maxime id esse,quod nullam legeris habere creaturam. CRIT. Non dico hominem esse sine peccato, quod tibi forsitan impossibile uidetur:sed posse esse si uelit. Aliud est enim esse,aliud posse. Esse,quærit exemplũ:posse,ostendit imperij ueritatem. ATT. Nugaris,nec meministi illius prouerbij,actum ne agas:& in eodem cœno uolutaris,imò laterem lauas. Pro quo nihil aliud audies, nisi hoc quod omnibus patet: rem te uelle firmare, quæ nec est,nec fuit, & forsitan nec futura est. Atq; ut ipso uerbo utar,& stultitiam ἀσυνθετον argumentationis ostendam,esse posse te aio dicere,quod esse non possit. Hoc enim quod proposuisti posse hominem sine peccato esse si uelit,aut uerum est, aut falsum est.Si uerum est, ostẽde quis fuerit:si falsum,quicquid falsum est, nunquam fieri potest. Verum hæc quasi explosa taceantur,& in scriniolis uestris tantum mussitẽt,publicam faciem formidantia. Transeamus ad alia,in quibus perpetua oratione utendum est:ita duntaxat,ut habeas potestatem refellendi & quærẽdi si quid uolueris. CRIT. Audiam patienter:non enim dicam libẽter,& magis mirabor ingenium,cuius stupeo falsitatẽ. ATT. Vtrum falsa sint an uera quæ dicturus sum,cum audieris tunc probabis.CRIT.Loquere ut uis,mihi decretum est si respondere non potuero,ma

gis silere quàm mendacio acquiescere. ATT. Quid interest utrum te tacentem an loquen- C
tem superem: & iuxta Protei fabulam, uigilantem capiam an dormientem? CRIT. Cum
dixeris quæ uolueris, audies quæ nequaquam uelis. Veritas enim laborare potest, uinci non
potest. ATT. Libet sententias tuas parumper discutere: ut intelligant sectatores tui, quàm
diuinum in te mirentur ingenium. Dicis sine peccato esse non posse, nisi qui scientiam legis
habuerit: per quod magnam partem Christianorum excludis à iusticia: & qui prædicator
es impeccantiæ, omnes prope peccatores esse pronuncias. Quotus enim quisq; Christiano-
rum habet legis scientiam: quam in multis doctoribus ecclesiæ, aut raro, aut difficulter inue-
nias? Verum tu tantæ es liberalitatis, ut fauorem tibi apud Amazonas tuas concilies: ut in
alio loco scripseris, sciẽtiam legis etiam fœminas habere debere: cum Apostolus doceat esse
tacendum mulieribus in ecclesia: & si quid ignorant, domi uiros suos debere consulere. Nec
sufficit tibi dedisse agmini tuo scientiam scripturarum: nisi earum uoce & canticis delecteris.
Iungis enim & ponis in titulo, quod & fœminæ deo psallere debeant. Quis enim ignorat
psallendum esse fœminis in cubiculis suis, & absq; uirorum frequentia & congregatione tur
barum. Verum tu donas quod non licet: ut quod uerecunde facere debeant, & absq; ullo
arbitro, magistri autoritate proclament. Decimoquarto titulo. Addis præterea: seruum dei
nihil amarum de ore suo, sed semper quod dulce est & suaue debere proferre: & quasi alius
sit seruus dei, alius doctor & sacerdos ecclesiæ, prioris oblitus sententiæ, ponis in alio titulo
uigesimosecundo: sacerdotem siue doctorem omnium actus speculari debere, & fiducialiter
corripere peccantes: ne pro ijsdem rationem reddant, & eorum sanguis de suis manibus re-
quiratur. Nec semel dixisse contentus, idipsum replicas: & inculcas trigesimo primo titulo,
sacerdotem siue doctorem nemini adulari debere, sed audenter omnes corripere: ne & se &
eos qui eum audiunt, perdat. Tanta'ne est in uno opere dissonantia: ut quid prius dixeris
nescias? Si enim seruus dei nihil amarum de suo debet ore proferre, sed semper quod dulce
& suaue est: aut sacerdos & doctor serui dei non erunt, qui fiducialiter debent corripere
peccantes, & nulli adulari, sed audacter omnes increpare: aut si sacerdos & doctor non so- D
lum serui dei, sed inter seruos eius principalem tenent locum, frustra seruis dei blanditias
& dulcedines reseruasti: cum hoc proprie hæreticorum sit, & eorum qui decipere cupiunt au
dientes: Dicente Apostolo: Huiusmodi enim Christo domino nostro non seruiunt, sed suo
uentri. Et per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Semper insi-
diosa, callida, blanda est adulatio. Pulchreq; adulator apud philosophos definitur, blandus
inimicus. Veritas amara est, rugosæ frontis ac tristis, offenditq; correptos. Vnde & Aposto
lus loquitur: Inimicus uobis factus sum, ueritatem dicens uobis? Et Comicus: Obsequium
amicos, ueritas odium parit. Quapropter & pascha cum amaritudinibus comedimus: & uas
electionis docet pascha celebrandum in ueritate & synceritate. Veritas in nobis sit & synceri
tas, & amaritudo ilico consequetur. Illud uero quod in alio ponis loco, omnes uoluntate pro
pria regi, quis Christianorum potest audire? Si enim non unus, nec pauci, nec multi, sed om-
nes reguntur propria uoluntate: ubi erit auxilium dei? Et quomodo illud exponis? A do-
mino gressus hominis diriguntur: Et, non est in homine uia eius. Et, nemo potest quicquam
accipere, nisi datum fuerit ei desuper: Et in alio loco: Quid enim habes quod non accepisti?
Et si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? dicente domino saluatore: Non descendi
de cœlo, ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui me misit patris. Et in alio lo-
co: Pater si fieri potest, transeat à me calix iste. Veruntamen non quod ego uolo, sed sicut tu.
Et in oratione dominica: Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Qua sententiæ temeritate
aufers dei omne præsidium: & quod in alio loco frustra conaris adiungere, non absq; dei
gratia, quomodo sentire uelis, ex hoc loco intelligitur: dum gratiam eius nõ ad singula refers
opera, sed ad conditionis ac legis & liberi arbitrij potestatem. Septuagesimo secundo titu-
lo. Illud uero quod in sequenti ponis capitulo: in die iudicij iniquis & peccatoribus non par-
cendum, sed æternis eos ignibus exurẽdos, ferre quis potest: & interdicere te misericordiam

dei

A dei,& ante diem iudicij de ſententia iudicis iudicare:ut ſi uoluerit iniquis & peccatoribus par
cere,te præſcribente non poſſit? Dicis enim. Scriptum eſt in centeſimotertio pſalmo: Defi
ciant peccatores à terra & iniqui,ita ut non ſint. Et in Eſaia: Comburentur iniqui & peccato
res ſimul, & qui relinquunt deum conſummabuntur. Et non intelligis comminationem dei
interdum ſonare clementiam? Non enim dicit æternis ignibus exurendos, ſed à terra defice
re & iniquos eſſe ceſſare. Aliud enim eſt ipſos à peccato & iniquitate deſiſtere, & aliud ipſos
perire in perpetuum, & æternis ignibus concremari. Deniq; Eſaias de quo ponis teſtimoni
um:Comburentur, inquit, peccatores & iniqui ſimul, non addidit in æternum. Et qui relin
quunt deum conſummabuntur. Proprie hoc de hæreticis loquitur, qui rectum fidei trami
tem relinquentes conſummabuntur,ſi noluerint ad dominum reuerti, quem dereliquerunt.
Quæ ſententia & tibi parata eſt,ſi neglexeris ad meliora conuerti. Deinde cuius eſt temeri
tatis, iniquos & peccatores impijs iungere: qui à nobis ſic definiuntur. Omnis impius ini
quus eſt,& peccator: nec reciprocatur, ut poſſimus dicere: Omnis peccator & iniquus,etiam
impius eſt. Impietas enim proprie ad eos pertinet, qui noticiam dei non habent, uel cogni
tam tranſgreſſione mutarunt. Peccatum autem & iniquitas, pro qualitate uitiorum, poſt
peccati & iniquitatis uulnera recipit ſanitatem. Vnde ſcriptum eſt:Multa flagella peccatoris:
Et non interitus ſempiternus: Et per omnia flagella atq; cruciatus emendatur Iſrael. Quem
enim diligit dominus corripit:flagellat autem omnem filium quem recipit. Aliud eſt cędere
magiſtri & parentis affectu,aliud contra aduerſarios crudeli animo deſæuire: Quam ob cau
ſam,& in primo pſalmo canitur: Quoniam non reſurgunt impij in iudicio. Iam enim in per
ditionem ſunt præiudicati. Neq; peccatores in conſilio iuſtorum. Aliud enim eſt gloriam
perdere reſurgendi,aliud perire perpetuo. Veniet, inquit, hora, in qua omnes qui in ſepul
chris ſunt,audient uocem eius: & egredientur qui bona fecerunt in reſurrectionem uitæ: qui
B autem mala egerũt,in reſurrectionem iudicij. Vnde & Apoſtolus eodem ſenſu,quia eodem
& ſpiritu, loquitur ad Romanos: Quicunq; enim ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt.
Et quicunq; in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Sine lege impius eſt, qui in æter
num peribit. In lege peccator credens in deum, qui per legem iudicabitur, & non peribit. Si
peccatores & iniqui æternis ignibus exuruntur,non times ſententiam tuam, qui iniquum &
peccatorem te eſſe dicis? Et argumentaris hominem non eſſe ſine peccato,ſed eſſe poſſe. Er
go ſolus ille ſaluetur, qui nunquam fuit, nec eſt, ſed futurus eſt, aut forſitan nec futurus: &
pereant omnes,quos retro fuiſſe legimus. Tu ipſe qui Catoniana nobis inflaris ſuperbia, &
Milonis humeris intumeſcis, qua temeritate peccator, magiſtri nomen aſſumis? Aut ſi iu
ſtus es, & humilitate ſimulas peccatorem, mirabimur atq; gaudebimus habere te ſolum &
poſſidere cum ſocijs, quod nec patriarcharum, nec prophetarum, nec apoſtolorum quiſpi
am habuit. Si autem Origenes omnes rationabiles creaturas dicit non eſſe perdendas, &
diabolo tribuit pœnitentiam: quid ad nos, qui & diabolum & ſatellites eius omnesq; impi
os & præuaricatores dicimus perire perpetuo: & Chriſtianos ſi in peccato præuenti fuerint,
ſaluandos eſſe poſt pœnas. xx. ti. Iungis præterea duo capitula inter ſe diſcrepantia: quæ
ſi uera ſint, os aperire non poteris: non habentem ſapientiam & intellectum ſcripturarum,
niſi qui didicerit,ſcire non poſſe. xx. ti. Et iterum: Scientiam legis non uſurpare debere indo
ctum. Aut enim magiſtrum,à quo didiceris proferre cogeris, ut tibi ſciẽtiam legis liceat uſur
pare:aut ſi magiſter talis eſt,qui ab alio non didicerit,& docuerit te quod ipſe ignorabat:re
ſtat ut nõ recte facias,qui indoctus uſurpas ſcientiam ſcripturarum, & magiſter prius q̃ di
ſcipulus eſſe cœpiſti. Niſi forte humilitate ſolita,magiſtrum tuum iactitas dominum,qui do
cet omnem ſcientiam, & cum Moyſe in nube & caligine facie ad faciem audis uerba dei, &
inde nobis cornuta fronte procedis. Nec hoc ſufficit, ſed repente mutaris in Stoicum, & de
Zenonis nobis tonas ſupercilio. Lxxiij.ti. Chriſtianum illius debere eſſe patiẽtiæ, ut ſi quis
ſua auferre uoluerit,gratanter amittat. Nónne nobis ſatis eſt, patienter perdere quod habe
mus, niſi uiolento atq; raptori agamus gratias, & eum cunctis benedictionibus proſequa
mur?

mur? Docet Euangelium ei, qui nobiſcum uelit iudicio contendere, & per lites ac iurgia auferc
re tunicam, etiam pallium eſſe concedendum: non præcipit, ut agamus gratias, & læti noſtra
perdamus. Hoc dico, non quod aliquid ſceleris in hac ſententia ſit, ſed quod ubiq; medio/
cria ὑπερβολικῶς tranſeas, & magna ſecteris. Vnde adiungis, gloriam ueſtium & ornamẽ/
torum deo eſſe contrariam. Quæ ſunt, rogo, inimicitiæ contra deũ, ſi tunicam habuero mun
diorem: ſi epiſcopus, presbyter, & diaconus, & reliquus ordo eccleſiaſticus in adminiſtratio/
ne ſacrificiorum candida ueſte proceſſerint? Cauete clerici, cauete monachi, uiduæ & uirgi/
nes: periclitamini, niſi ſordidas uos atq; pannoſas uulgus aſpexerit. Taceo de hominibus ſe/
culi, quibus aperte bellum indicitur, & inimicitiæ contra deũ, ſi precioſis atq; nitentibus utan
tur exuuijs. Clxiiij.ti. Audiamus & cætera. Inimicos ut proximos diligendos, ſtatimq; op/
preſſus grauiſſimo lethargo, ponis & dicis. Clxi.ti. inimico nunquam eſſe credendum: quod
ſibi eſſe contrarium, etiam me ſilente, perſpicuum eſt. Sed dices utrunq; uocibus ſcripturæ
contineri: non animaduertens, quo ſenſu in ſuis locis dicta ſint. Præceptum eſt mihi, ut dili/
gam inimicos, & orem pro perſecutoribus. Nunquid iuſſum eſt, ut ita diligam, quaſi proxi/
mos & conſanguineos & amicos, ut inter æmulum & neceſſarium nulla diſtantia ſit? Si ini/
micos diligo quaſi proximos, amicis quid amplius exhibebo? Aut ſi hoc dixeris, illud tacere
debueras, ne contraria ſibi in eodem loco dicere uidearis, inimico nunquam eſſe credẽdum.
Sed quomodo diligatur inimicus, & lex docet: Iumentum aduerſarij ſi ceciderit, ſubleuan/
dum. Et Apoſtolus: Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitierit, da illi potum. Hoc enim fa/
ciens, carbones ignis congregabis ſuper caput eius: non in maledictum & condemnationem
(ut pleriq; exiſtimant) ſed in correctionem & pœnitudinem: ut ſuperatus beneficijs, exco/
ctus feruore charitatis, inimicus eſſe deſiſtat. Cxxiij. Addis præterea regnũ cœlorum etiam
in teſtamento ueteri repromitti: ponisq; teſtimonia de apocryphis, cum perſpicuum ſit, re/
gnum cœlorum primum in Euangelio prædicari per Ioannem baptiſtam & dominum ſal/
uatorem & apoſtolos. Lege Euangelia. Ioannes baptiſta clamat in deſerto: Pœnitẽtiam agi D
te, appropinquauit enim regnum cœlorum. Et de ſaluatore ſcriptum eſt: Ex eo tempore cœ/
pit prædicare & dicere: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Et ite/
rum: Circuibat Ieſus ciuitates & uicos, docens in ſynagoga eorum & prædicans regnum dei.
Et apoſtolis præcipit: Ite & prædicate dicentes, quoniam appropinquauit regnum cœlo/
rum. Tu autem nos Manichæos uocas, cur legi Euangelium præferentes, in illa umbram, in
hoc ueritatem eſſe dicamus: & non intelligis ſtulticiam tuam impudentiæ copulatam. Aliud
eſt damnare legem, quod Manichæus facit: aliud legi præferre Euangelium, quæ apoſtoli/
ca doctrina eſt. In illa enim ſerui, in hoc præſens dominus loquitur: ibi promittitur, hic imple
tur: ibi initia, hic perfectio eſt: in illa operum fundamẽta iaciuntur, hic fidei & gratiæ culmen
imponitur. Hoc poſuimus, ut egregij præceptoris doctrina monſtraretur. Centeſimus titu/
lus eſt, poſſe hominem ſine peccato eſſe, & dei mandata facile cuſtodire, ſi uelit: de quo abun
de dictum eſt. Cumq; ſe imitatorem, imò expletorem operis beati martyris Cypriani, ſcri/
bentis ad Quirinum, eſſe fateatur, non intelligit ſe in eodem opere dixiſſe contraria. Ille in
quinquageſimoquarto titulo tertij libri, ponit: neminẽ ſine ſorde & ſine peccato poſſe eſſe:
ſtatimq; iungit teſtimonia, in quibus ſcriptũ eſt apud Iob: Quis enim mundus à ſordibus?
ne ſi unius etiam diei ſit uita eius in terra. Et in pſalmo quinquageſimo: Ecce in iniquitatibus
conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Et in epiſtola Ioannis: Si dixerimus,
quia peccatum non habemus, noſipſos decipimus, & ueritas in nobis non eſt. Tu è diuerſo
aſſeris, poſſe hominem ſine peccato eſſe: & ut hoc uerum dixiſſe uidearis, ſtatim adiungis: &
dei mandata facile cuſtodire, ſi uelit: quæ aut rarus, aut nullus impleuit. Si enim facilia ſunt,
debent à pluribus cuſtodiri. Sin autem, ut concedamus tibi, rarus quiſquam ea implere po/
teſt, manifeſtum eſt eſſe difficile quod rarum eſt. Atq; ut hoc augeas, & magnitudinem tuæ
uirtutis oſtendas, quod ſcilicet de bono conſcientiæ theſauro eructare credaris, ponis in titu
lo centeſimo uigeſimotertio: ne leuiter quidem eſſe peccãdum. Et quid ſit hoc leuiter, ne for/
te in

A te in opere te aliquis dixisse existimaret, adnectis centesimo tricesimoprimo titulo: malum uero nec cogitandum: neq; illius sententiæ recordaris: Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me domine, & ab alienis parce seruo tuo: cum ecclesia etiam ea quæ per ignorantiam delinquimus, & sola cogitatione peccamus, delicta esse fateatur: intantum, ut hostias pro errore iubeat offerri: & pōtifex qui pro cuncto populo deprecatur, ante pro se offerat uictimas: qui certe nunquam pro alijs iuberetur offerre, nisi iustus ipse esset: nec rursum pro se offerret, si peccato careret ignorantiæ. Scilicet nūc mihi latissima scripturarum spacia peragranda sunt, ut doceam errorem & ignorantiam esse peccatum. CRIT. Obsecro te, nónne legisti: Qui uiderit mulierem ad concupiscendum, iam mœchatus est eam in corde suo? Non ergo solus aspectus & incentiua uitiorum reputantur in peccatum, sed ea quibus attribuimus assensum. Aut enim uitare possumus malam cogitationem, & consequenter possumus carere peccato: aut si uitare non possumus, non reputatur in peccatum, quod caueri non potest. ATT. Callide quidem argumentaris, sed non intelligis argumentationem tuam contra sacras scripturas facere. Volunt enim eloquia scripturarum etiam ignorantiam habere peccatum. Vnde & Iob offert hostias pro filijs suis, ne forte per ignorantiam in cogitatione peccauerint. Et qui ligna cedit, si securi ac ferro fugiente de ligno homo fuerit occisus, pergere iubetur ad urbem fugitiuorum: & tamdiu ibi esse, quamdiu sacerdos maximus moriatur, id est, redimatur sanguine saluatoris: aut in domo baptismatis, aut in pœnitentia, quæ imitatur baptismatis gratiam per ineffabilem clementiam saluatoris: qui non uult perire quenq;, nec delectatur mortibus peccatorum, sed ut cōuertantur & uiuant. CRIT. Rogo quæ est ista iustitia, ut in peccato tenear erroris, cuius reatū non habet cōscientia? Nescio me peccasse, & eius rei quam nescio, pœnas luo? Et quid plus faciam, si sponte peccauero? ATT. A me sententiæ & dispositionis dei causas requiris? Respondet stultæ interrogationi tuæ liber Sapiētiæ: Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. E alibi: Noli esse sapiēs multum, & noli
B argumētari plus q̄ oporteat. Et in eodē loco: In sapiētia & in simplicitate cordis quærite deū. Ac ne forte huic uolumini cōtradicas, audi Apostolū, Euāgelica clangentē tuba: O altitudo diuitiarū sapientiæ & sciētiæ dei, q̄ inscrutabilia sunt iudicia eius, & ininuestigabiles uiæ eius. Quis enim cognouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? Istæ sunt quæstiones, de quibus & in alio scribit: Stultas aūt & ineruditas quæstiones deuita, sciens quoniam lites generant. Et Ecclesiastes (de quo certe libro nulla est ambiguitas) Dixi, inquit, sapiēs efficiar, & ipsa lōge facta est à me. Profunda profunditas, quis eam inueniet? A me quæris, quare figulus aliud uas fecerit in honorē, aliud in contumeliā: & non uis acquiescere Paulo pro suo domino respondēti? O homo, tu quis es, qui respōdes deo? Audi ergo breuiter testimonia scripturarū, ut stulta, imò impia scisitatio tua in perpetuum cōticescat. Loquitur deus in Genesi: Non adijciam ultra maledicere terrę propter opera hominū, quia apposita est mēs hominis diligēter ad mala à pueritia. Abrahā & Sara, audita repromissione filij Isaac, rident in corde suo, & tacita cogitatio non latet sciētiam dei. Arguūtur in risu, & ipsa cogitatio, quasi pars infidelitatis reprehenditur. Attamen non ex eo quod risere, diffidentiæ condemnantur: sed ex eo quod postea crediderunt, iusticię palmam acceperunt. Lot nescit in concubitu filiarū quid fecerit, & inebriatus ab eis non habet crimen conscientiæ, & tamen error in uitio est. Argue sanctum uirū Iacob, quare Rachel formosam dilexerit, pro qua & seruiuit multo tempore, & in Liæ primo concubitu fuerit contristatus: & acquiesce tandem humanæ fragilitati, quæ etiam pulchra corpora diligit, & deformia detestatur. Luget Iacob mortem filij sui Ioseph, & multo tēpore consolationem non recipit filiorum: respondetq; lugens & gemēs: Vadam ad infernum: & probat se hominē, dum iustus ignorat quid actum sit de iusto filio Ioseph. In Exodo scriptum est. Si percusserit aliquis quempiam, & mortuus fuerit, morte moriatur. Sin autem non uolens, sed deus tradidit eum in manibus eius, dabo tibi locum, ad quem cōfugiat qui occiderit. In quo notandum est, quod deus tradidit hominem in manus eius: & ille qui occidit per ignorantiam, exilio cōdemnatur. In Leuitico lex ponitur: Anima si peccauerit in

rit in conſpectu domini: non ſponte ex omnibus præceptis domini, quæ non oportet fieri: c
fecerit unum ex eis,ſiue pontifex fuerit, ſiue omnis ſynagoga,& reliquus populus:& poſtea
didicerit peccatum ſuum, quod peccauit per ignorantiam:offeret munus, hircum de capris,
maſculum immaculatum: & ponet manus ſuas ſuper caput eius, interficietq; illum in loco
ubi mactantur holocauſta coram domino,quia pro peccato eſt.Statimq; in ſequentibus:Si
tetigerit aliquid immundum,quod nō liceat tangere,& fecerit per ignorantiā: & poſtea didi
cerit: ſiue promiſerit aliquid,& fuerit oblitus: pronunciabit peccatum ſuum, in quo peccaſſe
ſe perſpicit:& offeret domino pro his quæ peccauit,agnam ſiue caprā pro peccato ſuo quod
peccauit:& precabitur pro eo ſacerdos ſuper peccato,& dimittetur ei peccatum.Sin autē non
præualuerit manus eius,ut offerat ouem pro peccatis ſuis quibus peccauit:duos turtures,aut
duos pullos columbarum offeret domino: unum pro peccato, & unum in holocauſtum: &
portabit ea ad ſacerdotem,& offeret ſacerdos id quod pro peccato eſt primum,& in ipſo re
conciliabitur pro peccato quod peccauit, & dimittetur ei. Cæteraq; his ſimilia, quæ ſtudio
breuitatis omitto,ne faſtidium ſtomacho tuo faciam.In conſequentibus quoq; narrat Moy
ſes,quod in conſecratione Aaron & filiorum eius obtulerit uitulum pro peccato, & poſuerit
Aaron & filij eius manus ſuper eum,ſuper caput uidelicet uituli,qui erat pro peccato:& ma
ctauerit eū, & tulerit de eius ſanguine & poſuerit ſuper cornua altaris in circuitu digito ſuo,
atq; altare mundauerit.Similiter in ariete fecerit, & de ſanguine eius tetigerit auriculam eius
dexteram & manum dexteram, & ſummitatē pedis dextri. Et poſt multa alia, quæ narrare
longiſſimum eſt,enumeratis diebus ſeptem ita legimus: Factum eſt quoq; die octauo,& uo
cauit Moyſen, Aaron, & filios eius, & omnes ſeniores Iſrael, & dixit ad Aaron: Tolle uitu
lum de bobus pro peccatis, & arietem in holocauſtum immaculatum, & offeres eos in con
ſpectu domini:& ſenioribus Iſrael loquere,dicēs: Tollite hircū de capris uiuum pro peccato,
& uitulum immaculatum anniculum in holocauſtum. Dixitq; Moyſes ad Aaron: Accede
ad altare,& fac pro peccato tuo:& reliqua. Rurſumq; eleuauit Aaron manus ſuas ſuper po
pulum,& benedixit eis. Deſcenditq; cum feciſſet pro peccato & holocauſto & ſalutari. Mu
lier generat liberos lege naturali & immunda eſt,ſi maſculum peperit,diebus quadraginta:ſi
fœminam,diebus octoginta. Accuſa creatorem, cur immundum quicquam nominet quod
ipſe condidit.Et non ſolū ipſa immunda eſt,ſed & omne quod tetigerit. Cumq; dies,inquit,
purgationis eius completi fuerint ſuper filio aut filia, offeret agnum anniculum immacula
tum,& pullum columbarum, & turturem pro peccato, ad oſtium tabernaculi teſtimonij ſa
cerdoti,qui offeret in conſpectu domini,& expiabit pro ea ſacerdos.De leproſo quoq; dici
tur,quod in die purgatiōis eius offeratur pro eo uictima pro peccato, duoq; turtures & duo
pulli columbarum: unus pro peccato,alius in holocauſtum. Et qui fluxum ſeminis patitur,
eodem ſacrificij ordine pro peccato & holocauſto liberatur.Et ad extremum infertur: Timo
ratos facite filios Iſrael ab immunditijs ſuis, & non morientur pro peccato ſuo,ſi contamina
uerint tabernaculum teſtamenti.Ipſi quoq; Aaron præcipitur,ut non omni tempore ingre
diatur in ſancta ſanctorum,ne forte moriatur. Cumq;, ait, uoluerit intrare, offerat uitulum
pro peccato, & arietē in holocauſtum, duosq; hircos accipiat ab uniuerſo populo: unum ex
eis offerat pro peccato ſuo, & unum pro peccato populi, & arietem in holocauſtum. Alter
hircorum cuncta peccata ſuſcipit populi,in typum domini ſaluatoris, & effert in ſolitudinē:
& ſic placatur deus omni multitudini.Ad extremum dicitur:Si comederit homo de ſanctifi
catis per ignorantiam, imputatur ei iniquitas atq; delictum & uoti reus erit. Vnde & Apo
ſtolus monet euchariſtiam domini cum cautione ſumendam:ne in condemnationem nobis
ſumamus atq; iudicium. Si damnatur in lege ignorantia, quanto magis in Euangelio con
ſcientia? Tranſeamus ad Numeros,& ob contentioſorum impudentiam refutandam, ſum
ma quæq; carpamus. Nazaræus ſancto crine uenerabilis, alterius ſubita morte maculatur, D
& omnes dies conſecrationis eius præteriti irriti fiunt: poſteaq; pro eo offeruntur duo turtu
res,& duo pulli columbarū:unus pro peccato, & alter in holocauſtum.In die quoq; conſum
mationis

A mationis eius offertur agnus cum holocausto & agna pro peccato. Et post multa scriptum est: Vt nunc magnificetur fortitudo domini, sicut loquutus est, dicens: Dominus longanimis & multæ misericordiæ, auferens iniquitatem & scelera, & mundans non faciet innocentem: pro quo Septuaginta interpretati sunt, & emundans non mundabit reum: quod scilicet etiam post indulgentiam, reus sit propriæ conscientiæ. Cumq; ait, ignorauerit populus, & fecerit unum ex his quæ facere nō debuit, post ceremoniarum longum ordinem infertur & dicitur: Offerte hircum caprarū pro peccato, & placabit sacerdos pro omni synagoga filiorum Israel, & propiciabitur ei dominus, quia ignorantia est: & ipsi offerent oblationem suam in sacrificium domino pro peccato suo, in conspectu eius, quoniam nescierunt. Ibiq; additur: Si anima una peccauerit per ignorantiam, offeret capram anniculam pro peccato ignorantiæ coram domino: & deprecabitur pro ea sacerdos, eo quod ignorauerit, pro peccato ignorantiæ coram domino: & rogabit pro ea, & propiciabitur ei. In kalendis singulorū mensium offertur hircus caprarum pro peccato domino. In pascha quoq; per dies octo, à die decimo quarto mensis primi, usq; ad uigesimumprimum diem sacrificium pro peccato est. In pentecoste hircus pro peccato offertur: & in kalendis mensis septimi, quādo tubarum clangor concinit, eadem hirci pro peccato religio conseruatur. Die quoq; decimo eiusdem mensis septimi, quoniam ieiunium est usq; ad uesperum, offertur hircus caprarum pro peccato, præter eum hircum, qui ante holocaustum pro peccato ex lege mactatur. In diebus quoq; Sceno/pegiæ, quando figebantur tabernacula, à die decimo quinto eiusdem mensis septimi usq; ad diem uigesimumsecundum, inter alias uictimas semper pro peccato hircus offerebatur: ut illud impleatur beati Dauid: Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Sex ciuitates eliguntur exilij eorum, qui non sponte, sed per ignorantiam, uel iactu lapidis, uel impulsione manus, uel ioco, uel lasciuia absq; inimicitijs, infelicitate magis quàm uoluntate peccauerunt: & tamen non absq; crimine sunt dum
B relegantur in perpetuum, & ante constitutum diem, nec supplicatione, nec precio eorum reuersio impetrari & redimi potest. In Deuteronomio, qui liber pręteritorum enumeratio est, perspicue demonstratur non in operibus nostris atq; iusticia, sed dei misericordia nos cōseruari, dicente domino per Moysen: Ne dicas in corde tuo, cum subuerterit eos dominus deus tuus à facie tua, in iusticia mea introduxit me dominus, ut possideam terram hanc: quia in impietate gentium istarum dominus consumet eos à facie tua: non in iusticia tua & directione cordis tui intrabis, ut possideas terram eorum, sed in impietate eorum dominus deus tuus consumet eos à facie tua, ut suscitet uerbum quod loquutus est patribus tuis, Abraham, Isaac & Iacob. Et scies quod non in iusticia tua dominus deus tuus dabit tibi terram optimā, ut possideas eam: quia populus duræ ceruicis es tu. In eo autē quod dixit: Perfectus eris cum domino deo tuo: quo sensu dixerit, ex consequentibus approbatur: Cum ingressus, inquit, fueris terram, quam dominus deus tuus dabit tibi, non discres facere abominationes gētium illarum: nec inuenietur in te qui traducat filium uel filiam suam per ignem. Diuinationibus uel omnibus augurijs & maleficis artibus & incantationibus non seruies, ut interroges magos & hariolos & mortuos. Abominatio enim domini est omnis qui facit hæc. Et propter has abominationes dominus deus tuus consumet eas à facie tua, perfectus eris cum domino deo tuo. Deniq; infert: Quia gentes istæ quas tu possidebis, hariolos & diuinos audiunt. Tibi autem non sic dedit dominus deus tuus. Statimq; subiungit: Prophetam unum ex te de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dominus deus tuus, ipsum audies, Ex quo ostēditur perfectum hic dici, nō qui cunctas uirtutes habeat, sed qui perfectum & unum sequatur deum. Narratq; similiter de cōditione exulum, qui per ignorātiam peccauerunt, quo confugere deberent, atq; subiungit: Quādo ædificaueris domum nouam, facies loriculam tecto tuo in circuitu, ne sanguinis reus sis, cum aliquis ceciderit ex ea. Et iterum: Si fuerit in te uir, qui non sit mundus à nocturno fluxu, egredietur extra castra, & non ingredietur medium castrorum: cumq; aduenerit uespera, lauabit se aqua, & post occubitum solis ingredietur medium eo-

rum. De Iesu filio Naue duo tantum ponam testimonia. Peccauit Achan, & totus populus C
offendit. Dixitq; dominus ad Iosue: Non poterunt stare filij Israel in cõspectu inimicorum
suorum, sed dorsa uertent aduersarijs suis: quia factum est anathema in eis. Et nõ addam ut
sim uobiscum, nisi contritum fuerit anathema de medio uestrum. Cumq; sacrilegium quæ-
reretur, & sors latentem inuenisset reum, interficiũtur cum Achan filij eius, & filiæ, boues, asi-
ni, pecora, tabernaculum, & quæcunq; habere potuit, igne deleta sunt. Esto ipse peccauerit,
quid commisere filij? quid boues? quid asini? quid pecora? Fac ergo calumniam quare unus
peccauerit, & pars populi trucidata sit? Cur & ipse lapidatur, & omnia quæ habere potuerit,
ultrix flamma consumpserit? Dicamus & aliud: Non erat, inquit, ciuitas quam non tradidit
dominus filijs Israel, absq; Eueo qui habitabat in Gabaon, omnes pugnãdo ceperunt: quia
à domino factum erat, ut induraret cor eorum, & pugnarent contra Israel, ut interficerẽtur:
& nõ fieret in eis misericordia, & perirent, sicut præcepit dominus Moysi. Si domini factum
est uoluntate, ut pacem non reciperent, nec susciperẽt Israel, dicamus iuxta Apostolũ: Quid
ergo queritur? Voluntati emi eius quis potest resistere? De Samuel & Malachim: Ionathan
fauum mellis gustauit in sceptro, & illuminatis oculis periclitatur, quod nesciens fecerit. Hoc
enim scriptura testatur, quod ignorauerit à patre esse præceptum ne quisquam gustaret, do-
nec uictoria domini compleretur. Intantum autem iratus est dominus, ut sors inueniret oc-
cultum, & ipse fateretur, dicens: Gustaui in summitate sceptri, quod est in manu mea parum
mellis, & ecce ego morior. Et postea intercessione & precibus populi liberatus est, dicentis ad
Saul: Num Ionathan morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel? Absit. Viuit domi
nus, si ceciderit de capillis capitis eius in terram, quia cum domino fecit diem hanc: & libera-
uit dominus Ionathan, & non est mortuus. Samuel irascitur Sauli, & non uult ire cum rege.
Postea precibus uincitur, ut ostendat humani animi in diuersum mutationem. Pergit Bethle
hem, singulos filiorum Iesse putat ipsos esse, quos dominus requirebat. Cumq; uidisset Eli-
ab, ait: Ecce in conspectu domini Christus eius. Et ait dominus ad eum: Ne respicias ad uul- D
tum eius, & ad staturam corporis illius, quoniam abieci eum. Aliter enim uidet homo, aliter
deus. Homo enim uidet in facie, deus in corde. Atq; in hũc modum per omnes errat, per om
nes corrigitur, ut pateat humanæ mẽtis infirmitas. Mephiuoseth Saul filius interficit dolo à
Rechab & Baana filijs Remmon Berotitæ: Cũq; nunciassent Dauid, & caput aduersarij de-
monstrarent, occisi sunt à Dauid, dicente: Viri impij occiderunt uirum iustum in domo sua
& in lectulo suo. Certe Mephiuoseth iustus non erat, & tamen in eo iustus appellatur, quod
absq; noxa interfectus est. Oza leuites, cum arca domini transferretur Hierusalem, & lasci-
uientes boues plaustrum in partem alteram declinassent, misit manum ut sustentaret inclina
tam arcam. Statimq; sequitur: Iratus est furor domini in Ozam, & percussit eum deus ibi
pro ignorantia, & mortuus est iuxta arcam dei. Contristatusq; Dauid, quod percusserat do
minus Ozam, timuit dominum in illa die, & ait: Quomodo ingredietur ad me arca domi-
ni. Dauid iustus & propheta & unctus in regem, quem elegit dominus secundum cor suum,
ut faceret cunctas uoluntates eius: ut uidet ignorantiam, domini furore punitam, terretur at-
que tristatur: nec quærit causam à domino, quare percusserit ignorantem, sed similem senten
tiam pertremiscit. Præcepit Dauid principi exercitus Ioab, ut numeret populum: statimq;
scriptura commemorat: Et percussit cor suum Dauid, & dixit ad dominum: Peccaui uehe-
menter, quia hoc feci. Cum iuberet ut fieret, utiq; quid diceret ignorabat: & tamen se ipse re
prehẽdit, & pro hac culpa septuaginta milia hominum angeli gladio trucidantur. Solomon
completis templi ceremonijs, utrasq; palmas tetendit ad dominum, & ait: Cum peccauerit ti-
bi populus, non est enim homo qui non peccet. Ahia propheta Silonites nesciebat ad se ue
nire uxorẽ Hieroboam: dixitq; dominus: Ecce uxor Hieroboam ingredietur, ut quærat uer-
ba à te pro filio suo qui ægrotat, iuxta hoc & iuxta hoc loqueris ad eam. Heliseus sedebat in
monte, uenit ad eum mulier, cuius filius mortuus erat, & amplexata pedes eius, uociferatur.
Repellente autẽ eam Giezi, dixit ad eum uir dei: Dimitte eam, quoniam anima eius in ama-
ritudine

A ritudine est:& dominus cælauit à me,ut non annunciaret mihi.In libro dierum legimus: Fuerunt filij Sobal patris Cariathiarim,qui prophetabat ex dimidio. Et iterum: Filij autẽ Salma patris Bethlehé & Netophati corona domus Ioab, & qui prophetabat ex dimidio Zarai,& cætera.Similiter utiq; sancti erant qui prophetabant, & tamen perfectam non meruerunt accipere prophetiam:nequaquam de futuro secundum tropologiam,sed impræsentiarum iuxta historiam prophetantes. Habacuk propheta canticum suum hoc inscribit titulo: Oratio Habacuk prophetæ pro ignorationibus. Loquutus enim fuerat audacter ad dominum,& dixerat: Vsq;quo domine clamabo,& non audies? Vociferabor ad te uim patiens, & non saluabis? Quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem,uidere prædam & iniusticiam? Contra me factum est iudicium,& cõtradictio potentior: propter hæc lacerata est lex, & non peruenit usq; ad finem iudicium: quia impius præualet aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum. Pro quo se ipse reprehendens, quod per ignorantiam sit loquutus,scribit canticum pœnitentiæ.Si peccatũ non erat ignorantia,superfluo scribit librum pœnitudinis:& inaniter uoluit id lugere,quod peccatum nõ habet.In Ezechiel extrema parte,ubi per ædificium templi in monte siti, ecclesiæ multa post secula futuræ sacramenta narrantur:primo & septimo die mensis primi,offeruntur uictimæ pro peccatis omnium:in quo per errorem,aut ignorantiam peccauerũt. Septem quoq; diebus paschæ,hircus semper pro peccato mactatur. Septimi mensis quintadecima die, idem pro peccatis sacrificiorum ordo celebratur.Et post alia plurima,quæ non est istius temporis replicare, scriptum est: Erat autem ibi locus ad occidentem,dixitq; ad me:Iste est locus,ubi coquere debent sacerdotes hostiam pro peccato & pro ignorantia. Hieremias loquitur ad deum: Scio domine,quod non est hominis uia eius: nec uiri est ut ambulet & dirigat gressus suos. Ideoq; prauum est cor hominis & inscrutabile, & quis cognoscet illud? In prouerbijs legimus: Est uia quæ uide-
B tur recta esse apud homines, & nouissima eius ueniunt in profundum inferni. Ecce & hic manifeste ignorantia condemnatur, cum aliud putat homo, & sub specie ueritatis ad inferna delabitur. Multæ, inquit, cogitationes in corde hominis: sed non tamen illius uoluntas, quæ incerta & fluctuans atq; mutabilis est,sed dei consilium obtinet. Quis,inquit,gloriabitur castum se habere cor? Et quis confidet mundum se esse à peccato? Dulcis est enim homini panis mendacij, & postea implebitur os eius calculo. A domino gressus hominis diriguntur:mortalis autem quomodo scire poterit uias suas? Omnis uir uidetur sibi iustus, sed corrigit corda omnium deus. Filius malus iustum se facit; & non leuat exitum suum. Filius malus excelsos habet oculos, & palpebris suis eleuatur.Est enim iustus, qui perit in iusticia sua. Vnde dicitur ad eum: Ne sis iustus multum, nec quasi per ignorantiam quæras superflua,ne forte obstupescas. Quæcunque enim laborauerit homo ut requirat, non inueniet. Si dixerit sapiens se intelligere, reperire non poterit. Cor enim filiorum hominum repletum est malicia.

DIALOGORVM HIERONYMI ADVERSVS PELAGIANOS LIBER SECVNDVS. CRITOBVLVS.



Vlta quidem de scripturis sanctis memoriter copioseq; dixisti, & quasi quibusdam nubibus, clarum uisus es ueritatis lumen operire, sed quid ad rem? His enim cunctis testimonijs, uideris hominum accusare naturam:ac per hoc inuidiam referre in deum, si tales homines condidit: ut obliuione & ignorantiæ peccato, carere non possint. Ex quo perspicuum est,hominem posse,si uoluerit,non peccare.Id enim fecit,quod uitare nõ potuit.Vbi autem aufertur possibilitas, aufertur & uitium.Nemo enim in eo condemnatur, quod facere non potuit. ATT. Sæpe dixi te non intelligere conatus meos,nec considerare quid argumenteris, sed quid deus iusserit. Pro obliuione,errore & ignorantia, quasi pro peccato offeruntur sacrificia: siue hoc male iuxta te, siue bene iuxta me: deus præcepit:

meum est obseruare quod iussit, tuum dei iussa reprehendere. CRIT. Quoniam uim facis C
perspicuæ ueritati,& me trahis ad blasphemiam:cõcedam tibi hoc in ueteri lege præceptum,
de qua scriptum est: Vetera transierunt,ecce facta omnia noua. Nunquid & de Euangelio
poteris hoc approbare,ut puniatur quispiam pro eo quod nesciat:& ante pœnas luat,quàm
reus sit ignorantiæ? ATT. Dum ignoramus, Manichæus nobis consurgit repente, qui le-
gem dicit abolitam,& solos noui testamenti legendos libros. CRIT. Quid enim à me audi-
uisti, ut hoc autumes? Et lex enim patribus data, pro tempore iusta & sancta: & ueniente
Euangelij perfectione, uiliora cessarunt. ATT. Ergo nequaquam obseruandum est, quod
lege præcipitur? CRIT. Quædam obseruanda,quædam prætermittenda sunt. ATT. Quo
niam te uideo esse doctissimum, dic mihi quæ de ueteri testamento obseruare debeam, &
quæ relinquere. CRIT OBVL. Mandata obseruare debemus,quæ ad uitam & mores per-
tinent corrigendos: de quibus dictum est: Mandatum domini lucidum,illuminans oculos.
Quæ autem ad ceremonias legis, & ritus sacrificiorum pertinent,relinquenda sunt. ATTI.
Ignosce mihi, cum legis & omnium scripturarum scientiam iactites, non animaduertis quid
uelim dicere. CRIT. Hoc intelligo quod loqueris,& non quod taces. ATT. Tacere uide-
or,qui tantis exemplis docere te uolui,peccare hominem per ignorantiam:& pro peccato ut
in lege hostias,ita & in euangelio offerendam pœnitudinem? CRIT OB. Da testimonium
noui instrumenti, ubi error & ignorantia & impossibilitas mandati teneatur in crimine.
ATTI. Non necesse est multa proferre. Vnum proferam, cui certe contradicere non pote-
ris. Vas electionis perspicue loquitur: Consentio enim legi dei iuxta interiorem hominem.
Video autem aliam legem in membris meis,repugnantem legi mentis meæ,& captiuantem
me in lege peccati,quæ est in membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore
mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. CRIT. Protulisti testi
monium,quod pro me facit. Liberati ergo de corpore huius mortis per gratiam domini no
stri Iesu Christi,nequaquam ultra peccare debemus. ATT. Liberati quidem sumus bapti- D
smo saluatoris. Sed id mihi edissere, quare dixerit: Video aliam legem in membris meis re-
pugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ in membris meis est.
Quæ est ista lex regnans in membris hominis, & repugnans legi mentis eius? Responde
simpliciter. Taces? Audi eundem Apostolum apertissime prædicantem: Quod enim ope-
ror,non cognosco. Non enim quod uolo,operor:sed quod odi,illud facio. Sin autem quod
nolo,hoc facio, consentio legi,quoniam bona est. Nunc autem nequaquam ego operor il-
lud,sed quod in me habitat,peccatum. Scio enim quod non habitat in me,hoc est, in carne
mea,bonum. Velle enim adiacet mihi,operari autem bonum non inuenio. Non enim quod
uolo,bonum,hoc ago: sed quod nolo,malũ, hoc facio. Si autem quod nolo,hoc ego facio,
nequaquam ego operor illud,sed quod habitat in me, peccatum. CRIT O. Miror te homi-
nem prudentem sic intelligere Apostolum, ut eum ex persona sua, & non ex aliorum hæc
dicere sentias: Qui enim conscientia in se loquentis Christi libere proclamat:an experimen-
tum quæritis eius,qui in me loquitur Christus,Et in alio loco:Cursum consummaui, fidem
seruaui,de cætero reposita est mihi corona iusticiæ:iste hoc de se dicere poterat,operari bo-
num nõ inuenio:& non quod uolo,bonum,hoc facio: sed quod nolo,malũ,hoc ago? Quid
illud erat boni,quod uolebat facere,& non poterat? Et quid illud erat mali,quod nolebat,&
tamen uitare non poterat? Ergo non ex sua persona hoc dicit,sed ex persona generis huma
ni,quæ uitijs subiacet ob carnis fragilitatem. ATT. Parum mihi tollis,ut totum tribuas. Ego
enim unum hominem,licet apostolum,intelligo subiacere peccato: tu totum humanum ge-
nus asseris. Quod si uerum est in genere,tenemus & speciem. Nam & apostolus homo est:
& si homo est,uel de alijs,uel de se quasi homo loquitur:Miser ego homo,quis me liberabit
de corpore mortis huius? Et: Quoniã non habitat in me,hoc est,in carne mea,bonum. Cor
ruptibile enim corpus aggrauat animam,& deprimit terrena habitatio sensum multa curan
tem. CRIT. Sic loqueris,quasi ego hoc ex persona generis humani accipiam, & non ex per
sona

A ſona peccatorum. ATTI. Et quis tibi hoc concedet,ut ex perſona peccatoris hoc loquatur Apoſtolus? Si enim ex perſona peccatoris hoc accipis,debebat dicere: Miſer ego peccator, & non, miſer ego homo. Homo quippe naturæ eſt, peccator uoluntatis. Niſi forte & illud, quod ſcriptum eſt: Vanitas uanitatum & omnia uanitas: ad peccatores refertur, & non ad omnes homines. Et iterum: Veruntamen & in imagine perambulabat homo. ac deinde: Homo uanitati aſſimilatus eſt, dies eius uelut umbra pertranſeũt. Si hoc Pauli teſtimonio non moueris,audi aliud eiuſdem,cui contradicere non potes: Nihil mihi conſcius ſum: & cætera. Mire,nec meipſum iudico, nihil mihi cõſcius ſum,nec tamẽ in hoc iuſtificatus ſum. Qui hoc dicebat,nullius utiq; peccati ſibi cõſcius erat. Sed quia legerat: Delicta quis intelligit? Et: Sũt uiæ quæ uidentur uiro iuſtæ,nouiſſima autem earum reſpiciunt in profundum inferni. Et iterum: Omnis uir uidetur ſibi iuſtus,deus autem corda hominum dirigit: idcirco temperabat ſententiam,ne forte per ignorantiam deliquiſſet, maxime cum ſcriptura teſtetur: Eſt iuſtus, qui perit in iuſticia ſua. Et alibi: Iuſte quod iuſtum eſt ſectaberis,ne opinione ueritatis à iuſtitia declinemus,recordantes Saulis & Achan. CRIT. Ne contendere uidear,& in diuerſum abſq; menſura funem trahere, ſaltem hoc mihi concede: iuſtos in ſcripturis plurimos appellari. ATT. Non ſolum plurimos,ſed innumerabiles. CRIT. Si innumerabiles iuſti ſunt,& hoc negari nõ poſſit,quid male locutus ſum,poſſe eſſe hominem ſine peccato, ſi uelit? Hoc eſt alijs uerbis dicere,poſſe iuſtum ſine peccato eſſe,in eo quod iuſtus eſt. ATT. Iuſtos eſſe concedo,ſine omni autem peccato omnino,non aſſentior. Etenim abſq; uitio, quod Græce
1 dicitur ἡμαρτία, hominem poſſe eſſe aio: ἀναμάρτητον, id eſt ſine peccato, eſſe nego: id enim ſoli deo competit,omnisq; creatura peccato ſubiacet,& indiget miſericordia dei,dicente ſcriptura: Miſericordia domini plena eſt terra. Et ne quaſi maculas quaſdam in ſanctis uiris uidear perſcrutari: in quibus errore ſunt lapſi, pauca proferam, quæ non ad ſingulos, ſed ad omnes in commune pertineant. In trigeſimoprimo pſalmo ſcriptum eſt: Dixi,pronunciabo
B aduerſum me iniuſticiam meam domino,& tu dimiſiſti impietatem cordis mei. Statimq; ſequitur: Pro hac,hoc eſt,impietate, ſiue iniquitate (utrunq; enim intelligi poteſt) orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno. Si ſanctus eſt,quomodo orat pro iniquitate? Si iniquitatem habet,qua ratione ſanctus appellatur? Iuxta illum uidelicet modum,qui & in alio loco ſcribitur: Septies cadit iuſtus, & reſurget. Et iuſtus accuſator ſui eſt in principio ſermonis. Et aliâs: Alienati ſunt peccatores à uulua,errauerunt ab utero,loquuti ſunt falſa. Vel ſtatim ut nati ſunt ſubiacuere peccato in ſimilitudinem præuaricationis Adæ,qui eſt forma futuri: uel certe ſtatim,ut de utero uirginali natus eſt Chriſtus,de quo ſcriptum eſt: Omnis qui aperit uuluam, ſanctus domino uocabitur: omnes hæretici errauerunt, nõ intelligentes myſteriũ natiuitatis eius: magisq; ad ſpecialem natiuitatem ſaluatoris, q; ad omniũ hominum referri poteſt hoc quod dicitur: Qui aperit uuluam,ſanctus uocabitur domino. Solus enim Chriſtus clauſas portas uuluæ uirginalis aperuit, quæ tamen clauſæ iugiter permanſerunt. Hæc eſt porta Orientalis clauſa, per quã ſolus pontifex ingreditur, & egreditur,& nihilominus ſemper clauſa eſt. Illud quoq; quod in uolumine Iob ſcriptum eſt: Nunquid mundus erit homo coram deo, aut in operibus ſuis irreprehenſibilis uir? Si aduerſus famulos ſuos non credit,& contra angelos prauum quid reperit: quanto magis in his,qui habitant domos luteas, è quibus & nos de eodẽ luto ſumus? Quod ſi aſſeruerís hoc dici ex perſona Eliphas Themanitæ,intellige non ab eo dici,ſed ab illo,qui ſub perſona angeli in uiſione & reuelatione loquitur ei ſententias dei. Sed eſto ut loquatur Eliphas, quod perſpicue angelus loquitur,nunquid nõ hoc ex perſona Iob proprie dicitur: Tentatio eſt uita hominis ſuper terram? Et: Si ego peccaui,quid poſſum facere? Et: Quare oblitus es,nec feciſti iniquitatis meæ oblitionem,& emendationem peccati mei? Quomodo enim poteſt eſſe iuſtus homo ſuper terram apud deum? Et iterum: Si fuero iuſtus,non audiet me,ſed iudicio eius indigebo. Et rurſum: Quia ſum impius,cur fruſtra laboro? Si lotus fuero nitro,& mundis manibus, ſatis me ſorde tinxiſti. Si peccauero,cuſtodies me. Ab iniquitate autem me nõ facies innocentem. Et:

Si impie egero, uæ mihi. Et: Si fuero iustus, non potero respirare. Plenus enim ego sum C
ignominiæ. Et iterum: Quis enim erit mundus à sorde? Ne unus quidem, etiam si unius diei
fuerit uita eius super terram, & numerabiles menses illius. Quod si dixeris pronomen quis,
non pro impossibili, sed interdum pro difficili accipi, respondebo tibi: Et ubi est illud, quod
temere protulisti? Facilia dei esse mandata, & ea facile posse compleri, dicente scriptura: Vir
in dolore laborat sibi, & uim facit perditioni suæ: ut oppressa & subiugata & moriente car-
ne, uiuat in eo spiritus: ridiculamq; illam expositionem Demosthenis uestri non dixisse
Iob: Quis erit mundus à peccato, sed quis erit mundus à sorde, prætereo: qua probare cona-
tur, sordes pannorum significari in infantia, non uitia peccatorum. Aut certe si non sic intelli-
git, dicite uos quid sentiat. Tam enim inuolutus dictor est, & nimio uerborum squalore co-
opertus, ut suspicionem magis quàm intelligentiam lectori præbeat. Ad extremum infert:
Ego autem ad hoc quid respõdebo? Manũ meam ponam super os meum, semel loquutus
sum, in secundo non addam. Ecce Iob noster immaculatus, & sine querela, & abstinens se ab
omni malo: quali fine iusticiæ coronatur, ut misericordia dei indigeat? Hoc est illud, quod
in Prouerbijs legimus: Quis gloriabitur castum se habere cor? Aut quis confidit se mun-
dum esse à peccato? Fac quod & hic, quis, non pro impossibili, sed pro difficili dixerit. Tol-
le ergo sententiam, & rade de libro tuo facilia dei esse mandata. Quod si illud Ioannis apo-
stoli opposueris, mandata eius non sunt grauia: & de euangelio: Iugum meum suaue est, &
onus meum leue: facile reuinceris. Ieuia enim certum est dixisse Euangelij mandata ad com-
parationem superstitionis Iudaicæ, in qua uaria ceremoniarum genera quærebantur, quæ
iuxta literam & apostoli Petri sententiam nullus potuit explere. Vnde & in Actibus apo-
stolorum scribitur: Nunc ergo quid tentatis imponere iugum super ceruicem discipulorum,
quod neq; patres nostri, neque nos portare potuimus: sed per gratiam domini Iesu saluari
credimus, quemadmodum & illi. Iacobus apostolus scribit: Si iudicas legem, non es factor
legis, sed iudex. Ille iudicat legem, qui dicit, aliquid non iuste præceptum, & ignorantiam D
non habere peccatum: & frustra offerri uictimas pro errore, quod peccati non habet con-
scientiam. Neq; enim in lege ratio quæritur, sed autoritas. Idem in eadem dicit epistola: Ira
uiri iusticiam dei non operatur. & quis nostrum carere potest ira, de qua scriptum est: Ira
perdit etiam sapientes? Significanterq; non iram dei, sed iram uiri posuit. Ira enim dei iusta
est: ira autem uiri de perturbata mente procedit. Vnde & in psalmo dicitur: Irascimini & noli
te peccare: qui uersiculus quem sensum habeat, Apostolus docet: Sol non occidat super ira-
cundiam uestram: ut peccatum omnino sit uel leuiter irasci, iusticia autem iram celeri pœni-
tudine mitigare. Vnde pro ocioso uerbo reddituri sumus rationẽ in die iudicij. Et in eodem
Euangelio legimus: Qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio. Licet in plerisq; codici-
bus antiquis, sine causa, additũ nõ sit, ut scilicet ne cum causa quidem debeamus irasci. Quis
hominum poterit dicere, quod ira quæ absq; iusticia est in sempiternum uitio careat? Et ite-
rum: Ne glorieris in crastinum, nescis enim quid adueniens pariat dies. Vnde scriptum est:
Ne beatum dixeris quempiam ante mortem. Quamdiu enim uiuimus, in certamine sumus:
& quamdiu in certamine, nulla est certa uictoria, quæ etiam apostolo fortissime prælianti in
futuro seculo reseruatur. Dominus atq; saluator sub persona assumpti hominis loquitur: In
sipientissimus enim omnium hominum sum, & non est hominis prudentia in me. Et in sexa
gesimooctauo psalmo: Deus tu scis insipientiam meam: sed fatuum dei, sapientius est homi
nibus. In Ecclesiaste quoq; scriptum est: In multitudine sapientiæ multitudo scientiæ: & qui
addit scientiam, addit dolorẽ, intelligens quod perfectione careat: & ex eo quod nouit, quan
ta non nouerit. Et odio, inquit, habui uitam, quoniã malum est opus quod operor super ter-
ram. Omnia enim uanitas, & præsumptio spiritus. Nemo scit quid futurũ sit: quia sicuti est,
quis annũciabit ei? Sunt iusti, ad quos peruenit quasi opus impiorum. Et sunt impij ad quos
peruenit quasi opus iustorum. Hoc idcirco dicitur, quia certum iudiciũ solius dei est: & quos
putamus iustos, sæpe peccatores inueniuntur: & quos econtrario peccatores, apud dei
scientiam

A scientiam iusti sunt. Quantũcunq; laborauerit homo, ut inquirat, nõ reperiet. Et si dixerit sapiens nosse se, inuenire non poterit. Omnium enim unus occursus est, cordaq; filiorum hominum repleta sunt malicia, & incerto statu, quæ Græce πολιφίρεια dicitur. Muscæ morituræ, siue (ut in Hebraico habetur) mortuæ, demoliuntur atq; corrumpuntur suauitatem olei. Quis mortaliũ aliquo errore non capitur? Quem hæreticorum & falsorum dogmatum uenena non maculant? Tempus, inquit, est ut incipiat iudiciũ à domo dei. Si autem primũ à nobis, quis finis eorum qui nõ credunt Euãgelio? Et si iustus uix saluabitur, impius & peccator ubi parebũt? Certe iustus est, qui in die iudicij uix saluatur. Saluaretur aũt facile, si nihil in se haberet maculæ. Ergo iustus est in eo quod floret multis uirtutibus: & uix saluat in eo, quod in quibusdam dei indiget misericordia. Quatuor sunt perturbationes, quibus genus uexatur humanũ: duæ præsentis, & duæ futuri: duæ bonorũ & duæ malorum. Aegritudo, quæ græce dicitur λύπη, & gaudium, quod illi χαρὰν, uel ἡδονὴν uocant: quanquam ἡδονὴ uoluptas à plerisq; dicatur: alterum mali, alterum boni: excedimusq; mensuram, si gaudeamus super his quæ non debemus, diuitijs, potentia, honoribus, inimicorũ infelicitate, uel mortibus: aut econtrario præsentiũ malorum dolore cruciamur, aduersis, exilijs, paupertate, languore, & mortibus propinquorũ, quod apostolus fieri prohibet: & rursum si cupiamus ea quę arbitramur bona, hæreditates, honores, prosperitates omniũ rerum, & corporũ sanitatem, & cætera quorum præsentia gaudio fruimur: & metuamus illa quæ putamus aduersa: quibus ad perfectũ carere iuxta Stoicos, Zenonem uidelicet & Chrysippũ, possibile est: iuxta peripateticos autem & difficile & impossibile est, cui sententiæ omnis scripturæ sanctæ cõsentit auctoritas. Vnde & Iosephus Machabæorũ scriptor historiæ, frangi & regi posse dixit perturbatiões animi, nõ eradicari: & quinq; Tusculanarũ quæstionũ Ciceronis libri his disputationibus referti sunt. Pugnat em̃ (iuxta Apostolũ) aduersum nos fragilitas corporis, & spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Manifesta sunt, dicente eodem, opera carnis & opera spiritus, &
B hæc sibi inuicem aduersantur, ut nõ quæ uolumus, illa faciamus. Si non quod uolumus, facimus: sed quod nolumus, illud operamur: quomodo dicitis, posse hominẽ sine peccato esse, si uelit? Ecce Apostolus, omnesq; credẽtes, quod uolunt, implere nõ possunt. Charitas operit multitudinem peccatorũ, non tam præteritorum q̃ pręsentiũ, ne ultra, dei in nobis manente charitate, peccemus. Quamobrẽ de muliere peccatrice dicitur: Dimittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit plurimum. Ex quo intelligimus nõ nostræ solum esse potestatis facere quod uelimus, sed & dei clementiæ, si nostram adiuuet uoluntatem. Deus lux appellatur, & tenebræ in eo nõ sunt ullæ. Quando dicit nullas tenebras in dei lumine reperiri, ostendit omnia aliorũ lumina aliqua sorde maculari. Deniq; & apostoli appellantur lux mundi. Sed non est scriptum, quod in apostolorũ luce nullæ sint tenebræ. Et de Ioanne scribitur: Hic uenit in testimonium, ut testimoniũ perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimoniũ perhiberet de lumine. Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientẽ in hunc mũdum. Vnde & de eo scriptũ est: Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem. Et certe legimus immortales angelos, immortales thronos & dominationes, cæterasq; uirtutes. Sed solus deus est immortalis, quia nõ est per gratiam, ut cætera, sed per naturam. Quam ob causam idem Apostolus scribit deum solum esse sapiẽtem, cum & Solomon, & multi alij sancti sapientes uocentur, & dicatur iuxta Hebraicum ad principem Tyri: Sapientior Daniele es tu? Quomodo ergo solus lux, solus immortalis, & solus sapiens appellatur, cum multi immortales & luces & sapientes sint: sic perfectio hominis non ex natura, sed ex gratia ueniens, imperfectos eos qui perfecti uidentur esse demõstrat. Quod autem scriptum est: Et sanguis Iesu filij eius mũdat nos ab omni peccato, tam in confessione baptismatis, quàm in clementia pœnitudinis accipiendũ est. Sed aliud est mundari à deo, aliud per se esse sine uitio. Si enim iuxta Iob, luna non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, quanto magis homo putredo, & filius hominis uermis? Omne enim os obstruitur, & obnoxius est omnis mundus deo, quia ex operibus legis nõ iustifica-

bitur omnis caro coram eo,nullaq; distantia est personarum . Omnes enim peccauerunt,& c
indigent gloria dei,iustificati gratis per gratiam ipsius.Sin autem scribit : Existimamus fide
iustificari hominẽ sine operibus legis:siquidem unus est deus,qui iustificat circũcisionem ex
lege,& præputiũ ex fide:manifeste ostendit,nõ in hominis merito,sed in dei gratia esse iusti
ciam,qui sine legis operibus credentiũ suscipit fidem. Vnde sequitur:Peccatum uestri nõ do
minabitur.Cur ? quia nõ estis sub lege,sed sub gratia.Non enim uolentis,neq; currentis,sed
miserentis est dei. Vnde & gentes quæ nõ sectabantur iusticiam,cõprehenderunt iusticiam:
iusticiam autem ex fide.Israel autem sequens legem iusticiæ,in legem iusticiæ non peruenit,
quoniam nõ ex fide, sed ex operibus.Offenderunt enim in lapidem offensionis. Finis enim
legis Christus ad iusticiã omni credenti.Cunctæ prope epistolæ apostoli hoc habent prin/
cipiũ:Gratia uobis & pax à deo patre & Christo Iesu domino nostro: & simili fine claudun
tur.Ad Corinthios quoq; scribitur: Vt nõ indigeatis ulla donatione,expectantes reuelatio
nem domini nostri Iesu Christi,qui & confirmabit uos usq; in finem sine crimine in die do/
mini nostri Iesu Christi.Licet ergo nulla indigeamus donatione,tamen expectamus reuela
tionem domini nostri Iesu Christi:qui tunc nos in omnibus confirmabit,& ostendet sine cri
mine, cum dies domini nostri Iesu Christi & mundi finis aduenerit, ut non glorietur omnis
caro in cõspectu eius.Paulus plantauit,Apollo rigauit,sed dominus incrementũ dedit : ergo
neq; qui plantat, neque qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat,deus. Ipsius enim a/
gricultura, ipsius ædificatio sumus . Iuxta gratiam dei, quasi sapiens architectus ponit fun/
damentum. Nolite, inquit, uosmetipsos decipere. Si quis sapiens est in uobis in seculo isto,
fatuus fiat ut sit sapiens . Sapientia enim mundi,stultitia est apud deum . Dominus cogno/
scit cogitationes hominum, quia uanæ sunt.Et iterum : In nullo enim mihi conscius sum,sed
nec in hoc iustificatus sum,quia qui me iudicat,dominus est.Dicitur & uobis,qui sine pecca/
to uos esse dicitis , quid habetis quod non accepistis ? Si autem accepistis , quid gloriamini
quasi non acceperitis ? Iam saturati estis, iam diuites facti estis . Et ut sciamus non ex nobis, D
sed ex dei cuncta pendere iudicio : Veniam,inquit,citius ad uos,si dominus uoluerit.Qui e/
nim dicit,ueniam ad uos,ostendit se uelle,monstrat cupere,promittit aduentum.Sed ut cau
tius hæc loquatur, infert,si dominus uoluerit. Si quis enim putat se quid nosse, necdum no/
uit sicut nosse oportet.Vas electionis humilitate deiectus,imò conscientia fragilitatis suæ lo
quitur : Ego sum minimus apostolorum, qui non sum dignus uocari apostolus,quoniã per
sequutus sum ecclesiam dei : gratia autem dei sum id quod sum, & gratia ipsius in me uacua
non fuit, sed omnibus illis amplius laboraui:non ego autem, sed gratia dei,quæ mecum est.
Dicit se plus omnibus apostolis laborasse, statimq; laborem suum ad dei refert auxilium:
Non ego, inquiens, sed gratia dei, quæ mecum est : sicut & in alio loco loquitur : Fiduciam
autem talem habemus per Iesum Christum ad deum : non quia ex nobisipsis sufficientes si
mus reputare aliquid, quasi ex nostro, sed sufficientia nostra ex deo est, qui & nos dignos
fecit ministros noui testamenti . Non enim iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fi/
dem Iesu Christi . Vnde infert: Et nos in Iesum Christum credimus, ut iustificemur ex fi/
de Christi, & non ex operibus legis, quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.
Si enim ex lege iusticia, ergo Christus sine causa mortuus est . In lege maledictio est , scri/
ptum est enim : Maledictus omnis qui non permanet in omnibus quæ scripta sunt in libro
legis, ut faciat ea.Christus nos redemit de maledictione legis,factus pro nobis maledictio.
Si enim data esset lex , quæ posset uiuificare , uere ex lege esset iusticia . Sed concluſit scri/
ptura omnia sub peccato,ut repromissio per fidem Iesu Christi daretur credentibus. Lex er
go pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur . Vide addit, & uno uersicu/
lo omnia comprehendit, dicens : Euacuati estis à Christo, qui enim in lege iustificamini, à
gratia excidistis.Hæc cuncta percurro,ut ostendam à nullo legem esse completam,& per le
gem mãdata omnia quæ cõtinentur in lege. Deus est enim qui operatur in nobis & uelle &
perficere.Laborat Apostolus, & iuxta iusticiã quæ in lege est,sine querimonia conuersatus,

omnia

A omnia pro Christo ducit quisquilias,ut inueniatur in Christo, nõ habens suam iusticiã quæ ex lege,sed quæ ex fide Christi est à deo. Vnde scribit ad Thessalonicẽses:Fidelis autem est dominus,qui seruabit uos & custodiet à malo. Ergo non liberi arbitrij potestate,sed dei clementia conseruamur. Ac ne putes argumentationibus uanis quæ mouent audientibus quæstiones, ueritatem posse fidei subuerti: idem Apostolus scribit ad Timotheum: O Timothee,depositum custodi, deuitans prophanas uocum nouitates & cõtradictiones falsi nominis scientiæ,quam quidam promittentes,circa fidem errauerunt. Bonitas enim & misericordia saluatoris nostri, nõ ex operibus iusticiæ quæ fecimus, sed secundũ suam misericordiam saluos nos fecit,ut iustificati illius gratia,hæredes simus secundũ spem uitæ æternæ. Hæc breuiter quasi ex latissimo atque pulcherrimo apostolicæ doctrinæ prato carpsimus, ut duræ frontis impudentia cõteratur. Transeamus ad Euangelia, & apostolicos igniculos clarissima Christi lampade compleamus: Omnis,ait,qui irascitur fratri suo sine causa,reus erit iudicio. Qui autem dixerit raka,quod interpretatur uanus & absq; cerebro,reus erit concilio: haud dubium quin sanctorũ & angelici senatus. Qui autem dixerit fatue,reus erit gehennæ ignis. Quis nostrum potest huic uitio non subiacere, cum etiam pro ocioso uerbo reddituri simus rationem in die iudicij? Si ira & sermonis iniuria atq; interdum iocus,iudicio cõcilioq;,& gehennæ ignibus delegatur:quid merebitur turpium rerum appetitio & auaritia,quę radix est omnium malorum? Si,inquit,offers donum tuum ad altare,& ibi fueris recordatus,quia frater tuus habet aliquid aduersus te, dimitte ibi donum tuum ante altare, & uade primum reconciliare fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum. Meæ est potestatis,ut nõ habeam aliquid cõtra fratrem meum. Vt autem ille aduersus me habeat,aut non habeat,in illius uoluntate consistit. Quid ergo faciam,si ille reconciliari noluerit? Obsecrem? flectam genua? Sed audire contemnet. An obtorto collo nolentem in ius amicitiæ traham? Et quæ est maior inimicitia,quàm amicitias necessitate sociare? Neq; enim dixit:roga cum ut tibi concilie-
B tur,sed recõciliare primum fratri tuo,& sic offeres munus tuum ad altare. Non quod impossibilia deus præceperit, sed in tantum patientiæ culmen ascendit, ut prope impossibilia pro difficultate nimia pręcepisse uideatur,ad destruendam sententiã tuam,qua scribis facilia esse dei mandata. Scandalizantem manum,oculum & pedem iubemur abscindere. Esto per tropologiam dictũ sit pro amicissimis,& pro cõsanguineis, & fraterno nobis & coniugali amore sociatis:facilé ne arbitramur ob quasdam offensas tantam subito abscindere charitatem? Quodq; dicitur: Sit sermo uester,est est,non non:quod autem amplius est,à malo est:forsi tan de uestra schola reperiatur qui nunquam mentitus sit, nec audierit illud propheticum & apostolicum: Ego dixi in excessu mentis meæ, omnis homo mendax:& nesciat scriptum in alio loco:Os quod mentitur,occidit animam. Verberanti maxillam,alteram iubemur opponere. Tollenti tunicam etiam pallium concedendum est. Angariãti se mille passibus,duobus millibus colla præbenda sunt. Petenti te da, & uolentem à te accipere mutuum, ne auerseris. Si duos nummulos habuero, & alius poposcerit, aut dabo ipsi,& mihi mendicandum erit: aut si non dedero, transgressor legis inueniar. Illud autem quod dicitur: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, & orate pro persequentibus & calumniantibus uos: forsitan in uestro cœtu inuenitur, apud nos rara auis est. Qui peccata simpliciter confitentur, merentur humilitate clementiã saluatoris. Quodq; sequitur: Cauete, ne iusticiam, hoc est, eleemosynam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis: nescio quis possit implere. Ad largiendum frustum panis & binos nummulos præco conducitur:& extendentes manum,huc illucq; circumspicimus: quæ si nullus uiderit, contractior fit. Esto unus de mille inueniatur, qui ista non faciat. Responde quæso,ubi sunt facilia mandata? Nolite,inquit, soliciti esse de crastino. Crastinus enim dies solicitus erit pro se. Sufficit diei malicia sua. Vos de crastino nõ cogitatis,& instar auium præsentibus contenti estis,quorum epi-
2 stolæ biblinæ uolitãt trans flumina Aethiopiæ,ut inter simias & pauos,noua de Ophir Solomoni dona mittantur. Vis audire facilitatem præceptorum dei? ausculta quod dicitur:

Quàm

Quàm arcta uia & anguſta eſt,quæ ducit ad uitam,& pauci ſunt qui inueniũt eam:Non di/ c
xit,qui gradiũtur per eam, hoc enim difficillimum eſt,ſed qui inueniunt eam. Pauci enim in
ueniunt,& multo pauciores ingrediuntur per eam. Filius,inquit, hominis non habet ubi ca/
put ſuum reclinet,qui dicit in Eſaia:Suſcipite laſſum,& hæc eſt requies mea.Si nõ habet ubi
caput ſuum reclinet,& quo requieſcat,dicens in alio loco:Super quem requieſcam niſi ſuper
humilem & quietum,& tremẽtem uerba mea,ubi eſt mandatorũ facilitas? Multi hoc quod
ſcriptum eſt: Non ueni uocare iuſtos,ſed peccatores ad pœnitentiam, ſimpliciter accipiunt,
iuxta illum ſenſum:Non indigent ſani medico, ſed hi qui male habẽt.Alĳ uero interpretan/
tur coactius.Non ueni uocare iuſtos:nullus enim ad perfectum iuſtus eſt, ſed ex aliqua par
te peccator:ſed peccatores quibus mundus refertus eſt,dicente Dauid:Saluum me fac domi
ne,quoniam defecit ſanctus,& corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in adinuentionibus
ſuis. Omnes declinauerunt,ſimul inutiles facti ſunt,non eſt qui faciat bonum,nõ eſt uſq; ad
unum.Nolite,inquit,poſſidere aurum,neq; argentũ, neq; pecuniam in zonis ueſtris:non pe
ram in uia,non panem,neq; duas tunicas,neq; calciamenta neq; uirgam. Hæc,inquies,præ/
cepta apoſtolica ſunt.Et certe Petrus apoſtolus caligas habuiſſe narratur, dicẽte ad eum an/
gelo:Præcingere & calciare caligis tuis.Duas autem tunicas,ut de cæteris taceam,puto quod
& ego & tu poſſideamus: ſi tamen amplius non habemus. Hæc dico, & iterum iterumq; ac
per ſingula ingeram,ut erubeſcas ad ſententiam tuam, facilia eſſe dei mandata.Fratrem tra/
det frater in mortem,& pater filium,conſurgentq; filĳ contra parentes,& interficient eos:&
eritis,inquit, odio cunctis hominibus propter nomen meum. Et quia facilia iuſſerat, & ſcie/
bat facile ea poſſe compleri,propterea ut rei facilitatẽ oſtenderet,copulauit dicens:Qui per/
ſeuerauerit uſq; in finem,hic ſaluus erit. Nõ ueni,inquit,pacem mittere ſuper terram,ſed gla
dium. Veni diuidere hominẽ contra patrem ſuũ,& filiam contra matrem,& nurum cõtra ſo
crum.Et ne omnia percurrẽdo longiorem ſententiã faceret,uno cuncta ſermone comprehen D
dit,dicens:Inimici hominis,domeſtici eius. Cumq; poſuiſſet:Qui amat patrem,aut matrem
ſupra me,non eſt me dignus:& qui amat filiũ,aut filiam ſupra me,non eſt me dignus:ob fa
cilitatem præceptorum intulit: Et qui non tollit crucem ſuam & ſequitur me, non eſt me di/
gnus.Crux Chriſti facilis:nudũ poſt Chriſtũ ire,ludus eſt,iocus eſt.Et ubi præmia quæ dif/
ficultate ſuperata quæruntur? Non colliguntur zizania in præſenti ſeculo,ne & frumentum
pariter eradicetur.Palea dominica,futuro iudicio reſeruatur:quando iuſti fulgebũt quaſi ſol,
& egredientur angeli,& ſeparabunt malos de medio iuſtorum. Petrus mergitur, & meretur
audire: Modicæ fidei,quare dubitaſti? Si in illo modica fides,in quo magna ſit,neſcio. De
corde,inquit,egrediũtur cogitationes peſſimæ,homicidia,adulteria, fornicationes,furta,fal/
ſa teſtimonia,blaſphemiæ.Hæc ſunt quæ coinquinant homines.Procedat qui in corde ſuo
hæc non eſſe teſtetur,& plenam in corpore iſto mortali iuſticiam cõfitebor.Qui uult,inquit,
ſaluare animam ſuam, perdet eam:& qui perdiderit animã ſuam propter me, ſaluam faciet
eam.Iterum dico: hæc ſunt facilia mandata: Væ mundo à ſcandalis,neceſſe eſt enim ut ueni
ant ſcandala.Et propterea in alio loco ſcriptum eſt: In multis offendimus ſiue erramus om/
nes.Non pauca peccata,ſed multa:nec quorundam,ſed omnium poſuit: Omnes enim quæ
ſua ſunt quærunt,& non ea quæ dei ſunt. Vnus bonus deus dicitur:& magiſtri quaſi homi/
nis bonitas refutatur.In lege doctiſſimus omnia feciſſe ſe dicit: quamobrem & amatur à do
mino, & tamen plenam iuſticiam non habet,quia noluit ſubſtantiam ſuam pauperibus ero
gare. Vnde difficultas difficultati,imò impoſſibile impoſſibili tunc comparatur:quia nec ca
melus ingredi poteſt per foramen acus, nec diuites peruenire in regna cœlorum. Quis no/
ſtrum non lauat exteriora calicis & paropſidis, & interiora habet inequaquam ſordibus in/
quinata? Quis ſepulchrorum extrinſecus dealbatotum poteſt ſimilitudinem declinare, ne
& nobis dicat Ieſus: De foris quidem uidemini hominibus iuſti: intus autem pleni eſtis hy
pocriſi & iniquitate? Quamuis & alĳs uitĳs carere poſſimus, hypocriſeos maculam ha/
bere non poſſe, aut paucorum eſt, aut nullorum. Pater,inquit,ſi poſſibile eſt, tranſeat calix

iſte à

A iſte à me. Veruntamen non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu. Filius dei qui dixit, & facta ſunt, man/dauit & creata ſunt omnia: ſecundū hoc quod filius hominis dicitur, ſententiā temperat: Pa/ter ſi poſſibile eſt: uerūtamen non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu: & Critobulus meus adducto ſupercilio loquitur: Poteſt homo ſine peccato eſſe ſi uelit. Apoſtoli audiunt: Sic nō potuiſtis una hora uigilare mecum? Non dixit, noluiſtis, ſed non potuiſtis. Apoſtoli una hora uigila/re non poſſunt, ſomno, mœrore & carnis fragilitate ſuperati, & tu potes longo tempore om nia peccata ſuperare? Marcus euangeliſta ſcribit de domino: Et nō poterat ibi ne unam qui/dem facere uirtutem, niſi paucis ęgrotantibus manus imponens ſanauit eos, & admirabatur propter incredulitatē eorum. Dominus dicitur non potuiſſe in Nazareth ne unam quidem facere uirtutem, & infidelitatis alienæ ſtupore retinetur, & uos poteſtis omne quod uultis? Deniq; in conſequentibus ſcribitur: Abīt in fines Tyri & Sidonis, & ingreſſus domum ne/minem uolebat ſcire, & latere nō potuit. Vere utiq; cupiebat latere, & quod cupiebat quare facere non poterat? ut in aduentu ſuo omnium conſcientiam declinaret? Quæris cauſas cur latere non potuerit? Cogita aſſumpti hominis ueritatem, & omni carebis ſcandalo. Si filius dei aliquid in carne & propter carnē non potuiſſe narratur: nos qui toti carnei ſumus, & quo tidie ſpiritus operibus repugnamus, contra Apoſtoli ſententiam quæ uolumus cuncta facie mus? Petrus apoſtolus tria uult facere in monte tabernacula, unum domino, alterum Moy/ſi, tertium Eliæ, neſciens quid loquitur timore perterritus: & nos Pythagoricæ philoſophiæ ructamus ſuperbiam? De die & hora cōſummationis ultimæ, & angelos cœlorum & filium ignorare reſpondit, & nos plenam ſcientiam pollicemur? Carnis infirmitas deo habitatore gaudebat, & tamen menſuram fragilitatis ſuæ excedere nō potuit, ut non ὑὸς ἀνθρώπου, iuxta ueteres hæreticos, ſed uere dei filius, hominis filius crederetur: apoſtolos parūper relinquēs, cecidit in terram pronus, & orabat dicens: Pater ſi poſſibile eſt. Cur quæſo ſententiam ambi/genter exprimebat, qui in alio loco dixerat: quæ apud homines impoſſibilia, apud deū poſ/ſibilia ſunt? Sed homo paſſurus, hominis loquitur uerbis. Ille dicit: Si poſſibile eſt, una hora
B prætereat. Tu dicis, poſſibile eſt omni tempore peccata uitare. In quibuſdam exemplaribus & maxime in Græcis codicibus, iuxta Marcum in fine eius euāgelij ſcribitur: Poſtea cum ac cubuiſſent undecim, apparuit eis Ieſus, & exprobrauit incredulitatem & duritiam cordis eo/rum, quia his qui uiderant eum reſurgentem, nō crediderunt. & illi ſatisfaciebāt dicentes: Se/culum iſtud, iniquitatis & incredulitatis ſubſtantia eſt, quæ nō ſinit per immundos ſpiritus, ueram dei apprehendi uirtutē, idcirco iam nunc reuela iuſticiā tuam. Cui ſi cōtradicitis, illud certe renuere nō audebitis: Mundus in maligno poſitus eſt: & quod dominū ſuum ſatanas tentare auſus ſit, & uictus atq; confuſus receſſerit uſq; ad tempus, utique paſſionis. Ille tenta/tur, & ſucceſſor Iouiniani audet loqui, eos qui plena fide baptiſma conſecuti ſunt non poſſe tentari: imò alijs uerbis, poſſe hominē baptizatum, ſi uoluerit, nequaquā ultra peccare. Za/charias iuſtus audit ab angelo: Quia nō credidiſti uerbis meis, eris tacēs & nō poteris loqui, uſq; in diem natiuitatis eius. Pater lunatici de apoſtolis loquitur: Rogaui diſcipulos tuos, ut eijcerent eum, id eſt dæmonem, & non potuerunt. Et ipſi diſcipuli interrogant ſaluatorem: Quare non potuimus eijcere illum? Et audiunt, propter incredulitatē ueſtram. Cur quæſo? quia omnia poſſe, domino ſeruabat. Intrauit cogitatio in apoſtolos, quis eorū maior eſſet, & emēdantur doctrina ſaluatoris, dum minimus maior agnoſcitur, & humilitas ſublimitate mutatur. Non recipitur ab urbe Samaritanorū, quia facies eius erat euntis Hieruſalem. Iaco bus & Ioannes uere filij tonitrui, & zeli ardore feruentes, Phinees & Eliæ ignem de cœlo de/ducere cupiunt, & corripiuntur à domino. Qui utiq; nō corriperentur, ſi abſq; errore talia uo luiſſent. Ibant cum illo populi, hoc eſt cum domino, qui conuerſus dixit: Si quis uenit ad me, & nō odit patrem ſuum, & matrem ſuam, & uxorem, & filios, & fratres, & ſorores, inſuper & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et, qui non portat crucem ſuam, & ſequitur me, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et in hoc loco temerarius proclamabo: Poteſt homo ſi uelit omnia peccata uitare. Facilia enim ſunt mandata eius. Qui merentur audire à domino

ſaluatore

ſalua.ore: Vos eſtis qui iuſtos uos eſſe dicitis coram hominibus,deus autem nouit corda ue c
ſtra,quia quod apud homines excelſum eſt,abominabile eſt coram deo.Impoſſibile eſt,in/
quit,ut ſcandala non ueniant. Puto quod peccatum ſcandalum ſit, quod per ſcandalū uenit.
Niſi fallor enim σκῶλον & σκάνδαλον apud Græcos ex offenſione & ruina nomen acce/ 3
pit.Propterea in multis offendimus omnes.Fac ut nō corruerim, certe offendi, & nō in uno,
ſed in pluribus.Arbitror quod in aliquo offendiſſe peccatum ſit. Dixerunt domino apoſto
li:Auge nobis fidem.Qui reſpondit eis:Si habueritis fidem,quaſi granum ſinapis,quod utí
que minimū eſt omnium ſeminū, & Critobulus meus fidei nobis montibus intumeſcit. Di/
cebat autem,inquit,& parabolam illis,quod ſemper oportet orare & nunquam deficere.Fru
ſtra ſemper oramus,ſi in noſtro arbitrio eſt facere quod uolumus.Dixerūt apoſtoli:Et quis
poteſt ſaluus eſſe? Audiūt à domino:Quæ impoſſibilia ſunt apud homines,poſſibilia apud
deum ſunt. Ergo aliqua quæ apud homines impoſſibilia ſunt, certe ea eſſe poſſibilia ex eo
oſtenditur,quod apud deum poſſibilia ſunt.Sit ergo & apud deum poſſibile,homini ſi uelit
donare impeccantiam nō ipſius merito,ſed ſua clementia: & apud homines nequaquā poſſi
bile liberi arbitrij poteſtate,quod nutu donantis accipitur.Non ſuffecerat apoſtolis dudum
ſuper dignitate quæſiſſe,quis eorum maior eſſet,ſed in ipſo neceſſitatis & paſſionis articulo
ſcribitur de eis:Facta eſt cōtentio inter illos,quis illorum maior eſſet.Optimum reuera tem/
pus inſtante cruce de dignitate cōtendere.Simon,inquit,Simon,ecce ſatanas expetiuit uos,
ut cribraret ſicut triticum. Ego autem rogaui pro te, ut non deficeret fides tua. Et certe iuxta
uos in apoſtoli erat poſitum poteſtate,ſi uoluiſſet ut non deficeret fides eius:qua utiq; defi/
ciente,peccatum ſubingreditur. In quibuſdam exemplaribus tam Græcis quàm Latinis inue
nitur,ſcribente Luca:Apparuit illi angelus de cœlo cōfortans eum:haud dubium quin domi
num ſaluatorē. Et factus in agonia prolixius orabat,factuſq; eſt ſudor eius ſicut guttæ ſan/
guinis decurrentis in terram.Saluator in paſſione ab angelo cōfortatur,& Critobulus meus
non indiget auxilio dei,habens liberi arbitrij poteſtatē: & tam uehementer orabat, ut gut/
tæ ſanguinis prorumperent ex parte,quem totū erat in paſſione fuſurus. Quid,inquit,dor/ D
mitis? ſurgite & orate,ne intretis in tētationem.Debuit iuxta uos dicere:Quid dormitis? ſur/
gite & reſiſtite, liberum enim habetis arbitrium, & ſemel uobis cōceſſa à domino poteſtate,
nullius alterius indigetis auxilio.Si enim hoc feceritis,non intrabitis in tentationē.Non poſ/
ſum,ait,ego facere à memetipſo aliquid,ſed ſicut audio ita iudico. Ariani obijciūt calumniā,
ſed reſpondet eccleſia ex perſona hominis hæc dici qui aſſumptus eſt. Tu econtra loqueris:
Poſſum ſine peccato eſſe, ſi uoluero. Ille nihil poteſt ex ſe facere, ut hominis indicet uerita/
tem. Tu potes omnia peccata uitare, ut adhuc in corpore cōſtitutus ἀντίθεον eſſe te doceas.
Negat fratribus & propinquis ire ſe ad ſcenopegiam.Et poſtea ſcriptum eſt: Vt autem aſcen
derunt fratres eius,tunc & ipſe aſcendit ad ſolennitatem,non manifeſte,ſed quaſi in abſcon/
dito. Iturum ſe negauit, & fecit quod prius negauerat. Latrat Porphyrius: inconſtantiæ ac
mutationis accuſat, neſciens omnia ſcandala ad carnem eſſe referenda. Moyſes, inquit, de/
dit uobis legem,& nemo ex uobis facit legem, utique poſſibilem:& tamen quod erat poſſi/
bile, nemo impleuerat: neque enim culpa imperantis eſt, ſed fragilitas audientis, ut omnis
mundus ſubditus fiat deo. In euangelio ſecundum Ioannem in multis & Græcis & Latinis
codicibus inuenitur de adultera muliere, quæ accuſata eſt apud dominum. Accuſabant au/
tem & uehementer urgebāt ſcribæ & phariſęi,iuxta legem eam lapidare cupientes.At Ieſus
inclinans,digito ſcribebat in terra,eorum uidelicet qui accuſabant, & omnium peccata mor/
talium,ſecundum quod ſcriptum eſt in propheta: Relinquentes autem te,in terra ſcribentur.
Tandem caput eleuās dixit eis: Qui ſine peccato eſt ueſtrū,primus mittat ſuper eam lapidē.
Hoc quod dicitur ſine peccato, Græce ſcriptū eſt ἀναμάρτητον. Qui ergo dicit, aliud eſſe
ſine peccato,& aliud ἀναμάρτητον, aut Græcum ſermonē nouo uerbo exprimat:aut ſi ex/
preſſum eſt à Latinis, ut interpretationis ueritas habet, perſpicuum eſt, ἀναμαρτητον nihil
aliud eſſe,niſi ſine peccato.Et quia accuſatores oēs fugiunt (dederat enim uerecūdiæ eorum

clemen/

A clementissimus iudex spaciũ recedendi)rursumq; in terra scribens,terramq; despiciens: paulatim discedere,& oculos illius declinare cœperũt:solusq; remansit cum muliere, cui locutus est Iesus: Vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit? Quæ ait:Nullus domine. Respondit ei Iesus:nec ego te cõdemnabo. Vade & ammodo noli peccare. Præcepit dominus, ne ulterius peccaret:sicuti & alia similiter in lege mandauit. Sed utrum ea fecerit, nec ne,scriptura non dicit. Omnes,inquit,qui uenerunt ante me,fures fuerũt & latrones.Si omnes,nullus excipitur. Qui uenerũt,inquit,non qui missi sunt,de quibus propheta ait: Ipsi ueniebant à se,& ego non mittebam eos. Quo uerbo solius Christi potentia reseruatur, qui ad sua uenerat,& sui eum non receperunt.Dum essem,inquit,in mundo cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo, quos dedisti mihi,custodiui, & nullus ex eis perijt, nisi unus filius perditionis. Non dixit:dedi eis liberi arbitrij potestatem,ut ipsi se suo labore saluarẽt, sed ego custodiui eos,ego seruaui.Deniq; infert:Non peto ut eos auferas de mũdo,sed ut custodias illos à malo.In Actibus apostolorum scriptum est:inter Paulum & Barnabam propter Ioannem, qui cognominatus est Marcus, ortam dissensionem, ita ut separarentur: & Barnabas Marcum, & Paulus Sylam assumeret in Euangelij ministerium.Paulus seuerior,ille clementior,uterq; in suo sensu abundat. Et tamen dissensio habet aliquid humanæ fragilitatis. In eodem uolumine legitur: Transierunt Phrygiam & Galatiam regionem,prohibiti à spiritu sancto loqui uerbum in Asia:quo maledicto, in ipsa prouincia puto usq; hodie hæreticos,qui contra spiritum sanctum faciunt, plurimos reperiri. Cumq; uenissent,ait, in Mysiam,tentabant ire in Bithyniam,sed non dimisit eos spiritus Iesu. Nota quod spiritus Iesu, spiritus sanctus sit, qui in alio loco propter unitatem substantiæ,patris spiritus appellatur. Voluerunt loqui in Asia,& prohibentur à spiritu sancto. Tentant ire in Bithyniam, & non eos permittit spiritus Iesu.Satis importune, si eis faciendi, uel nõ faciendi semel dederat liberi arbitrij potestatem. Sequitur: Tempora,inquit,ignorantiæ respiciens deus,nunc præcepit hominibus ubiq; pœ-
B nitentiam agere. Significanter præterita in lege tempora, tempora ignorantiæ demonstrauit.Rursum ait: Veniam ad uos deo uolente. Cur interposuit uoluntatem dei, si habebat sui arbitrij potestatem.Iacobus apostolus:Si quis,ait,seruauerit totam legem,offenderit autem in uno,reus est omnium factus. Quis nostrum in nullo aliquando peccauit? Si autem peccauit(quod negari non potest) & per unum peccatum,omnium est reus peccatorum,non suis uiribus, sed dei misericordia saluatur. Si quis in uerbo non peccauit, hic perfectus est uir.Si aliquando in sermone peccasti,ubi est apud te prẹsumpta perfectio,maxime cum sequatur: Linguam autem hominum nullus potest domare,incontinens malum, plena ueneni mortifera? Rogo te ut mihi respondeas:si lingua incontinens est malum,& plena ueneni mortifera, & nullus potest domare linguam mortalium, & tanti criminis reus es, ubi in perpetuũ peccatorum fuga? Vnde bella,& unde rixæ inter uos? Nónne ex uoluptatibus, quæ militant in membris uestris? Aut membra non habetis humana:aut si homo non potest esse sine membris,confitemini uoluptatem atq; luxuriã in uestris artubus militare.Dauid qui dixerat confidenter:Proba me domine,& tenta me, ure renes meos,& cor meum, quia ante oculos meos misericordia tua est,& complacui in ueritate tua, Et iterum: Ego autem in innocentia mea ingressus sum,& pes meus stetit in directo:quanquam iudicij ueritatem dei misericordia mitigaret, tamen quia hoc ausus est dicere, relinquitur parumper fragilitati suæ, & ut uos dicitis,arbitrij libertati: & per adulterium lapsus in homicidium, postea loquitur: Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam.Et secundum multitudinem miserationũ tuarum,dele iniquitatem meam.Nec hoc dico,quod uirum sanctum accusem, de quo scriptum est,quod fecerit omnes uoluntates dei: sed quod multis alijs bonis hæc uitia compensarit,& saluatus sit misericordia dei,cuius iudiciũ est in ponderibus,& ad quem Asaph loquitur: Cibabis nos pane lachrymarum,& potũ dabis nobis in lachrymis in mensura. Neq; enim iniustus est dominus,ut tantum peccata condemnet,& bonorum operum nõ meminerit. Vnde & in alio loco idem Dauid canit:Ego dixi in abundantia mea,non mouebor in ẹternum?

Domine in uoluntate tua præstitisti decori meo uirtutem. Auertisti faciem tuam à me, & fa/
ctus sum conturbatus. Dixi enim pronunciabo contra me iniusticiam meam domino, & tu
remisisti impietatem peccati mei. Iustoq; præcipitur: Reuela ad dominum uiam tuam & spe/
ra in eum, & ipse faciet, Et educet quasi lumen iusticiam tuam, & iudicium tuum tanquã me/
ridiem. Salus enim iustorum à domino, quia non est sanatio in carne eorum à facie iræ eius:
Et quotidie iuxta Apostolum qui dixerat: Non enim habitat in carne mea bonum, ingemis/
cunt dicẽtes: Renes mei impleti sunt illusionibus, & nõ est sanitas in carne mea. Breues enim
posuit dies nostros, & substantia nostra quasi nihilum in conspectu eius. Vniuersa uanitas
omnis homo uiuens, uel uiuens in corpore, uel uiuens in uirtutibus: & tamen omnia uanitas.
Incerto enim statu fluctuat, & dum non timet, in sereno patitur tempestatem. Cum enim
esset in honore non intellexit, cõparatus est iumentis insipientibus: & similis factus est illis.
Pro nihilo, inquit, saluos faciet eos: haud dubium quin iustos, qui non proprio merito,
sed dei saluantur clementia. Et delicta mea à te non sunt abscondita. Hoc ex persona Chri/
sti dicitur. Si ille qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, pro nobis doluit,
& peccata nostra portauit: quanto magis nos debemus nostra uitia confiteri? Renuit, inquit,
consolari anima mea, consi derans delicta quæ feceram. Recordatus sum dei & lætatus sum:
cogitans me illius clementia conseruandũ. Nocte cum corde meo meditabar, & scopebã spi/
ritum meum. Et dixi nunc cœpi: hæc est mutatio dexteræ excelsi. Iusti uox est, qui post me/
ditationem somnij & conscientiæ cruces, ad extremum, ait: Nunc cœpi, uel pœnitentiã agere,
uel scientiæ lumen intrare: & hæc ipsa de bonis ad meliora mutatio, nõ mearum uirium, sed
dexteræ & potentiæ dei est. In ęternum misericordia ædificabitur. Nullum enim tempus est,
quo non ædificetur misericordia in singulis quibusq; sanctorum, & his qui de peccatis tran/
seunt ad uirtutes. A sagitta uolante per diem, à negocio perambulante in tenebris, quis no/
strum poterit liberari? Ecce enim peccatores intenderunt arcũ, ut sagittent in obscuro rectos
corde. Nolunt prauos uulnerare, sed rectos corde. Sagitta per diem uolitat, per hæreticos in
sanctarum intelligentia scripturarũ. Negocium in tenebris & nocte perambulat, per philo/
sophos, qui per obscuritatem sermonũ inuoluere cupiunt ueritatem. Plantati in domo do/
mini, in atrijs dei nostri florebunt. Plantati in domo domini, iusti sunt, in ecclesia confirmati.
Sed hi non in præsentiarũ, sed in futuro in atrijs domini florebũt, ubi est certa & secura pos/
sessio. Misericors & miserator dominus, longanimis & multæ miserationis. Suauis dominus
omnibus, & misericordia eius super omnia opera illius. Tantas audis misericordias, & in tua
audes uirtute confidere? Confiteantur tibi domine omnia opera tua. Si de cunctis operibus
dei & homines sunt, ergo omnes homines sua peccata cõfiteantur. Legimus in Samuele di/
ctum de Solomone: Ipse ædificabit domũ nomini meo, & firmabo regnũ eius usq; in sempi
ternum. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Et iterum: Si inique egerit, corripiam
eum in uirga hominũ, misericordiã autem meam nõ auferam ab eo. Cum egisset Dauid gra
tias deo, ad extremũ intulit: Et hæc est lex hominis: Domine deus, semper respice ad clemen
tiam tuã: & infirmitatem carnis, diuino auxilio sustenta. Quid mihi, inquit, & uobis filij Sar/
uię? Maledicat Semei. Dominus pręcepit ei ut maledicat Dauid: Et quis respõdebit ei: quare
hoc feciſti? Volũtas enim dei nõ discutienda, sed cum gratiarũ actione patiẽda est. Et in alio
loco: Dominus mandauit, ut dissiparet consiliũ Achitophel bonũ, ut adduceret super Absa/
lon malũ: cuius certe consili ũ erat, quasi consilium dei. Et qua ratione potestas liberi arbitrij,
maiore potestate subuersa est? Hieroboam qui peccare fecit Israel, arguitur quare reliquerit
præceptũ domini, dicitu rq; ad eum: Dedi tibi regnũ domus Dauid, & non fuisti sicut seruus
meus Dauid: qui custodiuit mandata mea, & ambulabat post me in toto corde suo, & fecit
placitũ in cõspectu meo. Ergo & possibilia sunt dei mãdata, quę Dauid fecisse cognoscimus,
& tamen lassescere sanctos ad perpetuitatẽ iusticię. In multis regibus legimus de stirpe Da/
uid, quod nõ suo merito, sed Dauid patris uirtutibus cõseruati sint: qui fecerit placitũ in cõspe
ctu dei: Et uenitur ad Aza regem Iuda, de quo scriptum est: Fecit Aza rectum in conspectu
domini

A domini ſicut Dauid pater eius. Cumq; in multis laudibus eius immorata eſſet hiſtoria: ad extremum intulit,ſed excelſa non abſtulit.Attamen cor eius perfectum erat cum deo,omnibus diebus uitæ ſuæ. Ecce & iuſtus dicitur, quippe cuius cor perfectum erat cum deo: & tamen in hoc errauit quod excelſa non abſtulit: quæ Ezechiam & Ioſiam legimus abſtuliſſe. Elias, in cuius ſpiritu & uirtute uenit Ioannes Baptiſta, ad cuius imprecationē uenit ignis de cœlo, & Iordanis fluenta diuiſa ſunt: timuit Iezabel & fugit, laſſusq; in ſolitudine ſedit ſub arbore,& preſſus anguſtia,mortem rogauit,dicens:Sufficit mihi domine,tolle animam meam,neq; enim melior ſum patribus meis.Hunc iuſtum negare quis poteſt? Et tamen nō dicam mulierem,ſed hominem formidare,de animi perturbatione deſcendit,quæ uitio carere non poteſt,dicente Dauid:Dominus auxiliator meus, non timebo quid faciat mihi homo. De Ioſaphat rege Iuda ſcriptū eſt:Et fuit dominus cum Ioſaphat, qui ambulauit in uijs Dauid patris ſui prioribus.Ex quo intelligitur primas eum Dauid habuiſſe iuſticias, & nouiſſima non habuiſſe peccata. Non ſperauit,ait,in Baalim, ſed in deo patris ſui, & ambulauit in præceptis illius, & non iuxta peccata Iſrael. Confirmauitq; dominus regnum in manu eius, & dedit omnis Iuda munera Ioſaphat, factæq; ſunt ei infinitæ pecuniæ atq; diuitiæ & multa gloria.Cūmq; ſumpſiſſet cor eius audaciā propter uias domini, etiam excelſa & lucos de Iuda abſtulit.Hic Achab regi impijſſimo affinitate coniunctus eſt.Cumq; poſt prælium reuerteretur Hieruſalem,occurrit ei Hieu filius Anani uidens,& ait ad eum: Impio præbes auxilium, & his qui oderunt dominum amicitia iungeris: Et idcirco iram domini quidem mereberis,ſed bona opera inuenta ſunt in te,eo quod abſtuleris lucos de terra Iuda, & præparaueris cor tuum,ut requireres dominum. Ac ne putemus præteritas iuſticias hoc peccato & increpatione prophetica fuiſſe deletas:poſtea de Ochozia ſtirpe eius ſcriptum eſt,quod inuenerit eum Hieu latentem in Samaria, adductumq; occiderit: Et ſepelierunt,inquit,eum, eo quod eſſet filius Ioſaphat,qui quæſierat dominū in toto corde ſuo.De Ezechia ſcriptum
B eſt: Fecit rectum in oculis domini iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. Iſte abſtulit excelſa & contriuit ſtatuas & incendit lucum,cōtriuitq; ſerpentem æneū, quem fecerat Moyſes.Et iterum in domino deo Iſrael confiſus eſt:& poſt ipſum non fuit ſimilis ei in cunctis regibus Iuda,qui fuerunt ante eum.Adhæſit domino,& non receſſit ab eo, & cuſtodiuit mandata eius,quæ præcepit dominus Moyſi:& erat dominus cum eo, & in omnibus in quibus incedebat, ſapienter agebat. Cumq; rex Aſſyriorum Sennacherib cepiſſet uniuerſas urbes Iudæ, miſit ad eum Ezechias in Lachis,dicens: Peccaui recede à me,quodcunq; iuſſeris, dabo. Impoſuitq; rex Aſſyriorum Ezechiæ trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri: & dedit Ezechias omnem pecuniam, quæ inuenta eſt in domo domini,& in theſauris domus regis.In tempore illo concidit ualuas templi domini,& clypeos quos deauraverat, & omnia dedit regi Aſſyriorum.Cumq; de eo tanta dicantur,non timuit neceſſitate cogente,quæ domino conſecrarat regi offerre Aſſyrio,diciturq; ad eum:Ego cuſtodiam ciuitatem hanc propter me & propter Dauid ſeruum meum,non propter te,quia ſuperiora feciſti: quando centum octogintaquinq; milia exercitus Aſſyriorum,angelo cædente proſtrata ſunt.Illud quoque diligentius attendendū, quod ſcriptura cōmemorat: Aegrotauit Ezechias uſq; ad mortem:uenitq; ad eum Eſaias filius Amos,dicēs:Præcipe domui tuæ,quia morieris tu.Qui conuertit faciem ſuam ad parietem, & orauit ad dominum dicens:Obſecro domine, memento quomodo ambulauerim in conſpectu tuo,in ueritate & corde perfecto, & bonum in oculis tuis fecerim:Fleuitq; Ezechias fletu magno.Certe iuſtus erat Ezechias & corde perfecto.Iuſtus erat ad dominū,plorare non debuit.Quæris rationem fletuū? Si cogitaueris hominem, non miraberis cauſas doloris.Nullus enim intrepidus uadit ad iudiciū domini, habens conſcientiam peccatorum.Cumq; fleuiſſet,factus eſt ſermo domini ad Eſaiam prophetam, dicens:Reuertere & dic Ezechiæ duci meo.Dux dei appellatur,cui mors fuerat nunciata, quia humilitate proſtratus eſt: Hæc,inquit,dicit dominus deus Dauid patris tui: Audiui orationem tuam,& uidi lachrymas tuas.Additur ei tempus uitæ,& de Aſſyriorum manibus libe-

tatur:& tamen ſignum poſtulat,ut credat uerum eſſe,quod deus repromiſerat, quod ſaltem c
paruæ fidelitatis indicium eſt. Miſit quoq; rex Babylonis nuncios & legatos qui ei congra-
tularentur ob reſtitutam corporis ſanitatem: qui oſtendit eis omnes theſauros aromatum,
auri quoq; & argenti,& uaſorum ſupellectilem. Non fuit,inquit,res quā non oſtenderet eis
Ezechias in domo domini,& in omni poteſtate ſua. Ex quo intelligimus etiam uaſa templi
Babylonis monſtrata legatis. Vnde & ira domini concitatur, & poſtea Eſaiæ uaticinatione
cognoſcit: de filiis tuis eunuchi erunt, & omnia uaſa templi transferentur Babylonem. Ob
quam cauſam etiam in libro dierum ſcriptum eſt: Cecidit Ezechias elatione cordis ſui.Cer-
te Ezechiam iuſtum nemo niſi impius denegabit.Dicas,peccauit in quibuſdam,& idcirco iu-
ſtus eſſe deſiit,ſed hoc ſcriptura non loquitur:Non enim ex eo quod parua peccauit,iuſticiæ
nomen amiſit:ſed ex eo quod multa bona fecit,iuſti uocabulum poſſidet. Hoc totum dico,
ut ſcripturarum ſanctarum teſtimoniis comprobetur:nō ex eo peccatores eſſe iuſtos, quod
aliquando peccauerunt:ſed ex eo iuſtos permanere,quod multis uirtutibus floreant.De Io-
ſia ſcriptum eſt:Fecit rectum in cōſpectu domini,& ambulauit in uia Dauid patris ſui. Non
receſſit, neq; ad dextram, neq; ad ſiniſtram:& tamen cum eſſet iuſtus, tempore neceſſitatis
& anguſtiæ mittit ad Oldam prophetiſſam uxorem Sellum filij Tecuæ, filij Aaras cuſto-
dis ueſtium.Et hæc,inquit,habitabat Hieruſalem in ſecunda: haud dubium quin urbis par-
tem ſignificet,quæ interiori muro uallabatur.Et illa reſpōdit: hæc dicit dominus deus Iſrael:
ite & dicite uiro qui miſit uos ad me. In quo occulta & regis & ſacerdotum & omnium uiro-
rum reprehenſio eſt, quod nullus uirorum ſanctus potuerit reperiri, qui poſſet futura præ-
dicere. Denique interficitur Ioſias à Pharaone rege Aegypti, eo quod noluerit audire uer-
ba domini,ex ore Hieremiæ prophetæ:ſiue ut in Paralipomenis ſcriptum eſt: Noluit Ioſias
reuerti,ſed parauit contra eum bellum, nec acquieuit ſermonibus Nechao ex ore dei. Et in-
fertur: Mortuuſq; eſt & ſepultus in mauſoleo patrum ſuorum: & uniuerſus Iſrael, Iuda &
Hieruſalem luxerunt eum:præcipueq; Hieremias, cuius omnes cantatores atq; cantatrices d
uſq; in præſentem diem,lamentationes ſuper Ioſiam replicāt, & quaſi lex obtinuit in Iſrael.
Ecce ſcriptum fertur in lamentationibus. Puto quod ſermonibus dei per quemlibet non ac-
quieuiſſe peccatum ſit.De ipſo Hieremias loquitur, quanquam hoc pleriq; ſecundum Ana-
gogen intelligant de domino ſaluatore:Spiritus faciei noſtræ. Chriſtus dominus captus eſt
pro peccatis noſtris. Cui diximus:ſub umbra tua uiuemus in gentibus. Moyſes cui locutus
eſt dominus facie ad faciem,& ſalua facta eſt anima eius, ad aquas cōtradictionis offendit,
nec meruit cum fratre Aaron terram repromiſſionis intrare. De quibus & pſalmiſta canit:
Abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorum,audient uerba mea,quoniam potuerūt.Et eſt ſen-
ſus.Iudices populi Iudęorū,Moyſes & Aaron,deuorati ſunt à peccato populi iuxta petram:
de qua aquarū fluenta manarunt:& certe cum iſti iuſti fuerint,& obedierint ſermonibus dei,
qui per ſe ſuauiſſimi ſunt. Deniq; ſequitur de cadaueribus in ſolitudine mortuorum: Quaſi
craſſitudo terræ dirupti ſunt ſuper terram.Diſperſa ſunt oſſa noſtra ſecus infernum.In Oſee
loquitur deus:Deſponſabo te mihi in iuſticia & iudicio. Statimq; ſubiungit: Et miſericordia
& miſerationibus,& in fide:ut largitoris præmio recognoſcat,quod ipſe ſit dominus. In eo-
dem ſcriptum eſt libro: Deus ego ſum & non homo, in medio tui ſanctus & non ingrediar
ciuitatem, uitiorum ſcilicet conciliabulum. Ipſe ſolus hanc non ingreditur ciuitatem: quam
ædificauit Cain in nomine filij ſui Enoch:quæ omnia ſacerdotum quotidie ora cōcelebrant,
ὁ μόνος ἀναμάρτητος quod in lingua noſtra dicitur, qui ſolus eſt ſine peccato. Quæ laus 4
iuxta ſententiā tuā fruſtra deo reputatur,ſi eſt cōmunis cum cæteris. Nos enim iuxta Amos
conuertimus iuſticiam in abſinthium,& fructus iudicij in amaritudinem. Loquuntur nautæ
atq; rectores in libro Ionæ: Rogamus domine ne perdas nos propter hominem iuſtū,neq;
inducas ſuper nos ſanguinem innocentem. Sicut enim placuit tibi,ſic factū eſt domine.Ne-
ſciunt cauſas quid mereatur propheta,ſeruus fugitiuus:& tamen iuſtificant deum, & ſangui-
nem innocentem fatentur,cuius opera non nōrunt.Et ad extremū, ſicut placuit tibi domine,

ſic factum

A sic factum est. Non quærunt iusticiam sententiæ dei, sed ueritatem iusti iudicis confitentur. Micheas lachrymabili uoce testatur: Perijt sanctus de terra, & rectus in hominibus non est: omnes in sanguine insidiantur, unusquisq; fratrem suum uenatur ad mortem. Malum manuum suarum dicunt bonum. Et iterum: Qui optimus inter eos est, quasi paliurus est: & qui rectus, quasi spina de sepi. Hæc hominum iusticia est: ut iuxta uerba eiusdem prophetę: nec amico, nec coniugi, nec filijs sit credendum: quia inimici hominis domestici eius. Quam sententiam etiam sermo dominicus comprobauit. Vnde datur consilium per eundem prophetam. Indicabo tibi ô homo quid sit bonum, & quid dominus quærat à te: utiq; facere iudicium & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum deo tuo. Nunquid dixit, habeto æqualitatẽ dei, & non hoc, quod maximum est, solicitum ambulare cum deo tuo? Vt nunquam securus sis, ut omni obseruantia custodias cor tuum, ut consideres, quoniam in medio laqueorum ambules, & sub murorum pinnis ingrediaris: ut illud quotidie mediteris: Iuxta semitam scandalum posuerunt mihi. Superbis enim resistit deus, humilibus autem dat gratiam. Qui cautus & timidus est, potest ad tempus uitare peccata: qui securus est de iusticia sua, repugnat deo, illiusq; auxilio destitutus, insidijs hostium patet. Computrescant, dicit Habacuk, ossa mea, & subter me uermes scateant: tantum ut requiescam in die angustiæ, ut ascendam ad populum fortem meum. Hic tribulationes & angustias afflictionemq; animi deprecatur, ut in futuro, uirorum iam cum Christo regnantiũ numero societur. Ex quo perspicuum est, hic pugnam atque certamen: & in futuro esse uictoriam. Iesus filius Iosedech, quod interpretatur iustus domini, sacerdos magnus, indutus describitur uestibus sordidis: qui peccatum non fecit, & tamen nostra peccata portauit: ad cuius dextram stabat Satanas, ut aduersaretur ei. Diciturq; ad eum post pugnam atq; uictoriã: Auferte uestem sordidam ab eo, & ecce abstuli à te iniquitatem tuam: & hæres Iouiniani loquitur, Sine omni omnino peccato sum, sordida uestimenta non habeo, proprio regar arbitrio, maior apostolo sum.
B Ille facit quod non uult, & quod uult non facit: ego facio quod uolo, & quod nolo non facio: præparata sunt mihi regna cœlorũ, imò ipse ea mihi meis uirtutibus præparaui. In quo Adam tenetur obnoxius, & alij qui reos se putant, in similitudinem præuaricationis Adæ, ego solus cum mea caterua non teneor. Alij clausi cellulis, & fœminas non uidentes, quia mi seri sunt, & uerba mea non audiunt, torquentur desiderijs: Ego etiã si mulierum uallor agminibus, nullam habeo concupiscentiam. De me enim dictum est: Lapides sancti uoluuntur super terram: & ideo non sentio, quia liberi arbitrij potestate Christi trophæum circumfero. Audiamus per Esaiã clamantem deum: Populus meus qui beatos uos dicunt, seducunt uos, & semitam pedum uestrorum supplantant. Quis magis supplantat populum dei: qui liberi arbitrij potestate subnixus despicit auxilium cõditoris, & in sua uoluntate securus est: an qui ad singulas sententias præceptorum domini iudicium pertimescit? Ad huiuscemodi homines loquitur deus: Væ uobis, qui sapiẽtes estis apud uos, & intelligentes uestro iudicio. Esaias iuxta Hebraicum plorat, & dicit: Væ mihi, quia tacui, quia immunda habens labia, & in medio populi immunda habentis labia habitans, uidi dominũ sabaoth oculis meis. Ille uirtutum merito, dei fruebatur aspectu: & conscientia peccatorum, labia sua fatebatur immunda. Non quod locutus esset aliquid quod uoluntati domini repugnaret: sed quod siluisset, uel timore, uel pudore perterritus, nec arguisset libertate prophetica populũ delinquentem. Nos peccantes quando corripimus, qui adulamur diuitibus, & personas accipimus peccatorum, turpis lucri gratia? nisi fortè tota eis loquimus confidentia, quorum opibus indigemus. Vt alia non agamus, ut abstineamus nos ab omni specie peccatorũ, certe uerum tacuisse, peccatum est. Quanquam apud Septuaginta non sit scriptum, quia tacui, sed quia compunctus sum: conscientia scilicet peccatorum, ut illud compleatur propheticum: Versatus sum in miseria, dum infigitur mihi spina. Ille peccati spina compungitur, tu uirtutũ floribus uernas? Erubescet, inquit, luna & confundetur sol, quando uisitauerit dominus super militiam cœli in excelsis: hoc est, quod in alio loco scriptum est: Astra quoq; non sunt munda in cõspectu eius,

& aduerſum angelos ſuos peruerſum quid reperit. Luna erubeſcit, ſol confunditur, & cœlum operitur cilicio: & nos intrepidi atq; lætantes, quaſi omni careamus uitio, occurremus iudicis maieſtati, quando tabeſcẽt montes, erecti uidelicet in ſuperbiam: & omnis militia cœlorum, uel aſtra, uel angeliçæ dignitates: & complicabũtur ſicut libri cœli, & omnis exercitus eorum inſtar foliorum defluet. Quomodo inebriatus eſt, inquit, in cœlo gladius meus: & nunc ſuper Idumæam deſcendet. Gladius dei inebriatur in cœlis, & tuum ſolium erit in ſanctitate ſecurum? In Idumæam deſcendet: quę interpretatur, uel ſanguinaria, uel terrena: ut prophetica autoritate diſcamus, omnem terrã indigere iudicio. Vnde ſequitur: Victima domini in Boſra, quæ interpretatur caro: & interfectio eius multa in terra Edom, id eſt, in ſanguine: iuxta quod ponit Apoſtolus: Caro & ſanguis regnum dei non poſſidebunt. Væ qui cõtradicit fictori ſuo, uæ qui dicit patri, ut quid me generaſti? & matri, quare me peperiſti? Hoc ad eos pertinet, qui dicunt: quare talis conditus ſum, qui non poſſum in perpetuum carere peccato, Quare tale uas fictum, ut non adamantinum permanerem, ſed ad omnem tactum fictile atq; fragile. Omnes ſicut oues errauimus, & omnium noſtrum dominus peccata portauit, Intuitus eſt enim, & diligenter inſpexit: nullumq; reperit, qui iudicaret iuſte, qui ſuam in omnibus faceret uoluntatem. Et idcirco brachium eius ſalutem præbuit, & iuſtitia ſua ſaluauit omnia: ut omnis mundus ſubiiciatur deo, & illius clementia conſeruetur. Fuimus enim immundi non pauci, ſed omnes. Quaſi pannus menſtruatæ, reputata ſunt omnia in lege opera noſtra. Ad Hieruſalem in Ezechiel loquitur deus: Perfecta eras in decore meo: & eſt ſenſus, non in tuis operibus, non in tua conſcientia cordisq; iactantia, ſed in meo decore, quo te clementia mea libertate donaueram. Denicq; in conſequentibus loquitur ad eam: quando ſaluatur non ſuo merito, ſed eius miſericordia: Recordabor pacti mei tecum in diebus adoleſcentiæ tuæ, & ſuſcitabo tibi pactum ſempiternũ, & recordaberis uiarum tuarum, & confunderis. Et iterum: Suſcitabo pactum meum tecum, & ſcies quia ego dominus, ut recorderis & confundaris, & non ſit tibi ultra aperire os, præ cõfuſione tua, cum fuero placatus tibi in omnibus quæ feciſti, ait dominus deus. Ecce aperte diuino ſermone monſtratur quid in alio loco dixerit: Et mundans te non faciet innocentem: quod iuſti quoq; & poſt peccatum in ſtatum priſtinum reſtituti, os aperire non audeant, ſed cum Apoſtolo dicant: Qui non ſum dignus uocari apoſtolus, quia perſecutus ſum eccleſiam dei. Denicq; & in alio loco per eundem prophetam ad eos, qui illius miſericordiam conſecuti ſunt, loquitur deus: Et recordamini uiarum ueſtrarum, & omnium ſcelerum ueſtrorum, quibus polluti eratis: & diſplicebit uobis in conſpectu ueſtro, in cunctis malicijs quas feciſtis: & ſcietis quia ego dominus, cum benefecero uobis propter nomen meum, non ſecundum uias ueſtras malas, neq; ſecundum ſcelera ueſtra peſſima. Erubeſcamus atq; dicamus, quod loquuntur hi qui iam præmia conſequuti ſunt: loquamur peccatores ſuper terram, & in fragili mortaliq; corpore conſtituti, quod ſanctos uidemus in cœlis dicere, etiam incorruptione & immortalitate donatos. Et dicitis, inquit, Non eſt recta uia domini: cum ueſtræ uiæ prauæ ſint. Phariſæorum eſt hoc ſupercilium, ut peccata propriæ uoluntatis referant ad conditoris iniuriam, & illius iuſticiam calumnientur. Sacerdotes templi myſtici, quod interpretatur eccleſia, filij Sadoch, cum ueſtimentis miniſterij non egrediuntur ad populum, ne humana conuerſatione ſanctificati maculentur. Et tu in medio uulgi unusq; de populo, mundum eſſe te credis? Hieremiam prophetam breuiter percurrẽtes ſenſu magis quàm ſermone carpamus. Circuite, inquit, in exitibus Hieruſalem, & quærite in plateis eius ſicubi reperire poteritis uirum, qui iuxta iuſticiam uiuat & fidem, & ero propicius propter eum. Quamuis enim dicant: uiuit dominus, fraudulenter iurant, & hoc ipſum in mendacio. Refutat peccatorum ſacrificia, ueſcendas detrahit offerentibus hoſtias, dicens ſe non mandaſſe patribus eorum, quando deduxit eos de terra Ægypti, ut offerrent huiuſcemodi ſacrificia. Non enim uoluntate, ſed idolorum comparatione mandauit, malens ſibi offerri uictimas cũ dæmonibus. Omnes receſſerũt ab eo, nullus eſt qui loquatur bona, & agat pœnitentiã de peccatis ſuis. Sequũtur proprias uolũtates, quaſi equus promptus

A promptus ad prælium. Intendunt linguam ſuam, quaſi arcum: mentiuntur omnia, & non eſt in eis ueritas. Amicorum quoq; cauendas inſidias præcipit, & nulli credere proximorum. Singulos enim inſidiari amicis, & fratrem à fratre decipi: & hoc facere non naturæ malo, ſed propria uoluntate: quia docuerunt linguam ſuam mendacium, & proni feruntur ad iniuſtitiam. Si Aethiops, ait, mutauerit pellem ſuam, & pardus uarietatem ſuam: & uos poteritis facere bonum, cum didiceritis mala. Ergo pellis Aethiopica & pardorum uarietas, diſciplinæ eſt, non naturæ, quæ docetur & diſcitur: tamen auferri non poteſt uitium inoliti mali, niſi per eum cui omnia poſſibilia ſunt. Vnde loquitur ad eum, qui ſolus uerus medicus eſt: Sana me domine, & ſanabor: ſaluum me fac domine, & ſaluus ero: tu es gloria mea, & ſpes mea. Si enim ad conditionem meam infelicitatemq; reſpiciam, nihil aliud niſi hoc poſſum loqui: Maledictus homo, qui annunciauit patri meo, dicens: Ecce natus eſt tibi puer: fiat homo ille ſimilis urbibus, quas ſubuertit deus. Quare enim in uulua non ſtatim perij: & fuiſſet mihi ſepulchrum mater mea, & uulua eius infernus ſempiternus. Quare egreſſus ſum ex utero, ut uiderem labores & miſerias: & conſumerentur dies mei in erumnis? Tantum de ſua conditione ſecurus eſt: & ſic confidit in fortitudine, ut mortem præferat uitæ. Nouerat enim uultus ſuum, & potentiam eius quem cælare nihil poteſt, qui loquitur per prophetam: Deus appropinquans ego, & non procul. Qui enim cœlum replet & terram, nullus poteſt uitare eius noticiam, & cordis occulta cælare. Qui ſcrutatur renes, introſpicit. Et ut ſciamus dei eſſe bonum omne quod gerimus: Ego, inquit, plantabo eos, ut nequaquam eradicentur: & ego dabo eis cogitationem & ſenſum, ut intelligant me. Si cogitatio & ſenſus dantur à deo, & intellectus domini ex illius qui noſcendus eſt radice pullulat, ubi eſt liberi arbitrij tantum ſuperba iactatio? Volumus ſcire conditionem noſtram, audiamus hiſtoriam. Ioachim rex Iuda, cunctiq; ſocij eius & principes eius auditis ſermonibus Vriæ, uoluerunt occidere eum. Quod cum ille didiciſſet, timore perterritus fugit in Aegyptum. Cur mortem timebat, qui
B explicauit ſententiam domini, & qui à ſe nunciari domini nouerat uoluntatem? Dedignamur per ſingula auxiliũ dei, & ad illius nutum cuncta gerere negligimus, cum legamus ſanctos uiros etiam hominum indiguiſſe præſidio? Periclitatur Hieremias & manifeſte dicitur, quod auxilio ei fuerit manus Ahikam filij Saphan, ne traderetur in poteſtatem uulgi, & obrueretur lapidibus. Abolitis legis ceremonijs & duro pondere ueterum præceptorum, repromittitur euangelij gratia: legemq; dominus pollicetur: ut omnes eum nouerint à minimo uſque ad maximum, dicens: Dimittam peccata eorum, & iniquitatum illorum ultra memor non ero. Quam autem habuerint ſancti uiri in lege ueteri iuſticiam, ſequenti ſermone demonſtrat: Filij Iſrael, & filij Iuda iniquitatem fecere perpetuam in conſpectu meo: ab adoleſcentia ſua uſque ad diem præſentem: & ciuitas Hieruſalem ab initio conditionis ſuæ uſq; ad diem euerſionis ſuæ, me ad iracundiam prouocauit. Attende quid dicat: finem iunge principio, omne medium tempus in uitio eſt. Hieremias ſanctificatus in utero antequam natus, uirgo, propheta ueteris teſtamenti, pertimeſcit Sedechiam: & flebiliter obſecrat, dicens: Nunc ergo domine mi rex, audi deprecationem meam, & prævaleat apud te obſecratio mea: ne remittas me in domum Ionathan ſcribæ, ne ibi peream. O propheta, cur times impium regem? Cur eum metuis, quem noſti iam iamq; periturum? carcerem reformidas, cui paratur paradiſus? Reſpondebit mihi: homo ſum in mortali carne & corruptibili conſtitutus: dolorem ſentio, horreſco cruciatus: quos etiam dominus meus pro mea ſalute ſenſurus eſt. Miſeretur humano generi deus, & non uult perire quod fecit: noli timere Iacob dicit dominus: ego enim ſum tecum, & interficiam omnes gentes in quas diſperſi te: te uero ipſum perire non faciam, ſed caſtigabo te in iuſticia: & ita miſerebor tui, ut te innoxium non relinquam. Vnde & nos dicimus eſſe iuſtos, ſanctos uiros, & poſt peccata placentes deo: non ſuo tantum merito, ſed eius clementiæ, cui omnis creatura ſubiecta eſt, & indiget miſericordia eius. Audiant hæretici qui eleuantur per ſuperbiam, & dicunt: ipſi nobis fecimus cornua. Audiant illud quod audiuit Moab: Audiuimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt ual-

de. Altitudinem illius, & elationem & glorificationem, & inflationem cordis ego cognoui c dicit dominus:quoniam nequaquam iuxta inflationem eius,& fortitudo illius est.Diciturq; ad huiuscemodi homines: Inimici autem eorum (haud dubium quin gregis domini) confirmant,dicentes: non peccauimus cum peccauerint in pulchritudinem iusticiæ, & in expectationem patrum. Vis scire quando omnia peccata finiantur. Audi eundem prophetam: In tempore illo dicit dominus, quæretur iniquitas in Israel, & non erit: & peccatum in Iuda, & non inuenietur. Cur quæso? Sequitur: quia propicius ero illis. Vbi autem propiciatio est, præcessit ante peccatum. Tolle igitur posse, & concedam omnia donante deo subsistere.Bonum est præstolari cum silentio salutare domini, bonum est ponere in puluere os suum,dare percutienti se maxillam, saturari opprobrijs,spem habere in domino. Si enim abiecit, & miserebitur iuxta multitudinem misericordiarum suarum. Neq; enim humiliauit corde suo & abiecit filios hominum. Frustra murmurat homo pro peccatis suis. Scrutemur uias nostras,& quæramus & reuertamur ad dominum.Leuemus corda cum manibus ad dominum in cœlum, dicamusq; ei: Inique egimus, & ad iracundiam prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es.Daniel propheta loquitur ad Nabuchodonosor: quod dominetur excelsus regno hominum,& det illud cuicunq; uoluerit, & extremum atq; proiectum cõstituat super illud. Interroga eum qua causa ultimũ atq; despectum constituat in regem, & faciat quod uoluerit:& discute,utrum ipsius uoluntas iusta sit,de quo scriptum est: Qui suscitat de terra humilem,& de stercore eleuat pauperẽ: ut collocet eũ cum principibus, cũ principibus populi sui. An forsitan iuxta te absq; iudicio atq; iusticia gloriã quęrit,auramq; popularem,ut humiles erigat in regnum, & potentes humilitate cõmutet? Audi prophetam dicentem: Omnes habitatores terræ, quasi nihil reputati sunt apud eum. Fecit enim quodcunq; uoluit in cœlo & in terra, & nemo est qui resistat uoluntati eius: aut possit dicere, quare hoc feciſti? cuius sunt omnia opera in ueritate, & uiæ illius iusticia, & superbientes potest ipse humiliare. Antiochus Epiphanes rex crudelissimus subuertit altare, ipsamq; iusticiam fecit conculcari, quia D concessum erat ei à domino. Causasq; reddit,propter peccata plurima. Ergo non fecit quod ipse tantum uoluit, sed quod propter peccata populi concessit dominus. Denique sequitur quod non ex propria fecerit fortitudine, sed ex eius imperio qui præcepit ut fieret. Illud autem quod in oratione sua loquitur: Peccauimus, inique egimus, iniuste gessimus: & recessimus à mandatis & iusticijs tuis, & cætera huiuscemodi: soletis dicere, quod & Dauid,& Daniel, & omnes prophetæ, non pro se, qui sancti erant, sed ex persona populi sunt locuti. Aduersum quam opinionem ipse respondebit, & dicet: Cum adhuc orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Israel. Vides ergo quod tam pro peccatis suis, quàm pro peccatis populi dominum sit deprecatus,& effuderit deprecationes suas in conspectu domini dei sui. Vis iterum nosse, quando peccatum & iniquitas finiatur? Quanquam diuersa sit autorum interpretatio:audi eundem prophetam.Septuaginta hebdomadæ completæ sunt super populum tuum, & super ciuitatem tuam sanctam, ut compleantur iniquitates: & finem accipiat peccatum, ut dispereat iniquitas, & reueletur iusticia sempiterna. Quamdiu ergo ille finis adueniat, & corruptiuum hoc atq; mortale, incorruptione & immortalitate mutetur: necesse est nos subiacere peccato:non naturæ & conditionis,ut tu calumniaris uitio:sed fragilitate & commutatione uoluntatis humanæ, quæ per momenta uariatur: quia deus solus est immutabilis. Quæris ubi Abel, ubi Enoch, ubi Iesus filius Nauæ, ubi Heliseus, cæteriq; sanctorum peccauerint. Non est necesse nodum in scirpo quærere: utinam possem & manifesta reticere peccata. Si uis à me uerum audire,nescio. Nihil,inquit,mihi conscius sum, nec tamen in hoc iustificatus sum. Homo uidet in facie, deus in corde. Apud eius conscientiam atq; conspectum nullus iustificatur. Vnde & Paulus loquitur confidenter: Omnes peccauerunt, & indigent gloria dei: & concluſit deus omnia sub peccato, ut omnium misereatur: & cætera quæ sæpe replicauimus.

DElectatus sum tuorum multiplicatione sermonum, de quibus scriptum est: In multiloquio non effugies peccatum: sed quid ad causam? Certe hoc fateberis, eos qui Christi baptisma consecuti sunt, non habere peccatum. Et si absq; peccato sunt, iustos esse. Cumq; semel iusti fuerint, si egerint solicite, posse in sempiternũ iusticiam custodire, ac per hoc omne uitare peccatum.

ATT. Non erubescis explosam atq; damnatam Iouiniani sententiam sequi? Et ille enim his testimonijs tuisq; nititur argumentis: imò tu illius inuenta sectaris, in Oriente docere desiderans quæ olim Romæ, & dudum in Aphrica condemnata sunt. Lege ergo quid illi responsum sit, & tibi responsum ducito. In dogmatibus enim & quæstionibus differendis non persona, sed causa quærenda est. Et tamen hoc scito, baptismum præterita donare peccata, non futuram seruare iusticiam, quæ labore & industria, ac diligentia, & semper super omnia dei clementia custoditur: ut nostrum sit rogare, illius tribuere quod rogatur: nostrum incipere, illius perficere: nostrum offerre quod possumus, illius implere quod nõ possumus. Nisi enim dominus ædificauerit domum, in uanum laborauerunt qui ædificant eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem, in uanum uigilat qui custodit eam. Vnde & Apostolus præcipit: Sic currite, ut comprehendatis. Omnes quidem currunt, sed unus accipit coronam. Et in psalmo scriptum est: Domine, ut scuto bonæ uoluntatis tuæ coronasti nos. Nostra enim uictoria & corona uictoriæ, illius protectione & clypeo paratur: & hic currimus, ut in futuro comprehendamus: ibi accipiet coronam, qui in hoc seculo uictor extiterit: nobisq; post baptismum dicitur: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne quid deterius tibi contingat. Et: Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? Si quis templum dei uiolauerit, disperdet eum deus. Et in alio loco: Dominus uobiscum est quàmdiu uos estis cum
B eo: si reliqueritis eum, & ille relinquet uos. In cuius putas delubro atq; sacrario Christi puritas permanet, templiq; serenitas nullo nubilo contristatur? Eundem semper uultum habe-
I re non possumus, quod de Socrate falso philosophi gloriantur, quanto magis animum? Multæ facies hominum, sic & corda diuersa. Si fieri posset, ut semper aquæ baptismatis meros tenerent, uolitantia nos desuper peccata non tangerent, spiritus sanctus tueretur. Sed impugnat inimicus, nec uictus recedit, sed semper in insidijs est, ut sagittet in occulto rectos corde. In euangelio iuxta Hebræos, quod Chaldaico quidem Syroq; sermone, sed Hebraicis literis scriptum est: quo utuntur usq; hodie Nazareni secundum apostolos, siue ut plerique autumant iuxta Matthæum, quod & in Cæsarienſi habetur bibliotheca: narrat historia: Ecce mater domini & fratres eius dicebant ei: Ioannes baptista baptizat in remissionem peccatorum, eamus & baptizemur ab eo. Dixit autem eis: Quid peccaui, ut uadam & baptizer ab eo? Nisi forte hoc ipsum quod dixi, ignorantia est. Et in eodem uolumine: Si peccauerit, inquit, frater tuus in uerbo, & satis tibi fecerit, septies in die suscipe eum. Dixit illi Simon discipulus eius: Septies in die? Respondit dominus & dixit ei: Etiam ego dico tibi, usque septuagiessepties. Etenim in prophetis quoq; postquam uncti sunt spiritu sancto, inuentus est sermo peccati. Ignatius uir apostolicus & martyr, scribit audacter: Elegit dominus apostolos, qui super omnes homines peccatores erant. De quorum celeri conuersione Psalmista canit: Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Quibus testimonijs si non uteris ad autoritatem, utere saltem ad antiquitatem, quid omnes ecclesiastici uiri senserint. Fac aliquem baptizatum, uel statim, uel in ipsis diebus morte subtractum: & concedam tibi, quod concedere non debeo: nec cogitasse aliquid, nec loquutum, in quo errore & ignorãtia laberetur. Num ideo sine peccato erit, quia uidebitur non superasse, sed fugisse peccatum: ac non potius, quia dei misericordia de peccatorum carcere liberatus migrauit ad dominum? Hoc & nos dicimus, posse deum quicquid uoluerit: & hominem per se & propria uoluntate, quod tu asseris, sine peccato esse non posse. Sin autem potest, frustra

ſtra nunc iungis & gratiam,qua potens non indiget. Quod ſi non poteſt abſque dei gratia, C
ſtulte tu dixiſti poſſe quod non poteſt. Quicquid enim ex alterius pendet arbitrio,non eius
eſt quem poſſe contendis: ſed illius, ſine quo eum non poſſe perſpicuum eſt. CRIT. Ro/
go,quæ eſt iſta prauitas, imò abſq; ratione contentio? Ne hoc quidem mihi das,ut egreſſus
aquas baptiſmatis ſine peccato ſit? ATT. Aut ego ſenſum meum uerbis explicare non ua
leo: aut me explicante,tu ad intelligendum tardior es. CRITOB. Quo nam modo? ATT.
Recordare quid & tu dixeris, & ego quid loquar. Poſuiſti hominem ſine peccato eſſe, ſi ue/
lit. Ego impoſſibile hoc in homine eſſe reſpondeo: nō quia ſtatim à baptiſmate homo pecca
to non careat, ſed illud tempus quando ſine peccato eſt, nequaquam poſſibilitati humanæ,
ſed dei gratiæ deputatur. Tolle igitur poſſe,& ego eſſe concedam. Quomodo enim poteſt,
qui per ſe non poteſt? Aut quæ eſt illa impeccātia,quæ ſtatim corporis huius morte finitur?
aut certe ſi ultra uitam protraxerit, delicti & ignorantiæ periculo ſubiacet. CRIT. Diale/
ctica me arte concludis,& non Chriſtiana loqueris ſimplicitate: nodos mihi quoſdam inter
eſſe,& eſſe poſſe concinnans. ATT. Egó ne uerborum ſtrophis ludo, cum hoc de tua pro/
ceſſerit officina? Tu enim dicis,non eſſe hominem ſine peccato, ſed eſſe poſſe,cum econtra/
rio ego tibi tribuam quod negaſti, eſſe hominem ſine peccato per dei gratiam,& tamen per
ſe non poſſe. CRIT. Fruſtra ergo dantur præcepta, ſi ea implere non poſſumus. ATT.
Deus poſſibilia mandauit, hoc nulli dubium eſt. Sed quia homines poſſibilia non faciunt,
idcirco omnis mundus ſubditus eſt deo, & indiget miſericordia eius. Aut certe ſi oſtendere
potueris,qui uniuerſa compleuerit, tunc poteris demonſtrare eſſe hominem qui non indiget
miſericordia dei. Omne enim quod fieri poteſt,tribus conſtat temporibus: aut præterito,aut
præſenti, aut futuro. Hoc quod aſſeris,poſſe hominem ſine peccato eſſe ſi uelit: monſtra fa/
ctum eſſe de præterito,aut certe nunc fieri, de futuro poſtea uidebimus. Quod ſi nullum po
tes oſtendere,qui ſine omni omnino peccato,aut ſit aut fuerit: reſtat, ut de futuro tantum di/
ſputatio ſit. Interim in duobus temporibus,præterito atq; præſenti,uictus teneris. Si aliquis D
fuerit poſtea maior patriarchis,prophetis,apoſtolis,qui peccato careat: tunc futuris de futu/
ro, ſi potueris,perſuadeto. CRIT. Loquere ut uis, argumentare ut libet: nunquam mihi li/
berum arbitrium extorquebis, quod ſemel conceſſit deus: nec ualebis auferre quod mihi tri/
buit deus,poſſe ſi uoluero. ATT. Exempli gratia, uno tantum utamur teſtimonio: Inueni
Dauid filium Ieſſe, uirum ſecundum cor meum, qui faciat omnes uoluntates meas. Dauid
ſanctum eſſe non dubium eſt: & tamen qui electus eſt, ut omnes dei uoluntates faceret, ali/
qua feciſſe reprehenditur. Vtiq; poſſibile erat ei facere, qui ad hoc electus eſt, ut omnes dei
uoluntates faceret. Nec deus in culpa eſt,qui prædixit eum cunctas ſuorum præceptorum fa
cere uoluntates,ſed ille qui prædicta non fecit. Neq; enim dixit inueniſſe ſe uirum, qui cun/
ctas in perpetuum ſuæ iuſſionis faceret uolūtates. Hoc & nos dicimus,poſſe hominem non
peccare,ſi uelit,pro tempore,pro loco,pro imbecillitate corporea, quamdiu intentus eſt ani/
mus,quamdiu chorda nullo uitio laxatur in cithara. Quod ſi paululum ſe remiſerit,quomo
do qui aduerſo flumine lembum trahit, ſi remiſerit manus ſtatim retrolabitur,& fluentibus
aquis quò non uult ducitur: ſic humana conditio, ſi paululum ſe remiſerit, diſcit fragilitatem
ſuam, & multa ſe non poſſe cognoſcit. Putás ne apoſtolum Paulum eo tempore quo ſcri/
bebat: Lacernam, ſiue penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, ueniens affer ac li/
bros & maxime membranas,de cœleſtibus cogitaſſe myſteriis,& nō de his quæ in uſu com
munis uitæ uel corporis neceſſaria ſunt? Da mihi hominem qui non eſuriat,non ſitiat, neq;
algeat,non doleat, non febricitet,non torminibus & urinæ difficultatibus torqueatur: & ego
tibi concedam, poſſe hominem nihil niſi de uirtutibus cogitare. Cæditur apoſtolus à mini/
ſtro,& contra pontificem qui cędere imperauerat,ſententiam dirigit: Percutiet te deus paries
dealbate. Vbi eſt illa patientia ſaluatoris, qui quaſi agnus ductus ad uictimam, non aperuit
os ſuum, ſed clementer loquitur uerberanti: Si male loquutus ſum, argue de malo: ſi autem
bene, quid me cædis? Non apoſtolo detrahimus, ſed gloriam domini prædicamus: qui in
carne

A carne paſſus, carnis iniuriam ſuperat & fragilitatem: ut taceam illud, quod commemorat: Alexander ærarius multa mihi mala oſtendit: reddet illi dominus in illa die iuſtus iudex. CRIT. Cogis me ut loquar quod iam dudum geſtio, & tamen erumpentia uerba non promo. ATT. Quis enim te prohibet, quod ſentis dicere? Aut enim quod dicturus es bonum eſt, & nos bono fraudare non debes: aut malum, & idcirco non noſtri gratia, ſed pudore ſiluiſti. CRIT. Dicam dicam aliquando quod ſentio. Omnis diſputatio tua illuc delabitur, ut naturam accuſes, & culpam referas ad deum, qui talem hominem condidit. ATT. Hoc illud erat quod uolebas & nolebas dicere? dic dic quæſo, ut omnes tua fruantur prudentia. Reprehendis deum, quare hominem fecerit hominem: reprehendant & angeli, cur angeli ſint. Omnis creatura cauſetur, quare id ſit quod condita eſt, & non id quod condi potuit. Scilicet nunc mihi puerilibus declamatiunculis ludendum eſt: & à culice atq; formica uſque ad Cherubim & Seraphim ueniam, cur non ſingula in meliori ſtatu condita ſint. Cumq; ad excelſas uenero poteſtates, cauſabor & dicam: quare deus ſolus tantum deus ſit, & non omnia deos fecerit. Aut enim impoſſibilitatis, aut inuidiæ reus erit. Reprehende eum, cur & diabolum in hoc mundo eſſe concedat, & aufer coronam cum certamen abſtuleris. CRIT. Non ſum tam uecors, ut querar cur diabolus ſit: cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum: ſed hoc doleo, cur uiri eccleſiaſtici, & qui magiſtrorum ſibi uſurpant uocabulum, tollant liberum arbitrium: quo ſublato, Manichæorum ſecta conſtruitur. ATT. Egó ne liberum tollo arbitrium, qui in tota diſputatione mea nihil aliud egi, niſi ut omnipotentiam dei cum libero arbitrio conſeruarem? CRIT OB. Quomodo ſeruas liberum arbitrium, qui dicis hominem nihil poſſe facere, niſi deus ſemper adiuuerit? ATT. Si in culpa eſt, qui libero arbitrio iungit dei adiutorium: ergo ille laudetur, qui dei tollit auxilium. CRIT OB. Non tollo dei auxilium, quippe per cuius gratiam poſſumus omne quod poſſumus, ſed utrunq; ſuis finibus terminamus: ut & dei ſit gratiæ, quod dedit liberi arbitrij
B poteſtatem: & noſtræ uoluntatis, facere quid uel non facere: & quod facientibus præmium, & non facientibus pœna ſeruetur. ATT. Videris mihi obliuioſus eſſe, & quaſi nihil ſupradictum ſit, per eaſdem diſputationis reuerti lineas. Hoc enim longa diſſertione concluſum eſt, ut gratia ſua dominus, qua nobis conceſſit liberum arbitrium in ſingulis operibus iuuet atque ſuſtentet. CRIT OB. Quid ergo iuuat atq; coronat in nobis, & laudat quod ipſe operatus eſt? ATT. Voluntatem noſtram, quæ obtulit omne quod potuit: & laborem qui contendit ut faceret: & humilitatem, quæ ſemper reſpexit ad auxilium dei. CRIT. Ergo ſi non fecimus quod præcepit, aut uoluit nos adiuuare deus, aut noluit. Si uoluit & adiuuit, & tamen fecimus quod uoluimus: non nos, ſed ille ſuperatus eſt. Sin autem noluit adiuuare, non eſt culpa eius qui uoluit facere, ſed illius qui adiuuare potuit, & noluit facere. ATT. Non intelligis δίλημμα tuum in grande blaſphemiarum decidiſſe barathrum: ut ex utraq; parte, aut inualidus ſit deus, aut inuidus: & non tantum ei laudis ſit, quod bonorum autor eſt & adiutor, quantum uituperationis, quod mala non coercuit. Detrahatur ergo illi, cur diabolum eſſe permiſerit, cur paſſus ſit, & hucuſque patiatur quotidie aliquid in mundo mali fieri. Quærit hoc Marcion, & omnes hæreticorum canes, qui uetus laniant teſtamentum, & huiuſcemodi ſyllogiſmum texere conſueuerunt, Aut ſciuit deus hominem in paradiſo poſitum, præuaricaturum eſſe mandatum illius, aut neſciuit. Si ſciuit, non eſt in culpa is qui præſcientiam dei uitare non potuit: ſed ille qui talem condidit, ut dei non poſſet ſcientiam deuitare. Si neſciuit, cui præſcientiam tollis, aufers & diuinitatem. Hoc enim genere in culpa erit qui elegit Saul futurum poſtea regem impiiſſimum. Et ſaluator aut ignorantiæ, aut iniuſticiæ tenebitur reus, cur in Euangelio ſit loquutus: Nónne uos duodecim ego elegi apoſtolos, & unus de uobis diabolus eſt? Interroga eum, cur Iudam elegerit proditorem? Cur ei loculos commiſerit, quem furem eſſe non ignorabat. Vis audire rationem. Deus præſentia iudicat, non futura. Nec condemnat ex præſcientia, quem nouerit talem fore, qui ſibi poſtea diſpliceat: ſed tantæ bonitatis eſt, & ineffabilis clementiæ, ut eligat eum, quē interim

bonum

bonum cernit,& ſcit malum futurum,dans ei poteſtatem conuerſionis & pœnitentiæ: iuxta c
illum ſenſum Apoſtoli: Ignoras quia benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? ſecundum duriciam autem tuam & cor impœnitens,theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij dei,qui reddet unicuiq; ſecundum opera eius. Neq; enim ideo peccauit Adam, quia deus hoc futurum nouerat:ſed præſciuit deus, quaſi deus, quod ille erat propria uoluntate facturus.Accuſa ergo deum mendacij, quare dixerit per Ionam: Adhuc tres dies & Niniue ſubuertetur.Sed reſpondebit tibi per Hieremiam: Ad ſummam loquar cõtra gentem & regnum, ut eradicem & deſtruam & diſperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod loquutus ſum aduerſus eam,agam & ego pœnitentiam ſuper malo quod cogitaui ut facerem ei. Et ad ſummam loquar de gente & regno, ut ædificem & plantem illud:ſi fecerit malum in cõſpectu meo,ut non audiat uocem meam, pœnitentiam agam ſuper bono, quod loquutus ſum ut facerem ei. Indignabatur quondam & Ionas, cur deo fuerit iubente mentitus:ſed iniuſti mœroris arguitur,malens cum pernicie innumerabilis populi uerum dicere,quàm cum tantorum ſalute mentiri.Ponitur ei exemplum: Tu doles ſuper hedera, ſiue cucurbita,in qua nõ laboraſti,neq; feciſti ut creſceret:quæ ſub una nocte nata eſt,& una nocte perijt:& ego non parcam Niniue ciuitati maguæ, in qua ſunt plus quàm centum uiginti milia hominum, qui neſciunt quid ſit inter dexteram & ſiniſtram ſuam. Si in paruulorum ætate & ſimplicium,quos certe peccatores fuiſſe non poteris approbare,tanta fuit hominum multitudo:quid dicemus de utriuſq; ſexus ætate diuerſa,quæ iuxta Philonem & prudentiſſimum philoſophorũ,ab infantia uſq; ad decrepitam ſenectutem, ſeptenario ordine deuoluitur:dum ſibi ſic inuicem ætatum incrementa ſuccedunt, ut quando de alia tranſeamus ad aliam,ſentire minime ualeamus? CRIT. Tota argumentatio tua huc tendit, ut quod Græci 2
dicunt αὐτεξούσιον, & nos liberum appellamus arbitrium, uocabulo tribuas,re auferas. Tu enim autorem peccatorũ facis deum, dum aſſeris nihil hominem per ſe poſſe facere, ſed adminiculo dei, cui imputetur omne quod facimus. Nos autem, ſiue bonum, ſiue malum homo fecerit,per liberi arbitrij poteſtatem ei dicimus imputari,qui fecit quod uoluit: & non ei, d
qui ſemel conceſſit liberum arbitrium. ATT. Quamuis tergiuerſeris, laqueis ueritatis innecteris: hoc enim modo, etiam ſi ipſe non adiuuat, tamen iuxta te autor erit malorum: quia potuit prohibere, & non prohibuit. Vetus enim ſententia eſt,homicidam eſſe eum,qui cum poſſit hominem de morte liberare, non liberet. CRIT. Iam iam tollo manum, cedo,uiciſti: ſi tamen uincere eſt, ueritatem uelle ſubuertere,non rebus,ſed ſermonibus,id eſt,non ueritate, ſed mendacio. Poſſum enim illud tibi Apoſtoli reſpondere:Et ſi imperitus ſermone,non tamen ſcientia. Quando enim loqueris, coactus argumentationum ſtrophis tibi uideor aſſentire: cum autem tacueris, ex animo rurſus elabitur: ut liquido appareat diſputationem tuam non ex fontibus ueritatis & Chriſtiana ſimplicitate, ſed ex philoſophorum minutijs & arte deſcendere. ATT. Vis ergo me rurſum uti teſtimonijs ſcripturarum? Et quomodo iactant diſcipuli tui,nullũ argumentationi tuæ poſſe & problematibus reſpondere? CRIT. Non ſolum uolo, ſed & cupio.Doce me de ſcripturis ſanctis,ubi ſublata liberi arbitrij poteſtate faciat homo, quod per ſe aut noluit, aut non potuit. ATT. Non ita, ut tu proponis, ſed ut ueritas poſcit & ratio, ſcripturarum uocibus eſt utendum. Loquitur Iacob in oratione ſua: Si fuerit dominus deus mecum,& cuſtodierit me in uia, per quam ego pergo:& dederit mihi panem ad manducandum,& ueſtimentum ad operiendum:& reduxerit me cum ſalute in domum patris mei,erit mihi dominus in deum:& lapis iſte quem poſui in titulum,erit mihi domus dei:& omnium quæcunq; dederis mihi,decimas offeram tibi. Nunquid dixit, ſi liberum arbitrium conſeruaueris, & cibum & ueſtimentum meo labore quæſiero,& reuertero in domum patris mei? Omnia dat domini uoluntati,ut mereatur accipere quod precatur. Reuertenti de Meſopotamia Iacob, angelorum occurrit exercitus,& uocantur caſtra dei.Poſtea pugnat cum angelo ſub figura hominis,& à domino confortatur. De ſupplantatore,Iacob rectiſſimus dei nomen accepit. Neq; enim ad fratrem crudeliſſimum audebat reuerti,

niſi

A nisi domini præsidio roboratus. Scriptum est in consequentibus: Ortus est ei sol, postquam transiuit Phanuel, quod interpretatur facies dei. Vnde loquitur & Moyses: Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea: nõ proprietate naturæ, sed dignatione miserentis. Oritur ergo nobis sol iusticiæ, quando uultu dei confirmamur. Ioseph in Aegypto claditur carcere: ibiq; infertur, quod custos carceris omnia potestati eius fideiq; cõmiserit. Causaq; redditur, quia dominus erat cum eo: & quæcunq; faciebat, prosperabantur à domino in manibus eius. Vnde & eunuchis somnia suggeruntur, & Pharao uidet somnium inextricabile, ut per hanc occasionem liberaretur Ioseph, pater pasceretur & fratres, Aegyptus tempore famis saluaretur. Sequitur: Dixit autem deus ad Israel in uisione noctis: Ego sum deus patrum tuorum, noli timere descendere in Aegyptum, in gentem enim magnam faciam te ibi: & ego descendam tecum in Aegyptũ, & educam te inde: & ponet Ioseph manus suas super oculos tuos. Vbi hic est liberi arbitrij potestas? An non totum quod ire audet ad filium, & genti se committere dominum nescienti, dei patrum eius auxilium est? Liberatur populus de Aegypto in manu forti & brachio excelso: non Moysi & Aaron, sed eius qui signorum miraculis populum liberauit: & ad extremum percussit primogenita Aegypti: ut qui prius retinebant pertinaciter, ardenter exire compellerent. Solomon loquitur: Esto confidens in dominum in toto corde tuo: in tua autem sapientia ne exalteris: in omnibus uijs tuis cognosce eum, ut rectas faciat uias tuas. Intellige quid loquitur: Nec in sapientia nostra, nec in ullis uirtutibus confidendum, sed in solo domino, à quo gressus hominis diriguntur. Deniq; præcipitur, ut ostendamus ei uias nostras, & notas esse faciamus, quæ non labore proprio, sed illius adiutorio atq; clementia rectę fiunt. Vnde scriptum est: Rectam fac in conspectu meo uiam tuam: siue ut alia exemplaria habent: Rectam fac in conspectu tuo uiam meam: ut quod tibi rectum est, etiam mihi rectum esse uideatur. Idem Solomon loquitur: Deuolue super dominum opera tua, & firmabuntur cogitationes tuæ. Tunc enim nostra cogitatio confirmatur,
B quãdo omne quod agimus, quasi super stabilem & solidissimam petram, domini adiutorio deuoluimus, eiq; cuncta reputamus. Apostolus Paulus cum dei beneficia celeri sermone narrasset, ad extremum intulit: Et ad hæc quis idoneus? Vnde & in alio loco dicit: Fiduciam autem talem habemus per Christum ad deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est, qui & idoneos fecit nos noui testamenti ministros: nõ litera, sed spiritu. Litera enim occidit, spiritus autem uiuificat. Adhuc audemus per liberum arbitrium superbire, & abuti beneficijs dei in contumeliam largitoris? cum idem uas electionis apertissime scribat: Habemus autem thesaurum istum in uasis fictilibus, ut abundantia fortitudinis nostræ sit ex deo, & non ex nobis. Vnde & in alio loco, retundens hæreticorum impudentiã loquitur: Qui gloriatur, in domino glorietur. Neq; enim qui seipsum commendat, ipse probatus est, sed quem deus cõmendat. Et iterum: Nihil enim mihi defuit ab his, qui supra modum sunt apostoli, licet nihil sim. Petrus loquitur ad dominum, signorum magnitudine conturbatus: Recede à me, quia homo peccator sum. Et dominus ad discipulos: Ego sum uitis & uos rami: qui manet in me, & ego in eo, iste affert fructũ multum: quia sine me nihil potestis facere. Sicut rami & flagella uitium ilico contabescunt, cum fuerint à matrice præcisa: ita omnis hominum fortitudo marcescit & deperit, si à dei auxilio deseratur. Nemo, inquit, potest uenire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eũ. Quando dicit, nemo potest uenire ad me, frangit superbientem arbitrij libertatem: quod etiam si uelit ad Christũ pergere, nisi fiat illud quod sequitur: nisi pater meus cœlestis traxerit eum, nequicquam cupiat & frustra nitatur. Simul & hoc animaduertendum, quod qui trahitur, non sponte currit: sed aut retrectans & tardus, aut inuitus adducitur. Qui non potest suis uiribus & labore uenire ad Iesum, quomodo potest omnia simul peccata uitare? Et uitare in perpetuum, & dei sibi potentiæ nomen assumere? Si enim ille ἀναμάρτητος, & ego ἀναμάρτητος: quæ inter me & deum erit distantia? Vnum adhuc ponam testimonium, ne tibi & auditoribus fastidium faciam. Assuero quem septuaginta interpretes ἀρταξέρξην uo-

cant,somnus aufertur ab oculis,ut commentarios in se fidelium replicans ministrorum,inue C
niat Mardochæum,cuius indicio de insidijs liberatus est: ut & Hester commendabilior fie/
ret, & cunctus populus Iudæorum imminentem uitaret necem. Certe rex potentissimus,qui
ab India usq; ad Septentrionem & Aethiopiam cunctum possidebat Orientem, post lar/
gissimas epulas & cibos toto orbe quæsitos dormire cupiebat, & somno requiescere,ac libe/
rum arbitrium implere dormiendi:nisi dominus prouisor bonorum omnium impediisset na
turæ ordinem,ut contra naturam,tyranni crudelitas uinceretur. Longum est si uoluero cun/
cta sanctarum scripturarum exempla proferre. Totus sermo sanctorũ ad deum oratio est:
tota oratio & deprecatio extorquet clementiam creatoris:ut qui nostris uiribus & studio sal/
uari non possumus,illius misericordia conseruemur. Vbi autem misericordia & gratia est, li/
berum ex parte cessat arbitrium:quod in eo tantum est,ut uelimus atq; cupiamus,& placitis
tribuamus assensum. Iam in domini potestate est, ut id quod cupimus, quod laboramus ac
nitimur,illius ope & auxilio implere ualeamus. CRIT. Ego simpliciter dixeram,non in sin/
gulis operibus nostris,sed in gratia conditionis & legis,sentiri auxilium dei,ne liberum fran
geretur arbitrium. Cæterum sunt pleriq; nostrorum,qui omnia quæ agimus,dicãt fieri præ/
sidio dei. ATT. Qui hoc dicit, uester esse cessabit. Aut ergo & tu ista dicito, ut noster esse
incipias:aut si non dicis,alienus eris cum his qui nostra non dicunt. CRIT. Tuus ero,si mea
dixeris:imò tu meus,si aduersa non dixeris. Sana corpora confiteris, & animæ quæ fortior
est,denegas sanitatem. Vt enim morbus & uulnus in corpore,ita peccatum in anima. Qui er
go sanum aliquando hominem confiteris ex ea parte qua caro est,quare non sanum dicas &
ex ea qua spiritus est? ATT. Sequor propositionem tuam. Nunquam hodie effugies, ue/
niam quocunq; uocaris. CRIT. Paratus sum ad audiendũ. ATT. Et ego ad loquendum
surdis auribus. Respondebo igitur ad propositum. Ex anima & corpore conpacti, utriusq;
substantiæ naturam consequimur. Quomodo corpus sanum dicitur,si nullo languore uexe/
tur:ita anima absq; uitio,si nulla perturbatione quatiatur. Et tamen quamuis corpus sanum D
sit integrumq; & uegetum,& cunctorum sensuum integritate robustum, aut crebris, aut ra/
ris infirmitatibus condolescit: & ut firmissimum sit, interdum pituitæ molestiam patitur: ita
anima cogitationum & perturbationum impetus sustinens,ut superet naufragia, non absq;
periculo nauigat,consideransq; fragilitatem suam semper de morte sollicita est: secundum
illud quod scriptum est:Quis est homo qui uiuet, & non uidebit mortem? Quæ cunctis in/
tenta est mortalibus,non naturæ dissolutione, sed morte peccati: iuxta illud propheticum:
Anima quę peccauerit,ipsa morietur. Alioquin hanc communem mortem,qua & bruta sol/
uuntur animalia,Enoch & Eliam nondum uidisse cognoscimus. Da mihi corpus quod nun
quam languerit,aut quod post languorem perpetua sanitate securũ sit:& dabo tibi animam
quæ nunquam peccauerit,nec post uirtutes deinceps peccatura sit:præsertim cum uicina sint
uitia uirtutibus. Et si paululum declinaueris,aut errandum tibi sit, aut in præceps cadendum.
Quantum enim inter se distant pertinacia & perseuerantia,parsimonia & frugalitas,liberali/
tas & profusio, prudentia & calliditas, fortitudo & temeritas, cautela & timiditas? quorum
alia ad bona, alia referuntur ad mala. Quod quidem & in corporibus inuenitur. Si felli pro/
uideris temperando,pituita succrescit. Si humores siccare festines, inardescit sanguis bili uitia
tus, & luteus color ora perfundit. Certe ut cunctam medicorum adhibeamus diligentiam,
& castigatis uiuamus cibis, & morborum fomitibus careamus & cruditate, occultis quibus/
dam & soli deo cognitis causis,uel frigore inhorrescimus,uel febre exardescimus,uel tormini
bus eiulamus,& ueri medici saluatoris imploramus auxilium,dicimusq; cum apostolis:Ma/
gister,saluos nos fac,perimus. CRIT. Esto,ut nullus potuerit omne uitare peccatum in pue
ricia,adulescentia & iuuentute, nunquid negare potes plurimos iustos & sanctos uiros post
uitia,omni se ad uirtutes animo contulisse,& per has caruisse peccato? ATT. Hoc est quod
tibi in principio dixeram,in nostra esse positum potestate,uel peccare,uel non peccare:& uel
ad bonum,uel ad malum extendere manum,ut liberum seruetur arbitrium:sed hoc pro mo
do &

A do & tempore & conditione fragilitatis humanæ: perpetuitatem autem impeccantiæ soli re-
seruari deo, & ei qui uerbum caro factus, carnis detrimenta & peccata non pertulit. Nec quia
ad breue possum, coges me ut possim iugiter. Possum ieiunare, uigilare, ambulare, legere,
psallere, sedere, dormire, nunquid in perpetuum? CRIT. Et quare in scripturis sanctis ad
perfectam iusticiam prouocamur, ut est illud: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uide-
bunt. Et: Beati immaculati in uia, qui ambulāt in lege domini. Et dei loquentis ad Abraham:
Ego sum deus tuus, placeto in conspectu meo, & esto sine macula uel querela: & ponam te-
stamentum meum inter me & te, & multiplicabo te nimis? Si enim nō potest fieri quod scri-
ptura testatur, frustra præcepit ut fieret. ATT. Diuersis testimonijs scripturarum eandem
quæstionem teris in theatrales præstigias, quæ unum eundemq; hominem personarum ua
rietate mutata, in Martem Veneremq; producunt: ut qui prius rigidus & truculentus in-
cesserat, postea soluatur in molliciem fœminarum. Hoc enim quod nunc quasi nouum obij-
cis: Beati mundo corde: & beati immaculati in uia: & esto sine macula: & cætera huiuscemo-
di, Apostolo respōdente conuictū est: & ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus: &
nunc per speculum uidemus in ænigmate: cum autem uenerit quod perfectum est, id quod
ex parte fuerat, destruetur. Et mundum igitur cor quod postea sit uisurum deum, & beatitu-
dinem uitæ immaculatæ, & immaculatum cum Abraham uiuere, in umbra possidemus &
imagine. Quamuis aliquis patriarcha sit, quamuis propheta, quamuis apostolus, dicitur eis
à domino saluatore: Si uos cum sitis mali, scitis bona dare filijs uestris: quanto magis pater
uester qui in cœlis est, dabit bona petentibus se? Denicq; & Abraham, cui dictum est: Esto si-
ne querela & sine macula, conscientia fragilitatis suæ cecidit pronus in terram. Cumq; loqua
tus esset ei deus: Sarai uxor tua non uocabitur ultra Sarai, sed Sara erit nomen eius: & dabo
tibi ex ea filium, & benedicam ei, & erit in gentes, & reges gentium ex ipso erunt, statim infer
tur: Cecidit Abraham in faciem suā, risitq;, & dixit in mēte sua: Si centenario nascetur filius,
B & si Sara nonaginta annorum pariet? Dixitq; Abraham ad deum: Ismael uiuat in conspe-
ctu tuo. Cui respondit deus: Etiam. Ecce Sara uxor tua pariet tibi filium, & uocabis nomen
eius Isaac, & reliqua. Certe audierat à deo: Ego sum deus tuus, placeto in conspectu meo, &
esto sine macula: quare non credidit quod deus repromisit, sed risit in corde, putans se celare
deum, & aperte ridere non audens? Denicq; causas incredulitatis exponens dicit in corde suo:
Quomodo potest fieri, ut centenarius de nonagenaria uxore pariat filium? Viuat, inquit,
Ismael in conspectu tuo, quem semel dedisti. Difficilia non quæro, contentus sum beneficio
quod accepi. Quem occulta responsione arguens deus, ait: Etiam. Et est sensus: Fiet quod exi
stimas non futurum. Sara uxor tua pariet tibi filium: & antequam ista concipiat, priusquam
ille nascatur, puero nomen imponam. Ex errore enim tuo, quo risisti tacitus, filius tuus Isaac
risus nomen accipiet. Sin aūt ab his qui sunt mundo corde in hoc seculo putas uideri deum,
quare Moyses qui prius dixerat: Vidi dominū facie ad faciem, & salua facta est anima mea:
postea deprecatur, ut eum uideat cognoscenter? quem quia dixerat se uidisse, audit à domi-
no: Non potes uidere faciem meam. Non enim uidebit homo faciem meam, & uiuet. Vnde
& Apostolus, inuisibilem solum deum, qui & lucem habitat inaccessibilem, & quem nullus
hominum uiderit, neq; possit uidere, appellat. Et Ioannes euangelista sacra uoce testatur, di-
cens: Deum nemo uidit unquā. Vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse narrauit. Qui ui-
det, & narrat, non quantus est ille qui uisus est, nec quantū nouit ille qui narrat: sed quantum
potest mortaliū sensus accipere. Quod autem putas beatum esse, qui sit immaculatus in uia,
& ambulet in lege eius, ex sequenti sensu priorem intellige. Multis testimonijs supra didicisti
legem nullum potuisse complere. Si autem Apostolus ad comparationem gratiæ Christi,
quæ prius lucra arbitrabatur in lege, reputauit quasi stercora, ut Christum lucrifaceret: quan
to magis nos scire debemus, ideo Christi & euangelij gratiam successisse: quia in lege nemo
iustificari potuit? Si autem in lege nullus iustificatur, quomodo ad perfectum immaculatus
est in uia, qui adhuc ambulat, & ad calcem uenire festinat? Certe qui in cursu est, & in uia, gra

ditur,minor est eo qui peruenit ad finem.Si ergo immaculatus est ille atq; perfectus,qui ad c
huc ambulat in uia, & graditur in lege: quid plus habebit ille, qui ad terminum uiæ legisq; peruenit? Vnde & Apostolus de domino loquitur:quod in fine mundi,& in consummatione uirtutum exhibeat sibi sanctam ecclesiam,non habentem maculā,neq; rugam:quam uos putatis iam in ista carne mortali & corruptibili esse perfectā,& audire meremini cum Corinthijs:Iam perfecti estis,iam diuites facti estis,sine nobis regnatis: atq; utinam regnaretis, ut & nos regnaremus uobiscum:cum uera & absq; omni sorde perfectio in cœlestibus reseruetur,quando sponsus loquetur ad sponsam:Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.Iuxta quod & illud intelligitur: Vt sitis irreprehensibiles & simplices sicut filij dei immaculati:quod non dixerat estis,sed sitis,in futurum differens,non in præsenti esse contestans: ut hic labor sit atq; contentio,ibi laboris uirtutisq; præmia.Denicq; Ioānes scribit:Dilectissimi, filij dei sumus,& nondum apparuit quid erimus.Scimus,quia cum apparuerit,similes ei erimus, quando eum uidebimus sicuti est.Quanquā ergo filij dei simus, tamen similitudo dei, & uera contemplatio,tunc nobis repromittitur,quādo apparuerit in claritate sua.De hoc superbiæ tumore,& illa orandi prorumpit audacia: qua scribens ad uiduam,quomodo sancti debeant orare pronuncias. Ille enim,inquis, merito ad deum extollit manus: ille preces bona cōscientia fundit,qui potest dicere:Tu enim nosti domine,quàm sanctæ, quàm innocentes,quàm puræ sint ab omni fraude, & iniuria, & rapina, quas ad te expando manus: quàm iusta,quàm immaculata labia,& ab omni mēdacio libera:quibus tibi, ut mihi miserearis preces fundo.Christiani est hæc,an pharisæi superbientis oratio: qui etiam in Euangelio loquebatur:Deus,gratias ago tibi,quia non sum sicut cæteri homines, raptores,iniusti,adulteri, & sicut hic publicanus:ieiuno bis in sabbato: decimas do omnium quæ possideo. Ille agit gratias deo,quia ipsius misericordia nō sit sicut cæteri homines,peccata detestans, nō assumens iusticiam.Tu dicis:Domine tu nosti quàm sanctæ,quàm innocentes,quàm puræ sint ab omni fraude,iniuria & rapina,quas ad te expando manus.Ille bis in sabbato se ieiunare dicit,ut D
affligat carnem uitijs lasciuientem: & omnis substantiæ suæ dat decimas. Redemptio enim animæ uiri,propriæ diuitiæ.Tu cum diabolo gloriaris,dicente:Super sydera ascendam, ponam in cœlo thronū meum,& ero similis altissimo.Dauid loquitur:Lumbi mei impleti sunt illusionibus, & computruerunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Et: Ne intres in iudicium cum seruo tuo,& non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Tu sanctum & innocentem & purum te esse iactas, & mundas ad deum expandis manus. Nec sufficit tibi in cunctis operibus gloriari, nisi ab omni sermonis orisq; peccato mundum esse te dicas: inferens quàm iusta,quàm immaculata labia,& ab omni mendacio libera.Ille canit: Omnis autem homo mendax:& hoc ipsum confirmat apostolica autoritas,ut sit deus uerax,omnis autem homo mendax:& tu ab omni mendacio immaculata & iusta & libera possides labia.Esaias plangit:Heu mihi misero,quoniam compunctus sum,quia cum sim homo,& immunda labia habeam,in medio quoq; populi immunda labia habentis ego habito:& postea Seraphim ignitum carbonem forcipe comprehensum defert ad prophetæ labia purgāda:non ut tu loqueris arrogantis,sed sua uitia cōfitentis.Iuxta illud quod in psalmo dicitur: Quid detur tibi,aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs. Et post tantum tumorem, orantisq; iactantiam & cōfidentiam sanctitatis, quasi stultus stultis persuadere conaris: ut in extremo dicas, quibus tibi ut mihi miserearis preces fundo.Si sanctus es,si innocens,si ab omni sorde purgatus:si nec sermone, nec opere peccasti,dicente Iacobo:Qui in uerbo non peccat,iste perfectus est uir: & nemo potest refrenare linguam suam:quomodo misericordiā deprecaris,ut uidelicet plangas te & fundas preces:quia sanctus & purus es & innocens immaculatisq; labijs, & ab omni liber mēdacio, dei similis potestati? Sic Christus orauit in cruce: Deus deus meus, ut quid dereliquisti me:lōge à salute mea,uerba delictorum meorum.Et rursum:Pater,in manus tuas cōmendo spiritum meum.Et:Pater,ignosce eis:quod enim faciunt, nesciūt: qui pro nobis agens gratias dixerat:

Confiteor

A Confiteor tibi domine pater cœli & terræ. Sic docuit apostolos suos, ut quotidie in corporis illius sacrificio credentes audeant loqui: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. Illi nomen dei, quod per se sanctum est, in se sanctificari cupiunt: tu dicis, nosti domine quàm sanctæ & quàm innocentes & quàm puræ manus meæ sint. Illi inferunt: Adueniat regnum tuum: spem regni futuro tempore præstolantes: ut regnante Christo, nequaquam regnet peccatum in mortali eorum corpore: iunguntq; : Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra: ut imitetur angelos humana fragilitas, & uoluntas domini compleatur in terra. Tu dicis, potest homo si uoluerit omni carere peccato. Panem quotidianum, siue super omnes substantias, uenturum apostoli deprecantur, ut digni sint assumptione corporis Christi. Et uos per nimiam sanctitatem, securamq; iusticiam, audacter uobis cœlestia dona uendicatis. Sequit: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. De baptismatis fonte surgentes, & regenerati in dominum saluatorem: impleto illo, quod de se scriptum est: Beati quorum remissę sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata: statim in prima corporis communione Christi dicũt: Et dimitte nobis debita nostra: quæ illis fuerant in Christi cõfessione dimissa: & tu arrogans & superbus de sanctarum puritate manuum, & mundicia eloquij gloriaris. Quamuis sit hominis perfecta cõuersio, & post uitia atq; peccata uirtutum plena possessio: nunquid possunt sic esse sine uitio, quomodo illi, qui statim de Christi fonte procedunt? Et tamẽ iubentur dicere: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: non humilitatis mendacio, ut tu interpretaris, sed pauore fragilitatis humanæ suam conscientiam formidantes. Illi dicunt: Ne nos inducas in tentationem: tu cum Iouiniano loqueris: eos qui plena fide baptisma consequuti sunt, tentari ultra & peccare nõ posse. Ad extremum inferunt: Sed libera nos à malo. Quid precantur à domino, quod habent in liberi arbitrij potestate? O homo nunc mundus factus es in lauacro, & de te dicitur: Quæ est ista, quæ ascendit dealbata, innitens super fratruelem suum: ut lota quidem sit, sed custo-
B dire non ualeat puritatem, nisi à domino deo sustentetur. Quomodo cupis dei misericordia liberari, qui pauloante liberatus es à peccatis, nisi hac ratione qua diximus: ut cum omnia fecerimus, nos inutiles esse fateamur. Oratio ergo tua, pharisæi uincit superbiam, & publicani comparatione damnatur: qui de longe stans, oculos ad deum non audebat attollere, sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propicius esto mihi peccatori. Vnde profertur domini sententia: Dico uobis, descendit hic iustificatus in domũ suam, plus quàm ille. Omnis enim qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Apostoli humiliantur, ut exaltentur. Discipuli tui eleuantur, ut corruant. Eidem adulans uiduæ non erubescis dicere pietatem, quæ nusquam reperitur in terra: & ueritatem, quæ ubique peregrina sit, in illa potissimum commorari: nec recordaris illius sententiæ: Populus meus, qui beatum te dicunt, seducunt te, & semitas pedum tuorum supplantant: laudasq; eam uocibus, & dicis: O te felicem nimium, ò beatam, si iusticia quæ esse iam non nisi in cœlo creditur, apud te solam inueniatur in terris. Docere est hoc an occidere? Leuare de terra, an præcipitare de cœlo: id mulierculæ tribuere, quod angeli non audeant usurpare? Si aũt pietas, ueritas atq; iusticia non inueniunt in terris, nisi in una muliere: ubi erunt iusti tui, quos absq; peccato in terris esse iactabas? Quæ duo capitula orationis & laudis, soles cum tuis iurare discipulis non esse tua, cum perspicue in eis stili tui splendor eluceat: & tanta sit uenustas eloquij Tulliani, ut testudineo incedens gradu, quæ secreto doces, mittisq; uenalia, publice non audeas profiteri. O te felicem, cuius præter discipulos nemo conscribit libros: ut quicquid uideris displicere, non tuum, sed alienum esse contendas. Et quis ille tanti erit ingenij, ut leporem tui sermonis possit imitari? CRITOB. Non possum ultra differre, omnis uincitur patientia uestrorum iniquitate uerborum. Oro te, quid infantuli peccauere? nec conscientia eis delicti imputari potest, nec ignorantia, qui iuxta Ionam prophetam manum dexteram nesciunt & sinistram. Peccare non possunt & possunt perire: genua labant, uagitus uerba non explicant, balbutiens lingua ridetur, & æternæ miseriæ cruciatus miseris præparantur. ATT. Ah nimium

diſertus eſſe cœpiſti,ut non dicam eloquens, poſtquam diſcipuli tui uerſi ſunt in magiſtros. c Antonius orator egregius, in cuius laudibus Tullius pertonat: diſertos ſe ait uidiſſe multos, eloquentem adhuc neminem. Noli ergo mihi oratorum & non tuis floribus ludere, per quos ſolent imperitorum atque puerorum aures decipi, ſed ſimpliter dic mihi quid ſentias. CRITOB. Hoc dico, concedas mihi ſaltem eos eſſe ſine peccato, qui peccare non poſſunt. ATT. Concedam ſi in Chriſto fuerint baptizati:nec me tenebis in aſſenſum ſententiæ tuæ, qua dixiſti poſſe hominem ſine peccato eſſe ſi uelit. Iſti enim nec poſſunt,nec uolunt: ſed ſine ullo peccato per dei gratiam ſunt, quam in baptiſmo ſuſceperunt. CRITOB. Cogis me, ut ad inuidioſum illud ueniam, & dicam tibi, Quid enim peccauerunt: ut ſtatim in me populorum lapides conijcias, & quem uiribus non potes, uoluntate interficias? ATT. Ille hæreticum interficit, qui eſſe hæreticum patitur. Cæterum noſtra correptio, uiuificatio eſt: ut hæreſi moriens, uiuas catholicæ fidei. CRITOB. Si nos ſcitis hæreticos, cur non accuſatis? ATT. Quia Apoſtolus me docet hæreticum poſt unam & ſecundam correptionem uitare non accuſare,ſciens quia peruerſus ſit,& ſuo iudicio damnatus. Alioqui ſtultiſſimum eſt, ſuper fide mea ex alterius pendere iudicio. Quid enim ſi te alius catholicum dixerit, ſtatim ne aſſenſum tribuam? Quicunque te defenderit, & peruerſa credentem bene ſentire dixerit: non hoc agit ut te infamia liberet, ſed ut ſe infamet perfidiæ.Multitudo ſociorum nequaquam te catholicum, ſed hæreticum eſſe demonſtrabit. Verum hæc eccleſiaſtico calcentur pede, ne quaſi paruulis flentibus triſtior quædam imago monſtretur.Hoc nobis præſtet dei timor, ut omnes alios contemnamus timores.Proinde aut defende quod credis,aut relinque quod defendere non potes. Quemcunque in defenſionem tui adduxeris, non patronum, ſed ſocium nominabis. CRIT. Dic quæſo, & me omni libera quæſtione, quare infantuli baptizentur? ATT. Vt eis peccata in baptiſmate dimittantur. CRIT. Quid enim commeruere peccati? Quiſquám ne ſoluitur non ligatus? ATT. Me interrogas? Reſpondebit tibi Euangelica tuba, doctor gentium, uas aureum in toto orbe reſplendens: Regnauit mors ab Adam, uſque ad Moyſen, etiam in eos qui non peccauerunt, in ſimilitudinem præuaricationis Adam, qui eſt forma futuri. Quod ſi obieceris dici, eſſe aliquos qui non peccauerunt: intellige eos illud non peccaſſe peccatum, quod peccauit Adam prævaricando in paradiſo præceptum dei. Cæterum omnes homines, aut antiqui propagatoris Adam, aut ſuo nomine tenentur obnoxij. Qui paruulus eſt, parentis in baptiſmo uinculo ſoluitur. Qui eius ætatis eſt, quæ poteſt ſapere,& alieno & ſuo,Chriſti ſanguine liberatur. Ac ne me putes hæretico ſenſu hoc intelligere, beatus martyr Cyprianus, cuius te in ſcripturarum teſtimonijs dirigendis æmulum gloriaris, in epiſtola quam ſcribit ad epiſcopum Fidum de infantibus baptizandis hæc memorat. Porrò autem ſi etiam grauiſſimis delictoribus, & in deum multo ante peccantibus cum poſtea crediderint remiſſio peccatorum datur, & à baptiſmo atq; gratia nemo prohibetur: quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccauit, niſi quod ſecundum Adam carnaliter natus, contagium mortis antiquæ, prima natiuitate cõtraxit? Qui ad remiſſionem peccatorum accipiendam,hocipſo facilius accedit, quod illi remittuntur non propria, ſed aliena peccata. Et idcirco frater chariſſime,hæc fuit in concilio noſtra ſententia,à baptiſmo atq; gratia dei, qui omnibus miſericors & benignus & pius eſt, neminem per nos debere prohiberi. Quod cum circa uniuerſos obſeruandum ſit atq; retinendum, magis circa infantes ipſos & recens natos obſeruandum puta, qui hoc ipſo de ope noſtra ad diuinam miſericordiã plus merentur,quod in primo ſtatim natiuitatis ſuæ ortu plorantes ac flentes, nihil aliud faciunt quàm deprecantur. Scripſit dudum uir ſanctus & eloquens epiſcopus Auguſtinus ad Marcellinum, qui poſtea ſub inuidia tyrannidis Heraclianæ ab hæreticis innocens cæſus eſt, duos libros de infantibus baptizandis contra hæreſim ueſtram, per quam uultis aſſerere baptizari infantes,nõ in remiſſionem peccatorum, ſed in regnum cœlorum: iuxta illud quod ſcriptum eſt in Euangelio: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt intrare in regnum cœlorum. D

Tertium

A Tertium quoq; ad eundem Marcellinum contra eos,qui dicũt idem quod uos, posse homi-
5 nem sine peccato esse,si uelit, absq; dei gratia.Et quartum nuper ad Hilarium contra doctri nam tuam,multa peruersa fingentem. Alios quoq; specialiter tuo nomini cudere dicitur,qui necdum in nostras uenere manus, Vnde supersedendum huic labori censeo, ne dicatur mihi illud Horatij:In syluam ne ligna feras. Aut enim eadem diceremus ex superfluo,aut si noua uoluerimus dicere, à clarissimo ingenio occupata sunt meliora. Hoc unum dicam,ut tandem finiatur oratio: aut nouum uos debere symbolum tradere, ut post patrem & filium & spiritum sanctum baptizetis infantes in regnum cœlorum: aut si unum & in paruulis & in magnis habetis baptisma, etiam infantes in remissionem peccatorum baptizandos in similitudinem præuaricationis Adam. Quod si iniusta uobis uidetur aliorum remissio peccatorum,qua non indiget qui peccare non potuit:transite ad amasium uestrum, qui præterita in cœlis & antiqua delicta solui dicit in baptismo: ut cuius in cæteris autoritate ducimini, etiam in hac parte errorem sequamini.

IN PROLOGVM DIALOG. ADVERSVS PELAGIANOS SCHOLIA.

1 QVibusdam lupatis.) Lupata sunt frena asperiora,quibus indomiti cohibẽtur equi.Ita Vergilius:Et duris parere lupatis. Euagrium Hyperboritam.) Addidit patriã,quod eius nominis complures sint.Sunt autem Hyperborei,Scythiæ populi in Asiatico littore ad Aquilonem in montibus Ripheis. Abin & Paamin. Meminit Augustinus in libro De hæresibus ad Quoduultdeum de Psallianis,siue, ut in alijs habetur codicibus, Massilianis,qui Græce dicti sint Euchitæ,quod indesinenter orarent. Socraticorũ consuetudinem.) Qui dialogis rem tractant, ut Plato & Xenophon. Inuidiæ facibus.) Id etiam literis prodidit Gennadius,obtrectatorem Rufini,liuore commotum,ad obloquium uertisse stilum. Eloquentiæ fuere fulmina.) Hoc per Ironiam est accipiendũ.Nam ipsi in libris infantiã exprobrat.Siquidem id agit hoc loco Hieronymus, nõ fuisse causam cur Ruffino inuideret. Palladius seruilis nequitiæ.) Nequitiam nõ ad libidinem retulit, sed ad contemptum.Ita Plautus piscem non recentem appellat nequam,quod nullius esset precij.

IN PRIMVM DIALOGVM SCHOLIA.

B
1 Dic mihi.) Posteaq; decretum erat fictis nominibus rem agere, demiror cur hæc uocabula potissimum placuerint Attici & Critobuli.Nisi ob id sibi sumpsit Attici nomen,quod hic data opera Atticum dicendi genus affectauit, hoc est, dilucidum, & elegans magis quàm uehemens. Quod idem fecit in dialogo Luciferiani & Orthodoxi. Aduersarium autem ideo uocauit Critobulum,quod innuat in consilio condemnandum,à uerbo κείνω & βυλὴ. Nam huius hæresis damnata fuit primum ab Innocentio,deinde à Zosimo,postremo à concilio Cathaginensi:quemadmodum ante retulimus. Ingratis tibi fatendũ est.) Ingratis aduerbialiter dixit,pro eo quod est,nolenti. Scilicet nũc mihi.) Scilicet Ironiam habet, sentit enim non esse necesse. Fruere liberi arbitrij.) Hoc non est approbantis, sed abominantis. ὄναιο, hoc est,tibi habe.Ita Iuuenalis: Viuas & imaginis huius gaudia lõga feras,uti-
2 que cum contemptu eius cui hæc dicit. Quod Græce dicitur δυνάμις.) Philosophorum uocabula δυνάμις, quam potentiam uocant Latini: & ἐνέργεια, quam actum appellant: hæc inter se pugnant. Nam δυνάμει dicitur esse, quod nondum est: sed tamen ita conditum, ut esse possit, quemadmodum granum pomi potentia est arbor,& materia prima quidlibet est. At ἐνέργείᾳ, quod iam uere est, & in quõ agit inducta forma. Ne tu dialecticis.) Varie deprauatus erat hic locus in exemplaribus,legendum arbitror:At tu nænijs dialecticis imbutus quidem es. Vt sit sensus, illum degustata dialectica facile posse sentire, id neminem concessurum. Aut certe in hunc modum. An tu ne his quidem dialecticis imbutus es? hoc est, his rudimentis, quæ norunt, qui uel leuiter attigere dialecticam. In regione Hus.) Quam uocem Hebraicam Septuaginta uerterunt Ausitide. Et paruam euangelistæ.) Nam magis mirandum erat, si apostolus in eadem epistola, eaq; parua, sic secum ipse pugnaret. Quid
3 paleis ad.) Hiere.ca.xxiij Ad oratorum castra.) Translatum à militibus perfugis, ad hostium castra se transferentibus. Orator tuus.) Nempe Cicero. Communibus locis.) Subaudi uti. Nam domi nobis ista nascũtur,rhetorũ em̃ propria sunt. Diuidẽs propria.) ἰδία Græce,hoc est,proprie, siue priuatim.Si legas ἴδια, propria sunt.Atq; id uerbi in nostra æditione nõ reperitur. Magister ueter ὁ ἀρχαῖος.) id est, uetus ille.Origenẽ,ni fallor,significat,aut certe Platonẽ,unde hausit hęc Origenes. Maluit aũt Græce dicere,ut alluderet ad libros περὶ ἀρχῶν. Deinde luderet amphibologia uocis. Nam Archæus Græcis & uetustũ significat,& stultum ac delirum. Manũ inijciant deo.) hoc est,deum in ius trahant iniecta manu. Quas Græci βαναύσους.) Quod ad uerbũ dicere possis caminarias, quod in fornacibus & caminis exerceant:à βαύω camino,& αὔω incẽdere.Deinde translata uox ad quas-
4 libet artes,quæ manuũ opificio peragũtur. In tria diuiditur.) Hic suppositum erant eruditi diuisionẽ me-

dicinæ,aliunde ſumptam. Verum ex antiquorum codicum ueſtigijs,ad hunc reſtituimus modum, δόγμα,μέθοδον,ἐμπειρίαν, id eſt,decretum,rationem,& experientiam : ut prima pars pertineat ad præceptiones : ſecunda ad rationem accommodandi : tertia ad exercitationem,ſiue adminiſtrationem artis. Vtitur hac eadem diuiſione in epiſtola ad Paulinum. At eruditus aliquis ſuppoſuerat hoc loco,partitionem Cornelij Celſi,qua medicinam in tres diuidit partes, διαιτητικήν,φαρμακευτικὴν,χειρουργικὴν, quarum prima tradit rationem uictus:ſecunda curationem & apparatum remediorũ:tertia manuum conſtat officio,nempe ea quæ ſectionibus,emplaſtris,& inuſtionibus curat. ἀνέγκλητον magis ſonat.) Sine crimine uidetur uulgò dici, qui caret flagitijs. At ἀνέγκλητος dicitur is,in quem nullum crimen poſſis impingere. Nam multorũ innocentia non caret infamia:ueluti Catonis,qui toties accuſatus fuit, ſed abſolutus. ἐγκαλεῖν eſt in ius uocare, & dicam impingere: ἔγκλημα crimen,unde ἀνέγκλητος. quaſi dicas incriminabilis. Aut uerrucam.) Neuus eſt macula, uerruca tuberculum. Conſidere- 5
mus quoq; ἐπίτασιν.) Id eſt,intenſionem,ſiue exaggerationem. Quodq; ſequitur μὴ νέόφυτον.) Id eſt,non nouitiũ. Sic enim uocat,qui nuper ad fidem acceſſerit. Vel in exceſſibus.) Excurſibus opinor legendum,quam ἔκβασιν uocant. Receptum autem erat in declamationibus, ut ſtatim à narratione in locum aliquem amœnum excurreret is qui dicebat, quo uoluptate præpararet auditorem ad futuram argumentationem. Id quod & Hieronymus in aliquot libris ſuis fecit,ſicuti ſuis indicauimus locis. Epilogorum dulcedine.) Nam in hac parte potiſſimũ delectare conantur, in qua locus eſt proprius mouendorum affectuum. Actum ne agas.) Eſt apud Terentium in Phormione,id eſt,ne fruſtra labores:translatum à iudicijs, in quibus non licebat eandem cauſam, de qua pronunciatum eſſet, denuo agere. Stultitiam ἀσυνάρτητα argumẽtationis.) Inter uitia argumentationis refertur ἀσύναρτον, 6
id eſt,inconſiſtens:ſimile ei,quod appellatur ψευδόμενον. Dicitur autem ἀσύναρτον, quoties eiuſmodi res proponitur, ut ne poſſit quidem eſſe quod fingitur : ut lex indicit talionem uulneris, cum id ne fieri quidem poſſit:ut enim nihil aliud accedat, ille imprudens uulnerauit, hic prudens. Vigilantem capiam.) Alluſit ad Ariſteum,de quo meminit Vergilius in quarto Georgicõn:qui matris adiutus conſilio,Proteum uinculis irretiuit:ſed dormientem ex inſidijs adortus. Laborare poteſt.) Laborat aliquando, qui periclitatur. Eſt autem Liuij ſententia prouerbialis. Amazonas tuas.) Mulieres hæreticis fauẽtes:in quas iocatur & in libris aduerſus Iouinianum. Decimoquarto titulo.) Citat librum Pelagij. Sed quod ubiq; ὑπερβολικῶς.) Id eſt, immodica & fidem excedentia loquens.

IN DIALOGVM SECVNDVM SCHOLIA. D

Quod Græce ἀναμάρτητον.) Id eſt,impeccabilem:ut in ſuperioribus demonſtratum eſt. Demoſthenis ueſtri.) Apparet notare interpretem Origenem,aut Origeniſtam quempiam. Quæ Græce περιφέρεια.) Id eſt,circũferentia,ſiue circumlatio, aut rotatio, quod in morem rotæ uoluãtur aſſidue res mortaliũ. Λύπην.) Dolor,ſiue moleſtia. χαρὰ gaudiũ,à uerbo χάιρω, ἡδονὴ uoluptas,à uerbo ἥδομαι. Gaudiũ ad animũ pertinet, ἡδονὴ magis ad corpus:quanq; & hæc uox ad animũ,& in bonã partẽ torquetur à Latinis. Epiſtolæ biblinæ.) Id eſt,papyraceæ. Notat Pelagiũ & Iulianũ, quod procul mit- 2
tant ſuas epiſtolas,ut inde redeant munera. Inter ſimias & pauos.) Quæ animantia eius ſunt regionis:& alterũ habetur in delicijs apud magnates,alterũ etiam in cibis gratum magnatũ menſis. Noua de Ophir.) Alludit ad id,quod legimus, ex longinquis regionibus dona peregrina miſſa Solomoni,ob admirationem ſapientiæ. τῷ δοκεῖν.) Id eſt, apparendo,aut ſic ut uideretur, aut putaretur. Eſt enim uerbũ infinitiui modi,nominis loco poſitũ. Niſi fallor enim σκῶλον, & σκάνδαλον.) Vtrunq; 3
ductũ uidetur à σκάζω, quod eſt claudico:quod obiectũ offendiculum cogat claudicare, & ad ruinam tendere. Optimũ reuera.) Hoc κατ' ἀντίφρασιν eſt accipiendũ. ἀντίδοτον eſſe doceas.) Verbum eſt Homericũ, quo ſignificat dijs æquiparandũ, & numini parem. Quo maledicto.) Phrygiæ fortuitam mentionem torſit in Cataphrygas hæreticos,Montani diſcipulos: qui dicebat ſpiritũ ſanctum non in apoſtolos,ſed in ſe deſcendiſſe. ὁ μόνος ἀναμάρτητος.) Id eſt,ille qui ſolus eſt ſine peccato.

Filius Ioſedech.) Vt diſtinguat à filio Nauæ. Locus autem eſt apud Zachariam cap.iij. Lapides 4
ſancti uoluuntur.) Locus eſt apud eundẽ cap.ix. Antiochus Epiphanes.) ὠφανὴς, id eſt,illuſtris.

IN DIALOGVM TERTIVM SCHOLIA.

Quod de Socrate.) Is Agelaſtos eſt dictus,ſemper eodem uultus habitu,nec alio fuit cum ebiberet 1
cicutam,q̃ quo ſolet uinum bibere. Lacernam ſiue penulam.) Nam de Græca uoce φαιλόνης quid ſignificet,ambigunt. Alij pallij genus eſſe putant,quam hic lacernam uocat:alij thecam librorũ. Non intelligis.) διλήμματον, ſiue δίλημμα, id eſt,dilemma,genus eſt ſyllogiſmi cornuti, quo modo uſus eſt Critobulus. Niſi mauis δυσδιλήμματον, id eſt,peruerſum dilemma. Nam id ex quorundam codicum ueſtigijs propemodum licet odorari,ut intelligas dilemma uitioſum. αὐτεξούσιον.) Id eſt,qui ſui iuris 2
eſt,ſuæq; poteſtatis, ἐξουσία poteſtas, αὐτὸς ipſe. Theatrales præſtigias.) Præſtigias appellat,quod oculis illudatur. Aliud enim exhibetur quàm eſt. Fit autẽ aliquoties in Tragœdijs,ut idem hiſtrio nunc prodeat Neptunus,nunc Venus,nunc Apollo,aut aliud quidlibet. Teſtudineo.) Ad faſtum inceſſus retulit,ita ſolent,qui ſupercilioſam præ ſe ferũt ſanctimoniam. Epiſcopus Auguſtinus.) Nemo

plura

A plura cõscripsit aduersus Pelagianos quàm diuus Augustinus. Extant hi libri, sed hoc titulo, de peccato
5 rum meritis & remissione. Ad Hilarium.) Non Pictauiensem, sed Syracusanum, qui proponit illi quædam Pelagianorum dogmata. Nusquam de Augustino locutus est honorificentius Hieronymus, quàm hoc loco. In syluam ne.) Prouerbiale est, illi simile: Ne addas aquam mari. Amasium uestrum.) Origenem sentit.

ANTIDOTVS. In primo dialogo dicit neminem omnino mortalem præter ũnum Christum fuisse, aut esse potuisse sine peccato, cum hoc beatæ Mariæ tribuant omnes Christiani. Loquitur autẽ de peccato actuali quod uocant, quod Ioanni Baptistæ, & alijs nonnullis nostri tribuunt theologi. Nec enim id solũ refellit, hoc non posse contingere homini absq; gratia dei, sed negat omnino cõtigisse cuiquam, uerum id soli deo competere putat, atq; id repetit & in sequentibus dialogis locis aliquot. Fortassis ita sensit, id nulli contingere suis meritis. Verum id illis locis non indicat. Quanquam hęc à disputante dicuntur, & super his nihil adhuc definierat ecclesia. Præterea damnat eos qui uolunt fœminas psallere laudes diuinas in hominum frequentia, cum hodie passim & palàm canant in templis, uerum hæc consuetudo mutauit. Præterea calumniosius uidetur insectari, quod Pelagius scripserat, gloriam uestium & ornamentorum deo esse contrariam. Non enim dixit, uestes ornatas, aut splendidas esse deo contrarias, sed gloriam uestium. Quod si maxime dixisset, quid erat flagitij? Quasi Hieronymus nõ plurimis locis hoc idem dixerit? Verum hæc calori disputantis sunt condonanda. In secundo dialogo dicit, hypocriseos uitio aut paucos carere aut nullos, cum morbus sit omnium pestilentissimus. Verum id non est accipiendum, de praua illa & callida simulatione sanctimoniæ, sed uerecũda dissimulatione uitiorum nostrorum, quæ sanabiles etiam animos comitatur.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Theophilus episcopus Alexandrinus adhortatur Ephiphanium episcopũ Salaminæ Cypri, ut modis omnibus adnitatur, quo conuocata synodo, Origenistarum hæresis publica autoritate damnetur

THEOPHILVS EPIPHANIO

DOminus qui locutus est ad prophetam: Ecce constitui te hodie super gentes & regna, eradicare, & suffodere & disperdere: & rursum, ædificare ac plantare: singulis temporibus eandem ecclesiæ suæ largitur gratiam: ut integrũ corpus conseruetur, & in nullo hæreticorum dogmatum uenena præualeant. Quod quidem nunc uidemus expletum. Nam ecclesia Chisti, quæ non habet maculam neq; rugam,
B aut aliquid istiusmodi, egredientes de cauernis suis, Origenis colubros euangelico ense truncauit: & secundum Nitriæ monachorum agmen, contagione pestifera liberauit. Pauca ergo ex his quæ gesta sunt, in generali epistola, quam ad omnes in commune direxi, prout patiebatur angustia temporis, cõprehendi. Dignationis tuę est, quę in huiusćemodi certaminibus sæpe ante nos pugnauit, & positos in prælio consolari, & congregare totius insulæ episcopos: ac synodicas literas, tam ad nos, cq; ad Cõstantinopolitanæ urbis episcopum, & si quos alios putaueris, mittere: ut cõsensu omnium, & ipse Origenes nominatim & hæresis nepharia condemnetur. Dicis enim quod calumniatores ueræ fidei, Ammonius, Eusebius, & Eutinius, nouo pro hæresi furore bacchantes, Constantinopolim nauigarint, ut & nouos si quos ualuerint, decipiant: & ueteribus suæ impietatis socijs coniungantur. Curæ igitur tuæ sit, ut cunctis episcopis per Isauriam atq; Pamphyliam, & cæterarum prouinciarum, quę in uicino sunt, rei ordinem pandas: & nostram, si dignum putas, epistolã subijcias: ut omnes uno spiritu congregati, cum uirtute domini nostri Iesu Christi tradamus eos satanæ in interitũ impietatis, quæ possidet eos. Et ut celerius nostra Constantinopolim scripta perueniant, mitte industrium uirum, & aliquem de clericis, sicut & nos de ipsis Nitriæ monasterijs patres monachorum, cum alijs sanctis & continentissimis uiris misimus, qui possint cunctos in præsenti docere, quæ gesta sunt: & super omnia quæsumus, ut impensas ad dominum fundas preces: quo possimus etiam in isto certamine uictoriam consequi. Non enim parua lætitia, & in Alexandria & per totam Ægyptum populorum corda peruasit: ex quo pauci homines electi sunt, ut purum corpus ecclesiæ permaneret. Saluto fratres qui tecum sunt. Te plebs quæ nobiscum est, in domino salutat.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Theophilum episcopum Alexandrinũ extimulat in Origenistarum factionem. Verum in his epistolis tametsi doctæ sunt, admiror æqualitatẽ stili, cũ Theophilus, ni fallor, Græce scripserit. Vnde mihi uidetur eruditus aliquis ex actis hæc cõscripsisse. Sed integrũ esto nihilo secius suum cuiq; iudicium.

Hic

Hic Theophilus peſſimis coloribus depingitur libro Tripartitæ hiſtoriæ decimo, homo nafer & fraudulentus, ingenijq; tyranníci, cuius artibus Chryſoſtomus in exilium actus eſt. c

HIERONYMVS THEOPHILO.

MEminit beatitudo tua, quod eo tempore quo nobiſcum manebas, nunquã ab officijs meus ſermo ceſſauerit: nec conſiderauerim, quid tu pro diſpenſatione tunc faceres, ſed quid me facere cõueniret. Et nunc ſumptis dignationis tuæ epiſtolis, fructum aliquem cœpiſſe me uideo euangelicæ lectionis. Si enim duri iudicis ſententiam, crebra mulieris inflexit petitio: quanto magis paterna uiſcera interpellatione ſedula molliuntur? Quod de canonibus eccleſiaſticis mones, gratias agimus. Quem enim diligit dominus, corripit, & flagellat omnem filiũ, quem recipit. Sed tamen ſcito nobis nihil eſſe antiquius, quàm Chriſti iura ſeruare, nec patrũ tranſire terminos, ſemperq; meminiſſe Romanã fidem, apoſtolico ore laudatam: cuius ſe eſſe participem Alexandrina eccleſia gloriatur. Super nepharia hæreſi, quam in multa patientia geris, & putas eccleſiæ uiſceribus incubantes tua poſſe corrigi lenitate, multis ſanctis diſplicet: ne dum paucorum pœnitentiam præſtolaris, nutrias audaciam perditorum: & factio robuſtior fiat. Vale in Chriſto.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Theophilus ſcribit Hieronymo, uictos & exploſos ac damnatos Origeniſtas.

THEOPHILVS HIERONYMO.

SAnctus epiſcopus Agatho, cum dilectiſſimo diacono Athanaſio in eccleſiaſtica directus eſt cauſa, quam cum didiceris, non ambigo quin noſtrum ſtudium probes, & in eccleſiæ uictoria glorieris. Nanq; Origenis hæreſim in monaſteriis Nitriæ quidã nequam & furioſi homines ſerere & fundare cupientes, prophetica falce ſuccíſi ſunt. Quia recordati ſumus commonentis Apoſtoli: Argue eos ſeuere. Feſtina igitur & tu, partem huius præmij recepturus, deceptos quoſq; emendare ſermonibus. Optamus, ſi fieri poteſt, in diebus noſtris catholicam fidem, & eccleſiæ regulas cum ſub iectis nobis populis cuſtodire, & omnes nouas ſopire doctrinas. d

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Hieronymus collaudat induſtriam Theophili, cuius prudenti lenitate uicta ſit Origeniſtarũ factio.

HIERONYMVS THEOPHILO.

NVper tuæ beatitudinis percepi ſcripta, emendantia uetus ſilentiũ, & me ad ſolitum officium prouocantia. Vnde licet per ſanctos fratres, Priſcum & Eubulum, tuus ad nos ſermo ceſſauerit: tamen quia uidimus illos zelo fidei cõcitatos, raptim Paleſtinæ luſtraſſe regiones, & diſperſos regulos uſq; ad ſuas latebras perſecutos: breuiter ſcribimus, quod totus mundus exultet, & in tuis uictorijs glorietur: erectumq; Alexandriæ uexillum crucis, & aduerſus hæreſim trophæa fulgentia, gaudens populorũ turba proſpectet. Macte uirtute, macte zelo fidei, oſtendiſti, quod hucuſq; taciturnitas diſpenſatio fuit, nõ cõſenſus. Libere enim reuerẽtiæ tuę loquor. Dolebamus te nimiũ eſſe patientẽ: & ignorantes magiſtri gubernacula, geſtiebamus in interitũ perditorũ. Sed, ut uideo, exaltaſti manũ diu, & ſuſpendiſti plagã, ut ferires fortius. Super ſuſceptione cuiuſdam nõ debes cõtra urbis huius dolere pontificem, quia nihil tuis literis percepit, & temerariũ fuit de eo quod neſciebat ferre ſententiã: tamen reor illũ, nec audere, nec uelle te in aliquo lędere.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Scribit in eandem fermè ſententiam, eius opera non ſolum Aegyptum & Syriam, ſed & Italiã omnem liberatam ab hæreſi Origeniſtarum.

HIERONYMVS THEOPHILO.

DVplicem mihi gratiam beatitudinis tuæ literæ præſtiterũt: quod & ſanctos & uenerabiles Agathonem epiſcopum, & diaconum Athanaſium habuerint portitores: & aduerſum ſceleratiſſimam hæreſim, zelum fidei demonſtrarint. Vox beatitudinis tuæ in toto orbe pertonuit, & cunctis Chriſti eccleſijs lætantibus, diaboli uenena ſiluere. Nequaquam amplius antiquus ſerpens ſibilat, ſed cõtortus & euiſceratus

A ratus,in cauernarum tenebris deliteſcens,ſolem clarum ferre non ſuſtinet.Qui quidem ſuper hac re,& antequam ſcriberes,ad occidentem epiſtolas miſeram, ex parte hæreticorum ſtrophas,meæ linguę hominibus indicans.Ex diſpenſatione dei factū puto, ut eo in tempore tu quoq; ad Anaſtaſium papam ſcriberes,& noſtram dum ignoras ſententiam roborares. Verum à te nunc admoniti,magis ſtudium accommodabimus, ut hic & procul ſimplices ab errore reuocemus.Nec timeamus ſubire odia quorundā. Nec enim debemus hominibus placere,ſed deo:quanquā ardentius ab illis defendatur hæreſis,quàm à nobis oppugnetur. Simulq; obſecro:ut ſi qua ſynodica habes,ad me dirigas:quo poſſim tanti pontificis autoritate firmatus,liberius & confidentius pro Chriſto ora reſerare. Vincentius presbyter ante biduum,cū hanc epiſtolā darem,de urbe uenit,& ſuppliciter te ſalutat:crebroq; ſermone concelebrat Romam & totam Italiam, tuis poſt Chriſtum epiſtolis liberatam. Adnitere ergo papa amantiſſime atq; beatiſſime,& per omnem occaſionem ad occidentales epiſcopos ſcribe,ut mala germina acuta,ut ipſe ſignificas, ſuccidere falce non ceſſent.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Monet, ut exploſa factione Origeniſtarum, & eos eijciat qui clàm & obliquè eſſent Origeniſtæ, Ruffinum & illius amicos.

THEOPHILVS HIERONYMO

DIdici quod & ſanctitas tua nouerit Theodorum monachum, eiusq; ſtudium comprobaui, quia cum à nobis Romam nauigaturus exiret, noluit ante proficiſci,niſi te & ſanctos fratres qui tecum ſunt in monaſterio, quaſi ſua uiſcera amplexaretur & inuiſeret.Quem cum ſuſceperis,pro eccleſiæ tranquillitate lætare. Vidit enim cuncta Nitriæ monaſteria,& referre poteſt cōtinentiam & manſuetudinem monachorum.Quomodo extinctis & fugatis Origenis ſectatoribus,pax eccleſiæ reddita ſit,& diſciplina domini conſeruetur.Atq; utinam apud uos quoq; deponerēt hypocriſim, qui occulte dicuntur ſubruere ueritatem.De quibus non bene ſentientes, in his regionibus fratres,

B hæc me ſcribere prouocarunt. Quamobrem cauete,& effugite huiuſcemodi homines, iuxtà quod ſcriptū eſt:Si quis non affert ad uos eccleſiaſticam fidem,huic nec aue dixeritis. Quanquam ex ſuperfluo faciam,hæc tibi ſcribere,qui errantes potes ab errore reuocare: tamen nihil nocet & prudētes & eruditos uiros pro ſolicitudine fidei commoneri. Omnes fratres qui tecum ſunt,nomine meo ſalutari uolo.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Nunciat Hieronymo, Origeniſtarum factionem, opera Theophili damnatam: exemplar epiſtolæ ad eum,uelut huius rei præcipuum adiutorem mittens,tacite adhortans, ut quos aduerſus eam ſcripſiſſet libros æderet.

EPIPHANIVS HIERONYMO

GEneralis epiſtola,quę ad oīes catholicos ſcripta eſt:ad te proprie pertinet, qui zelum fidei aduerſus cunctas hęreſes habens,Origenis proprie,& Apollinarij diſcipulis aduerſaris:quorum uenenatas radices, & in altum defixam impietatem,omnipotens deus protraxit in medium:ut in Alexandria proditæ, in toto orbe areſcerent.Scito enim fili chariſſime,Amalech uſq; ad ſtirpem eſſe deletum,& in monte Raphadim erectum trophæum crucis. Etenim quomodo porrectis in altum Moyſi manibus,uincebat Iſrael: ſic dominus confortauit famulum ſuum Theophilum, ut ſuper altare eccleſiæ Alexandrinæ,cōtra Origenem uexillū poneret: & impleretur in eo quod dicitur: Scribe ſignū hoc, quia delebo funditus Origenis hæreſim à facie terræ cum ipſo Amalech. Et ne uidear eadem rurſus iterare, & prolixiorem epiſtolam texere: ipſam ad uos ſcriptam direxi:ut ſcire poſſitis,quæ nobis ſcripſerit,& quantum boni ultimæ ætati meæ cōceſſerit dominus:ut quod ſemper clamabam,tanti pontificis teſtimonio probaretur. Iam autem puto & te aliquid operis ædidiſſe, & iuxta priorem epiſtolā qua te ſuper hac re fueram cohortatus,elimaſſe librum quem tuæ linguæ homines legant. Audio enim & ad occidentem quorundam hominum naufragia peruenisſe,qui non cōtenti perditione ſua,uolunt plures mortis habere

tis habere participes, quasi multitudo peccantium scelus minuat: & non numerositate ligno/ c
rum, maior gehennæ flamma succrescat. Sanctos fratres, qui tecum sunt in monasterio do/
mino seruientes, & tecum & per te plurimum salutamus.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Excusat se quod paucis scripserit, nimirum occupatus conferendis Hebræorum uoluminibus cum æditione Aquilæ, παρόργου autem uocat, non quod sit superuacaneum, sed alienum ab opere suscepto, & uelut extraordinarium.

HIERONYMVS MARCELLAE.

VT tam paruam epistolam scriberem, causæ duplicis fuit: quod & tabellarius se/
stinabat, & ego alio opere detentus hoc quasi παρόργῳ, me occupare nolui.
Quæris quid nam illud sit, tam grande, tam necessarium, quo epistolicæ confa/
bulationis munus excluſum sit. Iam pridem cum uoluminibus Hebræorũ ædi/
tionem Aquilæ confero, ne quid forsitan propter odium Christi, synagoga mutauerit: & ut
amicæ menti fatear, quæ ad nostram fidem pertineant roborandam plura reperio. Nunc à
prophetis, Solomone, psalterio regnorumq; libris examussim recensitis, Exodum teneo,
quem illi Ele semoth אלה שמות uocant ad Leuiticum transiturus. Vides igitur, quod nul/
lum officium, huic operi præponendum est. Attamen ne Currentius noster fortè frustra cu/
currerit, duas epistolas, quas ad sororem tuam Paulam eiusq; pignus Eustochium miseram,
huic sermunculo annexui: ut dum illas legeris, & in his aliquid doctrinę pariter ac lepôris in
ueneris, putes tibi quoq; scripta esse, quæ illis scripta sunt. Albinam cõmunem matrẽ ualere
cupio, de corpore loquor, ut spiritu ualeat, nõ ignorans. Eamq; per te salutari obsecro: & du/
plici pietatis officio focillari, quod in una eademq; Christiana simul diligatur & mater.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Vigilantium ut habet titulus, qui adiunctus factioni Ruffini Hieronymianum nomen, & illius ami
cos infamabat, reprehendit, & hortatur ut aliquando resipiscat, ac desinat calumniari. D

HIERONYMVS ADVERSVS VIGILANTIVM.

IVstum quidem fuerat, nequaquam tibi literis satisfacere, qui tuis auribus non
credidisti: neq; enim schedulæ potes acquiescere, qui uiuo sermoni non accom/
modasti fidem. Sed quia Christus perfectæ nobis humilitatis exemplar in se
tribuit, dans osculum proditori, & latronis pœnitentiam in patibulo suscipiens:
eadem absenti significo, quę pręsenti quoq; locutus sum, me ita Origenem legisse uel legere,
ut Apollinarium, uel cæteros tractatores, quorum in quibusdam libros, non recipit ecclesia.
Non quo omnia dicam esse damnanda, quæ in illorum uoluminibus continentur: sed quod
quædam reprehendenda confitear. Verum quia operis mei est & studij, multos legere, ut ex
plurimis diuersos flores carpam: non tam probaturus omnia, q̃ quæ bona sunt electurus,
assumo multos in manus meas, ut à multis multa cognoscam, secundũ illud quod scriptum
est: Omnia legentes, quæ bona sunt retinentes. Vnde satis miror te uoluisse Origenis mihi
obijcere dogmata, cuius in plerisq; errorem usq; ad hanc ætatẽ penitus ignoras. Egó ne hæ/
reticus? & cur me quæso hęretici non amant? Tu orthodoxus? Qui etiam contra sententiam
tuam, & linguã alia prædicantem, aut inuitus subscripsisti, & præuaricator es, aut uolens, &
hæreticus. Dimisisti Ægyptum, & proprias prouincias reliquisti, in quibus sectam tuam li/
bera plerique fronte defendunt: & elegisti me ad insectandum, qui omnia cõtra ecclesiam do/
gmata reprehendo, & publica uoce cõdemno. Origenes hæreticus: quid ad me, qui illum in
plerisq; hæreticum non nego? Errauit de resurrectione corporis, errauit de animarum statu,
de diaboli pœnitentia: & quod his maius est, filium dei & spiritum sanctum in commenta/
rijs Esaiæ, Seraphim esse testatus est. Si errasse non dicerem eum, & hæc quotidie non ana/
thematizarem, essem erroris illius socius. Neq; enim ita debemus bona eius recipere, ut mala
quoq; suscipere cogamur. At idem & scripturas in multis bene interpretatus est: & propheta
rum obscura disseruit, & tam noui q̃ ueteris testamẽti reuelauit maxima sacramẽta. Si igitur

quæ

A quæ bona sunt, transtuli: & mala, uel amputaui, uel correxi, uel tacui: arguendus sum, cur per me Latini bona eius habeant, & mala ignorent? Si hoc crimen est, arguatur & confessor Hilarius qui psalmorum interpretationem, & Homilias in Iob ex libris eius, id est, ex Græco in Latinum transtulit. Sit in culpa eiusdem confessionis Vercellensis Eusebius, qui omnium psalmorum commentarios hæretici hominis uertit in nostrum eloquium: licet hæretica prætermittens, optima quæq; trãstulerit. Taceo de Victorino Pictauionensi, & cæteris qui Origenem in explanatione duntaxat scripturarum sequuti sunt & expresserunt, ne non tam me defendere, quàm socios criminis uidear quærere. Ad teipsum ueniam, quur tractatus eius in Iob descriptos habes? In quibus contra diabolum, & de stellis cœloq; disputans, quædam loquutus est, quæ ecclesia non recipit? Tibi soli licet τῷ σοφωτάτῳ κρανίῳ, de cunctis & Græcis & Latinis tractatoribus ferre sententiam? & quasi censoria uirgula, alios eijcere de bibliotheca, alios recipere: & cum tibi placuerit, me uel catholicum, uel hæreticum pronunciare: nobis non licet peruersa respuere, & damnare quæ sæpe damnauimus? Lege ad Ephesios libros, lege cætera opuscula mea, & maxime in ecclesiasten commentarios, & liquidò peruidebis, me ab adolescentia nunquam alicuius autoritate deterritum, acquieuisse hæreticę prauitati. Non parum est scire quid nescias: prudentis hominis est nosse mensuram suam: nec zelo diaboli concitatum, imperitiæ suæ cunctum orbem testem facere. Sed gloriari cupis, & in patria tua iactitas, me non potuisse respondere eloquentiæ tuæ, & acumen in te Chrysippi formidasse. Christiana uerecundia teneor, & cellulę meæ latebras nolo mordaci sermone reserare. Alioqui proferrẽ πᾶσαν τὴν ἀριστίαν καὶ τροπαιοφορίαν. Sed hæc alijs, aut loquenda, aut ridenda dimitto. Ego quasi Christianus cum Christiano loquens, obsecro te frater, ne plus uelis sapere quàm sapis, ne uel innocentiam, uel simplicitatem tuam, uel certe ea quæ taceo, & te non intelligente cęteri intelligunt, stilo proferas, & ineptiarum tuarum cunctis cachinnum præbeas. Aliud à parua ætate didicisti, alijs assuetus es disciplinis. Nõ est eiusdem
B hominis, aureos nummos & scripturas probare: & degustare uina, & prophetas uel apostolos intelligere. Me laceras, sanctum fratrem Oceanum in culpam hæreseos uocas: presbyterorum tibi Vincentij & Pauliniani, & fratris Eusebij iudiciũ displicet. Solus es Cato Romani generis disertissimus, qui testimonio tuo & prudentiæ uelis credi. Recordare quæso illius diei, quãdo me de resurrectione & ueritate corporis prædicãte, ex latere subsultabas, & plaudebas manu & applodebas pede, & orthodoxum clamabas. Postquam nauigare cœpisti, & ad intimum cerebrũ tuum sentinæ putredo peruenit: tunc nos hęreticos recordatus es. Quid tibi faciam? Credidi sancti presbyteri Paulini epistolis, & illius super nomine tuo non puta
2 ui errare iudicium. Et licet statim accepta epistola ἀσυναρτήτων sermonem tuum intelligerẽ, tamen rusticitatem & simplicitatem magis in te arbitrabar quàm uecordiam. Nec reprehendo sanctum uirum. Maluit enim apud me dissimulare quod nouerat, quam portitorẽ clientulũ in suis literis accusare. Sed memetipsum arguo, qui alterius potius acquieui quàm meo iudicio, & oculis aliud cernentibus, aliud schedulæ credidi quàm uidebam. Quamobrem desine me lacessere, & uoluminibus tuis obruere. Parce saltem nummis tuis, quibus notarios librariosq; conducens, eisdem et scriptoribus uteris & fautoribus: qui te ideo forsitã laudant, ut lucrum in scribendo faciant. Si libet exercere ingenium, trade te grammaticis atq; rhetoribus: disce dialecticã, sectis instruere philosophorum, ut cum omnia didiceris, saltem tunc tacere incipias. Quanquam stulte faciam, magistro cunctorum magistros quærere, & ei modum imponere qui loqui nescit, & tacere non potest. Verum est illud apud Græcos prouerbium ὄνος πρὸς λύραν. Ego reor, & nomẽ tibi κατ' ἀντίφρασιν impositũ. Nam tota mente dormitas, & profundissimo non tam somno stertis quàm lethargo. Inter cæteras quippe blasphemias, quas ore sacrilego protulisti, ausus es dicere: montẽ de quo abscissus est in Daniele lapis sine manibus, esse diabolum, & lapidem Christum: qui quia assumpsit corpus ex Adam, qui diabolo ante per uitia cohæserat, natum esse de uirgine, ut à monte, hoc est, à diabolo hominem separaret. O præcidendam linguam, ac per partes & frustra lacerandam.

Quisquam ne Christianus deum patrem omnipotentē in personam diaboli interpretatur, C
& tanto piaculo totius orbis aures maculat? Si interpretationem tuam quisquam nō dicam catholicorum, sed hęreticorum siue gentilium unquam recepit: pium sit quod locutus es. Sin autem tantum nefas nunquam audiuit Christi ecclesia: & per tuum primum os, ipse se montem interpretatus est qui dixerat: ero similis altissimo: age pœnitentiam: in sacco uersare & cinere: & tantum scelus, iugibus absterge lachrymis: si tandem tibi dimittatur hæc impietas, & iuxta errorem Origenis tunc ueniā consequaris, quando consecuturus est & diabolus, qui nunquam plus quam per os tuū deprehenditur blasphemasse. Meam iniuriā patienter tuli. Impietatē contra deum ferre non potui. Vnde & uisus sum mordacius in extrema epistola scribere quàm promiseram: quanquam post priorem pœnitentiam qua à me ueniam deprecatus es, iterum commisisse unde agas pœnitentiam stolidissimū sit. Tribuat tibi Christus, ut audias & taceas: ut intelligas, & sic loquaris.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

Tibi soli τῷ σφωτάτῳ κρανίῳ.) Cranium Græce summum est capitis hemisphærium, quod 1
Latini caluariam uocant: in ea quoniam sunt organa mentis, hominem stultissimum iucundissima figura, sapientissimam caluariam uocat. Censoria uirgula.) Censores Romani ius habebant senatu mouendi, si quis uideretur indignus eo ordine. Sic Vigilātius è bibliotheca. Alioqui proferrem.) Græca quæ sequuntur uarie habentur in exemplaribus. In codice quodam antiquo sic legi, tametsi formulis pessime Græcis scriptum, πᾶσαν τὴν ἀριστείαν σου καὶ τροπαιοφορίαν, id est omnia tua præclara facinora, & pompam trophæorum: ut sensum magis reddam quàm uerba. Αριστεύειν enim significat egregie se gerere in negocio quopiam, præsertim in bello, aut certamine. τροπαιοφορία, dicitur cum in pompa circūferuntur monumēta uictoriæ. Porrò Latina quæ nescio quis addidit uolens interpretari, dedisse uidentur occasionem, ut Græca quoque uitiarentur. Et hæc Latina: Id est, omnia prælia tua, & trophæum paruulorum quoque humero portatum, & eorum uoce cantatum, non habentur in antiquis scriptis codicibus. Forte legendum τροπαιφόρου, ut adijcias ea quæ in quibusdam exemplaribus adduntur: paruulorum quoque uoce cantatum. Nisi forte mauis τροπαιόφωνον, ut intelligas cantionem, qua celebrabātur laudes fortium uirorum. Et licet statim accepta epi- 2
stola.) Vox Græca quæ hic subijcitur uarie scribitur. Quidam habent asynaphron, quidam asynere- D
ton, quidam asynartiton. Ex horum postremo conijcio scriptum fuisse, ἀσυναρτίτων, id est, incompositum. Nec male quidam addidit inconditum, ἀρτίζω enim Græce est compono siue concinno. ὄνος πρὸς λύραν.) Id est asinus ad lyram, siue ut quidā habent codices, ὄνος λύρας, id est asinus lyræ, ut subaudias auditor, utrunq; dicitur de indocili.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Tranquillinum amicum docet, quatenus amplectendus ac legendus sit Origenes.

HIERONYMVS TRANQVILLINO.

Maiora spiritus uincula esse quàm corporum, si olim ambigebamus, nunc probauimus: dum & mihi sanctitas tua hæret animo, & ego tibi Christi amore cōiungor. Vere enim & simpliciter candidissimo pectori tuo loquor: ipsa schedula & muti apices literarum, spirant in nos tuæ mentis affectum. Quod dicis Origenis multos errore deceptos, & sanctum filium meum Oceanum illorū insaniæ repugnare: & doleo simul & gaudeo: dum aut supplantati sunt simplices: aut ab erudito uiro, errātibus subuenitur. Et quia meæ paruitatis quæris sententiam: utrum secundum fratrem Faustinum penitus respuendus sit: an secundum quosdā legendus ex parte: ego Origenem propter eruditionem sic interdum legendum arbitror, quomodo Tertullianum, Nouatum, Arnobium, Apollinarium: & nonnullos ecclesiasticos scriptores Græcos pariter & Latinos: ut bona eorum eligamus, uitemusq; contraria, iuxta Apostolum dicentem: Omnia probate, quæ bona sunt tenete. Cæterum qui uel in amorem eius nimium, uel in odium, stomachi sui prauitate ducuntur, uidentur mihi illi maledicto prophetico subiacere: Væ his, qui dicunt bonū malum, & malum bonum: qui faciunt amarum dulce, & dulce amarum. Nec enim propter doctrinam eius, praua suscipienda sunt dogmata: nec propter dogmatum prauitatem, si quos commentarios in scripturas sanctas utiles ædidit, penitus respuendi sunt. Quod si contentiosum inter se amatores eius & obtrectatores funem duxerint: ut nihil medium appetant, nec

seruent

A ſeruent modum:ſed totum aut probent, aut improbent:libentius piam ruſticitatẽ,quàm do ctam blaſphemiam eligam.Sanctus frater Tatianus diaconus te impendio reſalutat.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Ab Arianorum factionibus agitatus,cum primũ ueniſſet in Syriam, exponit Marco ſuæ fidei pro feſſionem,quæ cum Romana & Alexandrina eccleſia conſentiat.

HIERONYMVS MARCO PRESBYTERO CELEDENSI

DEcreueram quidem utendum mihi pſalmiſtæ uoce dicentis:Cum conſiſteret ad uerſum me peccator,obmutui,& humiliatus ſum,& ſilui à bonis. Et iterum:Ego uero tanquam ſurdus non audiebam, & tanquam mutus nõ aperiens os ſuum, & factus ſum ut homo non audiens. Sed quia charitas omnia ſuperat,& propo ſitum uincit affectus,nõ tam iniuriam facientibus reddo uicem,quàm tibi reſpondeo poſtu lanti. Apud Chriſtianos enim,non qui patitur,ut ait quidam,ſed qui facit contumeliam,mi ſer eſt.Et primo quidem anteq̃ de fide mea, quam optime noſti,tecũ loquar,aduerſus bar bariem iſtius loci,uerſu cogor clamare uulgato: Quod genus hoc hominũ? quæ ue hunc tam barbara morẽ Permittit patria? hoſpitio prohibemur arenæ. Bella cient,primaq̃ uetant cõſiſtere terra &c. Quæ idcirco de gentili poeta ſumpſimus, ut qui Chriſti pacem
I non ſeruat,pacem ſaltẽ diſcat ab ethnico.Hæreticus uocor,homuſion prædicans trinitatem. Sabellianę impietatis arguor:tres ſubſiſtentes,ueras,integras,perfectasq̃ perſonas indefeſ ſa uoce pronũcians.Si ab Arianis,merito: ſi ab orthodoxis, qui huiuſmodi arguunt fidẽ,or thodoxi eſſe deſierunt:aut ſi eis placet, hæreticũ me cum occidente,hæreticũ cum Aegypto, hoc eſt cũ Damaſo Petroq̃ condemnent. Quid unum hominẽ exceptis ſocijs criminantur? Si riuus tenuiter fluit,non eſt aluei culpa,ſed fontis. Pudet dicere,de cauernis cellularũ dam namus orbẽ.In ſacco & cinere uolutati,de epiſcopis ſententiã ferimus. Quid facit ſub tunica pœnitẽtis regius animus? Catenæ ſordes & comæ,nõ ſunt diadematis ſigna,ſed fletus. Per mittant me quæſo nihil loqui. Cur eum lacerant, qui non meretur inuidiã? Hæreticus ſum,
B quid ad te? quieſce,iam dictum eſt.Planè times,ne eloquentiſſimus homo in Syro ſermone uel Græco eccleſias circumeam,populos ſeducam,ſchiſma conficiã. Nihil alicui præripui,ni hil ocioſus accipio.Manu quotidie & proprio ſudore quærimus cibum, ſcientes ab Apoſto lo ſcriptũ eſſe:Qui autem non operatur,nec manducet.Hęc uenerabilis & ſancte pater,cum quali gemitu,cum quali dolore cõſcripſerim, teſtis eſt Ieſus. Tacui,nunquid ſemper tacebo, dicit dominus.Non mihi conceditur unus angulus eremi. Quotidie expoſcor fidem,quaſi ſi ne fide renatus ſim.Confiteor ut uolunt,nõ placet.Subſcribo,nõ credunt. Vnum tantũ pla cet,ut hinc recedam.Iam iam cedo,abruperũt partem à me animæ meæ,chariſſimos fratres, ecce diſcedere cupiunt,imò diſcedũt,melius eſſe dicentes,inter feras habitare, q̃ cum talibus Chriſtianis:& ego ipſe,niſi me & corporis imbecillitas & hyemis retineret aſperitas,iam mo do fugerẽ. Veruntamẽ dum uernum tempus adueniat,obſecro ut paucis mihi menſibus ere mi cõcedatur hoſpitiũ:aut ſi hoc tardũ uidetur, abſcedo.Domini eſt terra & plenitudo eius. Aſcendant ſoli cœlum , propter illos tantum Chriſtus mortuus ſit,habeant,poſſideant,glo riẽtur.Mihi aũt abſit gloriari,niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mũdus crucifixus eſt,et ego mundo.Defide aũt quod dignatus es ſcribere, ſancto Cyrillo dedi con ſcriptam fidem. Qui ſic non credit, alienus à Chriſto eſt.Cæterũ ego fidei meę teſtes habeo aures tuas,& beati fratris Zenobij,quem tecum omnes qui hic ſumus plurimum ſalutamus.

SCHOLIVM

I Homuſion ὁμούσιον.) Id eſt eiuſdem eſſentiæ. Aluei culpa.) Alueus eſt,in quo riuus,aut flumen fluit,hoc eſt cauum illud,cinctum ripis hinc & hinc. Ne eloquentiſſimus homo.) Hæc per Ironiam dicuntur, quod Syri ſermonis eſſet imperitus, nec poterat eloquens eſſe in peregrino ſermone. Suſpi cor autem hæc uerba,uel Græco,abs quopiam ſciolo addita eſſe.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Nunciat ſtudium Theophili epiſcopi Alexandrini,in opprimenda factione Origeniſtarum:adhor tans,ut quod per eum ſit actum apud orientales,Romana confirmet autoritas.

RVrſum orientalibus uos locupleto mercibus: & Alexandrinas opes primo Romam uere tranſmitto. Deus ab auſtro ueniet, & ſanctus de monte Pharam, umbra condenſa, unde & ſponſa lætatur in Cantico canticorum, dicens: In umbra eius concupiui & ſedi, & fructus eius dulcis in faucibus meis. Vere nunc completur Eſaiæ uaticinium prædicantis: In die illa erit altare domini in medio terræ Aegypti. Vbi abundauit peccatũ, ſuperabundauit & gratia. Qui paruulum Chriſtum fouerant, adultum fidei calore defendunt, ut qui per illos effugerat Herodis manus, effugiat hæreticũ blaſphemantẽ. Quem Demetrius Alexandri urbe pepulit, toto orbe fugat Theophilus: ad quem Lucas ſcripſit Actus apoſtolorũ, qui ex amore dei nomen inuenit. Vbi nunc eſt coluber tortuoſus? Vbi uenenatiſſima uipera? Prima hominis facies, utero cõmiſſa luporum. Vbi hæreſis quæ ſibilabat in mundo, & me & Papam Theophilũ ſui iactabat erroris, latratuq; impudentiſſimorũ canum ad inducendos ſimplices, noſtrum mentiebatur aſſenſum? Oppreſſa eſt eius autoritas & eloquentia, & in morem dæmonicorum ſpirituum de terra loquitur. Neſcit enim eum qui de ſurſum ueniens ea loquitur quæ ſurſum ſunt: atque utinam ſerpentina generatio, aut ſimpliciter noſtra fateatur, aut conſtanter defendat ſua, ut ſcire ualeamus qui nobis amandi ſint, qui cauendi. Nunc autem nouum pœnitentiæ genus, oderunt nos, quaſi hoſtes, quorũ fidem publice negare non audent. Rogo quis eſt iſte dolor, qui nec tempore, nec ratione curatur? Inter micantes gladios, iacentia corpora, riuos ſanguinis profluentes iunguntur ſæpe hoſtiles dextræ, & belli rabiem pax repentina commutat. Soli ſunt huius hæreſeos ſectatores, qui cum eccleſiaſticis nõ ualent fœderari, quia quod ſermone coguntur dicere, mente cõdemnant. Et ſi quando aperta blaſphemia publicis auribus fuerit reuelata, & uiderint contra ſe audientium turbam circumfremere: tunc ſimulata ſimplicitate dicunt audiſſe ſe primum, quæ magiſtrũ dicere ante neſcierint. Cumq; eorum ſcripta teneantur, uoce negant, quod literis cõfitentur. Quid neceſſe eſt obſidere Propontidem, mutare loca, diuerſas luſtrare regiones, & clariſſimum põtificem Chriſti, eiusq; diſcipulos rabido ore diſcerpere? Si uera loquimini, priſtinum erroris ardorem, ardore fidei cõmutate. Quid maledicorum pannos hincinde conſuitis, & eorum carpitis uitam, quorum fidei reſiſtere nõ ualetis? Num idcirco nõ eſtis uos hæretici, ſi nos quidam aſſertione ueſtra crediderint peccatores: & os impietate fœdum non habebitis, ſi cicatricem potueritis in noſtra aure monſtrare? Quid iuuat ueſtram perfidiam, uel prodeſt pellis Aethiopica & pardi uarietas, ſi in noſtro corpore neuus apparuerit? En papa Theophilus tota Origenem arguit libertate hæreticum eſſe, nec illi dicta defendunt, ſed fingunt ab hæreticis immutata: multorumq; dicũt libros ſimiliter deprauatos, ut illum non ſua fide, ſed aliorum tueantur erroribus. Verum hæc aduerſum hæreticos dicta ſint, qui iniuſto contra nos odio ſæuientes, mentis fatentur arcanum, & uenena pectoris irremediabili dolore teſtantur. Vos Chriſtiani ſenatus lumina, accipite & Græcam & Latinam, etiam hoc anno epiſtolam, ne rurſum hæretici mentiantur à nobis praque uel addita, uel mutata: in qua laboraſſe me fateor, ut uerborum elegantiam pari interpretationis uenuſtate ſeruarem: & intra definitas lineas currens, nec in quoquam excedens loco, eloquentiæ eius fluenta nõ perderem: eaſdemq; res, eodem ſermone transferrẽ. Quod utrum conſecutus ſim nec ne, ueſtro iudicio relinquo. Quam ſciatis in quatuor partes eſſe diuiſam. In primo credentes hortatur ad dominicum paſcha celebrandum. In ſecundo & tertio loco Apollinarium & Origenem iugulat. In quarto, id eſt extremo, hæreticos ad pœnitentiam cohortatur. Si quid autem hic minus aduerſus Origenem dictum eſt, & in præteriti anni epiſtola continetur: & hęc quam modo uertimus, breuitati ſtudens, dicere plura non debuit. Porrò contra Apollinarium ſuccincta fides & pura profeſſio, nõ caret ſubtilitate dialectica, quæ aduerſarium ſuum extorto de manibus eius pugione confodit. Orate igitur dominum, ut quod in Græco placet, in Latino non diſpliceat: & quod totus oriens miratur & prædicat, læto ſinu Roma ſucipiat. Prædicationem quoque cathedræ Marci euangeliſtæ, ca

thedra

A thedra Petri apoſtoli ſua prædicatione confirmet. Quanquã celebri ſermone uulgatum ſit: beatum quoq; Anaſtaſiũ,eodem feruore,quia eodem ſpiritu eſt,latitantes in foueis ſuis hæreticos perſecutum:eiuſq; literæ doceant, damnatũ in occidente quod in oriente damnatum eſt. Cui multos imprecamur annos,ut hæreſeos rediuiua plantaria,per illius ſtudium longo tempore arefacta,moriantur.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Auguſtino gratulatur, cuius opera Celeſtiana hæreſis ſit extincta. Celeſtius enim ſectator fuit Pelagij,tam uehemens,ut ab huius nomine Pelagianorum hæreſis Celeſtiana ſit dicta. Excuſat quod nondum ſcripſerit aduerſus libros Anniani diaconi,qui & ipſe Celeſtij diſcipulus fuit.

HIERONYMVS ALIPIO ET AVGVSTINO

SAnctus Innocentius presbyter, qui huius ſermonis eſt portitor:anno præterito, quaſi nequaquã in Aphricam reuerſurus, mea ad dignationem ueſtram ſcripta non ſumpſit. Tamen deo gratias agimus,quod ita euenit, ut noſtrum ſilentium ueſtris epiſtolis uinceretis. Mihi enim omnis occaſio gratiſſima eſt, per quam, ſcribo ueſtræ reuerentiæ:teſtem inuocans deum,quod ſi poſſit fieri,aſſumptis alis columbæ ueſtris amplexibus implicarer,ſemper quidem pro merito uirtutum ueſtrarũ: ſed nunc maxime,quia cooperatoribus & autoribus uobis,hæreſis Celeſtiana iugulata eſt, quæ ita infecit corda multorũ,ut cum ſuperatos damnatoſq; eſſe ſe ſentiant, tamen uenena mentiũ non omittant:& quod ſolum poſſunt, nos oderint,per quos putant ſe libertatem docendæ hæreſeos perdidiſſe. Quod aũt quæritis, utrum reſcripſerim contra libros Anniani pſeudodiaconi Celedẽſis,qui copioſiſſime paſcitur,ut alienæ blaſphemiæ,uerba friuola ſubminiſtret:ſciatis me ipſos libros in ſchedulis miſſos à ſancto fratre noſtro Euſebio presbytero ſuſcepiſſe, non ante multũ temporis:& exinde uel ingruentibus morbis,uel dormitione ſanctę & uenerabilis filiæ ueſtræ Euſtochij ita doluiſſe,ut propemodũ contemnẽdos putarem. In eodem
B enim luto hæſitat, & exceptis uerbis tinnulis atq; emendicatis, nihil aliud loquitur. Tamen multum egimus,ut dum epiſtolæ meæ reſpondere conatur,apertius ſe proderet,& blaſphemias ſuas omnibus patefaceret. Quicquid enim in illa miſerabili ſynodo Dioſpolitana dixiſſe ſe denegat,in hoc opere cõfitetur. Nec grande eſt ineptiſſimis nænijs reſpõdere. Si aũt dominus uitam tribuerit,& notariorũ habuerimus copiam, paucis lucubratiunculis reſpondebimus:non ut conuincamus hæreſim emortuam,ſed ut imperitiam atq; blaſphemiã eius, noſtris ſermonibus confutemus. Meliuſq; hoc faceret ſanctitas ueſtra,ne compellamur contra hæreticum noſtra laudare. Sancti filij communes Albinus, Apinianus & Melania plurimum uos ſalutãt. Has literas de ſancta Bethlehem,ſancto presbytero Innocentio dedi perferẽdas. Neptis ueſtra Paula miſerabiliter deprecatur, ut memores eius ſitis,& multum uos ſalutat. Incolumes uos & memores mei,domini noſtri Ieſu Chriſti tueatur clementia,domini uere ſancti atq; omnium affectione uenerabiles patres.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Gratulatur eius induſtriæ,per quam hæreticorum factiones extinctæ ſint & extinguantur,qua quidem in re ſuum quoque ſtudium teſtificatur.

HIERONYMVS AVGVSTINO

OMni quidem tempore beatitudinẽ tuam,eo quo decet honore,ueneratus ſum, & habitanté in te dilexi,dominũ ſaluatorẽ:& nũc,ſi fieri poteſt,cumulo aliquid addimus,& plene cõplemus,ut abſq; tui nominis mẽtione,ne unã quidem horam præterire patiamur,qui cõtra flantes uentos ardore fidei perſtitiſti. Maluiſti,quantũ in te fuit,ſolus liberari de Sodomis,cũq; cũ pereuntibus cõmorari. Scit quid dicam prudentia tua. Macte uirtute,in orbe celebraris: catholici te conditorẽ antiquæ rurſum fidei uenerantur atq; ſuſpiciunt: &,quod ſignũ maioris gloriæ eſt,omnes hæretici deteſtantur,& me pari perſecuntur odio,ut quos gladijs nequeunt,uoto interficiãt. Incolumem & mei memorem te Chriſti domini clementia tueatur domine uenerande & beatiſſime papa.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS C

Significat palam extinctas ac damnatas hæreſes,clàm & oblique adhuc moliri, & epiſcopũm Hieroſolymitanum diſſimulanter fauere Arianis.

HIERONYMVS AVGVSTINO

MVlti utroq; claudicant pede,& ne fractis quidem ceruicibus inclinantur,habentes affectum erroris priſtini,cum prædicandi eandem non habeant libertatem. Sancti fratres qui cum noſtra ſunt paruitate,præcipue ſanctæ ac uenerabiles filiæ tuæ,ſuppliciter te ſalutant.Fratres tuos dominum meum Alipium,& dominum meum Euodium,ut meo nomine ſalutes,precor coronam tuam. Capta Hieruſalem tenetur à Nabuchodonoſor,nec Hieremiæ uult audire cõſilia,quin potius Aegyptum deſiderat,ut moriatur in Taphnes,& ibi ſeruitute pereat ſempiterna.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

De origine animarum, de qua rogatus erat,ut reſponderet quid ſentiret,iubet ut potius ex Auguſtino diſcat, aut ex libris quos ſcripſit aduerſus Ruffinum. Commentarios in Ezechielem, narrat ſibi olim cœptos,uerum ob hoſtium barbarorum incurſationes nondum abſolutos.Duos commentarios operis initium,iubet ut à Fabiola petat.Oceani doctrinam ac probitatem collaudat.

HIERONYMVS MARCELLINO ET ANAPSICHIAE

IAndem ex Africa ueſtræ literas unanimitatis accepi, & non me pœnitet impudentiæ, qua tacentibus uobis, epiſtolas meas frequenter ingeſſi: ut reſcriptum mererer,& uos eſſe ſoſpites,non alijs nunciantibus, ſed ueſtro potiſſimũ ſermone cognoſcerẽ.Super animæ ſtatu memini ueſtræ quæſtiunculæ, imò maxime eccleſiaſticæ quæſtionis:utrũ lapſa de cœlo ſit, ut Pythagoras philoſophus,omnesq; Platonici & Origenes putant:an à propria dei ſubſtantia,ut Stoici, Manichæus, & Hiſpaniæ Priſcilliani hæreſes ſuſpicantur:an in theſauro habeantur dei, olim conditæ: ut quidam eccleſiaſtici,ſtulta perſuaſione confidunt: an quotidie à deo fiant,& mittantur in corpora: ſecũdum illud quod in euangelio ſcriptum eſt:Pater meus uſq; modo operatur,& ego operor:an certe ex traduce,ut Tertullianus, Apollinarius & maxima pars occidentaliũ autumant,ut quomodo corpus ex corpore,ſic anima naſcatur ex anima: & ſimili cum brutis animantibus conditione ſubſiſtat.Super quo quid mihi uideatur,in opuſculis contra Ruffinum ſcripſiſſe me noui,aduerſus eum libellum,quem ſanctæ memoriæ Anaſtaſio epiſcopo Romanę eccleſiæ ædidit:in quo lubrica & ſubdola,imò ſtulta confeſſione,dum auditorum ſimplicitati illudere nititur,ſuæ fidei, imò perfidiæ illuſit. Quos libros reor ſanctum parentem ueſtrũ habere Oceanũ.Olim enim æditi ſunt, multis Ruffini libris aduerſus calumnias reſpondentes.Certe habes ibi uirum ſanctum & eruditum Auguſtinum epiſcopum,qui uiua,ut aiũt,uoce docere te poterit:& ſuam,imò per ſe noſtram explicare ſententiam.Ezechielis uolumẽ olim aggredi uolui,& ſponſionem crebertimam ſtudioſis lectoribus reddere: ſed in ipſo dictandi exordio,ita animus meus occidentalium prouinciarum, & maxime urbis Romanæ uaſtatione cõfuſus eſt,ut iuxta uulgare prouerbium,proprium quoq; ignorarem uocabulum:diuq; tacui, ſciens tempus eſſe lachrymarum. Hoc autem anno cum tres explicaſſem libros, ſubitus impetus barbarorum: de quibus tuus dicit Vergilius, Lateq; uagantes Barchæi: & ſancta ſcriptura de Iſmahel,Cõtra faciem omnium fratrum ſuorum habitabit:ſic Aegypti limitem,Palæſtinæ,Phœnices,Syriæ percurrit,& inſtar torrentis cuncta ſecũ trahens,ut uix manus eorum miſericordia Chriſti potuerimus euadere. Quod ſi iuxta inclytum oratorem,ſilent inter arma leges:quanto magis ſtudia ſcripturarum, quæ & librorum multitudine & ſilentio,ac librariorũ ſedulitate, quodq; proprium eſt,ſecuritate & ocio dictantium indigent? Duos itaq; libros miſi ſanctæ filiæ meæ Fabiolæ,quorum exempla ſi uolueris,ab ipſa poteris mutuari. Pro anguſtia quippe temporis alios deſcribere non potui, quos cum legeris & ueſtibula uideris,facilis coniectura erit,qualis ipſa ſit futura domus.Sed credo in dei miſericordia,qui nos adiuuit in difficillimo principio ſupradicti operis,quod ipſe adiuuet,& in penultimis

A nultimis prophetæ partibus, in quibus Gog & Magog bella narrãtur: & in extremis,in qui bus ſacratiſſimi & inexplicabilis templi ædificatio,uarietas, menſuraq; deſcribitur. Sanctus frater noſter Oceanus:cui uos cupitis commendari: tantus & talis eſt, & ſic eruditus in lege domini,ut abſq; noſtro rogatu inſtituere uos poſſit: & noſtram ſuper cunctis quæſtionibus ſcripturarum pro modulo communis ingenij explicare ſententiam. Incolumes uos & proli/xa ætate florentes,Chriſtus deus noſter tueatur omnipotens domini uere ſancti.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Refellit eos qui nolebãt eum,qui ante baptiſmum habuiſſet uxorem, & ea mortua poſt ſuſceptum alteram duxiſſet,creari epiſcopum:& horum opinionem hæreſim Cainã appellat:quanq; & illis tem/poribus ſecus erat cautum conſtitutionibus epiſcoporum, & hodie iure pontificio, q; ſentit Hierony/mus. Atq; hoc quoq; unum eſt de numero criminum,quę Hieronymo Ruffinus obiecit,epiſcoporum conſtitutiones contempſiſſe.

HIERONYMVS OCEANO, NVM REPETENS MATRI/monium à baptiſmo poſſit fieri ſacerdos.

NVnquam fili Oceane fore putabam,ut indulgentia principis,calumniam ſuſti/neret reorũ:& de carceribus exeuntes,poſt ſordes ac ueſtigia catenarũ dolerent alios relaxatos. In euangelio audit inuidus ſalutis alienæ: Amice,ſi ego bonus, quare oculus tuus nequam eſt? Concluſit deus omnia ſub peccato, ut omnibus miſereatur:ut ubi abundauit peccatum, ſuperabundet & gratia. Cæſa ſunt Aegypti primo/
I genita, & ne iumentum quidem Iſraeliticum in Aegypto derelictum eſt: Et conſurgit mihi Caina hæreſis:atq; olim emortua uipera, contritum caput leuat, quæ non ex parte ut ante conſueuerat,ſed totum Chriſti ſubruit ſacramentũ. Dicit enim eſſe aliqua peccata,quæ Chri ſtus non poſſit purgare ſanguine ſuo:& tam profundas ſcelerum priſtinorũ inhærere corpo ribus atq; animis cicatrices, ut medicina illius attenuari non queant. Quid aliud agit, niſi ut
B Chriſtus fruſtra mortuus ſit. Fruſtra autẽ mortuus eſt,ſi aliquos uiuificare non poteſt. Men titur Ioannes Baptiſta,& digito Chriſtũ & uoce demonſtrans:Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mundi:ſi ſunt adhuc in ſeculo,quorum Chriſtus peccata non tulerit. Aut enim oſtẽ/dendi ſunt non eſſe de mũdo,quos Chriſti ignoret indulgentia:aut ſi de mundo ſunt,eligen dum è duobus alterum. Liberati à peccatis,Chriſti potentiã probant:Non liberati,quaſi ad huc rei,imbecillitatem demonſtrant. Sed abſit hoc de omnipotente credere,quod in aliquo impotens ſit. Omnia quæ pater facit,& filius facit ſimiliter. Infirmitas filij redũdat ad patrẽ. Cuncta ouiculæ membra portata ſunt:totæ Apoſtoli epiſtolæ, Chriſti gratiam ſonant. Et ne parum uideretur ſimplex gratiæ nuncupatio: Gratia, inquit, uobis, & pax multiplicetur. Multiplicatio promittitur,& à nobis paucitas affirmatur? Quorſum iſta? Noſti problema/ta. Carterius Hiſpaniæ epiſcopus,homo & ætate uetus & ſacerdotio,unam antequam bapti zaretur,alteram poſt lauacrum priore mortua duxit uxorem:& arbitraris eum contra Apo/ſtoli feciſſe ſententiam,qui in catalogo uirtutum,epiſcopum unius uxoris uirum præceperit ordinandum. Miror autem te unum protraxiſſe in medium, cum omnis mundus his ordi/nationibus plenus ſit: non dico de presbyteris: non de inferiori gradu: ad epiſcopos uenio, quos ſi ſigillatim uoluero nominare,tantus numerus congregabitur,ut Ariminenſis ſynodi multitudo ſuperetur. Sed indecens eſt,ſic unum tueri,ut plures accuſare uidearis: & quem ra tione non poſſis, ſocietate peccantium defendas. Suſtinui Romæ à uiro eloquentiſſimo cor/nutum, ut dicitur,ſyllogiſmum,ut quocunq; me uerterem,ſtrictius tenerer. Vxorem,inquit, ducere peccatum eſt,an non? Ego ſimplex & qui inſidias uitare neſcirem,dixi non eſſe pecca tum. Rurſum aliud propoſuit,in baptiſmate bona opera dimittuntur,an mala? Et in hoc ea/dem ſimplicitate reſpondi peccata dimitti. Cum me ſecurum putarem, cœperunt mihi hinc inde cornua increſcere,& abſcõditæ prius acies dilatari. Si,inquit,uxorem ducere,nõ eſt pec/catum:baptiſmus autem peccata dimittit:quicquid nõ dimittitur,reſeruatur. Ilico mihi,quaſi à fortiſſimo pugile percuſſus eſſem,ante oculos caligo obuerſari cœpit: ſtatimq; recordatus

Chryſippei ſophiſmatis: Si mentiris, idq; uere dicis, mentiris: & in me reuerſus conuerti in c 2
aduerſarium propoſitionis ſtropham. Quæſo,inquam,te ut reſpondeas. Baptiſmus homi-
nem facit nouum,an non? Vix dedit quod nouum faceret. Gradatim intuli:ex toto nouum
facit,an ex parte? Reſpondit,ex toto. Deinceps interrogaui:nihil ergo ueteris hominis in ba-
ptiſmate reſeruatur? Mouit caput. Cœpi protinus texere. Si baptiſmus nouum hominem fa
cit,& ex toto nouum creat,nihilq; in eo ueteris hominis reſeruatur,non poteſt nouo impu-
tari,quod in ueteri quondam fuit. Primum ſpinoſulus noſter obmutuit:poſtea uero Piſoni-
ano uitio,cum loqui neſciret,tacere non potuit. Sudare tamen frons,pallere genæ,tremere la
bia,hærere lingua,ſaliua ſiccari:& plus timore quàm ætate contrahi:erupit aliquando. Nón-
ne legiſti,ab Apoſtolo unius uxoris uirum aſſumi in ſacerdotium,& rem non tempora defi
niri? Quia me ſyllogiſmis prouocauerat,& uidebam tendere hominem ad interrogatiuncu-
las tortuoſas,ſua contra illum tela iaciebam. Baptizatos,inquam,Apoſtolus elegit in epiſco-
patum,an catechumenos? Reſpondere nolebat. Ego tamen idipſum ingerere,& ſecundo ac
tertio ſciſcitari cœpi:Nioben putares,quæ nimio fletu in lapidem uerſa eſt. Verti me ad au-
ditores:nihil intereſt ò boni iudices,aduerſarium uigilantem,an dormientẽ ligem, niſi quod
facilius eſt quieſcenti quàm reluctãti uincula innectere. Si Apoſtolus non catechumenos in
clerum elegit,ſed fideles:fidelis autem eſt qui epiſcopus ordinatur:uitia catechumeni non im
putabuntur fideli. Torquebam iſtiuſmodi ſpicula & uibrantes haſtas in lethargicum dirige-
bam. Oſcitabat tandem, & quaſi per mentis crapulam ructans & nauſeans euomebat:apo-
ſtolus dixit, Paulus hæc docuit. Proferuntur ergo Apoſtoli epiſtolæ:una ad Timotheum,
altera ad Titum. In prima ſcriptum erat:Si quis epiſcopatum deſiderat,bonum opus deſide
rat. Oportet ergo epiſcopum irreprehenſibilem eſſe:unius uxoris uirum, ſobrium, pruden-
tem,ornatum,hoſpitalem,doctorem,non uinolentum,nõ percuſſorem,ſed modeſtum,non
litigioſum,non auarum,domum ſuam bene regentem, filios habentem ſubditos cum omni
caſtitate. Si quis autem domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo eccleſiæ dei diligentiam adhi- D
bebit? Non neophytum,ne in ſuperbiam elatus,in iudicium incidat diaboli. Oportet autem
eum & teſtimonium habere bonum, ab his qui foris ſunt, ut non in opprobrium incidat &
in laqueum diaboli. Ad Titum ſtatim in principio hæc mandata ponuntur. Huius rei gra-
tia reliqui te Cretæ,ut ea quæ deerant,corrigas: & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut
ego tibi diſpoſui. Si quis eſt ſine crimine,unius uxoris uir,filios habens fideles, non in accu-
ſatione luxuriæ,aut non ſubditos. Oportet ergo epiſcopum eſſe ſine crimine tanquam dei di
ſpenſatorem, non proteruum, non iracundum, non uinolentum,non percuſſorem,non tur-
pis lucri cupidum:ſed hoſpitalem,beneuolum,prudentem, iuſtum, ſanctum, continentem,
obtinentem eum qui ſecũdum doctrinam eſt fidelem ſermonem,ut poſſit exhortari in do-
ctrina ſana,& cõtradicẽtes reuincere. In utraq; epiſtola,ſiue epiſcopi, ſiue presbyteri (quam-
quam apud ueteres ĩdem epiſcopi & presbyteri fuerint:quia illud nomen dignitatis eſt,hoc
ætatis)iubentur monogami in clerum eligi. Certe de baptizatis Apoſtoli ſermonem eſſe,ne
mo dubitat. Si ergo omnia quæ in ordinatione quæruntur epiſcopi, non præiudicant ordi-
nando,licet ea ante baptiſma non habuerit:quæritur enim quid ſit, & non quid fuerit:quare
ſolum nomen uxoris impediat,quod ſolum peccatum non fuit? Dicis,quia peccatum non fu
it,idcirco non eſt dimiſſum in baptiſmate. Rem nouam audio: quia peccatum non fuit, in
peccatum reputabitur. Omnia ſcorta,& publicæ colluuionis ſordes,impietas in deum,parri
cidium,& inceſtus in parentes, atq; in extraordinarias uoluptates utriuſq; ſexus mutata na-
tura,Chriſti fonte purgantur: uxoris inhærebunt maculæ, & lupanaria thalamis præferen-
tur? Ego non tibi imputo meretricum exercitus, exoletorum greges, effuſionem ſanguinis, 5
& inſtar ſuis in omni cœno libidinũ uolutabra:& tu mihi olim mortuam de ſepulchro uxor
culam protrahis: quam ideo accepi, ne facerem quod feciſti? Audiant ethnici meſſes eccle-
ſiæ,de quibus quotidie horrea noſtra complentur: audiant catechumeni,qui ſunt fidei can-
didati,ne uxores ducant ante baptiſma, ne honeſta iungant matrimonia, ſed Scottorum &

Azotorum

A Azotorum ritu,ac de republica Platonis,promiſcuas uxores,cõmunes liberos habeant:imò caueant qualecunq; uocabulum coniugis: ne poſtquam in Chriſto crediderint, noceat eis quod aliquando non concubinas,nec meretrices, ſed uxores habuerint. Recolat unuſquiſq; conſcientiam ſuam,& totius uulnera plangat ætatis:cumq; uerum iudicem priorum ſe exhibuerit delictorum, audiat increpantem Ieſum: Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo,& tunc uidebis eijcere feſtucam de oculo fratris tui. Vere ſcribarum & phariſæorum ſimiles,culicem liquantes & camelum glutientes,decimamus mentam & anethum, & dei iudicium prætermittimus. Quid ſimile uxor & ſcortum? Imputatur infelicitas coniugis mortuæ, & libido meretricia coronatur? Ille ſi prior uxor uiueret, aliam coniugem non haberet:tu ut paſſim caninas nuptias iungeres,quid potes excuſare? Forſitan timuiſſe te dicas,ne ſi matrimonium copulaſſes,non poſſes aliquando clericus ordinari. Ille in uxore optauit liberos,tu in meretrice ſobolem perdidiſti. Illum naturæ & benedictioni domini ſeruientem: Creſcite & multiplicamini, & replete terram: cubiculorum ſecreta texerunt: te ſubantem ad coitum publica facies execrata eſt. Ille quod licebat,uerecundo pudore cælauit:tu quod non licebat, impudenter omnium oculis ingeſſiſti. Illi ſcriptum eſt: Honorabiles nuptiæ,& cubile immaculatum:tibi legitur, Fornicatores autem & adulteros iudicabit deus: & qui corrumpit templum dei,corrumpet illum deus. Omnia,inquit, nobis in baptiſmate condonata ſunt crimi-
4 na:nec poſt indulgentiam,iudicis eſt metuenda ſeueritas,dicente Apoſtolo: Et hæc quidem fuiſtis,ſed abluti eſtis,ſed ſanctificati eſtis,ſed iuſtificati eſtis in nomine domini Ieſu Chriſti & in ſpiritu dei noſtri. Omnia peccata donata ſunt,bene & fideliter. Sed quæro quomodo tuæ ſordes lotæ ſint,& meæ mũdicię ſordidatæ. Non dico,ais,tuas ſordidatas, ſed in eodem ſtatu manſiſſe quo fuerant. Si enim ſordes fuiſſent, lotæ utiq; fuiſſent ut meæ. Rogo quæ eſt iſta tergiuerſatio,& acumen omni piſtillo retuſius? Quia non eſt peccatum,peccatum eſt:
B quia non eſt ſordidum,ſordidum eſt. Non dimiſit dominus, quia non habuit quod dimitteret:& quia non dimiſit,idcirco manet quod dimiſſum non fuit. Quantam uim habeat baptiſma, & aqua in Chriſto ſanctificata gratiam, paululum poſt docebo: interim iuxta uulgare prouerbium,malo nodo malus cuneus requirendus eſt. Hoc quod dicit, unius uxoris uirum,poteſt & aliter diſſeri. Ex Iudæis erat Apoſtolus. Prima Chriſti eccleſia,de Iſrael reliquijs congregabatur. Sciebat lege conceſſum, & exemplo patriarcharum ac Moyſi familiari populo nouerat in multis uxoribus liberos ſpargere:ipſis quoq; ſacerdotibus huius licentiæ patebat arbitrium. Præcepit ergo,ne eandem licentiam eccleſiæ ſibi uendicẽt ſacerdotes: ne bina pariter & trina coniugia ſortiãtur,ſed ut ſingulas uno tempore uxores habeant. Ne contentioſum clames eſſe quod diximus, accipe & aliam explanationem: ne tibi ſoli liceat, non uoluntatem legi,ſed legẽ iungere uoluntati. Quidam coacte interpretantur uxores pro eccleſijs,uiros pro epiſcopis debere accipi. Et hoc in Nicena quoq; ſynodo à patribus eſſe decretum,ne de alia ad aliam eccleſiam epiſcopus transferatur: ne uirginalis pauperculæ ſocietate contempta, ditioris adulteræ quærat amplexus: ut quomodo culpa & filiorum uitium in λογισμοῖς, id eſt,in cogitationibus,accipitur:domuſq; diſpẽſatio ad animam refertur & corpus:ita & uxores pontificum dici eccleſias. De quibus in Eſaia ſcriptum eſt: Mulieres properantes de ſpectaculo uenite:non eſt enim populus habens intelligentiam. Et rurſum: Mulieres diuites,ſurgite & audite uocem meam. Et in prouerbijs: Mulierem fortem quis inueniet? Honorabilior eſt precioſis lapidibus,quæ talis eſt. Confidit in ea cor uiri ſui. Et in eodem uolumine: Sapientes mulieres ædificauerunt domum, inſipiens autem deſtruxit manibus. Nec hoc,inquiunt,epiſcopis uideatur indignum,cum de deo quoq; ſcriptum ſit: Sicut deſpicit uxor uirũ ſuum,ſic deſpexit me domus Iſrael,Et in Apoſtolo: Deſpondi enim uos uni uiro,uirginem caſtam exhibere Chriſto. Mulierem aũt,id eſt γυναῖκα,iuxta Græci ſermonis ambiguitatem,in his omnibus teſtimonijs uxorem potius intellige. Violenta eſt,inquies,& ſatis dura etiam hæc interpretatio. Redde igitur ſcripturæ ſimplicitatem ſuam, ne tuis contra te legibus dimicemus. Quæram & illud: Si quis & ante baptiſmum habuerit concubinam,&

illa

illa mortua, baptizatus uxorem duxerit, utrum clericus fieri debeat, an non? Reſpondebis C
poſſe fieri: quia concubinam habuerit, non uxorem. Coniugales ergo tabulæ & iura dotalia, non coitus ab Apoſtolo condemnatur. Multos uidemus ob nimiam paupertatem, uxorum ſarcinam declinare, & ancillas ſuas habere pro uxoribus, ſuſceptoſq; ex his liberos colere ut proprios: qui ſi forte ditati ab imperatore, ſtolam illius meruerint, confeſtim apoſtolo colla ſubmittent, & inuiti inter uxores eas recipere cogentur. Sin autem principale reſcriptum, eadem tenuitas impetrare non quiuerit, cum Romanis legibus, ſcita eccleſiæ mutabuntur. Vide ne hoc quod dicitur: unius uxoris uirum, unius mulieris poſſit intelligi, ut ad coitum magis referatur, quàm ad dotales tabulas. Hæc uniuerſa proferimus, non quo ueræ & ſimplici intelligentiæ reſiſtamus: ſed ut doceamus te ſcripturas ſanctas ſic intelligere ut ſcriptæ ſunt: nec euacuare baptiſmum ſaluatoris, & totum patibuli ſacramentum irritum facere. Reddamus quod paulò ante promiſimus, & de ſchola rhetorum, aquarum laudes & baptiſmi prædicemus. Rudis mundus, necdum ſole rutilante, nec pallente luna, nec aſtris micantibus, incompoſitam & inuiſibilem materiam, abyſſorum magnitudine, & deformibus tenebris opprimebat. Solus ſpiritus dei in aurigæ modum ſuper aquas ferebatur, & naſcentem mundum in figura baptiſmi parturiebat. Inter cœlum & terram, medium extruitur firmamentum: & iuxta Hebraici ſermonis ἐτυμολογίαν cœlum, id eſt, שָׁמַיִם ſamaim ex aquis ſortitur uocabulum: & aquæ quæ ſuper cœlos ſunt, in laudes dei ſeparantur. Vnde & in Ezechiele propheta, Cryſtallum ſuper Cherubim uidetur extenſum, id eſt, compactæ & denſiores aquæ. Primum de aquis quod uiuit egreditur, & pennatos fideles de terra ad cœlum leuat. Fabricatur homo de limo, & inter manus dei aquarum ſacramenta uerſantur. Plantatur paradiſus in Eden, & unus fons in quatuor principia diuiditur: qui poſtea egrediens de templo, & contra ſolis ortum uadens, amaras aquas mortuasq; uiuificat. Peccat mundus, & ſine aquarum diluuio non purgatur. Statimq; columba ſpiritus ſancti, expulſo alite teterrimo, ita ad Noe quaſi ad Chriſtum in Iordane deuolat: & ramo refectionis ac lumi- D
nis, pacem orbi annunciat. Pharao cum exercitu ſuo nolens populum dei permittere exire de Aegypto, in typo baptiſmatis ſuffocatur. Et in pſalmis de interfectione illius ſcribitur: Tu confirmaſti in uirtute tua mare: contribulaſti capita draconum in aquis, tu confregiſti capita draconis. Vnde & reguli & ſcorpiones arentia quæq; ſectantur. Et poſtquam ad aquas uenerint, ὑδροφόβους & lymphaticos faciunt. Mara mutatur ſacramento crucis: & ſeptuaginta palmæ apoſtolorum, dulcoratis legis gurgitibus irrigantur. Abraham & Iſaac puteos fodiunt, repugnant Allophyli. Et Berſabeæ ciuitas iuramenti, regnumq; Solomonis nomen ſumit à fontibus. Rebecca inuenitur ad puteum. Rachel propter aquas, ſupplantatoris oſculo ſalutatur. Moyſes filias ſacerdotis Madian aperto puteo ab iniuria uindicat. Præcurſor domini in aquis fontium iuxta Salim, quod interpretatur pax ſiue perfectio, Chriſto populum parat. Ipſe ſaluator poſt baptiſma, & ſanctificatas ſuo lauacro Iordanis aquas, regnum cœlorum incipit prædicare. Primum ſignum ex aquis facit. Samaritana uocatur ad puteum, ſitiēs inuitatur ad potum. Nicodemo dicit occulte: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non intrare eum in regnum cœlorum. Quia ab aquis cœperat, finiuit in aquis. Latus Chriſti percutitur lancea, & baptiſmi atque martyrij pariter ſacramenta funduntur. Poſt reſurrectionem mittit apoſtolos ad gentes, & præcipit eis, ut baptizent eos in myſterio trinitatis. Pœnitet facti populum Iudæorum, & ſtatim à Petro ad baptiſma mittitur. Antequam parturiat, parit Sion, & naſcitur gens ſimul. Paulus perſequutor eccleſiæ, & lupus rapax Beniamin, Ananiæ oui ſubmittit caput: nec ante recuperat aſpectum, quàm curet baptiſmo cæcitatem. Eunuchus Candacis reginę Aethiopum, lectione prophetica, Chriſti baptiſmati præparatur. Mutat contra naturam Aethiops pellem ſuam, & pardus uarietates ſuas. Qui Ioannis acceperant baptiſma, quia ſpiritum ſanctum neſciebant, iterum baptizantur: ne quis putaret gentibus ac Iudæis, aquas ſine ſpiritu ſancto ad ſalutem poſſe ſufficere. Vox domini ſuper aquas, dominus ſuper aquas multas, dominus diluuiū inhabitare facit.

Dentes

A Dentes eius ſicut grex detonſarum,quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellos habentes fœtus,& infœcunda non eſt in eis. Si non eſt infœcunda, nec ſterilis, omnes habent ubera lacte rorantia, quæ cum Apoſtolo poſſint dicere: Filioli mei, quos iterum parturio, donec Chriſtus formetur in uobis:& lac uobis potum dedi, non eſcam. Micheas de baptiſmi gratia uaticinatur:Ipſe auertet & miſerebitur noſtri:demerget iniquitates noſtras, & proiciet in profundum maris omnia peccata noſtra. Quomodo in lauacro omnia peccata merguntur, ſi una uxor ſupernatat? Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus uir, cui non imputabit dominus peccatum. Arbitror quod poſſumus & nos huic aliquid cantico iungere:Beatus uir,cui non imputabit dominus uxorem. Audiamus & Ezechielem filium hominis, quomodo de eius uirtute pronunciet, qui hominis futurus eſt filius:Aſſumam uos de gentibus,& aſpergam ſuper uos aquam mundam,& mundabimini ab omnibus immundicijs ueſtris: & dabo uobis cor nouum & ſpiritum nouum. Ab omnibus, inquit, mundabo uos ſordibus. In omnibus nihil prætermittitur. Si ſordes emundantur, quanto magis mundiciæ non coinquinantur? Dabo uobis cor nouum,& ſpiritum nouum. In Chriſto enim Ieſu, neq; circunciſio aliquid ualet, neq; præputium, ſed noua natura. Vnde cantamus canticum nouum: & uetere homine depoſito, non ambulamus in uetuſtate literæ,ſed in nouitate ſpiritus.Hic eſt calculus nouus,cui nouum nomen inſcribitur: quod nemo ſcit legere, niſi qui illud acceperit. Quotquot enim baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte illius baptizati ſumus. Conſepulti enim ei ſumus per baptiſmum in morte: ut quomodo ſurrexit Chriſtus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Toties nouitatem legimus,& tam maculoſum nomen uxoris non poteſt ulla nouitate deleri? Conſepulti ſumus Chriſto in baptiſmate, & reſurreximus per fidē operationis dei, qui ſuſcitauit eum à mortuis. Cumq; eſſemus mortui in delictis, & præputio carnis noſtræ, conuiuificauit nos cum illo, donans omnia delicta: delens quod aduerſum nos erat chirographum decreti,quod erat contrarium nobis: & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci.

B Omnia noſtra cum Chriſto mortua ſunt, uniuerſa chirographi ueteris peccata deleta ſunt, ſolum nomen uiuit uxoris? Dies me deficiet, ſi cuncta quæ ad potentiam baptiſmi pertinent,de ſcripturis ſanctis uoluero digerere:& natiuitatis ſecūdę,imò in Chriſto primę, ponere ſacramenta.Antequam dictandi finem faciam(iam enim intelligo menſuram me excedere epiſtolæ)uolo ſuperiora capitula,in quibus futuri epiſcopi uita deſcribitur,curſim exponere:ut Apoſtolum non in unius uxoris elogio, ſed in omnibus quæ præcipit doctorem gentium ſuſcipiamus. Simul obſecro, ne quis me in ſuggillationem iſtius temporis ſacerdotum ſcripſiſſe,quæ ſcripſi,exiſtimet,ſed in eccleſiæ utilitatem. Vt enim oratores & philoſophi deſcribentes qualem uelint eſſe perfectum oratorem, & philoſophum, non faciunt iniuriam Demoſtheni & Platoni,ſed res ipſas abſq; perſonis definiunt:ſic in deſcriptione epiſcopi,& in eorum expoſitione quæ ſcripta ſunt, quaſi ſpeculum ſacerdotij proponitur. Iam in poteſtate & conſcientia ſingulorum eſt,quales ſe ibi aſpiciant:ut uel dolere ad deformitatem,uel gaudere ad pulchritudinem poſſint.Si quis epiſcopatum deſiderat,bonum opus deſiderat. Opus,non dignitatem:laborem,non delitias:opus per quod humilitate decreſcat,non intumeſcat faſtigio. Oportet ergo epiſcopum irreprehenſibilem eſſe. Idipſum quoq; ad Titum: ſi quis eſt ſine crimine. Omnes uirtutes in uno ſermone cōprehendit,& penè rem contra naturam exigit.Si enim omne peccatum,etiam in ocioſo uerbo reprehēſione dignum eſt:quis eſt ille,qui abſq; peccato,id eſt,ſine reprehenſione,uerſetur in hoc mundo? Sed futurus paſtor eccleſiæ,talis eligitur,ad cuius comparationem recte grex cæteri nominentur. Definiunt rhetores oratorē,qui ſit uir bonus,dicendi peritus. Ante uita,ſic lingua irreprehenſibilis quæritur,ut doctus merito ſuſcipiatur. Perdit enim autoritatem docendi, cuius ſermo opere deſtruitur. Vnius uxoris uirum:de hoc ſupra diximus. Nunc hoc tātum admonemus,ut ſi unius uxoris uir,etiam ante baptiſmum quæritur: cætera quoq; quæ præcepta ſunt,ante baptiſmum requiramus. Neq; enim competit uniuerſa poſt baptiſmum, & unum hoc mādatum

intelligere

intelligere ante baptiſmum. Sobrium ſiue uigilantem, νηφάλιον quippe utrunq; ſignificat. C
Prudentem, ornatum, hoſpitalē, doctorem. Sacerdotes qui miniſtrant in templo dei, prohi-
bentur uinū & ſiceram bibere: ne in crapula & ebrietate aggrauentur corda eorum: & ut ſen-
ſus officium exhibens, deo uigeat ſemper & tenuis ſit. Quod autem infert prudentem, exclu
dit eos, qui ſub nomine ſimplicitatis excuſant ſtulticiam ſacerdotum. Niſi enim cerebrum ſa
num fuerit, omnia membra in uitio erunt. Ornatum quoq; ἐπίπροσις eſt prioris uerbi, id eſt,
irreprehenſibilis. Qui uitia non habet, irreprehenſibilis appellatur: qui uirtutibus pollet, or-
natus eſt. Poſſumus & aliud intelligere ex hoc uerbo, iuxta illud Tullij: Caput eſt artis, dece
re quod facias. Sunt enim quidam ignorātes menſuram ſuam, & tantæ ſtoliditatis ac uecor
diæ, ut & in motu, & in inceſſu, & in habitu, & in ſermone communi, riſum ſpectantibus præ-
beant: & quaſi intelligentes quid ſit ornatus, comunt ſe ueſtibus & mūdicijs corporis, & lau-
tioris meſæ epulas parant: cū omnis iſtiuſmodi ornatus & cultus, ſordibus fœdior ſit. Quod
autē doctrina à ſacerdotibus expetatur, & ueteris præcepta ſunt legis, & ad Titum plenius
ſcribitur. Innocens enim & abſq; ſermone conuerſatio, quantum exemplo prodeſt, tantum
ſilentio nocet. Nam & latratu canum, baculoq; paſtoris, luporū rabies deterrenda eſt. Non
uinolentum, non percuſſorem. Virtutibus uitia oppoſuit. Didicimus quales eſſe debeamus:
diſcamus quales non eſſe debeant ſacerdotes: Vinolentia ſcurrarum eſt & comeſſatorum:
uenteroq; mero æſtuans, cito deſpumat in libidines. In uino luxuria, in luxuria uoluptas, in
uoluptate impudicitia eſt. Qui luxuriatur, uiuens mortuus eſt: ergo qui inebriatur, & mor-
tuus & ſepultus eſt. Noe ad unius horæ ebrietatem nudat femora ſua, quæ per ſexcentos an
nos ſobrietate contexerat. Lot per temulentiam, neſciens libidini miſcet inceſtum: & quem
Sodoma non uicerat, uina uicerunt. Percuſſorem autem epiſcopum ille condemnat, qui dor
ſum poſuit ad flagella, & maledictus nō remaledixit. Sed modeſtum. Duobus malis unum
oppoſuit bonum: ut temulentia & ira, modeſtia refrenentur. Non litigioſum, non auarum.
Nihil enim impudentius arrogantia ruſticorum, qui garrulitatem autoritatem putant: & pa D
rati ſemper ad lites, in ſubiectum ſibi gregem tumidis ſermonibus tonant. Auariciam in ſa-
cerdote uitandam, & Samuel docet, nihil coram populo eripuiſſe ſe cuiquam probans: &
apoſtolorum paupertas, qui refrigeria ſumptuum à fratribus accipiebant, & præter uictum
atq; ueſtitum nihil ſe aliud nec habere, nec uelle gloriabantur. Quam ad Timotheum auari
ciam, ad Titum turpis lucri cupiditatem apertiſſime notat. Domum ſuam bene regentem:
non ut opes augeat, non ut regias paret epulas: non ut celatas patinas ſtruat: non ut Phaſi-
des aues lentis uaporibus coquat, qui ad oſſa perueniant, & ſuperficiem carnis non diſſol-
uant artifici temperamento: ſed ut quod populo præcepturus eſt, prius à domeſticis exigat.
Filios habentem ſubditos, cum omni caſtitate: ne ſcilicet imitentur filios Eli, qui in ueſtibulo
templi cum mulieribus dormiebant: & religionem prædam putantes, quicquid optimum in
hoſtijs erat, in ſuas delicias conuertebant. Non neophytum, ne in ſuperbiam elatus, in iudi-
cium incidat diaboli. Mirari ſatis non queo, quæ hominum tanta ſit cæcitas, de uxoribus an
te baptiſmum diſputare: & rem in baptiſmate mortuam, imò cum Chriſto uiuificatam in ca
lumniam trahere, cum tam apertum euidensq; præceptum nemo cuſtodiat. Heri catechume
nus, hodie pōtifex: heri in amphitheatro, hodie in eccleſia: ueſpere in circo, mane in altario:
dudum fautor hiſtrionum, nunc uirginum conſecrator. Num ignorabat Apoſtolus tergiuer
ſationes noſtras, & argumentorum ineptias neſciebat? Qui dixit unius uxoris uirum, ipſe
mandauit irreprehenſibilem, ſobrium, prudentem, ornatum, hoſpitalem, doctorem, mode-
ſtum: non uinolentum, non percuſſorem, non litigioſum, non auarum, nō neophytum. Ad
hæc omnia claudimus oculos, ſolas uidemus uxores. Quod autem ait: Ne in ſuperbiam ela
tus, incidat in iudicium diaboli, quis non exemplo uerum probet? Ignorat momentaneus ſa
cerdos humilitatem & manſuetudinem ruſticorum: ignorat blanditias Chriſtianas: neſcit ſe
ipſum contemnere: de dignitate transfertur ad dignitatem: non ieiunauit, non fleuit, non mo
res ſuos ſæpe reprehendit, & aſſidua meditatione correxit: non ſubſtantiam pauperibus ero

gauit

A gauit. De cathedra quodammodo ducitur ad cathedram, id eſt,de ſuperbia ad ſuperbiam. Iudicium autẽ & ruina diaboli,nulli dubium,quin arrogantia ſit. Incidunt in eam qui in puncto horæ,necdum diſcipuli iam magiſtri ſunt. Oportet autem eum & teſtimonium habere bonum ab his qui foris ſunt. Quale principium,talis & clauſula. Qui irreprehẽſibilis eſt,non ſolum à domeſticis,ſed & ab alienis conſono ore laudatur. Alieni & extra eccleſiam ſunt Iudæi,hæretici atq; gentiles. Talis ergo ſit pontifex Chriſti:ut qui religioni detrahũt, uitæ eius
5 detrahere non audeant. At nunc pleroſq; cernimus,uel fauorem populi, in aurigarum morem precio redimere: uel tanto omnium hominum odio uiuere:ut nõ extorqueant pecunia, quod mimi impetrãt geſtib. Hæc fili Oceane ſollicito timore perquirere, hæc magiſtri eccleſiæ cuſtodire debebunt,hos in ſacerdotibus eligendis canones obſeruare:non iuxta propria odia & priuatas ſimultates carpentemq; ſemper autorem ſuum inuidiam,legem Chriſti interpretari. Vide quantum ſit teſtimonium huius quem arguunt mariti,cui præter uinculum coniugale,& hoc ante baptiſmũ,nihil aliud ab æmulis obiici poteſt. Qui præcipit non mœchandum,ipſe dicit & non occides. Si non mœchamur,ſed occidimus,transgreſſiores legis ſumus. Qui totam legem ſeruauerit, & offenderit in uno, fit omnium reus. Itaq; cũ oppoſuerint nobis uxorem ante baptiſmum, nos ab eis omnia quæ poſt baptiſmum præcepta ſunt requiramus. Prætereunt quod non licet,& obiiciunt quod conceſſum eſt.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA

1  T inſurgit mihi Caina hæreſis.) Quidam hic deprauauerant pro Caina Canina. De Caina hæreſi meminit Auguſtinus in libello ad Quoduultdeũ. Dicti ſunt Caini ſiue Caiani: nam ita legitur,quod Cain ut ſanctum uenerentur. Quod quo minus mireris, & Iudam Iſcariotem colunt,denicq; Sodomitas, Core, Dathan & Abyron. Blaſphemant legem, & deum legis autorem. Carnis reſurrectionem negãt:quancq; hoc ſanè loco Hieronymus reſpexerit ad hiſtoriam Cain,qui dixerit,maius eſſe peccatũ ſuum,cq; ut ueniã mereretur. At hic aduerſarius Hieronymi dicebat,eſſe quod non remitteretur in baptiſmo. Ariminenſis ſynodi multitudo.) Hæc erat ſynodus,in
B qua Valens epiſcopus Murſenſis palàm abnegauit Arianam hęreſim in frequẽtiſſimo epiſcoporũ, & laicorum cœtu,ut Ariminenſis concilij multitudo penè in prouerbium abierit. Meminit eius rei Hieronymus in dialogis Luciferiani & Orthodoxi. Cornutum,ut dicitur,ſyllogiſmum) Huiuſmodi ſyllogiſmos colligit Chryſippus:acerualem,quẽ ſoritem uocant:crocodiliten, ψευδόμενον, quẽ Seneca uertit mentientem:& κεραλνὸν, id eſt,cornutum,quod utrinq; occurrat in quod impingas:id quod accidere ſolet in dilẽmate. Velut cum interrogat aduerſarius: In baptiſmate bona opera dimittuntur an mala? Si dixeris bona,incurris in alterũ cornu,& abſurde reſpõdiſti. Si mala,incidiſti in alterũ. Ergo matrimonium manet,quod malum non eſt. Chryſippei ſophiſmatis) Hic Chryſippus uſq; ad nugaciſſimam
2 deliratione fuit in dialectica curioſus. Hieronymus hoc loco ſignificat ſyllogiſmũ,qui dicit ψευδόμενος, id eſt,mentiens:hoc eſt,qui refellit ſeipſum. Vt ſi quis dicat ſe mentiri. Nã ſi uere mẽtitur,hoc ipſo non mentitur quod mentitur. Et ſi non mentitur,hoc ipſo mentitur quod non mentitur. Item Epimenides dicit, Cretenſes eſſe mendaces. Si uerum dixit, non ſunt mendaces Cretẽſes, cum uerum dicat Cretenſis. Sin mentitus eſt,non ſunt mendaces,quia falſum dixit,& ob hoc ipſum rurſum mẽdaces,quia Cretenſis mentitus eſt. Hæc tametſi non ſunt exacta ad ſummum ius,ut uocant,dialectices:tamen ad explicandum hunc locũ ſufficiunt. Sic enim de his ueteres dialectici nugabantur. Propoſitionis ſtrophã) Strophan uocat figurã orationis oblique tortã: ueluti ſi quis laudãs uituperet, aut diſſuadẽs ſuadeat, aut placans inciteret: à στρέφω, quod eſt torqueo. Piſoniano uitio.) Extat inuectiua Ciceronis in Piſonẽ, in qua illi obiicit hæſitantiam oris, balbutiem linguæ:& tamen cum loqui neſciret,tacere non potuit.

Non νεόφυτον) id eſt, nuper inſitum,ſiue plantatum: à νέον nuper,& φύω planto,ſiue gigno,uel naſcor.

Illud nomẽ dignitatis) Nempe presbyteri. πρεσβύτερος ſenioremẽ ſignificat. Et apud ueteres tanta erat ueneratio ſenectutis, ut honoris cauſa nomen hoc tribuerint. Et ſæpius apud Homerum ὦ γέρον, ὁ ſenex, & γέρας honor, ſiue præmium: cum γῆρας ſignificet ſenectutem. Epiſcopus aũt non dignitatis, ſed
3 officij uocabulum eſt, ab ἐπισκοπεῖν, id eſt, intendere & curam agere. Exoletorum greges.) Exoleti grandiuſculi adoleſcẽtes. Significat aũt turpiter obſequioſos. Ethnici meſſes eccleſiæ.) Alluſit ad uerbe Chriſti, Meſſis quidẽ multa. Ex gentibus enim augeẽ numerus fidelium. Audiant Catechumeni) Catechumeni ſcribendum eſt, à uerbo κατηχέω, quod eſt inſtruo ſiue erudio. Dictum uidetur ab ἦχος ſonus ſiue uox, quod myſteria olim non ſcriptis, ſed uoce traderentur. Fidei candidati) Candidati qui ambiunt magiſtratum. Vnde qui rem affectant,& omnia faciunt ut aſſequantur, eius candidati dicuntur, id eſt, petitores. Quintilianus filium ſuum acutæ, ſiue ut ego legendum arbitror, auitæ eloquentiæ candidatum uocat. Et in uita diui Martini legis, quod bonis operibus egerit quẽdam baptiſmatis candidatum. Scottorum & Atticorum ritu.) Hic uarius habetur in exẽplaribus locus. Forte legendum,

Scottorum & Asotorum ritu,ut intelligamus barbarissimas nationes,quę sine legibus uiuant,adeo ut nec matrimonia nouerint.Plutarchus scribit,Hyrcanos ante aduētum Alexādri Magni nescisse matrimonia.Et Asotorum luxuries etiam in prouerbiū abijt. Menthā & anethum.)Matthæus anethum ponit,Lucas rutam. Te sudantem ad coitum)Quidam pro coitum,scortum habent. Ego pro sudantem,subantem lego,Nam apparet facile uerbum hoc à sciolo quopiā immutatum fuisse.Est autē subare,suum ritu moliri,& sonare in coitu.Vtitur hoc uerbo Horatius in Odis,& diuus Hieronymus alibi. c

Et hæc quidē fuistis)Legendum est,& hæc quidam: quod Græce est ἅνὲς, quod nihil habet cōmune cū quidē,id est, μηδέ. Hydropas & Lymphaticos)Quidā codex habebat hydrophabas:ex quo legendum conijcio hydrophobos. ὑδροφόβοι dicuntur Græce morsi a cane rabido,quod hi aquam horreant.Et Lymphatici dicuntur insani,& hoc ab aqua:unde quidam eam insaniam contrahi putant. 4

Allophyli)id est,diuersæ nationis. Nam φῦλον natio,siue genus,& ἄλλο aliud. Sobrium siue uigilantem)Græce νηφάλιον,à uerbo νήφω, quod utrunq; significat,& sobrium atq; abstemium,& uigilantem,quod ebrij plerunq; dormitabundi sint,qui bibunt aquam minimi somni.Quin & νηφάλια dicebantur olim sacra,quæ absq; uino peragebātur:nec libabatur quicq; præter aquam ἐπίτασις.)id est, intēsio,hoc est,exaggeratio,ab ἐπιτείνω, intēdo.Plus enim est,ornatum esse uirtutibus,q̄ carere uitijs.

In aurigarum morē)Intelligit,ni fallor,aurigas certaminum equestrium,qui populi fauorē aliquando pecunia redimebant. Quod minime impetrant) Ita plerique codices habent,sed deprauate:legendum est,mimi impetrāt. Mimi,id est,histriones gestibus impetrāt,ut sibi populus faueat:nō etiam numerant,ut quidam faciunt episcopi.Et mimi habetur in quibusdam exemplaribus emēdationibus. 5

ANTIDOT. Tametsi Hieronymus Cainā hāc hæresim uocat,& miro stomacho debacchat in hunc aduersariū,tamen illius sententiā sequitur ecclesia,nō Hieronymi.Atqui Decreta probant Hieronymi scripta citra exceptionem.Verum hanc rem argumentis excutere non est huius instituti.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ruffinus subornarat Magnum quēdam oratorē Romanum,qui quærat ab Hieronymo,cur libris ecclesiasticis admisceret literas ethnicorum,& sacra prophanis contaminaret. Huic rationem reddit, ostenditq; quatenus id liceat,& quorum exemplo id faciat.

HIERONYMVS MAGNO ORATORI ROMANO.

SEbesium nostrum tuis monitis profecisse,non tam epistola tua q̄ ipsius pœnitudine didicimus.Et mirum in modū, plus correptus placuit,q̄ errans læserat.Certauerunt inter se indulgentia parentis,& filij pietas:dum alter præteritorum non meminit,alter in futurum quoq; officia pollicetur. Vnde & mutuo nobis tibiq; gaudendum est:quia nos filium recepimus,tu discipulum comprobasti.Quod autem quæris in calce epistolæ tuæ:cur in opusculis nostris, secularium literarū interdum ponamus exempla:& candorem ecclesiæ,ethnicorum sordibus polluamus.Responsum breuiter habeto. Nunquam hoc quæreres,nisi te totum Tullius possideret,si scripturas sanctas legeres,si interpretes earum,omisso Volcatio euolueres. Quis enim nesciat & in Moyse,& in prophetarum uoluminibus quædam assumpta de gētilium libris, & Solomonem philosophis Tyri, & nonnulla proposuisse,& aliqua respondisse? Vnde in exordio prouerbiorum cōmonet,ut intelligamus sermones prudentiæ,uersutiasq; uerborum,parabolas, & obscurū sermonem, dicta sapientum, & ænigmata quæ proprie dialecticorum & philosophorum sunt. Sed & Paulus apostolus Epimenidis poetæ abusus uerficulo est,scribens ad Titū: Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. id est,Cretenses semper mendaces,malæ bestiæ,uētres pigri.Cuius heroici hemistichiū postea Callimachus usurpauit.Nec mirū si apud Latinos metrum non seruet,ad uerbū expressa trāslatio,cū Homerus eadē lingua uersus in prosam,uix cohæreat.In alia quoq; epistola,Menādri ponit senariū: φθείρουσιν ἤθη χρησθ' ὁμιλίαι κακαί. id est:Corrūpunt em̄ mores bonos colloquia mala.Et apud Athenienses in Martis curia disputans,Aratū testē uocat.Ipsius em̄ & genus sumus,quod Græce dicitur: τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.Et est clausula uersus heroici.Ac ne parū hoc esset,ductor Christiani exercitus & orator inuictus pro Christo causam agens:etiā inscriptionem fortuitā,arte torquet in argumentum fidei.Didicerat enim à uero Dauid, extorquere de manibus hostium gladium,& Goliæ superbissimi caput proprio mucrone truncare.Legerat in Deuteronomio domini uoce præceptum, mulieris captiuæ radendum caput, supercilia, omnes pilos & ungues corporis amputandos,& sic eam habendā in coniugio.Quid ergo mirum,si & ego sapientiā secularem propter

A pter eloquij uenustatem, & membrorũ pulchritudinem, de ancilla atq; captiua Israelitidem facere cupio? Et si quicquid in ea mortuum est, idololatriæ, uoluptatis, erroris, libidinum, uel
2 præcido, uel rado: & mixtos purissimo corpori uernaculos ex ea genero domino Sabaoth? Labor meus in familiam Christi proficit: stuprum in alienam, auget numerum conseruorũ. Osee accepit uxorem fornicariam Gomer filiam Debelaim, & nascitur ei de meretrice filius Iezrael, qui uocatur semen dei. Esaias nouacula acuta barbam & crura radit peccantium. Et Ezechiel in typo fornicantis Hierusalem tondet cæsariem suam: ut quicquid in ea absq; sensu & uita est, auferatur. Cyprianus uir eloquẽtia pollens & martyrio, Firmiano narrãte mordetur, cur aduersus Demetrianum scribẽs, testimonijs usus sit prophetarũ & apostolorum, quæ ille ficta & cõmenticia esse dicebat: & non potius philosophorum & poetarũ, quorum autoritati ut ethnicus cõtraire non poterat. Scripserunt contra nos Celsus atq; Porphyrius: priori Origenes, alteri Methodius, Eusebius & Apollinarius fortissime responderunt. Quorum Origenes octo scripsit libros. Methodius usq; ad decẽ milia ꝓcedit uersuũ. Eusebius & Apollinarius uigintiquinq; & triginta uolumina condiderũt. Lege eos & inuenies nos cõparatione eorum imperitissimos: & post tanti temporis ocium, uix quasi per somniũ quod pueri didicimus, recordari. Iulianus Augustus septem libros in expeditione Parthica, aduersum Christum euomuit: & iuxta fabulas poetarum, suo se ense lacerauit. Si contra hunc scribere tentauero, puto interdices mihi ne rabidũ canem, philosophorum & Stoicorum doctrinis, id est, Herculis claua repercutiam: quanq̃ Nazarenum nostrũ, & (ut ipse solebat dicere) Galilæum statim in prælio senserit: & mercedem linguæ putidissimæ, contumelijs perfossus acceperit. Iosephus antiquitatẽ approbans Iudaici populi duos libros scripsit cõtra Appionem Alexandrinum grãmaticum: & tãta secularium profert testimonia, ut mihi miraculũ subeat, quomodo uir Hebræus & ab infantia sacris literis eruditus, cũctam Græcorũ bibliothecam
B euoluerit. Quid loquar de Philone, quem uel alterum uel secundum Iudæum Platonem critici pronunciant? Currã per singulos. Quadratus apostolorũ discipulus, & Atheniensis ponti fex ecclesiæ, nõne Adriano principi, Eleusinæ sacra inuisenti, librũ pro nostra religione tradidit? Et tantæ admirationi omnibus fuit, ut persecutionem grauissimã, illius excellens sedaret ingenium. Aristides philosophus, uir eloquentissimus, eidẽ principi apologeticum pro Christianis obtulit, contextum philosophorũ sententijs: quẽ imitatus postea Iustinus, & ipse philosophus, Antonino Pio & filijs eius senatuiq; librũ contra gẽtiles tradidit, defendens ignominiam crucis, & resurrectionem Christi tota prædicãs libertate. Quid loquar de Melitone Sardensi episcopo? Quid de Apollinario Hierapolitanę ecclesiæ sacerdote, Dionysioq; Corinthiorum episcopo, & Tatiano, & Bardesane, & Hirenæo Photini martyris successore: qui hæresecon singularum uenena, ex quibus philosophorum fontibus emanarint, multis uoluminibus explicarunt? Pantænus Stoicæ sectæ philosophus, ob præcipuæ eruditionis gloriã, à Demetriano Alexandrię episcopo missus est in Indiam: ut Christũ apud Brachmanas, & illius gentis philosophos prædicaret. Clemens Alexandrinæ ecclesię presbyter, meo iudicio omnium eruditissimus, octo scripsit Stromatum libros, & totidem ὑποτυπώσεων, & alium contra gentes, pædagogi quoq; tria uolumina. Quid in illis indoctum, imò quid non è media philosophia est? Hunc imitatus Origenes, decem scripsit Stromateas, Christianorum & philosophorũ inter se sentẽtias comparans: & omnia nostræ religionis dogmata de Platone & Aristotele, Numenio, Cornutoq; confirmans. Scripsit & Milciades contra gentes uolumen egregiũ. Hippolytus quoq; & Apollonius, Romanæ urbis senatores, propria opuscula condiderunt. Extant & Iulij Aphricani libri, qui temporũ scripsit historias: & Theodori, qui postea Gregorius appellatus est, uiri apostolicorum signorum atq; uirtutum, & Dionysij Alexandrini episcopi: Anatolij quoq; Laodicenæ ecclesiæ sacerdotis, necnon presbyterorum Pamphili, Pierij, Luciani, Malchionis, Eusebij Cæsarienſis episcopi, & Eustathij Antiocheni, & Athanasij Alexãdrini: Eusebij quoq; Emiseni, & Triphillij Cyprij, & Asterij Scythopolitæ, & Serapionis confessoris: Titi quoq; Bostrẽsis episcopi: Cappadocumq;, Ba

silij, Gregorij, Amphilochij: qui omnes intantum philosophorum doctrinis atq; sententijs c
suos refarciunt libros, ut nescias quid in illis primum admirari debeas, eruditionem seculi, an scientiam scripturarũ. Veniam ad Latinos. Quid Tertulliano eruditius, quid acutius? Apologeticus eius & cõtra gentes libri, cunctam seculi obtinent disciplinam. Minutius Felix causidicus Romani fori, in libro, cui titulus octauius est: & in altero contra mathematicos, si tamen inscriptio non mẽtitur autorem, quid gentilium scripturarum dimisit intactũ? Septem libros aduersus gentes Arnobius ædidit: totidẽq; discipulus eius Lactantius, qui de ira quoque & opificio dei duo uolumina condidit: quos si legere uolueris, dialogorum Ciceronis in eis ὠφέλημα reperies. Victorino martyri in libris suis licet desit eruditio, tamẽ non deest eruditionis uoluntas. Cyprianus quod idola dij non sint, qua breuitate, qua historiarum omnium scientia, quorum uerborum & sensuum splendore perstrinxit? Hilarius meorum confessor temporũ & episcopus, duodecim Quintiliani libros & stilo imitatus est, & numero: breuiq; libello quem scripsit contra Dioscorum medicum, quid in literis possit, ostendit. Iuuencus presbyter, sub Cõstantino historiã domini saluatoris uersibus explicauit: nec pertimuit Euangelij maiestatem sub metri leges mittere. De cæteris uel mortuis uel uiuentibus taceo: quorum in scriptis suis & uires manifestæ sunt & uoluntas. Nec statim praua opinione fallaris, contra gentes hoc esse licitum, in alijs disputationibus dissimulandum: quia omnes penè omnium libri, exceptis his qui cum Epicuro literas non didicerunt, eruditionis doctrinæq; plenissimi sunt. Quanquam ego illud magis reor, quod dictanti uenit in mentẽ, non te ignorare quod semper à doctis uiris usurpatum est: sed per te mihi proponi ab alio quęstionem, qui forte propter amorẽ historiarũ Salustij, Calphurnius cognomẽto Lanarius sit. Cui quæso ut suadeas, ne uescentiũ dentibus edentulus inuideat: & oculos caprearum, talpa contemnat. Diues (ut cernis) ad disputandum materia, sed iam epistolaris angustia finienda est.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA

D

Misso Volcatio euolueres.) Volcatius commentaria scripsit in Ciceronem, ut testatur Seneca. Pro Volcatio quidam inepti supposuerãt supercilio. O audaciam, statim mutare, quod non intelligas. Dialecticorum.) Ad hos refert uersutias argutiarum propter elenchos. Ad Titum.) Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. id est, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, uentres inertes. θηρίον proprie bestiam significat noxiam, ut uiperam, crocodilum. Et ipsos uentres uocat, homines uentri deditos. Hic uersus celebris factus est syllogismo, qui uocatur, ψευδόμενος, id est, mentiens: hunc enim in exemplum adducunt. Ponit senarium.) Nam est iambicus trimeter: φθείρουσιν ἤθη χρηθ' ὁμιλίαι κακαί, id est, Mores probos colloquia corrumpunt mala.

Quod Græce dicitur: τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.) id est: Huius enim & genus sumus: est hemistichium Arati in Phænomenis, quod opus adhuc extat. Inscriptionem fortuitam.) Quia inuenerat Athenis aram inscriptam, Ignoto deo. Est autem maxime rhetoricum, cũ id quod suademus ut fiat, iam factum esse dicamus. Suadeo ut colatis deum, quem iam colitis, sed ignotum. Item de Leone narrat Philostratus, cum prodisset ad populum suasurus cõcordiam, statimq; populus risisset obesum, ut erat. Ridetis, inquit: Est mihi uxor me crassior, tamen unus lectulus capit concordes: discordes ne tota quidem domus. Atq; ita fortuitum risum uertit in argumentum suadendæ concordiæ. Et mixtos.) Græci misceri pro coire dicunt, quod & hic significat. Vernaculos.) Vernas uernaculos uocat. Verna seruus est domi tuæ natus: quod genus seruorum simillimum erat liberis. Contumelijs perfossus.) Quid est contumelijs perfossus, an magnum si quis illi beluæ maledixerit? Legendum igitur, conto perfossus: sic enim scribit Orosius, dum post sceleratissimum uotum, quo monachos & episcopos omnes incendio destinarat, ab obuio quodam equite conto ictus interijt. Vel alterum uel secundum Iudæum.) Codices dissident. Legendum censeo: uel alterum, uel Iudæum Platonem. Critici.) Critici uocabantur censores alienorum operum, à κρίνω iudico. ὑποτυπώσεων.) In quibusdam libris additum est, id est, dispositionum: opinor legendum, expositionum. Nam ὑποτύπωσις est, cum res explicatur & oculis proponitur. In eis ὠφέλιμον.) id est, compendium, siue abbreuiationem. Calphurnius.) Sepius inculcat hunc Calphurnium Salustianum, nec adhuc liquet quisnam sit, nisi quod à calidis furnis & lanionibus dicta uidentur cognomina, ut luxuriosum intelligas simul & ferocem ac tyrannicum. Ruffinum enim, opinor, notat.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Refellit eorum errorem, qui diaconum presbytero æquabant, ostendens quid sit discriminis inter episcopum, sacerdotem, presbyterum & diaconum.

Hieronymus

A LEgimus in Esaia: Fatuus fatua loquetur. Audio quendam in tantam erupisse ue
1 cordiam, ut diaconos presbyteris, id est, episcopis anteferret. Nam cum apostolus perspicue doceat eosdem esse presbyteros quos episcopos: quid patitur mensarum & uiduarum minister, ut supra eos se tumidus efferat, ad quorum preces Christi corpus sanguisq; conficitur? Quæris autoritatem? Audi testimonium. Paulus & Timotheus serui Christi Iesu, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cum episcopis & diaconis. Vis & aliud exemplum? In Actibus apostolorum, ad unius ecclesiæ sacerdotes ita Paulus loquitur: Attendite uobis & cuncto gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos, ut regeretis ecclesiam domini, quã acquisiuit sanguine suo. Ac ne quis contentiose in una ecclesia plures episcopos fuisse contendat, audi & aliud testimoniũ, in quo manifestissime comprobatur eundem esse episcopum atq; presbyterum. Propter hoc reliqui te in Creta, ut quæ deerant corrigeres, & constitueres presbyteros per ciuitates, sicut & ego tibi mãdaui. Si quis est sine crimine, unius uxoris uir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse, quasi dei dispensatorem. Et ad Timotheum: Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ tibi data est prophetiæ, per impositionem manuũ presbyterij. Sed & Petrus in prima epistola: Presbyteros, inquit, in uobis precor compresbyter, & testis passionum Christi, & futuræ gloriæ quæ reuelãda est, particeps,
2 regere gregem Christi, & inspicere nõ ex necessitate, sed uoluntarie iuxta deum. Quod quidem Græce significantius dicitur ἐπισκοποῦντες id est, super intẽdentes: unde & nomẽ episcopi tractum est. Parua tibi uidentur tantorum uirorum testimonia? Clangat tuba euangelica, filius tonitrui, quem Iesus amauit plurimum: qui de pectore saluatoris doctrinarũ fluenta potauit: Presbyter, electæ dominæ & filijs eius, quos ego diligo in ueritate. Et in alia epistola: Presbyter, Caio charissimo, quem ego diligo in ueritate. Quod autẽ postea unus electus est, qui cæteris pręponeretur, in schismatis remediũ factum est: ne unusquisq; ad se trahens
B Christi ecclesiam rumperet. Nam & Alexandriæ à Marco euangelista usq; ad Heraclam & Dionysium episcopos, presbyteri semper unum ex se electũ, in excelsiori gradu collocatum, episcopum nominabant: quomodo si exercitus imperatorem faciat: aut diaconi eligant de se, quem industrium nouerint, & archidiaconum uocẽt. Quid enim facit excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non faciat? Nec altera Romanę urbis ecclesia, altera totius orbis existimanda est. Et Galliæ, & Britanniæ, & Africa, & Persis, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes, unum Christum adorant: unam obseruant regulã ueritatis. Si autoritas quæritur, orbis maior est urbe. Vbicunq; fuerit episcopus, siue Romæ siue Eugubij, siue Constantinopoli siue Rhegij, siue Alexandriæ siue Tanis: eiusdem meriti, eiusdem est & sacerdotij. Potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas, uel sublimiorem uel inferiorem episcopum non facit. Cæterum omnes apostolorum successores sunt. Sed dicis, quomodo Romæ ad testimonium diaconi presbyter ordinatur? Quid mihi profers unius urbis cõsuetudinem? Quid paucitatem, de qua ortum est supercilium, in leges ecclesiæ uindicas? Omne quod rarum est, plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere preciosius est. Diaconos paucitas honorabiles, presbyteros turba contemptibiles facit. Cæterum etiam in ecclesia Romæ, presbyteri sedent, & stant diaconi: licet paulatim increbrescentibus uitijs, inter presbyteros absente episcopo sedere diaconum uiderim: & in domesticis cõuiuijs, benedictiones presbyteris dare. Discant qui hoc faciũt non se recte facere, & audiant apostolos: Non est dignũ, ut relinquentes uerbum dei, ministremus mensis. Sciant quare diaconi constituti sint. Legant Acta apostolorum, recognoscentur conditionis suæ. Presbyter & episcopus aliud ætatis, aliud dignitatis est nomen. Vnde & ad Titum, & ad Timotheum de ordinatione episcopi & diaconi dicitur: de presbyteris omnino reticetur: quia in episcopo & presbyter continetur. Qui prouehitur, de minori ad maius prouehitur. Aut igitur ex presbytero ordinetur diaconus, ut presbyter minor diacono cõprobetur, in quem crescit ex paruo: aut si ex diacono ordinatur presbyter, nouerit se lucris minorem, sacerdotio esse maiorem. Et ut sciamus traditiones apo

ſtolicas ſumptas de ueteri teſtamento, quod Aaron & filij eius atq; leuitæ in templo fuerũt, c
hoc ſibi episcopi & presbyteri & diaconi uendicent in eccleſia.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA

LEgimus in Eſaia.) Nempe ca. xxxij. Fatuus enim fatua loquetur, & cor eius uana intelliget. 1
Eandẽ ſententiam totidẽ uerbis extulit Euripides: Μωρὰ γὰρ μωρὸς λέγει, id eſt, ſtultus enim ſtulta loquitur. Quid patitur) Græcam loquẽdi figuram haud ſcio an imprudẽs expreſſit Hieronymus, τί ἔπαθεν, id eſt, quid illi accidit: ita loquimur, cũ rem nouã & abſurdam ſignificamus. Et uiduarum miniſter) Locus eſt in Actis apoſtolorum cap. vi, de creatis ſeptẽ diaconis: qui, quo quietiores eſſent apoſtoli, menſæ miniſtrauerunt: unde διάκονος Græce miniſter appellatur. Verum hic locus mihi uidetur nõ uacare mendo: quanq; conſentientibus exemplaribus, nolui mutare ſcripturã: nec enim legimus diaconos miniſtraſſe uiduis magis q̃ cæteris Chriſtianis. Fortaſſe legendum, menſarũ miniſter, & uiduarum ſucceſſor, aut tale quippiam. Siquidẽ hinc orta fuit diaconorum inſtitutio, quod creſcente diſcipulorum multitudine, natum ſit murmur Græcorum aduerſus Hebræos, quod illorum uiduæ deſpicerentur in quotidiano miniſterio, cum apoſtoli ſuas quaſdam circũducerent: ut indicat & Paulus in priore epiſtola ad Corinth. cap. ix. Nunquid nõ habemus poteſtatem circunducẽdi ſororẽ mulierculã, ſicut & cæteri apoſtoli, & fratres domini & Cephas? Atq; ob hãc cauſam, excluſis, ut apparet, à miniſterio uiduis, ordinati ſunt diaconi. Et inſpicere, nõ ex) In prima epiſt. 2
Petri, cap. v. Sed uidetur Hieronymus paulo aliter legiſſe, q̃ noſtra habent exemplaria, in quibus ſcriptum eſt: ποιμάναι τὸν ποίμνιον, id eſt, paſcite inſpicientes. Quanq; neutrum uerbũ cõmode Latinis reddi poterat. Neq; enim ποιμαίνειν ſimpliciter eſt paſcere, ſeu regere, ſed paſcere gregem: & ἐπισκοπεῖν non eſt inſpicere cogniſcẽdi cauſa, quod ea uox ſignificat Latinis, ſed aduigilare, ut de neceſſarijs prouideas. Heraclã.) Hic fuit unus ex Origenis diſcipulis, qui poſt Demetriũ Alexandrinæ eccleſię præfectus fuit. Romæ ſiue Eugubij) Oppidorũ nomina ſunt diuerſis diſſita locis. Eugubiũ in Italia eſt, Conſtantinopolis in Thracia, prius dicta Byzãtium: Rhegium in Brutia, ſiue in agro Brutiorum, adhærens Italiæ, Alexandria & Tanis in Aegypto: ſed ita uidetur coniunxiſſe ut ſemper celebri urbi frigidum aliquod oppidulum opponatut, Eugubium Romæ, Conſtãtinopolim Rhegio, quibus hoc cõmune eſt, quod utraq; eſt littoralis, Alexandriam Tani. Colligit enim epiſcopi dignitatẽ, non æſtimari magnitudine ditionis, ſed merito uitæ officio omnes eſſe æquales. Pulegiũ apud Indos.) Pulegium herba eſt, in Italia uilis, quod illic paſſim naſcatur: apud Indos cariſſima, quod illic non proueniat, Contra piper apud Indos uile, quod illic plurimum eſt: à nobis magno emitur, quia rarum. D

ANTIDOT. Quod epiſcopo minus tribuit dignitatis, q̃ his temporibus uidentur poſſidere: non ad hanc tempeſtatẽ, ſed ad eam, in qua uixit Hieronymus, referri debet. Si noſtros uidiſſet epiſcopos, longe aliud dixiſſet. Præterea æquare uidetur omnes epiſcopos inter ſe, perinde quaſi omnes ex æquo apoſtolis ſucceſſerint. Nec putat ullũ epiſcopum alio minorẽ eſſe, quod ſit humilior: aut maiorem, quod ſit opulentior. Nam æquat Eugubienſem epiſcopum cũ Romano. Deinde non putat epiſcopum quouis presbytero præſtantiorem eſſe, niſi quod ius habet ordinandi. Certe metropolitanus habet aliquid dignitatis & iuriſditionis ſupra reliquos epiſcopos. Itaq; quod hic æquat humilium urbium epiſcopos cum alijs, ad diaconos eſt referendũ: qui nõnullis locis præferebãtur presbyteris, quos propemodum æquat epiſcopis. Et alicubi dicit, presbyteros in apoſtolorũ uicẽ ſuccedere, epiſcopum in locum Chriſti. In hoc igitur æquales ſunt epiſcopi & presbyteri, quod ubicunq; ſunt, diaconis ſint præferendi.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Origenes, ex ſententia Platonis, permittebat ſapienti bonoq; uiro mẽdacium, modo ſalutare ijs, quorum gratia fieret. Et Hieronymus nõ caruit omnino ſuſpicione Origenici dogmatis. Nam huius ſequutus ſententiam in cõmentarijs quos ædidit in epiſtolam ad Galatas ſcripſerat, utroſq; Petrum ac Paulum, pro tẽpore ſimulatione uſos: Petrum cum ſe ſubduceret à menſa, ſuperuenientibus Hebræis: Paulum, cum illum in os acriter obiurgaret, ut per eum alios deterreret. Auguſtinus igitur adhuc iuuenis, blande quidem, ed tamen ſuſpicioſe Hieronymum admonet de hac re, negans in literis diuinis ullam mendacij ſuſpicionem eſſe recipiẽdam. Deinde non probat eius translationem ex Hebraica ueritate, quod nefas eſſe duceret uſquam à Septuaginta diſcedere autoritate.

AVGVSTINVS HIERONYMO

NVnquam æque quiſquam tam facile cuilibet facie innotuit, quàm mihi tuorum in domino ſtudiorum quieta lætitia, & uere exercitatio liberalis. Quanquam ergo percupiam omnino te noſſe, tamen exiguum quiddam tui minus habeo præſentiam uidelicet corporis: quam ipſam etiam poſtea quàm te beatiſſimus

nunc

A nunc episcopus,tunc uero iam episcopatu dignus,frater Alipius uidit, remeansq; à me uisus est:negare nō possum, magna ex parte mihi esse relatu eius impressam: & ante reditū cum te ille ibi uidebat,& ego uidebam,sed oculis eius. Non enim animo me atq; illū, sed corpore duos, qui nouerit dixerit,concordia duntaxat & familiaritate fidissima: non meritis,quibus ille antecellit.Quia ergo me primitus communione spiritus, quo in unum nitimur:deinde illius ex ore iam diligis,nequaquam impudenter, quasi aliquis ignotus, commendo germanitati tuæ fratrem Profuturum,quem nostris conatibus deinde adiutorio tuo uere profuturum speramus: nisi forte quod talis est, ut ipse tibi per eum fiam conmendatior, quàm ille per me.Hactenus fortasse scribere debuerā, si esse uellē epistolarū solenniū more cōtentus. Sed scatet animus in loquelas communicandas tecum de studijs nostris, quæ habemus in Christo Iesu domino nostro:qui nobis multas utilitates & uiatica quædam demōstrauit itineris, & iam per tuam charitatem nō mediocriter ministrare dignatur. Petimus ergo,& nobiscum petit omnis Aphricanarum ecclesiarū studiosa societas:ut in interpretandis eorum libris,qui Græce scripturas nostras quàm optime tractauerūt,curam atq; operam impendere nō graueris.Potes enim efficere,ut nos quoq; habeamus illos tales uiros:& unum potissimum, quem tu libentius in tuis literis sonas. De uertendis autem in linguam Latinam sanctis literis canonicis, laborare te nollem,nisi eo modo quo Iob interpretatus es:ut signis adhibitis,quid inter hanc tuam & Septuaginta, quorū est grauissima autoritas, interpretationem distet,appareat. Satis aūt nequeo mirari, si aliquid adhuc in Hebraicis literis & exemplaribus inuenitur,quod tot interpretes illius linguæ peritissimos fugerit. Omitto enim Septuaginta,de quorum uel consilij,uel maiore spiritus concordia,quasi unus homo esset,non audeo in aliquam partem certam ferre sententiam,nisi quod eis præminentem autoritatem in hoc munere sine controuersia tribuendam existimo. Illi me plus mouent, qui cum po-
B steriores interpretarentur, & uerborum locutionumq; Hebræarum uiam atq; regulas mor-
1 dicus (ut fertur)tenerent, non solum inter se non consenserunt,sed etiam reliquerunt multa, quæ tanto post eruenda & prodenda remanerent. Si enim obscura sunt, te quoque in illis falli potuisse creditur. Si autem manifesta, superfluum est te uoluisse explanare, quod illos latere non potuit. Huius igitur rei pro tua charitate expositis causis, certum me facias obsecrauerim. Legi etiam quædam scripta, quæ tua dicerentur, in epistolas apostoli Pauli, quarum unam ad Galatas,cum enodare uelles: uenit in manus locus ille, quo apostolus Petrus à pernicioſa simulatione reuocatur. Ibi patrocinium mendacij susceptum esse, uel abs te tali uiro,uel à quopiam,si alius illa scripsit:fateor non mediocriter doleo,donec refellantur,si forte refelli possunt, ea quæ me mouent. Mihi enim uidetur exitiosissime credi aliquod in sanctis libris haberi mēdacium:id est eos homines, per quos nobis illa scriptura ministrata est atq; conscripta,aliquid in suis libris fuisse mētitos. Alia quippe quæstio est:sit ne aliquando mentiri uiri boni,& alia quæstio est: Vtrum scriptorē sanctarum scripturarum mentiri oportuerit:imò uero non alia,sed nulla est quæstio. Admisso em̄ semel in tantum autoritatis fastigium officioso aliquo mēdacio,nulla illorum librorū particula remanebit,quæ non ut cuiq; uidebitur,uel ad mores difficilis,uel ad fidē incredibilis,eadē pernicioſissima regula ad mentientis autoris consilium officiumq; referatur. Si enim mētiebatur apostolus Paulus,cū apostolum Petrū obiurgans diceret:Si tu,cum sis Iudæus,gentiliter & non Iudaice uiuis,quēadmodum cogis gentes Iudaizare? & recte illi uidebatur Petrus feciſſe,quem non recte feciſſe & dixit & scripsit, ut quasi animos tumultuantium deliniret:quid respōdebimus,cū exurrexerint peruersi homines,prohibentes nuptias,quos futuros ipse prænunciauit:& dixerint,totum illud quod idem Apostolus de matrimoniorum iure firmando loquutus est: propter homines qui dilectione coniugum tumultuari poterant, fuisse mentitum: scilicet non quod hoc senserit, sed ut illorum placaretur aduersitas? Non enim opus est multa cōmemorare: Possunt enim uideri etiam de laudibus dei esse officioſa mendacia, ut apud homines pigrio res dilectio eius ardescat,atque ita nusquam certa erit in sanctis literis castæ ueritatis autori-

tas. Nónne attendimus eundem Apoſtolum, cum ingenti cura ueritatis commendandæ di/ c
cere? Si autem Chriſtus nō reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides ueſtra. Inuenimur autem & falſi teſtes dei: quia teſtimonium diximus aduerſus deum, quod ſuſcita uit Chriſtum, quem non ſuſcitauit. Si quis huic diceret: quid in hoc mendacio perhorreſcis, cum id dixeris, quod etiam ſi falſum ſit, ad laudem dei maxime pertinet? nónne huius de/ teſtatus inſaniā, quibus poſſet uerbis & ſignificationibus in lucem penetralia ſui cordis ape/ riret, clamans nō minore, aut fortaſſe etiam maiore ſcelere in deo laudari falſitatem, quàm ueritatē uituperari? Agendum eſt igitur, ut ad cognitionem diuinarum ſcripturarū talis ho/ mo accedat, qui de ſanctis libris tam ſancte & ueraciter æſtimet, ut nolit aliqua eorum parte delectari per officioſa mendacia: potiuſq; id quod non intelligit, tranſeat, quàm cor ſuū præ ferat illi ueritati. Profecto enim cum hoc dicit, credi ſibi expetit: & id agit, ut diuinarum ſcri/ pturarum autoritatibus non credamus. Et ego quidem qualibuſcunque uiribus, quas domi/ nus ſuggerit, omnia illa teſtimonia quę adhibita ſunt aſtruendę utilitati mēdacij, aliter opor tere intelligi oſtenderem: ut ubique eorum firma ueritas doceretur. Quàm enim teſtimonia mendacia eſſe non debent, tam nō debent fauere mendacio. Sed hoc intelligentiæ tuæ relin quo. Admota enim lectioni diligētiori cōſideratione, multo id fortaſſe facilius uidebis quàm ego. Ad hanc autem conſiderationem coget te pietas, qua cognoſcis fluctuare autoritatem ſcripturarum diuinarum: ut in eis quod uult quiſque credat: quod non uult, non credat: ſi ſe/ mel fuerit perſuaſum, aliqua ratione illos uiros per quos nobis hæc miniſtrata ſunt, in ſcriptu ris ſuis officioſe potuiſſe mētiri: niſi forte regulas quaſdā daturus es: quibus nouerimus ubi oportet mentiri, & ubi nō oporteat. Quod ſi fieri poteſt, nullo modo mendacibus dubijſq; rationibus id explices quæſo. Nec me oneroſum, aut impudentē iudices, per humanitatem ueraciſſimam domini noſtri. Nam ut non dicam nulla, certe nō magna culpa, meus error ue ritati fauet: ſi recte in te ueritas poteſt fauere mendacio. Multa alia cum ſynceriſſimo corde tuo loqui cuperem, & de Chriſtiano ſtudio conferre, ſed huic deſiderio meo nulla epiſtola D
ſatis eſt. Vberius idipſum poſſum per fratrem Profuturū, quem miſcēdum & alendum dul/ cibus atque utilibus ſermocinationibus tuis miſiſſe me gaudeo. Et tamen quantum uellem, nec ipſe quod eius pace dixerim, forſitā capit, quāquam nihilo me illi prætulerim. Ego enim me fateor tui capaciorem, ſed ipſum uideo fieri pleniorem, quo me ſine dubitatione antecel/ lit: & poſteaquam redierit, quod domino adiuuante proſperato fiat curſu, cum eius pecto/ ris abs te cumulati particeps fuero, non eſt impleturus quod in me adhuc uacuum erit, at/ que auidum ſenſuum tuorum. Ita fiet, ut & ego etiam tunc egentior ſim, ille copioſior. Sanè idem frater aliqua ſcripta noſtra fert ſecum, quibus legendis ſi dignationē adhibueris, etiam ſynceram fraternamq; ſeueritatē adhibeas quæſo. Non enim aliter intelligo quod ſcriptum eſt: Emendabit me iuſtus in miſericordia, & arguet me, oleum autem peccatoris non impin/ guet caput meum: niſi quia magis amat obiurgator ſanans, quàm adulator unguens caput. Ego autem difficillime bonus iudex lego quod ſcripſerim, ſed aut timidior recto, aut cupi/ dior. Video etiam interdum uitia mea, ſed ea malo audire à melioribus, ne cum me recte for taſſe reprehendero, rurſus mihi blandiar, & meticuloſam mihi uidear in me potius quàm iu ſtam tuliſſe ſententiam.

SCHOLIVM PRAECEDENTIS EPISTOLAE

Regulas mordacius (ut fertur) tenerent.) Refragātibus licet omnibus exemplaribus, lego mor i
dicus, pro mordacius. Nam mordicus tenere dicimur, quod pertinacius tenemus; non unguibus ſo/ lum, uerum & dentibus. Neq; uero mihi diſplicuerit, ſi pro uiam, uim legamus.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Iterum de eadem re ſcribit, oſtendēs, eum Pauli locum alia ratione potuiſſe expoſi.

AVGVSTINVS HIERONYMO

HAbeo gratiam, quod pro ſubſcripta ſalutatione, mihi plenam epiſtolam reddi/ diſti, ſed breuiorem multo quàm ex te uellem ſuſcipere tali uiro, à quo tempora quantali/

A quantalibet occupet,nullus sermo prolixus est.Quanquam itaq; nos negociorũ alienorum, eorumq; secularium,curis circunstemur ingentibus,tamen epistolæ tuæ breuitati, facile non ignoscerem, nisi cogitarem quàm paucioribus uerbis meis redderetur. Quare aggrederé quæso istam nobiscum literariam collocutionem, ne multum ad nos disiungendos liceat absentiæ corporali, quanquam simus in domino spiritus unitate coniuncti, etiam si ab stilo quiescamus atque taceamus. Et libri quidem quos de horreo dominico elaborasti, penè totum nobis te exhibent. Si enim ptopterea te non nouimus, quia faciem corporis tui non uidimus:hoc modo nec ipse te nosti,nam tu quoq; non uides eam.Si autem tibi non ob aliud notus es, nisi quia nosti animum tuum, & nos eum non mediocriter nouimus in literis tuis, in quibus benedicimus dominum, quod tibi & nobis omnibusq; fratribus qui tua legunt, te talem dedit. Liber quidam tuus inter cætera non diu est quod uenit in manus nostras: quæ sit eius inscriptio, nescimus adhuc. Non enim hoc codex ipse,ut assolet,in liminari pagina prætendebat. Epitaphium tamẽ appellari dicebat frater,apud quem inuẽtus est: quod ei nomen tibi placuisse ut inderetur crederemus, si eorum tantum hominum,uel uitas,uel scripta legissemus,qui iam defuncti essent. Cum uero multorũ & eo tempore quo scribebatur, & nunc usq; uiuentium, ibi commemorentur opuscula:miramur cur hunc ei titulum, uel imposueris, uel imposuisse credaris. Tamen utiliter à te conscriptum eundem librum satis approbamus. In expositione quoq; epistolæ Pauli apostoli ad Galatas: inuenimus aliquid quod nos multũ moueat.Si enim ad scripturas sanctas admissa fuerint,uelut officiosa mendacia,quid in eis remanebit autoritatis? Quæ tandem de scripturis illis sententia proferetur, cuius pondere contentiosæ falsitatis subruatur improbitas? Statim enim ut protuleris, si aliter sapit qui contra nititur, dicet illud quod prolatum erit,honesto aliquo officio scriptorem
C fuisse mentitũ. Vbi enim hoc non poterit:si poterit in ea narratione,qua exorsus Apostolus ait:Quæ autem scribo uobis,ecce coram deo quia non mentior, credi affirmaricq; mentitus,
B eo loco ubi dixit de Petro & Barnaba:Cum uiderem,quia non recte ingrediebãtur ad ueritatem euangelij? Si enim recte ingrediebantur illi:iste mentitus est. Si autẽ ibi mentitus est, ubi uerum dixit? An ibi uerũ dixisse uidebitur,ubi hoc dixerit,quod lector sapit? Cum uero contra sensum lectoris aliquid occurrerit,officioso mendacio deputabitur? Non enim deesse poterunt causæ,cur existimetur non solum potuisse,uerumetiam debuisse mentiri:si huic regulæ conceditur locus. Non opus est hanc causam multis uerbis agere, præsertim apud te: cui sapienter prouidenti dictum est satis. Nequaquam uero mihi arrogauerim,ut ingenium tuum diuino dono aureum,meis obolis ditare contendam:nec est quisquam te magis idoneus,qui opus illud emendet. Neq; enim à me docendus es,quomodo intelligatur quod idem dicit:Factus sum Iudæis tanquam Iudæus,ut Iudæos lucrifacerem,&cætera: quæ ibi dicuntur compassione misericordiæ,non simulatione fallaciæ. Fit enim tanquã ægrotus,qui ministrat ægroto,non cum se febres habere mentitur: sed cum animo cõdolentis cogitat, quemadmodum sibi seruiri uellet, si ipse ægrotaret. Nam utiq; Iudæus erat, Christianus aũt factus,non Iudæorum sacramenta reliquerat,quæ conuenienter ille populus & legitimo tempore quo oportebat,acceperat.Sed ideo susceperat ea celebranda, cũ iam Christi esset apostolus:ut doceret non esse pernicioſa his qui ea uellent, sicut à parentibus per legem accepe rant,custodire,etiam cum in Christo credidissent: non tamẽ in eis iam constituerent spem salutis,quoniam per dominum Iesum salus ipsa,quæ ipsis sacramentis significabatur,aduenerat.Ideoq; gentibus,quod insuetos à fide reuocarent onere graui & nõ necessario, nullo modo imponenda esse censebat.Quapropter non ideo Petrum emendauit,quod paternas traditiones obseruaret,quod si faceret uellet,nec mẽdaciter nec incõgrue faceret:quàmuis enim iam superflua, tamen solita non nocerent:sed quoniã gentes cogebat Iudaizare, quod nullo modo posset,nisi ea sic ageret, tanquã adhuc etiã post domini aduentũ necessaria saluti forent,quod uehemẽter per apostolatũ Pauli ueritas dissuasit.Nec apostolus Petrus hoc ignorabat, sed id faciebat timens eos qui ex circuncisione erant.Itaq; & ipse uere correctus est: &

Paulus uera

uera narrauit:ne ſancta ſcriptura,quæ ad fidem poſteris ædita eſt, admiſſa autoritate men- c
dacij,tota dubia nutet ac fluctuet.Non enim poteſt aut oportet literis explicari,quanta & q̄
inexplicabilia mala conſequantur,ſi hoc conceſſerimus.Poſſet aũt oportune minusq; pericu
loſe demonſtrari,ſi coràm inter nos colloqueremur. Hoc ergo Iudæorum Paulus dimiſerat
quod malum habebant: & in primis illud, quod ignorantes dei iuſticiam, & ſuam iuſticiam
uolentes conſtituere,iuſticiæ dei non ſunt ſubiecti.Deinde quod poſt paſſionem & reſurre-
ctionem Chriſti,dato ac manifeſtato ſacramento gratiæ,ſecundum ordinem Melchiſedek,
adhuc putabant uetera ſacramenta,non ex conſuetudine ſolennitatis,ſed ex neceſſitate ſalu-
tis,eſſe celebranda: quæ tamen ſi nunc̄q; fuiſſent neceſſaria, infructuoſe atq; inaniter pro eis
Machabæi martyres fierent.Poſtremo illud,quod prædicatores gratiæ Chriſtianos, Iudæi
tanc̄q; hoſtes legis perſequebantur.Hos itaq; atq; huiuſmodi errores & uitia,dicit ſe damna
re & ut ſtercora arbitratum,ut Chriſtum lucrifaceret:non obſeruationes legis ſi more patrio
celebrarentur,ſicut & ab ipſo celebratæ ſunt,ſine ulla ſalutis neceſſitate: non ſicut Iudæi cele-
brandas putabãt,aut fallaci ſimulatione,quod in Petro reprehẽderat.Nam ſi propterea illa
ſacramenta celebrauit:quia ſimulauit ſe Iudæum,ut illos lucrifaceret:cur non etiam ſacrifica-
uit cum gentibus:quia & his qui ſine lege erant,tanc̄q; ſine lege factus eſt:ut eos quoq; lucri-
faceret:niſi quia & illud fecit,ut natura Iudæus:& hoc totum dixit;nõ ut fallaciter ſe fingeret
eſſe quod non erat,ſed ut miſericorditer eis ita ſubueniẽdum eſſe ſentiret,ac ſi ipſe in eodem
errore laboraret:non ſcilicet mentientis aſtu,ſed compatientis affectu? Sicut eoipſo loco ge-
neraliter intulit:Factus ſum infirmis infirmus,ut infirmos lucrifacerem: ut ſequẽs concluſio,
Omnibus omnia factus ſum,ut omnes lucrifacerem:ad hæc referẽda intelligatur,ut cuiuſq;
infirmitatem tanc̄q; in ſeipſo miſeratus appareat.Non enim & cum diceret:Quis infirmatur, D
& ego nõ infirmor? infirmitatẽ alterius ſimulaſſe potius quàm diſſoluiſſe, uolebat intelligi?

Quare arripe obſecro te ingenuam & uere Chriſtianam cum charitate ſeueritatem , ad il-
lud opus corrigendum atq; emendandum, & παλινῳδίαν,ut dicitur,cane.Incomparabiliter
enim pulchrior eſt ueritas Chriſtianorum, c̄q; Helena Græcorum. Pro iſta enim fortius no-
ſtri martyres aduerſus hãc Sodomam, c̄q; pro illa illi heroes aduerſus Troiam dimicauerũt.
Neque ego hoc ideo dico, ut oculos cordis recipias , quos abſit ut amiſeris, ſed ut aduertas:
quos cum habeas ſanos & uigiles,neſcio qua diſſimulatione auertiſti: ut nõ intenderes quæ
conſequantur aduerſa, ſi ſemel creditum fuerit poſſe honeſte atq; pie accipi,ſcriptorem diui
norum librorum in aliqua ſui operis parte mentiri.Scripſeram iam hinc aliquãdo ad te epi-
ſtolam,quæ non perlata eſt:quia nec is perrexit,cui perferendam tradiderã. Ex qua illud mi
hi ſuggeſtum eſt,cum iſta dictarem,quod in hac quoq; prætermittere nõ debui:ut ſi alia eſt
ſententia tua,eademq; eſt melior,timori meo libẽter ignoſcas.Si enim aliter ſentis,uerumq;
tu ſentis:nam niſi uerum ſit,melius eſſe non poteſt:ut non dicã nulla, certe nõ magna culpa,
meus error ueritati fauet, ſi recte in quoquam ueritas poteſt fauere mendacio. De Origene
autem quod reſcribere dignatus es:iam ſciebam non tantum in eccleſiaſticis literis,ſed in om
nibus recta & uera quę inuenerimus approbare atq; laudare,falſa uero & praua improbare
atq; reprehendere.Sed illud de prudentia doctrinaq; tua deſiderabam, & adhuc deſidero,
ut nota nobis facias ea ipſa eius errata,quibus à fide ueritatis ille uir tantus receſſiſſe conuinci
tur.In libro etiam quo cunctos quorũ meminiſſe potuiſti ſcriptores eccleſiaſticos,& eorum
ſcripta cõmemoraſti , commodius ut arbitror fieret, ſi nominatis eis quos hæreſiarchas eſſe
noſti,quando ne ipſos quidem prætermittere uolueris , ſubiungeres etiam in quibus cauẽdi 5
eſſent:quanquam nonnullos etiam prætermiſeris,quod ſcire cuperem, quo conſilio factum
ſit.Aut ſi illud uolumen forte onerare noluiſti , ut commemoratis hæreticis,non adderes in
quibus eos catholica damnarit autoritas: quæſo ne graue ſit literario labori tuo , quo non
mediocriter per domini noſtri gratiam in Latina lingua ſanctorum ſtudia & accẽdiſti & ad
iuuiſti,id quod tibi per humilitatem meam fraterna charitas indicit,ut ſi occupationes tuæ ſi
nunt , omnium hæreticorum peruerſa dogmata qui rectitudinem fidei Chriſtianæ uſq; ad

hoc

A hoc tempus, uel imprudẽtia,uel imperitia, uel peruicacia deprauare conati ſunt, uno libello breuiter digeſta ædas,in noticiam eorum,quibus aut nõ uacat propter alia negocia,aut non ualent propter alienam linguam tam multa legere atq; cognoſcere.Diu te rogarem,niſi hoc ſoleret eſſe indicium minus de charitate præſumentis.Hunc interea fratrem noſtrũ in Chriſto Paulum multum cõmendo benignitati tuæ,cuius in noſtris regionibus exiſtimationi bonum coram deo teſtimonium perhibemus.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Cum non reſponderet Hieronymus, Auguſtinus eadem inculcat. Quod nouum teſtamentum ex Græcorum fontibus reſtituerit,probat. Cæterum nolit idem fieri in ueteri teſtamẽto,ex Hebræorum literis: ac narrat, in urbe quadam periculoſum tumultum exortum inter epiſcopum ac populum, ob unam uoculam ab Hieronymo commutatam.

AVGVSTINVS HIERONYMO

EX quo cœpi ad te ſcribere, ac tua ſcripta deſiderare,nunquam mihi melior occurrit occaſio,quàm ut per dei ſeruum,ac miniſtrum fideliſſimum mihiq; chariſſimum,mea tibi afferretur epiſtola, qualis eſt filius noſter Cyprianus diaconus. Per hũc certe ita ſpero literas tuas, ut certius in hoc rerũ genere quicquam ſperare non poſſim. Nam nec ſtudium in petendis reſcriptis memorato filio noſtro deerit: nec gratia in promerendis,nec diligentia in cuſtodiẽdis,nec alacritas in perferendis,nec fides in reddendis,tãtum ſi aliquo modo merear:adiuuet dominus,& adſit cordi tuo,& deſiderio meo,ut fraternam uoluntatem nulla maior uoluntas impediat. Quia ergo duas iam epiſtolas miſi,nullam autẽ tuã poſtea recepi, eaſdẽ ipſas rurſum mittere uolui,credens eas non perueniſſe.Quod & ſi peruenerunt,aut fortaſſe tuæ potius ad me minime peruenire potuerunt:ea ipſa ſcripta quæ iam miſiſti, iterum mitte,ſi forte reſeruata ſunt.Sin minus,rurſus dicta quod legam:dum tamen his reſpondere nõ graueris, quod iam diu eſt ut expecto. B Primas etiam,quas ad te adhuc presbyter literas præparauerã mittẽdas,per quendam fratrem noſtrum Profuturũ, qui poſtea nobis collega factus, iam ex hac uita migrauit: nec eas tunc ipſe perferre potuit, quia continuo dum proficiſci diſpoſuit,epiſcopatus ſarcina detentus, ac deinde in breui defunctus eſt:etiam nunc mittere uolui, ut ſcias in tua colloquia quàm olim inardeſcam, & quam uim patiar, quod à me tam longe abſunt ſenſus corporis tui, per quas adire poſſit ad animũ tuum animus meus mi frater dulciſſime,& in domini membris honorande.In hac aũt epiſtola hoc addo,quod poſtea didicimus, ex Hebræo Iob à te interpretatum, cum iam quandam haberemus interpretationem tuam eiuſdem prophetæ ex Græco eloquio uerſam in Latinũ:ubi tamen aſteriſcis notaſti, quæ in Hebræo ſunt,& in Greco deſunt. Obeliſcis aũt quæ in Græco inueniuntur, & in Hebræo non ſunt,tam mirabili diligentia,ut quibuſdã in locis ad ſingula uerba ſingulas ſtellas uideamus,ſignificantes eadem uerba eſſe in Hebræo,in Græco aũt non eſſe.Porrò in hac poſteriore interpretatione,quæ uerſa eſt ex Hebræo,non eadem uerborum fides occurrit.Nec parum turbat cogitãtem,uel cur in illa prima tanta diligentia figantur aſteriſci : ut minimas etiã particulas orationis indicent deeſſe codicibus Græcis,quæ ſunt in Hebræis:uel cur in hac altera quæ ex Hebræis eſt,negligentius hoc curatũ ſit,ut non eædem particulę locis ſuis inuenirentur. Aliquid inde exempli gratia uolui ponere,ſed mihi ad horam codex defuit,qui ex Hebreo eſt. Veruntamen quia præuolas ingenio,non ſolum quid dixerim, uerumetiam quid dicere uoluerim:ſatis,ut opinor,intelligis,ut cauſa reddita quod mouet ediſſeras. Ego ſanè te mallem græcas potius canonicas nobis interpretari ſcripturas,quæ ſeptuaginta interpretũ autoritate perhibẽtur.Perdurum enim erit,ſi tua interpretatio per multas eccleſias frequentius cœperit lectitari, quod à Græcis eccleſijs Latinæ eccleſiæ diſſonabunt, maxime quia facile cõtradictor conuincitur, Græco prolato libro,id eſt linguæ notiſſimæ.Quiſquis aũt in eo quod ex Hebræo translatum eſt,aliquo inſolito permotus fuerit,& falſi crimen intenderit,aut uix, aut nunquã ad Hebræa

bræa teſtimonia peruenitur,quibus defendatur obiectum.Quod ſi etiã peruẽtum fuerit,tot Latinas & Græcas autoritates damnari quis ferat?Huc accedit,quia etiam conſulti Hebræi, poſſunt aliud reſpondere: ut tu ſolus neceſſarius uidearis,qui etiam ipſos poſſis conuincere: ſed tamen qui iudicet,mirum ſi potueris inuenire.Nam quidam frater noſter epiſcopus,cum lectitari inſtituiſſet in eccleſia cui præeſt interpretationem tuam, mouit quiddam longe aliter abs te poſitum apud Ionam prophetam,quàm erat omnium ſenſibus memoriæq; inueteratum, & tot ætatum ſucceſſionibus decantatum: factus eſt tantus tumultus in plebe,maxime Græcis arguentibus, & inclamantibus calumniam falſitatis:ut cogeretur epiſcopus, ea quippe ciuitas erat, Iudæorum teſtimonium flagitare. Vtrum autẽ illi imperitia,an malicia hoc eſſe in Hebræis codicibus reſponderũt,quod & Græci & Latini habebant.Quid plura? coactus eſt homo uelut mendoſitatem corrigere,uolens poſt magnum periculum,nõ remanere ſine plebe. Vnde etiam nobis uidetur aliquando te quoq; in nõ nullis falli potuiſſe.Et uide hoc quale ſit, in eis literis, quæ non poſſunt collatis uſitatarum linguarum teſtimoniis emendari. Proinde nõ paruas deo gratias agimus de opere tuo, quod euangeliũ ex Græco interpretatus es:quia penè in omnibus nulla offenſio eſt, cum ſcripturam Græcam contulerimus. Vnde ſi quiſquam ueteri falſitati cõtentioſus fauerit, prolatis collatisq; codicibus,uel docetur facillime,uel refellitur. Et ſi quædã rariſſima merito mouent,quis tam durus eſt qui labori tam utili non facile ignoſcat,cui uicem laudis referre non ſufficit? Quid tibi autem uideatur, cur in multis aliter ſe habeat Hebræorum codicum autoritas,aliter Græcorum, quæ dicitur Septuaginta,uellem dignareris aperire. Neq; enim paruum pondus habet illa,quæ ſic meruit diffamari:& qua uſos apoſtolos,non ſolũ res ipſa indicat: ſed etiam te atteſtatum eſſe memini:ac per hoc plurimum profueris,ſi eam ſcripturam Græcam quam Septuaginta interpretati ſunt,Latinæ ueritati reddideris:quæ in diuerſis codicibus ita uaria eſt, ut tolerari uix poſſit:& ita ſuſpecta,ne in Græco aliud inueniatur, ut inde aliquid proferri aut probari dubitetur. Breuem putabam futurã hanc epiſtolam,ſed neſcio quomodo ita mihi dulce factum eſt in ea progredi,ac ſi tecum loquerer. Sed obſecro te per dominum, ne te pigeat ad omnia reſpondere, & præſtare mihi quantum potueris præſentiam tuam.

Quod euangelium ex Græco.) Hieronymus dicit ſe caſtigaſſe magis ſenſum quàm uerba, quanquam nec illam habemus caſtigationem.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Reſpondet tandem ad ſuperiores Auguſtini literas Hieronymus, copioſe quidem,ſed ita ut Andabatas inter ſe commiſſos eſſe dicas. Nam Pauli locus de diſſimulatione ac ſimulatione tractat, non de mẽdacio.Et Auguſtinus tantũ agit de mendacio. Suam interpretationem acriter tuetur Hieronymus, & Auguſtini argumenta de non uertendo ueteri inſtrumento reiicit, irridens fabulam illam de tumultu exorto inter plebem & epiſcopum.

HIERONYMVS AVGVSTINO

TRes ſimul epiſtolas, imò libellos breues per diaconum Cyprianum tuæ dignationis accepi,diuerſas, ut tu nominas, quæſtiones,ut ego ſentio, reprehenſiones opuſculorum meorum continentes. Ad quas ſi reſpondere uoluero,libri magnitudine opus erit. Tamen conabor quantum facere poſſum: modum non egredi longioris epiſtolæ: & feſtinanti fratri moram non facere: qui ante triduum quàm profecturus erat,à me epiſtolas flagitauit: ut penè in procinctu hæc qualiacunque ſunt, effutire compelleret & tumultuario reſpondere ſermone, non maturitate ſcribentis, ſed dictantis temeritate:quæ plerunq; non in doctrinam, ſed in caſum uertitur:ut fortiſſimos quoq; milites ſubita bella conturbant, & antecoguntur fugere quàm poſſint arma corripere. Cæterum noſtra armatura Chriſtus eſt, & apoſtoli Pauli inſtitutio, qui ſcribit ad Epheſios: Aſſumite arma dei,ut poſſitis reſiſtere in die malo. Et rurſum: State ſuccincti lumbos ueſtros in ueritate,& induti loricam iuſticiæ,& calciati pedes in præparationem euangelij pacis:ſuper omnia accipientes ſcutum fidei,in quo poſſitis uniuerſa tela maligni ignita extinguere: & galeam ſalutis accipite, & gladium ſpiritus, quod eſt uerbum dei. His quondam telis rex Dauid armatus pro

A tus procedebat ad prælium: & quinq; lapides de torrente accipiens leuigatos, nihil aſperitatis & ſordium inter huius ſeculi turbines, in ſenſibus ſuis eſſe monſtrabat: bibens de torrente in uia,& idcirco exaltauit caput,& ſuperbiſſimũ Goliam,ſuo potiſſimũ mucrone truncauit:percutiens in fronte blaſphemũ,& in ea parte corporis uulnerans,in qua & pręſumptor ſacerdotij Ozias,lepra percutitur,& ſanctus gloriatur in domino,dicens:Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui domine.Dicamus igitur & nos:Paratũ cor meum deus, paratum cor meum, cantabo & pſallam in gloria mea. Exurge pſalterium & cithara, exurgam diluculo:ut in nobis poſſit impleri:Aperi os tuũ,& ego adimplebo illud.Et dominus dabit uerbũ euangelizantibus uirtute multa.Te quoq; hoc ipſum orare nõ dubito,ut inter nos cõtendentes ueritas ſuperet.Non enim tuam quæris gloriã,ſed Chriſti.Cumq; tu uiceris,& ego uincam,ſi meũ errorem intellexero:& ecõtrario me uincente,tu ſuperas:quia nõ filij parentibus, ſed parentes filijs theſaurizant.Et in Paralipomenon libro legimus,quod filij Iſrael ad pugnandũ proceſſerint mente pacifica:inter ipſos quoq; gladios & effuſiones ſanguinis, & cadauera proſtratorum,nõ ſuam ſed pacis uictoriã cogitantes. Reſpondeamus igitur ad omnia, ac multiplices quæſtiones ſi Chriſtus iuſſerit,breui ſermone ſoluamus.Prętermitto ſalutationis officia, quibus meũ demulces caput:taceo de blandicijs,quibus reprehenſionem meã niteris conſolari:ad ipſam cauſam ueniam. Dicis accepiſſe te librum meum à quodã fratre,qui titulum nõ haberet,in quo ſcriptores eccleſiaſticos tam Græcos q̃ Latinos enumerauerim.Cumq; ab eo quæreres,ut tuis uerbis utar, cur liminaris pagina non eſſet inſcripta, uel quo cenſeretur nomine:reſpondiſſe appellari Epitaphium: & argumentaris, quod recte ſic uocaretur,ſi eorum tantũ uel uitas uel ſcripta ibi legiſſes, qui iam defuncti eſſent. Cum uero multorũ & eo tempore quo ſcribebatur,& nũc uſq; uiuentiũ, ibi cõmemorentur opuſcula, mirari te, cur ei hunc titulũ impoſuerim.Puto intelligere prudentiã tuam,quod ex opere ipſo titulũ potue
I ris intelligere.Legiſti enim & Græcos & Latinos, qui uitas uirorũ illuſtriũ deſcripſerũt,quod
B nunq; Epitaphium titulum indiderint,ſed de illuſtribus uiris: uerbi gratia,ducibus, philoſophis,oratoribus,hiſtoricis,poetis,epicis,phyſicis,tragicis, comicis. Epitaphiũ autem proprie inſcribitur mortuorũ: quod quidem in dormitione ſanctæ memoriæ Nepotiani presbyteri olim feciſſe me noui.Ergo hic liber uel de illuſtribus uiris,uel proprie de ſcriptoribus eccleſiaſticis appellandus eſt: licet à pleriſq; emendatoribus imperitis, de autoribus dicatur inſcriptus. Secundo loco quæris,cur dixerim in cõmentarijs epiſtolæ ad Galatas, Paulũ id in Petro nõ potuiſſe reprehendere,quod ipſe fecerat:nec in alio arguere ſimulationem, cuius ipſe tenebatur reus:& aſſeris reprehenſionem apoſtolicã nõ fuiſſe diſpenſatoriam, ſed ueram:& me non debere docere mendaciũ,ſed uniuerſa quæ ſcripta ſunt ita ſonare,ut ſcripta ſunt. Ad quæ primũ reſpondeo,debuiſſe prudentiam tuam præfatiunculæ cõmentariorum meorum meminiſſe,dicentis ex perſona mea: Quid ergo ego ſtultus, aut temerarius, qui id pollicear, quod ille nõ potuit? Minime: Quin potius in eo mihi uideor cautior atq; timidior,quod imbecillitatem uirium mearũ ſentiens,Origenis cõmentarios ſecutus ſum. Scripſit enim ille uir in epiſtolã Pauli ad Galatas quinq; propria uolumina, & decimum Stromateon ſuorum librum,cõmatico ſuper explanatione eius ſermone cõpleuit.Tractatus quoq; uarios & excerpta,quæ uel ſola poſſent ſufficere,cõpoſuit.Prætermitto Didymũ uidentem meũ,& Apollinarium Laodicenum,de eccleſia nuper egreſſum:& Alexandrũ ueterem hæreticũ.Euſebium quoq; Emiſenum & Theodorum Heracleotem : qui & ipſi nõnullos ſuper hac re cõmentarios reliquerunt.E quibus ſi uel paũca decerperem,fieret aliquid, quod nõ penitus cõtemneretur.Itaq; ut ſimpliciter fatear, legi hæc omnia, & in mente mea plurima coaceruans, accito notario,uel mea,uel aliena dictaui,nec ordinis,nec uerborũ interdum, nec ſenſuum memor. Iam domini miſericordiæ eſt:ne per imperitiã noſtram,ab alijs bene dicta diſpereãt, & non placeant inter extraneos,quæ placent inter ſuos. Si quid igitur reprehenſione dignũ putaueras in explanatione noſtra, eruditionis tuæ fuerat quærere,utrũ ea quæ ſcripſimus haberentur in Græcis: ut ſi illi non dixiſſent, tunc meam proprie ſententiã condemnares: præſertim

cum libere in præfatione cõfessus sim, Origenis cõmentarios me esse secutum, & uel mea, uel aliena dictasse: & in fine eiusdem capituli, quod reprehendis, scripserim: Si cui iste non placet sensus, quo nec Petrus peccasse, nec Paulus procaciter ostenditur arguisse maiorem, debet exponere, qua consequentia Paulus in altero reprehendat, quod ipse cõmisit. Ex quo ostendi, me nõ ex definito id defendere, quod in Græcis legeram: sed ea expressisse quæ legeram: ut lectoris arbitrio derelinquerem, utrũ probanda essent, an improbanda. Tu igitur ne quod ego petieram faceres, nouũ argumentum reperisti: ut assereres gentiles qui in Christũ crediderint, legis onere liberos: eos autem qui ex Iudæis crederẽt, legi esse subiectos: ut per utrorunq; personã, & Paulus recte reprehenderet eos qui legẽ seruarent, quasi doctor gentium: & Petrus iure reprehenderetur, qui princeps circũcisionis id imperauerit gentibus, quod soli qui ex Iudęis erant, debuerũt obseruare. Hoc si placet, imò quia placet: ut quicunq; credũt ex Iudæis, debitores sint legis faciendæ: tu ut episcopus in toto orbe notissimus, debes hãc promulgare sententiã: & in assensum tuum omnes coepiscopos trahere. Ego in paruo tuguriolo cum monachis, id est, cum cõpeccatoribus meis, de magnis statuere non audeo, nisi hoc inge nue cõfiteri, me maiorũ scripta legere, & in cõmentarijs secundũ omnium consuetudinem, uarias ponere explanationes, ut è multis sequatur unusquisq; quod uelit. Quod quidem te puto & in seculari literatura, & in diuinis libris legisse & probasse. Hanc autem explanationem, quã primus Origenes in decimo Stromateon libro, ubi epistolã Pauli ad Galatas interpretatur, & cæteri deinceps interpretes sunt secuti: illa uel maxime causa subintroducunt, ut Porphyrio respondeant blasphemanti, qui Pauli arguit procacitatẽ, quod principem Apostolorum Petrũ ausus est reprehendere, & arguere in faciem, ac ratione cõstringere, quod male fecerit: id est, in eo errore fuerit, in quo fuit ipse, qui aliũ arguit delinquentem. Quid dicam de Ioanne, qui dudũ in pontificali gradu Constantinopolitanã rexit ecclesiam: & proprie super hoc capitulo latissimũ exarauit librũ, in quo Origenis & ueterũ sententiã est secutus. Si igitur me reprehendis errantẽ, patere me quęso errare cum talibus, & cum me erroris mei multos socios habere perspexeris, tu ueritati tuæ saltem unũ astipulatorẽ proferre debebis. Hæc de explanatione unius capituli epistolæ ad Galatas. Sed ne uidear aduersus rationem tuam niti testiũ numero, & occasione uirorũ illustrium subterfugere ueritatem, nec manũ audere conserere, breuiter de scripturis exempla proponam. In Actibus apostolorũ uox facta est ad Petrũ, dicens: Surge Petre, occide & manduca, id est, omnia animalia quadrupedũ & serpentium terræ, & uolatiliũ cœli. Quo dicto, ostenditur nullũ hominem secundũ naturã esse pollutum, sed ęqualiter omnes ad Christi gratiã prouocari. Ad quod respondit Petrus: Absit, quia nunq; manducaui cõmune & immundũ. Et uox ad eum de cœlo secundo facta est, dicens: Quæ deus mundauit, tu ne cõmune dixeris. Iuit itaq; Cęsaream, & ingressus ad Cornelium, aperiens os suũ dixit: In ueritate cõperi, quia non est personarũ acceptor deus, sed in omni gẽte qui timet eum, & operatur iusticiã, acceptus est illi. Deniq; cecidit spiritus sanctus super eos, & obstupuerunt ex circũcisione fideles, qui uenerant cum Petro, quod & in nationes gratia spiritus sancti fuisset effusa. Tunc respondit Petrus: Nunquid aquã quis prohibere potest, ut non baptizentur hi, qui spiritũ sanctũ acceperunt, sicut & nos? Et iussit eos in nomine Iesu Christi baptizari. Audierunt aũt apostoli & fratres, qui erãt in Iudæa, quia & gentes receperunt uerbũ dei. Cum autẽ ascendisset Petrus Hierosolymã, disceptabant aduersus illum, qui erant ex circũcisione, dicentes: Quare introisti ad uiros præputiũ habentes, & manducasti cum illis? Quibus omni ratione exposita: nouissime orationem suã hoc sermone concluſit. Si ergo eandem gratiã dedit illis deus, sicut & nobis, qui credidimus in dominũ Iesum Christũ: ego quis eram, qui possem prohibere deum? His auditis tacuerũt, & glorificauerũt deum, dicentes: Ergo & gentibus pœnitentiã deus ad uitam dedit. Rursum cum multo post tempore Paulus & Barnabas uenissent Antiochiã: & cõgregata ecclesia, retulissent quanta fecisset deus cum illis: & quia aperuisset deus gentibus ostium fidei, quidã descendentes de Iudæa, docebãt fratres atq; dicebãt: Nisi circumcidamini secundũ morem Moysi, non potestis

salui

A ſalui fieri. Commota igitur ſeditione non minima aduerſus Paulũ & Barnabam, ſtatuerunt aſcendere & ipſi qui accuſabantur, & hi qui accuſabant, ad apoſtolos & presbyteros Hieroſolymam ſuper hac quæſtione. Cumq; Hieroſolymã perrexiſſent, exurrexerunt quidã de hæreſi phariſæorũ, qui crediderant in Chriſtũ, dicentes: Oportet circuncidi eos, & pręcipere illis, ut ſeruent legem Moyſi. Et cum magna ſuper hoc uerbo oriretur quæſtio: Petrus ſolitã libertate: Viri, inquit, fratres, uos ſcitis quoniam ab antiquis diebus in nobis elegit deus per os meũ audire gentes uerbũ euangelij & credere, & qui nouit corda deus teſtimonium perhibuit, dans illis ſpiritũ ſanctũ ſicut & nobis, & nihil diſcreuit inter nos & illos, fide purificans corda illorũ. Nunc autem quid tentatis imponere iugum ſuper ceruicem diſcipulorum, quod neq; patres noſtri, neq; nos portare potuimus? Sed per gratiã domini noſtri Ieſu Chriſti credimus ſaluari, quemadmodũ & illi. Tacuit autem omnis multitudo, & in ſententiã eius Iacobus apoſtolus, & omnes ſimul presbyteri tranſierunt. Hæc non debent moleſta eſſe lectori, ſed & mihi & illi utilia, ut probemus ante apoſtolũ Paulum non ignoraſſe Petrũ principem huius eſſe decreti, legem poſt euangeliũ non poſſe ſeruandam. Deniq; tantæ autoritatis Petrus fuit, ut Paulus in epiſtola ſua ſcripſerit: Deinde poſt annos tres ueni Hieroſolymã uidere Petrum, & manſi apud eum diebus quindecim. Rurſumq; in conſequentibus: Poſt annos quatuordecim aſcendi iterũ Hieroſolymã cum Barnaba, aſſumpto & Tito. Aſcendi autem ſecundũ reuelationem, & expoſui cum eis euangelium quod prędico in gentibus: oſtendens ſe non habuiſſe ſecuritatem prædicandi euangelij, niſi Petri & cæterorum apoſtolorum qui cum eo erant, fuiſſet ſententia roboratũ. Statimq; ſequitur: Separatim autem his, qui uidebantur aliquid eſſe, ne forte in uacuũ currerem, aut cucurriſſem. Quare ſeparatim & nõ publice? Ne fortè fidelibus, qui ex numero Iudæorũ legem putabant eſſe ſeruandam, & ſic credendum in domino ſaluatore, fidei ſcandalũ naſceretur. Ergo & eo tempore cum Petrus ueniſſet Antiochiã: licet hoc apoſtolorũ Acta non ſcribant, ſed affirmanti Paulo credendũ ſit:
B in faciem illi Paulus reſtitiſſe ſe ſcribit: quia reprehenſibilis erat. Prius enim q̃ uenirent quidam à Iacobo, cum gentibus edebat: cum autem ueniſſent, ſubtrahebat ſe & ſegregabat, timens eos qui ex circunciſione erant. Et conſenſerunt ſimulationi eius cæteri Iudæi, ita ut Barnabas adduceretur ab his in illã ſimulationem. Sed cum uidiſſem, inquit, quod nõ recte ingrediebantur ad ueritatem euangelij: dixi Petro coràm omnibus: Si tu cum ſis Iudæus, gentiliter & nõ Iudaice uiuis, quomodo cogis gentes Iudaizare? & cætera. Nulli ergo dubiũ eſt, quod Petrus apoſtolus ſententiæ huius, cuius nunc præuaricator arguitur, primus autor extiterit. Cauſa autem præuaricationis, timor eſt Iudæorũ. Dicit enim ſcriptura, quod primum edebat cum gentibus: cum autem ueniſſent quidã à Iacobo, ſubtrahebat ſe & ſegregabat: timens eos qui ex circunciſione erant. Timebat autem Iudæos, quorum erat apoſtolus: ne per occaſionem gentiliũ à fide Chriſti recederent: & imitator paſtoris boni, perderet gregẽ ſibi creditũ. Sicut ergo oſtendimus Petrum bene quidem ſenſiſſe de abolitione legis Moſaicæ: ſed ad ſimulationem obſeruandæ eius timore cõpulſum: uideamus an ipſe Paulus qui alium arguit, tale quid fecerit. Legimus in eodem libro: Perambulabat aũt Paulus Syriam & Ciliciam cõfirmans eccleſias: peruenitq; in Derben & Liſtram: & ecce diſcipulus quidam erat ibi nomine Timotheus, filius mulieris uiduæ fidelis, patre aũt gentili. Huic aũt teſtimoniũ reddebant qui Liſtris erant & Iconio fratres. Hunc uoluit Paulus ſecum proficiſci, & aſſumens circuncidit eum propter Iudæos, qui erant in illis locis. Sciebãt enim omnes quod pater eius gentilis eſſet. O beate apoſtole Paule, qui in Petro reprehenderas ſimulationem, quare ſubtraxiſſet ſe à gentibus propter metum Iudæorũ, qui ab Iacobo uenerant: cur Timotheũ filium hominis gentilis, utiq; & ipſum gentilem, neq; enim Iudęus erat, qui non fuerat circunciſus, contra ſententiã tuam circuncidi coegiſti? Reſpondebis mihi: Propter Iudæos, qui erant in illis locis. Qui igitur tibi ignoſcis in circũciſione diſcipuli uenientis ex gentibus: ignoſce & Petro præceſſori tuo, quod aliqua fecerit metu fidelium Iudæorũ. Rurſum ſcriptum eſt: Paulus uero cum adhuc ſuſtinuiſſet dies multos, ſatribus ualedicens nauigauit Syriam, & cum

eo Priſcilla & Aquila,& totondit ſibi in Cenchreis caput:uotũ enim habuerat.Eſto ibi timo re Iudęorũ cõpulſus ſit facere quod nolebat, quare comam nutriuit ex uoto, & poſtea eam in Cenchreis totondit ex lege:quod Nazarei qui ſe deo uouerint, iuxta præceptum Moyſi facere conſueuerunt? Verum hæc ad cõparationem eius rei quæ ſequitur parua ſunt. Refert Lucas ſacræ ſcriptor hiſtoriæ: Cum ueniſſemus Hieroſolymã, libenter ſuſceperunt nos fratres:& ſequenti die Iacobus & omnes ſeniores,qui cum eo erant,euangelio illius cõprobato, dixerunt ei: Vides frater,quot milia ſunt in Iudæa, qui crediderunt in Chriſto: & hi omnes æmulatores ſunt legis.Audierunt autem de te,quod diſceſſionem doceas à Moyſe,eorũ qui per gentes ſunt Iudæorum,dicens non debere eos circuncidere filios,neq; ſecundum conſuetudinem ingredi.Quid ergo eſt? Vtiq; oportet cõuenire multitudinem. Audierunt enim te ſuperueniſſe.Hoc ergo fac,quod tibi dicimus. Sunt nobis uiri quatuor uotum habentes ſuper ſe.His aſſumptis ſanctifica te cum ipſis,& impende in eos,ut radant capita: & ſcient omnes quia quæ de te audierunt falſa ſunt,ſed ambulas & ipſe cuſtodiens legem. Tunc Paulus aſſumptis uiris,poſtero die purificatus,intrauit cum illis in templũ, annũcians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro unoquoq; eorum oblatio. O Paule & in hoc te rurſus interrogo,cur caput raſeris, cur nudipedalia exercueris de ceremonijs Iudæorum, cur obtuleris ſacrificia,& ſecundum legem pro te hoſtiæ fuerint immolatæ? Vtiq; reſpondebis, ne ſcandalizarentur qui ex Iudæis crediderunt. Simulaſti ergo Iudæum, ut Iudæos lucrifaceres:& hanc ipſam ſimulationem Iacobus,& cæteri te docuere presbyteri, ſed tamen euade re non potuiſti:Orta enim ſeditione,cum occidendus eſſes,raptus es à tribuno,& ab eo miſſus Cæſaream,ſub cuſtodia militum diligenti, ne te Iudæi quaſi ſimulatorem ac deſtructorem legis occiderent.Atq; inde Romam perueniens,in hoſpitio quod tibi cõduxeras, Chriſtum & Iudæis & gentibus prædicaſti, & ſententia tua Neronis gladio cõfirmata eſt. Dicimus,quod propter metum Iudæorũ & Petrus & Paulus æqualiter finxerint ſe legis præcepta ſeruare. Qua igitur fronte, qua audacia Paulus in altero reprehendit, quod ipſe cõmiſit? Ego,imò alij ante me expoſuerunt cauſam quã putauerant, non officioſum mendacium defendentes,ſicut tu ſcribis: ſed oſtendentes honeſtã diſpenſationem: ut & apoſtolorũ prudentiam demonſtrarent, & blaſphemantis Porphyrij impudentiã coercerent, qui Paulũ & Petrũ puerili dicit inter ſe pugnaſſe certamine:imò exarſiſſe Paulũ in inuidiam uirtutũ Petri, & ea ſcripſiſſe iactanter, quæ uel nõ fecerit,uel ſi fecerit,procaciter fecerit: id in alio reprehendens quod ipſe cõmiſerit.Interpretati ſunt illi ut potuerunt. Tu quomodo iſtum locum ediſſeras, utiq; meliora dicturus, qui ueterum ſententiã reprobaſti? Scribis ad me in epiſtola tua:neq; enim à me docendus es,quomodo intelligatur,quod idem dicit:Factus ſum Iudæis tanq; Iudæus:& cætera,quæ ibi dicuntur cõpaſſione miſericordiæ, non ſimulatione fallaciæ.Fit enim tanq; æger,qui miniſtrat ægroto,non cum ſe febres habere mentitur, ſed cum animo condolentis cogitat,quemadmodũ ſibi ſeruiri uellet,ſi ipſe ægrotaret.Nam utiq; Iudæus erat:Chriſtianus autem factus,non Iudæorum ſacramenta reliquerat, quæ cõuenienter ille populus & legitimo tempore quo oportebat, acceperat. Ideoq; ſuſcepit ea celebranda,cum iam Chriſti eſſet apoſtolus, ut doceret non eſſe pernicioſa his, qui ea uellent ſicut à parentibus per legem acceperant,cuſtodire, etiam cum in Chriſto credidiſſent: non tamen in eis iam conſtituerent ſpem ſalutis,quoniã per dominũ Ieſum ſalus ipſa quæ illis ſacramentis ſignificabatur,aduenerat.Totius ſermonis tui,quem diſputatione longiſſima protraxiſti, hic ſenſus eſt:ut Petrus non errauerit in eo,quod his qui ex Iudæis crediderant, putauerit legem eſſe ſeruandam:ſed in eo à recta linea deuiarit,quod gentes coggerit Iudaizare.Coegerit aũt,non docentis imperio,ſed cõuerſationis exemplo. Et Paulus non contraria ſit locutus his, quæ ipſe geſſerat: ſed quare Petrus eos qui ex gentibus erant Iudaizare cõpelleret.Hæc ergo ſumma eſt quæſtionis, imò ſententię tuæ:ut poſt euangeliũ Chriſti,bene faciant Iudęi credentes,ſi legis mandata cuſtodiant: hoc eſt,ſi ſacrificia offerant, quæ obtulit Paulus,ſi filios circũcidãt,ſi ſabbatũ ſeruẽt,ut Paulus in Timotheo,& omnes obſeruauere Iudęi.Si hoc

uerum

A uerum eſt, in Cherinthi & Hebionis hæreſim dilabimur: qui credentes in Chriſto propter hoc ſolum à patribus anathematizati ſunt,quod legis ceremonias,Chriſti euangelio miſcue runt,& ſic noua cõfeſſi ſunt,ut uetera non amitterent.Quid dicam de Hebionitis, qui Chriſtianos eſſe ſe ſimulant? Vſq; hodie per totas orientis ſynagogas inter Iudæos hæreſis eſt, quæ dicitur Mineorum, & à phariſæis nunc uſq; damnatur: quos uulgò Nazaræos nuncupant, qui credunt in Chriſtũ filium dei natum de uirgine Maria, & eum dicunt eſſe qui ſub Pontio Pilato paſſus eſt & reſurrexit,in quem & nos credimus: ſed dum uolũt & Iudæi eſſe & Chriſtiani, nec Iudæi ſunt,nec Chriſtiani.Oro ergo te, ut qui noſtro uulnuſculo medendum putas,quod acu foratum,imò punctũ,ut dicitur:huius ſentẽtię medearis uulneri, quod
2 lancea,& ut ita dicam,phalaricæ mole percuſſum eſt. Neq; enim eiuſdem eſt criminis in explanatione ſcripturarũ diuerſas maiorũ ſententias ponere: & hæreſim ſceleratiſſimã rurſum in eccleſiam introducere.Sin autem hæc nobis incumbit neceſſitas, ut Iudæos cum legitimis ſuis ſuſcipiamus:& licebit eis obſeruare in eccleſijs Chriſti, quod exercuerũt in ſynagogis ſatanæ:dicam quod ſentio:nõ illi Chriſtiani fient,ſed nos Iudæos faciẽt.Quis enim hoc Chriſtianorum patienter audiat,quod in tua epiſtola cõtinetur.Iudęus erat Paulus,Chriſtianus aũt factus,non Iudæorũ ſacramẽta reliquerat,quæ cõuenienter ille populus & legitimo tempore quo oportebat acceperat: ideoq; ſuſcepit celebranda ea,cum iam Chriſti eſſet apoſtolus, ut doceret non eſſe pernicioſa his qui ea uellent ſicut à parentibus per legem acceperant, cuſtodire.Rurſum obſecro te,ut pace tua,meũ dolorem audias.Iudęorũ Paulus ceremonias obſeruabat,cum iam Chriſti eſſet apoſtolus:& dicis eas non eſſe pernicioſas his qui eas uellent ſicut à parentibus acceperãt,cuſtodire? Ego ecntrario loquar,& reclamante mundo, libera uoce pronuncio:ceremonias Iudæorum & pernicioſas eſſe & mortiferas Chriſtianis:& quicunq; eas obſeruauerit,ſiue ex Iudæis,ſiue ex gentibus,eum in barathrũ diaboli deuolutum.Finis enim legis Chriſtus ad iuſticiã omni credenti,Iudæo ſcilicet & gentili. Neq; enim
B omni credenti erit finis ad iuſticiã,ſi Iudæus excipitur.In euangelio legimus:Lex & prophetæ uſq; ad Ioannem Baptiſtã.Et in alio loco:propterea ergo magis quærebãt eum Iudæi interficere:quia non ſolũ ſoluebat ſabbatũ,ſed & patrem ſuũ dicebat eſſe deũ,æqualem ſe faciens deo.Et iterum:De plenitudine eius nos omnes accepimus,gratiã pro gratia: quia lex per Moyſen data eſt,gratia aũt & ueritas per Ieſum Chriſtũ facta eſt.Pro legis gratia quæ præterijt,gratiã euangelij accepimus permanentem: & pro umbris & imaginibus ueteris inſtrumenti,ueritas per Ieſum Chriſtũ facta eſt.Hieremias quoq; ex perſona dei uaticinatur:Ecce dies ueniũt dicit dominus,& cõſummabo domui Iſrael, & domui Iuda teſtamentũ nouum, non ſecundũ teſtamentũ quod diſpoſui patribus eorũ,in die qua apprehendi manũ eorum, ut educerem eos de terra Ægypti.Obſerua quid dicat,quod non populo gentiliũ,ei qui ante non receperat teſtamentũ, ſed populo Iudæorũ, cui legem dederat per Moyſen,teſtamentum nouũ euangelij repromittat,ut nequaq; uiuant in uetuſtate literæ, ſed in nouitate ſpiritus.Paulus aũt ſuper cuius nunc nomine quęſtio uentilatur,crebras huiuſmodi ponit ſententias: è quibus breuitatis ſtudio pauca ſubnectam. Ecce ego Paulus dico uobis, quoniã ſi circuncidamini,Chriſtus uobis nihil prodeſt.Et iterum:Euacuati eſtis à Chriſto,qui in lege iuſtificamini,à gratia excidiſtis.Et infra:Si ſpiritu ducimini,iam non eſtis ſub lege. Ex quo apparet,qui ſub lege eſt,non diſpenſatione,ut noſtri uoluere maiores: ſed uere, ut tu intelligis, eum ſpiritũ ſanctũ non habere. Qualia aũt ſint pręcepta legalia, domino docente diſcamus. Ego,inquit,dedi eis præcepta non bona, & iuſtificationes, in quibus non uiuant in eis.Hæc dicimus:non quo legem iuxta Manichæũ & Marcionem deſtruamus,quam & ſanctã & ſpiritualem iuxta Apoſtolũ nouimus: ſed quia poſtq; uenit fides & temporũ plenitudo: miſit deus filiũ ſuum natũ ex muliere,factũ ſub lege,ut eos qui ſub lege erãt redimeret,ut adoptionem filiorũ reciperemus,& nequaq; ſub pædagogo,ſed ſub adulto & domino hærede uiuamus. Sequitur,in epiſtola tua:Non ideo Petrũ emendauit,quod paternas traditiones obſeruaret:quod ſi facere uellet,nec mendaciter,nec incongrue faceret.Iterum dico:quandoqui

dem episcopus es, ecclesiarum Christi magister, ut probes uerum esse quod asseris, suscipe c
aliquem Iudæorum, qui factus Christianus, natum sibi filium circuncidat, qui obseruet sab/
batum, qui abstineat à cibis quos deus creauit ad utendũ cum gratiarum actione, qui quar/
tadecima die mensis primi agnũ mactet ad uesperam: & cum hoc feceris, imò nõ feceris (scio
enim te Christianũ, & rem sacrilegam non facturũ) uelis nolis, tuam sententiã reprobabis: &
tunc scies opere, difficilius esse cõfirmare sua, cq; aliena reprehendere. Ac ne forsitan tibi non
crederemus, imò non intelligeremus quid diceres (frequenter enim in longũ sermo protra/
ctus caret intelligentia: & dum nõ sentitur, minus reprehenditur) inculcas & replicas: Hoc Iu/
dæorum Paulus dimiserat, quod malũ habebant. Quod est malũ Iudæorũ quod Paulus di/
miserat? Vtiq; illud quod sequitur: quod ignorantes dei iusticiã, & suam uolentes cõstituere,
iusticiæ dei non sunt subiecti. Deinde quod post passionem & resurrectionem Christi, dato
ac manifestato sacramento gratiæ secundũ ordinem Melchisedek, adhuc putabant uetera
sacramenta, non ex cõsuetudine solennitatis, sed ex necessitate salutis esse celebranda, quę ta
men si nunquã fuissent necessaria, infructuose atq; inaniter pro eis Machabæi martyres fie/
rent. Postremo illud, quod prædicatores gratiæ Christianos, Iudæi tanquã hostes legis per/
sequerentur. Hos atq; huiusmodi errores & uitia dicit se damnare: & ut stercora arbitratur,
ut Christũ lucrifaceret. Didicimus per te, quæ apostolus Paulus mala reliquerit Iudæorum:
rursum te docente discamus, quæ bona eorũ tenuerit. Obseruationes, inquies, legis, quas mo
re patrio celebrant, sicut ab ipso Paulo celebratæ sunt, sine ulla salutis necessitate. Id quid ue/
lis dicere, sine ulla salutis necessitate, nõ satis intelligo. Si enim salutem nõ afferunt, cur obser/
uantur? Si aũt obseruanda sunt, utiq; salutem afferunt: maxime quæ obseruata martyres fa/
ciunt. Non enim obseruarentur, nisi afferrent salutem. Neq; enim indifferentia sunt inter bo
num & malũ, sicut philosophi disputant. Bonũ est cõtinentia, malũ est luxuria. Inter utrunq;
indifferẽs, ambulare, digerere alui stercora, capitis naribus purgamẽta proijcere, sputis rheu/
mata iacere. Hoc nec bonũ, nec malũ est: siue enim feceris, siue non feceris, nec iusticiã habe/ D
bis, nec iniusticiã. Obseruare aũt legis cerimonias, nõ potest esse indifferens: sed aut bonum
est, aut malũ est. Tu dicis bonũ, ego assero malum, & malũ non solum his qui ex gentibus,
sed & his qui ex Iudaico populo crediderunt. In hoc, ni fallor, loco, dum aliud uitas, in aliud
deuolueris. Dum enim metuis Porphyriũ blasphemãtem: in Hebionis incurris laqueos, his
qui credunt ex Iudæis obseruandã legem esse decernens. Et quia periculosum intelligis esse
quod dicis, rursum illud superfluis uerbis temperare conaris, sine ulla salutis necessitate: non
sicut Iudæi celebranda putant, aut fallaci simulatione, quod Paulus in Petro reprehenderat.
Petrus igitur simulauit legis custodiam. Iste autem reprehensor Petri, audacter obseruauit
legitima, Sequitur enim in epistola tua: Nam si propterea illa sacramenta celebrauit, quia se
simulauit Iudæum, ut illos lucrifaceret: cur nõ etiam sacrificauit cum gentibus, quia & his qui
sine lege erant, tanq; sine lege factus est, ut eos quoq; lucrifaceret? nisi quia & illud fecit, ut na
tura Iudæus. & hoc totũ dicis, non ut Paulus se fingeret esse quod non erat: sed ut misericor/
diter ita subueniendũ esse sentiret, ac si ipse in eo errore laboraret, nõ scilicet mentientis astu,
sed cõpatientis affectu. Bene defendis Paulũ, quod non simulauerit errorem Iudęorũ, sed ue
re fuerit in errore. Neq; imitari Petrũ uoluerit mentientẽ, ut quod erat, metu Iudæorũ dissi/
mularet, sed tota libertate Iudæũ esse se diceret. Noua clementia apostoli: dum Iudæos Chri
stianos uult facere, ipse Iudæus factus est. Non enim poterat luxuriosos ad frugalitatem re/
ducere, nisi se luxuriosum probasset: & misericorditer, ut ipse dicis, subuenire miseris, nisi se
miserũ ipse sentiret. Vere enim miselli & misericorditer deplorãdi, qui cõtentione sua & amo
re legis abolitæ, apostolũ Christi fecere Iudæũ. Nec multum interest inter meã & tuam sen/
tentiam, qua ego dico, & Petrum & Paulum timore fideliũ Iudæorum, legis exercuisse, imò
simulasse mandata. Tu autem asseris hoc eos fecisse clementer, non mentientis astu, sed com
patientis affectu: dũmodo illud constet, uel metu, uel misericordia eos simulasse se esse quod
non erant. Illud autem argumentum quo aduersum nos uteris: quod & gentilibus debuerit

gentilis

A gentilis fieri,ſi Iudæis Iudæus factus eſt: magis pro nobis facit. Sicut enim non fuit uere Iudæus,ſic nec uere gentilis erat.Et ſicut non fuit uere gentilis,ſic nec uere Iudęus erat.In eo aũt imitator gentiũ eſt, quia præputiũ recipit in fide Chriſti: & indifferenter permittit ueſci cibis quos damnant Iudæi,non cultũ,ut tu putas,idolorũ.In Chriſto enim Ieſu, nec circũciſio eſt aliquid,nec præputiũ,ſed obſeruatio mandatorũ dei. Quæſo igitur te, & iterum atq; iterum obſecro,ut ignoſcas diſputatiunculæ meæ:& quod modũ meum egreſſus ſum, tibi imputes, qui coegiſti ut ſcriberẽ,& mihi cum Steſichoro oculos abſtuliſti.Neq; me putes magiſtrum eſſe mẽdacĳ,qui ſequor Chriſtũ dicentem:Ego ſum uia,ueritas,& uita:nec poteſt fieri,ut ueritatis cultor,mendacio colla ſubmittã.Neq; mihi imperitorũ plebeculam concites, qui te uenerantur ut epiſcopũ:& in eccleſia declamantem, ſacerdotĳ honore ſuſpiciunt: me aũt ætatis ultimæ & penè decrepitum,ac monaſterĳ & ruris ſecreta ſectantem paruipendũt.Et quæras tibi quos doceas,ſiue reprehendas.Ad nos enim tantis maris atq; terrarũ ſpacĳs à te diuiſos, uix uocis tuæ ſonus peruenit.Et ſi forſitan literas ſcripſeris,ante eas Italia ac Roma ſuſcipiet,
3 cẽ; ad me cui mittendæ ſunt,deferantur. Quod aũt in alĳs quæris epiſtolis:cur prior mea in libris canonicis interpretatio aſteriſcos habeat & uirgulas prænotatas:& poſtea aliã translationem abſq; his ſignis ædiderim:Pace tua dixerim, uideris mihi non intelligere,quod quæſiſti.Illa enim interpretatio Septuaginta interpretum eſt:& ubicũq; uirgulę,id eſt obeli ſunt, ſignificatur quod Septuaginta plus dixerint,cẽ; habetur in Hebræo. Vbi autem aſteriſci, id eſt ſtellulæ prælucentes, ex Theodotionis æditione ab Origene additum eſt: Et ibi Græca tranſtulimus:hic de ipſo Hebraico,quod intelligebamus, expreſſimus:ſenſuum potius ueritatem,cẽ; uerborum ordinem interdum conſeruantes.Et miror quomodo ſeptuaginta interpretũ libros legas,non puros,ut ab eis æditi ſunt,ſed ab Origene emendatos,ſiue corruptos per obelos & aſteriſcos:& Chriſtiani hominis interpretatiunculã nõ ſequaris:preſertim cum ea quæ addita ſunt,ex hominis Iudæi atq; blaſphemi poſt paſſionẽ Chriſti,æditione tranſ-
B tulerit. Vis amator eſſe uerus Septuaginta interpretũ? Non legas ea quæ ſub aſteriſcis ſunt, imò rade de uoluminibus, ut ueterum te fautorem probes. Quod ſi feceris, omnes eccleſiarum bibliothecas damnare cogeris. Vix enim unus aut alter inuenietur liber,qui iſta non habeat.Porrò quod dicis non debuiſſe me interpretari poſt ueteres: & nouo uteris ſyllogiſmo: aut obſcura fuerunt quę interpretati ſunt Septuaginta,aut manifeſta.Si obſcura,te quoq; in illis falli potuiſſe credendum eſt.Sin manifeſta,illos in eis non falli potuiſſe perſpicuum eſt. Tuo tibi ſermone reſpondeo. Omnes ueteres tractatores qui nos in domino præceſſerunt, & qui ſcripturas ſanctas interpretati ſunt,aut obſcura interpretati ſunt, aut manifeſta. Si obſcura,tu quomodo auſus es poſt eos differere,quod illi explanare non potuerunt? Si manifeſta,ſuperfluum eſt te uoluiſſe differere,quod illos latere non potuit: maxime in explanatione pſalmorũ,quos apud Græcos interpretati ſunt multis uoluminibus,primus Origenes,ſecundus Euſebius Cæſarienſis,tertius Theodorus Heracleotes,quartus Aſterius Scythopolitanus,quintus Apollinarius Laodicenus,ſextus Didymus Alexãdrinus.Feruntur & diuerſorum in paucos pſalmos opuſcula. Sed nunc de integro pſalmorũ corpore dicimus. Apud Latinos aũt Hilarius Pictauienſis,& Euſebius Vercellenſis epiſcopus,Origenẽ & Euſebium tranſtulerunt,quorum priorem & noſter Ambroſius in quibuſdam ſecutus eſt.Reſpondeat mihi prudentia tua,quare tu poſt tantos & tales interpretes in explanatione pſalmorum diuerſa ſenſeris.Si enim obſcuri ſunt pſalmi,te quoq; in eis falli potuiſſe credendũ eſt.Si manifeſti,illos in eis falli potuiſſe nõ creditur: ac per hoc utroq; modo ſuperflua erit interpretatio tua,& hac lege poſt priores nullus loqui audebit:& quodcunq; alius occupauerit,alius de eo licentiã ſcribendi non habebit. Quin potius humanitatis tuæ eſt, in quo ueniam tibi tribuis, indulgere & cæteris.Ego enim non tam uetera abolere conatus ſum,quæ linguæ meæ hominibus emendata de Græco in Latinum tranſtuli,cẽ; ea teſtimonia quæ à Iudæis prætermiſſa ſunt uel corrupta,proferre in medium:ut ſcirent noſtri, quid Hebraica ueritas contineret. Si cui legere non placet, nemo compellit inuitum. Bibat uinum uetus cum ſuauitate,& noſtra

musta contemnat, quæ in explanatione priorum ædita sunt: ut sicubi illa non intelliguntur, c. ex nostris manifestiora fiant. Quod autē genus interpretationis in scripturis sanctis sequendum sit, liber quem scripsi de optimo genere interpretandi, & omnes præfatiunculæ diuinorum uoluminum, quas æditioni nostræ pręposuimus, explicant: ad illasq; prudentem lectorem mittendum puto. Et si me (uti dicis) in noui testamenti emendatione suscipis, exponisq; causam cur suscipias: quia plurimi linguæ Græcæ habentes scientiam de meo possint opere iudicare: eandem integritatem debueras etiā in ueteri credere testamento: quod non nostra confinximus: sed ut apud Hebræos inuenimus, diuina trāstulimus. Sicubi dubitas, Hebręos interroga. Sed dices: quid si Hebræi aut respondere noluerint, aut mentiri uoluerint? Tota frequentia Iudæorum in mea interpretatione reticebit? Nullusq; inueniri poterit, qui Hebrææ linguæ habeat noticiam? Aut omnes imitabuntur illos Iudæos, quos dicis in Aphricæ repertos oppidulo, in meam conspirasse calumniam? Huiuscemodi enim in epistola tua texis fabulā. Quidam frater noster coepiscopus, cum lectitari instituisset in ecclesia cui præest, interpretationem tuam, mouit quiddam longe aliter à te positum apud Ionam prophetam, quàm erat omnium sensibus memoriæq; inueteratum, & tot ætatum successionibus decantatum. Factusq; est tantus tumultus in plebe, maxime Græcis arguentibus & inclamantibus calumniam falsitatis: ut cogeretur episcopus, ea quippe ciuitas erat, Iudæorum testimonium flagitare. Vtrum autem illi imperitia, an malicia, hoc esse in Hebræis codicibus Græcis responderunt, quod & Græci & Latini habebant atq; dicebant. Quid plura? Coactus est homo uelut mendacium corrigere, uolens post magnum periculum non remanere sine plebe. Vnde etiam nobis uidetur aliquando in nonnullis te quoq; falli potuisse. Dicis me in Ionam prophetam male quiddam interpretatū, & seditione populi cōclamante, propter unius uerbi dissonantiam episcopum penè sacerdotium perdidisse: & quid sit illud quod male interpretatus sim subtrahis, auferens mihi occasionem defensionis meæ: ne quicquid dixeris, me respondente soluatur: nisi forte ut ante annos plurimos cucurbita uenit in medium, asserente illis temporibus Cornelio & Asinio Pollione, me hæderam pro cucurbita transtulisse. Super qua re in commentario Ionæ prophetæ plenius respondimus. Hoc tantum nunc dixisse contenti, quod in eo loco ubi Septuaginta interpretes cucurbitam, & Aquila cum reliquis hæderam transtulerunt, id est, κισσὸν, in Hebræo uolumine קִיקָיוֹן Cicaion scriptum est: quam uulgo Syri elceroa uocant. Est autem genus uirgulti, lata habens folia, in modum pampini. Cumq; plantatum fuerit, cito consurgit in arbusculam absq; ullis calamorum & hastilium adminiculis, quibus & cucurbitæ & hæderæ indigent, suo trunco se sustinens. Hoc ergo uerbum de uerbo edisserens, si ciceion transferre uoluissem, nullus intelligeret: si cucurbitam, id dicerem, quod in Hebraico non habetur. Hæderam posui, ut cæteris interpretibus consentirem. Sin autem Iudæi uestri, ut ipse asseris, malicia uel imperitia hoc dixerunt esse in uoluminibus Hebræorum, quod in Græcis & Latinis codicibus continetur: manifestum est eos aut Hebræas literas ignorare, aut ad irridendos cucurbitarios uoluisse mentiri. Peto in fine epistolæ, ut quiescentem senem olimq; ueteranum militare non cogas, & rursum de uita periclitari. Tu qui iuuenis es, & in pontificali culmine constitutus, doceto populos, & nouis Aphricæ frugibus Romana tecta locupletato. Mihi sufficit cum auditore & lectore paucolo in angulo monasterij susurrare.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA

QVi uitas uirorum.) Extat apud nos incerto autore libellus De uīris illustribus. Plinij nomine inscriptus. Quidam Tranquilli esse putant. Item alter De claris oratoribus & grammaticis. Extat & Ciceronis commentarium De claris oratoribus. Epicis.) Epici dicuntur Lyrici. στρωματέων suorum.) Stroma possumus Latine dicere stragulas, à sternendo, siue tapetia: ea solent contēxi è uarijs coloribus. Hinc autem Origenes quædam opuscula sua uocauit στρωματέας, quasi suppellectilem è diuersis locis conflatam. Cōmatico super his.) Comma Latini uocāt incisionem. Vnde significat orationem cōmatibus distinctam. Quod olim aliquoties etiam in oratione soluta faciebant. De hæresi Phariseorum.) Hic hæresim simpliciter sectam uocat. In hoc Pharisæi

A Phariſæi differebant à Sadduceis, quod & angelos eſſe crederent, & reſurrectionem futuram: quorum utrunq; negāt illi. Cerinthi & Hebionis.) Duo ſunt hæreſiarchæ: unde dicti Cerinthiani, qui ijdem dicuntur Chiliaſtæ, & Hebionitæ: in hoc cōueniunt, quod utriq; exigunt à fidelibus circūciſionem &
2 obſeruationem legis Moſaicæ. Phalaricæ mole.) Phalarica genus eſt machinæ bellicæ, nempe uelut ingens haſta, ferro præmunita, quæ neruis tortilibus magno impetu mittebatur. Vergilius: Contorta phalarica uenit, Fulminis acta modo. Frequenter enim.) Taxat ſtilū diui Auguſtini, nec ſine cauſa. Siquidē eſt paulo uerboſior, et periodis in immenſum productus. Quod illi, ni fallor, hinc accidit, quod nihil uellet omittere eorū quæ ſcribenti ueniebant in mentem: ueniebant aūt permulta. Itaq; utcunq; inſulciendum erat, quod nolebat abijcere. Quidam codices hoc loco addiderant hæc uerba, dum nō ſentitur ab imperitis. Etenim illud, ab imperitis, uidetur aſſcriptū in margine, uidelicet in fauorem Auguſtini: & id ſcriptor aliquis in contextū retulit. Metuis Porphyrium blaſphemantē.) Porphyrius legem damnabat, quemadmodū Manichæus & Marcion. At Hebion & Cerinthus nimium tribuebant legi
5 Moſaicæ. Aſteriſcos habeat & uirgulas.) Aſteriſcus græce ſtellulā ſignificat. Obelus, ueru. Obeliſcus paruum ueru. Aſteriſcis illuſtrabant id quod approbabant: obelis iugulabant, ſi quid adulterinū & ſuppoſiticium in libris iudicabant. Quemadmodū olim in Homerum fecit Ariſtarchus. Porrò uirgula oblonga, obeli ſpeciē imaginabatur. Si obſcura, tu quo.) Mire retorquet in ipſum dilemma uitioſum, quod ἀντιστροφον uocāt. Vt cogeretur epiſcopus.) Hoc loco uidetur omiſſum nomē ciuitatis. Nam pleriq; codices ſic habent: Vt cogeretur epiſcopus, ea quippe ciuitas erat, Iudæorum teſtimoniū flagitare. Ergo poſt epiſcopus, opinor, poſitum fuiſſe nomen ciuitatis. Quod quia barbarū erat, & Hieronymo ignotū, addidit, ea quippe ciuitas erat, hoc eſt, nam id erat nomen ciuitati. Niſi forte ciuitatē appellat, quæ ſuum habet epiſcopum. Vtrum aūt.) Et hic uidentur aliquot deeſſe uerba, nempe incertum eſt, aut aliquid ſimile. Rurſum ea uerba quæ adijciuntur, atq; dicebant, prorſus adulterina ſunt. Illis temporibus Cornelio.) Arbitror legendum, illius temporis Cornelio & Aſinio Pollione: hoc eſt, criticis & cenſoribus literatorum: quaſi dixiſſet illius temporis Ariſtarchi.

& ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Intellexerat Auguſtinus indigne ferre Hieronymum, quod audiſſet librum aduerſus ſe ſcriptum. Id pernegat Auguſtinus, in hoc errans, quod is qui nunciarat, longam epiſtolam librum appellaſſet.

AVGVSTINVS HIERONYMO

B AVdiui peruenisſe in manus tuas literas meas: ſed quod adhuc reſcripta non merui, nequaquam imputauerim dilectioni tuæ: aliquid proculdubio impedimenti fuit. Vnde agnoſco dominū à me potius deprecandū, ut tuæ uoluntati det facultatem mittendi quod reſcripſeris. Nam reſcribendi iam dedit, quia cū uolueris, facillime poteris. Etiam hoc quod ad me ſanè perlatum eſt, utrum quidem credere dubitaui: ſed hinc quoq; tibi aliquid utrum ſcriberem, dubitare non debui. Hoc autem breue eſt: ſuggeſtum eſſe charitati tuæ, à neſcio quibus fratribus mihi dictum eſt, quod librū aduerſus te ſcripſerim, Romamq; miſerim. Hoc falſum eſſe noueris: dominū meum Ieſum teſtor, hoc me non feciſſe: ſed ſi forte aliqua in aliquibus ſcriptis meis reperiunt, in quibus aliter aliquid quàm tu ſenſiſſe reperior: non cōtra te dictū, ſed quid mihi uidebatur, à me ſcriptum eſſe, puto te debere cognoſcere: aut ſi cognoſci non poteſt, credere debere. Ita ſanè hoc dixerim, ut ego non tantum paratus ſim, ſi quid te in meis ſcriptis mouerit, fraterne accipere, quid cōtra ſentias: aut de correctione mea, aut de ipſa tua beneuolentia gauiſurus: uerumetiam hoc à te poſtulem & flagitem. O ſi licuiſſet & ſi non cohabitāte, ſaltē uicino te in domino perfrui, ad crebrum & dulce colloquium. Sed quia id non eſt datum, peto ut hocipſum quod in domino, qua poſſumus, ſimul ſimus, conſeruari ſtudeas, & augeri ac perfici: & reſcripta quamuis tara nō ſpernere. Saluta obſequio meo ſanctum fratrem Paulinianum, & omnes fratres qui tecum ac de te in domino gloriātur. Memor noſtri exaudiaris à domino in omni ſancto deſiderio tuo, domine chariſſime, & deſideratiſſime, & honorande in Chriſto frater.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Aperit Hieronymus de epiſtola, quam, neſcio quis, librū appellarat. Excuſat ſe quod nondū reſponderit, adhortans illum ad mutuum amorem, nonnihil querens de Ruffini aduerſus ſe debacchatione.

HIERONYMVS AVGVSTINO

IN ipſo profectionis articulo ſancti filij noſtri Aſterij hypodiaconi neceſſarij mei, beatitudinis tuæ literæ ad me peruenerunt, quibus ſatisfacis, te contra paruitatem meā librum Romā non miſiſſe. Hoc nec ego factū audierā, ſed epiſtolæ cuiuſdam

quaſi

quasi ad me scriptæ per fratrem nostrum Syſinnium diaconũ huc exemplaria peruenerunt: c
in qua hortaris me, ut παλινωδίαν ſuper quodam Apoſtoli capitulo canam:& imiter Steſi
chorum inter uituperationẽ & laudes Helenæ fluctuantem:ut qui detrahendo oculos perdi
derat,laudando receperit.Ego ſimpliciter fateor dignationi tuæ,licet ſtilus & ὧν χειρήματα
tua mihi uiderentur,tamen non temere exemplaribus literarũ credendũ putaui: ne forte me
reſpondente læſus,iuſte expoſtulares, quod probare ante debuiſſem tuum eſſe ſermonẽ, &
ſic reſcribere.Acceſſit ad morã,ſanctæ & uenerabilis Paulæ longa infirmitas. Dum enim lan
guenti multo tempore aſſidemus,penè epiſtolæ tuæ, uel eius qui ſub tuo nomine ſcripſerat,
obliti ſumus,memores illius uerſiculi:Muſica in luctu,importuna narratio.Itaq; ſi tua eſt epi
ſtola,aperte ſcribe,uel mitte exemplaria ueriora: ut abſq; ullo rancore ſtomachi in ſcriptura
rum diſputatione uerſemur,& uel noſtrum emendemus errorẽ,uel aliũ fruſtra reprehendiſ
ſe doceamus.Abſit aũt à me,ut quicquã de libris tuæ beatitudinis attingere audeam.Sufficit
enim mihi probare mea,& aliena non carpere.Cæterũ optime nouit prudentia tua, unum
quenq; in ſuo ſenſu abundare,& puerilis eſſe iactantiæ,quod olim adoleſcentuli facere con
ſueuerãt,accuſando illuſtres uiros,ſuo nomini famã quærere.Nec tam ſtultus ſum, ut diuer
ſitate explanationũ tuarum me lædi putem:quia nec tu læderis, ſi nos contraria ſenſerimus.
Sed illa eſt uera inter amicos reprehenſio,ſi noſtrã perã non uidẽtes,aliorũ (iuxta Perſium)
manticam conſideremus.Supereſt,ut diligas diligentem te: & in ſcripturarũ campo, iuuenis
ſenem non prouoces. Nos noſtra habuimus tempora, & cucurrimus quantum potuimus:
nunc te currente & longa ſpacia tranſmeante,nobis debetur ocium:ſimulq; (ut cum honore
tuo & uenia dixerim) ne ſolus mihi de poetis aliquid propoſuiſſe uidearis,memento Dare/ a
tis & Entelli,& uulgaris prouerbĳ:quod bos laſſus fortius figat pedem.Triſtes hæc dictaui
mus:utinam mereremur cõplexus tuos,& collatione mutua uel doceremus aliqua, uel diſce
remus.Miſit mihi temeritate ſolita,ſua maledicta Calphurnius,cognomento Lanarius,quæ
ad Aphricam quoq; ſtudio eius didici peruenisſe. Ad quæ breuiter ex parte reſpondi,& li/ b
belli eius uobis miſi exemplaria,latius opus cum opportunum fuerit primo miſſurus tempo
re:in quo illud caui, ne in quoquam exiſtimationem læderem Chriſtianam, ſed tantum ut
delirantis imperitiq; mendaciũ ac uecordiam confutarem.Memẽto mei ſancte & uenerabi
lis papa:uide quantũ te diligam, ut ne prouocatus quidem uoluerim reſpõdere: nec credam
tuum eſſe quod in altero forte reprehenderem.Frater communis ſuppliciter te ſalutat.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

Παλινωδίαν.) παλινωδέω, ad uerbum ſonat recantare.Hiſtoria Steſichori, qui ob uituperatã He a
lenam oculos amiſit,recepit aũt recantatis ĳs quę ſcripſerat,eſt apud Platonẽ in Phædro. ὧν
χειρήματα.) id eſt,aggreſſiones: ſic enim oratores uocant argumentationes, non multum differentes à
ſyllogiſmis,niſi quod illa magis circa probabilia uerſantur q̃ neceſſaria: ut autor eſt Fabius libro quin
to. Si noſtram peram non uidentes.) Quidam hic legunt,noſtra opera,pro noſtram peram, ſed de
prauate.Alludit autem ad apologũ Aeſopi,qui finxit,ſingulos mortales, binas geſtãtes peras ſiue man
ticas:alterã à tergo propendentẽ,alteram à fronte:magnã ac plenam uitĳs noſtris, propendere à tergo:
paruã in qua ſint aliena uitia,pendere à fronte.Quo ſignificabat,nos oculatos eſſe in perſpiciendis alie
nis uitĳs, in noſtris ipſorũ cæcutire:unde & Perſius in Satyris: Vt nemo in ſeſe tentat deſcẽdere nemo:
Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo. Daretis & Entelli.) Eſt apud Vergiliũ in quinto Aeneidos
libro:Dares Troianus iuuenis prouocat Entellũ ſenem ad certamẽ ceſtuũ:grauatim procedit Entellus,
Darete multũ exultante. Tandẽ lapſu & pudore prouocatus incandeſcit, recaleſcente uirtute ſenili: &
adeo urget ceſtu iuuenẽ,ut ni Aeneas diremiſſet, occiſurus fuerit Daretẽ. Bos laſſus for.) Id ſumptũ 2
eſt à bubus triturã exercentibus.Etenim in quibuſdã regionibus boues circumacti per manipulos triti
cum unguĺs excutiunt: & quo bos laſſior, hoc magis ad triturã idoneus, propterea quod fortius figat
pedem.Ita qui ſero prouocantur ad iram,prouocati grauius incandeſcunt. Calphurnius.) Niſi fallor
ſentit Ruffinum,quẽ ita ſubinde uocat,uelut indoctũ,& culinæ q̃ literarũ ſtudioſiorẽ: alludens ad Per
ſianum illud: Continuo craſſum ridet Vulphernius ingens, Et centum Græcos curto centuſſe licetur.
Quandoquidẽ in nonnullis Perſij codicibus Calphurniũ legi, prõ Vulphernio. Videtur aũt uox con
ficta,à calido furno,ut & cognomentum Lanarĳ,à lanionibus, qui carnes uendunt in macello.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Cum adhuc erraret Auguſtinus in nomine libri,cum epiſtolã Hieronymus ſentiret,& tamen crebris literis

A literis efflagitaret responsum: hortatur Hieronymus, ut certum opus mittat cui uelit responderi, iuuenem admonens ne temere suoq; malo prouocet senem ad huiusmodi certamen.

HIERONYMVS AVGVSTINO

CRebras ad me epistolas dirigis, & sæpe compellas, ut respondeã cuidam epistolæ tuæ: cuius ad me (ut ante iam scripsi) per fratrem Sysinnium diaconũ exemplaria peruenerũt absq; subscriptione tua: & quam primũ per fratrem Profuturum, secundo per quendã alium te misisse significas: & interim Profuturũ retractum de itinere, & episcopum constitutũ, ueloci morte subtractũ: illum, cuius nomen retices, maris timuisse discrimina, & nauigationis mutasse consiliũ. Quæ cum ita sint, satis mirari nequeo, quomodo ipsa epistola & Romæ & in Italia haberi à plerisq; dicatur, & ad me solum nõ peruenerit, cui soli missa est: præsertim cum idem frater Sysinnius inter cæteros tractatus tuos dixerit eam se nõ in Aphrica, nõ apud te, sed in insula Adriæ ante hoc fermè quinquennium reperisse. De amicitia omnis tollenda suspicio est: & sic cum amico, quasi cũ altero se loquendũ. Nõnulli familiares mei & uasa Christi, quorũ Hierosolymis & in sanctis locis permagna copia est: suggerebant, non simplici animo à te factũ, sed laudem atq; rumusculos & gloriolam populi requirentẽ: ut de nobis cresceres, ut multi cognoscerent te prouocare, me timere: te scribere ut doctum, me tacere ut imperitũ: & tandem reperisse, qui garrulitati meæ silentium modumq; imponeret. Ego aũt (ut simpliciter fatear) dignationi tuæ primum idcirco respondere nolui: quia tuam liquido epistolã non credebam: nec (ut uulgi de quibusdã prouerbium est) litum melle gladium. Deinde illud cauebam, ne episcopo cõmunionis meæ uiderer procaciter respõdere, & aliqua in reprehendẽtis epistola reprehendere: præsertim cum quædã in illa hæretica iudicarem. Ad extremũ: ne tu iure expostulares, & diceres: Quid enim epistolam meam uideras, & notæ tibi manus in subscriptione signa deprehenderas: ut tam facile amicũ læderes, & alterius maliciã in meam uerteres contumeliã? Igitur ut ante iam scri-
B psi, aut mitte eandem epistolam, tua subscriptã manu: aut senem latitantem in cellula lacessere desine. Sin aũt tuam uis uel exercere uel ostentare doctrinam, quęre iuuenes & disertos & nobiles: quorum Romæ dicuntur esse quàm plurimi, qui possint & audeant tecum congredi: & in disputatione sanctarum scripturarum, iugum cum episcopo ducere. Ego quondam miles, nunc ueteranus, & tuas & aliorum debeo laudare uictorias, nõ ipse rursus effœto corpore dimicare: ne si me frequenter ad rescribendũ impuleris, illius recordet historiæ, quod Hannibalem iuueniliter exultantem, Qu. Maximus patientia sua fregerit. Omnia fert ætas, animum quoq;: sæpe ego longos Cantando puerum memini me condere soles. Nunc oblita mihi tota carmina, uox quoq; Mœrim Iam fugit ipsa. Et ut magis de scripturis sanctis loquar, Berzellai ille Galaadites, regis Dauid beneficia, omnesq; delicias iuueni delegãs filio: ostẽdit senectutẽ hęc nec appetere debere, nec oblata suscipere. Quod aũt iuras te aduersum me librum nec scripsisse, neq; Romã misisse, quẽ non scripseris: sed si forte aliqua in tuis scriptis reperiãtur, quæ à meo sensu discrepent: nõ me à te læsum, sed à te scriptũ, quod tibi rectũ uidebatur: quæso ut me patienter audias. Nõ scripsisti librũ, & quomodo mihi reprehensionis à te meæ per alios scripta delata sunt? Cur habet Italia quod tu nõ scripsisti? Qua ratione poscis ut rescribã ad ea quæ scripsisse te denegas? Non tam hebes sum, ut si diuersa senseris, me à te læsum putem. Sed si mea cominus dicta reprehẽdas, & rationẽ scriptorum expetas: & quæ scripserim, emendare cõpellas, & ad παλινωδίαν prouoces, & oculos mihi reddas: in hoc læditur amicitia: in hoc necessitudinis iura uiolantur: ne uideamur certare pueriliter, & fautoribus inuicem uel detractoribus nostris tribuere materiã cõtendendi. Hæc scribo, quia te pure & Christiane diligere cupio: nec quicquã in mea mente retinere, quod distet à labijs. Non enim cõuenit, ut ab adolescentia usq; ad hanc ætatẽ in monasteriolo cum sanctis fratribus labore desudans, aliquid contra episcopum communionis meæ scribere audeam: & eum episcopũ, quem ante cœpi amare q̃ nosse: qui me prior ad amicitias prouocauit, quem post me orientem in scripturarum diuinarum eruditione lætatus sum. Igitur aut tuum negato

librum

librum,si forte non tuus est:& desine flagitare rescriptum ad ea quæ non scripsisti:aut si tuus c
est,ingenue cõfitere:ut si in defensionem mei aliqua scripsero, in te culpa sit qui prouocasti,
non in me,qui respondere cõpulsus sum. Addis præterea te paratũ esse, ut si quid me in tuis
scriptis mouerit,& corrigere uoluero,fraterne accipias:& non solũ mea in te beneuolentia ga
uisurum,sed ut hoc ipsum faciã,deprecaris.Rursum dico quod sentio, prouocas senem,tacen
tem stimulas,uideris iactare doctrinã. Non est aũt ætatis meæ putari maleuolum erga eum
cui magis fauorem debeo.Et si in euangelijs ac prophetis peruersi homines inueniunt quod
nitantur reprehendere:miraris si in tuis libris, & maxime in scripturarũ expositione,quæ uel
obscurissimæ sunt,quædã à recta linea discrepare uideantur? Et hoc dico,non quod in operi
bus tuis quædã reprehendenda iam censeam:neq; enim lectioni eorum unq; operam dedi:
nec horũ exemplariorũ apud nos copia est,præter Soliloquiorũ tuorum libros,& quosdam
cõmentarios in psalmos:quos si uellẽ discutere,non dicam à me,qui nihil sum,sed à ueterum
Græcorũ docerẽ interpretationibus discrepare. Vale mi amice charissime,ætate fili,dignitate
parẽs:& hoc à me rogatus obserua,ut quicquid mihi scripseris, ad me primũ facias peruenire.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Conatur placare Hieronymũ,quẽ senserat suis epistolis nõnihil offensum. Deplorat simultatẽ tam atrocem ortam inter Ruffinum & Hieronymũ quondam amicissimos, adhortans illos ad cõcordiam

AVGVSTINVS HIERONYMO

QVamuis existimem antec; istas sumeres,uenisse in manus tuas,literas meas,quas per dei seruũ,filium nostrũ Cyprianũ diaconũ misi: quibus certissime agnosceres meã esse epistolã,cuius exemplaria illuc uenisse cõmemorasti: unde iam me arbi
tror rescriptis tuis, uelut Entellinis gradibus atq; acribus cestibus, tanc; audacem Daretem I
cœpisse pulsari atq; uersari:nunc tamen eisipsis respõdeo literis tuis, quas mihi per sanctum
filiũ nostrum Asteriũ iam mittere dignatus es:in quibus multa in me cõperi tuæ beneuolen
tissimæ charitatis,& rursus quædã nonnullius à me tuæ offensionis indicia. Itaq; ubi mulce D
bar legens,ibi cõtinuo feriebar:hoc sanè uel maxime admirans,quod cũ te dicas exemplari
bus literarũ mearum ideo non temere putauisse credendũ, ne forte te respondẽte læsus iuste
expostularẽ,quod probare ante debuisses,meũ esse sermonẽ,& sic rescribere: postea iubeas
si mea est epistola,aperte me scribere:aut mittere exẽplaria ueriora,ut absq; ullo rancore sto
machi,in scripturarũ disputatione uersemur. Quo enim pacto possumus in hac disputatione
sine rancore uersari,si me lædere paras? aut si non paras,quomodo ego te nõ lędente, abs te
læsus iuste expostularẽ:quod probare ante debuisses meũ esse sermonẽ, & sic scribere, hoc
est,& sic lædere? Nisi enim rescribendo læsisses,ego iuste expostulare non possem. Proinde
cum ita rescribis,ut lædas,quis locus nobis relinquit in disputatione scripturarũ sine ullo ran
core uersandi? Ego quidẽ absit ut lædar,si mihi certa ratione uolueris & potueris demõstra
re illud ex epistola Apostoli, uel quid aliud scripturarũ sanctarum te uerius intellexisse, q;
me:imò uero absit,ut non cum gratiarumactione lucris meis deputem,si fuero te docente in
structus,aut emendante correctus. Veruntamen tu mihi frater charissime, nisi te putares læ
sum scriptis meis,nõ me putares lædi posse rescriptis tuis. Nullo enim modo id de te opina
tus fuero,quod te nõ arbitrans læsum,sic tamen rescribis ut lædas:aut si te nõ sic rescribente,
ego propter nimiã stulticiã meã lædi posse putatus sum, hoc ipso læsisti planè, quod de me
ita sensisti.Sed nullo modo tu me,quem nunc; talem expertus es,temere talẽ crederes, qui
literarũ mearum exemplaribus,etiã cum stilũ meum nosses,temere credere noluisti.Si enim
non immerito uidisti me iuste expostulaturũ fuisse, si temere crederes esse literas meas, quæ
non essent meæ:quanto iustius expostularẽ,meipsum temere putatũ talem, qualẽ me exper
tus non esset,qui putauisset? Nequac; ergo ita prolabereris,ut nõ te rescribente quo lęderer,
me tamen existimares nimis insipientẽ,etiam tali tuo rescripto lædi potuisse.Restat igitur ut
lædere me rescribendo disponeres,si certo documento meas esse illas literas nosses. Atq; ita,
quia nõ credo quod iniuste me lædendũ puteres:supereſt, ut agnoscã peccatũ meum, quod

prior

A quod prior te illis literis læserim,quas meas esse negare non possum. Cur itaq; conor contra fluminis tractū,ac nō potius uenią peto? Obsecro ergo te per mansuetudinē Christi,ut si te læsi,dimittas mihi,nec me uicissim lædendo,malū pro malo reddas. Lædes enim,si mihi tacueris errorē meū,quem forte inueneris in scriptis uel in dictis meis. Nā si ea in me reprehenderis,quæ reprehendēda nō sunt,te potius lædis q̄ me:quod absit à moribus & sancto proposito tuo,ut hoc facias uoluntate lædendi,culpās in me aliquid dente maledico,quod mente ueridica scis non esse culpandū. Ac per hoc aut beneuolo corde arguas,etiā si caret delicto quod arguendū putas:aut paterno affectu mulceas,quem abīcere nequeas. Potest enim fieri ut tibi uideatur aliud q̄ ueritas habet,dum tamen aliud abs te non fiat,q̄ charitas habet. Nam & ego amicissimā reprehensionē tuam gratissime accipiā:etiam si reprehendi non meruit,quod recte defendi potest. Aut agnoscā simul & beneuolentią tuam & culpam meā: & quantū dominus donat,in alio gratus,in alio emēdatus inueniar. Quid ergo? fortasse dura, sed certe salubria uerba tua tanq̄ cestus Entelli pertimescā. Cędebatur ille,non curabatur:& ideo uincebatur nō sanabatur. Ego aūt si medicinalem correptionē tuam tranquillus accepero,nō dolebo. Si uero infirmitas uel humana,uel mea etiā cum ueraciter arguitur, nō potest non aliquantulū contristari,melius tumor capitis dolet cū curatur, q̄ dum ei parcitur & non sanat. Hoc est enim quod acute uidit, qui dixit:utiliores esse plerunq; inimicos obiurgantes, q̄ amicos obiurgare metuētes. Illi enim dū rixantur,dicūt aliquando uera quæ corrigamus: isti aūt minorem q̄ oportet exhibent iusticiæ libertatē. dum amicitiæ timent exasperare dulcedinem. Quapropter & si forte bos(ut tibi uideris) lassus senectute corporis,non uigore animi,tamen in area dominica fructuoso labore desudans,Ecce sum:si quid perperam dixi,fortius fige pedem. Non mihi esse debet molestum pondus ætatis tuæ,dūmodo conteratur palea culpæ meæ. Proinde illud quod in extremo epistolæ tuæ posuisti, cū magni desiderij suspirio uel lego uel recolo. Vtinam,inquis,mereremur cōplexus tuos:& collatione mutua uel
B doceremus aliqua,uel disceremus. Ego aūt dico,utinam saltem propinquis terrarū locis habitaremus:ut si non possent miscerī nostra colloquia,literæ possent esse crebriores. Nunc uero tanto locorum interuallo absumus à sensibus nostris,ut de illis uerbis Apostoli ad Galatas, iuuenem me ad tuam sanctitatē scripsisse meminerim:& ecce iam senex, necdū rescripta meruerim:faciliusq̄ ad te exemplaria epistolæ meæ peruenerint,nescio qua occasione præueniente,q̄ ipsa epistola me curante. Homo enim qui eam tunc acceperat,nec ad te pertulit, nec ad me retulit. Tantæ aūt mihi in literis tuis(quæ in manus nostras peruenire potuerūt)apparent res:ut nihil studiorū meorū mallē si possem,q̄ inhærere lateri tuo. Quod ego quia non possum,aliquem nostrorū in domino filiorū erudiendū nobis ad te mittere cogito, si etiā de hac re tua rescripta meruero. Nam neq; in me tantū scientiæ diuinarū scripturarū est,aut esse iam poterit, quantū inesse tibi uideo. Et si quid in hac re habeo facultatis, utcunq; impendo populo dei. Vacare aūt studijs diligentius q̄ quæ populi audiūt instruēdis,propter ecclesiasticas occupationes omnino nō possum. Nescio quæ scripta maledica super tuo nomine ad Aphricam peruenisse audiuimus. Accepimus tamē quod dignatus es mittere,illis respōdens maledictis. Quo perlecto fateor multū dolui,inter tam charas familiaresq̄ personas, cūctis penè ecclesijs notissimo amicitiæ uinculo copulatas,tantū malū extitisse discordiæ. Et tu quidem quantū tibi modereris,quantumq̄ teneas aculeos indignationis tuæ,ne reddas maledictum pro maledicto,satis in tuis literis eminet. Veruntamen si easipsas cū legissem,contabui dolore,& obrigui timore:quid de me illa facerent,quæ in te ille scripsit,si in manus meas forte uenissent? Væ mundo ab scandalis. Ecce fit,ecce prorsus impletur quod ueritas ait: Quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorū. Quæ sibi enim iam fida pectora tuo refundantur? In cuius sensus tota se proijciat secura dilectio? Quis deniq; amicus non formidetur,quasi futurus inimicus, si potuit inter Hieronymū & Ruffinū hoc quod plangimus exoriri? O misera & miseranda conditio. O infida in uoluntatibus amicorū scientia præsentium,ubi nulla est præscientia futurorū. Sed quid hoc alteri de altero gemendū putem,quan

do ne ipſe quidem ſibi homo eſt notus in poſterũ? Nouit enim utcunq; uix forte, nunc quã C
lis ſit: qualis aũt poſtea ſit futurus, ignorat. Hæc porrò non tantũ ſcientia qualis quiſq; ſit, ue
rumetiã pręſciẽtia qualis futurus ſit, ſi eſt in ſanctis & beatis angelis: quomodo fuerit beatus
diabolus aliquando, cum adhuc bonus angelus eſſet, ſciens futurã iniquitatẽ ſuam, & ſempi
ternum ſuppliciũ, omnino non uideo. De qua re, ſi tamen eam noſſe opus eſt, uellem audire
quid ſentias. Vide quid faciant terræ ac maria, quæ nos corporaliter dirimunt. Si hæc epiſto
la mea quã legis ego eſſem, iam mihi diceres quod quęſiui: nunc uero quãdo reſcribes? quan
do mittes? quando perueniet? quando accipiã? & tamen utinã quandoq; fiat, quod tam cito
fieri nõ poſſe cũ uolumus, quanta poſſumus tolerantia ſuſtinemus. Vnde recurro ad illa uer
ba epiſtolę tuæ dulciſſima, ſanctiq; deſiderij tui pleniſſima, & ea facio uiciſſim mea: Vtinam
mereremur cõplexus tuos, & collatiõe mutua uel doceremus aliqua, uel diſceremus: ſi tamen
eſſe ullo modo poſſet, quod ego te docerẽ. In his aũt uerbis, nõ iam tuis tantũ, ſed etiã meis,
ubi delector & reficior, & ipſo quamuis pendente & nõ attingente utriuſq; noſtrũ deſiderio,
non parua ex parte cõſolor: ibi rurſus acerrimis dolorum ſtimulis fodior, dum cogito inter
uos quibus deus hoc ipſum quod uterq; ueſtrum optauit, largum prolixumq; cõceſſerat, ut
cõiunctiſſimi & familiariſſimi mella ſcripturarũ ſanctarum pariter lamberetis, ſic tantæ ama
ritudinis irrepſiſſe perniciem, quando nõ, ubi non, cui non homini formidandã: cum eo tem
pore quo abiectis iam ſarcinis ſecularibus, iam expediti dominũ ſequebamini: & in ea terra
uiuebatis ſimul, in qua dominus humanis pedibus ambulans: Pacem, inquit, meã do uobis
pacem meã relinquo uobis: uiris ætate maturis, & in eloquio domini habitantibus uobis ac
cidere potuit? Vere tẽtatio eſt uita humana ſuper terrã. Heu mihi, qui uos ſimul alicubi inue
nire nõ poſſum, forte ut moueor, ut doleo, ut timeo, procidere ad pedes ueſtros, flerem quan
tum ualerem, rogarem quantũ amarem, nunc unumquemq; ueſtrũ pro ſeipſo, nũc utrunq;
pro alterutro, & pro alijs ac maxime infirmis, ꝓ quibus Chriſtus mortuus eſt, qui uos tanq;
in theatro uitæ huius cũ magno ſui periculo ſpectant: ne de uobis ea cõſcribendo ſpargatis, D
quæ quandoq; cõcordantes delere nõ poteritis, qui nũc cõcordare nolitis: aut quæ cõcordes
legere timeatis, ne iterũ litigetis. Verũ dico charitati tuę, nihil me magis q; hoc exemplũ tre
muiſſe, cũ quædã ad me in epiſtola tua legerem, tuę indignationis indicia, nõ tam illa de En
tello & boue laſſo: ubi mihi potius hilariter iocari, q; iracunde minari uiſus es, q; illud quod
ſerio te ſcripſiſſe ſatis apparet: unde ſupra loquutus ſum plus fortaſſe q; debui, ſed nõ pluſq;
timui, ubi aiſti: Ne forte læſus iuſte expoſtulares. Rogo te, ſi fieri poteſt, ut inter nos quæra
mus & diſſeramus aliquid, quo ſine amaritudine diſcordię corda noſtra paſcãtur, fiat. Si au
tem nõ poſſum dicere, quid mihi emendandũ uideatur in ſcriptis tuis: nec tu in meis, niſi cum
ſuſpicione inuidiæ, aut læſione amicitiæ: quieſcamus ab his, & noſtrę uitæ ſalutiq; parcamus.
Minus certe aſſequatur illa quæ inflat, dum nõ offendatur illa quæ ædificat. Ego me longe
eſſe ſentio ab illa perfectione, de qua ſcriptũ eſt: Si quis in uerbo non offendit, hic perfectus
eſt uir. Sed planè in dei miſericordia puto me poſſe facile abs te petere ueniã, ſi qd offendi:
quod mihi aperire debes, ut cum te audiero, lucreris fratrem tuum. Neq; enim quia hoc pro
pter longinquitatẽ terrarũ non potes facere inter me & te, propterea debes ſinere errare me.
Prorſus quod ad ipſas res quas noſſe uolumus attinet, ſi qd ueri me tenere, uel ſcio, uel puto,
uel credo, in quo tu aliter ſentis: quantũ dat dominus, ſine tua iniuria conabor aſſerere. Quod
autem pertinet ad offenſionem tuam, cum te indignatum ſenſero, nihil aliud q; ueniam de
precabor. Nec omnino arbitrabor te ſuccenſere potuiſſe, niſi aut hoc dicerem quod non de
bui, aut non ſic dicerem ut debui: quia nec miror nos minus ſcire inuicem, q; ſcimur à coniun
ctiſſimis & familiariſſimis noſtris: in quorũ ego charitatẽ fateor facile me totũ proijcio, præ
ſertim fatigatũ ſcandalis ſeculi: & in ea ſine ulla ſollicitudine requieſco. Deum quippe illic eſſe
ſentio, in quem me ſecurus proijcio, & in quo ſecurus requieſco. Nec in hac mea ſecuritate,
craſtinum illud humanæ fragilitatis incertũ, de quo ſuperius gemui, omnino formido. Cum
enim hominẽ Chriſtiana charitate flagrantem, atq; mihi fidelem amicũ factum eſſe ſentio,

quicquid

A quicquid ei consiliorum meorum cogitationumq; committo, non homini committo, sed illi in quo manet, ut talis sit. Deus enim charitas est: & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo: quam si deseruerit, tantū faciat necesse est dolorē, quantum manens fecerat gaudium. Verūtamen ex amico intimo factus inimicus, quærat sibi potius quod fingat astutus: non inueniat quod prodat iratus. Hoc aūt unusquisq; facile assequitur, nō occultando quod fecerit, sed non faciendo quod occultare uelit. Quod si misericordia dei bonis prijsq; cōcedit, ut inter inimicos quoslibet futuros liberi securiq; uersentur, aliena peccata sibi cōmissa non prodāt: quæ prodi timent, ipsi nulla cōmittant. Cum enim falsum quid à maledico fingitur, aut omnino non creditur, aut certe integra salute sola fama uexatur. Quod aūt malum perpetratur, hostis est intimus, etiam si nullius intimi loquacitate aut lite uulgetur. Quapropter quis prudentiū non uideat, etiam tu q; tolerabiliter feras amicissimi quondam & familiarissimi incredibiles nūc inimicitias, cōsolante cōscientia: & quemadmodū uel quod iactitat, uel quod à quibusdam forsitan creditur, in siniſtris armis deputes, quibus non minus q; dextris contra diabolum dimicatur. Veruntamen illum maluerim aliquo modo mitiorem, q; te isto modo armatiorē. Hoc magnū & triste miraculū est, ex amicitijs talibus ad has inimicitias peruenisse. Lætum erit, & multo maius, ex inimicitijs talibus ad pristinā concordiam reuertisse.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

Grandibus atq;.) Huc respexit quod apud Vergilium Entellus senex ingentes duos cestus proiicit in medium.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Paulus Orosius in fine historiæ suæ testatur, sibi cum Hieronymo fuisse colloquium, libros duos, alterum de origine animæ, alterum de loco explicando ex epistolis Iacobi probat. Cæterum excusat se quod non responderit. Eos libros amice lector reperies in secundi tomi parte secunda.

HIERONYMVS AVGVSTINO

B VIrum honorabilem fratrem meū: filium dignationis tuæ Orosium presbyterum, & sui merito & te iubente suscepi. Sed incidit tempus difficillimum, quando mihi tacere melius fuit quàm loqui: ita ut nostra studia cessarēt, & iuxta Appium, canina exerceretur facundia. Itaq; duobus libellis tuis, quos meo nomini dedicasti, eruditissimis & omni eloquentiæ splendore fulgentibus, ad tempus respondere nō potui. Non quo quicquam in illis reprehendendum putem: sed quia iuxta Apostolum, unusquisq; in suo sensu abundet: alius quidē sic, alius autem sic. Certe quicquid dici potuit, & sublimi ingenio de scripturarum sanctarum hauriri fontibus, à te positum atq; dissertum est. Sed quæso reuerentiam tuam, parumper patiaris me tuum laudare ingenium. Nos enim inter nos eruditionis causa disserimus. Cæterum æmuli & maxime hæretici, si diuersas inter nos sententias uiderint, de animi calumniabuntur rancore descendere. Mihi autem decretum est te amare, te suspicere, colere, mirari, tuaq; dicta quasi mea defendere. Certe & in dialogo quem nuper ædidi, tuæ beatitudinis ut dignum fuerat recordatus sum: magisq; demus operā, ut pernicioſissima hæresis de ecclesijs auferatur, quæ semper simulat pœnitentiam, ut docendi in ecclesijs habeat facultatem: ne si aperta se luce prodiderit, foras expulsa moriatur. Sanctæ ac uenerabiles filiæ tuæ Eustochium & Paula, & genere suo, & exhortatione tua digne gradiuntur: speciali terq; salutant beatitudinem tuam: omnis quoq; fraternitas, quæ nobiscum domino saluatori seruire conatur. Sanctum presbyterū Firmum, anno præterito ob rem earum Rauennam, & inde Aphricam, Siciliamq; direximus: quem putamus iam in Aphricę partibus commorari. Sanctos tuo adhærentes lateri, ut meo obsequio salutes, precor. Literas quoq; meas ad sanctum presbyterum Firmum direxi: quæ si ad te uenerint, ei dirigere non graueris. Incolumem te & mei memorem Christus dominus custodiat, domine uere sancte & beatissime papa. Grandem Latini sermonis in ista prouincia notariorum patimur penuriam: & idcirco præceptis tuis parēre non possumus: maxime in æditione Septuaginta, quæ asteriscis uerubusq; distincta est. Pleraq; enim prioris laboris ob fraudem cuiusdam amisimus.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Rogat ut suam epistolam curet Hieronymo reddendā, utq; eundem sibi suis quoq; mitiget literis.

AVGVSTINVS PRAESIDIO

SIcut præsens rogaui synceritatem tuam,nũc quoq; commoneo, ut literas meas sancto fratri & compresbytero nostro Hieronymo mittere non graueris. Vt autem noueris charitas tua, quemadmodum etiam tu illi pro mea causa scribere debeas,misi exemplaria literarum & mearum ad ipsum, & ad me ipsius. Quibus lectis pro tua sancta prudentia facile uidebis & modum meum, quem seruandum putaui,& motũ eius quem non frustra timui. Aut si ego quod non debui, aut quomodo non debui aliquid scripsi, non ad illum de me,sed ad meipsum potius fraterna dilectione mitte sermonem: quo correctus petam ut ignoscat,si meam culpam ipse cognouero.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Resalutat Augustinum, excusans quod liberius responderit,& rursum de cucurbita meminit, hortans ut super hac re sua legat commentaria: deniq; inuitans ut omissis contentiosis quæstionibus uersentur in campo sacrarum scripturarum.

HIERONYMVS AVGVSTINO

CVm à sancto fratre nostro Firmo sollicite quærerẽ quid ageres,sospitẽ te lætus audiui. Rursum cum tuas literas non dico sperarem, sed exigerẽ, nesciente te ex Aphrica profectũ se esse dixit. Itaq; reddo tibi per eũ salutationis officia,qui te unico amore cõplectitur:si mulcq; obsecro,ut ignoscas pudori meo,quod diu ut rescriberẽ præcipienti,negare nõ potui:nec ego tibi,sed causa causæ respondit. Et si culpa est respondisse,quæso ut patiẽter audias, multo maior est prouocasse. Sed facessant istiusmodi querimoniæ, sit inter nos pura germanitas:& deinceps non quæstionũ,sed charitatis ad nos scripta mittamus. Sancti fratres qui nobiscũ domino seruiũt, affatim te salutãt. Sanctos qui tecum Christi leue trahunt iugum,præcipue sanctũ & suspiciendũ papam Alipium, ut meo obsequio salutes precor. Incolumem te & memorẽ mei, Christus deus noster tueatur omnipotens,domine uere sancte & beatissime papa. Si legisti librum explanationum in Ionam, puto quod ridiculam cucurbitæ non recipias quæstionem. Sin autem amicus qui me primus gladio petijt,stilo repulsus est,sit humanitatis tuæ atq; iusticiæ accusantẽ reprehendere,non respondentem. In scripturarum si placet campo sine nostro inuicem dolore ludamus.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Respondet accurate libro quo Hieronymus illi responderat de interpretatione loci qui est in epistola ad Galatas. Et cum Hieronymus adiecisset, se necessitate compulsum, ut eam interpretationem sequeretur,Augustinus eam difficultatem alia uia potuisse explicari demonstrat.

AVGVSTINVS HIERONYMO

IAmpridem charitati tuæ prolixam epistolã misi, respõdens illi tuæ, quam per sanctum filiũ tuum Asterium,nunc iam non solũ fratrem, uerumetiã collegam meũ misisse te recolis: quæ utrum in manus tuas peruenire meruerit, adhuc nescio,nisi quod per fratrẽ synceriſſimũ Firmũ scribis: si ille qui me primũ gladio petijt,stilo repulsus est:ut sit humanitatis meæ atq; iusticiæ,accusantẽ reprehendere,non respondentẽ. Hoc solo tenuissimo indicio utcunq; cõijcio,legisse te illã epistolam meam. In ea quippe deploraui tantã inter uos extitisse discordiã:de quorũ tanta amicitia,quaquauersum eam fama diffuderat,charitas fraterna gaudebat. Quod non feci reprehendendo in aliquo germanitatẽ tuam:cuius in ea re aliquã culpam me cognouisse,non ausus sum dicere:sed dolendo humanã miseriam,cuius in amicitijs mutua charitate retinendis,quantalibet illa sit,incerta permansio est. Verum illud maluerã tuis nosse rescriptis:utrum mihi ueniã, quam poposceram,dederis. Quod apertius mihi intimari cupio,quamuis hilarior quidã uultus literarum tuarum,etiã hoc me impetrasse significare uideat: si tamen post lectã illam missæ sunt, quod in eis minime apparet. Petis uel potius fiducia charitatis iubes,ut in scripturarũ campo sine nostro inuicẽ dolore ludamus. Et quidẽ quantum ad me attinet,serio nos ista,quàm ludo agere mallem. Quod si hoc uerbũ tibi propter facilitatem ponere placuit, ego fateor maius aliquid expeto à benignitate uirium tuarũ, prudentiaq; tam docta & ociosa, annosa,studiosa

A diosa,ingenioſa diligentia:hæc tibi non tantum donante, uerumetiã dictante ſpiritu ſancto, ut in magnis & laborioſis quæſtionibus, non tanꝯ ludentem in campo ſcripturarum,ſed in montibus anhelantem adiuues.Si aũt propter hilaritatem,quam eſſe inter chariſſimos diſſe rentes decet, putaſti dicendum eſſe, ludamus: ſiue illud apertũ & planum ſit,unde colloqui/mur:ſiue arduũ atq; difficile:hoc ipſum edoce obſecro tẽ,quo nã modo aſſequi ualeamus:ut cum forte aliquid nos mouet,quod nobis & ſi non cautius attendentibus,certe tardius intelli gentibus non probatũ eſt:& quid nobis uideatur cõtra conamur aſſerere,ſi hoc aliquanto ſe curiore libertate dicamus non incidamus in ſuſpicionẽ puerilis iactantiæ, quaſi noſtro nomi ni famã,uiros illuſtres accuſando,quæramus. Si aũt aliquid aſperũ refellendi neceſſitate de/promptũ fuerit,quo tolerabile fiat,leniore circunfundamus eloquio,ne litum melle gladium ſtringere uideamur.Niſi forte ille modus eſt, quo utrunq; hoc uitium, uel uitij ſuſpicionem caueamus, ſi cum doctiore amico ſic diſputemus: ut quicquid dixerit, neceſſe ſit approbare: nec quærendi ſaltem cauſa liceat aliquantulũ reluctari. Tum uero ſine ullo timore offenſio/nis tanꝯ in campo luditur:ſed mirum ſi nobis non illuditur. Ego enim fateor charitati tuæ, ſolis eis ſcripturarũ libris, qui iam canonici appellantur,didici hunc timorem honoremq; de ferre,ut nullum eorum autorẽ ſcribendo aliquid erraſſe firmiſſime credam:at ſi aliquid in eis offendero literis,quod uidetur contrariũ ueritati,nihil aliud ꝯ uel mendoſum eſſe codicem, uel interpretem non aſſequutũ eſſe quod dictum eſt, uel me minime intellexiſſe non ambi/gam.Alios aũt ita lego,ut quantalibet ſanctitate doctrinaq; præpolleant,nõ ideo uerum pu tem,quia ipſi ita ſenſerũt: ſed quia mihi uel per illos autores canonicos,uel probabili ratione quod à uero non abhorreat,perſuadere potuerunt.Nec te mi frater ſentire aliquid aliter exi/ſtimo:prorſus,inquam,non te arbitror ſic legi tuos libros uelle,tanꝯ prophetarũ & apoſto lorum: de quorum ſcriptis quod omni errore careant dubitare nefarium eſt.Abſit hoc à pia humilitate,& ueraci de temetipſo cogitatiõe,qua niſi eſſes præditus,nõ utiq; diceres:utinam
B mereremur cõplexus tuos,& collatione mutua uel doceremus aliqua uel diſceremus. Quod ſi teipſum cõſideratione uitę ac morum tuorũ,non ſimulate,nõ fallaciter dixiſſe credo:quan to magis æquũ eſt me credere apoſtolũ Paulum nõ aliud ſenſiſſe ꝯ ſcripſerit, ubi ait de Pe/tro & Barnaba:Cum uiderẽ quia nõ recte ingrediebantur ad ueritatẽ euangelij, dixi Petro corã omnibus:Si tu cum ſis Iudæus, gentiliter & nõ Iudaice uiuis,quomodo gentes cogis Iu/daizare?De quo enim certus ſim,quod me ſcribendo uel loquendo nõ fallat,ſi fallebat apo/ſtolus filios ſuos,quos iterũ parturiebat,donec in eis Chriſtus, id eſt,ueritas formaret. Qui/bus cum præmiſiſſet,dicens: Quæ aũt ſcribo uobis,ecce corã deo,quia nõ mentior:nõ tamen ueraciter ſcribebat,ſed neſcio qua diſpẽſatoria ſimulatione fallebat, uidiſſe ſe Petrum & Bar nabã non recte ad euangelij ueritatẽ ingredientes,ac Petro in faciẽ reſtitiſſe:nõ ob aliud ni/ſi quod gẽtes cogeret Iudaizare.At enim ſatius eſt credere apoſtolũ Paulũ aliquid uere non ſcripſiſſe,ꝯ apoſtolũ Petrũ nõ recte aliquid egiſſe:Hoc ſi ita eſt,dicamus (quod abſit)ſatius eſſe credere mentiri Euangeliũ,ꝯ negatũ eſſe à Petro Chriſtũ:& mentiri regnorũ librum,ꝯ tantũ prophetã à domino deo tam excellenter electum, & in cõcupiſcenda atq; abducenda uxore aliena cõmiſiſſe adulteriũ:& in marito eius necando, tam horrendũ homicidiũ. Imò uero ſanctã ſcripturã in ſummo & cœleſti autoritatis culmine collocatã, de ueritate eius cer/tus ac ſecurus legã:& in ea homines uel approbatos,uel emendatos, uel damnatos ueraciter diſcam,potius q̃ facta humana: ne dum in quibuſdã laudabilis excellentię perſonis aliquan do credere timeo reprehendẽda,ipſa diuina eloquia mihi ſint ubiq; ſuſpecta.Manichæi plu rima diuinarũ ſcripturarum,quibus eorum nefarius error clariſſima ſententiarũ perſpicuitate conuincitur,quia in alium ſenſum detorquere nõ poſſunt,falſa eſſe contendunt:ita tamen ut eandem falſitatẽ non ſcribentibus apoſtolis tribuãt,ſed neſcio quibus codicũ corruptoribus. Quod tamẽ quia nec pluribus ſiue antiquioribus exemplaribus,nec præcedentis linguæ au toritate(unde Latini libri interpretati ſunt)probare aliquando potuerũt:notiſſima omnibus ueritate ſuperati,confuſi q̃ diſcedunt.Itá ne nõ intelligit prudentia ſancta tua, quanta mã/

liciæ illorum pateſcat occaſio,ſi non ab aliis apoſtolicas literas eſſe falſatas,ſed ipſos apoſtolos falſa ſcripſiſſe dicamus? Nō,inquis,credibile eſt hoc in Petro Paulum, quod ipſe Paulus fecerat,arguiſſe. Nō nunc inquiro quid fecerit,ſed quid ſcripſerit quęro. Hoc ad quæſtionem quam ſuſcepi maxime pertinet: ut ueritas diuinarū ſcripturarū ad noſtrā fidem ædificandam memoriæ cōmendata,non à quibuslibet,ſed ab ipſis apoſtolis: ac per hoc in canonicū autoritatis culmen recepta,ex omni parte uerax atq; indubitāda perſiſtat. Nam ſi hoc fecit Petrus quod facere debuit,mentitus eſt Paulus, quod eum uiderit nō recta ingredientem ad ueritatem euangelij. Quiſquis enim hoc facit quod facere debet,recte utiq; facit: & ideo falſum de eo dicit,qui dicit eum non recte feciſſe,quod eum nouit facere debuiſſe. Si aūt uerum ſcripſit Paulus,uerū eſt quod Petrus nō recte tunc ingrediebatur ad ueritatē euangelij. Id uero faciebat quod facere nō debebat: & ſi tale aliquid Paulus ipſe iam fecerat, correctū potius etiam ipſum credā; coapoſtoli ſui correctionē non potuiſſe negligere, q̄ mendaciter aliquid in ſua epiſtola poſuiſſe. Et ſi hoc nō in epiſtola qualibet,quanto magis in illa, in qua præloquutus ait: Quæ aūt ſcribo uobis ecce corā deo quia non mentior? Ego quidem illud Petrū ſic egiſſe credo,ut gentes cogeret Iudaizare. Hoc enim lego ſcripſiſſe Paulum,quem mentitū eſſe non credo: & ideo non recte agebat hoc Petrus. Erat enim contra euangelij ueritatē, ut putarent qui credebant in Chriſtū, ſine illis ueteribus ſacramentis ſaluos ſe eſſe non poſſe. Hoc enim contendebant Antiochiæ,qui ex circunciſione crediderāt. Contra quos Paulus perſeuerāter acriterq; cōfligit. Ipſum uero Paulū non ad hoc id egiſſe,quod uel Timotheū circuncidit,uel Cenchreis uotum perſoluit,uel Hieroſolymis à Iacobo admonitus,cū eis qui uouerant,legitima illa celebrāda ſuſcepit: ut putare uideretur per ea ſacramēta etiam Chriſtianā ſalutem dari. Sed ne illa quæ prioribus ut cōgruebant temporibus,in umbris rerum futurarū deus fieri iuſſerat, tanq̄ idololatriam gentiliū damnare crederetur. Hoc eſt enim quod illi Iacobus D ait: auditū de illo eſſe,quod diſciſſionē doceat à Moyſe. Quod utiq; nefas eſt,ut credentes in Chriſtum diſcindantur à prophetis Chriſti, tanq̄ eius doctrinam deteſtātes atq; damnantes,de quo ipſe Chriſtus dicit: Si crederetis Moyſi,crederetis & mihi: de me enim ille ſcripſit. Attende obſecro ipſa uerba Iacobi: Vides,inquit,frater quot milia ſunt in Iudęa,qui crediderunt in Chriſtum,& hi omnes æmulatores ſunt legis. Audierunt aūt de te,quia diſciſſionem doces à Moyſe,eorum qui per gentes ſunt Iudæorum,dicens: non debere circuncidere eos filios ſuos, neq; ſecundum conſuetudinem ingredi. Quid ergo eſt? Vtiq; oportet conuenire multitudinem,audierunt enim te ſuperueniſſe: hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sunt nobis uiri quatuor,uotum habentes ſuper ſe: his aſſumptis ſanctifica te cum ipſis, & impende in eos ut radant capita: & ſciant omnes quia quæ de te audierunt falſa ſunt, ſed ſequeris & ipſe cuſtodiens legem: de gentibus autem qui crediderunt nos mandauimus, iudicantes nihil eiuſmodi ſeruare illos, niſi ut ſe obſeruent ab idolis immolato, & à ſanguine & à fornicatione. Non, ut opinor: obſcurū eſt, & Iacobum hoc ideo monuiſſe, ut ſcirent falſa eſſe quæ de illo audierant,hi qui cum in Chriſtum ex Iudæis credidiſſent: tamen æmulatores erant legis, ne per doctrinam Chriſti, uelut ſacrilega, nec deo mandante conſcripta damnari putarentur, quæ per Moyſen patribus fuerant miniſtrata. hoc enim de Paulo iactauerant: non illi qui intelligebant quo animo à Iudæis fidelibus obſeruari tunc iſta deberent, propter cōmendandam ſcilicet autoritatem diuinam,& ſacramentorum illorum propheticam ſanctitatem: non propter adipiſcendā ſalutem,quæ iam in Chriſto reuelabatur,& per baptiſmi ſacramentum miniſtrabatur. Sed illi hoc de Paulo ſparſerant,qui ſic ea uolebant obſeruari,tanquā ſine his in euangelio ſalus credentibus eſſe non poſſet. Ipſum enim ſenſerant uehementiſſimum gratiæ prædicatorem & intentioni eorū maxime aduerſum, docentem non per illam hominem iuſtificari, ſed per gratiam Ieſu Chriſti, cuius prænunciandæ cauſa, illæ umbræ in lege mandatæ ſunt. Et ideo illi inuidiam & perſecutionem molientes concitare, tanquam inimicum legis mandatorumq; diuinorum criminabantur: cuius falſæ criminationis inuidiam congruentius deuitare nō poſſet, quàm ut ea ipſa celebraret, quæ damnare tanq̄ ſacrilega putabatur:

atq;

A atq; ita oſtenderet, nec Iudæos tunc ab eis tanq; à nefarijs prohibendos, nec gentiles ad ea tanq; ad neceſſaria compellendos. Nam ſi reuera ſic ea reprobaret, quemadmodũ de illo auditum erat, & ideo celebranda ſuſciperet, ut actione ſimulata ſuam poſſet occultare ſententiam: non ei diceret Iacobus, & ſcient omnes: ſed diceret: & putabunt omnes, quoniam quæ de te audierunt falſa ſunt, præſertim quia in ipſis Hieroſolymis apoſtoli iam decreuerant, ne quiſquam gentes cogeret Iudaizare: non autẽ decreuerãt ne quiſquã tunc Iudæos Iudaizare prohiberet, quãuis etiã ipſos iam doctrina Chriſtiana non cogeret. Proinde ſi poſt hoc apoſtolorum decretũ, Petrus habuit illam in Antiochia ſimulationem, qua gentes cogeret Iudaizare: quo iam nec ipſe cogebatur, cuius propter cõmendanda eloquia dei, quæ Iudæis ſunt credita, non prohibebatur: quid mirũ ſi conſtringebat eum Paulus libere aſſerere, quod cum cæteris apoſtolis ſe Hieroſolymis decreuiſſe meminerat. Si autẽ hoc (quod magis arbitror) ante illud Hieroſolymitanũ concilium Petrus fecit: nec ſic mirũ eſt, quod eum uolebat Paulus nõ timide obtegere, ſed fidẽter aſſerere, quod eum pariter ſentire iam nouerat: ſiue quod cũ eo contulerat Euangelium, ſiue quod in Cornelij centurionis uocatione, etiam diuinitus eum de hac re admonitũ acceperat: ſiue quod antequã illi quos timuerat, ueniſſent Antiochiam, cum gentibus eum cõueſci uiderat. Neq; enim negamus in hac ſentẽtia fuiſſe iam Petrum, in qua & Paulus fuit. Nõ itaq; tunc eum quid in ea re uerũ eſſet docebat: ſed eius ſimulationem, qua gentes Iudaizare cogebantur arguebat: non ob aliud, niſi quia ſic illa omnia ſimulatoria gerebantur, tanq; uerũ eſſet quod illi dicebãt, qui ſine circunciſione præputij atq; alijs obſeruationibus quæ umbræ erant futurorũ, putabãt credentes ſaluos eſſe nõ poſſe. Ergo & Timotheũ circuncidit propterea, ne Iudæis & maxime cognationi eius maternæ ſic uiderent qui ex gentibus in Chriſtũ crediderãt deteſtari circunciſionẽ, ſicut idololatria deteſtanda eſt: cum illam deus fieri præceperit, hanc ſatanas perſuaſerit. Et Titũ propterea non circũcidit, ne occaſionẽ daret eis qui ſine ulla circunciſione dicebãt credentes ſaluos eſſe non
B poſſe, & ad deceptionem gentiũ hoc etiam Paulũ ſentire iactarẽt. Quod ipſe ſatis ſignificat, ubi ait: Sed neq; Titus qui mecũ erat cum eſſet Græcus cõpulſus eſt circũcidi: propter ſubintroductos aũt falſos fratres qui ſubintroierant perſcrutari libertatẽ noſtrã, ut nos in ſeruitutem redigerẽt: quibus nec ad horã ceſſimus ſubiectioni, ut ueritas euãgelij permaneret apud uos. Hinc apparet quid eos captare intellexerit, ut non faceret quod in Timotheo fecerat, & quod ea libertate facere poterat, qua oſtenderat illa ſacramenta, nec tanquam neceſſaria debere appeti, nec tanquam ſacrilega debere damnari. Sed cauendũ eſt uidelicet in hac diſputatione, ne ſicut philoſophi, quędam facta hominum media dicamus, inter recte factum & peccatum: quę neq; in recte factis, neq; in peccatis numerentur: & urgeamur eo, quod obſeruare legis ceremonias non poteſt eſſe indifferens: ſed aut bonũ, aut malum. Vt ſi bonum dixerimus, eas nos quoq; obſeruare cogamur. Si autem malum, nõ uere, ſed ſimulate ab apoſtolis obſeruatas eſſe credamus. Ego uero apoſtolis, nõ tam exemplum philoſophorum timeo, quãdo & illi in ſua diſputatione ueri aliquid dicũt: quàm forenſium aduocatorũ, quando in alienarum cauſarum actione mentiuntur. Quorũ ſimilitudo, ſi in ipſa expoſitione epiſtolæ ad Galatas ad cõfirmandam ſimulationem Petri & Pauli putata eſt decenter induci: quid ego apud te timeam nomen philoſophorum, qui non propterea uani ſunt, quia omnia falſa dicunt: ſed quia & falſis pleriſq; confidunt, & ubi uera inueniuntur dicere, à Chriſti gratia, qui eſt ipſa ueritas, alieni ſunt. Cur autem non dicam præcepta illa ueterum ſacramentorum, nec bona eſſe, quia non eis homines iuſtificantur: umbræ enim ſunt prænunciantes gratiam, qua iuſtificamur: nec tamen mala, quia diuinitus præcepta ſunt, temporibus perſonisq; congruentia: cum me adiuuet etiam prophetica ſententia, qua dicit deus ſe illi populo dediſſe præcepta non bona. Forte enim propterea non dixit mala, ſed tantum non bona, id eſt, non talia, ut illis homines boni fiant, aut ſine illis boni non fiant. Vellem me doceret benigna ſynceritas tua, utrum ſimulate quiſquam ſanctus Orientalis cum Romam uenerit, iciunet ſabbato: excepto illo die paſchalis uigiliæ. Quod ſi malum eſſe dixerimus, nõ ſolum

Romanã eccleſiam,ſed etiam multa ei uicina,& aliquanto remotiora damnabimus,ubi mos c
idem tenetur & manet.Si autem nõ ieiunare ſabbato malũ putauerimus, tot eccleſias Orien
tis,& multo maiorem orbis Chriſtiani partem,qua temeritate criminabimur? Placét ne tibi,
ut medium quiddam eſſe dicamus,quod tamen acceptabile ſit ei,qui hoc non ſimulate , ſed
congruenti ſocietate atq; obſeruantia fecerit? Et tamen nihil inde legimus in canonicis libris
præceptum eſſe Chriſtianis:quanto magis illud malũ dicere non audeo, quod deum præce
piſſe ipſa Chriſtiana fide negare nõ poſſum, qua didici non eo me iuſtificari, ſed gratia dei
per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum? Dico ergo circunciſionem præputij, & cætera hu
iuſmodi, priori populo per teſtamentum, quod uetus dicitur,diuinitus data ad ſignificatio
nem futurorum,quę per Chriſtum oportebat impleri: quibus aduenientibus remanſiſſe illa
Chriſtianis legenda tantum ad intelligentiam præmiſſæ prophetiæ , non autem neceſſario
facienda: quaſi adhuc expectandum eſſet , ut ueniret fidei reuelatio , quæ his ſignificabatur
eſſe uentura.Sed quamuis gentibus imponenda non eſſent,non tamen ſic debuiſſe auferri à
conſuetudine Iudæorum,tanquam deteſtanda atq; damnanda.Senſim proinde atq; paula
tim feruente ſanè prædicatione gratiæ Chriſti , qua ſola noſſent credentes ſe iuſtificari ſal
uosq; fieri,non illis umbris rerum antea futurarum,tunc iam uenientium atq; preſentium,ut
in illorũ Iudæorum uocatione, quos præſentia carnis domini & apoſtolica tempora ſic inue
nerant,omnis illa actio cõſumeretur umbrarũ,hoc eis ſuffeciſſe ad cõmendationem , ut non
tanq; deteſtanda & ſimilis idololatriæ uitaretur,ultra uero non haberet progreſſum,ne pu
taretur neceſſaria,tanq; uel ab illa ſalus eſſet , uel ſine illa eſſe non poſſet. Quod putauerunt
hæretici,qui dum uolunt & Iudæi eſſe & Chriſtiani,nec Iudæi nec Chriſtiani eſſe potuerũt.
Quorũ ſententiam mihi cauendam , quamuis in ea nunq; fuerim , tamen beneuolentiſſime
admonere dignatus es:in cuius ſententiæ non conſenſionem,ſed ſimulationem Petrus timo
re inciderat,ut de illo Paulus ueriſſime ſcriberet:quod cum cum uidiſſet non recte ingredien
tem ad ueritatẽ Euangelij,eiq; ueriſſime diceret,quod gentes Iudaizare cogebat:quod Pau d
lus utiq; nõ cogebat: ob hoc illa uetera ueraciter ubi opus eſſet obſeruãs, ut damnanda non
eſſe monſtraret: prædicans tamen inſtanter non eis , ſed reuelata gratia fidei , fideles ſaluos
fieri,ne ad ea quenq; uelut neceſſaria ſuſcipienda cõpelleret. Sic autem credo apoſtolũ Pau
lum ueraciter cuncta illa geſſiſſe , nec tamen nunc quenq; factum ex Iudæo Chriſtianũ,uel
cogo,uel ſino talia ueraciter celebrare: ſicut nec tu cui uidet Paulus ea ſimulaſſe, cogis iſtum
uel ſinis talia ſimulare.An uis ut etiam ego dicam hanc eſſe ſummã quæſtionis, imò ſenten
tiæ tuæ:ut poſt euangeliũ Chriſti,benefaciant credentes Iudæi,ſi ſacrificia offerant,quæ ob
tulit Paulus,ſi filios circuncidant,ſi ſabbatũ obſeruent,ut Paulus in Timotheo,& omnes ob
ſeruauere Iudæi,dummodo hæc ſimulate ac fallaciter agant? Hoc ſi ita eſt,non iam in hære
ſim Hebionis,uel eorum quos uulgo Nazaræos nuncupant , uel quamlibet aliam ueterem:
ſed neſcio in quam nouã delabimur , quæ ſit eo pernicioſior,quo non errore, ſed propoſito
eſt ac uoluntate fallaci.Quod ſi reſpondeas,ut te ab hac purges ſentẽtia: tunc apoſtolos iſta
laudabiliter ſimulaſſe,ne ſcandalizarentur infirmi,qui ex Iudæis multi crediderant , & ea re
ſpuenda nondum intelligebant:nunc uero confirmata per tot gentes doctrina gratiæ Chri
ſtianę,confirmata etiam per omnes Chriſti eccleſias lectione legis & prophetarum, quomo
do hæc intelligenda non obſeruanda recitentur,quiſquis ea ſimulando agere uoluerit, uidea
tur inſanire:cur mihi non licet dicere,apoſtolũ Paulum,& alios rectę fidei Chriſtianos, tunc
illa uetera ſacramenta paululũ obſeruando ueraciter cõmendare debuiſſe,ne putarentur illæ
propheticæ ſignificationis obſeruationes à prijſſimis patribus cuſtoditæ,tanq; ſacrilegia dia
bolica à poſteris deteſtatę? Iam enim cum ueniſſet fides,quę prius illis obſeruationibus præ
nunciata,poſt mortem & reſurrectionem domini reuelata eſt, amiſerãt tanq; uitã officij ſui.
Veruntamen ſicut defuncta corpora, neceſſariorũ officijs deducenda erant quodãmodo ad
ſepulturã: nec ſimulate, ſed religioſe: non autẽ deſerenda continuo, uel inimicorũ obtrecta
tionibus tanquam canum morſibus proijcienda . Proinde nunc quiſquis Chriſtianorum,

quamuis

A quamuis sit ex Iudæis,similiter ea celebrare uoluerit,tanquam sopitos cineres eruens,nõ eri-
pius deductor,uel baiulus corporis, sed impius sepulturæ uiolator. Fateor sanè in eo quod
epistola continet mea,quod ideo sacramenta Iudæorum Paulus celebranda susceperat,cum
iam Christi esset apostolus:ut doceret non esse pernicioſa his quĩ ea uellẽt sicut à parentibus
per legem acceperãt custodire,minus me posuisse,illo duntaxat tempore,quo primum fidei
gratia reuelata est. Tunc enim hoc non erat pernicioſum, progressu uero temporis erat per-
nicioſum,nisi illæ obseruationes ab omnibus Christianis desererentur:ne si tunc fierent,non
discerneretur quod deus populo suo per Moysen prȩcepit,ab eo quod in templis dȩmonio-
rum spiritus immundus instituit. Proinde potius culpanda est negligẽtia mea:quia hoc non
addidi,quàm obiurgatio tua. Verũtamen longe anteq; literas tuas accepissem,scribens con-
tra Faustum Manichæũ quomodo eundem locum quamuis breuiter explicauerim, & hoc
illic non prætermiserim:& legere poterit si nõ dedignetur benignitas tua,& à charissimis no-
stris per quos nunc hęc scripta misi,quomodo uolueris tibi fides fiat,illud me ante dictasse:
mihiq; de animo meo crede, quod coràm deo loquens iure charitatis exposco,nunquã mi-
hi uisum fuisse:etiam nunc Christianos ex Iudæis factos sacramenta illa uetera quolibet af-
fectu celebrare, & quouis animo debere ab eis ullo modo coli: cum illud de Paulo semper
ita senserim,ex quo illius mihi literæ innotuerũt: sicut nec tibi uidetur hoc tempore cuiquam
esse simulanda ista,cum hoc fecisse apostolos credas. Proinde sicut tu econtrario loqueris,&
licet reclamante (sicut scribis) mundo libera uoce pronuncias,ceremonias Iudæorum & per-
niciosas esse & mortiferas Christianis: & quicunq; eas obseruauerit, siue ex Iudæis, siue ex
gentibus,eum in barathrum diaboli deuolutum: ita ego hanc uocem tuam omnino confir-
mo,& addo:Quicunq; eas obseruauerit,siue ex Iudæis siue ex gentibus,nõ solum ueraciter,
uerunetiam simulate,eum in barathrum diaboli deuolutum. Quid quæris amplius? Sed si-
cut tu simulationem apostolorum ab huius temporis ratione secernis,ita ego Pauli apostoli
B ueracem tunc in his omnibus conuersationem ab huius temporis, quamuis minime simula-
ta ceremoniarum Iudaicarum obseruatione secerno,quoniã tunc fuit approbanda,nunc de-
testanda. Ita quamuis legerimus:Lex & prophetæ usq; ad Ioannem Baptistam,& quia pro-
pterea quærebant Iudæi Christum interficere:quia non solum soluebat sabbatũ, sed & pa-
trem suum dicebat deum, æqualem se faciens deo:& quia gratiam pro gratia accepimus: &
quoniam lex per Moysen data est, gratia autem & ueritas per Iesum Christum facta est:
& per Hieremiam promissum est, daturum deum testamentum nouum domui Iuda, non
secundum testamentum quod disposuit patribus eorum: non tamen arbitror ipsum domi-
num fallaciter à parentibus circuncisum. Aut si hoc propter ætatem minime prohibebat:nec
illud arbitror eum dixisse fallaciter leproso, quem certe non illa per Moysen præcepta ob-
seruatio, sed ipse mundauerat: Vade & offer pro te sacrificium quod præcepit Moyses in
testimonium illis. Nec fallaciter ascendit ad diem festum usqueadeo non causa ostentatio-
nis coràm hominibus,ut non euidenter ascenderit,sed latenter. At enim dixit idem Apostо-
lus: Ecce ego Paulus dico uobis: quia si circuncidamini, Christus uobis nihil proderit. De-
cepit ergo Timotheum, & fecit ei nihil prodesse Christum? An quia hoc fallaciter factum
est, ideo non obfuit? At ipse hoc non posuit,nec ait:si circuncidamini ueraciter, sicut nec fal-
laciter: sed sine ulla exceptione dixit, si circuncidamini, Christus uobis nihil proderit. Si-
cut ergo tu uis hic locum dare sententiæ tuæ, ut uelis subintelligi, nisi fallaciter: ita non im-
pudenter flagito, ut etiam nos illic intelligere sinas eis dictum si circuncidamini, qui pro-
pterea uolebant circuncidi, quod aliter se putabant in Christo saluos esse non posse. Hoc
ergo animo,hac uoluntate,ista intentione quisquis tunc circuncidebat,Christus ei nihil om-
nino proderat: sicut alibi aperte dicit: Nam si per legem iusticia, ergo Christus gratis mor-
tuus est. Hoc ergo declarat, quod & ipse commemorasti: Euacuati estis à Christo, qui in
lege iustificamini: à gratia excidistis. Illos itaque arguit, qui se iustificari in lege credebant:
non qui legitima illa, in eius honore à quo mandata sunt,obseruabant: intelligentes & qua-

prænunciandæ

prænũciandæ ueritatis ratione mandata ſint,& quouſq; debeant perdurare. Vnde eſt illud c
quod ait: Si ſpiritu ducimini, non adhuc eſtis ſub lege. Vnde uelut colligis apparet, qui ſub lege eſt, non diſpenſatiue,ut noſtros putas uoluiſſe maiores: ſed uere, ut ego intelligo,eum ſpiritum ſanctum non habere. Magna mihi uidetur quęſtio:quid ſit eſſe ſub lege ſic,quemadmodum Apoſtolus culpat. Neq; enim propter circunciſionem hoc eum arbitror dicere: aut illa ſacrificia, quæ tunc facta à patribus,nunc à Chriſtianis non fiunt:& cætera huiuſmodi,ſed hocipſum etiã quod lex iubet:Non concupiſces:quod fatemur certe Chriſtianos debere obſeruare, atq; euangelica maxime illuſtratione prædicari. Legem dicit eſſe ſanctam, & mandatum ſanctum & iuſtum & bonum. Deinde ſubiungit: Quod ergo bonum eſt, mihi factum eſt mors? Abſit. Sed peccatum ut appareat peccatum,per bonum mihi operatum eſt mortem, ut fiat ſupra modum peccator, aut peccatum per mandatum. Quod autem hic dicit peccatum per mandatum fieri ſupra modum, hoc alibi ait: Lex ſubintrauit, ut abundaret delictum. Vbi aũt abũdauit delictum,ſuperabundauit & gratia. Et alibi, cũ ſuperius de diſpenſatione gratię loqueretur quod ipſa iuſtificet,uelut interrogans ait: Quid ergo lex? Atq; huic interrogationi continue reſpondit:Præuaricationis gratia poſita eſt,donec ueniret ſemen,cui promiſſum eſt. Hos ergo damnabiliter dicit eſſe ſub lege quos reos facit lex: non implentes legem, dum non intelligendo gratiæ beneficium ad facienda dei præcepta, quaſi de ſuis uiribus ſuperba elatione pręſumunt. Plenitudo enim legis charitas. Charitas uero dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, non per noſipſos, ſed per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Sed huic rei quantum ſatis eſt explicandæ, prolixior fortaſſe, & ſui proprij uoluminis ſermo debetur. Si ergo illud quod lex ait:Non concupiſces,ſi humana infirmitas gratia dei adiuta non fuerit,ſub ſe reum tenet: & præuaricatorem potius damnat, quàm liberat peccatorem: quanto magis illa,quæ ſignificationis cauſa præcepta ſunt circunciſio,& cætera D
quæ reuelatione gratiæ latius innoteſcente neceſſe fuerat aboleri, iuſtificare neminem poterant? Non tamen ideo fuerant tanc̃p diabolica gentium ſacrilegia fugienda:etiam cum ipſa gratia iam cœperat reuelari, quæ umbris talibus fuerat prænunciata: ſed permittenda paululum, eis maxime qui ex illo populo,cui data ſunt uenerãt:Poſtea uero tanquam cum honore ſepulta ſunt,à Chriſtianis omnibus irreparabiliter deſerenda. Hoc autem quod dicis, nõ diſpenſatiue, ut noſtri uoluere maiores,quid ſibi uult oro te. Aut enim hoc eſt quod ego appello officioſum mendacium: ut hęc diſpenſatio ſit officium,uelut honeſte mentiendi:aut quid aliud ſit omnino, non uideo, niſi forte additio nomine diſpenſationis,fiat ut mendacium non ſit mendacium. Quod ſi abſurdum eſt,cur ergo non aperte dicis officioſum mendacium defendendum,niſi forte nomen te mouet: quia non tam uſitatum eſt in eccleſiaſticis libris uocabulum officij, quod Ambroſius noſter non timuit, qui ſuos quoſdam libros utilium præceptionũ plenos, de officijs uoluit appellare. An ſi officioſe mentiatur quiſq; culpandus eſt, ſi diſpenſatiue approbandus? Rogo te mentiatur,ubi legerit qui hoc putat: quia & in hoc magna quæſtio eſt: ſit ne aliquando mentiri uiri boni, imò uiri Chriſtiani, qualibus dictum eſt:Sit in ore ueſtro,eſt eſt,non non:ut non ſub iudicio decidatis. Et qui cum fide audiunt, Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Sed, ut dixi, & alia magna quæſtio eſt:eligat quod uoluerit,qui hoc exiſtimat ubi mentiatur:dum tamen à ſcribentibus autoribus ſanctarum ſcripturarum, & maxime canonicarum, inconcuſſe credatur, & defendatur omnino abeſſe mendacium: ne diſpenſatores Chriſti, de quibus dictum eſt: Hic iam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inueniatur:tanquam magnum aliquid ſibi fideliter didiciſſe uideantur pro ueritatis diſpenſatione mentiri, cum ipſa fides in Latino ſermone ab eo dicatur appellata, quia fit quod dicitur. Vbi autem fit quod dicitur, mentiendi utiq; non eſt locus. Fidelis igitur diſpenſator apoſtolus Paulus proculdubio nobis exhibet in ſcribendo fidem: quia ueritatis diſpenſator erat,nõ falſitatis. Ac per hoc uerum ſcripſit uidiſſe ſe Petrum, non recte ingredientem ad ueritatem Euangelij:eiq; in faciem reſtitiſſe, quod gentes cogeret Iudaizare. Ipſe uero Petrus,quod à Paulo fiebat utiliter libertate charitatis, ſancta ac benigna

pietate

A pietate humilitatis accepit:atq; ita rarius & ſanctius exemplũ poſteris præbuit, quo non dedignarẽtur ſicubi fortè recti tramitem reliquiſſent,etiam à poſterioribus corrigi: quàm Paulus,quo cõfidenter auderent,etiam minores maioribus pro defendenda euangelica ueritate, ſalua fraterna charitate reſiſtere. Nam cum ſatius multo ſit à tenendo itinere in nullo quàm in aliquo declinare:multo eſt tamen mirabilius & laudabilius, libẽter accipere corrigentem, quàm audacter corrigere deuiantem.Eſt laus itaq; iuſtæ libertatis in Paulo,& ſanctę humilitatis in Petro:quæ quantũ mihi pro modulo meo uidetur, magis fuerat aduerſus calumniantem Porphyrium defendenda,quàm ut ei daretur obtrectandi maior occaſio,qua multo mordacius criminaretur Chriſtianos,fallaciter uel ſuas literas ſcribere,uel dei ſui ſacramenta tractare. Flagitas à me,ut aliquem ſaltem unum oſtendam, cuius in hac re ſententiã ſim ſequutus,cum tu tam plures nominatim cõmemoraueris,qui te in eo quod aſtruis prędeſſerũt, petens ut in eo quod te reprehendo errantẽ,patiar te errare cũ talibus.Quorũ ego fateor neminem legi:ſed cum ſint fermè ſex,uel ſeptem,horũ quatuor autoritatem tu quoq; infringis. Nam Laodicenum,cuius nomen taces, de eccleſia dicis nuper egreſſum: Alexandrũ autem ueterem hęreticũ:Origenem uero ac Didymũ reprehenſos abs te,lego in recentioribus opuſculis tuis:& non mediocriter,nec de mediocribus quæſtionibus,quãuis Origenem mirabiliter ante laudaueris.Cum his ergo errare puto quia nec teipſe patieris,quamuis hoc perinde dicatur, ac ſi in hac ſententia non errauerint. Nam quis eſt qui ſe uelit cum quolibet errare? Tres igitur reſtant:Euſebius Emiſenus,Theodorus Heracleotes:& quem paulo poſt cõmemoras Ioannes,qui dudum in pontificali gradu,Conſtantinopolitanã rexit eccleſiam.Porrò ſi quæras,uel recolas:quid hic ſenſerit noſter Ambroſius:quid noſter itidem Cyprianus: inuenies fortaſſe, nec nobis defuiſſe, quos in eo quod aſſerimus ſequeremur: quanquã ſicut paulo ante dixi,tantũmodo ſcripturis canonicis hanc ingenuã debeam ſeruitutẽ, qua eas ſolas ita ſequar,ut cõſcriptores earũ,nihil in eis omnino erraſſe,nihil fallaciter poſuiſſe non dubitem.Proinde cum quæro tertiũ,ut tres etiã ego tribus opponã: poſſem quidẽ, ut arbitror, B facile reperire ſi multa legiſſem. Veruntamen ipſe mihi pro his omnibus,imò ſupra hos omnes apoſtolus Paulus occurrit: ad ipſum cõfugio, ad ipſum ab omnibus qui aliud ſentiũt literarũ tractatoribus prouoco, ipſum interrogans interpello & requiro in eo quod ſcripſit ad Galatas:uidiſſe ſe Petrũ non recte ingredientem ad ueritatem euangelij, eiq; in faciem propterea reſtitiſſe, quod illa ſimulatione gentes Iudaizare cogebat: utrum uerum ſcripſerit,an forte neſcio qua diſpenſatiua falſitate mentitus ſit: & audio eum paulo ſuperius, in eiuſdem narrationis exordio religioſa uoce mihi clamantem: Quæ autẽ ſcribo uobis, ecce coràm deo quia non mentior. Dent ueniam quilibet aliud opinantes: ego magis credo tanto apoſtolo in ſuis,& pro ſuis literis iuranti, quàm cuiq; doctiſſimo de alienis literis diſputanti. Nec dici timeo ſic Paulum defendere, quod non ſimularit errorem Iudæorum, ſed uere fuerit in errore. Quoniam neq; ſimulabat errorem, qui libertate apoſtolica, ſicut illi tempori congruebat, uetera illa ſacramenta ubi opus erat agendo, commendabat ea, non Satanæ uerſutia decipiendis hominibus,ſed dei prouidentia,pronunciandis rebus futuris prophetice conſtituta. Nec uere fuerat in errore Iudæorum,qui non ſolum nouerat,ſed etiam inſtanter & acriter prędicabat eos errare,qui putabant gentibus imponenda,uel iuſtificationi quoruncunq; fidelium neceſſaria. Quod autem dixi eum factum Iudæis tanquã Iudæum, & tanquã gentilem gentibus,non mentientis aſtu,ſed compatientis affectu: quemadmodum dixerim,parum mihi uiſus es attendiſſe: imò ego fortaſſe nõ ſatis hoc explanare potuerim. Neq; enim hoc ideo dixi,quod miſericorditer illa ſimulauerit: ſed quia ſic ea nõ ſimulauit, quæ faciebat ſimilia Iudæis:quemadmodũ nec illa quæ faciebat ſimilia gentibus, quæ tu quoq; cõmemoraſti,atq; in eo me,quod nõ ingrate fateor,adiuuiſti. Cum enim abs te quæſiſſem in epiſtola mea:quomodo putet ideo factus Iudæis tanq; Iudęus,quia fallaciter ſuſcepit ſacramenta Iudæorũ,cum & gentibus tanq; gentilis factus ſit,nec tamen ſuſcepit fallaciter ſacrificia gentium: Tu reſpondiſti in eo factũ gentibus tanquã gentilem, quod præputiũ receperit, quod

indifferenter

indifferenter permiserit uesci cibis, quos damnant Iudæi. Vbi ego quæro: utrũ & hoc simu- c
late fecerit? Quod si absurdissimũ atq; falsissimum est: sic ergo & illa, in quibus Iudęorũ con
suetudini congruebat libertate prudenti, nõ necessitate seruili, aut quod est indignius dispen-
satione fallaci potius q̃ fideli. Fidelibus enim & his qui cognouerunt ueritatem, sicut ipse te-
statur, nisi fortè & hic fallit, omnis creatura dei bona est, & nihil abijciendũ quod cum gratia
rum actione accipitur. Ergo & ipsi Paulo, non solũ uero, uerumetiam dispensatori maxime
fideli, non solũ cognitori, ucrumetiã doctori ueritatis, omnis utiq; in cibis creatura dei, non si
mulate, sed uere bona erat. Cur igitur nihil simulate suscipiendo sacrorum, ceremoniarumq;
gentiliũ, sed de cibis & præputio uera sentiendo atq; docendo, tamen tanquã gentilis factus
est gentibus: & non potuit fieri tanquã Iudæus Iudæis, nisi fallaciter suscipiendo sacramenta
Iudæorũ? Cur oleastro inserto obseruauit dispensationis ueracem fidem, & naturalibus ra-
mis, non extra sed in arbore cõstitutis, nescio quod dispensatoriæ uelamen simulationis ob-
tendit? Cur factus tanq; gentilis gentibus, quod sentit docet, quod agit sentit: factus autem
tanquã Iudæus Iudæis, aliud claudit in pectore, aliud promit in uerbis, in factis, in scriptis?
Sed absit hoc sapere. Vtrisq; enim debebat charitatem de corde puro, & cõscientia bona, &
fide non ficta. Ac per hoc omnibus omnia factus est, ut omnes lucrifaceret: non mentientis
astu, sed cõpatientis affectu: id est nõ omnia mala hominũ fallaciter agendo, sed aliorũ om-
nium malis omnibus, tanq; si sua essent, misericordis medicinę diligentiã procurando. Cum
itaq; illa testamenti ueteris sacramenta, etiam sibi agenda minime recusabat, non misericor-
diter fallebat: sed omnino non fallens, atq; hoc modo à domino deo illa usq; ad certi tempo
ris dispensationem iussa esse cõmendans, à sacrilegis sacris gentiũ distinguebat. Tunc autem
non mentientis astu, sed cõpatientis affectu, Iudæis tanq; Iudæus fiebat: quando eos ab illo
errore, quo uel in Christũ credere nolebãt, uel per uetera sacerdotia sua, cerimoniarumq; ob d
seruationes se à peccatis posse mundari fierique saluos existimabãt: sic liberare cupiebat tanq;
ipse illo errore teneretur: diligens utiq; proximũ tanquã seipsum, & hæc alijs faciens, quæ si-
bi ab alijs fieri uellet, si hoc illi opus esset. Quod cum dominus monuisset, adiunxit: Hæc est
enim lex & prophetæ. Hũc cõpatientis affectũ, in eadẽ epistola ad Galatas præcipit, dicens:
Si prę occupatus fuerit homo in aliquo delicto: uos qui spirituales estis, instruite huiusmodi
in spiritu lenitatis, intendens teipsum, ne & tu tenteris. Vide si non dixit: fiere tanquã ille, ut
illum lucrifacias. Non utiq;, ut ipsum delictũ fallaciter ageret, aut se id habere simularet: sed
ut in alterius delicto, quid etiam sibi accidere posset, attenderet: atq; ita alteri, tanquã sibi ab
altero uellet, misericorditer subueniret, hoc est non mentientis astu, sed cõpatientis affectu.
Sic Iudæo, sic gentili, sic cuilibet homini Paulus in errore uel peccato aliquo cõstituto, non si-
mulando quod non erat, sed cõpatiendo, quia esse potuisset, tanquã qui se hominem cogita
ret, omnibus omnia factus est, ut omnes lucrifaceret. Teipsum si placet obsecro, te paulisper
intuere, teipsum inquã erga meipsum: & recole, uel si habes cõscripta, relege uerba tua in illa
epistola quam mihi per fratrem nostrũ, iam collegam meũ Cyprianum breuiorem misisti,
quàm ueraci, quàm germano, quàm pleno charitatis affectu, cum quædã me in te cõmisisse
expostulasses grauiter, subiunxisti: In hoc lædítur amicitia, in hoc necessitudinis iura uiolan-
tur, ne uideamur certare pueriliter, & fautoribus inuicem, uel detractoribus nostris tribuere
materiã contendendi. Hæc abs te, nõ solũ ex animo dicta sentio, uerũ etiam benigno animo
ad consulendũ mihi. Deinde addis, quod etiã si non addetes appareret, & dicis: Hæc scribo,
quia te pure & Christiane diligere cupio, nec quicquã in mea mente retinere quod distet à la
bijs. O uir sancte mihiq; (ut deus uidet animã meam) ueraci corde dilecte, hoc ipsum quod
posuisti in literis tuis, quod te mihi exhibuisse nõ dubito: hoc ipsum omnino apostolũ Pau-
lum credo exhibuisse in literis suis, nõ unicuilibet homini, sed Iudæis & Græcis, & omnibus
gentibus, filijs suis quos in euangelio genuerat, & quos pariendo parturiebat: & deinde po-
sterorum tot milibus fideliũ Christianorũ, propter quos illa memoriæ cõmendabatur epi-
stola, ut nihil in sua mente retineret quod distaret à labijs. Certe factus es etiam tu tanquam

ego

A ego,non mentientis aſtu,ſed cõpatientis affectu: cum cogitares tam me non relinquendum in ea culpa,in quam me prolapſum exiſtimaſti,quàm nec te uelles,ſi eo modo prolapſus eſſes. Vnde agens gratias beniuolæ menti erga me tuæ,ſimul poſco,ut etiam mihi nõ ſuccenſeas, quod cum in opuſculis tuis aliqua me mouerent, motum meum intimaui tibi:hoc erga me ab omnibus obſeruari uolens, quod erga te ipſe ſeruaui: ut quicquid improbandum putant in ſcriptis meis,nec claudant ſubdolo pectore, nec ita reprehendant apud alios, ut taceant apud me:hinc potius exiſtimans lædi amicitiã & neceſſitudinis iura uiolari. Neſcio enim utrum amicitiæ Chriſtianæ putandæ ſint: in quibus magis ualet uulgare prouerbium: Obſequium amicos,ueritas odium parit:q̃ eccleſiaſticũ, Fideliora ſunt uulnera amici, quàm uoluntaria oſcula inimici. Proinde chariſſimos noſtros, qui noſtris laboribus ſyncerißime fauent,hoc potius quanta poſſumus inſtantia doceamus:quo ſciant fieri poſſe,ut inter chariſſimos aliquid alterutro ſermone contradicatur, nec tamen ipſa charitas minuatur, nec ueritas odium pariat quæ debetur amicitiæ:ſiue illud uerum ſit, quod cõtradicitur: ſiue corde ueraci qualecunq; ſit dicitur, nõ retinendo in mente quod à labijs diſtet. Credant igitur fratres noſtri,familiares tui,quibus teſtimonium perhibes quod ſint uaſa Chriſti,me inuito factũ,nec mediocrẽ de hac re dolorẽ ineſſe cordi meo, quod literæ meæ prius in multorũ manus uenerint, quàm ad te ad quem ſcriptæ ſunt,peruenire potuerunt. Quo autem modo id acciderit, & longũ eſt enarrare,& niſi fallor ſuperfluũ: cum ſufficiat ſi quid mihi in hoc creditur, nõ eo factum animo quo putatur:nec omnino meæ fuiſſe uoluntatis,aut diſpoſitionis,aut conſenſionis,aut ſaltem cognitionis,ut fieret. Hoc ſi non credunt (quod deo teſte loquor) quid amplius faciam non habeo. Ego tamen abſit ut eos credam hæc tuæ ſanctitati maliuola mente ſuggerere ad excitandas inter nos inimicitias, quas miſericordia domini dei noſtri auertat à nobis: ſed ſine ullo nocendi animo, facile de homine humana uitia ſuſpicari. Hoc enim me
C de illis æquũ eſt credere,ſi uaſa ſunt Chriſti,nõ in contumeliam,ſed in honorem facta: & diſpoſita in domo magna à deo,ad omne opus bonũ. Quod ſi poſt hanc atteſtationẽ meam, ſi in noticiam eorum uenerit,facere uoluerint,quàm nõ recte faciant,& tu uides. Quod ſanè
B ſcripſeram, nullum me librum aduerſus te Romam miſiſſe,ideo ſcripſeram: quia & libri nomen ab ipſa epiſtola diſcernebam. Vnde omnino neſcio quid aliud te audiſſe exiſtimauerim: & Romam nec ipſam epiſtolam, ſed tibi miſeram: & aduerſus te non eſſe arbitrabar, quod ſynceritate amicitiæ,ſiue ad admonendum, ſiue ad te, uel me abs te corrigendũ feciſſe me noueram. Exceptis autem familiaribus tuis, teipſum obſecro per gratiam qua redempti ſumus: ut quæcunq; tua bona, quæ domini pietate tibi conceſſa ſunt, in literis meis poſui, non me exiſtimes inſidioſo blandiloquio poſuiſſe. Si quid autem in te peccaui,dimittas mihi. Nec illud quod de te, neſcio cuius poetæ factum,ineptius fortaſſe quàm literatius à me commemoratum eſt, amplius quàm dixi, ad te trahas: cum continuo ſubiecerim, non hoc ideo me dixiſſe, ut oculos cordis reciperes,quos abſit unquàm ut amiſeris:ſed ut aduerteres, quos ſanos ac uigiles haberes. Propter ſolã ergo παλινῳδίαν, ſi ſcripſerimus aliquid quod ſcripto poſteriore deſtruere debeamus,imitandam,non propter Steſichori cęcitatem quam cordi tuo nec tribui nec timui, attingendum illud exiſtimaui: atq; identidem rogo, ut me fidenter corrigas,ubi mihi hoc opus eſſe proſpexeris. Quanq̃; enim ſecundum honorum uocabula,quæ iam eccleſiæ uſus obtinuit,epiſcopatus presbyterio maior ſit:tamen in multis rebus Auguſtinus Hieronymo minor eſt:licet etiam à minore quolibet nõ ſit refugienda, uel dedignãda correctio. De interpretatione tua iam mihi perſuaſiſti:qua utilitate ſcripturas uolueris transferre de Hebræis: ut ſcilicet ea quæ à Iudæis prætermiſſa, uel corrupta ſunt proferres in medium. Sed inſinuare digneris peto à quibus Iudæis,utrum ab eiſipſis qui ante aduentum domini interpretati ſunt:& ſi ita eſt,quibus uel quo nam eorum:an ab iſtis poſteriꝰ,qui propterea putari poſſunt aliqua de codicibus Græcis,uel ſubtraxiſſe,uel in eis corrupiſſe,ne illis teſtimonijs de Chriſtiana fide conuincerentur. Illi aũt anteriores,cur hoc facere uoluerint,non inuenio. Deinde nobis mittas obſecro interpretationẽ tuam de Septuagintã:

quam te ædidisse nesciebam. Librum quoq; tuum cuius mentionem fecisti de optimo gene/ c
re interpretandi, cupio legere: & adhuc nosse quomodo coæquanda sit in interprete peritia linguarum, coniecturis eorum qui scripturas edisserendo pertractant: quos necesse est etiam si rectę atq; unius fidei fuerint, uarias parere in multorũ locorum obscuritate sententias: q̃uis nequaquàm ipsa uarietas ab eiusdẽ fidei unitate discordet, sicut etiam unus tractator secun/dum eandem fidem, aliter atq; aliter eundem locum potest exponere: quia hoc eius obscu/ritas patitur. Ideo autem desidero interpretationem tuam de Septuaginta, ut & tanta latino rum interpretum, qui qualescunq; hoc ausi sunt, quantum possumus imperitia careamus: & hi qui me inuidere putant utilibus laboribus tuis, tandẽ aliquando si fieri potest intelligant, propterea me nolle tuam ex Hebræo interpretationem in ecclesijs legi, ne contra Septuagin ta autoritatẽ tanq̃ nouum aliquid proferentes, magno scandalo perturbemus plebes Chri/sti, quarum aures & corda illam interpretationem audire consueuerunt, quæ etiam ab apo/stolis approbata est. Vnde illud apud Ionam uirgultum, si in Hebræo nec hædera est, nec cucurbita, sed nescio quid aliud, quod trunco suo nixum, nullis sustentandũ adminiculis eri/gatur, mallem iam in omnibus Latinis cucurbitam legi. Non enim frustra hoc puto Septua ginta posuisse: nisi quia & huic simile sciebant. Satis me, imò fortasse plus q̃ satis, tribus epi stolis tuis respondisse arbitror, quarum duas per Cyprianum accepi, unam per Firmum. Re scribe quod uisum fuerit ad nos uel alios instruendos. Dabo autem operam diligentiorem quantum me adiuuat dominus, ut literæ quas ad te scribo, prius ad te perueniãt, q̃ ad quem/quàm, à quo latius dispergantur. Fateor enim nec mihi hoc fieri uelle de tuis ad me, quod de meis ad te factũ iustissime expostulas. Tamen placeat nobis inuicem, non tantũ charitas, uerumetiam libertas amicitiæ: nec apud me taceas, uel ego apud te, quod in nostris literis ui/cissim nos mouet, eo scilicet animo qui oculis dei, in fraterna dilectione non displicet. Quod si inter nos fieri posse sine ipsius dilectionis pernicioſa offensione nõ putas, nõ fiat. Illa enim D
charitas quam tecum habere uellem profecto maior est, sed melior hæc minor, q̃ nulla est.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Testatur se proximo anno scripsisse per Asterium, nunc Præsidium Romam euntem, per quem de nuo scribit, commendat, non ut iuuetur pecunia qua non eget, sed ut in amicitiam recipiatur. Queritur se uexari tumultibus hæreticorum. Illud annotandum in hac epistola, quod Alipium cum suum fra/trem appellet, tamen papam nominat.

HIERONYMVS AVGVSTINO

ANno præterito per fratrem nostrum Asterium hypodiaconum dignationi tuæ epistolam miseram: promptum reddens salutationis officiũ: quam tibi arbitror redditam. Nunc quoq; per sanctum fratrem meum Præsidium diaconum: obse cro primum ut memineris mei. Deinde ut baiulum literarum habeas commen/datum, & mihi scias germanissimum, & in quibuscunq; necessitas postulauerit, foueas atq; sustentes: non quo aliqua re, Christo tribuente, indigeat: sed quo bonorum amicitias aui/dissime expetat, & se in his coniungendis maximum putet beneficium consecutum. Cur au/tem ad occidentem nauigauerit: ipso poteris narrante cognoscere, Nos in monasterio con/stituti, uarijs hincinde fluctibus quatimur: & peregrinationis molestias sustinemus. Sed cre dimus in eo qui dixit: Confidite, ego uici mundum: quod ipso tribuente & præsule, contra hostem diabolum uictoriam consequemur. Sanctum & uenerabilem fratrem nostrum pa/pam Alipium, ut meo obsequio salutes, obsecro. Sancti fratres qui nobiscum in monasterio domino seruire festinant: oppido te salutant. Incolumem te & memorem mei, Christus do/minus noster tueatur omnipotens, domine uere sancte & suspiciende papa.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Ingens apud Romanos odium sibi conflauerat Hieronymus, quod Paulam & Eustochium prima rias fœminas traxisset ad monachorum institutum, nec; caruit suspitione quod Paulam adamaret. Hu iusmodi obtrectatorum obloquijs respondet: ac deplorat hominum malevolentiam.

Hieronymus

A SI tibi putem gratias à me referri posse,nõ sapiam.Potens est deus super persona mea sanctæ animæ tuæ restituere quod meretur. Ego enim indignus nec æstimare unquam potui nec optare,ut mihi tantum in Christo largireris affectũ.Et licet me sceleratũ quidam putant & omnibus flagitijs obrutum: & pro peccatis meis,etiam hæc parua sint:tamẽ tu benefacis,quod ex tua mente etiam malos bonos putas. Periculosum quippe est de seruo alterius iudicare: & nõ facilis uenia,praua dixisse de rectis. Veniet illa dies in qua & mecum dolebis ardere non paucos. Ego probrosus, ego uersipellis & lubricus, ego mendax & satanæ arte decipiens. Quid enim est rutius: hæc uel credidisse, uel finxisse de insontibus: an etiam de noxijs credere noluisse? Osculabantur mihi manus quidã,& ore uipereo detrahebant: & dolebant labijs, corde gaudebant. Videbat dominus & subsannabat illos: & miserũ me seruum suum, futuro cum eis iudicio reseruabat. Alius incessum meum calumniabatur & risum:& ille uultui detrahebat,hic in simplicitate aliud suspicabatur. Penè certe triennium cum eis uixi. Multa me uirginum crebro turba circũdedit. Diuinos libros ut potui,nonnullis sæpe disserui. Lectio assiduitatem,assiduitas familiaritatem, familiaritas fiduciam fecerat.Dicant,quid unq̃ in me aliter senserint,q̃ Christianum decebat? Pecuniam cuiusq̃ accepi? Munera uel parua, uel magna non spreui? In manu mea, æs alicuius insonuit? Obliquus sermo,oculus petulans fuit? Nihil mihi aliud obijcitur nisi sexus meus:& hoc nunq̃ obijcitur, nisi cum Hierosolymã Paula & Melania proficiscũtur.Isti crediderunt mentienti,cur nõ credunt neganti? Idem est homo ipse qui fuerat:fatetur insontem, qui dudũ noxium loquebatur, & certe ueritatem magis exprimunt tormenta q̃ risus: nisi quod facilius creditur,quod aut fictum libenter auditur,aut non fictum ut fingatur impellitur.Anteq̃ domũ sanctæ Paulæ nossem, totius in me urbis studia consonabant.Omnium penè iudicio,dignus summo sacerdotio decernebar.Beatæ memoriæ Damasus meus sermo erat.Dicebar sanctus,dicebat humilis & disertus. Nunquid domum alicuius lasciuioris ingressus sum? Nũquid me uestes sericæ,nitentes gemmæ,picta facies,auri rapuit ambitio? Nulla fuit alia Romæ matronarum,quæ meam posset edomare mentẽ, nisi lugens atq; ieiu
B nans,squalens sordibus,fletibus penè cæcata,quam continuis noctibus misericordiã domini deprecantẽ sol sæpe deprehendit.Cuius canticum psalmi,sermo euangeliũ,delitiæ continentia,uita ieiuniũ. Nulla me potuit delectare, nisi illa quam manducantẽ nunquam uidi. Sed postq̃ eam pro suæ merito castitatis uenerari,colere,suspicere cœpi: omnes me ilico deseruere uirtutes. O inuidia primum mordax tui. O satanę callliditas semper sancta persequens. Nullæ aliæ Romanæ urbi fabulam præbuerunt,nisi Paula & Melania, quæ contemptis facultatibus,pignoribusq; desertis,crucem domini, quasi quoddã pietatis leuauere uexillum. Si balneas peterent, unguenta eligerent,diuitias & uiduitatẽ haberent materiẽ luxuriæ & libertatis,dominæ uocarentur & sanctæ.Nunc in sacco & cinere formosæ uolunt uideri,& in gehennam ignis cum ieiunijs & pedore descendere: uidelicet nõ licet eis applaudente populo perire cũ turbis.Si gentiles hanc uitã carperent,si Iudæi, haberent solatiũ nõ placendi eis, quibus displicet Christus.Nũc uero,proh nefas,nomine Christiani,prætermissa domorum suarũ cura,& proprij oculi trabe neglecta,in alieno oculo festucã quærũt.Lacerant sanctum propositũ:& remediũ pœnæ suæ arbitrantur,si nemo sit sanctus,si omnibus detrahat,si turba sit pereuntiũ,si multitudo peccantiũ. Tibi placet lauare quotidie:alius has mundicies sordes putat.Tu attagenem ructas,& de comeso acipensere gloriaris:ego faba uentrẽ impleo. Te delectant cachinnantiũ greges: me Paula Melaniaq; plangentes. Tu aliena desideras,illæ contemnunt sua.Te delibuta melle uina delectant:illæ putant aquam frigidã suauiorem. Tu te perdere existimas,quicquid in præsenti non habueris,comederis,deuoraueris:illæ futura desiderãt,& credũt uera esse quæ scripta sunt.Esto inepte & inaniter,quibus resurrectio corporum persuasit: quid ad te? Nobis ecõtrario tua uita displicet. Bono tuo crassus sis:me macies delectat & pallor.Tu tales miseros arbitraris:nos te miserabiliorẽ putamus. Par pari refert,& inuicẽ nobis uidemur insanire.Hæc mi domina Asella,cũ iam nauẽ conscenderem,

raptim flens dolensq; conscripsi: & gratias ago deo meo,quod dignus sim, quem mundus c
oderit. Ora autē ut de Babylone Hierosolymam regrediar, ne mihi dominetur Nabucho/
donosor,sed Iesus filius Iosedech:ueniat Esdras & reducat me in patriam suam. Stultus ego
qui uolebam cantare canticum domini in terra aliena: & deserto monte Sina,Aegypti auxi/
lium flagitabam:Non recordabar euangelistæ,quia qui de Hierusalem egreditur,statim in/
cidit in latrones,spoliatur, uulneratur,occiditur. Sed licet sacerdos despiciat atq; leuites, Sa/
maritanus ille misericors est: cui cum diceretur:Samaritanus es, & dæmoniū habes:dæmo/
nium renuens,Samaritem se non negauit.Quia quem nos custodē, Hebræi samaritem uo/
cant.Maleficum quidam me garriunt:titulum fidei seruus agnosco. Magum uocant: & Iu/
dæi dominum meum.Seductor & Apostolus dictus est.Tentatio me nō apprehendat,ni/
si humana.Quotam partem angustiarum perpessus sum qui cruci milito? Infamiam falsi cri
minis imputarunt. Sed scio per bonam & malam famam perueniri ad regna cœlorum. Sa/
luta Paulam & Eustochium, uelit nolit mundus, in Christo meas. Saluta matrē Albinam,
sororemq; Marcellam, Marcellinam quoq; & sanctam Felicitatem,& dic eis:Ante tribunal
Christi simul stabimus,ibi apparebit qua mente quis uixerit. Memento mei exemplum pu
dicitiæ & uirginitatis insigne: fluctusq; maris tuis precibus mitiga.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Onasum obtrectatorem quempiam ridet, qui quod Hieronymus in suis libris aduersus uitia scri/
pserat,ad suam contumeliam pertinere putabat.

HIERONYMVS ONASO.

MEdici quos uocant chirurgicos,crudeles putantur,& miseri sunt. An non est mise/ 1
ria,alienis non dolere uulneribus:& mortuas carnes inclementi secare ferro? Non
horrere curantē,quod horret ipse qui patitur, & inimicum putari? Ita se natura ha D
bet:ut amara sit ueritas,blanda uitia existimentur.Esaias in exemplū captiuitatis futuræ,nu/
dus non erubescit incedere. Hieremias de media Hierusalem ad Euphratem fluuium Meso
potamiæ mittitur: ut inter inimicas gentes,ubi est Assyrius,& castra sunt Chaldæorum,po/
nat πρίαμα corrumpendum.Ezechiel stercore primū humano,deinde bubulo, panem de
omni semente consperssum edere iubetur:& uxoris interitum siccis oculis uidet.Amos de Sa
maria pellitur.Cur quæso? Nēpe ideo:quia chirurgici spirituales,secantes uitia peccatorum,
ad pœnitentiam cohortabantur.Paulus apostolus:Inimicus,inquit,uobis factus sum uerum
dicens. Et quia saluatoris dura uidebantur eloquia plurimi discipulorū retrorsum abierunt.
Vnde non mirum est,si & nosipsi uitijs detrahentes,offendimus plurimos.Dispositi nasum
secare fœtentem, timeat qui strumosus est. Volo corniculæ detrahere garrienti,rancidulā se
intelligat cornix.Nunquid unus in urbe Romana est,qui habeat truncas inhonesto uulne/
re nares? Nunquid solus Bonasus Segestanus caua uerba,& in modū uesicarum tumentia,
buccis trutinatur inflatis? Dico quosdam scelere,periurio,falsitate,ad dignitatē nescio quam
peruenisse. Quid ad te,qui te intelligis innocentem? Rideo aduocatum, qui patrono egeat:
quadrante dignam eloquentiā nare subsanno:quid ad te,qui disertus es? Volo in nūmarios
inuehi sacerdotes: tu qui diues es, quid irascaris? Clausum cupio suis ignibus ardere Vulca/
num.Nunquid hospes eius es,aut uicinus: quod à delubris idoli niteris incēdia submouere?
Placet mihi de laruis,de bubone,de noctua, de Niliacis ridere portētis. Quicquid dictū fue
rit,in te dictū putas.In quodcunq; uitium,stili mei mucro cōtorquetur,te clamitas designari.
Conserta manu in ius uocas:& satyricū scriptorem in prosa arguis. An ideo tibi bellus uide/
ris,quia fausto uocaris nomine? quasi non & lucus ideo dicatur,quod minime luceat:& par
cæ,quod nequaquā parcant:& Eumenides furiæ,quod non sint benignæ: & uulgo Aethio/
pes uocentur argentei.Quod si in descriptione fœdorū semper irascaris, iam tibi cum Persio
cantabo. Optent te generū rex & regina, puellæ Te rapiant: quicquid calcaueris hoc ro
sa fiat. Dabo tamen consilium,quibus absconditis possis pulchrior appārere. Nasus non
uideatur in facie:sermo nō sonet ad loquendū:atq; ita & formosus & disertus uideri poteris.

Scholia

A SCHOLIA.

1 QVos chirurgicos) Ita uocantur, qui non medentur pharmacis, ſed manibus, hoc eſt, ſectionibus, uſturis & huiuſmodi. Strumam.) Tumorem appellat, quem in naſo quorundam uidemus deformem. Truncas inhoneſto.) Hemiſtichion eſt ex Aeneidos lib. ſexto. Nunquid ſolus Onaſus.) Forte legendum, Bonaſus. Nam id animal eſt in Pæonia. Cuius meminit Plinius, ut ſit alluſio ad bonum naſum, nam poſtea dicit: An ideo tibi bellus uideris, quia fauſto uocaris nomine. Iam tibi Perſium.) Eſt in Satyra ſecunda: Hunc optent generū rex & regina, puellæ Hunc rapiant, quicquid calcauerit hic, roſa fiat. Quanq; in hac epiſtola nihil uideo dignum Hieronymo: tamen non ſum auſus mouere ſuo loco, quod in quibuſdam illius ſtilum ſapiat: alioqui petulantior, & inepto impetu.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Ruffinus ſubornauerat Palladium quendam Galatam aduerſus Hieronymum, qui illius interpretationem calumniaretur. Huius calumnias refellit, explicans officium ueri interpretis. Imitatus eſt autem titulum Ciceronis De optimo genere dicendi.

HIERO. AD PAMMACHIVM DE OPTIMO GENERE INTERPR.

PAulus apoſtolus præſente rege Agrippa, de criminibus reſponſurus, quod poſſet intelligere qui auditurus erat, ſecurus de cauſæ uictoria, ſtatim in principio ſibi gratulatur, dicēs: De omnibus quibus accuſor à Iudæis ò rex Agrippa, exiſtimo me beatū, cum apud te ſim hodie defendendus, qui præcipue noſti cunctas quæ in iudæis ſunt conſuetudines & quæſtiones, Legerat enim illud Eſaiæ: Beatus qui in aures loquitur audientis: & nouit tantum oratoris uerba proficere, quantum iudicis prouidētia cognouiſſet. Vnde & ego beatū me in hoc duntaxat negocio iudico, quod apud eruditas aures imperitæ linguæ reſponſurus ſum: quæ obijcit mihi, uel ignorantiam uel mendaciū, ſi aut neſciui alienas literas uere interpretari, aut nolui: quorū alterum error, alterum crimē eſt. Ac ne forſitan accuſator meus facilitate, qua cūcta loquitur: & impunitate, qua ſibi licere omnia putat, me quoq; apud uos argueret ut papam Epiphanium criminatus eſt: hanc epiſtolā miB ſi, quæ te & per te alios qui nos amare dignantur, rei ordinem doceat. Ante hoc fermè biennium miſerat Iohāni epiſcopo, ſupradictus papa Epiphanius literas, arguēs eum in quibuſdam dogmatibus, & poſtea clementer ad pœnitentiā prouocans. Harum exemplaria certatim Palæſtinæ rapiebantur, uel ob autoris meritū, uel ob elegantiā ſcriptionis. Erat in monaſterio noſtro uir apud ſuos haud ignobilis, Euſebius Cremonenſis: qui cū hæc epiſtola permultorum ora uolitaret, & mirarentur eam pro doctrina & puritate ſermonis, docti pariter & indocti: cœpit à me obnixe petere, ut ſibi eam in Latinū uerterem, & propter intelligēdi facilitatem apertius explicarem: Græci enim eloquij penitus ignarus erat. Feci quod uoluit. Accitoq; notario, raptim celeriterq; dictaui: ex latere in pagina breuiter annotans, quē intrinſecus ſenſum ſingula capitula continerent. Siquidē & hoc, ut ſibi ſoli facerē, oppido flagitarat. Poſtulauiq; ab eo mutuo, ut domi haberet exēplar: nec facile in uulgus proderet. Res ita anno & ſex mēſibus trāſijt: donec ſupradicta interpretatio, de ſcrinijs eius nouo præſtigio Hieroſolymam cōmigrauit. Nam quidā pſeudomonachus, uel accepta pecunia, ut perſpicue intelligi datur: uel gratuita malicia, ut incaſſum corruptor nititur perſuadere, cōpilatis chartis eius & ſumptibus, Iudas factus eſt proditor: deditq; aduerſarijs latrandi contra me occaſionem, ut inter imperitos cōcionentur, me falſarium: me uerbum nō expreſſiſſe de uerbo, pro honorabili dixiſſe chariſſimum: & maligna interpretatione quod nefas dictu ſit: ἀιδέσιμον ὡσὶν ἁπάντων, id eſt reuerendū auribus omniū, noluiſſe trāsferre. Hæc & iſtiuſmodi nugæ, crimina mea ſunt. Ac primū anteq; de translatione reſpondeā, uolo interrogare eos, qui maliciam prudentiam uocant, unde apud uos exemplar epiſtolæ? Quis dedit? Qua fronte profertis, quod ſcelere redemiſtis? Quid apud homines tutum erit: ſi ne parietibus quidē & ſcrijs noſtra poſſumus ſecreta cælare? Si ante tribunalia iudicum, hoc uobis crimen impingerem: reos legibus ſubiugarem, quæ etiam pro utilitatibus fiſci, noxijs delatoribus pœnas ſtatuunt: & cum ſuſcipiant proditionem, damnant proditorem. Lucrum uidelicet placet, uoluntas diſplicet. Dudum Eſychium uirum conſularē: contra quem patriarcha Gamaliel grauiſſi

mas exercuit inimicitias, Theodosius princeps capite dãnauit, quod solicitato notario, char- C
tas illius inuasisset. Legimus in ueteribus historijs, ludi magistrũ qui Faliscorum liberos pro
diderat: uinctum pueris traditũ: & ad eos quos prodebat, remissum: nec sceleratã populum
Romanum suscepisse uictoriã. Pyrrhum Epirotarum regẽ cum in castris ex uulnere curare-
tur, medici sui proditione interfici nefas duxit Fabritius, quin potius uinctũ remisit ad domi-
num, ut scelus nec in aduersario cõprobaret. Quod leges publicæ, quod hostes tuẽtur, quod
inter bella & gladios sanctũ est: hoc nobis inter monachos & sacerdotes Christi, intutũ fuit.
Et audet quidam ex eis adducto supercilio & cõcrepantibus digitis eructare & dicere: Quid
enim si redemit, si solicitauit? fecit quod sibi profuit. Mira sceleris defensio, quasi nõ & latro-
nes & fures & piratæ faciãt, quod sibi prodest. Certe Annas & Caiphas seducẽtes infelicem
Iudam, fecerunt quod sibi utile existimabant. Volo in chartulis meis quaslibet ineptias scri-
bere: cõmentari de scripturis, remordere lædentes, digerere stomachum, in locis me exercere
cõmunibus, & quasi limatas ad expugnãdum sagittas reponere. Quãdiu nõ profero cogita-
tã, maledicta, nõ crimina sunt: imò ne maledicta quidẽ, quæ aures publicæ nesciant. Tu cor-
rumpas seruulos, solicites clientes: &, ut in fabulis legimus, auro ad Danaen penetres, dissimu
latoq; quod feceris, me falsarium uoces: cũ multo peius crimen accusando in te cõfitearis, q̃
in me arguis. Alius te hæreticum, alius te insimulat dogmatum peruersorem. Taces ipse: re-
spondere nõ audes: interpretem laceras: de syllabis calumniaris, & totã defensionẽ tui putas,
si tacenti detrahas. Finge in transferẽdo, uel errasse, uel intermisisse me quippiam. Hic totius
negocij tui cardo uersatur: hæc tua est defensio. Num idcirco tu nõ es hęreticus, si ego malus
interpres sim? Nõ hoc dico, quod te hæreticũ nouerim, sciat ille qui accusauit: nouerit ille qui
scripsit, sed quod stultissimũ sit accusatũ ab alio alium criminari: & cõfosso undiq; corpore, è
dormientis uulnere solatium quærere. Hactenus locutus sum, quasi aliquid de epistola com
mutauerim, & simplex translatio possit errorem habere, nõ crimen. Nunc uero cum ipsa epi D
stola doceat nihil mutatum esse de sensu, nec res additas, nec aliquod dogma confictum, fa-
ciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant: & dum alienã imperitiã uolũt coarguere, suam pro
dunt. Ego enim non solum fateor, sed libera uoce profiteor, me in interpretatione Græcorũ,
absq; scripturis sanctis, ubi & uerborum ordo & mysterium est, nõ uerbum è uerbo, sed sen
sum exprimere de sensu. Habeoq; huius rei magistrũ Tulliũ, qui Protagorã Platonis, & Oe-
conomicon Xenophontis, & Aeschinis ac Demosthenis duas cõtra se orationes pulcherri-
mas transtulit. Quanta in illis prætermiserit, quãta addiderit, quanta mutauerit: ut proprie-
tates alterius linguæ, suis proprietatibus explicaret, nõ est huius temporis dicere. Sufficit mi-
hi ipsius translatoris autoritas, qui ita in prologo earundem orationũ locutus est. Putaui mi-
hi suscipiẽdum laborem utilẽ studiosis, mihi quidẽ ipsi necessarium. Conuerti enim ex Atti-
cis duorum eloquẽtissimorum nobilissimas orationes, inter seq; cõtrarias, Aeschinis & De-
mosthenis: nec conuerti ut interpres, sed ut orator, sententijs ijsdẽ & earũ formis, tam figuris 2
q̃ uerbis ad nostrã consuetudinem aptis. In quibus non uerbũ pro uerbo necesse habui red
dere: sed genus omne uerborum uimq; seruaui. Nõ enim me annumerare ea lectori putaui
oportere, sed tanq̃ appendere. Rursum in calce sermonis: Quorum ego, ait, orationes, sicut
spero, ita expressero, uirtutibus utens illorum omnibus, id est sententijs, & earũ figuris, & re-
rum ordine: uerba persequens eatenus, ut ea non abhorreãt à more nostro. Quæ si è Græcis
omnia conuersa nõ erũt: tamen ut generis eiusdẽ sint, elaborauimus. Sed & Horatius uir acu
tus & doctus, hoc idem in arte poetica erudito interpreti præcipit. Nec uerbum uerbo cura-
bis reddere fidus Interpres. Terentius Menandrum, Plautus & Cæcilius ueteres comicos in
terpretati sunt. Nunquid hærent in uerbis, ac nõ decorem magis & elegantiã in translatione
conseruant, q̃ ueritatem interpretationis? Hanc eruditi κακοζηλίαν nuncupãt. Vnde & ego
doctus à talibus ante annos circiter uiginti, & simili tunc quoq; errore deceptus, certe hoc mi
hi à uobis obijciendum nesciens, cum Eusebij Cæsariẽsis χρονικὸν in Latinum uerterem, tali
inter cætera usus sum præfatione. Difficile est alienas lineas insequentẽ, nõ alicubi excidere:
&

A & arduum, ut quæ in alia lingua bene dicta sunt, eundē decorem in translatione conseruēt. Significatum est aliquid unius uerbi proprietate: non habeo meum quo id efferā, & dū quę ro implere sententiam, longo ambitu, uix breuis uiæ spatia consūmmo. Accedūt hyperbato rum anfractus, dissimilitudines casuū, uarietates figurarū. Ipsum postremo suū, & ut dicam, uernaculum linguæ genus. Si ad uerbum interpretor, absurde resonant: si ob necessitatē aliqd in ordine, uel in sermone mutauero, ab interpretis uidebor officio recessisse. Et post multa, quæ nunc prosequi ocioſum est, etiam hoc addidi. Quod si cui non uidetur linguæ gratia in interpretatione mutari, Homerum ad uerbū exprimat in Latinū. Plus aliquid dicā: eūdem sua in lingua prosę uerbis interpretetur: uidebis ordinē ridiculū, & poetā eloquentissimū uix loquentem. Verum ne meorū scriptorum parua sit autoritas, quanc̄ hoc tantum probare uoluerim, me semper ab adolescentia non uerba, sed sententias transtulisse: qualis super hoc genere præfatiūcula sit, in libro quo beati Antonij uita describitur: ipsius lectione cognosce. Ex alia in aliam linguam expressa ad uerbum translatio, sensum operis: & ueluti læto grami ne, sata strāgulat. Dum enim casibus & figuris seruit oratio, quod breui poterat indicare sermone, longo ambitu circūacta uix explicat. Hoc igitur ego uitans, ita beatum Antonium te petente transposui: ut nihil desit ex sensu, cum aliquid desit ex uerbis. Alij syllabas aucupentur & literas, tu quære sentētias. Dies me deficiet, si omnium qui ad sensum interpretati sunt, testimonia replicauero. Sufficit in præsente nominasse Hilarium cōfessorem, qui Homilias
3 In Iob, & in psalmos tractatus plurimos in Latinum uertit è Græco: nec assedit literę dormitanti, & putida xusticorum interpretatione se torsit: sed quasi captiuos sensus in suam linguam, uictoris iure transposuit. Nec hoc mirum in cæteris seculi uidelicet aut ecclesiæ uiris, cum Septuaginta interpretes & Euangelistæ atq; Apostoli idē in sanctis uoluminibus fecerint. Legimus in Marco dicentem dominum, Tabita cumi: statimq; subiectum est, quod interpretatur, puella tibi dico surge. Arguatur euangelista mendacij, quare addiderit tibi dico,
B cum in Hebræo tantum sit, puella, surge. Sed ut ἐμφαλικώτερον faceret: & sensum uocātis atque imperantis, exprimeret, addidit, tibi dico. Rursum in Matthæo redditis ab proditore Iuda triginta argenteis, & empto ex eis agro figuli, scribitur: tunc impletum est, quod scriptum est per Hieremiam prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos precium appreciati, quod appreciauerunt à filijs Israel: & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus. Hoc in Hieremia penitus non inuenitur, sed in Zacharia, alijs multo uerbis, ac toto ordine discrepante: Vulgata quippe æditio ita se habet: Et dicam ad eos: si bonum est coràm uobis: date mercedem mihi aut renuite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Dixitq; dominus ad me. Pone illos in cōflatorium, & considera si probatū sit, sicut probatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & misi eos in domo domini in conflatorium. Quantum distet ab euangelistæ testimonio Septuaginta translatio, perspicuum est. Sed & in Hebræo cum sensus idem sit, uerba præpostera sunt, & penè diuersa. Et dixi, inquit, ad eos: Si bonum est in oculis uestris, afferte mercedem meam: & si non, quiescite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit dominus ad me: Proijce illud ad statuarium, decorum precium, quod appreciatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & proieci eos in domo domini ad statuarium. Accusent apostolum falsitatis, quod nec cum Hebraico, nec cum Septuaginta congruat translatoribus: &, quod his maius est, erret in nomine: pro Zacharia quippe Hieremiam posuit. Sed absit hoc de pedissequo Christi dicere: cui curæ fuit non uerba & syllabas aucupari, sed sententias dogmatum ponere. Veniamus ad aliud eiusdem Zachariæ testimonium, quod Ioannes euangelista assumit iuxta Hebraicam ueritatem. Videbunt in quem compunxerunt, pro quo in Septuaginta legimus, καὶ ὀψονται πρός με, ἀνθ' ὧν ἐνωρχήσαντο. quod interpretati sunt Latini, Et aspicient ad me, pro his quæ illuserunt siue insultauerunt. Discrepat euangelistæ, Septuaginta interpretum nostraq; translatio: & tamen sermonum uarietas, spiritus unitate concordat. In Matthæo quoque legimus dominum prædicentem apostolis fugam, & hoc ipsum Za-

chariæ teſtimonio confirmantem. Scriptum eſt, ait: Percutiam paſtorem & diſpergentur c
oues. At in Septuaginta & in Hebræo multo aliter eſt. Non enim ex perſona dei dicitur: ut euangeliſta uult, ſed ex prophetæ deum patrem rogantis. Percute paſtorem, & diſpergentur oues. In hoc, ut arbitror, loco, iuxta quorundam prudentiam, euangeliſta piaculi reus eſt, quod auſus ſit prophetæ uerba, ad dei referre perſonam. Scribit ſupradictus euangeliſta, ad angeli monitum, tuliſſe Ioſeph paruulum & matrem eius: & intraſſe in Aegyptum: ibiq; manſiſſe uſq; ad obitum Herodis: ut impleretur quod dictum eſt à domino per prophetam: Ex Aegypto uocaui filium meum. Hoc noſtri codices nō habent: ſed in Oſee iuxta Hebraicā ſcribitur ueritatē: Quia puer Iſrael eſt, & dilexi eū: & ex Aegypto uocaui filiū meū. Pro quo & in eodem loco Septuaginta tranſtulerūt: quia paruulus eſt Iſrael, & dilexi eum: & ex Aegypto uocaui filios eius. Num omnino repudiandi ſunt: quia iſtum locum qui ad Chriſti maxime pertinet ſacramentum, aliter tranſtulerunt? An danda potius uenia, ut hominibus, iuxta Iacobi ſententiam, dicentis: Multa peccamus omnes: & ſi quis in uerbo non offendit: iſte perfectus eſt uir: & poteſt refrenare omne corpus. Illud uero quod in eodem euāgeliſta ſcribitur: Et ueniēs habitauit in ciuitate quæ dicitur Nazareth: ut impleretur quod dictum eſt per prophetas, quia Nazareus uocabitur: Reſpondeant λοιδοροῦντες & faſtidioſi æſtimatores omnium tractatorum, ubi legerint, diſcantq; in Eſaia poſitū. Nam in eo loco ubi nos legimus atq; tranſtulimus: Exiet uirga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet: in Hebræo iuxta linguæ illius ἰδίωμα, ita ſcriptū eſt: Exiet uirga de radice Ieſſe, & Nazareus de radice eius creſcet. Cur hoc omiſerunt Septuaginta: ſi non licet transferre uerbum pro uerbo? Sacrilegium eſt, uel celaſſe, uel ignoraſſe myſteriū. Tranſeamus ad cætera. Neq; enim epiſtolæ breuitas patitur diutius ſingulis immorari. Idē Matthæus loquitur: Hoc aūt totum factum eſt, ut cōpleretur quod dictum eſt à domino per prophetam dicentem: Ecce uirgo in utero habebit, & pariet filium, & uocabunt nomen eius Emanuel. Quod ſeptuaginta tranſtulerunt: Ecce uirgo in utero accipiet, & pariet filiū, & uocabitis nomen eius Emanuel. Si uerba calumniātur: utiq; non eſt idem, habebit & accipiet, neq; uocabūt & uocabitis. Porrò in Hebræo legimus ita ſcriptum: Ecce uirgo concipiet & pariet filium, & uocabit nomen d
eius Emanuel. Non Achaz, qui arguebatur infidelitatis. nō Iudæi qui erant dominum negaturi: ſed uocabit, inquit, ipſa quæ concipiet, ipſa uirgo, quæ pariet. In eodem euangeliſta legimus, Herodem ad aduentum Magorum fuiſſe turbatum: ſcribiſq; & ſacerdotibus congregatis, ſciſcitatum ab eis ubi Chriſtus naſceretur, illoſq; reſpondiſſe, in Bethlehem Iudæ: Sic enim ſcriptum eſt in propheta: Et tu Bethlehem terra Iuda: nequaq; minima es in ducibus Iuda: Ex te enim egredietur dux, qui regat populum meum Iſrael. Hoc exemplum in uulgata æditione ſic fertur: Et tu Bethlehem domus Ephrata, modicus es ut ſis in milibus Iuda, de te mihi egredietur ut ſit princeps in Iſrael. Quanta ſit inter Matthæum & Septuaginta uerborum ordinisq; diſcordia, ſic magis admiraberis, ſi Hebraicum uideas, in quo ita ſcriptum eſt: Et tu Bethlehem Ephrata, paruulus es in milibus Ida, ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael. Conſidera gradatim, quæ ab euāgeliſta ſint poſita. Et tu Bethlehem terra Iuda. Pro terra Iuda, in Hebraico habet Ephrata, in Septuaginta, domus Ephrata. Et pro, nequaquam minima es in ducibus Iuda, in Septuaginta legitur, modicus es ut ſis in milibus Iuda, in Hebræo, paruulus es in milibus Iuda. Senſusq; contrarius eſt, Septuaginta ſibi in hoc duntaxat loco & Hebraico concordante. Euangeliſta enim dixit, quod non ſit paruulus in ducibus Iuda, cum è regione ſit poſitum, paruulus quidem es & modicus, ſed tamen de te mihi paruulo & modico egredietur dux in Iſrael, ſecundum illud Apoſtoli: Elegit infirma mundi deus, ut confundat fortia. Porrò quod ſequitur, qui regat, uel qui paſcat populum meum Iſrael: aliter in propheta eſſe perſpicuum eſt. Hæc replico non ut euangeliſtas arguam falſitatis (hoc quippe impiorum eſt, Celſi, Porphyrij, Iuliani) ſed ut reprehenſores meos arguam imperitiæ: & impetrem ab eis ueniam, ut concedant mihi in ſimplici epiſtola, quod in ſcripturis ſanctis, uelint nolint, apoſtolis conceſſuri ſunt. Marcus diſcipulus Petri ita

ſuum

A ſuum orditur euangeliũ:Principiũ euangelij Ieſu Chriſti: ſicut ſcriptum eſt in Eſaia prophe
ta:Ecce ego mitto angelũ meum ante faciẽ tuam,qui præparabit uiam tuam ante te. Vox cla
mantis in deſerto, parate uiam domini, rectas facite ſemitas eius. Hoc exemplũ ex duobus
prophetis cõpoſitum eſt,de Malachia uidelicet & Eſaia.Nam primũ quod dicitur:Ecce ego
mitto angelum meum ante faciẽ tuam,qui præparabit uiam tuam ante te: in Malachiæ fine
ſcriptum eſt. Sequens autẽ quod infertur: Vox clamantis in deſerto &c. in Eſaia legimus.Et
quomodo Marcus ſtatim in principio uoluminis ſui poſuit, ſicut ſcriptũ eſt in Eſaia prophe
ta: Ecce ego mitto angelum meum, quod non ſcribitur in Eſaia,ut diximus:ſed in Malachia
nouiſſimo duodecim prophetarũ.Soluat hanc quęſtiunculam imperita præſumptio:& ego
erroris ueniam deprecabor.Idem Marcus inducit ad phariſæos ſaluatorem loquentẽ:Nun
quam legiſtis quid fecerit Dauid,quãdo neceſſitatẽ habuit, & eſuriuit ipſe & ſocij eius,quo
modo ingreſſus domũ dei ſub Abiathar pontifice,& panes propoſitionis comedit, quibus
non licebat ueſci, niſi ſolis ſacerdotibus? Legamus Samuelem: ſiue (ut in cõmuni titulo ha
betur) Regnorum libros,ibiq; reperiemus non Abiathar ſcriptum eſſe:ſed Abimelech pon
tificem,qui poſtea à Doëc cum cæteris ſacerdotibus Saul iubẽte percuſſus eſt.Pergamus ad
apoſtolum Paulum. Scribit ad Corinthios:Si enim cognouiſſent dominum gloriæ,nõ cru
cifixiſſent. Sed ſicut ſcriptum eſt:Quod oculus non uidit,nec auris audiuit, nec in cor homi
nis aſcẽdit,quæ præparauit deus diligẽtibus ſe. Solent in hoc loco apocryphorũ quidam de
liramenta ſectari & dicere,quod de Apocalypſi Helię,teſtimoniũ ſumptum ſit:cum in Eſaia
iuxta Hebraicum ita legatur. A ſeculo non audierunt,nec auribus perceperunt. Oculus non
uidit deus abſq; te,quæ præparaſti expectãtibus te.Hoc Septuaginta multo aliter tranſtu
lerunt. A ſeculo non audiuimus,neq; oculi noſtri uiderunt deum abſq; te:& opera tua uera,
& facies expectantibus te miſericordiam.Intelligimus unde ſumptum ſit teſtimonium:& ta
B men Apoſtolus non uerbũ expreſſit è uerbo,ſed παφφαστικῶς eundem ſenſum aliis ſermo
nibus indicauit.In epiſtola ad Romanos idem apoſtolus Paulus exemplũ de Eſaia ſumens:
Ecce(inquit) ponam in Sion lapidem offenſionis,& petram ſcandali:diſcordat à translatio
ne ueteri:& tamen cum Hebraica ueritate concordat.In Septuaginta enim contrarius ſenſus
eſt.Non ut lapidi offenſionis occurretis, neq; ut petræ ruinæ: cum apoſtolus quoq; Petrus
Hebræis Pauloq; cõſentiens ita poſuerit: Incredulis autẽ lapis offenſionis & petra ſcandali.
Ex quibus uniuerſis perſpicuum eſt, apoſtolos & euangeliſtas in interpretatione ueterum
ſcripturarum,ſenſum quæſiſſe, non uerba,nec magnopere de ordine ſermonibusq; curaſſe,
dum intellectui res pateret. Lucas uir apoſtolicus & euangeliſta, ſcribit Stephanũ primum
Chriſti martyrem in Iudaica concione narrantem: In ſeptuaginta quinq; animabus deſcen
dit Iacob in Aegyptũ: & defunctus eſt ipſe,& patres noſtri translati ſunt in Sychem & po
ſiti ſunt in ſepulchro quod emit Abraham precio argenti à filijs Emor patris Sychem. Hic
locus in Geneſi multo aliter inuenitur,quod ſcilicet Abraham emerit ab Ephron Etheo filio
Sẽor,iuxta Hebron quadringẽtis drachmis argenti ſpeluncam duplicẽ: & agrum circa eam,
ſepelieritq; in ea Saram uxorem ſuam.Atq; in eodem legimus libro,poſtea reuertentem de
Meſopotamia Iacob cum uxoribus & filijs ſuis poſuiſſe tabernaculũ, ante Salem urbẽ Sy
chimorum,quæ eſt in terra Chanaam, & habitaſſe ibi & emiſſe partẽ agri, in quo habebat
tẽtoria,ab Emor patre Sychem centũ agnis, & ſtatuiſſe ibi altare,& inuocaſſe ibi deũ Iſrael.
Abraham nõ emit ſpecũ ab Emor patre Sychem:ſed ab Ephron filio Seor:nec ſepultus eſt
in Sychem, ſed in Hebron, quæ corrupte dicitur Arboch. Duodecim autẽ patriarchæ, non
ſunt ſepulti in Arboch, ſed in Sychem, qui ager non eſt emptus ab Abraham, ſed à Iacob.
Differo ſolutionẽ & iſtius quæſtiũcułæ:ut obtrectatores mei quærãt,& intelligant,nõ uerba
in ſcripturis cõſyderãda, ſed ſenſus. Viceſimi primi pſalmi iuxta Hebræos idipſum exordiũ
eſt,quod dominus locutus eſt in cruce אֵלִי אֵל לָמָה עֲזַבְתָּנִי Eli Eli lamma azabathani, quod
interpretatẽ,deus meus, deus meus quare me dereliquiſti? Reddãt rationẽ, cur Septuaginta
translatores interpoſuerint,reſpice in me.Ita enim uerterunt:Deus deus meus,reſpice in me,

quare

quare me dereliquisti? Respondebũt utiq; nihil damni in sensu esse, si duo uerba sint addi- C
ta. Audiant & à me nõ periclitari ecclesiarũ statum, si celeritate dictandi, aliqua uerba dimise
rim. Longum est nunc euoluere, quanta Septuaginta de suo addiderint, quanta dimiserint,
quæ in exemplaribus ecclesiæ, obelis asteriscisq; distincta sunt. Illud enim quod legimus in
Esaia: Beatus qui habet semen in Sion, & domesticos in Hierusalem: solent Hebræi deride
re cum audierint. Necnon & in Amos post descriptionẽ luxuriæ: Stantia putauerunt hæc, &
non fugientia. Reuera sensus rhetoricus, & declamatio Tulliana. Sed quid faciemus ad au-
tenticos libros, in quibus hæc non feruntur asscripta, & cætera his similia, quæ si proferre ni
tamur, infinitis libris opus est. Porrò quãta dimiserint, uel asterisci testes ut dixi sunt, uel no-
stra interpretatio, si à diligenti lectore translationi ueteri conferatur: & tamẽ iure Septuagin
ta æditio obtinuit in ecclesijs, uel quia prima est, & ante Christi facta aduentum: uel quia ab
Apostolis, in quibus tamẽ ab Hebraico nõ discrepat, usurpata. Aquila aũt proselytus & con
tentiosus interpres, qui nõ solum uerba sed & etymologias uerborũ transferre conatus est,
iure proijcitur à nobis. Quis enim pro frumento & uino & oleo possit, uel legere, uel intelli-
gere, χεῦμα, ὀπωρισμὸν, ϛιλβότητα, quod nos possumus dicere fusionẽ pomationemq; &
splendentiã. Atqui non solũ Hebræi habent ἄρθρα, sed ille κακόζηλος qui syllabas interpre-
tatur & literas, ut dicat σεὶϛ τὸν οὐρανὸν καὶ σεὶϛ τὴν γῆν, quod Latina lingua omnino nõ re-
cipit. Cuius rei exemplũ nos ex nostro sermone capere possumus. Quanta enim apud Græ-
cos bene dicunt, quę si ad uerbũ transferamus, in Latino nõ resonãt: & è regione quæ apud
nos placent, si uertantur iuxta ordinẽ, apud illos displicebunt. Sed ut infinita prætercam &
ostendã tibi uir omniũ nobiliũ Christianissime, & Christianorũ nobilissime, cuiusmodi fal-
sitatis me in epistolæ translatione reprehendant, ipsius epistolæ ponam cum Græco sermo-
ne principiũ, ut ex uno crimine intelligant & cætera, ἔδϛ ἡ ἡμᾶς ἀγαπητὲ μὴ τῇ οἰήσϛ τῶν
κλήρων φέρεσθαι, qd' me ita uertisse memini. Oportebat nos dilectissime clericatus honore
nõ abuti in superbiã: Ecce, inquiunt, in uno uersiculo quanta mendacia. Primum ἀγαπητὸς
dilectus est, nõ dilectissimus. Deinde οἴησις existimatio dicitur, nõ superbia. Non enim dixit
οἰδήματι, sed οἰήσει. Quorũ alterum tumorẽ, alterũ arbitriũ sonat. Totumq; quod sequitur, D
clericatus honore nõ abuti in superbiam, tuũ est. Quid agis ô columen literarũ & nostrorum
temporũ Aristarche, qui de uniuersis scriptoribus sententiam feras? Ergo frustra tanto tem
pore studuimus, & sæpe manum ferulæ subduximus. Egredientes de portu, statim impegi-
mus. Igitur quia & errasse humanum est, & confiteri errorẽ prudentis: tu quicunq; reprehen
sor es, tu me obsecro emenda præceptor, & uerbũ de uerbo exprime. Debueras, inquit, dice
re: Oportebat em̃ nos dilecte, nõ æstimatione clericorũ ferri. Hæc est Plautina eloquentia,
hic lepos atticus, & musarũ, ut dicunt, eloquio comparandus. Completur in me tritum uulgi
sermone prouerbiũ: Oleum perdit & impensas, qui bouem mittit ad ceroma. Hæc nõ est il-
lius culpa, cuius sub persona alius agit Tragœdiam, sed Ruffini & Melaniæ magistrorum
eius: qui illum magna mercede nihil scire docuerunt. Nec reprehendo in quolibet Christia
no sermonis imperitiam, atq; utinam Socraticum illud haberemus: Scio, quod nescio. Et al-
terius sapientis: Teipsum intellige. Venerationi mihi semper fuit, non uerbosa rusticitas, sed
sancta simplicitas. Qui in sermone imitari se dicit apostolos, prius imitetur uirtutes in uita il-
lorum. In loquẽdo simplicitatẽ excusabit sanctimoniæ magnitudo: & syllogismos Aristote
lis contortaq; Chrysippi acumina, resurgens mortuus confutabit. Cæterũ ridiculum: si quis
è nobis manens inter Crœsi opes, & Sardanapali delitias, de sola rusticitate se iactet: quasi
omnes latrones, & diuersorum criminũ rei diserti sint: & cruentos gladios, philosophorum
uoluminibus, ac nõ arborũ truncis occulant. Excessi mensuram epistolæ, sed non excessi do-
loris modũ. Nam qui falsarius uocor, & inter mulierum radios & textrina dilanior, conten-
tus sum crimen abnuere, non referre. Vnde arbitrio tuo cuncta permitto, ut legas ipsam epi-
stolam, tam Græcam quàm Latinam: & ilico intelliges accusatorum meorũ nænias, & pro-
brosas querelas. Porrò mihi sufficit amicum instruxisse charissimum: & in cellula latitantem

diem

A diem tantum expectare iudicij. Optoq́, si fieri poteſt,& ſi aduerſarij ſiuerint, commentarios potius ſcripturarum,quàm Demoſthenis & Tullij Philippicas tibi ſcribere.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA

1 NOuo præſtigio.) Præſtigium uocat artem miram,qua oculis illuditur,uelut ſi quis coram adſtet,inuiſibilis tamen. Legimus in ueteribus.) Hiſtoria eſt apud Titum Liuium primæ decadis lib.5. Volo in chartulis.) Non ſic accipiendum,quaſi uere uelit eiuſmodi:uerum intelligit,hoc ſibi citra ullius iniuriam licere ſi libeat. In locis me exercere communibus.) Loci communes,ut pro iuſticia,contra iuſticiam,contra libidinem,pro caſtitate. De iſs quidam etiam ſcripſerunt:& nos in Copia noſtra nonnihil attigimus. Videtur autẽ Hieronymus in his locis ſtudioſiſſime fuiſſe exercitatus. Auro ad Danaen penetres.) Fabulam Danaes quam pater turri æreæ incluſerat,quamq; Iupiter uerſus in hymbrem aureum ſtuprauit, Horatius ad hunc modum interpretatur in Odis,quaſi ſignificet,nihil tam eſſe ſepoſitum & abſtruſum,ad quod non penetretur auro,Incluſam Danaen turris ahenea &c. Totius negocij tui cardo.) Cardinem Latini uocant, quod Græci κεφάλαιον, id eſt caput. Faciunt næ.) Ex prologo Terentij in Andriam:Næ hic aduerbium eſt con-
2 firmandi,quaſi dicas,adeo intelligunt,ut nihil intelligant. Et earũ formis.) Extat hæc Ciceronis præfatio,quanquam orationes interciderunt. In ea ſic legitur, Sententijs iiſdem,& earum formis,tanquam figuris,uerbis ad conſuetudinem aptis. Sentit enim Cicero,ſe nihil mutaſſe de ſententijs, neq; formis earum,quas alij figuras uocant,uerba duntaxat delegiſſe ad Latini ſermonis cõſuetudinem accommoda. Sed genus omne.) Genus naturam uocat,puta pro ſplendido ſplendidum,pro uehementi uehemens,pro ſignificanti ſignificans. Sed tanquam appendere.) Annumerat, qui uerba totidem uerbis reddit,more eorum, qui pro decem argenteis nummis decem reddunt. Appendit autem, qui pondus idem ſententiæ reddit,uerbis non omnino iiſdem: ut qui pro tribus nummis unum reddat qui tribus æquipolleat. Hanc eruditi κακοζηλίαν.) Id eſt peruerſam imitationem, quoties inſcite affectantes uirtutem aliquam,in uitium labimur:ueluti ſi quis male affectans atticiſmum,ieiunus euadat & aridus in dicendo: ſi quis copiam , in futilem incidat loquacitatem: ita qui perperam affectat fidem in uertendo, fit ineptus. Cæſarienſis χρονικὸν.) Id eſt temporariũ. Nos annales poſſumus uertere. Alienas lineas.) Translatum à pictoribus. Hyperbatorũ anfractus.) Hyperbatum eſt tranſcenſio quæ-
B dam uerborum,ordinem perturbans. Id fit uel inuerſione ordinis,uel interiectione. Anfractus autẽ dicuntur uiarum flexus. Aſſedit literæ.) Aſſidet,qui non audet digredi. Sumptum ab his qui aſſident
3 ægrotis. Putida ruſticorum.) Putidum,anxium uocat ac moroſum. Vnde putida uocamus moleſta & inſuauia. Quorſum hæc tam putida tendunt? Porrò ruſticorum, ego ſanè puto uocabulum ſubmiſſitium,nihil enim hoc loco ſignificat. Legendum opinor xuſticorum: quo quidem uerbo uſus eſt Suetonius in Auguſto. Xyſtus Græce porticus eſt,unde xyſtici ſiue xuſtici qui illic exercerẽtur,uelut athletæ. Ita uidetur uocare Hieronymus circumforaneos illos,parumq; doctos. Quanq; uidetur alludere ad Græcam ſignificationem huius uerbi ξύω,quod eſt rado ſiue polio,unde xyſtus Græcis deducitur.

Vt ἐμφατικώτερον.) Id eſt ſignificantius. Cum enim ſubeſt in uerbis tacita quædam ſignificantia,uocatur Emphaſis: ueluti ſi quis dicat: Tu Cretenſi fidem habes? Non ſignificat ſimpliciter hominem in Creta natũ,ſed perfidum,pro gentis ingenio. Pro quo in Septuaginta leg.) Græca ex ueſtigijs reſtituimus ad hunc modũ, καὶ ἐπιβλέψονται πρός με, ἀνθ' ὧν ὠρχήσαντο, id eſt, & aſpicient me,eo quod ſaltauerunt. Sic enim uerterunt Septuaginta, decepti ſimilitudine literarum. Quanquam æditio Aldina habet κατωρχήσαντο, hoc eſt, in contumeliam illius ſaltarunt. Sed haud ſcio unde acciderit,ut eadem lectio lectionem habeat utramq;,& eam quam uerterunt Septuaginta,& eam quam Hieronymus iuxta Ioannis citationem probat ex Hebræorũ fontibus. Reſpondeant rogo Dædali.) Manifeſtum erratum librarij. Logodædali legendũ,ſic enim Græci uocant artifices ſermonis,à Dædalo architecto. Quanq; quicquid eſt ingenioſum, Dædalũ uocatur. Vnde Vergilius: Dædala Circe. Sed παράφρασικῶς.) Antea dictũ eſt quid ſit paraphraſis. Nempe liberior interpretatio,in qua nonnulla mutes. Vnde paraphraſtæ. Auctenticos.) Authenticos ſcribendum.Nam Græci αὐθεντίαν poteſtatem & autoritatem uocant. ὀπωρισμόν.) Ab ὀπῶρα, id eſt poma, hoc eſt arborum fructus. Fuſionem.) χεῦμα,
4 à χέω fundo. Splendentiam.) σιλβόντητα,id eſt relucentiam,à σίλβω, quod eſt ſplendeo: quanq; accipitur & pro niteo,quemadmodum nitent bene paſti. Apparet hunc locum ſumptum ex pſalmo quarto.

Atqui ſolũ Hebræi habẽt.) Hic locus adeo uarius habetur in exẽplaribus,ut ſenſus nõ poſſit liquido percipi. Quidã codices habẽt,quæ aut Hebræi nõ ſolũ habent arthra:ſed haud dubie legendũ eſt hoc pacto. Atqui nõ ſolũ Hebræi habẽt arthra. Sentit enim Hieronymus,& Græcos & alias natiões habere articulos,q tamẽ ſępenumero in alia lingua reddi nõ poſſunt. Ille κακόζηλος.) Ille indoctus affectator fidelis interpretatiõis. Σείετε γὰρ οὐρανόν.) Id eſt cõcute cœlũ: σείετε γῆν id eſt cõcute terrã. ὄιησις) Id eſt exiſtimatio,ab ὄιμαι, quod eſt puto. Columẽ literarũ.) Sic eos uocabãt,in quibus præſidiũ erat præcipuũ ac decus. Terentius: Columẽ uero noſtræ familiæ. Dictũ eſt per Ironiã. Ariſtarchus) Hic Ariſtarchus Homeri Rhapſodias redegit in ordinẽ,& uerſus adulterinos obeliſcis iugulauit,Homeri eos ſtellulis prænotauit. Vnde uelut in puerbij uicẽ abijt,ut cẽſores alienorũ operũ Ariſtarchi dicãtur.

Lepos

Lepos atticus) Venuſtas peculiaris eſt Atticorum. Muſarum eloquio.) Vnde dictum eſt mu- c
ſas ſi Latine loqui uellent, Plautino more locuturas. Qui bouem mittit ad.) Oleum & operam perde
re dicitur, qui fruſtra laborat. Ceroma ungentum eſt, quo athletæ inungebantur: id conficiebatur ex
oleo & certis terræ generibus. Porrò ad paleſtram, & huiuſmodi certamina bos inutilis eſt. Ruffini
& Melaniæ) Alluſit ad colorem. Melan enim Græce nigrum. Et Ruffinus à colore dictus uidetur.
Alibi quoq; iocatur in cognomen nigredinis. Teipſum intel.) γνῶθι σαυτὸν, id eſt, noſce teipſum:
quod dictum quidã aſſcribunt Chiloni. Reſurgens mortuus confutat) Si quidem illi docent, hoc ne
ceſſario conſequi: mortuus eſt, igitur non uiuet: quod à priuatione non ſit reditus ad habitũ. At Chri
ſtus ea confutat, qui uiuit, cum uere fuerit mortuus. Crœſi.) Crœſus Lydorum rex in opulentiæ pro
uerbium abijt. Sardanapalus.) Aſſyriorum rex, quauis muliere corruptior: mollicie ſua nobilitatus
eſt. Inter mulierum radios.) Hoc loco intellige inſtrumenta textoria. Demoſthenis & Tullij.) In
telligit inuectiuas: ſic enim appellat Cicero ſuas orationes habitas in Antonium, ad imitationẽ Olyn
thiacarum, quas Demoſthenes dixit in Philippum regem Macedonum.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Reſpondet iſs qui obtrectabant, quod de Græcis & Hebræis literis quædam iam recepta mutaſſet, immodicam in Hieronymo doctrinam calumniantes, quaſi ſola inſcitia Chriſtianum efficiat.

HIERONYMVS MARCELLAE

POſt priorem epiſtolam, in qua de Hebræis uerbis pauca perſtrinxeram: ad me re
pente perlatum eſt, quoſdam homũculos mihi ſtudioſe detrahere: cur aduerſum
autoritatem ueterum, & totius mundi opinionem, aliqua in euangelijs emendare
tentauerim. Quos ego cum poſſem meo iure contemnere (Aſino quippe lyra ſuperflue ca
nit) tamen ne nos ſuperbiæ, ut facere ſolent, arguant, ita reſponſum habeant: non adeo me
hebetis fuiſſe cordis, & tam craſſæ ruſticitatis (quam illi ſolam pro ſanctitate habent, piſca
torum ſe diſcipulos aſſerentes, quaſi idcirco ſancti ſint ſi nihil ſcierint) ut aliquid de domini
cis uerbis, aut corrigendum putauerimus, aut non diuinitus inſpiratum: ſed Latinorum co
dicum uitioſitatem, quæ ex diuerſitate librorum omnium comprobatur: ad Græcam origi
nem, unde & ipſi translata non denegant, uoluiſſe reuocare. Quibus ſi diſplicet fontis unda
puriſſimi, cœnoſos riuulos bibant: & diligentiam qua auium ſyluas, & concharum gurgites
norunt, in ſcripturis legendis abnjciant: ſintq; in hac re tantum ſimplices, & Chriſti uerba ex
iſtiment ruſticana: in quibus per tanta iam ſecula, tantorum ingenia ſudauerũt, ut rationem D
uerbi uniuſcuiuſq; magis opinati ſint quàm expreſſerint. Apoſtolũ arguant imperitiæ, qui
ob multas literas inſanire dicatur. Scio te cum iſta legeris, rugare frontem, & libertatem me
am rurſum ſeminarium timere rixarum: ac meum, ſi fieri poteſt, os digito uelle comprimere:
ne audeam dicere quæ alij facere non erubeſcunt. Rogo quid à nobis libere dictũ eſt? Nun
quid in lancibus idola cælata deſcripſi? Nũquid inter epulas Chriſtianas, uirginalibus ocu
lis baccharũ ſatyrorumq; complexus innexui: aut unquam aliquem amarior ſermo pulſa
uit? Nunquid ex mendicis diuites fieri doluimus? Nunquid reprehendi hæreditarias ſepul
turas? Vnum miſer locutus, quod uirgines ſæpius deberent cum mulieribus eſſe, quàm cum
maſculis: totius oculos urbis offendi, cunctorũ digitis notor. Multiplicati ſunt ſuper capil
los capitis mei, qui oderunt me gratis, & factus ſum eis in parabolam: & tu putas me aliquid
deinceps locuturũ? Verum ne Flaccus de nobis rideat: Amphora cœpit inſtitui: currente ro
ta, cur urceus exit? reuertimur ad noſtros bipedes aſellos: & illorum in aure buccina magis
quàm cithara concrepamus. Illi legant, ſpe gaudentes, tempori ſeruientes. Nos legamus, ſpe
gaudentes, domino ſeruientes. Illi aduerſus presbyterum accuſationem omnino putent reci
piendam: nos legamus, aduerſus presbyterum accuſationem ne receperis: niſi ſub duobus,
aut tribus teſtibus: peccantes autem coràm omnibus argue. Illis placeat humanus ſermo &
omni acceptione dignus: nos cum Græcis, id eſt, cum Apoſtolo, qui Græce locutus eſt, erre
mus: Fidelis ſermo & omni acceptione dignus. Ad extremũ illi gaudeant gallicis canterijs:
nos ſolutus uinculis & in ſaluatoris myſterium præparatus, Zachariæ aſellus ille delectet:
qui poſtquam domino terga præbuit, cœpit Eſaiæ conſonare uaticinio: Beatus qui ſeminat
ſecus omnem aquam, ubi bos & aſinus calcant.

TOMI SECVNDI FINIS